FIRPO
948
BIBLIOTECA NAZIONALE
TORINO



chi l'a pi 'd fil farà pi 'd tela

Ex libris
LUIGI FIRPO

5. 7. 11.

CÆSARIS CARENÆ TRACTATUS DE OFFICIO SANCTISSIMÆ INQVISITIONIS.

CÆSARIS
CARENÆ
CREMONENSIS, I.C.

SACRÆ THEOL. DOCTORIS, EMINENTISS. ET REVEREND. DD. CARD. CAMPOREI AVDITORIS, Iudicis Conſeruatoris, Conſultoris, & Aduocati Fiſcalis S. Officij.

A SANCTISSIMO D. NOSTRO VRBANO VIII. ET EMINENTISSIMA Vniuerſali Inquiſitione ſpecialiter deputati

TRACTATVS

DE OFFICIO SANCTISSIMÆ
INQVISITIONIS,
ET MODO PROCEDENDI IN CAVSIS FIDEI,

IN TRES PARTES DIVISVS.

In quarum

I. Agitur de Romani Pontificis Poteſtate, vniuerſali Romana Inquiſitione, & Supremo Tribunali S. Officij Regnis Hiſpaniarum, Epiſcopis, Inquiſitoribus, ac cæteris Iudicibus, & Miniſtris S. Inquiſitionis, déque eorum electionibus, dignitatibus, præcedentiis, & muneribus.

II. Tractatur de hæreſi, & omnibus aliis delictis in ſpecie ad S. Inquiſitionis Tribunal ſpectantibus, antea quidem ſeorſim impreſſa, nunc verò multis additionibus auctior reddita.

III. Verò tota Theorica, & Practica criminalis breuiſſimè abſoluitur, maximè in ordine ad hoc Sacroſanctum Tribunal.

His acceſſerunt Quindecim Quæſt ad Inquiſitores D. Guidonis Fulcodij, olim Cardinalis, Epiſcopis Sabinenſis, & poſtea Summi Romani Pontificis Clem. IV. nuncupati, nunc primum impreſſa, & eiuſdem Auctoris annotationibus illuſtrata: & nouiſſimè QVÆSTIO *de ſollicitantibus ad turpia in Sacramentali Confeſſione, necnon* DECISIO *Granatenſis Tribunalis Sancti Officij.*

Opus hoc omnibus Epiſcopis, Inquiſitoribus, eorum Miniſtris, ac Confeſſariis, necnon Iudicibus Criminalibus, præſertim Inclyti Status Mediolani perutile, ac neceſſarium:

Hac nouiſſima Editione addita fuit Praxis Inquiſitorum FRANCISCI PEGNÆ *Sacra Theologia, ac I.V.D. cum additionibus* CARENÆ *& Tractatus de Sortilegiis eiuſdem* CARENÆ, *cum Indicibus copioſiſſimis.*

LVGDVNI.
Sumptibus LAVRENTII ANISSON.
M. DC. LXIX.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

REVER^{MO} PATRI FRATRI
THOMÆ TVRCO
CREMONENSI,
TOTIVS ORDINIS PRÆDICATORVM
MAGISTRO GENERALI,

CÆSAR CARENA *Cremonenſis I.C. & Sacræ Theologiæ Doctor.*

TRACTATVM de Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis iterum prælo ſubiicio: illum vt tuo nomine dicarem, PATER REVERENDISSIME, impulerunt plura nomina, quæ ſingula cæteros ad ſimilia officia præſtanda ſolent inclinare, ſapientia tua, mutua inter nos beneuolentia, & meum referendæ gratiæ non ſtudium modò, ſed debitum. Quantam enim quámque excellentem tum humanarum omnium, tum præſertim diuinarum rerum notitiam neceſſe eſt in illo reperiri, qui in eo Ordine, in quo nata videtur, atque educata Theologia, primas ſemper obtinuit, egitque partes docendi? Qui ſtudium Bononienſe ex tota Prædicatorum Familia celeberrimum bis Regentis m[illegible]nere moderatus eſt? Cuius acumen Ingenij demirari Venetæ Reipublicæ pru[illegible]riſſimi Senatores, vt Vniuerſitati Patauinæ à Doctore per Orbem Chriſtia[illegible] Clariſſimi nominis decus adderent, illum ad Metaphyſicas quæſtiones explicandas honeſtiſſimo ſtipendio conduxerunt? Sed nullum exaggeratius, nullum magis ex vero petitum argumentum eximiæ tuæ ſapientiæ poſsit eſſe, quàm quod nihil tale non modò ſperantem, ſed ne cogitantem quidem primum generalem totius Ordinis Procuratorem dixerunt, quo in munere qualis extiteris inde manifeſtum eſt, quod mox intra paucisſimos menſes, Patres, quibus in Comitiis ius erat ſuffragij, vnanimi conſenſu ſupremum ac Generalem eiuſdem Ordinis Magiſtrum eſſe voluerunt. Nimirum à tua ſapientia quærebant rebus tunc perturbatis, nec inani, vt docuit euentus, expectatione præſidium. Vix enim Te in moderatorem aſſumpto enauigauit Ordo in portum ſecurisſimæ tranquillitatis. Inſtituiſti continuò profectionem ex munere, vt Religionem latisſime pertinentem inuiſeres. Quid attinet dicere quanto famam interuallo præſentia ſuperaueris? Legimus in annalibus Antiquorum ſæpè multos itinera longisſima ſuſcepiſſe, vt ſapientiam vnde vnde colligerent, ibit in poſteros te, vt ſpargeres, eſſe peregrinatum. Luſtratine, an veriùs illuſtraſti nobilisſimas prouincias? Effeciſti vt gauderent vniuerſim populi, quod coram ſpectarent virtutem

illam cuius famam antè dilexerant. Dicebaris apud illos coniungere difficillimo nexu cum incredibili ſapientia innocentiſsimam probitatem cum dignitate Præſulis facilitatem ſingularem; ſed dicebaris: iam verò ſuis oculis vſurparunt, nec ampliùs ſoli credunt nomini, ſed veriſsimam famam amplificabunt in poſterum auctores. Vnas ex regionibus, quas peragraſti conreſtor Hiſpanias (ibi enim floret vnicè ſapientia (quo te plauſu Academiarum omnes exedræ ſuſcepere? quàm non ficta, & in ſpeciem tantùm, ſed ſincera ſignificatione honoris ſunt veneratæ? Videbantur ſibi Doctores illi celeberrimi, & quidam quaſi Proceres ſcientiarum in generali Magiſtro totius Ordinis, tanquam in capite ſapientiam intueri. Porrò autem in Aula vniuerſa, quantam apud Magnates gratiam iniuiſti? quanta apud Potentiſsimum Regem in dignitate, atque exiſtimatione verſatus es? Audiebam hæc omnia cum gaudio atque animi voluptate, prô illa quæ nos inter, dum vnâ litteris humanioribus ſub eodem Præceptore informaremur in adoleſcentia coaluit, amicitia, & crebra deinde, iucundiſsimáque conſuetudine, cùm præſertim è Bononienſi Schola Regens emeritus Cremonam rediiſti, confirmata eſt. Verum explicare ſatis non poſſum quo cenſu acceperim facinus amoris in me tui, quod eat ad poſteros in exemplum cum pauciſsimis ex antiquitate tota conferendum. Cùm benigniſsimè inuitareris à Rege, vt pro tantis in rempublicam Chriſtianam promeritis, proque virtute tam inſigni mercedis aliquid ab ipſius munificentia poſtulares, oblitus tui tuorúmque, tantùm efflagitaſti, vt ego in Senatum Mediolanenſem adlegerer. Atque obtinuiſti tu quidem, vt ſaltem viderere pro non immerito poſtulaſſe. Debeo ingentes optimo Monarchæ gratias quòd me dignum tali gradu iudicauerit: certè tamen ſine tuo teſtimonio ne potuiſſe quidem innoteſcere, ne dum Senatorio dignus munere iudicari. Fuit enim illa mea perpetua ratio, vt procul ab ambitione Magiſtratuum, quà patrocinando cauſis ciuilibus, quà lucubrando priuata opera, ſtudióque familiæ conſulerem meæ, & Reipublicæ deſeruirem. Tu verò nec à me vnquam tali ſuper re compellatus, nec litteris vllis præmonitus ſolius inductione beneuolentiæ pro amico vltrò factus eſt ambitioſus. Cùm igitur in tua iſta conditione extra omnem aliam gratiam quæ valeat à mea fortuna referri nihil habeam, quo obligatum animum tam inſigni fauore poſsim profiteri, hoc ſaltem volui curare, vt ad quoſcumque labores hi mei peruenerint, cognoſcant vniuerſi meritum in me tuum, & meam in te viciſſim non ingratam voluntatem. VALE.

HORATIVS

HORATIVS MARTINIVS SOCIETATIS IESV,

Theologus, & S. Officij Cremonæ Conſultor, ſtudioſo Lectori fœlicitatem.

OPus hoc eximium Eruditiſſimi Viri Theologi, & Iuriſconſulti præſtantiſſimi CÆSARIS CARENÆ, Lector ornatiſſime, diù deſideraui, non tam in lucem vt prodiret, quàm mihi, vt in munere meo lucem afferret. Et quidem iam Archetypum delibaueram, ſed typum nec videram, nec exuſum ſciebam, cum peroportunè ad familiarem, Amicum, noſtrique Collegij Aduocatum gratuitæ liberalitatis, non mercenarium, inuiſendum me contuli: & ecce librum editum video ſolutum tamen: Lætus ad amicum ingredior: inuenio ſedentem, atque antiquarum ſcripturarum maſſam non exiguam peruoluentem. Poſt ſalutationem ecquid operis? inquam. Maiorum meorum monumenta reuoluo, ait. Animum libenter applicui: nunquam enim aliàs, virum ſapientiſſimum, de ſua progenie verba facientem audieram. Idem mihi fuit initium audiendi, legendi, & admirandi nam è manuſcriptis auctoritate publica firmatis, atque hiſtoricis libris deprehendi, eius familiam antiquiſſimam, æquè ac nobiliſſimam. Etenim iam inde ab Anno 1218. [a] Vgo Carena Iacobi filius Aſtenſi communitati partem quam poſſidebat feudorum Lanerij, & Sancti Macharij vendidit. Ab anno verò 1404 inter nobiles Caſalenſis Ciuitatis Conſiliarios [b] Vaſinus Carena cenſetur. Anno autem 71 eiuſdem ſeculi hæc Familia feudorum Cimafabæ, ac Sancti Damiani Domina erat: quo tempore [c] Franciſcus Carena Marchionibus Montiſferrati à Conſiliis fuit. Nec proinde putes genres gentem hanc antiquiſſimam extinctam penitùs ac ſepultam, quod in Caſalenſi Cathedrali, ſepulchrum tantùm reſiduum ſit ante annos 100. extructum, propè aram ſacelli iuriſpatronatus Sancto Hieronymo, ac Mauro dicati, id enim auitæ eiuſdem nobilitatis teſtimonium eſt: [d] ipſa verò iam pluribus Annis Cremonæ lucet. Ac ne me tibi verba dare cenſeas: accipe rei ſeriem quaſi per fila deductam. [e] Ludouicus Carena, nobilis appellatus, liberos numerauit Petrum, & Vaſonem: Petri filium [f] Henricum lego, Iuriſconſultum Caſalenſem nobiliſſimum, in Ciuitate [g] Aſtenſi maleficiorum Iudicem: Henrici verò filium, Petrum Franciſcum paternum noſtri Cæſaris Auum, qui D. Ferdinandino Gonzagæ Mediolanenſis Prouinciæ Moderatori, inter alios à ſecretis [h] Princeps extitit, eidémque in arduis, ac maximis negotiis, tum virtutem, tum ſingularem ſemper fidem exhibuit. illud ſilere non debeo, quod cæteris omnibus familiaribus prætermiſſis, vnum hunc inter omnes elegit, quem ad Philippum II rei in primis arduæ conſequendæ gratia delegaret. Vt mirum nequaquam videri debeat, ſi præclarum tanti Viri obſequium, teſtatum Vir Clariſſimus eſſe voluit exquiſitis verbis quæ deprompta ex ipſius vltima voluntate, ac [i] teſtamento Bruxelis condito ne apice quidem mutato proferam: Cum enim liberos Catholicæ Maieſtati commendaſſet ſuos. *Il medeſimo, (inquit) faccio di Pietro Franceſco Carena mio Secretario, il quale mi hà ſeruito con molta fede & diligenza, e per molto tempo in negocij di molta qualità, coſi ne' ſeruigi della Maeſtà dell' Imperatore, come d'ella Maeſtà del Rè di Spagna, e per queſto ſupplico Sua Maeſtà reſti ſeruita farli gratia di ſcudi 300. l' Anno di penſione ſopra qualche Chieſa.* Posteà verò D. Cæſar filium ſuum monet, vt præfatum Petr. Franciſcum ſi in eodem munere à ſecretis primarij progredi velit omnibus modis ſibi deuinctum retineat: Nam cùm omnium actionum, ac rerum mearum particeps, inquit, ac peritiſſimus ſit futurum eſt proculdubio, vt filius meus alterum me ſecum habere videatur. Diuinauit: quippe vir optimus, & non ingrati animi oblatum ſibi à D. Petro Mendoza, Catholicæ Maieſtatis apud Genuenſes Legato, munus Secretorum Italiæ pro Cæſar. Maieſtate menſtruámque aureorum Centum mercedem reiecit, ac Ferdinandi memor, Cæſari filio [k], Cata-

phractorum

a In quodam libro antiquo hiſtoriarum, & priuilegiorum Ciuitatis Aſtenſis compilato per Ogerium Alferium, f. 43. à tergo, & f. 331.

b In vita S. Euſebij impreſſa Tridini anno 1506 c. 27 fol. 21.

c Cr[e]ſcentius in corona Nobilitatis Italiæ, fol. 300

d Vt ex atteſtatione Matrimonij, initi de anno 1480 die 6 Iunij contracti inter D. Georgium Nataam I. C. & D. Agnetem de Rothariis in auth. forma redactam per Io. Matthæum Montanarum Not. Colleg. Caſalenſem, in qua Laurentius Franciſc. Carena enunciatur ſpectabilis vir, & March. Conſiliarius intimus.

e In Inſtrumento diuiſionum facto inter Petrum, & Vaſonem fratres de Carena Anno 1507 1. Aprilis Rog. per Andream de Alba Not. publicum C[a]ſal. [i]nſ[er]tum, & extractum per Io. Matthæum de Bondonis, Cur. Epiſcopalis Cancell.

f Quatuor teſtes ad perpetuam memoriam examinati coram regiſtore Caſal. anno 1593 die 29. Maij. & Teſtam. D. Io. Carenæ conditum anno 1538 die 27. Maij Rog. per Vaſinum Gaudinum Not. Colleg. Caſalen.

g de anno 1538. quo anno cum omnibus eius ſubſtantiis [illegible] [illegible] ut ex [illegible] publica Annibalis Parruzzæ Cancell. Conſ. Aſtenſis die 5 Aprilis 1607.

h In vita Don Ferdinandi Gonzagæ Goſelini edita Venetiis anno 1579 f. 404.

i Teſt. Don Ferdinandi rog. per Hubertum de Cioſſis anno 1557. die 15. Nouemb.

k In Bulla erectionis dicti ordinis equeſtris Pij P. Incip. [illegible] data Anno 1559. &c.

phractorum Equitum Catholici Regis liberalitate Magiſtro libentiùs adhæſit: Qui viuens eum tanti fecit, adeóque carum habuit vt matrimonij contrahendi gratia cum D. Camilla Borromea D.Caroli ſorore,ad Pium IV.ſummum Eccleſ.Catholicæ moderatorem,eiuſdem Aunculum Romam legauerit,à quo Pontifice etiam eam ob cauſam, Equeſtri dignitate liberaliter donatu (Piorum participantium dicebatur) ac re feliciter geſta, reuerſus eſt. Enim verò ſibi quoque vxorem Claram Puſterlam nobiliſſimam puellam Mediolanen. Guilelmi Equitis aureati filiam Ioannis Baptiſtæ, Equitis pariter,ac Senatoris neptem adeptus eſt: quæ ipſimet Camillæ Principi Familiaris, in eius degebat gynecæo.Neque verò moriens Cæſar, eum minus in pretio habuit,cum extremæ decreto voluntatis vxori mandauerit eundem, vt omnium conſiliorum participem haberet.

Idus Martij,vbi inter primos illos Equites enumeratur Petrus Franc Carena.
k Vt inſtrum. promiſſionis factæ per DD Hieronym I.C. Colleg Med & Iacobum fratres de Puſterla rog. per Octauianum Puſterlam anno 1605. vlt. Auguſti.

Hinc illa cum D.Carolo Borromeo familiaris conſuetudo,quam vir Sanctus innumeris propè ad eum ſcriptis [m] epiſtolis, ac præſertim duabus non amplius octo ante obitum diebus datis teſtatum reliquit Eandem ferè cum Sereniſſimis Octauio,& Alexandro Farneſiis Parmæ Ducibus, atque Eminentiſſ Hercule Card Gonzaga, qui ſummi Pontificis Legatus Conc. Trid præfuit, ipſorum non paucæ teſtantur litteræ.

m Epiſtolæ hæ omnes penes D.Cæſarem Carenam reperiuntur.

Hic agitur talis, ac tantus Vir, cum annis ſeptemdecim [n] Mediolani domicilium habuiſſet, ſuſcepto ex vxore Clara filio Henrico, Hortenſiam [o] Galleratam Nobilis inter Cremonenſis familiæ, in Matrimonio collocauit: eúmque ciuis Mediolanenſis non ſolus, ſed cum tota poſteritate Excellentiſſ.Senatus decreto effectus eſſet,Cremonam familiam ſuam ac ſubſtantiam tranſtulit vniuerſam ibidémque octogenarius vita functus eſt.

n Vt ex ſupplicat à Petro Franciſc. porrecta Potentiſſ. Regi Philippo II. inſerta in ea ſdem Maieſtatis litteris directas Excellentiſſimo Duci de Alburque Gubernatori Stat. Mediol, ſub data Matriti 1569 21. Februarij
o Vt ex inſtrumentis dotalibus Rogatis per.

Henrici verò probitas, atque integritas vſque adeò Ciuitati Cremonenſi manifeſta fuit, vt atteſtatione indigeat nulla,eius enim opera in multis,ac variis ex muneribus conſuetis vſa eſt, & quaſi ad ægritudines animorum corporúmque curandas natus,ac factus eſſet, Maximo Xenodochio non modò ſæpius præfecit, verùm etiam communis valetudinis, & ſalutis contra peſtilentem morbum ingruentem ſeruatorem, & aſſertorem conſtituit, donec vita iam deficiente præ ſenio, aliena adhuc incuban- ſanitati, diem clauſit extremum.

Huius denique Henrici proles. Cæſar, Vir imprimis ingenioſus, ac ſtudioſiſſimus, qui Philoſophiæ primum Candidatus,mox in Patauina Ciuitate Theologiæ,tum demum Iuriſprudentiæ in Ticinenſi Lauream,& meritus,& conſecutus,iam [p] pluribus annis Cremonæ Aduocati munere ſumma cum laude fungitur,cuius etiam opera Eminentiſſ Card Camporeus, præſertim in honorifico [q] Auditoris munere iam dudum vtitur:eadem vtuntur Eccleſiaſtici non pauci, ac maximè Regulares, & iure quidem optimo:nimium erga ſingulos Ordines vſque adeò ſe propenſum, ac ſingulariter affectum profitetur,de omnibus, vt bene meritum ſe præbere ſummoperè concupiſcat.

p Ab anno ſcilicet 1619 & ſic per 22. annos.
q Vt ex litteris Patentibus eiuſdem Eminentiſſimi D. Cardinalis Camporei,ſub die 24. Martij Anni 1625.
r Vt ex Epiſtola Eminentiſſ.Card. Mellini,ſub die 7. Feb 1626 in Archiuio Inquiſitionis.
ſ Vt ex altera Epiſtola Sac. Congreg. ſub die 2. Auguſti 1630 Eminentiſſ. D. Card. S. Honufrij in eodem Archiuio.
t Ex altera Epiſtola Sac Congreg ſub die 22. Maij 1638 Eminentiſſ. Card. Barberini in eodem Archiuio.
u Annis 1636. & 1637. ſub feliciſſima Præfectura Illuſtriſſimi D.San.Salamancha.

Imò verò,eundem Sanctiſſ. Vrbanus VIII. [r] primum S. Officij Cremonæ Conſultorem, cum Ioanne Petro Ala I.C. Colleg Cremonen è viuis ſublato,Aduocatum fiſcalem; randem [ſ] Iudicem conſeruatorem, Iurium eiuſdem S.Tribunalis elegit, & creauit. Vnde mirum non eſt, ſi Eminentiſſ Card Franc.Barberinus Sanctiſſ. Pontificis Vrbani ex fratre nepos, non alium cauſarum ſuarum his locis Aduocatum velit nihilque eo inconſulto agitari, vel peragi patiatur. Vt omittam leuiora quædam, nempe quod tribus menſibus (neque enim per leges Ciui conceditur amplius) [u] Pro iudicis maleficiorum obierit munia,totóque fermè biennio Aduocati fiſcalis Vice, eidem ſuæ ciuitati operam,ac diligentiam, non minus præſtiterit, quàm probauerit ſuam. At ne tantillum quidem à maiorum nobilitate degeneraſſe videretur: qui nonniſi è nobilibus ortis parentibus vxoribus adhæſerunt, Angelam Fraganeſcam,Cremonenſem virginem nobiliſſimam Ioan Baptiſtæ Ripe Equitis Hieroſolymitani,& Ludouici Epiſcopi Iuſtamnenſis proueptem ſibi Matrimonio copulauit.

Hæc mihi pridem ignota, ignorare te pariter, Ornatiſſimè Lector, nolui ne eodem fortaſſe ductus errore, nouum genium in lucem prodire,& non potiùs auitæ nobilitatis ingenium exiſtimaremus. Quamvis enim,ego quoque

Et genus & proauos, vt ait ille, & quæ non fecimus ipſi
Vix ea noſtra putem;

non ſum tamen ita rudis, & hebes, vt quantum ornamenti è maiorum monumentis, rebuſque præclarè geſtis,velut è luc idiſſimo fonte hauriamus, haud intelligam. Quamobrem quæ ad viri doctiſſimi laudem faciunt: non fuerunt inuoluenda ſilentio,ſicut enim quæ notam aliquam incurrere amico poſſunt,reticere bonum, ita quæ decora ſunt occultare malignum dixeris. VALE.

PER

PERILLVSTRI DOMINO, ac Patrono ſuo Colendiſſimo D. Cæſari Carenæ,

LEONARDVS VELLIVS SOCIETATIS IESV, S.

EFFEREBAR iampridem ingenti deſiderio (VIR ORNATISSIME) tua ſcripta videndi. Magnum videlicet aliquid ex Auctore conceperam Acre illud ingenium, ac viuidum, quod in abdito latitans altiſſimi conſilij, tamen in oculis, fronte, in vultu toto tamquam in veſtibulo promicat, infuſum in monumenta penitus, atque eductum de latibulo mentis deprehēdere me, ac tenere poſſe ſpetabam Nec fefellit expectationem euentus. Librum tuum de Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis, & modo procedendi in cauſis fidei ſubtractum adhuc imperfectum è prælo nactus, elapſis proximè diebus, auidius, cœpi, atque oculo properante luſtrare. Papæ quale opus inueni; quàm multiplex; quam varium; quam ex omni doctrinarum penu depromptum. Quid in illo prius admirer, ingeniumne à copia: an iudicium à diſpoſitione? potuit illud ſanè confundi, hoc obrui, ſi maximum non fuiſſet alterorum Extant aliorum hac ſuper eadem materia vigiliæ; ſed illæ aut rei quodammodo circumfunduntur extrinſecus, aut ſibi tantum ſegregant partem: tu penetras in viſcera diligentiam, euoluis omnia ſanctiſſimi Tribunalis arcana, atque exorſus à principio nihil pateris indiſcuſſum, quod poſſit ad Eccleſiæ forum in cauſis fidei pertinere. Sapiens nimirum Architectus ſolida totáve in petra ſundamentum ponens ſua ſubinde per incrementa deducis ad culmen. Dauidicam turrem, quam & mille clypeis atque omni fortium armatura circummonis, vbi nequiſſimorum hæreticorum ignea tela extinguantur. Principio auctoritatem inquirendi in hæreticam prauitatem à Chriſto deriuas in reliquos miniſtros: horum autem munera definis, tueris dignitatem, ipſas etiam componis, quæ de loco poſſint inter illos, & præcellentia lites exoriri. Quid quod etiam ingenio illo tuo ad ſpeciem componis exquiſiti miniſterij? Ætatem mores, doctrinam, vitam denique totam deſcribis Quamquam in hoc debes aliquid Miniſtris, qui in Cremonenſi Inquiſitione ius fidei tecum adminiſtrant. Potuiſſe ex ipſorum moribus Ideam compare, & quod tibi ſemper glorioſum erit apud poſteros ſcribendo præcepiſſe, honorificum illis eſt exprimere viuendo Nam, vt ex vno diſcamus omnes Reuerendiſſim. Inquiſitor Pater Magiſter Vincentius Prærus, qui tenet hodie in hac Ciuitate Tribunal, nonne vt quondam à Xenophonte Cyrus fictus eſt ad normam iuſti imperij, ſic ipſe videtur ad amuſſim perfectiſſimæ Inquiſitionis à Deo efformatus? certè ætas in confinio ſenectutis vegeta quidem adhuc, & integra: ſed in qua deſerbuerit omnis inimicus prudentiæ calor, vires affert ad agendum integras, conſilium ad iudicandum expeditum Doctrina verò diu in Scholaſticorum exedris exercitata ad iudiciale forum nomen attulit cum pauciſſimis eruditi. Nam de illius moribus quid attinet dicere cuius nihil occurrat, quod non redoleat honeſtatem? Tales ipſa ſibi Chriſtiana fides eligeret Inquiſitores Sed redeo iam ad te. Crimina deinde conſideras, quæ cadunt ſub iuriſdictionem ſanctiſſimi Tribunalis, quaſi ſanguinem à ſanguine, lepram à lepra diſcernens, morbos ſuis quemque ſignas indicijs, & characteribus, notiſque ſic diſtinguis, vt nequeant iam amplius indaginem fallere vel mediocriter inquirentis Ad extremum exequeris practicè formam iudicij, & conſtituis procedendi vias. Vt legitimè quis aduocetur ad ius experiundum, vt occupetur præſumptione crimen, vt probationibus eruatur: Quæ quam varia, quam multiplex, & implexa ratio teſtium, quibus actio firmetur argumentis, quibus excludatur exceptionibus: Addis de natura quæſtionis, ac tormentorum, de methodo totius cauſæ concludendæ: nec omittis ſeu quæ faciant ad ſalutem reſipiſcentium, pœnas, ſeu quæ infliguntur obſtinatis in perniciem, ruinam. Hæc omnia in vno à te digeſta, eóque non ingenti volumine tantam conciliarunt famam auctori, tantam excitarunt operis expectationem, vt ab vſque Sicilia, qui fidei cauſas exercent in illo Regno, viri æquè ſapientia, ac generis no-

bilitate præcipui dederint ad te, quem nunquam vidêre, litteras amoris plenas, & indices honorificentiſſimi iudicij, quibus flagitarent, vt ſtatim ab impreſſione librorum tranſmitteres: Sacra verò Romana Congregatio voluit etiam, impenſas iuuare Typographi, quò maturiùs prodire poſſet in lucem.

Gratulor itaque tibi, Vir maxime, iterum, ac ſæpius gratulor monumentum ad æternitatem tui nominis perennius ære, ad vtilitatem Catholicæ Religionis pretioſius auro confectum. Quandiu Sacrorum Tribunalium in Orbe Chriſtiano repurgandæ fidei excubabit diligentia (excubabit autem vſque ad conſummationem ſæculi) tamdiù vigiliarum tuarum durabit vtilitas, tamdiù Cæſaris Carenæ nomen ſapientiſſimorum hominum voce reſonabit. Nam exantlati præmium laboris non exiguum, tum in cælis à Deo, tum in terris à Catholico Rege noſtro Potentiſſimo potes expectare. Vtriuſque enim ſtrenuè cauſam agis. Ac Dei quidem, cui ſponſam vindicas ab hæreticorum corruptelis emaculatam; cultum adſtruis ab adulterio vanæ, impiæq; ſuperſtitionis in ſua ſimplicitate ſyncerum, integram fidei tueris in Eccleſiæ vnitate conſtantiam. Porrò autem Catholici Regis negotium nemo tractet vtilius, quam qui ſe hæreticorum opponat temeritati, & Romanam Religionem ſartam tueatur. Ex quo enim Reges Hiſpaniarum ditionem adiere, quam videmus per Orbem propemodum vniuerſum latiſſimè pertinentem, nullam legimus extitiſſe ſectam Romani Pontificis, & Catholicæ Religionis hoſtem, quæ non bellum eodem tempore illis quoque indixerit. Vt eadem ſit Regibus Catholicis cum Catolica Religione vtilitas, & omnino cauſa communis Et ſi Paulus V. Pontif. Optimus Maximus ſolitus erat Sanctiſſimæ Inquiſitionis Miniſtris tantum tribuere, vt diceret, illorum opera Pontificiam ſibi thiaram adſciri: non dubito, quin Reges prudentiſſimi longo temporis experimento docti, Auſtriacæ ditioni perniciem ſemper ab hæreticis intentari dudum conceperint animo ſenſum eundem, vt reputent, ab iiſdem ſceptrum ſibi, Regnúmque vindicari.

Quamquam igitur ſexdecim ipſos annos, quibus operam, in S. Officij Tribunal propemodum vnicè contuliſti à regiis negotiis, curiſque videri potueris abſtinuiſſe: verè tamen incubuiſti cum primis in re, quæ Regiam auctoritatem, Regias opes propius attingit. Hic ſenſus quoque neceſſe, vt penitus imbuat eorum animos, qui ſedentes ad gubernaculum, & quaſi clauum Imperij procellis excubant: vident enim maximas quaſque tempeſtates hæreticorum plerumque ſpiritu concitari. Fouebunt beneficentiæ ſinu, ferent in oculis gratiæ hominum non ingenio ſolum inſignem, aut doctrina, & eruditione ſingularem, ſed nauum etiam, induſtriumque & qui fuerit laboribus, ac vigiliis Reipublicæ tantopere ſalutaris. Non patientur fraudari debitis honoribus illum qui periculoſiſſimo tempore Rempublicam, qua ſe parte fluctus furioſiùs immittunt, pari cum fidei conſtantiæque laude curauit. Hoc pro tuis virtutibus auguror, pro Regis iuſtitia polliceor, pro mea beneuolentia à Superis enixè precor. Tu verò interim age (Vir Maxime) & quam illo tuo impetu feruentioris ingenij rem Catholicam ſuſcepiſti, vrge potentius, & Vale.

Ex Collegio Cremonenſi Societatis Ieſu, Kalendis Iunij, Anno 1641.

CÆSAR

CÆSAR CARENA
IVRISCONSVLTVS,
BENIGNO LECTORI SALVTEM.

HABES hic (Benigne Lector) Tractatum meum de Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis, & modo procedendi in cauſis fidei, Addidi inſignes Quæſtiones D. Guidonis Fulcodij vſque adhuc nunquam impreſſas, in quo gratiæ agendæ ſunt Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. D. Card. Camporeo, Præſuli Inregerrimo, Vigilantiſſimo, & prudenriſſimo, de Eccleſia noſtra Cremonenſi, imo & de Vninerſali optimè merio, ac Studiorum meorum ſupra viginti annos, quibus Eccleſiæ huic ſumma cum omnium laude præeſt; fautori optimo, ab ipſius enim Bibliotheca eas habui. In hac Impreſſione errores irrepſere adeò intolerabiles Manuſcriptas incuria Impreſſorum, & longa mea ab hac Ciuitate abſentia, vt Lectorem beneuolum rogare coactus ſim, vt priùs errara ſeorſim impreſſa legar, quam libro manum apponat, Interim benignè Lector expecta inſt. uctiones S. Officij in Regnis Hiſpaniarum vnà cum meis Annotationibus, ex quibus apparebit ſumma concordia, quæ cauſa fidei peraguntur, & in Supremo Hiſpaniarum & in Vniuerſali Romano Tribunali, vbi multo plura videbis, de Pietate, & Religione Potentiſſimorum Regum Noſtrorum, & totius Hiſpanæ Nationis, Gloſſam ſuper inſtructione, quæ in Tribunalibus noſtris Italiæ circumfertur, de modo formandi proceſſus in cauſis ſtrigum Centum vota in caſibus fictis in mareria Inquiſitionis, vt quæ Theorice in hoc Tractatu docemus ad praxim veram deducamus, ac ſeſquicenturiam rerum præſertim in foro Cremonenſi Iudicatarum, vbi pulcherrimæ materiæ Ciuiles pertractantur, & in prima earum reſolutionum decisiuarum agitur latiſſimè pro Eccleſia Clareualenſi, & eius Eminentiſſ. D. Card. Burgheſio Commendatario, an quando & quomodo ſint licitæ repreſaliæ in bonis Eccleſiarum tempore Belli, & hæc omnia iam parata ſunt; nec aliud niſi Typographi manum poſtulant. Vale.

APPROBATIO.

EGo D Ioan. Baptiſta Offredus Præpoſitus Clericorum Regularium S. Abundij, & Conſultot S. Officij accuratè perlegi Reuerendiſſ. P. Inquiſi.ore mandante, Librum inſcriptum *Tractatus de modo procedendi in cauſis S. Officij*, à D. CÆSARE CARENA Cremonenſi S.T & I.V. Doctore, ac Eminentiſſ D. Cardinalis Camporei Auditore, & Sanctiſſ. Inquiſitionis Cremonæ Conſultore, & Aduocato Fiſcali compoſitum, cúnque omnia in eo contenta non ſolum ſint fidei Catholicæ conſona, verùm etiam ad illius defenſionem valde perutilia, vtpote quæ eiuſdem Sanctiſſ. Inquiſitionis Conſultoribus, & Miniſtris, imò omnibus pro caſibus conſcientiæ facilem ac certam methodum & doctrinam præbeant; vnde (maxima Auctori laus debetur,) meritóque Typis mandari poſſe cenſeo. Cremonæ die 28. Februarij 1639.

Imprimatur, F. DOMINICVS MARIA ARESIVS, Lect. Sacræ Theol. ac Vic. S. Offic. Cremonæ.
Comes MAIORAGIVS, *pro Excellentiſſimo Senatu.*

APPROBATIO.

EGo Fr. Stephanus Molin in ſacra Theologiæ Pariſienſis Facultate Doctor Carmelita, Libri cuius titulus eſt, CÆSARIS CARENÆ *Tractatus de Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis, &c.* fidem facio nihil in eo contineri ab Orthodoxa Fide, aut bonis moribus alienum, Prælo igitur committi debet. Datum Lugduni in Carmelo noſtro die 5. Iulij 1649.

Fr. STEPHANVS MOLIN.

IMPRIMENDI FACVLTAS.

IOANNES-CLAVDIVS DE VILLE, in ſacra Theologia Magiſter, in Eccleſia S. Crucis Cuſtos, & D.D. Alphonſi Ludouici du Pleſſis de Richelieu, Eminent. Cardinalis, ac Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Lugdunenſis Prouicarius Generalis: Librum inſcriptum, CÆSARIS CARENÆ *Tractatus de Officio Inquiſitionis*, à Theologis viſum & approbatum in lucem edi facultatem concedimus. Lugduni die 6. Iulij 1649.

DE VILLE.

SVMMA PRIVILEGII REGIS CHRISTIANISSIMI.

CAVTVM eſt authoritate Regis, ne quis in Regno ſuo, aliiſque locis ſuæ ditioni ſubiectis, intra decem proximos annos Librum qui ſic inſcribitur, CARENA *De Officio Inquiſitionis cum Additionibus*, abſque LAVRENTII ANISSON, Bibliopolæ Lugdunenſis, permiſſu, imprimat, aut diuendat, à die publicationis horum exemplarium: qui ſecùs fecerit mulcta indicta, prout amplius in Diplomate Regio continetur, mulctabitur. DATVM Pariſiis 19. Septembris 1667.

Signatum.

TESSIER.

Deſiit prælum huius nonæ editionis die 6. Octobris 1668.

INDEX

Titulorum, & Paragraphorum Tractatus de Officio Sanctiſſ. Inquiſitionis, & modo procedendi in cauſis fidei.

ANTELVDIA.

§. I. [illegible] Regna mundi à Deo regi, & [illegible] gubernari.

II. Sine vera Religione Regna diu conſiſtere non poſſe.

III. Ob hæreſes Imperia, & Regna à Deo euerſa.

IV. Vnicum remedium aduerſus hæreſes fuiſſe Officium Sanctæ Inquiſitionis.

V. Quanto in honore habitum fuerit Officium Sanctæ Inquiſitionis à Potentiſſ. & Religioſiſſ. Regibus Noſtris Hiſpaniarum, quamque ob eorum id ſtabilita Imperia.

PARS. I.

TITVLVS I.

De Summo Pontifice. pag. 2

§. I. [illegible] E Chriſto Capite Eccleſiæ viſibili, & Inuiſibili. ibid.

II. De Chriſto Sacerdote, & Rege. p. 3.

III. De Petro Chriſti ſucceſſore, & eius primatu. p. [illegible]

IV. De Romanis Pontificibus Petri ſucceſſoribus. p. 6

V. De poteſtate Roman. Pontificis in temporalibus. ibid.

VI. De Sum. Pontificis poteſtate in hæreticos. p. 9

TITVLVS II.

De vniuerſali Romana Inquiſitione, & Eminentiſſ. ac Reuerendiſſ. DD. Cardinalibus Supremis Inquiſitoribus. p. 9

TITVLVS III.

De Supremo Tribunali Inquiſitionis in Regnis Hiſpaniarum. p. 10

TITVLVS IV.

De Epiſcopis. p. 11

§. I. De Iuriſdictione Epiſcopi in hæreticos. p. 12

II. De concurſu Epiſcopi, & Inquiſitoris in cauſis fidei. ibid.

III. An Epiſcopi poſſint facere proceſſus contra hæreticos. p. 13

IV. An in formatione horum proceſſuum Epiſcopi teneantur ſeruare Ordines Inquiſitoribus praſcriptos. ibid.

V. An expediat Epiſcopos hoſce proceſſus facere, vel ſatius ſit eos Inquiſitoribus remittere. ibid.

TITVLVS V.

De Apoſtolis Inquiſitoribus. p. 14

§. I. De Origin. & Inſtitut. Sanctæ Inquiſitionis. p. 15

II. De B. Dominico primo Inquiſitore. p. 16

III. De electione Inquiſitorum. ibid.

IV. De qualitatibus eligendi in Inquiſitorem. ibid.

Particula I. De ætate Inquiſitorum. ibid.

Particula II. De Scientia Inquiſitorum. p. 17.

Particula III. De Prudentia Inquiſitorum. ibid.

Particula IV. De vita & morum honeſtate Inquiſitorum. ibid.

V. An Theol. vel I.C. Inquiſitores eligendi. p. 19

VI. De Titulo Reuerendiſſ. ma tuo debito Inquiſitoribus. ibid.

VII. De præcedentia inter Vicarium Generalem Epiſcopi, & Inquiſitorum. ibid.

VIII. De Inquiſitoribus in ordine ad Prælatos ſui ordinis. p. 20

IX. An Inquiſitores contra omnes poſſint procedere. p. 21

X. An iuriſdictio Inquiſitoris expiret morte Pontificis. ibid.

XI. An Inquiſitores poſſint ſubdelegare cauſas fidei. ibid.

XII. De excomm. in Inquiſitores latis. Ibid.

XIII. De variis Priuilegiis Inquiſitoribus à iure conceſſis. p. 22

XIV. Quomodo munus Inquiſitoris finiatur. p. 23

TITVLVS VI.

De Vic. Generalibus Epiſcoporum. p. 24

§. I. De iuriſdictione Vic. Gen. Epiſcopi. ibid.

II. An iuriſd. Vic. extendatur ad cauſas hæreſis. ibid.

III. An Vicar. Generalis Capituli ſede vacante poſſit procedere in cauſis fidei. p. 25

IV. An Abbatis nullius Diœceſis poſſint procedere in cauſis fidei. ibid.

V. An Vicarius Epiſcopi, & capituli teneatur præſtare locum ſilentij. ibid.

TITVLVS VII.

De Vic. Generali Inquiſitoris. p. 25

§. I. An Inquiſitores poſſint deputare ſibi Vicarium Generalem. ibid.

II. De qualitatibus eligendi in V. Generalem S. Officii. p. 26

III. De iuriſdictione Vic. Generalis. ibid.

IV. An Vic. S. Officij ſubſit prælatis ordinis. ibid.

V. An morte Inquiſitoris finiatur Iuriſdictio Vicarij. p. 27

TITVLVS VIII.

De Conſultoribus, & Congregationibus ſancti Officij. p. 27

§. I. An Inquiſitores poſſint ſibi eligere Conſultores. p. 28

II. De qualitatibus eligendorum in Conſultores. ibid.

III. De præcedentia inter Conſultores. p. 29

Index Titulorum.

IV. *An Pater, & Filius poſſint ſimul eligi in Conſultores S. Officij.* 30
V. *De Qualificatoribus propoſitionum.* ibid.
VI. *Quibus tempore, & loco fieri debeant Congregationes S. Officij.* ibid.
VII. *De ordine votandi in Congregat. S. Officij.* ibid.
VIII. *De modo votandi in Congregat. S. Officij.* p.31
IX. *An vota Conſultorum ſint deciſiua.* ibid.
X. *De ſecreto ab Inquiſitoribus Conſultoribus indicendo.* p.32

TITVLVS IX.

De Aduocato Fiſcali S. Officij. p.32
§. I. *De origine & dignitate Aduocati Fiſcalis.* p.33
II. *An Inquiſitores habeant fiſcum.* p.34
III. *De qualitate eligendorum in Aduocatos fiſcales.* ibid.
IV. *De Officio Aduocati fiſcalis huiuſce Tribunalis, & an poſſit intereſſe Congregationibus, & habeat votum.* ibid.
V. *An fiſcus S. Officij poſſit apellare* p.35
VI. *An Aduocatus fiſcalis poſſit recurſari, vt ſuſpectus.* p.36

TITVLVS X.

De Aduocato, & Procuratore Reorum. p.37
§. I. *De qualitatibus eligendorum in Aduocatum, & Procuratorem Reorum.* ibid.
II. *De muneribus Aduocati, & Procuratoris Reorum.* ibid.

TITVLVS XI.

De Vicariis Foraneis Inquiſitorum. p.37
§. Vnicus, *De electione, & munere Vicarij Foranei S. Officij.* 38

TITVLVS XII.

De Cancellario S. Officij. p.38
§. Vnicus, *De electione Cancellarij, ſiu Notarij S. Officij & eius muneribus.* ibid.

TITVLVS XIII.

De Theſaurio S. Officij. p.39
§. Vnicus, *Quis ſit eligendus in Theſaurarium S. Officij, & de eius muneribus.* ibid.

TITVLVS XIV.

De Familiaribus S. Officij. p.39
§. I. *An Inquiſitores habeant familiam arma am.* pag 40.
II. *De qualitatibus eligendorum in familiares S. Officij.* ibid.
III. *De numero familiarium S. Officij.* ibid.
IV. *De familiaribus delinquentibus in vſu armorum.* pag. 41.
V. *De foro competenti familiarium S. Officij in Regnis Hiſpaniarum.* ibid.
VI. *De priuilegiis ſpiritualibus familiaribus S. Officij conceſſis.* ibid.
VII. *De ſpeciali familiarium S. Officij obligatione.* pag 42.

TITVLVS XV.

De Cuſtode Carcerum S. Officij. p.42
§. Vnicus, *De Cuſtode Carceris S. Officij, & eius officio.* ibid.

TITVLVS XVI.

De Nunciis, & Curreciis S. Officij. p.43

PARS. II.

TITVLVS I.

De hæreſi, & hæreticis. p.44
§. I. *QVID ſit hæreſis.* p.45
II. *De pertinacia ad hæreſim requiſita.* 47
III. *An dubius in fide ſit hæreticus.* ibid.
IV. *De his qui patiuntur tentationes in materia fidei.* p.48
V. *De ſubiecto hæreſis, & an infans baptizatus nutritus inter hæreticos, negans fidem ſit hæretic.* ibid.
VI. *An negans propoſitionem Theologicam ſit hæreticus verus, vel præſumptus.* p.49
VII. *De eo qui creditur communi æſtimatione baptizatus.* ibid.
VIII. *De hæreticis manifeſtis & ſecretis.* p.50
IX. *De hæreticis affirmatiuis, & negatiuis.* ibid.
X. *De hæretico negatiuo apellante ad vallem Ioſaphat.* p.51.
XI. *An ignorantia excuſet ab hæreſi.* ibid
XII. *De proferentibus verba hæretica ioco, lubrico lingua, vel ſimili modo.* p.52
XIII. *Tenens veram opinionem, putans illam eſſe contra Eccleſiam Catholicam, an ſit hæreticus.* pag. 53
XIV. *De proteſtatione, an ab hæreſi excuſet.* ibid.
XV. *An ſit hæreticus, qui metu compulſus aliquid hæreticale committit.* ibid.
XVI. *De Marcellino Papa.* p.54
XVII. *An liceat diſputare de Fide.* ibid.
XVIII. *De probationibus in crimine hæreſis.* ibid.
XIX. *De tortura hæreticis danda.* p.55
XX. *De tortura ſuper intentione danda in cauſis hæreſis.* ibid.
XXI. *An perſiſtens in tormentis, ſit in crimine hæreſis abſoluendus.* p.56
XXII. *De tortura danda Clericis, & Monachis, in crimine hæreſis.* p.57
XXIII. *De tortura in crimine hæreſis danda ſuper complicibus.* ibid.
XXIV. *An à decreto torturæ in cauſis hæreſis detur appellatio.* p.58
XXV. *De Abiuratione hæreticis iniungenda.* ibid.
XXVI. *De excommunicatione, & irregularitate hæreticorum.* ibid.
XXVII. *De infamia & priuatione beneficiorum.* p.60
XXVIII. *De pœna mortis, degradationis, & priuationis Eccleſiaſtica ſepulturæ.* ibid.
XXIX. *An ſi teſtator prohibeat tranſire in fiſcum bona ſua etiam quoad vſumfructum, tranſeat in fiſcum commoditas fructuum.* ibid.
XXX. *An fiſcus repudiata confiſcatione in hoc crimine poſſit mulctam priorem acceptare.* p.62
XXXI. *An filij hæretici ſuccedant in maioratu quo pater ob hæreſim fuit priuatus.* p.63
XXXII. *De pœna carceris, & alijs pœnitentijs ſalutaribus, pœnitentibus hæreticis imponendis.* ibid.
XXXIII. *De hæreſiarchis.* p.64

TITVLVS II.

De hæreticis pœnitentibus, impœnitentibus & relapſis. p.65
§. I. *De hæreticis pœnitentibus.* p.66
II. *De caſibus in quibus hæretico pœnitenti etiam pro prima vice non parcitur.* p.67
III. *De hæreticis impœnitentibus.* ibid.
IV. *De non implentibus pœnitentias.* p.68
V. *De Relapſis.* p.69
VI. *De pœna Relapſi.* p.70
VII. *Quomodo ſe debeant gerere Confeſſarij, cum hæreticis pœnitentibus, negatiuis, & relapſis.* pag. 71

TITVLVS III.

De Apoſtaſia, & Schiſmate.
§. I. *Quid ſit Apoſtaſia a fide, & in quo differat ab hæreſi.* p.74

II. *Bapti*

II. Baptizatus nulliter ſi ad reprobam ſectam ſe transferat, an dicatur Apoſtata. ibid.
III. De tranſeuntibus ad ſectam Iudæorum, & Saracenorum. ibid.
IV. Quis ſit Iudex huius criminis. ibid.
V. In quo magis declaratur quomodo Iudex laicus in cauſis hæreſis, & Apoſtaſia ſit incapax etiam in quæſtione facti. p.75
VI. An Apoſtata pœnitentes ad miſericordiam ſint recipiendi. p.76
VII. De tortura, & abiuratione Apoſtatarum. ibid.
VIII. De pœnis Apoſtatarum. ibid.
IX. De Schiſmate. ibid.
X. Quid, & quotuplex ſit ſchiſma. p.77
XI. An Schiſmatici primi generis ſint ſuſpecti de hæreſi, & qualiter, & an torqueri debeant, & abiurare. p.77
XII. De pœnis Schiſmatis. p.78
XIII. De peculiaribus pœnis Schiſmaticis ab Inquiſitoribus imponendis. pag.79
XIV. An Sacerdos vel Epiſcopus non baptizatus, vel dubitans, poſſit baptizari iterum ſine periculo Apoſtaſiæ. ibid.
XV. Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat cum Apoſtata. ibid.
XVI. Quomodo ſe gerere debeat Confeſſarius cum Schiſmaticis. p.80

TITVLVS IV.

De Fautoribus Hæreticorum. p.61
§. I. De fautoribus hæreticorum ex omiſſione. p.82
II. De variis caſibus, in quibus quis dicitur fautor hæreticorum opere. p.83
III. De impedientibus S. Officium. p.84
IV. De iuramento quod præſtant Officiales Regis Noſtri in Hiſpania in manibus Inquiſitoris. p.85
V. De receptatoribus hæreticorum. ibid.
VI. De hæretico hæreticum receptante. p.88
VII. De conuerſantibus cum hæreticis. ibid.
VIII. De defenſoribus, & Aduocatis hæreticorum pag.89.
IX. De credentibus hæreticorum. ibid.
X. De conſultoribus hæreticorum. p.90
XI. De Tortura hæreticorum fautoribus danda. ibid.
XII. De abiuratione fautoribus hæreticorum iniungenda. ibid.
XIII. De pœnis fautoribus hæreticorum imponendis. pag.91
XIV. Quomodo cum fautoribus hæreticorum Confeſſarius ſe gerere debeat. ibid.

TITVLVS V.

De Polygamis. p.92
§. I. An Polygamia ſit prohibita, & quo iure. p.93
II. An Polygamus ſit de hæreſi ſuſpectus. p.95
III. An Polygamia ſit delictum mixti fori. ibid.
IV. An contrahens ſecundum Matrimonium, non ſeruata forma, cap. Dominus de ſecundis nuptiis, *ſubdatur iudicio Inquiſitorum, vbi quod ſic, & ibi dictis adde, ita fuiſſe iudicatum in ſimili cauſa in foro Archiepiſcop. Neapol. apud Ricc. decil.91. vol.3.* p.96
V. An contrahens ſecundum Matrimonium ob nullitatem primi prætenſam, non tamen declaratam, ſubdatur foro & iudicio Inquiſitorum. p.97
VI. An coniugatus contrahens ſponſalia cum alia, viua coniuge, ſit de foro Inquiſitorum. p.98
VII. In quo concluſio præcedentis §. magis confirmatur. ibid.
VIII. An Inquiſitores procedere poſſint contra virum contrahentem cum Polygama. p.99
IX. De probatione primi Matrimonij, & ſuperuenientia primæ Vxoris. p.100
X. An polygamus debeat torqueri, & quomodo ib
XI. De abiuratione polygamo iniungenda. p.101
XII. De pœnitentiis ſalutaribus, & aliis pœnis Polygamo imponendis. p.102
XIII. De punitione falſorum teſtium in materia Polygamia. p.103
XIV. An filij ex Matrimonio prædicto procreati ſint legitimi. p.104
XV. An Inquiſitores ſint Iudices competentes in cauſa hac legitimitatis prolis. ibid.
XVI. Cui ex parentibus incumbat onus alendi liberos nullo declarato matrimonio ex cauſa polygamia. pag.105
XVII. Quomodo confeſſarius ſe gerere debeat cum polygamo. p.106

TITVLVS VI.

De Confeſſariis ſollicitantibus. p.106
§. I. Quo iure Inquiſitores procedant in hoc crimine. pag.108
II. An Bulla Greg. XV. ſit fauorabilis, vel odioſa, pag.109
III. De variis dubiis in hac materia declaratis per Bullam Gregorij XV. ibid.
IV. An ſollicitans fœminas ad alia peccata, non tamen luxurioſa, incurrat pœnas Noſtræ Conſtitutionis. ibid.
V. Variæ Quæſtiones declarantur occaſione verborum Bullæ Gregorianæ. p.110
VI. An mandans confeſſario, ut in confeſſione ſollicites comprehendatur in Conſtitutione Gregoriana. p.113
VII. An hoc delictum ſufficienter probetur teſtibus ſingularibus. p.117
VIII. An hoc crimen ex teſtimonio mulierum probetur. p.118
IX. De qualitate fœminarum ad probandam ſollicitationem. ibid.
X. An mulieres quæ ſollicitanti Confeſſario conſenſerunt, ſint ſufficientes teſtes in hoc crimine. ibid.
XI. An hoc delictum plene probetur a duabus fœminis. p.[illegible]
XII. An fœmina honeſta denuncians faciat indicium ad torturam, vel capturam. ibid.
XIII. Explicatur quædam Doctrina Cantera. p.120
XIV. De tortura huiuſmodi ſollicitantibus danda. p.[illegible]
XV. De abiuratione Confeſſario ſollicitati indicenda. pag.112
XVI. An Confeſſarij in Confeſſionario tantum extra actum confeſſionis ſollicitantes debeant abiurare. ibid.
XVII. De pœnis, & ſalutaribus pœnitentiis iſtis confeſſariis ſollicitantibus imponendis. p.123
XVIII. De ſpeciali pœna ſuſpenſionis a Confeſſionibus Confeſſario ſollicitanti imponenda. p.124
XIX. An metus excuſet Confeſſarium ab incurſu pœnarum Bullæ Noſtræ. ibid.
XX. Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat, cum Confeſſario ſollicitante, & pœnitente ſollicitata. p.125
XXI. Vnde oriatur obligatio denunciandi in hoc crimine. p.125
XXII. De nonnullis cauſis excuſantibus à denunciatione. ibid.

TITVLVS VII.

De Blaſphemis. p.127
§. I. Quid ſit Blaſphemia. p.127

Index Titulorum.

II. De Blaſphemia hæreticali, & non hæreticali. p. 129
III. An blaſphemia ſit mixti fori. p. 130
IV. An Blaſphemus ſit ſuſpectus de hæreſi, & qualiter. ibid.
V. Quis dicatur aſſuetus blaſphemare, & ex conſuetudine. ibid.
VI. De blaſphemia hæreticali prolata in ira, & in ebrietate & ioci cauſa. p. 131
VII. De fœdantibus & conſpurcantibus imagines Sanctorum. p. 132
VIII. De variis generibus blaſphemiarum, & an Inquiſitores aliquando poſſint punire blaſphemias non hæreticales. p. 133
IX. De Blaſphemiis ſub conditione. p. 134
X. An conſuetudo Ciuitatis excuſet a pœnis blaſphemia, & an blaſphemi gaudeant immunitate Eccleſiæ. p. 135
XI. An in hoc crimine detur repulſa teſtium. ibid.
XII. De tortura blaſphemis danda. ibid.
XIII. De abiuratione blaſphemo iniungenda. p. 137
XIV. De pœnis pœnitentiiſque ſalutaribus blaſphemis imponendis. ibid.
XV. De quadam cautela Thomæ Ferrarij. p. 138
XVI. An in crimine blaſph. pœna ob minorem ætatem minuantur. ibid.
XVII. De quadam ſpeciali pœna quod blaſphemi ſtent pro foribus Eccleſiæ. p. 139
XVIII. Quomodo puniantur blaſphemi à iudicibus ſæcularibus. ibid.
IX. Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat cum blaſphemo. ibid.
XX. De blaſphemo conſuetudinario. p. 140

TITVLVS VIII.

De inſordeſcente in Excommunicatione. p. 141
§. I. De tempore requiſita ad inſordeſcentiam. ibid.
II. De pertinacia requiſito ad inſordeſcentiam. p. 142
III. De nonnullis effectibus inſordeſcentiæ. ibid.
IV. An inſordeſcens in excommunicatione ſit ſuſpectus de hæreſi. ibid.
V. An hæc ſuſpicio ſit leuis vehemens, vel violenta. pag. 143
VI. Abſolutio ab excommunicatione in foro conſcientiæ an tollat effectum inſordeſcentiæ. p. 144
VII. An effectus inſordeſcentiæ tollatur per Bullam cum clauſula, ſéque abſolnentes. ibid.
VIII. De tortura, & abiuratione inſordeſcentibus huiuſmodi danda. p. 145
IX. De pœnis huiuſmodi inſordeſcentibus imponendis. ibidem.
X. Quomodo Confeſſarij ſe gerere debeant cum inſordeſcentibus. ibid.

TITVLVS IX.

De obligatione denunciandi. p. 146
§. I. An hæretici ſint denunciandi. ibid.
II. An ſuſpecti de hæreſi ſint denunciandi. p. 147.
III. An filius patrem, & vxor maritum denunciare teneatur. ibid.
IV. An denunciationem debeat præcedere fraterna correctio. p. 148
V. An ſi ſub magno ſecreto ſciam aliquem eſſe hæreticum teneat illum denunciare. p. 149
VI. An hæreticus emendatus ſit denunciandus. ibid.
VII. De edicta Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. D. Cardinalis Epiſcopi Noſtri, & Reuerendiſſ. Patris Inquiſitoris. p. 150
VIII. An denuncians ſuſpectum de hæreſi Epiſcopo ſatisfaciat edicto. p. 152
IX. An non denuncians hæreticos cum teneatur, ſit ſuſpectus de hæreſi, & quomodo. p. 153
IX. Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat cum obligatis ad denunciandum. ibid.

TITVLVS X.

De retentoribus librorum prohibitorum. p. 154
§. I. De excommunicatione Bullæ Cœnæ, lata in legentes &c. libros hæreticorum. p. 155
II. Quis ſit Iudex huius criminis. p. 156
III. An retinens libros damnatos, ſit habendus pro hæretico vel tantum pro ſuſpecto de hæreſi. pag. 157
IV. An hæc ſuſpicio ſit leuis, vel vehemens. ibid.
V. De eo, qui retinet libros hæretici, vt errores confutet. p. 158
VI. De tranſcribentibus imprimentibus &c. huiuſmodi libros. ibid.
VII. De tortura huiuſmodi retentoribus danda. p. 159
VIII. De abiuratione iſtis retentoribus iniungenda. ibidem.
IX. De pœnis, & pœnitentiis ſalutaribus huiuſmodi reis imponendis. p. 160
X. Quomodo confeſſarius ſe gerere debeat cum legentibus, & retinentibus libros hæreticos, vel alias prohibitos. ibid.

TITVLVS XI.

De Celebrantibus, & Adminiſtrantibus Sacramentum Pœnitentiæ, cùm non ſint Sacerdotes. p. 162
§. I. An Celebrantes cùm Sacerdotes non ſint, pœnitentiæque Sacramentum adminiſtrantes ſint de hæreſi ſuſpecti, & qualiter. ibid.
II. Quis ſit Iudex competens horum Reorum. p. 163
III. Duo dubia circa Bullas Greg. XIII. & Clem. VIII. declaratur. ibid.
IV. An, & quomodo in hoc crimine debeat conſtare de corpore delicti. p. 164
V. De Reo penes quem reperta ſunt litteræ teſtimoniales falſæ, & nihilominus allegante ſe Sacerdotem. p. 165
VI. De tortura, abiuratione & pœnis horum reorum. pag. 166
VII. Quomodo hi puniantur hi Rei in Hiſpania. ibid.
VIII. Quomodo, cum huiuſmodi reis ſe gerere debeat Confeſſarius. p. 167

TITVLVS XII.

De Sortilegiis. p. 167
§. I. Sortilegium quid ſit. p. 170
II. De poteſtate dæmonis. p. 171
III. De pacto Sortilegi cum dæmone expreſſo, & tacito. p. 172
IV. De Sortilegiis hæreticalibus, & non hæreticalibus. ibidem.
V. De Sortilegio ſanitatis quando ſit hæreticale. p. 173
VI. An Sortilegium ſit qualificatum in quo ſanctitas alicuius Sancti non Canonizati in dubium reuocatur. p. 174
VII. An præbere pocula amatoria ſit ſortilegium hæreticale. ibid.
VIII. An ſortilegium factum cum Hoſtia non conſecrata ſit hæreticale. p. 175
IX. De vtente in Sortilegiis nominibus, & characteribus ignotis. ibid.
X. De inuocantibus dæmones. p. 176
XI. De diuinatione per Aſtra. p. 178
XII. Iterum Aſtrologiæ Iudiciariæ vanitas, & ſuperſtitio demonſtratur. p. 179
XIII. De diebus fauſtis, & infauſtis. p. 183
XIV. De faciente per actum expreſſam, & tacitam cum dæmone, & profeſſoribus magiæ. pag. 184
XV. Quis ſit Iudex huius criminis. ibid.

XVI. Quid

XVI. Quis ſit Iudex competens contra tormenta. pag.185.
XVII. An Inquiſitores poſſint cognoſcere de Ægyptiacu chiromantia artem profitentibus. p. 87
XVIII. De quodam ſpeciali priuilegio huius Tribunalis. p. 88
XIX. An Inquiſitores in cauſis lamiarum, ſoli ſine Epiſcopis, poſſint procedere. ibid.
XX. An, & quomodo in Sortilegijs debeat conſtare de corpore delicti. ibid.
XXI. De indiciis contra Sortilegos. p.189
XXII. De ſanguine ex unte a violenter necato ad præſentiam necantis. p.190
XXIII. De nonnullis aliis indiciis in hoc delicto. p. …
XXIV. De nonnullis animaduertendis circa carcerationem examen, & torturam Maleficarum. ibid.
XXV. De tortura Sortilegis, & Maleficis danda. p.194
XXVI. An depoſitiones duarum Sagarum atteſtantium ſe in conuentu aliarum Sagarum vidiſſe Inquiſitam faciant indicium ad torturam. pag.195
XXVII. An ex depoſitionibus duarum Lamiarum atteſtantium ſe in conuentu aliarum vidiſſe aliquem contra eum, poſſit per Inquiſitores inquiri. ibid.
XXVIII. An depoſitiones ſagarum contra ſocios valeant ſine tortura. ibid.
XXIX. De eo qui cœpit facere ſortilegium, ſed non perfecit. p.196
XXX. An & quomodo Sortilegi debeant abiurare. pag 19.
XXXI. De pœnitentiis ſalutaribus, & aliis pœnis Sortilegis imponendis. p.199
XXXII. An maleſi in virtute Bullæ Greg. XV. poſſit tradi Brachio ſæculari, ex iudiciis indubitatis. pag.200
XXXIII. An mandans maleficium hoſtile fieri ſequuto effectu comprehendatur ſub Bulla Greg. XV. pag 201
XXXIV. An attentans maleficium hoſtile puniri debeat pœnis huius Conſtitutionis. p.202
XXXV. Quomodo Confeſſarij ſe gerere debeant cum ſortilegis. p.203

TITVLVS XIII.
De Bulla Sanctiſſ. Pij V. Si de protegendis. p.204
§. I. An Bulla noſtra potius ad terrorem, quam ad eius executionem condita ſit. p.205
II. An noſtra conſtitutio poſſit extendi ad perſonas in ea non nominatas. ibid.
III. De nonnullis conſiderandis ad Bullæ noſtræ intelligentiam. p.206
IV. An offendens eum, qui fuit Miniſter S. Offic. (puta Inquiſitor) comprehendatur in Bulla noſtra. ibid.
V. An noſtra conſtitutio habeat locum in offendente Miniſtrum S. Offic electum tantum. p.207
VI. An hoſce miniſtros offendens, non intuitu S. Offic. ſed ex odio priuato, incurrat pœnas noſtræ Conſtitutionis. ibid.
VII. De intellectu Bullæ in illis verbis, per claras probationes. p.208
VIII. An omittens obuiare actionibus per Bullam noſtram prohibitis incurrat pœnas eiuſdem. 209
IX. An ratum habens crimina per Bullam prohibita ſubdatur pœnis illius. p.210
X. De non obſtante, cum ex iuſtitia teneatur, an in Bulla noſtra comprehendatur. ibid.
XI. De illis verbis Bullæ, ſiue alias auxilium, conſilium. vel fauorem. &c. p.211
XII. De illis verbis Bullæ, licet nemo occiſus, nemo verberatus, nemo extractus, amiſſus vel ereptus, nihil effractum. ſuccenſum, direptúmve, nullum denique damnum reipſa ſit ſequutum, &c. ibid.
XIII. An mandans, qui mandatum reuocauit, ſubdatur pœnis noſtræ Bullæ. ibid.
XIV. De illis verbis Bullæ ſeu perterrefecerit. p.212
XV. An perterrefactio, de qua in Bulla intelligitur de perterrefactione facta factis, an etiam verbis. ibid.
XVI. An perterrefaciens teſtem non ſequuto eff ctu, incurrat pœnas noſtræ Conſtitutionis. p.213
XVII. Circa illa verba Bullæ, in cauſis fidei. ibid.
XVIII. De alys verbis Bull. captúmve eripuit. ibid.
XIX. An noſtra Conſtitutio comprehendat Iudices, & Magiſtratus. p.214
XX. An maior ætas excuſet tranſgreſſores noſtræ Conſtitutionis. ibid.
XXI. De aliis cauſis excuſantibus à pœnis noſtræ Conſtitutionis. ibid.
XXII. De ignorantia noſtræ Conſtitutionis. p.215
XXIII. An Rei noſtræ Conſtitutionis torqueantur, & abiurent. ibid.
XXIV. De pœnis horum Reorum. p.216
XXV. Quomodo ſe gerere debeat Confeſſarius cum Reis noſtræ Conſtitutionis. p.217

TITVLVS XIV.
De Iudæis, & aliis Infidelibus. p.217
§. I. An Iudæi ſint hæretici. p.218
II. An Iudæi in delictis ſubdantur iuriſdictioni Iudicis laici vel Eccleſiaſt ibid.
III. De Iudice competente Iudæi rem habentis cum Chriſtiana. p.219
IV. An Inquiſitores de iure in aliquibus caſibus poſſint Iudæos punire. ibid.
V. De Bulla Greg XIII. Antiqua Iudæorum. p 220
VI. De primo caſu Bullæ noſtræ. ibid.
VII. De ſecundo caſu Bullæ. ibid.
VIII. De tertio caſu Bullæ noſtræ. p.221
IX. De quarto caſu Bullæ. ibid.
X. De quinto caſu Bullæ. ibid.
XI. De ſexto caſu Bullæ. ibid.
XII. De ſeptimo caſu Bullæ noſtræ. ibid.
XIII. De octauo caſu Bullæ. p.222
XIV. De nono caſu Bullæ noſtræ. ibid.
XV. De decimo, & vltimo caſu Bullæ. ibid.
XVI. De aliis caſibus, in quibus Iudæi ſubſunt foro Inquiſitorum ibid.
XVII. An Iuriſdictio conceſſa Inquiſitoribus à Greg. XIII. in caſibus de quibus ſuprà, intelligatur priuatiuè quoad laicos. p.223
XVIII De tortura & abiuratione Iudæis iniungenda. ibid.
XIX. Quibus pœnis Iudæi, & alij infideles puniantur. p.224
XX. An paruuli Iudæorum poſſint baptizari inuitis parentibus. ibid.
XXI. Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat cum conuerſantibus cum Iudæis, & alijs infidelibus. ibid.

TITVLVS XV.
De edentibus carnes in diebus prohibitis. p.225
§. I. De hæreſibus circa delectum ciborum. ibid.
II. An comedens carnes in diebus prohibitis ſit ſuſpectus de hæreſi. ibid.
III. An rei noſtri ſint ſuſpecti de hæreſi leuiter, vel vehementer. p.226
IV. Quis ſit iudex huius criminis. p.227
V. Quomodo probetur infirmitas. ibid.

VI. De

Index Titulorum.

VI. De tortura abiuratione, & pœnis huiuſmodi Reis imponendis. ibid.

VII. Quomodo cum Reis noſtris ſe gerere debeat Confeſſarius. p.228

TITVLVS. XVI.

De variis propſitionum Gradibus. p.228

§. I. De propoſitione hæretica. ibid.

II. De propoſitione erronea. p.229

III. De alijs propoſitionum gradibus. ibid.

IV. [illegible] *rentes propoſitiones ſcandaloſas, temerarias, & ſimiles.* p.230

V. De praxi procedendi contra hoſce Reos. p.231

TITVLVS XVII.

De variis Delictis ſpectantibus ad S.Offic. p.231

§. I. De non confitentibus, & communicantibus ſemel in anno. p.232

II. De contemnentie Cenſuras. p.233

III. De profeſſis, & Clericis in Sacris matrimonium contrahentibus, & vxoratis ſuſcipientibus, ordines ſacros. p.234

IV. De Sacerdote celebrante, & non conſecrante & ſumente Hoſtiam non conſecratam. ibid.

V. De incidentibus in Conſtitutionem Clementis VIII. incipientem, cum ſicut, & Conſtitut. Gregor. XV. incipientem, Romani Pontificis, editam anno 1622. 2. Iulij pag.302. Ad hoc idem videnda eſt Quæſt. Reuerendiſſ. P. Vincentij de Pretis Inquiſitoris noſtri Cremonæ, quæ vere egregia eſt, & digna tanto Patre, quam imprimendam curaui poſt quæſtionem decimam Guidonis Fulcodij. p.235

VI. De hæreticis venientibus ad terras Catholicorum cauſa commercij. ibid.

VII. De regulari vltra mare proficiſcente. ibid.

VIII. De obloquentibus, de Inquiſitore & S.Officio. pag.236

IX. In quo idem magis confirmatur. ibid.

X. De ſuperioribus regularium procedentibus contra regulares ſubditos in cauſis Hæreſis. p.237

XI. De incidentibus in Conſtitut. Pauli V. & Greg. XV. in materia Conceptionis B. Mariæ Virg. pag.238

XII. De venerantibus homines mortuos ante eorum canonizationem, vel beatificationem. pag.239

XIII. De fingente ſe miniſtrum S.Officij. p.240

XIV. De Iudice laico in cauſis hæreſis ſe ingerente. pag.241

XV. De teſtibus falſis, & eorum ſubornatoribus. ibid.

XVI. De quodam conſil. 73. Bertazzoli in crimin. ibid.

XVII. De teſte reuelante ſuam depoſitionem in S.Officio. p.242

XVIII. De vtente verbis Sacr. Scripturæ ad iocum ibid.

XIX. De reuelationibus mulierum. ibid.

XX. De portante arma infidelibus. ibid.

XXI. De frangente carceres S.Officij. p.243

XXII. De Carcerato in S. Offic. ſe occidere tentante. p.245

XXIII. De Sacerdote reuelante Confeſſionem. ibid.

XXIV. De Superiori Regulari incidente in Conſtitut. Sanctiſſ. D.N. Vrb. VIII. editam 14. Aprilis 1623. p.247

TITVLVS XVIII.

De Sponte comparentibus. & tempore Gratiæ. 247

§. I. Qui dicantur & haberi debeant pro ſponte comparentibus. ibid.

II. De hæreticis ſponte comparentibus. p.248

III. De ſuſpectis de hæreſi ſponte comparentibus. ibid.

IV. De tempore Gratiæ. p.249

V. In quibus caſibus ſit vel non ſit locus tempori Gratiæ. ibid.

VI. Quibus competat, vel non tempus Gratiæ. ibidem.

VII. De [illegible] *publicando, &c.* ibid.

VIII. Qui auctores tractent de tempore gratiæ, pag.250

TITVLVS XIX.

De modo procedendi contra Defunctos. 250

§. I. An delicta morte extinguantur. ibid.

II. Intra quantum tempus poſſit contra Defunctos hæreticos agi. ibid.

III. An ſuſpecti de hæreſi poſt mortem poſſint inquiri. p.251

IV. An memoria ſeipſum in carcere occidentis poſſit, & debeat damnari. ibid.

V. De probationibus in hoc Iudicio. ibid.

VI. De ordine procedendi contra defunctos. ibid.

VII. An cum agitur de damnanda memoria defuncti nomina teſtium ſint edenda p.252

VIII. An ius procedendi contra defunctos aliquo tempore præſcribatur. ibid.

PARS. III.

TITVLVS PRIMVS.

De tribus modis procedendi in iudicio, & probatione corporis delicti. p.253

§. I. [illegible] *E Accuſatione.* pag.254

[illegible]

III. De Denunciatione. ibid

VI. De probatione corporis delicti. ibid

TITVLVS II.

De captura & examine Reorum. p.257

§. I. Quid & quotuplex ſit citatio. ibid.

II. An in citatione verbali debeat inſeri cauſa. ibid.

III. An vna, vel multiplex citatio requiratur. pag.258

IV. De executione citationis verbalis. ibid

V. An indicia debeant præcedere capturam. ibid

VI. Qualia indicia requirantur ad capturam in crimine hæreſis. ibid.

VII. An Inquiſitores poſſint capere reum in alieno territorio. p.259

VIII. De animaduertendis circa capturam in hoc foro. ibid.

XIX. De examine Reorum. ibid.

TITVLVS III.

De probationibus, & præſumptionibus. p.261

§. I. An & quomodo in criminalibus probationes debeant eſſe luce meridiana clariores. ibid.

II. An in crimine hæreſis ſufficiant probationes leuiores. p.262

III. An in cauſa hæreſis ex præſumptione ſequi poſſit condemnatio. ibid.

IV. De præſumptione deſumpta ex patria. ibidem.

V. De præſumptione deſumpta ex parentibus. ibid.

VI. De

VI. De præſumptione oriente ex educatione, & conuerſatione. p. 263

VII. De præſumptione oriente ex vita ante acta. ibid.

VIII. De præſumptione oriente ex maledictis. ibid.

IX. De præſumptione oriente ex malefactis. ibid.

X. De propoſitione habente duplicem ſenſum. p. 264

XI De concurſu contrariarum præſumptionum. ibid.

XII. De triplici præſumptionum ſpecie. ibid.

TITVLVS IV

De Inſtrumentis, & Scripturis priuatis. p. 265

§. I. An Crimen hæreſis probetur per inſtrumenta & ſcripturas priuatas. ibid.

TITVLVS V.

De Teſtibus, quoad perſonas. p. 265

§. I. De teſte inimico. p. 266

II. De teſtimonio Mulieris. p. 267

III. De teſte conſanguineo, affine, vel domeſtico. ibid.

IV. De teſte excommunicato. p. 268

V. De teſte Iudæo, & infideli. ibid.

VI. De teſte Meretrice. ibid.

VII De teſte Birruario. p. 269

VIII. De teſte Banito. ibid.

IX. De aliis teſtibus infamia laborantibus. ibid.

X. De teſte minore p. 270

XI. De aliis teſtibus, qui integri non ſunt. ibid.

XII. De teſtibus inhabilibus nonnulla notanda. p. 271

XIII. De teſte vnico p. 272

TITVLVS VI.

De Teſtibus quoad dicta. p. 272

§. I. De obſcura teſtis depoſitione. p. 273

II. De teſtibus de Auditu. p. 274

III. De teſte qui nullum cognouit ad vocem. ibid.

IV. De teſte deponente de geſtis noctis tempore. ibid.

V. De teſtibus ſingularibus maximè in cauſis fidei. pag. 275.

VI. De teſte alium in conteſtem nominante p. 276

VII. De teſtibus variis, & contrariis. p. 277

VIII. De teſte deponente ſuper negatiua. p. 278

IX. De teſtibus falſis. p. 279

X. De ratione per teſtes in eorum dictis allegunda. pag. 280.

TITVLVS VII.

De teſtibus quoad examen. p. 280

§. I. De animaduertendis, & obſeruandis ab Inquiſitoribus ante examen teſtium. p. 281

II. De animaduertendis in ipſo teſtium examine. pag. 282

III. De obſeruandis poſt examen teſtium. p. 283

IV. De teſtis declaratione. p. 284

V. De teſtium repetitione facienda. ibid.

VI. De teſtium cum Reo confrontatione. p. 285

VII. De tortura teſtium. p. 286

VIII. De examine teſtium per turbam. ibid.

IX. De publicatione teſtium. ibid.

X. De forma publicationis atteſtationum in S. Officio Hiſpaniæ. p. 287

XI. An in cauſis fidei admitti debeant interrogatoria Rei ad teſtes fiſci. ibid.

XII De teſtibus examinatis coram Iudice incompetente. p. 288

TITVLVS VIII.

De Confeſſionibus Reorum. p. 288

§. I De Confeſſione qualificata. p. 289

II. De Confeſſione emanata in tortura ſine legitimis indiciis præcedentibus. p. 314

III. De confeſſione coram Iudice incompetente. p. 315

IV. De Confeſſione criminis incidenter emanata. ibid.

V. De confeſſione facta in alio iudicio. ibid.

VI. De Confeſſ. facta ex ſuggeſtione Iudicis. ibid.

VII. Sponte confeſſus an mitiùs puniatur. p. 316

VIII. De confeſſione minoris ſine curatore. ibid.

IX. De Confeſſione dubia, & æquiuoca. p. 317

X. De Confeſſ. inueriſimili, & ſine cauſa. ibid.

XI. De reuocantibus ſuas confeſſiones. ibid.

XII. Nonnulla notanda ab Inquiſitoribus in materia harum confeſſionum. p. 318

TITVLVS IX.

De defenſionibus Reorum. p. 318

§. I. An hæreticis in hoc Tribunali ſint dandæ defenſiones. p. 319

II. De Aduocato, & Procuratore Reis aſſignando. pag. 320.

III De præſumptione innocentiæ Rei Inquiſiti. ibid.

IV. De repulſa teſtium fiſci. p. 321

V. De Præſcriptione. ibid.

VI. De Minori ætate. ibid.

VII. De Ira. p. 322

VIII. De lubrico linguæ, inaduertentia, & ioco. ibid.

IX. De dormiente. ibid.

X. De Ebriis, & Ebrietate. ibid.

XI. De Mulieribus, & Ruſticis. p. 323

XII. De Amore. ibid.

XIII. De multitudine delinquentium. ibid.

XIV. De conſuetudine delinquendi. p. 324

XV. De bono euentu. ibid.

XVI. De Furore. ibid.

XVII. De Iuſſu Superioris. p. 325

XVIII. De recuſatione Iudicum in cauſis fidei. p. 326

XIX. De qualitate teſtium pro Reo examinandorum. ibid.

XX. An rei in Sancto Officio poſſint renunciare defenſionibus. ibid.

XXI. An articuli tendentes etiam ad defenſionem abſentium, pro Reo ſint admittendi. p. 327

TITVLVS X.

De Indiciis, & Tortura. p. 327

§. I. Quid ſit Quæſtio, tortura & indicium. p. 329

II. Quotuplex ſit Indicium. p. 330

III. An Indicia debeant præcedere torturam. ibid.

IV. An vnicum indicium ſufficiat ad torturam. ibid.

V. An indicia ſint Iudicibus arbitraria. ibid.

VI. An indicia debeant eſſe probata. p. 331

VII. An vnicus Teſtis ſit ſufficiens indicium ad torturam. ibid.

VIII. De dicto ſocij criminis. p. 332

IX. De Confeſſione extraiudiciali. p. 334

X. De fama publica. ibid.

XI. De fuga Inquiſiti. p. 336

XII. Ex inimicitia quale indicium oriatur. ibid.

XIII. De indicio minarum. ibid.

XIV. De variatione Rei. p. 337

XV. De variis aliis indiciis. ibid.

XVI. An plura indicia imperfecta coniungantur ad effectum torturæ. p. 338

XVII. An ex contumacia oriatur indicium ſufficiens ad torturam. ibid.

XVIII. An ſine indiciis quis poſſit aliquando torqueri. ibid.

XIX Quæ perſonæ poſſint torqueri. p. 339

XX. An, & quando Reus nouis ſuperuenientibus indiciis ſit denuo torturæ ſubiiciendus. p. 340

XXI. De

Index Titulorum,

XXI. De animaduertendis per Inquiſitores antequam ad torturam deueniant. p.341
XXII. De animaduertendis in actu tortura. ibid.
XXIII. De animaduertendis poſt torturam. p.342
XXIV. An tortura purget plenas probationes. ibid.
XXV. An actus prodigioſus, & præternaturalis faciat indicium ad torturam. ibid.

TITVLVS XI.

De Sententiis, & modo terminandi proceſſus in cauſis fidei. p.343
§.I. Quid ſit ſententia. p.344
II. Quotuplex ſit ſententia. ibid.
III. Qua lingua ſententia debeant ferri. ibid.
IV. De aliis circunſtantiis ſent. in cauſis fidei. ibid.
V. An ſententia in cauſis fidei tranſeant in Iudicatum. pag.345.
VI. De clauſula ſolita apponi in ſententiis Inquiſitorum. riſeruandoſi à noi la facoltà *&c.* ibid.
VII. Varia alia notanda circa haſce ſententias. pag.346.
VIII. De 1. modo terminandi proceſſus fidei. ibid.
IX. De 2. modo terminandi hoſce proceſſus. p.347
X. De 3. modo expediendi proceſſus fidei. ibid.
XI. De 4.5.6 & 7. modo expediendi proceſſus. p.348
XII. De aliis quinque ſubſequentibus modis. ibid.
XIII. De codemnatione heretici abſentis, vel fugitiui. ibid.

TITVLVS XII.

De Abiuratione. p.349
§.I. Quid ſit abiuratio. p.350
II. Quam antiqua res ſit abiuratio. ibid.
III. Quotuplex ſit abiuratio. ibid.
IV. An abiuratio ſit pœna. 351
V. Qualis probatio requiratur, vt abiuratio poſſit iniungi. ibid.
VI. An abiuratio debeat fieri publicè, vel ſecretò. pag.352.
VII. An in ſcriptis, & qua lingua debeat fieri abiuratio. p.353
VIII. Quid continere debeat abiuratio. ibid.
IX. Quinam teneatur abiurare. ibid.
X. An ante abiurationem hereticus ſit abſoluendus ab excommunicatione. p.354
XI. De pœna recuſantis abiurare. p.355

TITVLVS XIII.

De pœnis, & ſalutaribus pœnitentiis. p.355
§.I. De pœna mortis naturalis. p.356
II. De pœna carceris. p.358
III. De pœna triremium. ibid.
IV. De pœna fuſtigationis p.359
V. De pœna relegationis. p.360
VI. De pœna exilij. ibid.
VII. De pœna detruſionis in Monaſterium. p.361
VIII. De pœna pecuniaria. ibid.
IX. De habitu pœnitentia. ibid.
X. De auditione Miſſæ in forma pœnitentia. 362
XI. De variis pœnarum generibus, quæ in Sancto Officio regularibus ſolent imponi. p.362
XII. De pœnitentiis ſalutaribus. ibid.
XIII. De nonnullis obſeruandis in impoſitione pramiſſarum pœnarum. p.363

TITVLVS XIV.

De Appellationibus, & ſententiarum executionibus. p.363

INDEX QVÆSTIONVM

D.Guidonis Fulcodij.

Quæſtio I. *AN poſt iniunctum negotium Fratribus, Ordinary poſſint procedere in eodem.* p.367
II. Qui ſponte redire dicantur, vt poſſint gratia, & impunitate gaudere. p.369
III. Vnde Inquiſitoribus in ſuis & Notarij ſumptibus & ipſius ſalario prouideri poſſit. 370
IV. An poſſint Inquiſitores committere negotia ſingularium perſonarum. p.371
V. Quam in eos habeant poteſtatem qui domicilium transtulerunt. p.373
VI. Qualiter contra abſentes ſit procedendum, vel fideiuſſores eorum. p.374
VII. An ſit aliquid iniungendum eorum heredibus, qui abſolute ante receptam pœnitentiam deceſſerunt. p.375
VIII. An priuilegio, prohibitione, ordinatione, iuramento, vel voto à teſtimonio aliqui excuſentur. p 376
IX. Qui dici debeant credentes hereticorum erroribus. p.377
X. Qui dici debeant fautores. p.379
Quæſtio Reuerendiſſ. P. Vincentij de Pratis Inquiſitoris Cremonæ, Vtrum liceat Principibus concedere hereticis liberum domicilium in Italia. p.381
XI. Qui receptatores. p.387
XII. Qui defenſores. p.388
XIII. An Inquiſitores in eos, qui non ſeruant iniunctas pœnitentias aliquam habeant poteſtatem. p.389
XIV. An per teſtes ſingulares cum fama poſſint aliqui condemnari. p.390
XV. An bona omnia prædictorum pœnitentium, & non pœnitentium poſſint à Dominis confiſcari. pag.391

IN TRACTATVM DE Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis, Cæſaris Carenæ I.C.

ANTELVDIA.

SVMMARIVM.

1 *DEum eſſe & fide conſtat, & euidenter poteſt demonſtrari.*

2 *Exiſtentiam Dei eſſe demonſtrabilem non poteſt ſine temeritate negari.*

3 *Non poteſt dari ignorantia inuincibilis exiſtentiæ Dei.*

4 *Probatur ex ſcriptura exiſtentia Dei, & rationibus, & n. 5.*

6 *Egregia dicta Diui Cypriani, & Diui Auguſtini, n.*

8 *In Deo datur prouidentia probatúrque ex ſcriptura & n. 9.*

10 *Prouidentia Dei ad quæ obiecta ſe extendat.*

11 *An peccata ſint ſub obiecto prouidentiæ.*

12 *Duplex prouidentia ex Suarez, & quid ſit prouidentia Phyſica.*

13 *Egregium dictum Sancti Irenæi.*

14 *Moralis prouidentia quid ſit, & quid ſpecialis ſupernaturalis, n. 15.*

16 *Cur Iuſti in hac vita affligantur, & peccatores proſperentur, & declaratur Pſal. 72.*

17 *Regna omnia à Deo regi, & gubernari probatur ex ſcripturis*

18 *Fundamentum Reipublicæ Religio eſt, & cultus veri Dei, adducitur Plato, & Diuus Cyrillus, n. [illegible]*

20 *Inter politiam, & Religionem maxima eſt affinitas*

21 *Si religio ablata ſit vita hominum ſcelere complebitur.*

22 *Io. Romani Pontificis egregia ſententia.*

23 *Renati Coppini de hac eadem re ſententia, & de hoc nomine Politici.*

24 *Et in Principe, & in populis requiritur cultus veri Dei & de Regibus Aſa, & Ioſaphat, & num. 25.*

26 *Benedictiones Deuteronomij 28. in obſeruatores legis Dei.*

27 *Hæreſis horribile crimen eſt, & punitur Regnorum euerſione, n. 28.*

29 *Locus Iſaiæ 60. verſ. 12. declaratur.*

30 *Valens, & Anaſtaſius Imperatores ob hæreſim quomodo à Deo puniti, n. 31.*

32 *Ciuitas Conſtantinopolitana, & Antiochena euerſa & n. 33.*

34 *Imperia, & Regna à Deo dantur, ſub hoc veluti tributo vt lex Dei obſeruetur.*

35 *Seditione Reſpublicæ labuntur, ex hæreſi autem ſeditiones oriuntur & hæretici ſtatum Reipublicæ politicum perturbant.*

36 *Hæreſes bella excitant.*

37 *Hæreſis cur dicatur Dan. 9. abominatio deſolationis.*

38 *Hæreticus exaltat contra Deum vocem ſuam.*

39 *Declaratur locus Hierem. 25. verſ. 38.*

40 *Hæretici in diſſolutione Reipublicæ ordiuntur à Prælatis, & deſinunt in Principes.*

41 *Hæretici igne & gladio extirpandi.*

42 *Cauſæ hæreticorum melius agitantur in foro S. Officij, quàm in aliis foris.*

43 *Officio S. Inquiſitionis liberatur Prouincia, Narbonenſis ab hæreſi Albigenſium.*

44 *Item Hiſpania vbi Floremundus Remundus laudat Inquiſitionem Hiſpanam, & n. 45.*

46 *Item ab hæreſibus præſeruatur Italia, cuius laudes ex eodem Floremundo.*

47 *Imperium Potentiſſimi Regis Philippi IV. deſcribitur ex Gonzal.*

48 *Imperij Hiſpanici firmitas.*

49 *Seditiones Deus permiſit aliquando ad maiorem tamen ſemper gloriam Regum noſtrorum.*

50 *Clementia propria Regum Hiſpaniæ.*

51 *Inſtituta Monarchia Hiſpanica prudentiora Inſtitutis Reipublicæ Romanæ.*

52 *Firmitatis iſtius Imperij cauſa eſt cultus veræ Religionis, & inſtitutio S. Officij.*

53 *Deſiderium propagandi Religionem Catholicam cum lacte ſuxerunt Reges noſtri quod probatur ex eiectionibus Maurorum num. 54. Iudæorum, numer. 55.*

Ex conuerſione tot infidelium ad fidem Chriſtianam 56. ex deuotione Regum noſtrorum erga Sedem Apoſtolicam, num 57. ex titulis Regum eorundem num. 58. ex bello cum Belgis, n. 60. ex fundationibus Eccleſiarum n. 61. ex inſtitutione Tribunalis S. Officij, & honore ei per Reges Noſtros delato, n. 62.

59 *De Titulo Catholici debito Regibus Noſtris.*

63 *Clauſula teſtamenti, & Codicilli Caroli Quinti æternæ memoriæ in materia Sancti Officij.*

64 *Quanto in honore habitum ſit Sanctum Officium apud Reges Hiſpaniarum, & totam Hiſpanam nationem ex varijs Auctoribus, & numeris ſequentib.*

73 *Honorifica mentio Illuſtriſſimi D. Don. Ioan. de Torrezilla Inquiſitoris in Regno Siciliæ.*

§. I.

Omnia Regna Mundi à Deo regi, & gubernari.

NOn eſt nunc nobis diſputandum contra Impios Atheos, de exiſtentia Dei, Deum enim

eſſe, & fide conſtat, & lumine naturali euidenter demonſtratur, ita l. D. omnes in 1 *p. D. Thom. quaeſt. 2. per totam*, vbi Mol *artic. 3.* Vaſquez *diſp. 20.* Arrubal. *diſput. 9.* vbi *cap. num. 3.* ait non poſſe ſine temeri-
2. tate negari exiſtentiam Dei eſſe lumine naturali euidenter demonſtrabilem, Auerſa *ſect. 1. & 2.* Granad. *contron. 1. generali de ſubſtantia Dei, tract. 1. de exiſtentia Dei diſp. 1 per totam*, ſed maximè *ſect. 3.* vbi benè probauit non poſſe dari ignorantiam inuinci-
3. bilem exiſtentiæ Dei, & latiſſimè omnes alios allegans Faſol. *art. 2. & 3. per plures dubitationes.*

4. Et quidem quo ad fidem, nihil aliud magis inculcant Sacræ litteræ quam Dei exiſtentiam, quæ totius noſtræ fidei fundamentum eſt, vnde *ad Hebr. 11. verſ. 6.* ait Apoſtolus, *credere oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.*

5. Quo verò ad luminis naturalis euidentia, DD. ſupra allegati exiſtentiam Dei deducunt cum D. Th. *articul. 3.* ex eo, quod repugnat proceſſus in infinitum in agendo ex operibus quæ à creaturis procedunt, vt ordine vniuerſi, concentu Cœlorum, &c. & ex actibus bonis, & malis in genere moris, ex quibus licet arguere, in hac lege naturali ſuperiorem aliquem præſidere, qui, & peccata puniat, & virtutes præmio condigno afficiat.

6. Quare merito Sanctiſſimus Martyr Cyprianus in tractatu de Idolorum vanitate. *num. 64. & ſequenti* ait, *Vulgus ipſum in multis Deum naturaliter confitetur dici frequenter audiuimus, ô Deus: Deus videt, & Deo commendo, atque hac eſt ſumma delicti nolle agnoſcere, quem ignorare non poſſis.* Et Sanctus Auguſtinus in Pſalm. 13. in illis verbis, *Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus*, ait, *ideo dixit in corde ſuo,*
7. *quia nemo hoc audet dicere, etiamſi, auſus fuerit cogitare*, & in eundem locum Pſalmi verſ. 1. videndus eſt Pater Lorinus, prout, & de probatione exiſtentiæ Dei vltra allegatos, P. Philippus Faber meus olim in Patauina Academia Sacræ Theologiæ Præceptor in ſuis diſputationibus aduerſus Impios Atheos *diſput. 1. per plura capita.*

8. Suppoſita igitur exiſtentia Dei, & ſic entis à ſe perfectiſſimi à quo omnia creata ſunt, & gubernantur, quique operatur per intellectum, & voluntatem, fatendum erit in eo reperiri prouidentiam quæ nihil aliud eſt, quam actus quidam Dei æternus, quo vt res creatæ, à Deo diriguntur in ſuos fines, & operationes, vt ex D. Thom. *1. p. q. 22. art. 1.* colligunt ibi ſcribentes, ſed præſertim Arrubal. *diſp. 63. cap. 1. n. 1.*

9. Concluſio pariter iſta, & de fide eſt, & naturali ratione euidenter demonſtrabilis, ſic enim Sap. 6. verſ. 8. dicitur, *æqualiter illi cura eſt de omnibus*, & c. 12. verſ. 13. *non eſt alius Deus, quam tu cui cura eſt de omnibus*, & Matth. 10. verſ. 30. *veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt.*, Iob. c. 19. *Quis præparat coruo eſcam, quando pulli eius clamant ad Deum vagientes eo quod non habeant cibos*, & Pſalm. 45. *homines, & iumenta ſaluabis.*

Ex quibus ſcripturæ locis refelluntur omnes errores circa hoc prouidentiæ attributum, de quibus latè Vaſquez *diſput. 87. cap. 1.* & Epiſcopus Abulenſis Hiſpanæ nationis decus, ac ornamentum, & inſigne Catholicæ Eccleſiæ lumen, *tom. 3. in Matth. cap. 10 q. 122.*

Vera enim Catholica fides docet Prouidentiæ
10. obiectum ad omnia creata ſe ſe extendere tam in genere, ſpecie, & indiuiduo, quàm quo ad omnia accidentia vt bene demonſtrant D. Thom. *dicta quaeſt. 22. art. 2.* & ibi DD. quinimo intra eiuſdem etiam prouidentiæ fines contineri res, quæ nunquam erunt, ac proinde creaturas ipſas poſſibiles probauit Granad. *in controu. 4. generali tract. 2. diſp. 4. primæ partis.*

Sola peccata excluduntur à directo obiecto 11.
prouidentiæ, quia Deus directè ea non prouidet, dixi à directo obiecto, negari enim nequit, quin etiam peccata pertineant ad prouidentiam, quia ea Deus permittit, quia facta ordinat ad Sacramentum Pœnitentiæ, vt materiâ ipſius, quia tandem ex eis aliqua bona elicit, vt D. Damaſcenus *lib. 2. fidei, cap. 29.* ait hiſce verbis. *Nonnunquam inquit, aliquid abſurdi, ac præpoſteri fieri permittit, vt per eam actionem, quæ abſurditatis ſpeciem habet, magnum aliquid, & admirabile conficiatur quemadmodum per Crucem hominibus ſalutem comparauit*, ita D. Th. *quaeſt. 22. art 2. ad ſecundum*, & ibi Vaſq. in Annot. ad articulum, Auerſa *ibid. ſect. 1. verſ. Quarto deinde*, & doctus Meratius *tom. 1 diſp. in Sum. D. Thom. tractat. de Deo, diſputat. 36. circa dict. articul. 2. num. 1.*

Hanc prouidentiam diſtinxit Suarez *de Deo l. 3.* 12.
de Attributis Dei poſitiuis, cap. 11. num. 2. in Prouidentiam phyſicam, & moralem; phyſicam, ſeu naturalem appellat prouidentiam, quæ generalis eſt rebus omnibus, tam inanimatis, quàm animatis etiam hominibus, & Angelis quatenus cum aliis commune habent eſſe, & operari, & de hac loqui-
tur ſcriptura, cum *Lucæ 12.* dicitur *Deus veſtire lilia,* 13.
& paſcere coruos, & circa hanc prouidentiam, ait *loco citato* Suarez, *num. 5.* quod ſuppoſitis principijs de Deo lumine naturali notis, ea eſt eodem naturali iure euidenter demonſtrabilis, vt enim benè ait Sanct. Irenæus, *lib. 2 aduerſus hæreſes, cap. 5. Inuiſibilis quidem.* (inquit) *poterat eſſe Deus propter eminentiam, ignotus autem nequaquam propter prouidentiam.*

Moralis prouidentia eſt, per quam actiones libe- 14.
ras hominum, vel Angelorum bonas, ſiue malas, vel procurat, vel permittit, conſiſtitque in præceptis, conſiliis, promiſſionibus, comminationibus, præmiis, & ſuppliciis, præter hanc tamen moralem prouidentiam, quæ vt ita dicam, ordinis eſt naturalis,

Alia eſt moralis prouidentia ſpecialis, & ordi- 15.
nis omnino ſupernaturalis, per quam rationalem creaturam Deus ad finem ſupernaturalem, viſionem ſcilicet beatam ordinat, diſponitque, ob id media apta ad eum finem conſequendum, Suarez *vbi ſuprà.* Alarcon. *in 1. part. tract. 4. diſp. 1. cap. 30.* & latiſſimè omnes D. Thom. commentatores, *quaeſt. 23. primæ partis, per totam.*

Et ex hac vltima prouidentiæ ſpecie colligit 16.
Suarez *num. 14* poſſe multa occulta dubia ſolui, quæ alias multos in Atheiſmum induxerunt, quale ſane dubium eſt inæqualitas, qua videmus iuſtos in hac vita affligi, impios vero proſperari, quæ res fideles ſolet in maximam admirationem adducere, ſi enim conſideremus hæc fieri in ordine ad finem ſupernaturalem ceſſabit omnis admiratio, quod egregiè expreſſit Dauid. *Pſalm. 72* dum enim mentis ſuæ anxietationem, ſuper tribulationibus iuſtorum, & felicitate iniquorum propoſuiſſet, verſic. 3. & ſeq. dubium circa Dei prouidentiam proponit verſic. 11. ibi, *& dixerunt, Quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo? ecce ipſi peccatores, & abundantes in ſæculo obtinuerunt diuitias, dixi ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum, & fui flagellatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis.* Cui dubio finaliter

reſpondet

reſpondet in ordine ad finem ſupernaturalem verſ. 1 & 17. *exiſtimabant, vt cognoſcerent hoc, labor eſt ante me, donec intrem in Sanctuarium Dei, & intelligam in nouiſſimis eorum*. id eſt vt bene, ibi exponit Card. Bellar. ſuper inſignis Religionis Soc. Ieſu ſplendor. *conſiderando nouiſſima eorum cognoſcam Deum habere prouidentiam rerum humanarum in ordine ad finem ſupernaturalem ad quod facit exemplum Lazari, & Diuitis*, Luc. 16.

17. Et ex his omnibus apparet Regna omnia mundi, vti ſubiecta diuinæ prouidentiæ, à Deo ipſo regi, & gubernari, quod ſequentibus ſcripturæ Sacræ locis euidentiſſime demonſtratur.

Primo Regum c. 8. verſ. 22. *Dixit autem Dominus ad Samuelem, audi vocem eorum, & conſtitue ſuper eos Regem.*

Secundo Regum c. 3. verſ. 9 & 10 *Hæc faciat Deus &c. vt transferatur Regnum de Domo Saul, & eleuetur thronus David ſuper Iſrael*

Tertio Regum c. 11. verſ. 11. *Dixit itaque Dominus Salomoni, quia habuiſti hoc apud te, & non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandaui tibi, diſrumpens ſcindam Regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo.*

Primo Regum, c. 15 verſ. 17. *Nonne cum Paruulus eſſes in oculis tuis vnxit te, Dominus in Regem ſuper Iſrael.*

Iob c. 35. verſ. 18 *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.*

Iſaiæ, c. 60. verſ. 3 *Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema Regni in manu Dei tui.*

Danielis cap. . verſ. 2 *Et ipſe mutat tempora, & ætates transfert Regna atque conſtituit.*

Danielis c. 5. verſ. 28 *Diuiſum eſt Regnum tuum & datum eſt Medis, & Perſis.*

Michææ 3. dicitur. *Audite Principes, &c. propter vos Principes, & Sacerdotes Sion quaſi ager arabitur & Hieruſalem erit aceruus lapidum.*

Ex quibus, & mille aliis Sacroſanctæ ſcripturæ locis colligitur Deum dare, auferre, augere, & minuere diuidere, & conſeruare Regna huiuſce Mundi, ac proinde ab eo regi omnino, & gubernari iuxta inſcrutabiles Prouidentiæ ſuæ vias.

§. II.

Sine vera Religione Regna diu conſiſtere non poſſe.

18. BAſim, & fundamentum Reipublicæ, Religionem eſſe, & cultum veri Dei dicebat Plato, *lib.* 2. de Republicæ, *Prima*, inquit, *in omni Republica bene conſtituta cura eſto de vera Religione*, & lib. ait, *eius Reipublicæ, quæ fœlix eſſe velet, Magiſtratus in veri Dei cognitione edocentor prima ſtatim ab infantia, veri enim Dei ignorantia innumerabilium, tum priuatarum tum publicarum calamitatum peſſimorumque conſiliorum in Republica fons eſt.*

19. Et De Cyrillus in lib de recta fide ad Theodoſium, idem hiſce verbis dixit, *Glorioſa in Deum pietas Regiis honoribus immobile fundamentum eſt! Impij autem Reges miſere, ac mali male pereunt, contra verò pietatis cultores ſine labore vincere ſolent, & aduerſa ipſa alere*, plurimaque ad hoc idem adducit Rogerius Valenzuela, *de ſtatu, & belli ratione ſeruanda cum Belgis ſiue inferioris Germaniæ Prouinciis p. 2. conſid. 22. per totam*, qui omnino videatur.

Et ſanè inter Politiam, & religionem maximam eſſe affinitatem latiſſime probauit P. Adam Contzen. *in ſuis libris, de pace Germaniæ*, vera enim ſtatus, & Politiæ ratio a lege veri Dei, eiuſque præceptis minime deuiare debet, Ramirez *de lege Regia*, §. 10. *numero quarto*, cum aliis hic allegatis ab Erudito Hiſpano I C. Don. Anton. Cabrer *in ſua delineatione, de Meſu, lib. 2 cap. 39. num.* 8. vnde non mirum, ſi inter Politicam veram & Religionem neceſſaria ſit connexio, & tale inter vtraſque vinculum intercedat, vt ſine vera Religione, quæ in veri Dei cultu, & eius mandatorum obſeruatione conſiſtit, Cornel. à Lapide *in Epiſtolam D. Iacobi cap.* 1 verſ. 27. in illa verba, *Religio munda*, nec politiæ ratio, nec per conſequens Reipublicæ Status conſiſtere queat. 20.

Hinc Pater Contzen. *in ſuis doctiſſimis, & eruditiſſimis libris Politicorum, lib* 9. *cap.* 20. §. *ſeptimo*, ait, quod ſi in Republica abſit Religio vera, vitam hominum ſtultitia, ſcelere, & immanitate compleri neceſſe eſt. additque ibidem ex Lactantio de Ira cap 8 *Quod Religio & timor Dei ſolus eſt, qui cuſtodit hominum inter ſe ſe ſocietatem.* 21.

Hinc Ioannes Romanus Pontifex, Iuſtiniano Imperatori in hæc verba ſcripſit, *Nihil eſt, quod lumine clariore praefulgeat, quam recta fides in Principe,* 22. *nihil eſt, quod ita nequeat occaſui ſubiacere, quam vera Religio, hoc eſt enim quod veſtrum firmat Imperium, hoc quod veſtra Regna confirmat, nam Pax Eccleſiæ, Religionis vnitas Auctorem facti in ſublime prouectum grata ſibi tranquillitate cuſtodit.*

Hinc tandem Renatus Choppinus, *in ſuo nunquam ſatis laudato tractatu de Sacra Politia Forenſi,* 23. *libro tertio, titulo ſeptimo, numero* 12. *verſ. at noſtra ætate*, ait, Politici vocabulum per ſe præclarum, ac illuſtre eſſe, cumque ſignificare, qui in Prouinciæ adminiſtratione prudenter ſe gerit, conſiliáque ſua omnia ad communem vtilitatem dirigit eo tamen vocabulo hac noſtra tempeſtate nonnullos adeo abuti ſolere, vt ſub Politicæ prætextu de Orthodoxa fide tantum dumtaxat ſuſcipiendum putent, quantum cum publica pace, & ſine vllo rerum diſcrimine ſuſcipi poſſit, additque hoſce, & communem Populi vtilitatem publicumque Regni Statum magnoperè contribaſſe, & Politicos ſe ſe voluiſſe appellari, vt honeſto in ſpeciem nomine turpiſſimum fucarent inſtitutum, ob idque apud multos effectum fuiſſe, vt hoc Politici vocabulum Infamiam redoleret, & in eandem rem conſentit Vaſquez *in prima parte Diui Thomæ, quæſtione ſecunda, articulo tertio, diſputatione* 20. *capitulo primo, numero primo*, vbi dixit quod nunc Atheiſtæ Politici dicuntur, quod ad aliud non intendant, quam ad ea, quæ ad externam gubernationem pertinent, de Religioſo autem cultu ea ſolum ratione ſolliciti ſunt quatenus ad continendos Populos in ciuili diſciplina humano arbitrio expedire iudicauerint.

Nec in Principe ſolum, ſed & in populis hæc virtus Religionis, & hic veri Dei cultus omnino requiritur, vt Imperia ſtabiliantur, & diu conſiſtant, 24. & ad hoc potiſſimum Reges oculos intendere debent, vt hæreticos, & hæreſim pro viribus extirpent, & Orthodoxam fidem in eorum ditionibus confirment.

Sic enim Reges Aſa, & Ioſaphat veri Dei cultores, & Idolorum oſores fuerunt, & tamen peccatum 25. magnum commiſiſſe dicuntur, *quod excelſa non abſtulerint*, 3. Regum, cap. 15. verſ. 14. id eſt Altaria in altis montibus in honorem Idolorum erecta non euerterint, vt ibi notat Pat. Gaſpar.

Carena de Offic. Inquiſit.

Sanctius *num.* 12. & latius P. Cornelius à Lapide, *in Eccleſ. p.* 3. *cap.* 49. *verſ.* 5. 6. *Notent hunc locum Principes, & Reges.*

Non ſic egerunt Catholici Imperatores Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius, qui in *L. cunctos populos, C. de Sum Trinitate, & fide Catholica*, publico propoſito edicto ad Populum Conſtantinopolitanum mandatunt omnibus ſibi ſubiectis, vt in ea Religione manerent, quam Diuum Petrum Apoſtolum Romanis tradidiſſe conſtabat.

26. Ad finem autem huiuſce §. liceat mihi adducere verba Deuter. 28. *verſ.* 1. *& ſeq.* quæ continent benedictiones (ex quibus fœliciſſimus redditur ſtatus Reipublicæ) in omnes veræ Religionis cultores. Ait igitur Moyſes *Si audieris vocem Domini Dei tui, vt facias, atque cuſtodias omnia mandata eius, quæ præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus, quæ verſantur in terra, venientque ſuper te vniuerſa benedictiones iſtæ, apprehendent te, ſi tamen præcepta eius audieris, Benedictus tu in Ciuitate, & benedictus in agro, benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ, Benedictus eris tu ingrediens, & egrediens dabit Dominus inimicos tuos, qui conſurgunt aduerſus te corruentes in conſpectu tuo per vnam viam venient contra te, & per ſeptem fugient à facie tua, emittet Dominus benedictionem ſuper cellaria tua, & ſuper opera manuum tuarum, ſuſcitauit te Dominus ſibi in populum Sanctum ſicut iurauit tibi ſi cuſtodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in viis eius, videbuntque omnes terrarum Populi, quod nomen Domini inuocatum ſit ſuper te, & timebunt te, abundare te faciet Dominus omnibus bonis fructu vteri tui, fructu iumentorum tuorum, fructu terræ tuæ, aperiet Dominus Theſaurum ſuum optimum cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore ſuo, benedicetque cunctis operibus manuum tuarum, & fœnerabis gentibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies. Conſtituet te Dominus in caput, & non in caudam, & eris ſemper ſuprà, & non ſubter, ſi tamen audieris, mandata Domini Dei tui, quæ ego præcipio tibi hodie, & cuſtodieris, & feceris, ac non declinaueris, ab eis, nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram nec ſequuturus fueris Deos alienos, neque colueris eos*, hucuſque Moyſes, ex quibus verbis colligit, ibi Abulenſis *Quæſt. prima*, quod populus veræ Religionis cultor, & obſeruator à Deo benedicetur temporalium proprietate, ibi, *Benedictus tu in Ciuitate*, & ſequent Hoſtium depreſſione, ibi, *dabit Dominus inimicos tuos*, Famæ celebritate, ibi, *ſuſcitabit te Dominus*, & honoris ſublimitate, ibi, *conſtituet te Dominus.*

§. III.

Ob hæreſes Imperia, & Regna à Deo euerſa.

27. Sine dubio hæreſis crimen grauiſſimum eſt, ac horribilius ipſomet crimine Iæſæ Maieſtatis, quid enim grauius, ac deteſtabilius eſt, quam aduerſus Creatorem ſuum, Deum omnipotentem inſurgere, & eius diuinitatem abnegare, Præſes Abano *in Theorica, & Practica criminali, §. hæreſis, num.* 3. *& ſeq.* Paramus *de origine Sanctæ Inquiſitionis, l.* 3. *quæſt.* 5. *de Edicto fidei, num.* 13. *& eodem, lib.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 13. 34. ideoque non mirum ſi grauiſſimis pœnis, & diuino, & ciuili iudicio mulctetur, de quibus *in ſecunda parte huius operis, titulo primo*, & præcipuè Imperiorum, & Regnorum euerſione, violentiſque ac horrendis Principum necibus, 28.
Pegna *in Director part.* 3 *comm.* 158. *ſ. cauza* ibi ait, *Niſi enim cauſa fidei in tuto ſit, & hæreſes extirpentur, Regna, & dominia nequeunt diutius in pace conſiſtere, & conſeruari*, ſic enim Iſaiæ cap. 60. verſ. 12. 29.
dicitur *Gens enim & Regnum, quod non ſeruierit tibi, peribit, & Gentes ſolitudine vaſtabuntur.*

Et quamuis multi locum hunc Iſaiæ intelligant de interitu æterno in gehenna, attamen Pater Cornelius à Lapide ibi eum locum declarat etiam de interitu temporali in terra, ibique plurima huiuſce rei exempla ex hiſtorijs adducit.

Sic Valens Imperator, quod Ar'j impiam dogma ſectatus fuerit miſere perſequentibus Barbaris igne incenſa domo in qua cum ſuis latitabat, interiit, & ſepultura quoque caruit, vbi teſtantur Diuus Hieronym. Chryſoſtom. & & Oroſius locis à Cardinal 30.
Baronio indicatis, *tom* 4. *Annalium circa Annum Domini* 378. *n.* 6. & 27. vbi notat à Diuo Ioan Chryſoſt. applicari Valenti illud Pſalmi 8 *ſicut ignis qui comburit ſyluam, & ſicut flamma comburens montes, ita perſequeris illos in tempeſtate tua & in furore tuo conturbabis eos.* 31.

Sic Anaſtaſius Imperator, quod Simmachi Romanis Pontificis monitis, vt ab hæreticorum communicatione, & patrocinio deſiſteret non paruerit, ſed imo Orthodoxos immiſſis militibus cogeret, cum hæreticis communicare, ingentem Barbarorum cladem, cum totius Romani exercitus extinctione paſſus eſt, vt obſeruauit idem Cardinalis Baronius *tom.* 6. *circa annum Domini* 499 *num.* 11. *&* 12. prout, & exaltatus, & eleuatus tamquam Cedrus libani miſerrime præcedente ſomnio in quo vir terribilis ei adſtans dixit, *Ecce ob peruerſitatem fidei tuæ annos quatuordecim vitæ tuæ deleo*, fulmine tactus interiit, iuxta illud Pſalm. 28. *Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus Cedros Libani*, Baron. *ad annum Domini* 518. *n.* 18. *& ſeq. eodem tom*

Sic ex quo hæreſis Neſtorij orta eſt Florentiſſimus Status Ciuitatis Conſtantinopolitanæ cœpit in deterrimum, & miſerrimum motari, vt obſeruauit idem Cardinalis Baronius *tom.* 6. *Annalium ad Annum Domini* 445. *n.* 6. 32.

Sic demum Antiochena Ciuitas omnium Orientalium olim florentiſſima, varijs terremotibus à Deo monita, quod cum nominis mutatione hæreticorum doctrinam deprauatam non reliquerit, à Coſthoe Perſarum Rege capta incenditur, & ſuis remanet ſepulta ruinis Cardinalis Baronius *ad Annum Domini* 528. *n.* 22. *& ad annum* 540. *n.* 40 *tom.* 7. videantur ad hanc eandem rem Paramus *de origine Sanctæ Inquiſitionis, lib.* 2. *titul.* 1. *cap.* 6. *fere per totum*, vbi plura alia exempla huiuſce diuinæ vltionis commemorat, & Peguera *in praxi, cap.* 3. *n.* 3. *& cap.* 6. *n.* 12. *& ſeq.* 33.

Et quidem ad hæreſim rectè ſubſequitur hæc Regnorum ſubuerſio.

Quia cum Principibus à Deo data ſint Imperia, vt eum agnoſcant, diligant, ac venerentur, iuxta, illud Pſalm. 104. verſ. 42. & 43. vbi loquens Dauid de euerſione ſeptem Regum terræ Chanaam, & conſignatione Regionis illius Populo ſuo ait, *& dedit illis Regiones gentium, & labores populorum poſſederunt, vt cuſtodiant iuſtificationes eius, & legem* 34.
eius.

eius requirant, id eſt, vt ibi exponunt Lorinus, &
Bellar. dedit Iudæis Deus terram Chanaam, ſub hoc
veluti tributo, & pacto, vt ſummo deſiderio man-
data ipſius obſeruarent, ac legem (cuius caput præ-
cipuum eſt de colendo Deo) diligentiſſime obſerua-
rent, iuſtiſſimum igitur, & omni rationi con-
ſentaneum eſt, vt à Principibus in ipſo primo le-
35. gis capite delinquentibus Imperia ipſa auferantur.
Quia ex diſcordiis, diſſenſionibus, & ſeditionibus
Reſpublicæ quantumcumque florentiſſimæ dilabun-
tur, vt bene probauit P. Adam Contzen, *lib. 9. ſuæ
politicæ, cap. 2. & ſequent.* at ea omnia mala ea hæ-
reſibus, & deſertione veræ Religionis oriuntur, vn-
de Gregorius Nazianzenus *oratione 1. de Pace*,
ait, *quod ſi ut ad firmandam, & tuendam hominum
concordiam nihil efficacius eſt, quam Religionis con-
ſenſus, ita nihil eſt, quo eorumdem animi magis diſtra-
hantur, & alienentur, quam eiuſdem diuerſitas*, &
latiſſime P. Contzen. *dicto lib. 9. c. 19 § 3.* probauit à
ſchiſmate Græcorum ad hæc vſque tempora nul-
lam fuiſſe hæreſim quæ ingentia bella non excita-
uerit, hæretici enim non Religionem ſolum, ſed
ſtatum Politicum Reipublicæ euertunt, vt longa ſe-
36. rie probauit Paramus *de origine Sanctæ Inquiſitionis,
lib. 1. tit. 3. cap. 7. per totum* Et vt ex ore proprius ſer-
uus nequam iudicetur, idem P. Contzen. *lib. 9. c. 11.
§. 4.* adducit ad hoc idem confirmandum verba Im-
piiſſimi Lutheri, in proœmio 1. ad Corinth. vbi lo-
quens de his, quæ ad hæreſim conſequuntur ſic
ait, *Hinc enim ſcandala, & praui mores, luxus,
auaritia, ſcortatio, contentio, ebrietas, & id ge-
nus vitia cum Summo Chriſtiani nominis dedecore
paſſim graſſantur*, & infra. *Hinc Doctorum ambitio,
Auditorum leuitas, profanaſſima vita, contemptus
omnis ordinis, Epicurea profanitas.*
Quia in ſcripturis Sacris vocatur hæreſis, A B O-
37. MINATIO DESOLATIONIS, vt
enim bene explicat rem hanc P. Cornelius à Lapi-
de in caput 9. Danielis, verſ. 27. circa illa verba
& erit in templo abominatio deſolationis, Abomi-
natio hæreſis, deſolationem facit.
Quia denique Ciuitates ob hæreſim ſine dubio,
38. *dant contra Deum vocem ſuam*, ideo non mirum
ſi de eis dicat ipſemet Deus Hierem. 12. verſ. 7. *Reli-
qui Domum meam, dimiſi hereditatem meam, dedi
dilectam animam meam in manum inimicorum eius*,
idest, vt ibi declarant, Maldonat. Cornel. à Lapide,
& Menoch. populus meus rebellis male de mea diui-
nitate & prouidentia ſenſit, ideo ab eo auerſus ſum,
& eum reliqui, ex hac autem auerſione Dei ſe-
quitur deſolatio, quia vt Hierem. 25. verſ. 38. dici-
tur, *dereliquit quaſi leo vmbraculum ſuum, quia
facta eſt terra eorum in deſolationem, à facie iræ
Columbæ, & à facie iræ furoris Domini*, id eſt, vt
ibi exponit Diuus Hieronymus, Leo cum eſt in Vm-
braculo ſuo, nulla beſtia audet accedere, cum au-
tem diſceſſerit omnes irruunt, ita cum Deus eſt
cum Ciuitate fideli, nulli audent eam inuadere ip-
ſo autem recedente omnes inimici eius irruunt in
eam, Menoch Cornel & Maldonat. *ibid.*
Nec ſe tutos arbitrentur Principes ab hoc hære-
ſis veneno, & hæreticorum peſte, quod videant
omnes eorum acies in Prælatos Eccleſiæ dirigi, quia
in diſſolutione Reipublicæ hæretici à Prælatis qui-
40. dem Eccleſiæ ordiuntur, dum omne ius, & po-
teſtatem ſe ſe ab eis auferre profitentur, ex poſt
tamen etiam Principis, & Magiſtratus ſæcularis au-
ctoritatem eneruant, id conſtat manifeſtè ex Schar-
pio hæretico, *q. 2. de Antichriſto*, relato à P. Cont-
zen. *lib. 6. ſuæ Politicæ*, §. 6. qui manifeſte profitetur
leges ciuiles ſiue Imperatoris, ſiue cuiuſlibet alte-
rius Principis in conſcientia ſubditos non obliga-
re, extra caſum ſcandali, & contemptus.

§. IV

*Vnicum remedium aduerſus hæreſes fuiſſe Offi-
cium S. Inquiſitionis.*

CONſequitur ex hucuſque dictis hæreſes extir- 41.
pandas, hæreticóſque gladio, & igne domari
ti debere, quia facilius vincuntur, quam ſuadentur,
tur, P. Ærod. *rer. indic. lib 1. tit. 6. c. 13*, ad quod faciunt
egregia verba Tertull *aduerſus Gnoſticos c. 11.* vbi
ait, *Ad officium Hæreticos compelli non allici dignum
eſt duritia vincenda eſt non ſuadenda hereſis*, vnde
bene dixit P. Ioan. Marquez in ſuo Gubernatore
Chriſtiano lib. 1 cap. 14 *que ſi la heregia no es caſti-
gada con vara de hierro. no ay remedio, que baſte
para extirparla*, quod ibi latiſſime probauit aduer-
ſus Bodinum *de Republica, lib 4. c. 7.* propterea bene
Royas de hæreticis. *p. 1. n. 409.* ait, *pro extermi-
nanda igitur hac execrabili peſte hæreſis, Sacroſan-
ctum Inquiſitionis Officium tamquam ſaluberrimum
antidotum fuit inſtitutum.*
Cauſæ enim hæreticorum in ordine ad eorum 42.
punitionem in nullo Eccleſiæ foro, tam ſanctè,
tam rectè, & tam titè peraguntur, vt in hoc Sa-
croſancto Tribunali, vt videbimus *infra 1. p tit. 4.
§. 5. & tit. 5.*
Vnde non mirum ſi inſtitutio iſtius Tribunalis 43.
hæreſim Albigenſium in partibus Prouinciæ Nar-
bonenſis graſſantem extinxerit, vt notaui *infra in
1. p. tit. 5. §. 1. & 2* Param. *de Orig. S. Inqu. l. 2. t. 3. c. 4.
num. 1.*
Et Hiſpaniam ab hæreſibus Lutheri, & aliorum, 44.
præcipuè vero ab erroribus Saracenorum intactam
penitus præſeruauerit, vt poſt Ludouicum à Para-
mo, *loco ſup. cit. c. 5. per totum* latiſſimè notauit Do-
ctiſſ. Vir Floremund. Remundus Galliarum Regis in
Burdigalenſi curia Conſiliarius in ſua hiſtor. *de ortu,
progreſſu, & ruina Hæreſeon noſtri temporis, p 2.
lib 5. c. 6 n. 3. & ſeq.* vbi poſtquam Officium hoc Hiſ-
panæ Inquiſitionis ad cœlum vſque laudibus extu- 45.
lit, merito addit, præclarum hoc inſtitutum Po-
tentiſſimis, ac Piiſſimis Regibus Noſtris ob conſer-
uandæ Catholicæ Religionis diligentiam Catho-
lici nomen peperiſſe, quamuis diu terim ego magis,
ac magis potius confirmaſſe cum longe ante Offi-
cij iſtius Inſtitutionem Reges noſtri hoc Catholici
nomine meritò à Summis Pontificibus fuerint donati,
ti, vt *infra* videbimus, *§. ſequenti.*
Italiam verò adeò officium hoc ab hæreſibus ex- 46.
purgauit antiquis, vt nunc à Lutheri, Caluini, &
aliorum ſæculi præteriti hæreticorum immunis, &
intacta omnino euaſerit, vt iure merito Floremun-
dus Remundus *vbi ſuprà, lib. 5. c. 4. n. 2. & ſeq.* eam
appellauerit, *felicem Religioſarum animarum ſeceſ-
ſum, ſponſæ Dei aſylum, prouinciam quo Deus ſe-
ceſſit poſtquam plerique omnes ab ipſo receſſerunt
Felicem terræ Paradiſum, Sacram arcam, ac veræ fi-
dei cuſtodem.*

§. V.

Quanto in honore habitum fuerit Officium S. Inquiſitionis à potentiſſimis Regibus noſtris Hiſpaniarum, quámque ob id eorum ſtabilita Imperia.

47. POtentiſſimi Monarchæ PHILIPPI IV.
Inclyti Regis, ac Domini Noſtri Imperium, ab
Oriente ad Occidentem vſque ſe extendentis ex
Thom. Bozio de ſignis Eccleſiæ, deſcribit Gonza-
lez de Auila, in proœmio libri primi, *De las gran-
dezas de la Villa de Madrid.* hiſce verbis, *que ſu in-
menſo imperio boxa ſiete mil leguas, y nauegan ſus ba-
xeles dando vna buelta al mundo, tocando ſiem-
pre en ſus Marinas y tierras priuilegio que le titula
Thomas Bozio con renombre de diuino, y añade, que
no halla nacion, ni Rey, que aya ſugetado tantas al-
mas à la obediencia de Chriſto como la gente Eſpa-
ñola, y dize mas, que ſu imperio es veinte vezes
mayor, que fue el de Roma*, vnde perbellè, quod
de Monarchia Romana cecurit olim Ouidius.

*Iupiter ex alto cum totum ſpectât in orbem, Nil
niſi Romanum quod tueatur habet.*

Verius ad hanc noſtram Hiſpanam Monarchiam
ſic tranſtulit idem Gonzalez *ibidem.*

*Cum Deus ex alto totum proſpectet in orbem, Vix
niſi Ibericum, quod tueatur habet.*

Ampliſſimæ huiuſce Monarchiæ tot Regnis &
nationibus conſtantis climate, & moribus tam diuer-
48. ſis fœlicitatem, ac firmitatem admirantur omnes
aliæ nationes, etiam Barbaræ, & ſanè quidem mi-
rum eſt, quod in Regnis Indiarum tam remotis, in
tanta fœderum cum Barbaris occaſione, in tanta
peccandi licentia vix vllæ fuerint defectiones & tu-
multus auditi ſpatio centum, & plus annorum, cum
tamen ſi Romanum Imperium iam adultum inſpi-
ciamus nullum decennium dabitur, quo non plures
ſeditiones, & conſpirationes extiterint, vt notauit
egregiè P. Contzen *lib. 7. Politicorum, cap. 9 §. 4.*

Nam, & ſi in aliquibus Auguſtiſſimi iſtius Impe-
rij partibus ſeditiones aliquæ auditæ fuerunt hæ
immiſſiones fuerunt per Angelos malos perpau-
cæ, & à Deo permiſſæ ad maiorem ſemper Regum
49 noſtrorum gloriam, vt animaduertit Valenzuela *de
ratione Status, ac belli 2. p. conſid. 1. n. 56.*

50. Iſtius autem amplitudinis Imperij, ac firmitatis
adducant alij cauſam, innatam clementiam Poten-
tiſſimorum Regum noſtrorum, & manſuetudinem
quam eſſe veluti ipſorum propria ex Claudiano, &
Iouio atteſtatur Bobadill. *lib. 3. ſua Politic. c. 18. n. 8.*
hiſce verbis, *de los Reyes de Eſpaña dizen Claudia-
no, y Paulo Iouio, que an tenido por coſtumbre go-
uernar antes con amor, que con miedo.*

51 Recurrant in hac re alij ad inſtitutio huiuſce Mo-
narchiæ, quæ prudentius conſtituta fuiſſe, quam
Reipublicæ Romanæ præclarè probauit P. Cont-
zen *in ſua Politica lib. 7. c. 13 §. 11.* in Romano enim
Imperio omnes nationes ad vnicum Senatum Ro-
manum confugiebant, in Monarchia autem Hiſ-
panæ, vnaquæque natio, & Regnum ad ſuum Su-
premum ſpeciale conſilium recurrit, Luſitani, ad
Supremum Conſilium Luſitanorum, Arragonenſes,
ad Supremum Conſilium Regni Arragonum, & ſic
de ſingulis alijs Regnis, vt videre eſt ex Gonzalez
toto lib. 4 de las grandezas de Madrid. qui omnino
videndus erit. hac enim ratione Supremi illi illorum
Senatuum Conſiliarij, nec rerum varietate, nec na-
tionum, ac eorum morum diuerſitate turbantur, &
magis vnuſquiſque ad propriam nationem regendam
aptior redditur, vt pote de eius moribus genio, &
inclinationibus edoctus.

Confugiant demum alij ad id, quod omnium
acta, in conſpectu Regis, & Conſiliorum pandan-
tur, proindéque omnia maxima cum maturitate, &
conſilio peragantur.

Ego enim omnia iſta probans conſtanter cum
Doctiſſimo P. Velaſquez *in ſuis egregiis Commenta-
riis in Pſal. 100. ſeu de Optimo Prin. ſ. e., & Optimo
Principis Adminiſtro, l. 2 annot. 3. Monitionum* 8. af-
firmo præcipuam ac fere, vnicam cauſam amplitu-
dinis, & firmitatis iſtius Hiſpanicæ Monarchiæ
eſſe verum Religionis, & Numinis cultum, pro- 52.
pagationem Catholicæ fidei, ac Officium Sanctæ
Inquiſitionis in illis Regnis inſtitutum, & ab In-
uictiſſimis Regibus noſtris ſummo in honore ha-
bitum.

Et quidem ſtudium hoc efficax non conſeruan- 53.
di ſolum verum Religionis cultum in ipſorum Re-
gnis, ſed etiam eandem Catholicam fidem propa-
gandi eum ipſomet nutricum lacte ſuxiſſe viden- 54.
tur Piiſſimi Reges noſtri.

Teſtantur hoc eiectiones tot ſubditorum Mauro-
rum, à Regnis Caſtellæ, & Valentiæ, de quibus
Gonzal. *in ſæpe cit. tract. de las grandezas de Madrid.
lib. 1. in rubr. Expulſion de los Moriſcos Anno 1610.
fol. mihi 89. & ſeq.* & Paſchal. *de Patria poteſt. 1. p. c.
7. n. 85.* vt enim Regna illa in veræ fidei puritate ſe-
cura manerent, nec ſubditorum innumerabilem
multitudinem curarunt, in qua Regis dignitatem
conſiſtere dicebat Sapiens Prouerbiorum 14 in fin.
in multitudine populi dignitas Regis, nec ingentia
tributorum emolumenta, quæ ex eis quotannis
percipiebantur.

Teſtantur eiectiones Iudæorum ab hoc Inclyto 55.
dominio noſtro Mediolani, & alijs Regnis ſuæ Ca-
tholicæ Maieſtatis de quibus Riceiull. *de iure per-
ſon. extra Eccleſia gremium exiſtentium, lib. 2. c. 51.
num. 11.* verſ. *Quarto ſi in tam magnum* Catol. Tap.
*ad conſt Regni, l. 1. tit. de Iudais, Pragm. 2. n. 1. &
ſeq.* vt Chriſtiani nominis hoſtibus eiectis eorum
Regna perpetua pace lætentur.

Teſtantur innumerabiles infidelium multitudines 56
ad Chriſti fidem conuerſæ, maximè verò in Indiis
tam Orientalibus, quàm Occidentalibus; quo enim
tempore dictorum Regnorum potiti fuerunt Sere-
niſſimi Reges noſtri Imperio, eodem etiam infi-
deles illorum Regnorum cultores ad Ouile veræ
Eccleſiæ, & Summi Romani ac vniuerſalis Eccle-
ſiæ Paſtoris obedientiam reduxerunt, vt huiuſce rei
teſtes ſunt, quotquot de hiſtoria illorum Regno-
rum libros ediderunt, vnde Greg. Lopez, part. 2. tit.
18. L. 1. gloſ. 1. *los Eſpañoles*, ait, *quod ex quo Hiſ-
pani gentes vſque ad hæc ſecula incognitas in Ocea-
ni ſinus, ac receſſus ad fidem Chriſti vocant, merito
in eorum Regnis viget Catholica Religio contra om-
nes hæreſes in Alemania, & Anglia partibus Dia-
boli aſtutia ſeminatas*, ad quod videndi ſunt Val-
deſ. *in tract. de auct. Regis Hiſpania, cap. 18. num. 15.*
& Hermoſilla ad Gregorium Lopez *partita 5. gloſ. 2.
Prol. n. 40.*

Teſtatur ſingularis Regum noſtrorum, & totius
Hiſpanæ nationis erga Sedem Apoſtolicam, & 57.
Apoſtolorum limina obedientia, reuerentia, & de-
uotio, de qua Oldradus *conſ. 62. col. fin.* verſ. *ſed natio-
ne Hiſpanorum*, Tuſchus verbo *Hiſpani concl. 137.
n. 2.* & Gregor. Lopez *loc. ſup. alleg.* Aurea ad hoc ſunt
verba Philippi III. inclytæ memoriæ in monitis ad
Sereniſſimam Infantem Don Annam filiam ſuam,

Chriſti

Chriſtianiſſimam Galliæ Reginam de quibus Gonzal.lib.1.mibr *auiſos , que dio el Rey Filipe à la infanta Doña Aña ſu Hyja Reina de Francia* , poſtquam enim eam monuit de cura exaltationis Sanctæ fidei , de recurſu ad Deum in omnibus per eam gerendis , ſubdit , *ſiempre eſtareis en la deuocion y obedencia de la Santa Yglesia Romana y del Summo Pontefice, teniendole por Padre Eſpiritual*, ad hoc videatur idem Gonzal *f.49 f.80.f. 85. f.87. & f.* 195.ex ibi , namque narratis vndique ſcatet zelus Potentiſſimorum Regum noſtrorum in Catholicam fidem, Sanctam Sedem , & Romanum ac Summum Pontificem.

58. Teſtatur hoc idem tituli quibus à Summis Pontificibus cohoneſtati fuerunt Reges noſtri Hiſpaniæ, de quibus , latiſſimè Valdeſ.*in d.tract.de anti.Regum Hiſpan.c.13.n.9.& ſeq.*& Hermoſilla *d.gloſ. 2 n. 29.* vbi quod fuerunt vocati Chriſtianiſſimi Orthodoxi, Religioſiſſimi , Piiſſimi , fideliſſimi , & Catholici, quo Catholici nomine maximè nunc gloriari poſſunt Inuictiſſimi Reges noſtri, tum ex eiuſdem antiquitate cum circa annum Domini 595.eo nomine

59. fuerint decorati , Taiſon *in Pract.de Antefato , verſ. 2.obſeru.2.n 21.verſ.Sed maximus aduerte* , Card. Baronius *tom.8.Annalium circa annum Domini* 638 *n.* 13.qui ait , *non eſſe recentem , vel indebitè vſurpatum titulum Hiſpaniarum Regum , vt Catholici cognominentur , vt pote tanto facti titulo digni , quod non ſolum* , iurent ſe Catholicos , ſed neque paſſuros *quenquam non Catholicum in eorum ampliſſimis Regnis penitus reperiri* , tum ex eiuſdem nominis excellentia , ſignificat enim quem excluſa ; & eliminata quacumque hæreſis ſuſpicione eſſe de veræ Eccleſiæ gremio Valdeſ.*dicto cap.13.n.21.& ſeq.*Hermoſilla *vbi ſupra , n.30.circa medium*,& quidem.

Et vere Catholici ſunt se ſemper fuerunt Hiſpaniæ Reges qui cum nullo vnquam hæreticorum pacem habuerunt,nec confœderationes inierunt ſed ſemper illorum omnium perpetui hoſtes , vti acerrimi Fidei Catholicæ defenſores extiterunt , Valenz. *de Statu , & belli ratione , p.2.conſiderat.*15.*n.*11.

60. Teſtatur perpetuum bellum, quod Piiſſimi Reges noſtri non ob aliud quam ob Religionem , cum Belgis ,ſeu cum inferioris Germaniæ Prouinciis gerunt , de quo plura idem Valenz.*de ſtatu , & Belli ratione per totum.tractatum.*

61. Teſtantur ampliſſimæ Eccleſiarum fundationes Patriarchalium , Metropolitanarum , Cathedralium, & Abbatialium , de quibus atteſtatur Thom. Bozius *de ſignis Eccleſiæ,lib.20.ſigne* 87.*c.*6.& Valdeſ.*de dignit.Regum Hiſpano , c.*21. Bobadill.*in ſua Politic. lib.2.c.*18 *n.*217.verſ *finalmente hizieron.* & Rodericus Acunha *in capitulo cum longe.diſt.*63.*n.*2.

Teſtatur demum hoc Sacroſanctum Tribunal in illis Hiſpaniarum Regnis promouentibus Regibus noſtris inſtitutum , maximiſque Regiæ Coronæ ſumptibus conſeruatum , & in dies auctum, qui

2. etiam ſe ſe , ac omne eorum Regnum ſubiicere ſolere Reges Inclytos Caſtellæ , diximus *in 2.part tit. 2.n fin.*

Hoc Tribunal eos centies maximos reddit, dum enim Religionis vnitatem , & Eccleſiæ pacem cuſtodit, eorum Regna mirum in modum confirmat, & auget , Petr. Gregor. *lib. 8. de Republica , cap.* 2. *num.* 3.

In maximo ob id honore apud Potentiſſimos illos Reges , & totam Hiſpaniam fuit Officium hoc Sanctiſſimæ Inquiſitionis, de quo propterea mira dixerunt , Inclitæ illius Nationis Scriptores,de quibus Paramus *de origine Sanctæ Inquiſitionis , lib.2. tit.3.capitul.2.per totum*.qui num 18.poſuit clauſulam teſtamenti Caroli V.Romanorum imperatoris,quæ quoniam digna eſt tanti Monarchæ Religione, hic tranſcribendam curaui , vt omnibus aliis Regibus , & Principibus poſſit eſſe exemplo,ait igitur.

Pro eo quo omnipotenti Deo Officio obſtrictus teneor, & pro eo quo erga Sereniſſimum Principem 63.
Philippum ſecundum Chariſſimum filium meum amore ſum accenſus , plus illum virtutum præſidio munitum , quam diuitiarum amplitudine cupiens. & affectans hac , qua poſſum animi affectione in mandatis do , vt tamquam Catholicæ Religionis ſtudioſiſſimus Princeps, & diuinorum mandatorum obſeruantiſſimus omnium rerum ad eius decus,& honorem ſpectantium curam ſuſcipiat ardentiſſimè , & Sanctæ Matris Eccleſiæ, dictis , ac præceptis ſemper ſit audiens , & inter æ ia hoc præcipue , & obnixe illi commendo , vt Sanctæ Inquiſitionis Officium contra hæreticam prauitatem diuinitus inſtitutum , illiuſque Miniſtros. & Officiales omnibus fauoribus , & honoribus proſequatur eo quod hoc vno remedio grauiſſimis in Deum offenſionibus obuiam itur. Item illi præcipio vt omnibus Eccleſiis , & perſonis Eccleſiaſticis ſuas immunitates ſeruandas curet. Et iterum in eius Codicillo , ſuo Sereniſſimo Filio mandat. *Ab ipſo obnixè peto , & cum qua maxima poſſum contentione obteſtor,& tamquam Pater Amantiſſimus pro illius erga me obſeruantia præcipio,vt huius rei, (in qua totius Hiſpaniæ ſalus agitur ,) ardentiſſimè curam ſuſcipiat , vt ſcilicet omnes hæreſis labe infectos debita ſuis flagitiis pœna exſpiat , ad cuius effectum Sanctæ Inquiſitionis Officium omnibus fauoribus proſequatur,cuius vigilantia in his Regnis Catholica fides augetur & Chriſtiana Religio conſeruatur.* Hucuſque piiſſimus Imperator cuius parentis iuſſa adeò obſeruauit idem Potentiſſimus felicis memoriæ Rex Philippus II.eius filius vt multis de libertate Religionis in Belgio admittenda poſtulantibus , humi ante Crucifixi Imaginem proſtratus , hæc verba protulerit , *Ego vero diuinam Maieſtatem oro hanc , vt mihi mentem perpetuam velis , ne illorum , qui te Dominum reſpuerint vſpiam eſſe me , aut dici Dominum acquieſcam* , vti atteſtatur Famian.Strad.de Bello Belgico, *lib.* 3. *pagina mihi* 213.

Et vltra allegatos à Paramo de eadem re loquentes & Hiſpanam Inquiſitionem ad ſydera merito extollentes addo nonnullos alios.

Et imprimis quidem pulcherrima verba Sereniſſimæ Imperatricis D. Mariæ de Auſtria de quibus Gonzal. *in ſæpe citato tractatu de las grandezas de Madrid.fol.mihi* 147.*libri primi*,hæc enim Auguſtiſſima Imperatrix cum Ianuam perueniſſet , Hiſpaniam verſus profectura ſuos omnes familiares ſacratiſſima iuſſit refici Euchariſtia , mox eoſdem ſic alloquuta eſt , *Yo os aduierto , que vais à vn Reyno tan Catolico , que en agrauio de la fè . no ſe permite vn pelo porque la Santa Inquiſicion tiene el poder,que merece , y Cuidado , que deue à Dios ,y no perdona à nadie;el que no fuere muy Catolico , ò no ſe reſoluiere a viuir como tal,bueluoſe , porque ſi algo le ſucediere ,ni podre defenderle , ni ampararle.*

Ioan.Vaſeum Belgam in Hiſtoria Hiſpaniæ,*cap.*9. qui ait , *In Hiſpania ne loqui quidem niſi piè conceditur , alibi errores forte iam nati extirpantur in Hiſ-* 64.
pania ipſa etiam errorum ſeminaria antequam pullulent opprimuntur.

Cardinalem Baronium *tom.* 7. *annal circa annum Domini* 563.*n.*17.qui ait , *Hoc plenè ſibillandis tin-*
dicandis

dicauit ſemper Eccleſia Catholica in Hiſpania, vt non ab erroribus tantum, ſed & à ſuſpicionibus eſſe vo.eris ſuos immunes, ipſo præcipuè Catholico Rege ſuper om.es in opus nauiter incumbente.

66. M.rtiam Cutellum ad leges Martini Regis Siciliæ, *c.* 21 *v.* 21 *n.* 2. aientem, *Quapropter, Hiſpani Reges præ cæteris piiſſimi, cum omnibus ſtudiis Catholicam Religionem promouere ſtuderent, Sanctiſſimæ Inquiſitionis Tribunal in ſuis Regnis conſtitui curarunt, quo quidquid noui.atis germinaret è veſtigio eradicari poſſet*, & mul a alia addit in laudem Regum noſtrorum, & Tribunalis.

67. Rodericum Acunha *de confeſſariis ſollicit. q.* 12. *num.* 15. qui ait, *Sanctiſſima Inquiſitio eſt, quam Cælum in has miſit Hiſpaniarum feliciores partes, tot virorum munitam zelo, litteris, integritate, nec plura, vt enim ineptè facit. qui ſolem commendat, & laudibus tollit, ſic & Inquiſitionem.*

68. Freitam ad dictum locum Roderici, *n.* 40. vbi appellat hoc Tribunal in Hiſpania *fidei propugnaculum Inexpugnabile, ob quod Hiſpania reperitur priuilegiata, non ſolum vt monſtra hæreticorum non generet, ſed etiam aliunde addacta, fuget, deterreat, ac quae extinguat.*

69. Marianam in Hiſtoria Hiſp. *tom* 2. *lib.* 14. *c.* 17. *ad finem*, vbi ait, *remedium hoc Inquiſitionis, non ab humana prudentia, & conſilio proditum, ſed è cælo Hiſpaniis donatum ad præcauenda grauiſſima pericula & mala quibus aliæ prouinciæ vexantur, & perturbantur.*

70. Cabreram in hiſtoria Philippi II. *lib.* 5. *cap.* 2. *fol mihi* 236. vbi loquens de hoc Tribunali Hiſpanæ Inquiſitionis, & zelo illius Religioſiſſimi Regis, ait, *que fue remedio del Cielo, y Angel de la guardia del Paraiſo donde de la prouidencia Diuina aſiſte para caſtigar con buen orden, y concierto en la execucion de las penas.* 71.

Ribadeneiram *in vita Sancti Ignatii, lib.* 3. *cap.* 7. vbi plura dicit de hoc Tribunali, ſed præcipuè *que eſte Tribunal fue traça del Cielo por ſer prouechoſo a Roma, y ſalud a toda la Italia, y que Dios mouio los Coraçones de los Reyes Catholicos, Don Fernando, y Doña Iſabel por medio de Varones Sanctos, y inſignes, que procuraſſen la renouacion de tan Santo Tribunal con mayores fuerzas, por el Año 1483. dos antes que naciſſe el perſido* 72. *Luthero.*

Simancham *de Cath. Inſt. tit.* 39. *n.* 5. vbi *feliciſſimam vocat Hiſpaniam ob tanti Tribunalis Inſtitutionem vniuerſæ Chriſtianæ Reipublicæ ſumma acceſſurum.*

Ac tandem Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſ. DD Ioan de Torrezilla, & Manſo Regni Siciliæ Vigilantiſſimum Inquiſitorem, Sacræ Cathol. Maieſtatis digniſſimum Conſiliarium, Dominum meum *in ſua doctiſſima Apologia pro Iuriſdictione S. Officii contra Don Marium Catelium, n.* 63 vbi ait *Quia quamuis S. Officium temporalem Laicalémque Iuriſdictionem quam in Regno Siciliæ exercet, à DD Regibus Hiſpaniarum viuenti ore accepiſſe conſiteatur, Piiſſimi enim Principes fauore, ac deuotione fidei Regiam Iuriſdictionem depauperant, hæc autem Regia, Auguſtáve depauperatio in maximum Catholicorum Regum gloriam feliciter excreſcit* 73.

Viuat igitur diu felix millies Maximus PHILIPPVS IV. noui Orbis Imperator, & Hiſpaniarum Rex, cuius immenſa Imperia ſuper veræ Religionis fundamento firmata, ac Sacroſancti huiuſce Tribunalis Sanctiſſimæ Inquiſitionis tutiſſima arce, munita, & ab hoſtibus omnibus in ſua firmitate illæſa manebunt, & in dies maiora vndique incrementa Deo dante ſuſcipient.

CÆSARIS CARENÆ
TRACTATVS
DE OFFICIO SANCTISSIMÆ INQVISITIONIS, *ET* MODO PROCEDENDI IN CAVSIS FIDEI.

PARS PRIMA.

In qua tractatur de Poteſtate Romani Pontificis, de Vniuerſali Romana Inquiſitione, & ſupremo Tribunali S. Officij in Regnis Hiſpaniarum, Epiſcopis, Inquiſitoribus, ac cæteris Iudicibus, & Miniſtris Sanctæ Inquiſitionis, déque eorum Electionibus, dignitatibus, Præcedentiis, & Muneribus.

PROOEMIVM.

TRACTATVRI materias ad Sanctæ Inquiſitionis Tribunal ſpectantes, maiori quà poterimus breuitate, Primò de Perſonis, mox de rebus, & vltimò de Actionibus agemus, iuxta antiquam Iuris diuiſionem, de qua loco citato in *lib. 3. ff. de ſtatu hominum*, & quia inter perſonas ſupremum locum tenet Summus Pontifex Roman. Ideò in hoc primo titul. de eo agere inſtitui, & de eius iuriſdictione maximè in ordine ad hoc Sacroſanctum Inquiſitionis Tribunal.

Cùm autem idem Pontifex ſit verus Ieſu Chriſti Vicarius, cap. *licet* & cap. *quanto* cap. *inter corporalia, de tranſlat. Epiſcop* cum aliis in progreſſu huius tituli allegandis, aliqua neceſſariò præmittenda ſunt de Chriſto Domino, vt inde iuriſdictio eiuſdem Summi Pontificis magis ac magis illuſtretur.

TITVLVS I.

De Summo Pontifice.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtus Dominus eſt caput Eccleſiæ, etiam ſecundùm quod homo, num.2.& 3.*

4 *Tria quæ capiti naturali in ordine ad corpus naturale, ſecundùm D. Thom. conueniunt, ſuo etiam modo conueniunt Chriſto Capiti Myſtico, n.5.*

6 *Chriſtus dum vixit fuit viſibile, & inuiſibile caput Eccleſiæ, & DD. ad hoc allegantur, num.7. & 10.*

8 *Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, vir eſt caput mulieris, ſecundùm D. Paulum.*

9 *Chriſtus dum vixit per externam directionem gubernauit Eccleſiam.*

11 *Humanitas Chriſti & Sacramenta producunt gratiam, tantùm moraliter.*

12 *Sine neceſſitate cogente non ſunt miracula inducenda.*

13 *Poſt Aſcenſionem cœpit Chriſtus eſſe caput ſuæ Eccleſiæ tantùm inuiſibile.*

14 *Chriſtus in quantum homo fuit Sacerdos propriè, quod probatur ex Scriptura, & Concilijs, & num. 15.*

16 *Chriſtus obtulit ſacrificium, Ad Epheſ.v.*

17 *Chriſtus fuit Sacerdos non ſolùm in Cruce, ſed etiam in cœna, & ex hoc ſacrificio incruento, dicitur Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech, n.18 & 19.*

20 *Chriſtus vti Deus eſt Rex Regum.*

21 *Chriſtus vt homo ſecundum Bellarm. & alios non fuit Rex temporalis, adducitur ad hoc locus Ioann. 18. v. 37. ſed. vide n.33.*

22 *Contraria opinio eſt communior, & verior.*

23 *Chriſtus vt homo potuiſſet promulgare leges politicas, & ad hoc allegantur plura Scripturæ loca n.24.& ſeqq. vbi probatur ea non poſſe explicari de Dominio, & Regno ſpirituali.*

26 *Verba Sacræ Scripturæ ſunt propriè intelligenda, niſi ex eis falſus oriretur ſenſus, ex regula D. Auguſt.*

27 *Chriſtus Dominus, vt homo ſecundum Cabreram fuit ita verus Rex temporalis, vt rex Caſtellæ erat Philipp. III. n.28. vbi id probatur ratione.*

29 *Chriſtus ſecundùm quod homo, eſt filius Dei naturalis & ſic hæres vniuerſorum ex D. Paulo, num. 30.*

31 *Chriſtus non exercuit hoc dominium, in hac vita ſimpliciter, ſed tantùm ſecundum quid, n.32.*

34 *Eccleſia Chriſti eſt viſibilis.*

35 *Viſibilis Eccleſiæ, viſibile debet eſſe caput, ex Analogia Eccleſiæ, cum Synagoga, n.36.*

37 *D. Petrus poſt Aſcenſionem Chriſti cœpit eſſe viſibile caput Eccleſiæ.*

38 *Hæretici impugnant Primatum Petri, vt Gubernatore ſublato violentius circa Eccleſiæ naufragia graſſentur.*

39 *Primatus Petri probatur ex Scripturis n.40. ex prærogatiuis Petri, n.41. ex vſu huius primatus, n.42.& ex Patribus.*

47 *Argumenta Hæreticorum ſoluuntur remiſſiuè.*

44 *Primatus fuit Petro conceſſus, & etiam eius ſucceſſoribus.*

45 *In Eccleſia debet eſſe Principatus Monarchicus.*

46 *Romani Pontifices ſunt veri ſucceſſores Petri, Quod probatur ex dictis Summorum Pontificum, Concilijs, & Patribus.*

47 *Tolluntur obiectiones Hæreticorum ex Pelagio, n.48. ex reſiſtentia facta Victori Papæ a Polycarpo, & Irenæo, n.49. ex reſiſtentia facta Iulio Pontifici ab Epiſcopis Orientis, n.50.& ex Epiſtola Cypriani.*

51 *Primatus Eccleſiæ eſt annexus Rom. Pontificatui de Iure diuino.*

52 *Caluinus, & alij Hæretici, nullam in Pontifice agnoſcunt poteſtatem temporalem.*

53 *Bobadill. Solorzan. & alij volunt. in Pont. adeſſe temporalem poteſtatem directam.*

54 *In Chriſto aderat poteſtas temporalis directa & num.76.*

55 *Declaratur locus Hierem.* poſui te ſuper gentes, *num.77.*

56 *Monarchia eſt melius Regimen, n.78.*

57 *In lege veteri ſummus Sacerdos habebat temporalem Iuriſdictionem n.79.& 80.*

58 *Summi Pontifices Romani de facto vſi ſunt gladio temporali, num.81.*

59 *Imperium de Græcis, ad Germanos iuſſu Leonis tranſlatum, n.82.*

60 *Innocentius primus Arcadium Imperatorem depoſuit, n.83. & ſeq.*

61 *Zacharias Francorum regem depoſuit. n.85.*

62 *Innocent. IV. coadiutorem dedit Regi Luſitaniæ, num.86.*

63 *Pius V. Regno priuauit Regem, & Reginam Angliæ, num.87.*

64 *Adrianus VI. conceſſit Regna Indiarum Regibus Luſitaniæ, n.88.*

65 *Intellectus extrauag.* Vnam Sanctam de maiorit. & Obedientia, *num.89.*

66 *Cum culpa Regis Reſpublica labitur, poteſt Papa dare ei coadiuturum, num.90.*

67 *Alij plurimi magis communiter voluerunt in Summo Pontifice adeſſe poteſtatem in temporalibus ſolum indirectè.*

68 *Hæc opinio Auctori videtur probabilior, & magis ſobria, quamuis opinio Solorz. & aliorum ſit etiam probabilis, & magis pia.*

69 *Cui committitur finis intelliguntur commiſſa omnia media ad finem.*

70 *Summo Pontifici eſt conceſſa ſuprema poteſtas in ordine ad finem ſpiritualem.*

71 *Declaratur C.* Per venerabilem, *qui filij ſint legitimi.*

72 *Obſeruantia ſubſequens declarat conceſſionem præcedentem.*

73 *Perpetuus vſus Eccleſiæ fuit quod Papa vtatur gladio temporali in ordine ad finem ſpiritualem.*

74 *Poteſtas in temporalibus indirecta ſufficit ad Monarchiam Eccleſiæ conſtituendam.*

75 *Rationes ob quas dominium temporale conceditur directè Chriſto Domino non militant in Summo Pontifice.*

76 *Iuriſdictio temporalis Papæ indirecti ſecundum Suarez eſt ſpiritualis, ſecundum Anguian. mixta, ſed verius eſt eſſe ſimpliciter dicendam iuriſdictionem temporalem, n.91.*

§. I.

De Chriſto Capite Eccleſiæ viſibili, & inuiſibili.

INdubitatum eſt Chriſtum Dominum eſſe caput 1
totius Eccleſiæ, Ad Epheſ. 1. *Ipſum dedit caput ſupra*

ſupra omnem Eccleſiam. Et eodem loco Cap. 5. *vir eſt*
caput mulieris, ſicut Chriſtus caput Eccleſia, & ad
2. Culoſſ. 1. *Ipſe eſt caput corporis Eccleſia*, & quidem
hæc dignitas capitis, Chriſto conuenit ſecundum
quod homo, vt notauit D. Thom. *in 3. part. q. 8.*
art. 1. Valentia, *ibidem diſp.* 1. *q.* 8. *puncta* 1. Suarez
diſput. 23. *ſect.* 1. Vaſquez *diſput.* 48. *cap.* 1. Arrubal
dub. 8. Ioan. de Lugo, *diſp.* 17. Gammachæus *ibidem*
q. 8. *de Chriſto cap.* 1. & Cornel. à Lapide *in illud*
cap. 1. *ad Epheſ.*

Et, vt omnes ſupradicti DD. animaduertunt, ille
3. locus Pauli: *ipſum dedit caput*, non poteſt intel-
ligi, niſi de Chriſto ſecundùm humanitatem.

4. Ratinne etiain hæc eadem veritas probatur, &
quidem ea vſus eſt D. Thom. *loco alleg.* vera capiti
naturali in ordine ad corpus naturale conueniunt,
ordo, quia eſt primum, & ſupremum inter alia mem-
bra. *Perfectio*, quia in eo vigent omnes ſenſus, tam
5. interni, quàm externi, *& virtus*, quia ob vim
ſenſitiuam, & motiuam influit in alia membra. At
hæc eadem conueniunt capiti myſtico, id eſt,
Chriſto reſpectu corporis myſtici Eccleſiæ, quia,
ad Rom. 8. dicitur Chriſtus *Primog. in multis fra-*
tribus. Et Ioan. 1. vocatur Chriſtus *plenus gratia*,
& eodem loco manifeſtè eius influxus in Eccleſiam
notatur, cum dicitur, *de plenitudine eius, nos om-*
nes accepimus. Hoc præmiſſo Chriſtum ſcilicet eſſe
Eccleſiæ caput videndum eſt, an ſit caput viſibile,
vel inuiſibile. In qua re duo tempora ſunt diſtin-
guenda. Primum tempus eſt dum Chriſtus vi-
xit in terris, vſque ad Aſcenſionem; ſecundum eſt
dum cœlos aſcendit, ac nunc in eis manet. Et qui-
dem quo ad primum tempus, conſtanter affir-
6. mandum eſt Chriſtum Dominum fuiſſe, & viſibi-
le, & inuiſibile caput ſuæ Eccleſiæ, quia non ſo-
lum gubernauit Eccleſiam per internum influxum
donorum gratiæ vt caput naturale gubernat cor-
pus per deriuationem ſpirituum ſenſitiuorum in
reliqua membra, ſed etiam per externam guberna-
tionem, vt caput naturale per virtutem ſuam diri-
git alia membra, ne errent in externis actionibus.
7. Hanc concluſionem approbarunt omnes ferè Do-
ctores ſuprà allegati, & latius eam firmarunt, Ant.
Perez *in Pentateucho fidei volum.* 5. *de Rom. Pon-*
tific. dub. 1. *cap.* 14. *num.* 71. & P. Beccanus *de In-*
carnat. cap. 20. *num.* 6. *& in manuali controu. lib.* 1.
cap. 4. & latiùs in ſuis libris *de Republica Eccleſ.*
8. *contra impium Marcum Ant. de Dominis lib.* 1.
cap. 1. *& ſeq.* & quidem, quod tunc fuerit viſibi-
le caput Eccleſiæ probatur ex loco Pauli ad Epheſ.
5. v. 22. *Vir eſt caput mulieris, vt Chriſtus Eccle-*
ſia, at vir eſt caput mulieris quo ad externam gu-
9. bernationem. Secundò probatur quia per extrin-
ſecam directionem Eccleſiam gubernauit viſibili-
ter, dum duodecim Apoſtolos, & 72. Diſcipulos
elegit, dum noua Sacramenta inſtituit, nouum
Sacerdotium, noua Sacramenta, dum nouas le-
ges Euangelicas ſanciuit, ac nouum condidit te-
ſtamentum cuius ipſe eſt mediator, igitur fuit tunc
10. caput viſibile Eccleſiæ. Et quod etiam tunc fuerit
caput inuiſibile, patet, quia per influxum dono-
rum gratiæ internum, multis dimiſit peccata, au-
xilia gratiæ erogauit, & alia præſtitit de quibus
Doctoribus cum Diuo Thoma, in tertia parte
quæſt. 13.

Ao autem modus, quo Chriſtus, vt homo, in-
fluxit in membra Eccleſiæ, ſit phyſicus, vel me-
ritorius, & moralis non eſt huius loci hoc per-
tractare: ſolummodò dico hanc quæſt pendere ex
11. ea, an humanitas Chriſti, & Sacramenta produxerint
gratiam phyſicè, vel moraliter? In qua ego ſem-
per fui illius ſententiæ, quod non phyſicè, ſed
moraliter tantùm humanitas Chriſti, & gratiam
produxerit, & miracula egerit, ita enim docuerunt
Scotus in 4. *diſtinct.* 1. *quaſt.* 5. & *ibi* Scotiſtæ, &
præſertim P. Faber Præceptor meus *diſputat.* 2. *&*
& Rada *controuerſ.* 2. Aretin *quaſt.* 5. *art.* 1. Vaſq *in*
3. p. diſp. 57. *cap.* 5. Beccan. *de Incarnatione cap.* 10.
Coninch. *de Sacram. quaſt.* 62. *artic.* 4. *dub. vnic.*
Gaſpar. Hurtado *in ſimili tractat. diſput* 5. *difficult.* 2.
& Gammachæus *in* 3. *part. quaſt.* 62. *cap.* 5. qui 12.
præſertim ex eo mouetur quod ſine ratione cogen-
te ex ſolo pietatis motiuo miracula non ſunt indu-
cenda, quia, *Honor Regis iudicium diligit.* At nul-
la eſt neceſſitas inducendi hanc phyſicam efficien-
tiam, & ſine omnia bene ſaluantur, & hæc opinio
hodiernis temporibus eſt magis communis. Quam-
uis contrarium tenuerit Suarez 3. *part. q.* 17. *diſp.* 31.
ſect. 3. Putean. *ibid. art.* 2. *dub.* 2. Peſantius *art.* 1. *diſp.* 2.
Albertinus *in Corallariis Theolog. tom.* 1. *Corol.* 3.
Theol. ex 2. principio Philoſoph. Et D. Bonauen-
tura *in* 4. *diſtinction.* 1. *quaſtion.* 4. quia appellat
hanc opinionem magis piam, ſed noſtram magis
ſobriam.

Quo verò ad ſecundum tempus, quo Chriſtus 13.
Cœlos conſcendit, certum eſt ipſum eſſe ſolum-
modò caput Eccleſiæ ſuæ inuiſibile, quia vt ait
Beccan. *p. de Republica Eccl. cap.* 3. *num.* 5. non gu-
bernat nunc Chriſtus Eccleſiam ſuam viſibili mo-
do, vti faciebat dum in terris commorabatur, ſed
tantùm inuiſibili, per influxum internum dono-
rum gratiæ.

§. II.

De Chriſto Sacerdote, & Rege.

DOgma fidei certiſſimum eſt Chriſtum in
quantum homo fuiſſe verè, & propriè Sa- 14.
cerdotem, & quidem ſummum. Probatur hoc ex
Scriptura, Pſalmo 109. *tu es Sacerdos in æternum.*
Ad Hebr. 5. *appellatus à Deo Pontifex iuxta ordi-*
nem Melchiſedec, & ibidem cap. 4. *habemus Ponti-*
ficem magnum, qui penetrauit cœlos: idem defi-
nitum fuit in Conciliis, Alexandrino, in Epiſto- 15.
la ad Neſtorium, circa medium, quæ eſt decima
apud Cyrillum, Epheſino *tom.* 1. *cap.* 14. & Tri-
dentin. *ſeſſ.* 21. *cap.* 1. *&* 2. Et ita communiter docue-
runt Scholaſtici cum D. Thom. *in* 3. *part. quaſt.* 22.
art. 1. vbi Suar. *diſput.* 46. Vaſquez *diſput.* 83. *& ſeq.*
Cabrer. *in comm. dict. artic.* 1. Putean. *dubit. vnic.*
Ioan. de Lugo *diſp.* 29. *de Incarnat.* Beccan. *ibid.*
cap. 22. & Gammachæus *quaſt.* 22. *de Sacerd. Chri-*
ſti. Ratio autem huius rei euidentiſſima eſt, quia
Chriſtus obtulit ſacrificium ad Epheſ. 5. *Tradi-* 16.
dit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam
Deo in odorem ſuauitatis, ex quo cum Nazianzeno
Orat. 36. quæ eſt 4. *de Theolog.* & D. Thom. *dicta*
quaſt. 22. *art.* 2. Colligunt Theol. Chriſtum fuiſſe ſi-
mul Sacerdotem, & victimam, vnde D. Ambroſius
3. *de fide ad Gratianum cap.* 5. ita de Chriſto lo-
quitur, *Idem ergo Sacerdos & Hoſtia, & Sacer-*
dotium tamen, & ſacrificium humana conditionis
officium eſt.

Fuit autem Chriſtus Sacerdos non ſolùm in 17.
Cruce ſeipſum liberè offerens morti, ſacrificio
cruento, iuxta illud Ioan. 10. *Nemo tollit animam*
meam à me, ſed ego ponam eam, ſed etiam in
cœna ſeipſum offerens ſub ſpeciebus panis & vi- 18.
ni, dicitur enim Lucæ 22. *Hoc eſt corpus meum, quod*

pro vobis offertur, offerre autem eſt proprium ſacri-
ficantis, ita definitum fuit ſatis claré in Tridentino
ſeſſ.22.cap. 1. & laté hoc idem probarunt Cabre-
ra *in 3.part quæſt. 22. artic. 2. num.18. verſ. ſecun-
dum dubium eſt.* Gammachæus *dicta quæſt.22. artic.1.*
19. & Vaſquez *diſput.86.* vbi docuerunt, ex hoc Chri-
ſti ſacrificio incruento, vere eum dici Sacerdo-
tem ſecundum ordinem Melchiſedech, qui Geneſis
14. Panem, & vinum dicitur obtuliſſe, quia *Altiſſi-
mi Sacerdos erat.*
20. Chriſtum etiam quatenus Deus eſt, fuiſſe Re-
gem regum, & Dominum dominantium extra om-
nem dubitationem poſitum eſt, prout etiam certiſ-
ſimum eſt eundem, vti hominem eſſe Regem, &
Monarcham ſpiritualem totius ſuæ Eccleſiæ, hoc
enim modo indubitatum eſt vocari regem in Scri-
pturis, Matth.21. dicite *filiæ Sion: Ecce Rex tuus
venit tibi manſuetus.* Et Lucæ 9. *Benedictus qui ve-
nit Rex in nomine Domini*, ita omnes ſcholaſtici,
cum D.Thom. *3.p.q.22.art.1.ad 4.* vbi P.Nazarius,
eos refert.

Solummodo controuertunt ſcribentes, an Chri-
ſtus, vt homo fuerit etiam verus Rex temporalis in
hac vita ſuper omnes Reges, & Principes, In hac
re omiſſis variis opinionibus Doctorum, duæ præ-
cipuè famigeratæ ſunt.
21. Vna eſt Bellarmini, de Summo Pontifice, *lib. 5.
cap.4.* & aliorum quos allegant Cabrera *dicta q.22.
artic.1. diſput. vnica*, & Vaſquez *diſput.87.cap.1.* qui
voluerunt Regnum Chriſti Domini fuiſſe merè
ſpirituale, nec vllum ius regni habuiſſe in tempo-
ralibus, niſi in ordine ad ſpiritualia, ad hoc omnes
allegant vno ore propoſitionem Chriſti Ioann. 18.
verſ. 37. *Regnum meum non eſt de hoc mundo*, ad-
dit Bellarmin. Omne regnum temporale acqui-
ri, vel hæred. vel elect. populi, vel iure belli,
vel dono ſuperioris, at nullo ex iſtis titulis conſtat
regnum temporale fuiſſe Chriſto conceſſum & hac
eodem argumenti genere eandem ſententiam latiſ-
ſimè confirmauit Valentia *3.part.diſp.1.q.22.punct.
6. de Chriſto Rege.*
22. Altera ſententia, eſt quæ nunc inter Doctores
communiſſima eſt, ac verior habuiſſe, Chriſtum
Dominum temporalem iuriſdictionem non ſolùm
indirectam, ſed etiam directam, in omnes Reges
& Imperatores totius mundi, & in omnia illorum
regna, ita poſt Diuos Antoninum, & Thom. Hoſt.
Abbatem, Turrecrematam, Nauarrum, & alios do-
cuerunt, Suarez *in 3. part.tom.1. quæſt. 22. diſp.48.
ſect.2.* Vaſquez *ibidem diſp. 87. per totam*, Cabrera
vid. *dicta quæſt. 22. art.1. diſp.vnica concluſ.2.* Ioan.
de Lugo *de Incarnat. diſp. 30. ſect.1.* Gammachæus
Doctor Sorbonicus, *in dicta q.22.* D. Thom *tit. de
temporali Regno Chriſti*, vbi ob infert quod Chri-
23. ſtus potuiſſet leges politicas, & ſæculares promul-
gare, reges, & omnes obligantes, vt ſibi ſubditos,
Molina *de iuſt.& iure tom.1.diſp.28.concl.4* & P.Na-
zarius conciuis meus *dicta q.22.art.1. controu. vnica*
qui alios allegant.

Probat hanc concluſionem Cabrera *vbi ſuprà
24. num.32.* ex pluribus Scripturæ locis, Pſalm. 71. *&
dominabitur à mari vſque ad mare, &c.* Pſalm.2. *Po-
ſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam &
poſſeſſionem tuam terminos terræ*, Matth.28. *Data eſt
mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra.* Apoc.1. dici-
tur Chriſtus. *Princeps Regum, terræ* & ibidem cap.
19. *habebit in fæmore*, id eſt vt ibi exponunt gloſſ. &
alij, in humanitate, *Scriptum Rex regum, & Do-
minus Dominantium.*

Et quamvis auctores contrariæ ſententiæ expo-
nant prædicta loca de regno ſpirituali Chriſti.

Attamen replicat, & bene Cabrera, *num.62.* quod 25.
hoc modo Chriſtus eſſet rex impropriè æquiuocè
& abuſiuè, vti etiam ſponſus, paſtor, Petra, &c. con-
tra regulam D. Auguſtin. & aliorum Patrum, quod
ea tantum verba in Sacra Scriptura impropriè ſunt
accipienda, ex quibus falſus orietur ſenſus, ſi pro- 26.
prie intelligerentur, Aug.3. *de Doctrina Chriſtiana
cap.5. verſ.15. & 16.* Sanctes Pagninus, *lib. 1. Iſa-
goge ad ſacras litteras cap.19. & 20.* Ribera *in Indi-
ce Regularum ſcriptura ante eius comm. in Prophe-
tas minores num. 96. tom. 1.* Vaſquez *in 1.part. q.1.
artic.9. in obſeruationibus articuli, a. 12.* Præpoſitus
ibid. num.43. verſ. notandum verè eſt, at in caſu mo-
do intelligendo verba illa propriè de regno tem-
porali, non ſolùm ceſſat omne abſurdum, ſed
etiam natura humana Chriſti maximè dignifica- 27.
tur, igitur (ait Cabrera) *vbi ſuprà*, Chriſtus Do-
minus, ita verè, & realiter fuit Rex temporalis,
ſicuti Phillipus III. erat ſuo tempore verus Rex
Hiſpaniarum. 28.

Ratione idem comprobant omnes Doctores ſu-
pra allegati, ex eo quod humanitati Chriſti, Ver-
bo vnitæ, & à Deitate ipſa vnctæ, & ſanctifica-
tæ, ſicuti plenitudo ſcientiæ, gratiæ, facultas fa-
ciendi miracula, viſio beata in ſupremo gradu ei
debentur, ita ei debetur hæc dignitas regia, ma-
ximè cùm locutiones ſcripturæ non ſint ſine neceſ-
ſario fundamento limitandæ, Alias ait Ioan. de Lu-
go, *dict. ſect.1. num.6.* ſequeretur, quod ſi Chriſtus in
hac mortali vita exiſtens alicui præcepiſſet, vt do-
micilium mutaret, talia bona alienaret, &c. non iuſtè
id egiſſet, & quod ei potuiſſet opponi, quod excede-
ret terminos ſuæ poteſtatis, quod omnino abſur-
dum eſt, & contra illud Pſal.8. *Omnia ſubieciſti ſub
pedibus eius*, qui locus à Paulo ad Hebræos 2. expo-
nitur de humanitate Chriſti. 29.

Addit Suarez *dicta diſp.48. ſect.2.* veram, & pro-
priam rationem huiuſce rei eſſe, quod non eſt
filius Dei adoptiuus, ſecundum humanitatem, ſed
naturalis, vt docent, excepto Durando omnes alij
Theologi Thomiſtæ, cum D. Thom. *3.part. q.23.
artic. 4.* & Scotiſtæ, cum Scoto *in 3. diſtinct. 10.
q. 1.* & per conſequens eſt Hæres vniuerſorum, 30.
vt dicit D. Paulus, ad Hebr.1. vnde ratione vnio-
nis hypoſtat. ex qua naturalis filiatio in Chriſto
orta fuit, ei debetur Dominium hoc, & Regia
Poteſtas.

An autem Chriſtus in actu ſecundo exercuerit
munus hoc regiæ poteſtatis temporalis? 31.

Dicendum eſt, quòd quamvis in actu primo, &
in habitu Chriſtus fuerit Rex, attamen munus re-
gis temporalis in actu ſecundo ſimpliciter loquen-
do numquam exercuit, ita DD. omnes ſuprà pro-
ximè allegati, locis indicatis, qui illud Ioann. 18.
Regnum meum non eſt de hoc mundo & illud Lucæ
12. *Homo quis me conſtituit Iudicem aut diuiſorem
inter vos*, intelligunt de hoc vſu, & exercitio regiæ
temporalis poteſtatis. 32.

Dixi ſimpliciter loquendo, quia, vt ait Gamma-
chæus *vbi ſuprà, verſ. dicimus*, & P. Nazarius *ibidem
concluſ. 5.* ſecundum quid, & quoad aliqua valde
probabile eſt Chriſtum vſum fuiſſe hac regia di-
gnitate, dum miſit dæmones in gregem porcorum,
Luc. 8. Dumque maledixit ficulneæ, quæ ſtatim
aruit, Matth. 21. idque nulla habita Dominorum,
tam gregis, quàm ficulneæ ratione, quamvis hæc
à Valentia vbi ſuprà. & Bonacina *de Incarn. diſp.2.
q.22. punct.1.* non ſine aliquali probabilitate attribua-
tur poteſtati temporali Chriſti indirectæ, & vt re-
ſpicit poteſtatem ſpiritualem.

Non

33. Non obſtat locus Ioan. 18. quia vltra ſupra dicta, particula, *de*, idem ibi ſignificat, quod particula *ex*, vt in eum locum obſeruat Toletus, & manifeſtè indicant ſubſequentia verba, *ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum*, & voluit dicere Chriſtus regnum meum non eſt ex ſucceſſione, Hæreditate, Electione, vel aliquo alio humano titulo, ſed ex titulo ſupernaturali, vt ſuprà declarauimus, & per hoc patet reſponſio, etiam ad rationem Bellarmini.

§. III.

De Petro, Chriſti ſucceſſore, & eius Primatu.

ANtequam ad quæſtionem contra Hæreticos noſtri temporis declarandam accedamus, duo priùs contra eoſdem à nobis præmittenda ſunt.

Primum eſt, quod inter alias proprietates, quas
34. habet Eccleſia Chriſti, ea non infimum locum tenet, quod ſit viſibilis, hoc eſt de fide, & colligitur ex illo Matth. 18. verſ. 17. *Dic Eccleſiæ, ſi Eccleſiam non audieris, ſit tibi ſicut Ethnicus*, & apud eundem cap. 5. *Vos eſtis lux mundi, non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita*, & pluribus etiam aliis Scripturæ, ac Patrum teſtimoniis, & rationibus probatur. Valent. *in* 2. 2. D.Thom. *diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 7. §. 16. *in* 6. *Proprietate*, Beccan. *de fide cap.* 5. *concluſ.* 1. Suarez *in ſimili tractatu, diſp.* 9. *ſect.* 6. & Anton. Perez *in Penthateucho fidei. vol.* 2. *de Eccleſia, dub.* 16. qui alios allegant.

Alterum eſt, viſibili Eccleſiæ viſibile caput præ-
35. eſſe debere, ita Suarez *vbi ſuprà n.* 2. *& ſequentibus*, Beccanus *in manuali controu. lib.* 1. *cap.* 4. *concluſ.* 1. *num.* 6. & Perez *vol.* 5. *de Romano Pontifice, dub.* 1. *per plura capitula*, qui & alios allegant,
36. & id probant, tum ex analogia Synagogæ, & Eccleſiæ, cum in ea ſemper fuerit vnum viſibile caput, videlicet Pontifex, qui eam gubernabat, vt conſtat ex libris Exodi, Leuitici, & Deuteronomij.

Tum ex eo, quod Chriſtus ante Aſcenſionem rexit Eccleſiam ſuam tanquam caput illius viſibile, vt ſuprà vidimus. At poſt Aſcenſionem, neque ſtatum, neque regimen mutauit, igitur etiam nunc debet Eccleſia ab vno viſibili capite gubernari. His ſuppoſitis,

Concluſio indubitata, & de fide eſt, poſt Aſcenſionem Petrum cœpiſſe eſſe caput Eccleſiæ viſibile,
37. & à Chriſto Domino, dum in terris adhuc morabatur habuiſſe Primatum inter alios Apoſtolos, hanc concluſionem totis viribus ſubuertere conantur Hæretici, *vt* (iuxta Agathonis Papæ dictum, in Epiſtola Synodica) *gubernatore ſublato atrocius,*
38. *atque violentius circa naufragia Eccleſiæ hoſtis graſſetur*, ſed eam latiſſimè comprobant Catholici Bellarminus, *de Summo Pontifice lib.* 1. Valentia, *in* 2. 2. *D. Thom. diſputat.* 1. *quæſt.* 1. *puncto* 7. §. 27. *& ſeq.* Suarez *aduerſus Anglicanæ ſectæ errores, lib.* 3. *cap.* 10. Beccan. *lib.* 2. *&* 3. *de Republica Eccleſiaſtica*, contra Marcum Antonium de Dominis virum delendæ memoriæ, P. Nazarius in ſuo opuſculo cui titulus eſt, *Imperialis Regaliſque Maieſtatis regimen cap.* 15. *de Petri Monarchia*, Aretin. *in* 3. *ſent. diſt.* 25. *tract. de Eccleſia, Papa, & Conciliis, quæſtione ſecunda, articulo primo* & Perez *in Pentatheuco fidei volumine quinto, de Summo Pontifice dub.* 2. *per plura capitula*, qui alios antiquos allegant.

Primatum Petri deducunt memorati auctores, ex ſequentibus præcipuè.

Primò ex duobus locis Scripturæ videlicet Matt. 39.
16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, & infrà, *tibi dabo claues Regni Cælorum, &c.* in quo loco continetur promiſſio primatus, & Ioann. 21. vbi, ter Chriſtus dixit Petro, *Paſce oues meas*, in quo loco actualiter primatus Petro tribuitur, & has duo loca ab Hæreticorum cauillis mirificè defenduntur à Perez, Suarez, Valleſ. Bellarmin. & Beccan. *vbi ſup. a.*

Secundò, eundem primatum deducunt ex præ- 40.
rogatiuis Petri ſupra alios Apoſtolos, enumeratis à Bellarmino, capite decimo ſeptimo, & ſequentibus, & à Beccano lib. 2. cap. 6. quæ ſunt,

Quod ſoli Petro Chriſtus nomen mutauerit. Ioann. 1. verſu quadrageſimo ſecundo. *Tu es Simon filius Iona, Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.*

Quod, cùm enumerantur in Euangèlio Apoſtoli ſemper primo loco ponitur Petrus, Matthæi, *c. decimo, verſu ſecundo*, Marci *c. tertio verſu decimo ſexto* Lucæ 6. *verſ.* 14.

Quod, ſcriptura loquitur de Petro, vti Principe, Lucæ 8. verſ. 45. *Dixit Petrus, & qui cum illo erant*, ſic Machab. 2. cap. 8. dicitur, *Machabeus, & qui cum illo erant.*

Quod, ſæpè Petrus nomine omnium Apoſtolorum loquitur Ioan. 6. verſ. 68. *Dixit ergo Ieſus ad duodecim, &c.* & infrà, *reſpondit ei Simon Petrus.*

Quod reuelatio diuinitatis Chriſti primò Petro facta ſit, Matth. 16. verſ. 17. vbi poſt confeſſionem Petri, *Tu es Chriſtus filius Dei viui*, ſubiungit Chriſtus, *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & Sanguis, &c. ſed pater meus.*

Quod, Chriſtus iuſſerit pro ſe, & ſolo Petro ſolui tributum in Capharnaum, Matth. 17. 26. *Da pro me, & te.*

Quod, Chriſtus poſt Reſurrectionem primò apparuerit Petro, vt ait Paulus 1. ad Cor. 15. verſ. 4. *Reſurrexit die tertia ſecundum ſcripturas, viſus eſt Cephæ, & poſt hoc vndecim.*

Tertiò, eundem primatum Petri probant ſcriben- 41.
tes, ex vſu, & exercitio eiuſdem primatus.

Nam Actorum 1. v. 15. conuocauit Apoſtolos ad electionem noui Apoſtoli, *In diebus illis, exurgens Petrus in medio Fratrum dixit: Viri fratres oportet impleri ſcripturam.*

Primus poſt acceptum Spiritum Sanctum promulgauit Euangelium Iudæis, Act. 2. v. 14. quinimo, & gentibus, Act. 10. v. 10. Ac ipſe primum miraculum fecit in confirmationem Euangelij à ſe promulgati, Act. 3. v. 6. *In nomine Ieſu Chriſti ſurge.*

Quartò idem probatur, ex innumeris Patrum, & 42.
Græcorum, & Latinorum auctoritatibus, quæ longa ſerie recenſentur à Bellarm. *cap.* 25. Nazar *loco alleg.* Perez, *dicto dubio* 2. *cap.* 16. & Beccan. *lib.* 2. *cap.* 4. *& ſeq.* vocatur enim ab ipſis Petrus, Caput Eccleſiæ, Caput fidelium, Caput omnium Apoſtolorum, Princeps Apoſtolorum, Paſtor Paſtorum, Vertex, & Anteſignanus Apoſtolorum, Fundamentum rectæ fidei, Dux diſcipulorum Chriſti, & Princeps Eccleſiæ Chriſtianorum, ex quibus vnuſquiſque colligere poteſt communem, & irrefragabilem vniuerſalis Eccleſiæ ſenſum, Primatum Petri ſemper ſuſtinuiſſe.

Neque his obſtant leuiſſimæ Hæreticorum obie- 43.
ctiones, quia latiſſimè omnibus reſpondent Bellarmin. *cap.* 26. *& ſeq.* Beccan. *lib.* 3. *cap.* 4. Perez *cap.* 17. *& ſequentibus*, Suarez, *cap.* 21. ad ipſos benignum lectorem remitto, quia noſtri inſtituti non eſt, haſce materias cum Hæreticis con-

trouerſas pertractare ex profeſſo, ſed tantummodo quatenus neceſſariæ ſunt ad fundandam Romani Pontificis poteſtatem in temporalibus maximè contra Hæreticos quoſcumque.

§. IV.

De Romanis Pontificibus Petri ſucceſſoribus.

44. PRimatum Petri in Eccleſia, non ipſi ſoli à Chriſto fuiſſe conceſſum, ſed etiam ſucceſſoribus ſuis, & certum eſt de fide, & colligitur ex præmiſſis §. præcedenti. Quod magis confirmatur ex eo, quod

45. in Eccleſia debet eſſe Principatus Monarchicus, ſiue regalis, quia ex Ariſtot. 8. *Ethicorum*, & 3. *Politicorum*, Monarchia, longè excellentius regimen eſt, quam ſit Ariſtocratia, & Democratia, at in Principatu Monarchico ſemper debet eſſe vnum caput, igitur, Primatus Monarchicus Petro tributus, intelligitur pariter eius ſucceſſoribus conceſſus, prout etiam in Synagoga, quæ typus erat Eccleſiæ, Deus prouidit non de ſolo Aaron Summo Sacerdote, ſed Deus voluit, quod ei præeſſet vnum caput in ſpiritualibus toto tempore ipſius igitur dicendum eſt, quod multò magis de eodem capite voluerit Chriſtus Eccleſiæ ſuæ prouidere, hoc autem latius proſequuntur, Valentia *ſupra allegat. quæſtione ſeptima*, §. 36. Suarez *de Fide*, *diſputatione noua ſect.* 6. & *in defenſione Catholicæ fidei aduerſus Regem Angliæ libro tertio, capite duodecimo.* & Perez *dicto volumine quinto, de Summo Pontifice, dub.* 3. *per plura capita.*

46. Hoc ſuppoſito certiſſimum eſt de fide Romanos Pontifices eſſe veros Petri ſucceſſores.

Probatur primò ex dictis Anacleti, & Marcelli Summ. Pontif. relatis à Gratiano c. *Sacroſancta*, diſt. 22. & c. *rogamus* 24. quæſt. 1. & bene Rodericus Acunha in dicto c. *Sacroſancta*, & cap. *in nouo* diſt. 25. Secundò probatur, ex Synodo Epiſcoporum collecta tempore Marcellini Papæ. quæ noluit eum iudicare dicens, *Quod prima ſedes à nemine iudicatur*, cap. *nunc autem*, diſt. 21. vbi idem Rodericus, & ex Concilio Niceno Primo, can. primo ex collectis ex Epiſtolis Iulij, *non debent præter ſententiam Romani Pontificis concilia celebrari.*

Tertiò probatur ex Patribus, Optatus enim Mileuitanus, libro ſecundo contra Parmenianum, ait, *Petro ſucceſſit Linus: Lino, Clemens: Clementi Anacletus.* quod idem habet Auguſt. Epiſt. 165. ad Generoſum, ibi, *Petro enim ſucceſſit Linus*, & Philippus Presbyter in Concilio Epheſino *tom.* 2. *cap.* 16. ait loquens de Pontifice Romano. *Huius itaque* (*id eſt Petri,*) *ordinarius ſucceſſor Papa Cæleſtinus, nos ad hanc Synodum miſit*, hanc veritatem pluribus comprobarunt Valentia *dicta quæſt.* 7. §. 37. Suarez *in Regem Angliæ l.* 3. *cap.* 13. Bellarm. *l.* 2. *de Summo Pontifice, cap.* 12. *& ſeq.* Perez *dicto volumine quinto, dub.* 4. *cap.* 2. *ſeq.* Aret. *dicta quæſt.* 2. *art.* 3. Becc. *de Republica lib.* 3. *cap* 3. *& ſeq.* qui alios allegant. Solent ab Hæreticis nonnulla in contrarium allegari, ſed leuiſſima ſunt, & à ſupra citatis auctoribus ſufficienter tolluntur.

Solummodò hoc loco, aliquibus obiectis eorundem Hæreticorum breuiſſimè reſpondendum eſt.

47. Primò quidem, dum dicunt Pelagium Summum Pontificem damnaſſe titulum *Vniuerſalis Patriarchæ*, quo vtebatur Ioannes Epiſcopus Conſtantinopolitanus, vt cap. *nullus diſt.* 29.

Animaduertendum eſt, Pelagium damnare titulum vniuerſalis Patriarchæ, hoc enim ſignificabatur ſe ſolum eſſe Patriarcham, & Epiſcopum, vt notat Beccan. *dicto loco* 3. *c.* 5. *obiect.* 4. non autem damnare voluiſſe titulum Epiſcopi vniuerſalis Eccleſiæ.

Secundò, aiunt Polycratem Epiſcopum Aſianum, & Irenæum reſtitiſſe Victori Papæ Aſiaticas Eccleſias Excommunicanti. 48.

Verum reſiſtentia non fuit facta Pontifici, quia non haberent iuriſdictionem, ſed quia putabant non adfuiſſe iuſtam cauſam, cenſuræ promulgandæ, ita Beccan. *vbi ſupra obiect.* 6.

Tertiò, nobis obiiciunt Epiſcopos Orientales in Concilio Antiocheno, qui, & ipſi reſtiterunt Iulio Pontifici, quod ipſos Romam citaſſet, & quod Athanaſium ab ipſis damnatum abſoluiſſet, vt ex Epiſtola Iulij ad ipſos. Verùm, vt obſeruauit Beccan. *obiect.* 9. inter illos Epiſcopos aderant 36. Arriani, & ſic magis adhærendum eſt Athanaſio viro Sanctiſſimo, & Doctiſſimo, qui Romanum agnouit Pontificem, quam ipſis, qui Hæretici erant, vnde in Apolog 2. contra Arrianos atteſtatur Athanaſius, Epiſcopos illos Iulio Pontifici veniam popoſciſſe. 49.

Quartò opponunt, Cyprianum, lib. 3. Epiſtol. 3. ad Cornelium, qui ſe in omnibus videtur parem facere ſummo Pontifici. 50.

Sed de mente Cypriani, videndi ſunt Beccan. vbi ſupra *obiect.* 7. pro nunc ſufficere nobis debet atteſtatio Aug. *lib.* 1. *contra Donatiſtas cap.* 18. quod in hoc Cyprianus peccauit.

Hic autem primatus, quidquid dixerit Scotus *in* 4. *diſt.* 24. *q.* 2. *art.* 5. Romano Pontifici non Iure Eccleſiaſtico debetur, ſed iure Diuino, vt latiſſimè probarunt Valent. *vbi ſuprà* §. 23. Perez *dicto dubio* 4. *cap.* 11. & alij quod definitum eſſe probabiliſſimum eſt, in cap. *Damnamus de Summa Trinitate, & fide Catholica.* Vbi de Romana Eccleſia dicitur, *quod Deo ipſo diſponente mater eſt, & magiſtra omnium Eccleſiarum.* 51.

§. V.

De poteſtate Romani Pontificis in temporalibus.

QVoniam ſupra in Chriſto Domino tria diſtinximus, poteſtatem ſcilicet ſpiritualem, poteſtatem in temporalibus indirectam, & poteſtatem in temporalibus directam, ideo in præſenti quæſtione, cum Romanus Pontifex Vicarius ſit Chriſti, Mode. Barboſ. *de iure Eccleſiaſtico libro primo, capite ſecundo, num.* 17. Ioan. de Solorzan. *de Iure Indiarum. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 71. & Valez *in defenſ. monitorij Pauli V. p.* 6. *num.* 14. qui alios allegant, tres quoque quoad inſtitutum noſtrum attinet, de eius iuriſdictione ſunt præcipuæ ſententiæ.

Prima ſententia eſt Caluini, Centuriatorum, Petri Pſeudomartyris, Brentij, & aliorum Hæreticorum, qui in Pontifice ſolam agnoſcunt ſpiritualem poteſtatem, & ei omnem temporalem denegant iuriſdictionem, ſiue directam, ſiue indirectam. 52.

Mouentur Impij hi auctores ex illo Matt. loco, cap. 20. *Reges gentium dominantur eorum vos autem non ſic*, & ſecundo ad Timoth. ſecundo *nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus*, & aliis ſimilibus Sacræ Scripturæ, & Patrum auctoritatibus, de quibus apud Bellarm. de Romano Pontifice lib. 5. cap. 10. tom. 1. ſuarum controuerſiarum.

Paramum,

Paramum, & Solorz. locis iſtà allegandis, qui etiam dictis auctoritatibus pleniſſimè reſpondent.

53. Secunda ſententia eſt in Summo Pontifice adeſſe poteſtatem temporalem non ſolum indirectam, quæ ordinatur ad ſpiritualia, ſed etiam directam, quæ ordinatur ad temporalia.

Hæc communiter tribuitur Legiſtis, & Canoniſtis, quos latiſſimè referunt, & ſequuntur, Martha *de Iuriſdictione* 1. *p. c.*19. *& ſeq.* Ludouicus à Paramo *de Origine S. Inquiſitionis lib.* 3. *q.* 1. *de Summi Pontificis poteſt opinione* 3. Bobadill. *in ſua Politica, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 3. verſ. *la contraria opinion.* Valenzuela Velaſquez *in defenſ. Monitorij Pauli V. contra Venetos p.* 5 *num.* 100. *& ſequentibus,* Ioann. de Solorzano *de Iure Indiarum lib.* 1. *cap.* 22. *& cap* 23.

54. Probatur hæc ſententia. Primo, quia in Christo Domino aderat poteſtas temporalis directa, vt ſupra fuit concluſum: At Papa eſt Christi Vicarius, igitur etiam in eo talis poteſtas debet adeſſe.

55. Secundò probatur, ex pluribus Scripturæ locis apud memoratos auctores, ſed præſertim ex illo Hierem. 1. *Poſui te ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & ædifices & plantes.*

56. Tertiò probatur, quia Monarchia eſt melius regimen, quàm Ariſtocratia, & Democratia, vt latiſſimè probauit aliis pluribus cumulatis, Molfeſ. ad conſuetudines Neapol. *tom.* 2. *proœmio, quæſt.* 9 *per totam*, at concedendo Papæ Iuriſdictionem directam etiam in temporalibus, & ſubiiciendo eidem omnes laicas poteſtates, Reſpublica Eccleſiaſtica efficitur Monarchia perfectiſſima, igitur credendum eſt talem poteſtatem fuiſſe à Christo Domino Summis Pontificibus tributam.

57. Quartò, probat hoc idem Bobadill. *vbi ſuprà*, ex eo quod Samuel, vſus fuit contra Regem Agag gladio materiali, 1. *Reg.* 15. Helias 3. *Reg.* 18. interfecit 400. Prophetas Baal, Moyſes *Deuteron.* 17. in dubiis legis, etiam criminalibus, ad Iudicem ordinis Leuitici recurrere debebat, & ibi plura adducit ſimilia Bobadill. de Moyſe, Melchiſedech, & Samuele, qui, & Sacerdotes fuerunt, & ſimul reges, igitur, ſi hoc fuit in Veteri lege conſtitutum, multò magis dicendum eſt idem fuiſſe conceſſum Summo Sacerdoti Nouæ legis, vt arguit etiam Martha *loco citato, n.* 7. *& ſequens.*

58. Quintò, quia de facto Summi Pontifices ſæpiſſimè vſi ſunt directè gladio temporali, etiàm aduerſus Reges, & Imperatores.

59. Nam, Leonis Papæ Tertij iuſſu Imperium de Græcis, ad Germanos tranſlatum fuiſſe atteſtatur Illeſcas, & Coriolanus in vita illius Pontificis, & latè probauit, Baron. *Annal. tom.* 9. *Anno* 800. *n.* 12. & latiſſimè Bellarm. *de tranſlatione Imperij Romani lib.* 1 *cap.* 4. *& ſeq.*

60. Innocentius, Primus Arcadium excommunicauit, licet eſſet Imperator, Coriolanus in Breuiario Chronol. ſub anno Domini 407. & Innocentius IV. Imperatorem Federicum non ſolum excommunicauit, ſed etiam depoſuit, Idem Coriolan. Anno 1245. verſ. *eodem anno*, cap. *Ad Apoſtolicæ de Re Iud. in* 6.

61. Zaccharias, Childericum Francorum Regem depoſuit, & eius loco Pipinum ſubſtituit, Genebr. *in Chron. lib.* 3. *Anno Chriſti* 750. Coriol. *ſub anno* 752. *f. mihi* 220. Illeſcas, *in vita huius Pontificis f. mihi* 170.

62. Innocentius IV. coadiutorem dedit Regi Luſitaniæ *cap. grandi, de ſuppl. negl. Prælatorum, in* 6.

Et pius V. Regno priuauit Regem Angliæ, & Reginam Elizabeth vt in conſtitut. dict. Pontificis, tom. in Bull. nouo tom. 1. Bobadill., loco alleg. Bellarm. Solorzan. & Paramus, qui plura huiuſce rei exempla tradunt. 63.

Sextò idem probatur ex eo quod Summi Pontifices regna auferuntur ab Infidelibus, & ea tradunt fidelibus, vt patet de Adriano VI. qui Regnum Indiarum conceſſit Regibus Luſitaniæ, vt apud Solorzan *lib.* 1 *de iure Indiarum, c.* 24. vbi omnes Bullas illius Pontificis ad verbum refert. 64.

Septimò, Ad idem facit Extrauagans *Vnam Sanctam*, quæ eſt Bonifacij VIII. *de Maioritate, & obedientia.* 65.

Octauo, Valde vrgent allegata à Molfeſio *ad conſuetud Neapol. tom.* 5 *q. Proœm.* 9. *n.* 22. *& ſeq.* vbi dixit, quod fide negari nequit, quin Papa cum Reſpublica labitur in ruinam poſſit, ſi culpa ſit in rege, ei coadiutorem dare, eundem priuare, alium ſubſtituere, & addit vlterius Molfeſius, quod ſi mala in Republica euenerint, ob exceſſiua, & iniuſta tributa, poteſt ea annullare, & tollere. 66.

Tertia ſententia, eſt quæ docet in Summo Pontifice adeſſe poteſtatem in temporalibus, ſed indirectam tantummodo, id eſt in ordine ad Spiritualia, hanc opinionem tenuerunt, Bellarm. *de Summo Pontifice, lib.* 5. *per totum, & in Opuſculo de poteſt. Summi Pontificis in temporalibus aduerſus Guilielmum Barclaium, in præfatione,* vbi omnes Doctores antiquos enumerat, Malder. *in* 2. 2. *q.* 1. *artic.* 10. *dub.* 8. Adam. Tannerus, *in p.* 2. *diſput.* 4. *q.* 4. *dub.* 1. *num.* 33. Suar. *in defenſione fidei lib.* 3. *cap.* 21. *&* 23. Molina *de Iuſt. & iure diſput.* 29. Sanctarell. *de Hæreſi capit.* 39. *dub. vnico, num.* 1. *& ſequentibus*, Diana *reſolut. Moral. tom tractat.* 1. *reſolut.* 121. *&* 122. Morla *in Emporio Iuris* 1. *part. titul.* 1. *de iuriſdictione omnium Iudicum, quæſtione* 4. *per totam, ſed maxime num.* 11. Sixtus Senenſ. *in ſua Bibliotheca Sanct, lib.* 6. *Annotat.* 71. qui egregiè loquitur, Salon. *de iuſtit. & Iure, quæſtione* 4. de Dominio *artic.* 5. Cabreta *in* 1. *part. Diu. Thom. quæſt.* 22. *artic.* 1. *diſputat. vnica* §. 6. *num.* 73. *& ſequent.* & Ioann. de Lugo *ibidem, diſputat.* 30. *ſect.* 1. *num.* 11. Ramirez *de lege Regia* §. 2. *per totum.* Barboſ. Modern. *in cap. per venerabilem, num.* 37. *qui filij ſint legitimi*, Anguian. *de legibus & conſtitutionibus Principum, tom.* 1. *lib.* 1. *controuerſ.* 17. *per totam* & Torreblanca *de magia, lib.* 3. *c.* 4. *per totum*, qui alios allegant. 67.

Ego, vt Iudicium meum proferam Inter haſce duas Catholicorum ſententias, arbitror, quod (quamvis ſecunda opinio ſit probabilis, & magis fortaſſe pia) Attamen tertia opinio ſit probabilior, verior, & magis ſobria, quod etiam voluit Paramus *ſuprà* allegatus *in* 4. *opinione in fine, num.* 145. verſ. *Quamvis hanc.* 68.

Et quia, hæc tertia ſententia duas habet partes, quod ſcilicet in Papa ſit poteſtas in temporalibus indirecta, & quod in eodem minimè reperiatur eadem poteſtas directa.

Ideò, quod ad primam partem probatur, Cui committitur finis, intelliguntur etiam ei comiſſa omnia media ad finem illum conſequendum. Vide Diu. Thom. 2. 2. *quæſt.* 40. *artic.* 2. *ad* 3. ait, quod omnis Potentia, vel ars, vel virtus ad quam pertinet finis, habet etiam diſponere de his, quæ ſunt ad finem, & paſſim I. C. dicunt conceſſa alicui iuriſdictione, intelligi etiam conceſſa ea omnia ſine quibus iuriſdictio nequit exerceri *lib.* 2. 69.

ff. de iuriſdict. omnium iudicum. cap. praeterea. vbi Modernus Barboſa, *de officio Delegati*, & latè ad propoſitum noſtrum hoc expendens Anguian. *dicta controuerſ.* 17. *n.* 22. *& ſeq.*

70. At Summo Pontifici conceſſa eſt ſuprema poteſtas in omnes etiam Principes, & Reges, Spiritualis, & in ordine ad finem ſupernaturalem, ſecundum omnes, igitur Summo Pontifici intelligi debet conceſſa poteſtas in temporalibus, quatenus hæc eſt medium ad finem ſupernaturalem.

71. Secundò probatur ex cap. *per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, ibi, *Verum etiam in aliis regionibus certis caſibus inſpectis temporalem iuriſdictionem caſualiter exercemus.* Dixit enim Papa *Caſualiter*, quia indirectè, non autem directè in temporalibus ius dicit extra Patrimonium B. Petri, Anguian, *dicta controuerſ.* 17. *num.* 26. Et Barboſa *in dicto capite numero, trigeſimo ſeptimo*, verſ. *eam tamen habet caſualiter.*

72. Tertiò probatur, quia obſeruantia ſubſequuta declarat, quid in conceſſione veniat, & omnem tollit dubietatem Surd. *conſ.* 349. qui alios allegat.

73. At perpetuus vſus Eccleſiæ ſemper fuit, quod Papa in ordine ad finem ſpiritualem vtatur poteſtate in temporalibus, vt patet ex his, quæ diximus in 5. argumento pro ſecunda ſententia; igitur, &c.

74. Quò verò, ad ſecundam partem eadem tertia ſententia probatur. Primò, quia hæc poteſtas indirecta ſufficit ad perfectam Monarchiam Eccleſiæ conſtituendam, & conſeruandam, vt ex ſolutionibus argumentorum ſecundæ ſententiæ magis apparebit.

75. Secundò, rationes ob quas Regnum in temporalibus concedunt Chriſto Domino etiam directè Theol. de quibus ſuprà, ceſſant in Summo Pontifice, nam ex vna parte illud Regnum debetur Chriſto ratione vnionis hipoſt. & ex alia, Papa in Scriptura Sacra nunquam vocatur, Rex terræ, vel hæres vniuerſorum, vt ad propoſitum noſtrum notauit, & ratiocinatur Cabrera *in* 3. *p. q.* 22. *diſput. vnica §.* 6. *num.* 73. *& num.* 74. vbi bene notat, quod quotieſcumque de Summi Pontificis poteſtate fit mentio in ſcriptura, vocatur, Papa, *Paſtor, Sacerdos, Pontifex, Pater, Epiſcopus, &c.*

Firmata hæc tertia ſententia. Non obſtant argumenta ſecundæ.

Et quidem non obſtat primum.

76. Tum quia non eſt neceſſe, quod omnia, quæ competunt Chriſto, competant etiam Summo Pontifici, cum illi competat facultas miracula faciendi, & gratiam creandi, ac noua Sacramenta inſtituendi, quæ Papæ non competunt, & ita reſpondet ad hoc argumentum, Ioan. de Lugo, *loco ſupra allegato.*

Tum quia In ſcriptura nunquam dicitur Papa Rex, prout vocatur Chriſtus, & ſic Reſpon. Cabrera *loco proximè relato.*

77. Non obſtat ſecundum, quia ex illo loco non colligitur expreſsè, an ea poteſtas ſit directa, an indirecta, & verba Ieremiæ rectè poſſunt in poteſtate indirecta verificari.

78. Ad tertium reſpondit Mol. dicta diſp. 29. quod Summus Pontifex eſt Monarcha perfectus, ſed ſpiritualis, & ob id Reges omnes ei ſubiiciuntur in ordine ad finem ſpiritualem.

79. Ad quartum, reſpondet Morla *in Emporio Iuris, dicto tit.* 2. *quæſtione quarta, num.* 13. quod in lege naturæ Sacerdotium erat annexum Iuri primogenituræ, vnde à lege naturæ, ad legem gratiæ non poteſt legitimè argui.

Sed neque à lege Moſaica, ad legem Chriſti in 80.
propoſito licitum eſt argumentum, cum in ea lege, aliter iura Sacerdotij eſſent conſtituta, quàm in lege Euangelica.

Præterquam, quod Samuel & Helias materiali gladio vſi ſunt in ordine ad finem ſupernaturalem; vt conſtare vnicuique facile poterit legenti loca Scripturæ in argumento allegata.

Ad quintum reſpondetur, quod in omnibus alla- 81.
tis exemplis Pontifex vſus eſt gladio materiali, ſed in ordine ad finem ſpiritualem, vt contra Marram animaduertit Torreblanca, *loco ſupra allegato cap.* 4. *num.* 64. *& ſequentibus*, vbi quod ſi bene omnia exempla ab eo allata perpendantur omnia cauſam ſpiritualitatis, habent annexam, quod, vt euidentius appareat ſingula ſunt breuiſſimè conſideranda.

Et quidem tranſlatio Romani Imperij de Græ- 82.
cis, ad Germanos fuit à Pontifice facta, quia id erat neceſſarium ad conſeruationem Eccleſiæ, vt obſeruauit Molina *loco citato*, quem ipſiſſimis eiuſdem verbis tranſcriptis ſequutus fuit Paramus, *dicta opinione* 4. *num.* 117. verſ. *Ad quintum verò*, Addo ego Baronium *in ſuis annalibus Eccleſiaſticis circa annum Domini* 800. *num.* 17. vbi ait Græcos ob hæreſes in quibus contumaces erant, & inſordeſcentes Imperio priuatos, & in nationem Germanam tranſlatum, ob ingentia illius in Romanam Eccleſiam obſequia, ac in Apoſtolicam Sedem benemerita.

Innocentij Primi excommunicatio in Arcadium 83.
Imperatorem eam habuit cauſam, quod male ſe geſſerit, in D. Ioann. Chryſoſtomum, quodque Eccleſiaſticam ſibi vſurpauerit iuriſdictionem, & iura Eccleſiæ grauiſſimè læſerit, ita Baron. *circa annum Domini* 407. *num.* 10. *& ſequentibus*, & Coriolan. *eo ipſo anno, fol.* 118. verſ. *eodem anno Innocentius.*

Innocentij etiam, Quarti, excommunicatio fuit 84.
in Fridericum Imperatorem lata, quod cum antea Catholicus eſſet, & poſt in Hæreſim incidit, & in ea contumax, & pertinax fuit, vnde rectè fuit à Gregor. IX. excommunicatus, vt in eius Bulla incipiente *Rationalis Spiritus.* & ab Innocentio Regno, & Imperio priuatus, vt in eius Conſtitutione incipiente. *Ad Apoſtolicæ Dignitatis*, & eius filius Conradus prohibitus in Imperatorem eligi ab Alex. IV. vt in eius Bulla incipiente, *Firma.* vt in conſtitutione Gregorij IX. Innocentij III. & Alex. VII. *in Bullario nouo, tom.* 1.

Zacharias Papa Regno priuauit Childericum, 85.
quod ſtupidus eſſet, & inſenſatus, vt ait Genebrardus loco allegato, & quod ob id Catholica Religio periclitaretur, vt notauit Baron. *Anno Domini* 751. *num.* 1. quo caſu Papam iuriſdictionem exercere temporalem ſupra quoſcumque etiam Reges, & Imperatores certiſſimum eſt, & ob id Rodericus Acunha in cap. *Quoniam, diſtinctione decima, numero ſecundo.* poſt Sotum, Victoriam, Mol. & alios dixit, quod, vbi ex diſcordia inter duos Princeps neminem in temporalibus recognoſcentes probabiliter timeretur aliquod detrimentum Eccleſiæ, vel boni ſpiritualis, tunc Papa eſt Iudex competens inter illos.

Ad ea verò, quæ contra hanc Zachariæ Hiſtoriam opponit Barclaius; bene reſpondet Bellarm. *cap.* 42. *per totum* in libello contra eumdem Barclaium edito.

Coadiutor etiam Regi Luſitaniæ, rectè datus fuit 86.
ab Innocentio IV. quia, vt dicitur in dicto. cap.

grandi *Regnum illud erat deſtructioni expoſitum* De quo Regno Luſitaniæ, & coadiutore, vt ſuprà à Paps illius Regi dat latiſſime tractarunt Paramus *de Orig Sanctu, Inquiſitionis lib. 3. q. 2. opinione 3. n.* 113, & alij allegati à Solorzan. *de iure Indiarum lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 84. vidgatur tamen Farlador. *rerum quotid. lib.* 2. *cap.* 20. vbi de hoc Regno Luſitaniæ agit, & de intellectu huiuſce textus.

87. Tandem Pij Papæ V. in Reginam Elizabeth ſententia cauſam habuit hæreſim, & titulum impiè ſibi vſurpatum, *Capitis Eccleſiæ Anglicana* ex quibus patet omnia exempla Summorum Pontificum, quæ in contrarium pro ſecunda ſententia adducuntur habere annexam cauſam ſpiritualem.

Ad ſextum, reſpondetur, omiſſa pro nunc diſputatione generali, an licita ſit occupatio terrarum Regum Infidelium, ex capite infidelitatis præcisè, de qua Valentia *in* 2. 2. *diſp.* 1. *q.* 10. *punct.* 7.

88. Quod conceſſiones Regnorum Indiarum Regibus Luſitaniæ factæ fuerunt Ab Alex. V I. & aliis Summis Pontificibus ex cauſis concernentibus bonum ſpirituale, ſalutem animarum, & finem ſupernaturalem vt notarunt, Victor. *in relectione de Indis*, Rebell. *de Obligationibus Iuſtitia libro decimo octauo, quæſtione vigeſima tertia, ſect.* 1. verſ. *His tamen non obſtantibus*, & Putean. *in* 2. 2, *quæſt.* 10. *art.* 10. *ad vltimum.*

89. Ad ſeptimum dico, quod in Illa Extrauagantia *Vnum Sanctam*, definitur ſolummodò Summum Pontificem habere gladium temporalem, non tamen ibi deciditur an illum habeant directè an indirectè, vnde erit declaranda, ex text. dicti Capituli, *per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, vbi declarat Papa ſe hoc gladio, *Caſualiter*, vti.

90. Ad Octauum, reſpondetur, quod ea omnia Papa gerere poteſt ratione peccati, & ſcandali, & ſic in ordine ad finem ſupernaturalem.

An Autem, hæc poteſtas in temporalibus indirecta dicenda ſit potiùs ſpiritualis, quàm temporalis?

91. Variant Doctores multi enim volunt eſſe ſimpliciter ſpiritualem, ita Suarez *in* 3. *p. diſput.* 48. *ſect.* 2. cum aliis allegatis à Bobadill. *loco ſupra plurios relato*, alij mediam poteſtatem appellant, quia ratione materiæ temporalis eſt, & ratione finis ſpiritualis, ita Anguicanus *dicta controuerſia decima ſeptima*, *num.* 28.

92. Ego autem, (quamuis putem hanc eſſe quæſtionem de nomine, exiſtimo ſimpliciter dicendam eſſe iuriſdictionem, & poteſtatem temporalem, quia hoc modo eam vocat Summus Pontifex *in dicto capite per venerabilem*, ibi *temporalem iuriſdictionem caſualiter exercemus*. Ex quia aliàs difficile eſſet ſaluare Extrauagantem, *Vnam ſanctam*, & quomodo in Papa adſit vterque Gladius,

§. V I.

De ſummi Pontificis Romani Poteſtate, & Iuriſdictione in Hæreticos.

93. EX dictis *in* §. *præcedenti* manifeſtè apparet Summi Pontificis auctoritatem in omnes, & quoſcumque Hæreticos, quacomque etiam regali dignitate præfulgeant, & ſpiritualem eſſe, & temporalem. Id probant; tum exempla; quæ ſupra retulimus, & alia relata, à Paramo *de Origine Sanctæ Inquiſitionis libro tertio quæſtione prima de Summi Pontificis poteſtate, opinione tertia, numero centeſimo quadrageſimo ſexto, & ſequentibus.*

Tum ea quæ longa ſerie diſputauit Suar. *aduerſus Regem Angliæ in ſua defenſione Catholica Religionis*, *lib.* 3. *ferè per totum*, & Bellarminus illuſtriſſimæ memoriæ, *in opuſculo ſupra ſæpius citato contra impium Barclaium.*

Ex hac ſpirituali, & temporali poteſtate Summi Pontificis manat, quod ipſe poteſt annullare omnes leges à Principibus laicis conditas fauore hæreſis eoſdem punire vtroque gladio, ſi eis quoquomodo faueant, ac cogere, vt in huiuſmodi Hæreticos, vel Apoſtatas, & Schiſmaticos ſecundum diſpoſitionem vtriuſque iuris legitimè animaduertant, Molin. *de Iuſt. & Iure tom.* 1. *diſp.* 29. verſ *præterea ſi Princeps aliquis*, & Ramirez, *de lege Regia* omnino videndus §. 2. *n.* 44. *per totum.* 94.

Et cum Papa ſit caput Eccleſiæ viſibile, & ſupremus Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Monarcha, & 95.
Supremus etiam eſt Iudex in cauſis Hæreſis, & ei quoquomodo annexis, ſeu connexis, & dependentibus.

TITVLVS II.

De Vniuerſali Romana Inquiſitione, & Eminentiſſimis, & Reuerendiſſimis DD. Cardinalibus Supremis Inquiſitoribus.

SVMMARIVM.

1 *Paulus III. hanc Congregationem iſtituit.*
2 *Quot Cardinales Inquiſitores deputauerit, & quas facultates eis conceſſerit.*
3 *Eandem Congregationem, & omnia eius priuilegia confirmauit Sixtus V.*
4 *Supremis Inquiſitoribus additi fuerunt Commiſſarius Generalis Sancti Officij, & Aſſeſſor.*
5 *Quod ſtatuit maior pars Cardinalium, à totà Congregatione intelligitur decretum & idem ſi duo, aliquibus abſentibus, n.* 6.
7 *Abſentium appellatione, qui veniant.*
8 *Supremi Inquiſitores habent in omnes Iuriſdictionem.*
9 *Ad eos recurritur cum Ordinarius, & Inquiſitor non concordant in ferendis Sententiis, & in cauſis grauibus.*
10 *Cognoſcunt cauſas appellationum.*
11 *Supremi hi Inquiſitores diſpenſant in Carcere perpetuo, & in infamia contracta ob Hæreſim, n.* 12.
13 *Eiſdem Cardinalibus conceſſit Greg. XV. arbitrium tradendi brachio ſeculari Confeſſarios ſollicitantes ex teſtibus ſingularibus.*
14 *Quoties Cardinales hi congregantur in Hebdomada, & vbi.*
19 *Quos habeant Officiales.*

§. Vnicus.

PAulus III. Romanus, æternæ memoriæ Pontifex; Anno 1542. primus Congregationem S. Officij Supremorum Inquiſitorum de vrbe inſtituit, vt in eius conſtitutione, Incipiente *licet ab initio*, in Bullario Nouo *tom.* 1. *folio mihi* 670.

In qua ſex Eminentiſſimos, & Reuerendiſſimos Cardinales deputauit Supremos Inquiſitores, cum facultate procedendi contra quoſcumque Hæreticos; de Hæreſi ſuſpectos, fautores, & complices; & eos

cuiuſcumque

cuiuſcumque ſint præeminentiæ, etiam abſque ordinariis locorum puniendi, & eorum bona confiſcandi, ac etiam auctoritate creandi Officiales, inuocandi brachium ſæculare, & alia complura faciendi, vt in dicta Bulla.

3. Hanc eandem Eminentiſſimam Congregationem, & omnia eius Priuilegia confirmauit, Sixtus Papa V. in eius conſt. 74. in Bullario nouo, tom. 2. Incipiente *Immenſa æterni Dei* edita anno 1588. ita tamen, vt nihil innouetur in Officio S. Inquiſitionis, in Regnis Hiſpaniarum erecto, ipſo Sanctiſſimo D. Noſtro inconſulto huiuſce Bullæ verba legi etiam poſſunt apud Quarantam *in Summa Bullarij*, in verbo *Congregationes Illuſtriſſimorum Doctorum Cardinalium*, & apud Ludouicum à Paramo, *de Origine Sanctiſſimæ Inquiſitionis libro ſecundo, capite primo, numero vigeſimo*, verſ. *Sixtus autem Papa Quintus*.

4. Hiſce Eminentiſſimis, & Reuerendiſſimis Inquiſitoribus pro faciliori exitu, & expeditione cauſarum criminalium, additi fuerunt, Commiſſarius Generalis Sancti Officij qui ſemper eſt ex Illuſtriſſimo Ordine Dominicano, & aſſeſſor Generalis, idque factum fuiſſe tempore Cardinalis Ioan. Petri Caraffæ, atteſtatur Paramus *vbi ſuprà, numero vigeſſimo quarto*.

5. Quod maior pars iſtorum Eminentiſſimorum Doctorum Cardinalium decernit, intelligitur à Sacra Congregatione, & omnibus deciſum ſtatuit Pius Quartus, *conſt. 79. in Bullario nouo, tomo ſecundo, folio centeſimo vndecimo*, incipiente *Cum nos per noſtrum*, edita anno centeſimo, quinquageſimo, ſexageſimo quarto. Addit Pius V. *in conſtitut.* 23. Incipiente *Cum fælicis recordationis*, eodem loco, fol. 101. validum cenſendum.

6. Quod maior pars iſtorum Eminentiſſimorum Inquiſitorum præſentium ſtatuit, vel duo, aliquibus abſentibus, perinde eſt, ac ſi omnes, & ſinguli interueniſſent.

7. Abſentium, autem Cardinalium nomine non intelliguntur hoc loco Cardinales ab Vrbe Romana abſentes, quia aliàs difficillimum eſſet ſcire, quæ pars Cardinalium abeſſet ab Vrbe, ſed intelligitur Bulla de Cardinalibus abſentibus, ab hac Eminentiſſima & Reuerendiſſima Congregatione, vt notauit Flau. Cherub. *in Schol. ad compendium dictæ Bullæ*.

8. Supremi hi Inquiſitores iuriſdictionem habent ſupra omnes Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & quoſcumque Principes laicos ſupra omnes Inquiſitores, & quaſcumque alias perſonas, licet præeminentes, ita dicitur in conſtitutionibus ſupra memoratis, & notauit Pegna *in 3. p. Directorij Comment. 11.* verſ. *Hodie ſingulari Romanorum Pontificum*.

9. Ad hoc Eminentiſſimum Tribunal recurri ſolet, cum in ſententiis ferendis diſcordant Inquiſitores, ab Epiſcopis, prout quotidiana praxis obſeruat, Pegna *in 3. part. Director. Comm.* 99. verſ. *Iam illud*, vbi addit, & bene, idem agendum eſſe, cum tractatur de cauſis arduis, quod ſæpius, & nos notauimus in aliis huiuſce operis partibus, & præſertim parte tertia, titulo *de Pœnis*.

10. Cauſas appellationum, ad Sanctam ſedem, in his materiis pleniſſimè idem tribunal cognoſcit, vt in Conſtitutione Pauli III. §. 8 & 9.

11. Ad eoſdem ſolos Inquiſitores Eminentiſſimos ſpectat diſpenſare cum Hæreticis poſt magnam pertinaciam pœnitentibus in carcere perpetuo, vt notaui in titulo, de Hæreticis, §. 24. *num.* 23. verſ. *Vnum hoc loco*.

Ipſi etiam ſoli, & non Inquiſitores inferiores tollere poſſunt infamiam ob Hæreſim contractam, Ego ipſe *dicto tit. de Hæret* §. 22. *num.* 113. 12.

Eiſdem conceſſit Gregor. XV. arbitrium, ex teſtibus ſingularibus iunctis adminiculis tradendi brachio ſæculari Confeſſarios ſollicitantes. 13.

Alias, eorumdem Generalium Inquiſitorum prærogatiuas ſparſim in hoc opere noſtro annotauimus. 14.

Bis in Hebdomada congregantur hi Supremi Inquiſitores, Die Mercurij, aliàs quidem in Domo Eminentiſſimi D. Cardinalis Antiquioris Supremi Inquiſitoris, nunc autem in Eccleſia Sanctæ Mariæ ſupra Mineruam, niſi aliud mandaret Sanctiſſimus, & Die Iouis coram Sanctiſſimo, & vt accepi ab Eminentiſſimo D. D. meo Cardin. Campoteo vno ex dictis Supremis Inquiſitoribus, hæ Congregationes habentur ſingulis, & omnibus Hebdomadibus, ſola hebdomada Sancta, & maiori excepta.

Habent hi Supremi Inquiſitores, Aduocatum Fiſcalem, Varios Conſultores, Prælatos, & Regulares, videlicet Reuerendiſſimum Generalem Ordinis Dominicani, & Socium Reuerendiſſimi Commiſſarij S. Officij, ac vnum etiam Religioſum ex ordine D. Franciſci, habent etiam plures Theologos Qualificatores propoſitionum, qui in caſibus occurrentibus propoſitiones qualificant. 15.

TITVLVS III.

De Supremo Tribunali, Inquiſitionis, in regnis Hiſpaniarum.

SVMMARIVM.

1 *Quando Supremum Tribunal Inquiſitionis erectum in Regno Caſtellæ.*
2 *Qui in eo interueniant.*
3 *Præſes ex Apoſtolica auctoritate à Rege noſtro nominatur & a Sanctiſſimus per tempora Romanis Pontificibus confirmatur.*
4 *Officiales Tribunalis a quo deputentur, & numer. 5. vbi de Inquiſitoribus inferioribus, & eorum miniſtris.*
6 *Ex priuilegio Regis noſtri, vnus ex familia D. Dominici ſemper eſt Conſiliarius huius Tribunalis.*
7 *De quibus, hoc tribunal cognoſcat.*
8 *Inquiſitores inferiores, non carcerant Sacerdotes, Nobiles, & Equites, nec celebrant actus fidei publicos ſine auctoritate huiuſce Tribunalis.*
9 *Huic Tribunali non ſubſunt Inquiſitores Luſitaniæ.*
10 *De relationibus ab Inquiſitoribus inferioribus huic Supremo Tribunali faciendis.*
11 *Quoties & quo loco hoc conſilium ſoleat congregari in hebdomada.*
12 *Huic Tribunali ſpeciali iuramento, & ſe & dominia ſua ſupponunt Reges Caſtellæ.*

§. Vnicus.

POtentiſſimi Reges noſtri Hiſpaniarum pro eorum Religione, vt eliminata Iudaica perfidia, & omni hæreſis ſuſpicione Catholica fides in ipſorum Regnis efflorèſceret, circa annos Domini 1483. curarunt Apoſtolica auctoritate inſtitui Supremum Tribunal Sanctæ Inquiſitionis, in illis Regnis, 1.

Regnis, provt inſtitutum fuit, in quo adeſt vnus
Præſes, ſeu Inquiſitor Generalis, quinque Conſi-
liarij, cum titulo Inquiſitorum Apoſtolicorum,
2. Aduocatus Fiſcalis, duo Secretarij, & vnus Sere-
niſſimi D. Regis, vnus Receptor, duo Relatores,
plures Qualificatores, & conſultores, Lud. à Para-
mo *de Origine S. Inquiſitionis, lib.* 2. *c.* 4. *tit.* 1. Mag.
Gil. Gonzal. *in Hiſt. ſua Matriti, lib.* 3. Titulo, *Conſejo
ſupremo de la Santa Inquiſicion*, in principio, & verſ.
El Conſejo ſe compone.

3. Præſes, ad nominationem Potentiſſimi Regis no-
ſtri à Sanctiſſimo Domino noſtro per tempora
confirmatur, Paramus *vbi ſuprà n.* 9. Gonzalez *ibi-
dem*, vbi, quod primus huiuſce Tribunalis Supre-
mus Inquiſitor ad Regis præſentationem à Sixto
Papa IV. Confirmatus, fuit Frater Thom. Turrecre-
mata Ordinis D. Dominici, Torreblanca de Magia,
lib. cap. 5. *n.* 18.

4. Officiales huiuſce ſupremi Tribunalis deputan-
tur à Præſide, cum conſultatione ſuæ Regiæ Maje-
ſtatis, Gonzal. *vbi ſuprà*, verſ. *Eſtas Plazas*, & Pa-
5. ramus, *num.* 11. vbi addit & bene, quod præſes om-
nes alios Prouinciales Inquiſitores, Conſultores &
Officiales, ac miniſtros quoties ei placet, per ſe, vel
per alium deputat, amouet, viſitat, & ab ipſis mune-
ris ſui rationes exigit.

6. Inter Conſiliarios huius Tribunalis ex ſpeciali
priuilegio Regis noſtri Æternæ memoriæ Philippi
III. ſub data diei 16. Decembris 1618. ſemper adeſt
vnus ex Ordine Diu. Dominici Gonzal. *ibidem*, verſ.
Vnos de los Conſejeros.

7. Ad hoc Tribunal, deferuntur tantummodò, cauſæ
graues, cauſæ appellationum, diſſidia in eo Inqui-
ſitorum localium componuntur, delicta miniſtro-
rum puniuntur, dubia declarantur, & alia plurima
pro recta gubernatione S. Officij iuſtiſſimè pera-
guntur, Paramus, *dicto cap.* 4. *num.* 2. *&* 3.

8. Inconſulto hoc Magiſtratu, Inquiſitores Prouin-
ciales non deueniunt ad carcerationem alicuius Sa-
cerdotis, Equitis, vel Nobilis viri, nec actus publi-
cos fidei gerunt, Gonzal, *vbi ſuprà*, verſ. *No pue-
den*, qui addit, quod Supremum Conſilium, ali-
quando pro maiori auctoriſatione iſtorum fidei-
Actuum ſolet mittere, & deputare pro illis aliquem
ex ſuis conſiliariis.

9. De facultatibus iſtius Tribunalis, & Præſidis
plura dicimus incidenter in toto hoc opere. Huic
ſupremo Conſilio non ſubſunt Inquiſitores Regni
Luſitaniæ, ibi enim habent Luſitani vnum Supre-
mum Tribunal, de quo latè videndus eſt Souſa ante
eius Aphoriſmos Inquiſitorum, Titulo *de Origi-
ne Tribunalis Sancti Officij Inquiſitionis in Regnis
Luſitaniæ*, vbi ſeriem omnium Inquiſitorum gene-
ralium, enumerat, & hiſtoriam Sahauedræ, de qua
Paramus, *lib.* 2. *titul.* 2. *cap.* 15. latiſſimè confutat, vt
fabuloſam.

10. Omnes Inquiſitores ſubiecti Supremo tribunali
de quo agimus, ſingulo anno referunt, ſtatum ſui
tribunalis prouincialis, & præcipuè cauſas expedi-
tas eo anno, ac ſtatum, & numerum carceratorum,
qui in carceribus reperiuntur.

Et ſingulo quoque menſe rationem reddunt eidem
Tribunali de omnibus pecuniis, ex redditibus Sancti
officij, vel pœnis, & mulctis pecuniariis ad eos per-
tinentis, Gonzal. loc. cit. verſ. *Las Inquiſiciones de
Eſpagna dan cada mes.*

11. In Palatio Regali congregatur hoc Conſilium
ſingulis diebus (feſtiuis exceptis,) Diebus Lunæ,
Mercurij, & Veneris de mane, Diebus verò Martis,
Iouis, & Sabbati poſt Veſperas, & in his vltimis die-
bus in eo interueniunt etiam duo Conſiliarij, ex
Supremo Conſilio Caſtellæ, qui ſunt etiam Conſi-
liarij iſtius Supremi Conſilij Gonzal. *vbi ſupra*, verſ.
En eſte Conſejo, vbi etiam ſeriem Præſidum iſtius
Sacroſancti Conſilij enumerat.

Hæc Sancti Officij Tribunalia in Regnis Hiſpa- 12.
niarum, adeo ſemper Venerati fuerunt Potentiſſimi,
& piiſſimi Reges noſtri, vt illis ſeſe, & totum eo-
rum Dominium ſemper libentiſſimè ſuppoſuerint;
Aurea ad hoc ſunt verba, ex Vaſæo, *in Chronicis
Hiſpan.* & Matta *de Iuriſdictione* 1. *p. c.* 26. *n.* 94. relata
à Solorz. *de iure Indiarum lib.* 3. *c.* 1. *num.* 92. ab om-
nibus aliis Catholicis Principibus valde notanda, ea
autem ſunt hæc:

*Item, Rex Caſtella, antequam fiat Rex, Iura-
mento ſpeciali ſubiicit ſe, & totum ſuum Domi-
nium Sanctiſſimo Seueriſſimæ inquiſitionis Tribunali.*

TITVLVS IV.

De Epiſcopis.

SVMMARIVM.

1 *Ante Inſtitutos inquiſitores, munus puniendi Hæ-
reticos erat proprium Epiſcoporum.*
2 *Iuriſdictio Epiſcoporum in hæreticos an ſit ordi-
naria, vel delegata.*
3 *Quo tempore condita fuerit decretalis*, Ad abo-
lendam, de Hæret.
4 *Ratio inſtitutionis inquiſitorum.*
5 *Epiſcopus non poteſt procedere contra Inquiſito-
res, & n.* 6. *vbi id probatur.*
7 *Per inſtitutionem Inquiſitorum non fuit Epiſco-
pis ablata iuriſdictio in Hæreticos.*
8 *Quæ poſſint Inquiſitores ſine Epiſcopis, & è con-
tra & quænon. num.* 9.
10 *Abſolutoriam ſententiam, an Epiſcopus ſine In-
quiſitore ferre poſſit & è contra.*
11 *Conſuetudo vniuſcuiuſque Inquiſitionis eſt ſer-
uanda.*
12 *An Inquiſitor ſine Epiſcopo, & è contra poſſint
indicere purgationem canonicam.*
13 *An etiam, recipere ad abiurationem hæreticos
ſponte comparantes.*
14 *Abiuratio eſt pœna grauiſſima.*
15 *An aliquando vnus, ſine alio torquere, & condem-
nare poſſit.*
16 *Latè de Requiſitione Epiſcopi ab inquiſitore fa-
cienda, & communicatione proceſſuum.*
17 *Quis Epiſcopus requirendus Originis, Domicilij,
vel delicti-reprobatur Souſa.*
18 *Diſcordantibus Inquiſitoribus & Epiſcopo quid
agendum.*
19 *Citatus ab Inquiſitore, & Epiſcopo ſimul coram
quo debeat comparere? remiſſiuè.*
20 *Epiſcopi poſſunt formare proceſſus contra hæreti-
cos, n.* 21. *vbi quod hoc non ſeruatur in Regnis
Hiſpaniæ, & Luſitaniæ.*
22 *Cum Epiſcopi formant proceſſus contra Hæreticos
debent obſeruare omnia præſcripta Inquiſitori-
bus in horum proceſſuum formatione.*
23 *Melius eſt, quod Epiſcopi remittant cauſas, has
ad S. Officium, quam ipſos formare proceſſus,
num.* 24. *vbi quod ſic euitatur confuſio ex Si-
mancha*
25 *Secretum eſt neruus S. Officij.*

26 *Secretum*

26 *Secretum non ſeruatur in Curijs Epiſcopalibus,& quid acciderit Cantera circa hoc, dum erat Vicarius Pampilonenſis.*

27 *Vſus hic, quod ſoli Inquiſitores forment proceſſus ex Pegna videtur vbique receptus.*

28 *Quid in hac re obſeruare ſoleas Eminentiſſimus D. Cardinalis Camporeus Cremona Epiſcopus Vigilantiſſimus.*

28 *Monitum Pogua ex Sanctiſſimo,& Eminentiſſimis Generalibus Inquiſitoribus, quod Epiſcopi, per ſe incumbant cauſis, cum ab Inquiſitoribus requiruntur.*

OMissis his quæ de Epiſcoporum, dignitate, & præeminentiis notant DD. qui de Epiſcopali poteſtate, tractatus ediderunt, inter quos præcipuus eſt Barboſ. modernus, de vtraque iuriſprudentia,ſed præſertim Canonica optimè meritus, hoc loco tantùm de his agemus, quæ Epiſcopis competunt in ordine ad hæreticos, & forum noſtrum Sancti Officij,ſit igitur

§. I,

De Iuriſdictione Epiſcopi in hæreticos.

1. ANte inſtitutos Apoſtolicos Inquiſitores munus hoc animaduertendi in hæreticæ prauitatis reos proprium erat Epiſcoporum, vt notant omnes DD.ac præſertim Simanch. *de Catholicis Inſtit. tit.25. de Epiſcopis, num.1. & ſeq.* Farin *de hæreſi quæſt.*186. *num.*5. Molin. *de Iuſt.& iure,tom.*5. *tract.*5.*diſp.*28. *num.*3. Caſtro Palao *in opere morali tract.*4 *diſp.*8.*punct.*12. §.1.*num.*2.Sanctarel.*de hæred. cap.*41.*dub.*1 *num.*1.

2. Sed dubitant ſcribentes, an in Hæreticos Epiſcopus ſit iudex ordinarius, vel delegatus. In qua re, dixi *in tit.ſequenti,*Quoad ſibi ſubditos eſſe Ordinarium, Quoad exemptos verò delegatum, & ibi allegatis addo Caſtro Palao *dicto* §.1.*num.*2 verſ.*At comparatione exemptorum,*Sanctarell.*eodem n.*1.verſ. *in exemptos verò.*

3. Et de hoc videtur textus in cap.*Ad abolendam de Hæreticis.*Quod capitulum editum fuit circa annum Domini 1182.quo tempore viuebat Lucius Tertius, Summus Pontifex illius auctor,vt videre eſt ex Baronio *tom.1.Annal.circa illum annum,* & Genebrard. *in Chronog. lib.4. fol.mihi* 627. & ſic ante inſtitutos Inquiſitores,in eo autem cap. cum agit Papa de iuriſdictione Epiſcopi in cauſis hæreſis, quoad exemptos,ait,*Ee eis in hac parte tanquam à Sede Apoſtolica delegatis.*

4. Quia verò, ex poſt inſtituti fuerunt Inquiſitores Apoſtolici,ob varias Epiſcoporum curas, ne vt cum Simanca *vbi ſuprà,num.*4 dicam,ob Epiſcoporum abſentiam,vel ignauiam, vel imperitiam, nam verè nimis liberè loquutus eſt de eo Reuerendiſſi-

5. mo ordine Epiſcopali; Quæri ob id poteſt,an Epiſcoporum iuriſdictio in cauſis hæreſis virtute dicti capituli, *Ad abolendam* ſe extendat etiam contra Inquiſitores.

In qua re ſicuti, titulo ſequenti dixi, Iuriſdictionem Inquiſitorum non ſe extendere ad Epiſcopos, ita nunc dico, iuriſdictionem Epiſcoporum, neque ſe extendere ad Inquiſitores, ita docuerunt magis communiter Doctores, quos refert, & ſequitur Farin.*dicta q.*186.*num.*114.quibus addo Molin.*in dict. diſp.* 8.*n.*21.Caſtro Palao *dicto punct.*11.§.2. *num.*8. verſ. *Cæterum tenendum eſt abſolutè.* Sanctarel. *dicto cap.*40.*dub.*3.*num.*19.Souſam, *in Opuſc.de Sollicit.in confeſſ.tract.*2. c.3.*n.*1. & ſequentibus, & in Aphoriſm. Inquiſitorum *lib.*1. c.4.*n.*6. vbi quod Epiſcopi poſſunt procedere contra Inquiſitores, in illis ſolis caſibus, in quibus Inquiſitores poſſunt procedere contra Epiſcopos.

Probatur hæc ſententia manifeſtè, quia vel Epiſcopus procedit auctoritate ordinaria, & eſt inferior Inquiſitore, vel auctoritate delegata, & ſic habet parem cum inquiſitore iuriſdictionem, vt probaui *in Annot. meis ad primam quæſt. Guidonis Fulcody, n.*23.& ſupponunt omnes,par autem in parem non habet imperium. 6.

§. II.

De concurſu inquiſitoris, & Epiſcopi in cauſis fidei.

DEciſa antiqua DD. controuerſia, an per commiſſionem cauſarum, hæreſis inquiſitoribus intelligeretur ablata iuriſdictio Epiſcopis per Bonifacium VIII.in cap.*per hoc de hæreticis, in* 6.vbi declarauit Epiſcopos in cauſis fidei, tam coniunctim 7.
cum inquiſitoribus, quam diſiunctim poſſe procedere, ita tamen, vt tenerentur inter ſeſe communicare proceſſus, in cuius meritis ſi conuenirent per vtroſque ſententia pronunciaretur, ſin minus cauſa ad Apoſtolicam Sedem deferretur, varia iura per benedictum XI.& Clem.V.emanarunt, de quibus in Extrauaganti,*Ex eo de hæret.*& in *Clem.prima eodem titulo* pro faciliori terminatione iſtarum cauſarum.

Per eas autem conſtitutiones, nunc hoc iure vtimur,vt dixi *in Annot.ad primam quæſtionem D.Fulcody num.1. & pluribus ſequentib.* Quod Inquiſitores ſine Epiſcopis, & Epiſcopi, ſine inquiſitoribus poſſint,citare,capere, tutæ cuſtodiæ mancipare, captos in compedibus ponere, & contra illos inquirere prout eis ſecundùm Deum videbitur expedire. 8.

Epiſcopus verò, ſine Inquiſitore, & Inquiſitor, ſine Epiſcopo non poſſunt reos ad carcerem in pœnam damnare, eos torturæ ſubiicere, nec contra eoſdem ad definitiuam ſententiam deuenire, ſic diſponitur *in dicta Clem.*1.& tradiderunt Eymericus *in Direct.q.*48.*& ſeq.p.*3.& ibi Pegna, Farin. *q.*186. *num.* 56. *& ſeq.* qui alios omnes antiquos allegat, Caſtro Palao. *dicta diſp.*8. *punct.* 13.*num.*7. *& ſeq.* Mol. *in ſæpè cit. diſput.*28.*num.*11. Sanctarell.*de hæreſi dicto cap.*40.*dub.*2. per totum, Souſa *in Aphoriſm.lib.*1.*cap.*3. 9.

Occaſione autem iſtorum dubitari poteſt, primò, An ſolus, Inquiſitor, vel ſolus Epiſcopus 10.
poſſint ſententiam abſolutoriam ferre. In qua re video in terminis iuris magis communem opinionem eſſe affirmatiuam, hanc enim tenent, & bene fundant, Pegn. *comm.* 97. Caſtro Palao, *dicto punct.*13. *num.* 2. Sanctarell. *num.*13. Tutior tamen in praxi eſt, quod vnus ſine altero ad Abſolutoriam ſententiam non deuenit, id notant omnes *ſuprà* allegati locis indicatis, Farin.*dicta q* 186. *n.*81. vbi hanc ſententiam appellat tutiorem, æquiorem & maturiorem. ex Royas *ſing.*27. *num.*7. Locato *in Iud in fine,q.*29.& Azor. *Inſtit. Moral.* 1.*p. lib.*8. *cap.*18.*q.*16.

Si tamen in aliqua inquiſitione vigeret contraria 11.
ſententia vtique ea eſſet ſeruanda, vt in Hiſp. in qua vſu receptum eſt, vt Inquiſitores ſine Epiſcop. delatos abſoluant, vt atteſtatur Paramus *de Orig. Sancta inquiſit. lib.* 3. *quæſt.* 4. *Rubr. de expedi-*

tione

tione proceſſus,n.1.in fin. & Mol.*in ſæpe cit. diſp.*28. *num.*15.

12. Dubitatur ſecundò, an ſolus Inquiſitor poſſit indicere purgationem canonicam, ſed quoad hanc quæſtionem videnda ſunt dicta à nobis *in tertia parte*, titulo *de ſententijs in materia purgationis canonicæ.*

13. Dubitatur tertiò, an Hæreticis ſponte venientibus vnus ſine altero poſſit abiurationem indicere?

In hac dubitatione certum eſt, & vſu quotidiano recepta ſententia hæreticum, vel ſuſpectum non ſponte comparentem, minime poſſe ad abiurationem admitti ſine Epiſcopo, & Inquiſitore. Id probauit Caſtro Palao *in dicto puncto* 13.*n.*16.

14. Quia verè abiuratio grauiſſima pœna eſt ſupponens abiurantem pœnæ mortis in caſu relapſus, Diana *p.*4.*reſol.mor.tr.*8.*reſol.*49.verſ.*concedo tamen, quo vero ad ſponte comparentes.* Molin. *d. diſp.*18. *num.*16.verſ.*idem dicendum*, refert quendam ſponte comparentem in Luſitania præſentibus ſolis Inquiſitoribus abiuraſſe, ſed ex hoc non infertur, non eſſe neceſſarium Ordinarium, quia potuit in eo caſu Ordinarius commiſiſſe vices ſuas Inquiſitoribus, ſolent enim Epiſcopi regulariter committere vices ſuas in his caſibus ſponte comparentium, vnde etiam quoad hos arbitratur tutiorem eſſe ſententiam, Caſtro Palao *dicto num.*17. vbi ait neque ſponte comparentibus poſſe abiurationem iniungi, niſi Epiſcopo, & Inquiſitore conuenientibus, vel ſibi viciſſim vices ſuas committentibus.

Dubitatur quartò, an in aliquibus caſibus Epiſcopus, ſine Inquiſitore ſine Epiſcopo procedere
15. poſſint? Reſpondendum eſt poſſe procedere vnum ſine altero ad torturam, & diffinitiuam ſententiam, cum is non poteſt reperiri, vel eſt abſens à Diœceſi, vel intra octo dies ſibi ſtatutos in dicta Clementina prima, non vult cum inquiſitore conuenire, ita Eymericus *q* 49.3.*p.* vbi Pegn. Souſa *lib.*1. *cap.* 3.*num* 8. *&* 10. Caſtro Palao *dict. punct.* 13. *num.*11.*&* 12.

16. Dubitatur quintò, de requiſitione facienda ab Inquiſitore de Epiſcopo, & è contra ante expeditionem proceſſuum.

Siue Inquiſitores, & Epiſcopi diuiſim procedant ſiue vnus tantum completo proceſſu antequam ad torturam, vel aliam diffinitiuam ſententiam in reum deueniatur, tenentur vnus alterum requirere, vt proceſſum, ſeu proceſſus inter ſeſe communicent, & poſt requiſitionem requirens requiſitum expectare debet per 8. dies, quibus elapſis ſi requiſitus non conueniat vel ſubſtitutum, conſilium, vel aſſenſum mittat requirens ad expeditionem cauſæ poterit procedere ſolus, ita in Clem. prima. *de Haret.* §. *Propter*, Farin. qui omnes antiquos allegat, *quæſtione* 186. *num.* 98. Souſa *dicto cap.* 3. *num.* 8. *& num.*11.*& ſequentib.* vbi quod Epiſcopus requiren-
17. dus debet eſſe Epiſcopus potiùs domicilij, quam loci, delicti, & Originis, atque hoc vſu receptum eſſe.

Verùm quo ad hoc contrarium ſeruat praxis S. Officij, quia forum quod quis ſortitur ratione delicti, eſt fortius foro Domicilij, & ad illud de iure ſit remiſſio cum ſumus ſub eodem Præſide Prouinciæ, vt nouiſſimè omnibus cumulatis tradidit Cateual. *de foro Compet. diſp.*2.*q.*7 *ſect.*1.*n.*7 16 *& ſect.* Et ego in S. Officio noſtro nunquam vidi requiri Epiſcopos Domicilij, ſed Epiſcopum loci, vbi delictum fuit commiſſum; & de hac requiſitione latè etiam Caſtro Palao, *dicto n.* 11.*&* 12.

18. Dubitatur ſextò quid agendũ diſcordantibus Inquiſitore, & Epiſcopo, Reſpondeo proceſſus merita

vna cum votis conſultorum tranſmittenda eſſe ad Supremum Vrbis Tribunal Vniuerſalis Inquiſitionis, prout idem agunt Inquiſitores inferiores Hiſp. qui referunt huiuſmodi cauſas Supremo Tribunali, in illis Regnis, ita *in dicta Clementina prima*, bene Caſtro Palao, *dicto puncto* 13.*n.*15.

Reliquum eſſet hoc loco agere coram quo reus 19.
citatus pro eadem hora ab Inquiſitore, & ab Epiſcopo, comparere debeat, ſed quoniam de hac re latè egimus *in* 1.*q.D.Guidonis Fulcodij*, *à n.*14.*vſque ad fin.* ideo ad ibi dicta benignum lectorem remitto.

§. III.

An Epiſcopi poſſint facere proceſſus contra Hæreticos.

Quæſtio hæc facillimè ex ſupradictis ſoluitur, 20.
diximus enim contra hæreticos Inquiſitores, & Epiſcopos etiam diuiſim poſſe procedere *c. per hoc §.verum, de Hæreticis in* 6. Eymericus *in direct.* 3.*p.*51. vbi Pegna *comm.*100. Farin. *dicta q.*186.*n.*56. vbi alios refert.

In ſola Hiſpania, & Luſitania contrarium obſer- 21.
uatur, ſoli enim Inquiſitores ibi formant proceſſus, & capiunt reos, in cauſis fidei, & Epiſcopi ſi aliquas contra ſimiles reos habent informationes tenentur eas tranſmittere Inquiſitoribus, ita Mol. *de Iuſt.& iure alleg.diſp.*28.*n.*13.*&* 14 & Caſtro Palao *d.punct.*13.*n.*6. vnde autem id habeant Inquiſitores Hiſpaniæ, vel ex conſuetudine legitimè præſcripta, vel ex priuilegio Apoſtolico parum refert diſcurere, hoc enim potiùs Hiſpanis Iuriſconſultis remittendum cenſeo.

§. IV.

An in formatione horum proceſſuum Epiſcopi teneantur ſeruare Ordines, Inquiſitoribus præſcriptos.

Epiſcopi, cum ſoli ſine Inquiſitoribus proceſ- 22.
ſus contra Hæreticos formant, vel etiam cum id agunt, quia in eorum diœceſi non adſit Inquiſitor, vt accidere poteſt in Epiſcopo Lucẽſi, ea enim ciuitas Apoſtolicum Inquiſitorem non habet, tunc ſine dubio debent obſeruare diligenter ea omnia, quæ in formatione horum proceſſuum, ſiue à iure communi, ſiue ab Apoſtolicis Conſtitutionibus Inquiſitoribus ſunt præſcripta, text. eſt in *c.per hoc de Heret.in* 6. vbi Gemin. & alij Simanca *de Cath.Inſt.* *tit.*15.*n.*4. Farin. *de Hæreſi,q.*186.*n.*16. qui alios allegat, quibus addi poteſt, Sanctarell *de Hæreſi,cap.*40. *dub.*1.*n.*2.verſ.*ſine autem*, Sylueſt. *in verbo hæreticus*, Caſtro Palao *dicta diſp.*8.*punct.*12.§.1.*n.*3.

Et clariſſima ſunt verba dicti text in §.*fi.* ibi *Illum in procedendo modum obſeruent, quem Inquiſitores poſſunt, & debent per iura communia, vel ſpeciales conceſſiones, ſeu ordinationes Sedis Apoſtolicæ obſeruare.*

§. V.

An Expediat Epiſcopos hoſce proceſſus formare, vel ſatius ſit eos remittere Inquiſitoribus.

Nulli dubium, quin longè melius ſit cauſas Hæ- 23.
reſis, & ſuſpicionis illius ab Epiſcopis remitti Inquiſitoribus, quam ipſus in eis procedere.

24. Quia, vt ait Simanca *de Cath. Inſtitut. titul. 15. de Epiſcopis, num. 5.* ſi Epiſcopi ipſi procedunt, *Cauſa omnis*, (verba ſunt Simancæ) *ita confunditur, vt vix, aut numquam veritas inueniri queat, quod ego frequenter Vicariorum imperitia contigiſſe ſcio*, ideoque ſubdit, *Quod id lege Pontificia prouidendum eſſet.*

25. Deinde, ſecretum eſt neruus cauſarum omnium S. Officij, id coram inquiſitoribus inuiolabiliter obſeruatur, coram Epiſcopis autem impoſſibile eſt 26. hoc ſecretum obſeruari, vt & experientia rerum magiſtra nobis manifeſte ſuadet, & atteſtatur Inquiſitor Cantera, *in ſuis quæſtionibus criminalibus tangentibus reum, q. 6. n. 9. verſ. & non ſolum voco*, ibi, *ſed certe illud tabelliones*, vbi atteſtatur, quod dum ipſe erat Vicarius Generalis ampilonanſ nunquam potuit facere, vt ſecretum in illa Eccleſiaſtica curia ſeruaretur, & quod licèt multoties tabellionibus pœnam impoſuerit, id tamen non profuit.

27. Bene Pegna *in 3. p. Directorij com. 101. verſ. quamquam verò*, vbi quod ſtylus hic, quod ſoli Inquiſitores forment proceſſus, videtur iam vſu receptus, & eum ibi multum commendat, ob idque Eminentiſſimus & Reuerendiſſimus, Dominus meus Cardina- 28. lis Camporeus Epiſcopus Cremonenſis, cuius ſum auditor, cum ampliſſima iuriſdictione, in omnibus cauſis, in quibus perſona laica ius dicere, & iudicare poteſt, ſuprà 14. annos, ſemper omnes cauſas hæreſis, & ſuſpicionis illius remiſit ſtatim ad Reuerendiſſimos Inquiſitores, quia ipſe Eminentiſſimus D. vti vnus ex Supremis Inquiſitoribus optimè nouit, quam magna oriantur inconuenientia, ſi ordinarij qui nec tutos, ac ſecretos habent carceres, & Miniſtros in formatione, horum proceſſuum, ſe ingerant.

29. Tandem ad finem huius tituli apponere volo verba Pegnæ in ſua praxi Inquiſitorum, manu ſcripta, l. 2. c. 63. n. 7. ait enim.

Gratiſſimum foret, Sanctiſſimo, & DD. Cardinalibus, Inquiſitoribus generalibus, vt Epiſcopi per ſeipſos, his cauſis tractandis, & iudicandis aſſiſterent, & magna, ac communi concordia ſic cum Inquiſitoribus agerent. atque hunc ſibi finem proponerent, vt veritas inueniretur, fides Catholica ſtabiliretur, atque omnis omnino hæreſis, & hæreſis ſuſpicio, & qualibet Doctrina nouitas à ſuis Diœceſibus expelleretur, hucuſq; Peña.

Et hæc bene notanda ſunt per Epiſcopos, maximè eos, qui in huiuſmodi cauſis omnia curant per eorum vicarios expediri.

TITVLVS V.

De Apoſtolicis Inquiſitoribus.

SVMMARIVM.

1 *Delegata Inquiſitionis munus cœpit tempore Innocentij III.*
2 *B. Dominicus mira celeritate hæreſes in Gallia ortas compeſcuit.*
3 *Occaſione hæreſis Albigenſium inſtitutum fuit Officium S. Inquiſitionis.*
4 *De hac hæreſi Albigenſium, & eius dogmatibus, remiſſiuè.*
5 *B. Dominicus fuit primus Inquiſitor in Gallia.*
6 *An munus Inquiſitoris acceperit B. Dominicus ab Arnaldo Legato Sedis Apoſtolicæ, vel immediatè à Papa.*
7 *De Religionis zelo B. Dominici.*
8 *Cur in præcipuis Italiæ partibus munus delegatæ Inquiſitionis conferatur Patribus Ordinis Prædicatorum.*
9 *in Tuſcia, & nonnullis ciuitatibus Sereniſſ. Dominij Inquiſitores aſſumuntur, ex Ordine D. Franciſci.*
10 *Olim Inquiſitores eligebantur à Generalibus & Prouincialibus Ordinum DD. Dominici, & Franciſci.*
11 *Hodie Inquiſitores eliguntur à Sanctiſſimo Domino, vel per Breue, vel per litteras Sacræ Congregationis.*
12 *Quomodocumque eligantur recipiunt iuriſdictionem immediatè à Sanctiſſimo Domino noſtro.*
13 *In Inquiſitoribus requiritur ætas annorum quadraginta, & de ratione, n. 14.*
15 *Cur iura maiorem ætatem requirant in Inquiſitore quam in Epiſcopo.*
16 *Hodie quia Inquiſitores eliguntur à Sanctiſſimo, vel à Sacra Congregatione, non eſt neceſſaria præcisè illa ætas.*
17 *Honorifica mentio Reuerendiſſimi P. Ioan. Baptiſtæ à Martinengo Inquiſitoris Cremonæ.*
18 *In Hiſpania ſufficit Inquiſitores eſſe annorum 30.*
19 *Scientia in Inquiſitoribus requiritur.*
20 *Deberent eſſe Inquiſitores graduati, & legiſſe Sacram Theol. per triennium.*
21 *Regulare eſt, in omnibus magiſtratibus, vt conferantur viris Doctis.*
22 *Diſtinctio Sanctæ memoriæ Pij V. de Doctoribus & Doctoratis.*
23 *Prudentia in Inquiſitoribus eſt neceſſaria, numero 25. vbi quod idem eſt in omnibus alijs Magiſtratibus.*
24 *Prudentia eſt regula, & perfectio omnium aliarum virtutum.*
26 *Ad Magiſtratum habentem annexam Gubernationem, potius eligendus vir prudens, minus Doctus, quam magis Doctus, & minus prudens.*
27 *De vita, & morum honeſtate Inquiſitorum, & n. 29. vbi idem requiritur in alijs Magiſtratibus, & de ratione n 28.*
30 *In quo conſiſtat vitæ integritas in Magiſtratu requiſita.*
31 *A quibus cauere debet electus in Magiſtratum.*
32 *A Magiſtratu exercendo, arcendi ſunt Ciues.*
33 *Ciues poſſunt ad breue tempus eſſe locum tenentes Officialium in Patria.*
34 *Auctor fuit Prætor Iudex maleficiorum in Patria, per tres menſes, & ferè per integrum biennium Locum-tenens Aduocati Fiſcalis.*
35 *Ambientes à Magiſtratibus arcendi.*
36 *Regulariter, ex Simancha ambientes Magiſtratus, ſunt indigni.*
37 *Quamvis aliquando petentibus ſint Magiſtratus conferendi, tamen id cum maxima circumſpectione agendum eſt, n. 38.*
39 *An Magiſtratus imitari debeant Moyſen, qui recuſauit munus à Deo demandatum, Exodi 3. Ad Iſaiam, qui cap. 47. vltrò ſe obtulit Deo.*
40 *Aſſumendi in Magiſtratus ſiue inferiores, ſiue ſuperiores deberent examinari, & quidem rigorosè.*
41 *Franciſcus Viuius, & Franciſcus de Leonardis, dicebant in regno eſſe neceſſariam ſuper hoc Pragmaticam.*
42 *Hæc Pragmatica, emanauit à Potentiſſimo noſtro Rege in Regno, anno 1630. vtinam ſimilis ederetur pragmatica pro Statu Mediolanenſi n. 43.*

44 Qua

44 Quæ diligentia vti debeant Principes in Electione Officialium.
45 Quid in eligendis Magiſtratibus ſeruabat Illuſtriſſimus Conar. Præſes Caſtellæ.
46 Verba Potentiſſimi Regis noſtri æternæ memoriæ Philippi Tertij, dum mereretur circa electionem Officialium.
47 Inquiſitores non promouendi, niſi in S. Officio muneribus inferioribus ſint functi, num. 48. vbi inſigne dictum Comitis Lemenſium Proregis in Regno Neapolitano.
49 An Theologi, an Iuriſconſulti in Inquiſitores eligendi, variant DD. n. 50. vbi quod vniuſcuiuſque regionis mos in hac re eſt ſequendus.
51 Titulus Reuerendiſſimatus debetur Inquiſitoribus, ex Paramo.
52 Inquiſitores, repræſentant Summum Pontificem.
53 Titulus Reuerendiſſimatus de iure eſt, debitus Epiſcopis.
54 Inquiſitores in cauſis fidei, ſunt maiores quocumque Ordinario.
55 Titulus Reuerendiſſimatus, indiſtinctè nunc datur vicarijs Epiſcoporum, ſaltem in ciuitatibus inſignioribus.
56 Soluitur obiectio, ex doctrina Menochij, qui conſ. 302. in ſimili materia ſcripſit pro March. Socini.
57 Inquiſitor præcedit Vicarium Epiſcopi, in actibus Sancti Officij.
58 Maiorem habenti dignitatem, debetur præcedentia.
59 Maior eſt dignitas Inquiſitoris quàm Vicarij.
60 Magis in iure priuilegiata eſt iuriſdictio Inquiſitoris, quàm Vicarij.
61 Inquiſitor repræſentat Papam.
62 Vicarius Epiſcopi in cauſis S. Officij eſt ſubiectus Inquiſitori, nunquam tamen Inquiſitor, poteſt eſſe ſubiectus Vicario Epiſcopi.
63 Communis reputatio arbitratur Inquiſitorem digniorem Vicario.
64 Delegatus eſt maior quocumque ordinario, & quomodo.
65 Doctrina Bobadill. lib. 1. cap. 21. num. 59. declaratur.
66 Vicarius Epiſcopi præcedit omnibus, in quos poteſt iuriſdictionem exercere.
67 In quibus Inquiſitor Vicarium non præcederet.
68 Auctor ſe remittit humiliter declarationi Sacræ Congregationis.
69 Inquiſitores in concernentibus munus ſuum non ſubſunt Prælatis Ordinis. n. 70. & 71. vbi quid in concernentibus obſeruantias regulares.
72 Quid agere debeant Prælati Ordinis, ſi Inquiſitores delinquant extra munus Inquiſitionis.
73 Inquiſitores contra omnes poſſunt agere, excepto Papa, eius Nuncijs, & officialibus, & Epiſcopis, n. 74. & ſeq.
77 Inquiſitor non poteſt agere contra alium Inquiſitorem.
78 Inquiſitores poſſunt agere, etiam contra Generales ſuorum Ordinum.
79 Iuriſdictio Inquiſitorum non expirat morte Papæ.
80 Inquiſitores poſſunt ſubdelegare cauſas fidei.
81 Subdelegati Inquiſitoris non poſſunt iterum ſubdelegare.
82 De excommunicationibus latis in Inquiſitores ex Clem. 1. §. Verum, de Hæreticis, n. 83.
84 De excommunicatione lata, in Inquiſitores ex Clem. Nolentes, § & tam ipſorum, de Hæret. & num. 85. & ſeq. vbi an hæc cenſura ſit reſeruata.
87 Inquiſitores, & eorum Notarij non poſſunt excommunicari à Delegatis Sedis Apoſtolicæ etiamſi ſe obligaſſent in forma Cameræ, n. 88.
69 An Inquiſitores poſſint declarari incidiſſe in excommunicationes Papales numer. 90. & numer. 91. vbi quid in alijs miniſtris Sancti Officij.
92 Inquiſitor, & eius ſocius poſſunt ſe inuicem abſoluere à cenſuris, in caſibus, in quibus eorum ſuperiores poſſunt.
93 Inquiſitores, poſſunt percipere diſtributiones quotidianas in abſentia.
94 Inquiſitores poſſunt interpretari ſtatuta contra Hæreticos edita.
96 Poſſunt capere Hæreticos fugientes ad Eccleſias.
97 Inquiſitores ſunt immunes ab omnibus oneribus, à ſolutione quindennij & num decimis, & quibus.
98 Alia Inquiſitorum Priuilegia remiſſiue.
99 Munus Inquiſitoris finitur Morte,
100 An finiatur renunciatione.
101 Renuncians Officio, an teneatur renunciare in manibus eligentis, vel confirmantis.
102 Adeptione dignitatis incompatibilis finitur, Officium Inquiſitoris.
103 Mentio honorifica Reuerendiſſimi P. Magiſtri Ioan. Baptiſtæ à Sextula Inquiſitoris Cremonæ mox Genuæ & deinde Prouincialis vtriuſque, Lombardiæ.
104 A ſolo Pontifice, & eius Sacra Congregatione remouentur Inquiſitores.
105 In Regnis Hiſpaniarum Inquiſitores remouentur ab Inquiſitore Generali in illis partibus.
106 Remouentur Inquiſitores ob ſenectutem, infirmitatem perpetuam n. 107. vbi quod in hoc caſu Sacra Congregatio iubet aſſignari tali Inquiſitori benemerito annuam penſionem.
108 Potentiſſimus Rex noſter, Officialibus renunciantibus ſolet concedere retentionem ſalarij, & prærogatiuarum.
109 Remouentur Inquiſitores, ob imperitiam, & negligentiam.
110 Remouentur Inquiſitores, ob extorſionem pecuniarum, & n. 111. vbi quod in Regnis Hiſp. remouentur etiam, ob receptionem munerum.
112 De tranſlatione Inquiſitorum, de loco ad locum, & illius cauſis.

POST tractationem de Epiſcopis, ratio veri ordinis exigit, vt de Apoſtolicis Inquiſitoribus agamus, ſit ergo

§. I

De Origine, & Inſtitutione Sanctæ Inquiſitionis

OMiſſa origine Inquiſitionis quam ab Omnipotenti Deo, & Adam ad hæc vſque tempora deduxit Paramus *de Origine Sanctæ Inquiſitionis, lib. 1. per totum.*

Agendo nunc de ſola delegata Inquiſitione dicendum eſt, eam inſtitutam fuiſſe tempore Innocentij Papæ III. De Anno non conueniunt ſcribentes, nam Genebrardus *in Chr. lib. 4. ſæculo 13. circa annum Domini* 1212. ſic ait, *eius temporibus,* (loquens de Innocent. III.) *orta Hæreſis in Tholoſæ partibus, quam D. Dominicus mira celeritate compeſcuit,* Illeſcas *in vita eiuſdem Pontificis, lib. 5. ſua Pontificalis Hiſtoria cap. 33.* Inquiſitionis inſtitutionem

nit accidiſſe, anno Domini 1208. Paramus *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 13. dixit id fuiſſe, anno 1215. Pegn. *in direct.* 3 *p.comm.*32. verſ. *Officium Deleg. Inquiſitionis*, ait, Officium S. Inquiſitionis ſumpſiſſe exordium, circa ann. Domini 1200.

Illud certum eſt, & inter omnes conſtat Inquiſitionem Delegatam originem ſumpſiſſe temporibus dicti Innocent. III. Summi Pontificis, occaſione Hæreſis Albigenſium, quæ in partibus Tho-
3. loſæ in Gallia graſſabatur, ita omnes *ſuprà* allegati locis indicatis Azor *Inſt. Moralium, tom.* 1. *lib.* 8. *c.* 18 *Quæſito, primo*, qui alios allegat.

4. De initio autem progreſſu, & dogmatibus iſtorum Albigenſium videndus Prateolus *in ſuo Elencho omnium Hæreticorum, lib.* 1. in Verbo, *Albigenſes*, fol. mihi 18.

§. II.

De B. Dominico, primo Inquiſitore.

5. BEatum Dominicum Nobilitate Inſignem, ſed Doctrina, Sanctitate, & generoſa ſui Ordinis prole longe inſigniorem primum fuiſſe Inquiſitorem in Gallia Narbonenſi conſtitutum tradiderunt, Illeſcas, Genebr. Azor. Paramus, & Pegna *locis*, §. *prox. allegatis*, Souſa, *in Aphoriſm. Inquiſitorum, lib... cap.* 1. *num.* 1. Flau. Cherubin. *ad Conſtit.* 1. *Pij V. Schol. primo* Scacia *de Iud. Ciuilib. Criminalibus, & Hæreticalibus lib.* 1. *cap.* 64. *n.* 4. Ciacon. *in vita Innoc.* Pater Ioan. Michael Pio Bononin. *in Hiſt. Dominicana familia, lib.* 1. *cap.* 11. *per totum* Fernand. del Caſtil. *in Centurijs eiuſdem Ordinis* 1. *p. cap.* 9.

6. An autem hoc Inquiſitionis Officium fuerit huic Sanctiſſimo Patriarchæ iniunctum ab Arnaldo Abbate Ciſtercienſi Sedis Apoſtolicæ in Gallia Legato, vt ex litteris B. Dominici colligi videtur, quæ impreſſæ, habentur apud Campeg. *ad Zanch. de Hæreticis cap.* 20. & Paramum *de origine Inquiſitionis lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 6. vel potius id munus accepit immediatè à Sede Apoſtolica, vt magis contendunt Doctores ſuprà relati. Arbitror rem poſſe facili negotio componi, ſi dicamus B. Dominicum à legato quidem Sedis Apoſtolicæ fuiſſe Inquiſitorem inſtitutum, ſed ex poſt ab eadem Sanctiſſima Sede confirmatum.

7. Quantus in hoc Sanctiſſimo Viro fuerit Cath. Religionis zelus, & quanta in Eccleſia Sancta Dei merita, atteſtantur acta ipſius apud Campeg. Param. & Patrem Pio, ac tam inſigne munus, quod à Sede Apoſtolica non potuit non conferri niſi viro ſanctitate, ac Doctrina præclariſſimo.

8. Et hinc ortum habuit inueterata Romanorum Pontificum conſuetudo, munus hoc Sanctæ Inquiſitionis demandandi Patribus huiuſce inclyti Ordinis Dominicani, vt qui verè tanti Parentis filij, & virtute, & doctrina eſſe noſcuntur, eiuſdem quoque ſanctiſſimi muneris dignitate illuſtrentur.

§. III.

De Electione Inquiſitorum.

DIximus ſupra Inquiſitoris munus, in præcipuis Italiæ partibus, Patribus Dominicanis ſolere demandari, nam in Tuſcia & in nonnullis Ciuitati-
9. bus Sereniſſimis Dominij Veneti, vt Paramj Inquiſitores ſunt Ordinis D. Franciſci.

10. Olim autem eligebantur hi Inquiſitores à Generalibus, & Prouincialibus Ordinum Diuorum Dominici. & Franciſci, idque ex priuilegiis Apoſtolicis, de quibus, in Conſtitutionibus Innocentij Quarti, *Licet ex omnibus*, Alex. IV. *Olim præſentiens*, Clem. IV. *Licet ex omnibus* de quibus in Bullario S. Officij, poſt Directorium, ita Eymericus *in direct. part.* 3. *quæſt.* 3. verſ. *Regulariter tamen*, vbi Pegn. *comm.* 52. verſ. *multis vero* Azorius *inſtitut. Moral. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *quæſito* 5. Farin. *de Hæreſi, Quæſt.* 186. *num.* 30. Sanctarell. *in ſimili tractat. cap.* 40. *dub.* 1. *concluſion.* 6. *num.* 6. Zanard. *in Summ. diuin. Præceptorum, part.* 1. *cap.* 6. *de Inquiſitore* verſiculo 6. *Quæritur.* Ferdin. de Caſtro Palao *in opere Morali. tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 12. §. 1. *n.* 3. & Souſa *in Aphoriſmis Inquiſitorum lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 5.

Hodie tamen à dictis Generalibus, & Prouin-
clalibus, non eliguntur Inquiſitores, ſed immedia- 11.
tè à ſanctiſſimo Domino noſtro vel per Breue, quomodo eligi ſolent Inquiſitor Mediolani, & Genuæ, vel per literas Patentes (quod regulariter contingit) à Sacra Congregatione Eminentiſſimorum, & Reuerendiſſimorum DD. Cardinalium ſupremorum Inquiſitorum emanatas, ita omnes DD. *ſuprà* relati locis indicatis.

Quomodocumque tamen huiuſmodi Inquiſito-
res deputentur, ſiue (vt olim) à Prælatis ſui Ordinis, ſiue (vt nunc à Sacra Congregatione, vtique ſemper intelliguntur iuriſdictionem ſuam accipere à ſanctiſſimo Domino noſtro, vt cum Domino Guidone Fulcodio, *in ſua Quæſtione Quarta*, ad Inquiſitores, diximus nos ibi *in additionibus num.* 8. ex textu l. *Item eorum* §. *decuriones*, *ff. quod cuiuſcumque vniuerſitatis nomine.* 12.

Atque hæc de Electione Inquiſitorum in Italia, nam in Hiſpania, quid obſeruetur diximus ſuprà, hac ipſa parte, titulo tertio, & *in dicta quæſt.* 4. *D. Fulcodij.*

§. IV.

De qualitatibus eligendi in Inquiſitorem.

MVlta eaque non leuis momenti requiruntur in eligendo Inquiſitore quæ maioris diſtinctionis gratia ſingula diſtinctis particulis breuiſſimè ſunt explicanda.

Particula I.

De ætate Inquiſitorum.

DE hac re, eſt tex. in Clem. *Nolentes*, *de Hæreticis*, vbi expreſſè cauetur neminem poſſe in Inquiſitorem Hæreticæ prauitatis eligi niſi annum Quadrageſimum attigerit, & ita ex diſpoſitio. dictæ Clementinæ, docuerunt Eymeric. *in direct. parte* 3. *quæſt.* 2. & *ibi* Pegna 51. vbi multos refert, quibus addo ego Farin. *de Hæreſi*, *q.* 186. *num.* 46. Zanard. *in Summ.* 1. *p. cap.* 6. *q.* 12. verſ. *Tertio quod ſit ætatis*, Sanctarell. *de hæreſi, cap.* 40. *dubio*, 1. *concluſ.* 5. *num.* 5. verſ. *Hic nota*, Caſtro Palao *dicto puncto*, 12. §. 5. *num.* 14. & Souſam in Aphoriſm. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 8.

Et quamvis aliqui voluerint dictæ Clementinæ nullam poſſe aſſignari rationem, attamen verius eſt, ideo Summum Pontificem ætatem Inquiſitorum voluiſſe eſſe annorum 40. quia vt obſeruat Pegn. *dicto comm.* 51. verſ. *cæterum* in ea ætate ſolent eſſe homines prudentiſſimi.

Nec vlli mirum, videri debet ſi canones ætatem

Epiſco

Epiſcoporum ſolum voluerint eſſe annorum 30. quia Canoniſtæ communiter aiunt ideo in Epiſcopo minorum ætatem ſufficere, quia in Promotione Epiſcopi procedi ſolet, cum maximè inquiſitione, ita Abb. in cap. *Cum in cunctis*. §. 1. *num.* 6. *de electio*. & Caſtro Palao *dicto n.* 24. verſ. *Ratio verò*.

Hæc tamen quæ hucuſque diximus poterant ſibi locum vendicare temporibus illis, in quibus Inquiſitores eligebantur à Generalibus, & Prouincialibus ſuorum Ordinum.

Nam hodie quoniam eliguntur, vel immediatè à Papa, vel à Sacra Congregatione, nec Papa, nec Sacra Congregatio ligatur diſpoſitione dictæ Clementinæ, ita Farin. *dicta quæſt.* 86. *num.* 51. Caſtro Palao, *dicto num.* 24. verſ. *Notantur dixi*, Souſa *dicto n.* 8. Zanard. *loco citato*, verſ. *Et crederem etiam Sacram Cogregationem*.

Et ſic in facti contingentia annis Superioribus Sacra Congregatio deputauit, in Inquiſitore Cremonæ, Reuerendiſſimum P. Ioan. Baptiſtam à Martinengo, virum prudentia, Doctrina, modeſtia, & dexteritate nemini ſecundum, quamvis vix excederet annum trigeſimum.

Sic Caſtro Palao, Pegnin. & Farin. locis Indicatis ex Simancha *de Cath. inſtit.* 34. *num.* 12. dixerunt Inquiſitores in Hiſpania, creari ſi annum 30. compleuerint, quod ea ſpeciali Summi Pontificis conceſſione obſeruari etiam in Regno Luſitaniæ, dixit Souza in *ſæpe cit. cap.* 1. *n.* 8.

Particula II.

De ſcientia Inquiſitorum.

19. Scientiam in Inquiſitoribus requiri, probatur ex litteris Vrbani IV. & Clem. IV. incipientibus, *Præ cunctis*, apud Pegnam, *in direct. part.* 2. fol. mihi 129. *Prouidimus igitur* ibidem *ad præſens perſonas &c. & Doctrinam fundant erudita labia ſalutarem*. Eymer. *in direct. p.* 3. *q.* 1. vbi Pegn. *comm.* 50. Homobonus de Bonis, *de humana vita ſtatibus*, 1. *part. cap.* 8. *num.* 3. verſ. *Tertiò in Inquiſitore exigitur ſcientia*.

20. Addo ego inquiſitores, debere eſſe graduatos, vel in Sacra Theolog. vel in vtroque iure, vnde cum in Italia, Inquiſitores regulariter, eligantur Theologi, ait, & bene Zanardus *in ſumma dicto cap.* 6. *quæſt.* 12. verſ. *Quartò debent eſſe ſapientes*, quod ipſe ad hoc munus nullum admitteret, niſi fuiſſet Lector Sacræ Theologiæ, & ei ſtuduiſſet, & per triennium ſaltem legiſſet. Et quidem, hoc regulare eſt, in omnibus Magiſtratibus vt viris Doctis conferantur, & in aliqua publica vniuerſitate graduatis, vt bene probarunt Bobadill. plura eruditè more ſuo cumulans *in ſua Politica. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *Qual deue ſer el corregidor en la ſcientia*, per totum Simanchas *de Republica lib.* 5. *cap.* 15. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 2. *cap.* 3. *per totum* Borell. *de Magiſtratuum edictis libro primo cap.* 8. vbi de diſtinctione Sanctiſſimi Pontificis Pij V.

21. de Doctoribus, & Doctoratis, ſolebat enim, ſe Doctores præcupere, non autem Doctoratos, quæ diſtinctio eſt valde notanda, quia, vt ea Luca de Penn. *l. vnic. num.* 5. verſ. *nec omnis Doctor*. *Cod. de Athlet. lib.* 10. notauit Lotter. *de re beneficiaria in Apparatu num.* 128. non omnis Doctor, & Doctus, licet omnis Doctus, ſit Doctor, re, & opere, multi autem ſunt Doctores nomine, pauci opere.

Et ſic paſſim obſeruatur in Supremo Vrbis Tribunali, nam ſacra Congregatio ſemper demanda-

* *Carena de Offic. Inquiſit.*

re ſolet munus, hoc Inquiſitoris Magiſtris in Sacra Theologia.

Particula III.

De Prudentia Inquiſitoris.

In eligendo ad Inquiſitoris munus Prudentiam maximè eſſe neceſſariam dixerunt, idem Summi Pontifices Vrbanus IV. & Clemens IV. *in Conſtitutionibus ſuprà citatis* ibi *Prouidimus igitur ad præſens perſonas aliquas circumſpectas*, Prudentia 23.
enim eſt generalis regula, & perfectio aliarum virtutum dans eis modum, & formam, vt dixit Diuus Thom *in* 1. 2 *q.* 166. *art.* 2 *ad Primam*, *& in* 3. *ſent diſtinct.* 9. *quæſt.* 1. *art.* 1. 24.

Et quidem in omnibus Magiſtratibus, eam eſſe neceſſariam docuerunt, Bobadill. *dicto lib.* 1. *cap.* 5. *per totum*, vbi bene, & eruditè oſtendit, in quo conſiſtat hæc prudentia in Officialibus requiſita, & certè locus ille dignus eſt, qui videatur, Borell. *lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 57. Maſtrill. *dicto lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 77. *& ſeq.* Et Simanch. *de Republica c.* 1c. *l.* 5. 25.

In Inquiſitoris autem Officio exercendo, plus pluſquam neceſſariam eſſe prudentiam, late demonſtrauit Simanch *de Cathol. inſtit. t.* 34. *n.* 10. Peñ. 3. *p. comm.* 50. verſ. *Prudentia circumſpectas*, Zanard. *loco allegato*, verſ. *Primò ergo debent*. & Homob de Bonis *loco ſupra alleg. num.* 2. verſ. *Secundò Prudentia*.

Et tanti facienda, eſt prudentia in Magiſtratu, vt eligi potius debeat prudens, & minus doctus, quam magis doctus, & minus prudens, vbi ſimus in Magiſtratu annexam habente ſubditorum gubernationem, Maſtrill. *lib.* 2. *cap* 1. Bobadill. *in ſua Politica*, *tom.* 2. *in Epiſtola ad Lectorem*. 26.

Particula IV.

De vita & morum honeſtate Inquiſitorum.

Hanc quoque morum honeſtatem, & vitam religioſè inſtitutam inter qualitates Inquiſitorum numerarunt iidem ipſimet Summi Pontifices, Vrbanus IV. & Clem. IV. *in allegatis conſtitutionibus*, ibi. *Quorum honeſta conuerſatio exemplum tribuat paritatis*. 27.

Et id quidem ſumma cum ratione, quia vt legitur, Eccl. 27. *Anima viri Sancti enunciat vera*. Et Simanch. *de Republica*, *lib.* 5. *cap.* 5. ex Philone, *in libro de Legatione, ad Caium*, ait *Quod ſolet Deus bonis viris bona conſilia & Republica commoda ſuggerere*. 28.

Et ita morum honeſtatem in Magiſtratu quocumque requiri, ſicuti etiam vitæ probitatem docuerunt Borell. *de Magiſtr edictis*, *lib.* 1. *cap.* 4. *per totum* Simancha, *loco citato*, *cap.* 5. *& ſequentibus*. Maſtrill. *dicto lib.* 1. *cap.* 2. *per totum*, Bobadill. *in ſua Politica*, *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 5. & pluribus ſequentibus, vbi allegat ad hoc pulcherrimum text. *in l. Magiſtros. Cod. de Profeſſ & de Medicis*, *lib.* 10 ibi *Moribus primùm excellere debet*, *deinde facundia*. Homobonus de Bonis, *in tract. de Vita Humanæ Statibus*, 1 *p. cap.* 8. *num.* 1. verſ. 1. *vita paritate* & Zanard. *in ſumma*, *dicto cap.* 6. *quæſita* 12. verſ. *ſecundo debent*. 29.

Vitæ autem integritas & morum honeſtas conſiſtit in ſobrietate, in modeſtia Patientia, Manſuetudine, Diligentia, Clementia, acerrimo Iuſtitiæ cultu, de quibus omnibus virtutibus bene agunt, DD. *ſuprà* relati, ſed præſertim, Bobadill. Maſtrill. 30.

Borell.& Simanch *integro.lib.5.& lib.6.per totum*, vbi
31. latiſſimè probauit generaliter Magiſtratus, minimè
debere eſſe Auaros, iracundos, Affectibus ſeruientes,
voluptatibus deditos, Perſonarum acceptatores,
quod ſi talia requirunt DD. In Magiſtratibus ſæcularibus,
quid poſtea requiri dicemus in Magiſtratu
Eccleſiaſtico, coram quo grauiſſimæ Religionis
cauſæ pertractantur.

Et quamuis, ſupetuacaneum fortaſſe videatur hoc
loco apponere aliquas regulas, pro recta electione
Inquiſitorum, quia in italia ſumma cum prudentia,
& maturitate eligi ſolent à Sacta Congregatione
Eminentiſſimorum Supremorum Inquiſitorum.

Cum tamen in Hiſpania, & Luſitania, à Supremis
illorum Regnorum Inquiſitoribus deputentur
Inferiores Inquiſitores, pro illis ſaltem regnis nonnulla
notabo, quæ generaliter animaduertunt DD.
circa Officialium, & Magiſtratuum electionem, quæque
electioni Inquiſitorum, & ceterorum S. Officij
miniſtrorum erunt applicanda.

32. Primò igitur, à Magiſtratu exercendo in aliqua
ciuitate arcendi ſunt illius ciuitatis ciues, hoc indiſtinctè
obſeruat Eminentiſſimum Tribunal Vniuerſalis
Inquiſitionis, numquam enim vidi in Ciuitatibus
Inquiſitores eligi, niſi exteros.

De hoc eſt text. *l. nulli, Cod. de Officio Rectoris
Prouinciæ*, vbi hoc notant Doctores & latiſſimè probarunt
Borell *loco alleg. cap. 5. Maſtrill. de Magiſtratibus
lib.2.capitulo.7.* qui alios latiſſimè cumulant.

Poſſunt quidem, ad breue tempus Magiſtratus,
33. creare ſibi Locum-tenentes, (licet ſint ciues) vt notauit
Franc. *deciſ.* 98. vbi Additionatores Bobadill.
in ſua Politica lib. 1. cap. 12. num. 2. & ſeq. ſed
maximè, *num.* 28. Eliſeus Danza, *de Pugna Doctorum,
tit. de Officialibus in genere, cap. 6. num. 12.*
vbi, quod in facti contingentia, ita ipſe obtinuit, &
certè ſub numquam ſatis laudato Viro Illuſtriſſimo
D.Dom. Conſaluo, De Salamanca Prætore Cremonæ,
Ego fui ab eo deputatus Proiudex Maleficorum
Patriæ meæ Cremonæ, per tres menſes,
quamuis multi maleuoli reclamarent, & ferè
per integrum ſuum biennium fui L. T. D. Io. Mariæ
Pirellæ. Aduocati Fiſcalis eiuſdem Ciuitatis,
viri morum honeſtate, & ſuauitate præclari &
mecum ſtrictiſſimo Amicitiæ fœdere coniunctiſſimi

34. Secundò, animaduertunt Doctores à Magiſtratibus
maximè arcendos eſſe eos, qui illos ambiunt, inſtanter
petunt, ac medio magnarum à Principis
munificentia veluti extrahere conantur latiſſimè,
35. Bobadill. *vbi ſuprà, lib. 1. cap. 3. num. 65. & ſequentibus*,
vbi multa allegat Simanch. *de Republica,
lib. 6. cap. 15. num. 32.* vbi ait, *Hoc verò iam
vſitatiſſimum eſt, vt quò quiſque meritis minus valet,
hoc magis precibus, largitionibus, & ambitione ſe ſe
aliis proferre conatur. Atque vtinam iſthæc non plerumque
merita vincant*, Borell. *dicto, lib. 5. c. 9.
num. 35. & ſequent.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 1.
cap. 30. n. 1. & ſeq.* vbi ex Matienzo *in Dialogo
Quarto, Relatoris, & Aduocati cap. 10. num. 12.*
ait, Quod licèt poſſint officia à Principe peti, oblatis
precibus, tamen non conuenit quod eis concedantur,
adducens text. *in l. 2. circa finem ff. de origine
Iuris*, ibi, *Hadrianus, cùm ab eo viri Prætorij
peterent, vt ſibi liceret reſpondere, reſcripſit eis, hoc
non* [illegible] *ti, ſed præſtari ſolere*, additque ibi, ex Zaſio
Gothfred. *Meritis ſcilicet, non cuiuis petenti.*

Non negamus tamen, quin aliquando etiam viris
36. benemeritis Magiſtratus petentibus ſint conferendi,
vt probant allegata, à Maſtrillo *vbi ſuprà, num.6,
& ſequentibus.*

Sed dico ego, maxima cum circumſpectione cum 37.
iſtis officia poſtulantibus eſſe procedendum, quia
à communiter accidentibus conſtat, hoſce, vt plurimum
Magiſtratus poſtulantes eſſe indignos, vt
dicebant Simanca *loco ſupra relato*, & Valer. *de differentiis
vtriuſque fori*, in verbo, *Electio*, diff.
6. num. 1.

Nec hi tueri ſe poſſunt exemplo Iſaiæ, qui cap.47. 38.
ſuæ Prophetiæ, ſe obtulit Domino, illis verbis *Ecce
ego, mitte me*, quia vt latiſſimè probauit Pater Ioan.
Marquez *in ſuo Gubernatore Chriſtiano, lib.1.cap.9.
fol.mihi* 47. Ex Diuo Hieronymo *Epiſtola ſua*, 142.
Ad Damaſum, tam factum illud Iſaiæ quàm, illud
Moyſis. *Exodi c.3.* qui munus ſibi à Deo demandatum
recuſauit dicens, *Qui ſum ego vt vadam ad Pharaonem*,
eſt laudabile ſubdit tamen *Que el de Moyſen
es meior para imitado que el de Iſayas, por los
Peligros della ambicion, que ſon tales y tantos, que
hazen menor, el in conuemento de rehuzar aun, quando
el cargo viene de la mano de Dios que el de ſalirle
al camino, y pretender lo por diligentias humanas*, Omnino
autem arcendos à Magiſtratibus huius Dominij
arbitrarer eos, qui, vt dignitatibus potiantur
vtuntur opera Principum exterorum, quantumuis
cum Regia Corona confœderatorum, id enim vltra
ſupradicta ſuadet vera Politicæ ratio, ſecundum
quam Officiales nullum alium debent ſuarum dignitatum
auctorem agnoſcere quàm ſuam Regiam Catholicam
Maieſtatem. Pulcherrima ad hoc ſunt verba
cuiuſdam Inſtructionis datæ per Philippum ſecundum
Æternæ memoriæ Regem noſtrum Cardinali
de Granuela Præſidi Supremi Italiæ Conſilij,
apud Gonzal. de Auila *in ſuis, rebus memorabilibus
Mantua Carpentana, l.4. fol. mihi* 462. vbi loquens,
de Regentibus dicti Conſilij, ait, *ſe abſtengan de
eſcriuir à los Virreyes Gouernadores. Y otros en recomendacion
de parientes, amigos, criados, para que
ſean proueydos, de Officios, lo que les complire me
lo pueden ſuplicar, por que de mi ſolo, han de depender,
y recibir merced.*

Tertio animaduerto, ego, quod Officiales, ſiue 39.
inferiores, ſiue ſuperiores antequam ad Magiſtratus
aſſumerentur deberent examinari, vnde in Regno
Portugaliæ, etiam Doctores, qui ad Senato- 40.
riam dignitatem promouentur, examinantur coram
Præfecto Prætorio, vt teſtis eſt, Gama, *deciſ.*1.
num. 12. & in vrbe, Auditores ipſi Rotæ antequam
promoueantur ad Auditoratum examinati, atteſtatur
Maria, de Tribunalibus vrbis, *1. p. c. 3.* 41.
num. 6. & ſicuti Franc. Viuius *deciſ.* 270. *num.* 4.
& 3. & Franc. de Leonardis *in tit. de electione Officialium*,
c. 2. n. 6. dixerunt, quod neceſſaria erat
in Regno Pragm. ſpecialis ſuper hoc, quæ poſtea 42.
Summa Potentiſſimi Regis noſtri prudentia emanauit,
ſub die 12. Iulij 1630. Mantuæ Carpentanæ,
quæ fuit cœpta executioni mandari Neapoli, die 28.
Iulij 1631. vt notauit Eliſeus Danza in ſuis Conſiderationibus
ponderatis, ad dictam Pragmaticam.
Ita, & nos, in noſtro inclyto Dominio Mediolani 43.
poſſumus exclamare, Vtinam, vtinam ſimilis pragm.
à Domini noſtri Regis benignitate etiam pro ſtatu
iſto, ſi enim officiales rigoroſè examinarentur,
vtique non eſſet tam infinitus numerus iſtorum
prætendentium, melius iuſtitia adminiſtraretur, & tutiori
conſcientia Principes magiſtratus prouiderent.

Quartò, maxima diligentia vti debent Principes 44.
in electione Magiſtratus, ſtrictiſſimam de hac re
Deo reddituri rationem, & circa hoc multa
notauit Bobadill. *dicto capite tertio, numero ſeptimo,
& ſequentibus & numero decimo octauo*, refert
inſignem,

45. inſignem, & Religione & Doctrina Epiſcopum Se-
gobienſem, Didacum Couar. Supremi conſilij Ca-
ſtellæ Præſidem conſueuiſſe, vt ingenia eorum, qui
Magiſtratus poſtulabant examinaret, eos ad pran-
dium inuitare, vt ex his, quæ debita cum modeſtia
poſt prandium agebantur, & tractabantur cuiuſque
genium, & capacitatem intelligeret, ſemper au-
tem præ oculis habere debent ij, ad quos ſpectant
huiuſmodi electiones verba Potentiſſimi, & Religio-
46. ſiſſimi, numquam delendæ memoriæ Philippi Regis
III. qui dum in ſius vltima infirmitate morti iam
proximus interrogatus fuiſſet à Patre Hieronymo
de Florentia Religioſo Societatis IESV, quomodo
ſe geſſiſſet, circa prouiſionem Magiſtratuum, reſpon-
dit, *Sabe Dios que en todo lo que mande, entendia,
que acertaua, y que ſe hazia lo mejor,* vt refert Gon-
zal. de Auila, *in Theatro Matrit fol.* 331.

47. Quintò ego Inquiſitores non promouerem ad
hoc tam inſigne munus, niſi in hoc Sancto Officio
alias muneribus inferioribus fuiſſent honorificè
functi, vtpotè, quia fuerint Vicarij S. Officij, Con-
ſultores vel aduocati Fiſcales, tunc enim æquum eſt,
vt Officiales qui minores Magiſtratus cum laude
geſſerunt ad maiores promoueantur, Capiblanc. *in
48. ſuis ſingularibus poſt eius tract. de officio Baronum,
num* 210. *& ſequent.* vbi refert, Comitem Lemen-
ſium Proregem Neapolitanum, occaſione cuiuſ-
dam iuriſconſulti qui maiores Magiſtratus poſtula-
bat, cum tamen minores numquam exercuiſſet, re-
ſpondiſſe, Nefas ſit, *vt maiora exerceat, qui minora
non didicit.*

§. V.

An Theologi, vel Iuriſconſulti ſint in Inquiſitores eligendi.

49. PAtet Diana *reſolutionum Moralium, p. 4. tract.*
8. *reſol.* 52. poſt Simanc. *de Cathol. inſtit. tit* 41.
num. 3. & Scacc. *de iud. lib.* 1. *c.* 87. *n.* 10. voluit Inqui-
ſitorem potius debere eſſe Iuriſconſultum quàm
Theologum, & ita in Hiſpania obſeruatur, & in
Inſula Melitenſi, Azorius, *inſtit Moralium, tom.*
1. *lib.* 8. *c.* 18. *Quæſito* 5. verſ. *Mihi quamuis Theologo,*
idem ſentire videtur.

Pater Zanardus, *loco ſupra ſæpiùs allegato* ſentit,
in Inquiſitore magis Sacram Theologiam quam ius
requiri, & ita in Italia Inquiſitores eliguntur Theo-
logi, coram quibus cauſæ fidei, tam accuratè, & ritè
pertractantur, ac poſſint coram quocumque quam-
uis Iuriſconſultiſſimo viro agitari.
50. Ego cum Peña, 3. *p. comm.* 50. Tam Italiæ, quam
Hiſpaniæ conſuetudines circa hoc laudabiles arbi-
tror, & vnamquamque in ſua prouincia ſequendam.

§ VI.

De titulo Reuerendiſſimatus, debito Inquiſitoribus.

51. TItulum Reuerendiſſimatus Inquiſitoribus debe-
ri dixit, & bene, Lud. à Paramo *de origine, S.
Inquiſit. lib.* 3. *q.* 9. *n.* 23. *&* 24.
52. Quia, ait Paramus, ſunt delegati Summi Pon-
tificis, & quidem in cauſis maioribus, & illius locum
tenent, cuius perſonam repræſentant, cap. præci-
pimus, 95. diſt.
43. Addit Paramus, titulum Reuerendiſſimatus, de iure
debitum eſſe Epiſcopis, *vt in l in contractibus, § in
omni vero tempore, Cod. de non numerata pecun* ibi,
per virum Reuerendiſſimum Epiſcopum, igitur idem
titulus erit debitus Inquiſitoribus, qui in cauſis fidei
à Summo Pontifice delegati dicuntur aſſumpti, quo
ad iuriſdictionem, ad præcipuam partem muneris
Epiſcopalis, vt vidimus *in Annotationibus ad Quæ-
ſtionem Tertiam. D. Guidonis Fulcodij, n.* 8.

Et tantò magis hic titulus debetur Inquiſitoribus, 54.
quia in his cauſis fidei, & ſunt delegati, ad vniuer-
ſitatem cauſarum, & ſunt maiores quocumque Or-
dinario, vt probant DD. in cap. *Sane il* 2. vbi Mo-
dernus Barboſa, de Officio delegati, & dixi ego in
Annotatione, *ad primam quæſtionem, D. Guidonis Ful-
codij, n.* 14. *& pluribus ſequentibus.*

Et cum hic titulus nunc indiſtinctè tribuatur Vi- 55.
cariis Epiſcoporum, qui longè inferiores ſunt In-
quiſitoribus, in cauſis ad Sanctum hoc Tribunal
ſpectantibus, maximum eſſet abſurdum eum denega-
re Inquiſitoribus.

Neque his obſtat, quod Sacra Congregatio, in li- 56.
teris, quas Inquiſitoribus ſcribit, ſoleat eis tribue-
re tantummodo titulum Reuerendi vel multum Re-
uerendi, quia ex hoc non licet arguere, quod titulus
Reuerendiſſimi eiſdem non debeatur, nam aliud eſt
loqui de Inquiſitoribus, in ordine ad Sacram Con-
gregationem aliud in ordine ad ſibi ſubditos, vel
etiam alios quibus non ſubſunt Inquiſitores ita ad
ſimile argumentum pro March. Soncini, reſpondet
Menoch. *conſ.* 302. *n.* 46. *vol.* 3.

§. VII.

De præcedentia, inter Inquiſitorem, & Vicarium Generalem Epiſcopi.

NOn eſt dubium, quin Inquiſitores præcedere 57.
debeant Vicarium Generalem Epiſcopi, in cau-
ſis hæreſis, ita enim etiam (vltra allegata per nos *in
dicta quæſt.* 1. *D. Guidonis Fulcodij. n.* 15. *& ſequent.*)
paſſim videmus obſeruari in S. Officio.

Sed affirmare etiam non dubitare, eandem præ-
cedentiam iam deberi Inquiſitoribus ſupra Vicarios
Generales Epiſcoporum extra actus, & cauſas Sancti
Officij, quod probatur.

Primò, quia præcedentia debetur habenti maio- 58.
rem dignitatem, Frecc *de ſubfeudis lib.* 2. tit. *Quis di-
catur Dux. n.* 46. Cyriacus *contr. forenſ. tom.* 2. *controu.*
201. *n.* 73. Fabius de Aona *conſ.* 40. *num.* 14.

At Inquiſitor maiorem habet dignitatem, quam 59.
habeat Vicarius Epiſcopi, igitur Inquiſitori debetur
præcedentia.

Minor probatur, quia Vicarius Epiſcopi dicitur in
dignitate rationis iuriſdictionis, vt bene probauit, Al-
zedo *in Praxi Epiſcopali p.* 2. *c.* 7. *n.* 7. *&* 8. at in In-
quiſitore maior eſt iuriſdictio abſolutè, quia eſt de-
putatus ad cauſas maiores, ad quas non ſe extendit
Iuriſdictio Vicarij ſimpliciter conſtituti, quia vt pro-
babimus, in tit. *de Vicariis Generalibus Epiſcoporum,*
ipſi non poſſunt cognoſcere cauſas hæreſis, niſi ad
eas expreſsè ab Epiſcopis deputentur, igitur Inquiſi-
tor, dicitur habere maiorem dignitatem.

Secundò, quia iuriſdictio Inquiſitoris eſt, plus in 60.
iure priuilegiata, quam iuriſdictio Vicarij, hæc
enim ſimpliciter ordinaria eſt, Abb. cap. *Ex tua, de
officio Vicarij,* & nos *infrà* latè, *titulo ſequenti,* §. 1.
Et iuriſdictio Inquiſitoris, quamuis ſit delegata, atta-
men habet omnia priuilegia, & prærogatiuas (de-
ductis omnibus imperfectionibus) iuriſdictionis

 ordinariæ,

ordinariæ, vt bene demonſtrat Ferd. de Caſtro Palao, *tract.4.diſp.8. punct.* 12. §. *num.*1. P. Diana, qui alios cumulat, *reſol. Moral.p.4.tract.* 8. *reſol.* 1. Et Iuriſdictio Vicarij, mortuo Epiſcopo expirat, Alzedo alios allegans *dicto*, *cap.*2.*n.* 26. Iuriſdictio autem Inquiſitoris non expirat morte Papæ Farin. *de Hæreſi*, *q.*186.*n.* 20. & Caſtro Palao *dicto punct.* 12. §.2.*n.*16. qui alios allegant. At quibus lex magis fauet, debetur præcedentia reſpectu eorum, quibus lex minus fauet, vt in ſimili arguit Cyriacus *dicta controuerſ.*101 *n.*150. vbi probat eum debere præcedere cui princeps magis fauet.

61. Tertiò, quia Inquiſitor repræſentat Papam, vt dicebam §. ſuperiori, & Vicarios Epiſcopi, ſolum Epiſcopum, vnde in hac repræſentatione Epiſcopi fundantur omnes DD. qui pro præcedentia Vicarij, ſupra Archidiaconum, ſcripſerunt, vt videre eſt, ex Gratiano qui plures allegat. *Diſcept. Forenſ. tom.* 1. *cap.* 111. *ferè per totum*, igitur etiam ratione repræſentationis, præcedentia debetur Inquiſitori.

62. Quartò, quia Vicarius Epiſcopi eſt ſubiectus iuriſdictioni Inquiſitoria, in cauſis ad Tribunal S. Officij ſpectantibus, cum iuriſdictio Inquiſitoris extendatur contra omnes, qui ab ea ſpecialiter non reperiuntur exceptuati, vt infrà videbimus, ſoli autem Epiſcopi reperiuntur exceptuati, Barboſ. *de Officio Epiſcopi, p.*3.*alleg.*112.*num.*13. *& ſeqq.* non autem Vicarij. Vicarij autem in Inquiſitores nullam omnino habent iuriſdictionem, igitur ratione iſtius præeminentiæ, & iuriſdictionis habitualis, in Vicarios Epiſcopi, Inquiſitores eos præcedere debent, & cum in quocumque loco interueniant Inquiſitores, ſemper ibi ſint cum hac qualitate iuriſdictionis, etiam in quocumque loco eis erit debita præcedentia, & hoc argumenti genere vſus fuit, R.P.D. Cantucius Epiſcopus Lauretanus, *in ſuo voto in cauſa Florentina Prælationis, inter Vicarium, & Canonicos dictæ Eccleſiæ, impreſſo apud Gratian. dicto c.* 111. *n.*78. vbi videatur.

63. Quintò, quia communiter hominum reputatio arbitratur digniorem Inquiſitorem, Vicario Epiſcopi, quia illius iuriſdictio à Papa iſtius verò ab Epiſcopo dependet, & dignior dicitur qui à digniori conſequutus eſt dignitatem, Cyriac. *vbi ſuprà, n.*6. Menoch. *conſ.*51. *n.*29. Communis autem reputatio in materia præcedentiæ, multum eſt attendenda, Dom. Cantuc. *vbi ſuprà, n.* 74. qui alios cumulat, quibus addo ego Cyriac. *dicta controu.* 101. *n.* 151. Sanctæ memoriæ Greg. XV. *deciſ.*482. *&* 411. vbi Beltram. *in Additionibus n.*5. verſ. *& etiam attenditur communis reputatio.*

64. Non obſtant, quæ dicunt DD. in Rubr. de Officio Iudicis delegati. Quod delegatus eſt maior quocumque ordinario, ſecundum quid, id eſt, in cauſa delegata, non autem ſimpliciter, D. Cantucius *in ſuprà allegato voto, n.* 65. *& ſeq.* qui latiſſimè alios cumulat. & *num.*71. vbi ex Bcto & aliis reprehendit Decium, qui *in dicta Rubr. de Officio delegati*, contrarium tenuit.

Quia DD. omnes *ſuprà* allegati à D. Cantucio loquuntur in delegato, in vna cauſa particulari, contra certas perſonas, nos autem verſamur in delegato ad vniuerſas cauſas hæreſis & ſuſpicionis eiuſdem contra omnes & quaſcumque perſonas, & ipſoſmet Vicarios Epiſcopi Generales, quo caſu ſaltem ratione iſtius Superioritatis, quæ inſeparabilis eſt ab Inquiſitore, quæque non poteſt conſiderari in caſibus in quibus præcitati DD. loquuntur, neganda minimè eſt præeminentia Inquiſitorum ſuprà Vicarios Epiſcopi Generales.

Et eodem modo, tollitur, Doct. Bobadill. qui in ſua Politica, *lib.*2 *cap.*2. poſtquam firmauit *num.*59. quod delegatus Principis, eſt maior Ordinario, *n.*61. ait: *Eſta Maioria del Iuez delegado, no es para preceder al Corregidor, ni a ſu teniente en los aſſientos,* Quia traditio hæc procedit tantummodò in delegato à Principe in vna cauſa particulari, non habente ſupra ordinariũ iuriſdictionẽ, nec actu, nec habitu. 65.

Vnde ad propoſitum noſtrum, bene ait Sarmient. *ſelectarum interpret. iuris*, *lib.* 7. *c.* 17. *num.* 4. verſ. *ſed verius eſt*, Vicarios Epiſcoporum, Canonicis, & omnibus aliis, in quos Iuriſdictionem exercere poſſunt (*ſaltem in habitu*) in aliquo caſu exercere Iuriſdictionem in alium, ſi ipſe in illos nullo caſu eam poſſit habere, vtique ipſo ſuperiores ſunt cenſendi. Neque obſtat ſi dicatur priorem in Proceſſionibus, præcedere Inquiſitorem, quia cùm ibi Inquiſitor interueniat, vt ſimplex Religioſus, non eſt mirum ſi etiam ipſe ſub capite, & Priori cui ſubeſt incedat, vt in ſimili videmus in Vicario Epiſcopi, ſi enim vt Canonicus incedat cum Capitulo, vtique Archipreſbyter, & dignitates eum præcedunt, vt ex declarationibus Sacræ Congregationis apud Barboſ. in Collectanea Bullarij, in verbo, *Vicarius, quoad præcedentiam*, cum tamen, ſi vt Canonicus non incedat, omnibus dignitatibus præcedat, ex eiſdem S. C. declarationibus. 66.

Atque hæc arbitror procedere in ſeſſionibus, & actibus indifferentibus, nam ſi Vicarius Epiſcopi ſederet in Synodo cum ſuis Clericis, vti eorum caput tunc cenſerem Inquiſitores nullo modo poſſe, nec debere eum præcedere argumento eorum, quæ mem. D. Cantucius, ſæpè citato voto ſuo dixit, *n.*41. vbi probauit Vicarium Epiſcopi qui regulariter præcedit Archidiaconum, eum tamen non præcedere in actibus ad Archidiaconum ſpectantibus. Hæc tamen ſubmiſſa ſemper intelligantur quicumque nutui Eminentiſſimæ Cõgregationis S. Officij de Vrbe. 67.

§. VIII.

De Inquiſitoribus in ordine ad Prælatos, ſui Ordinis.

CErtum eſt hodiernis temporibus, Inquiſitores in ſpectantibus ad Officium Sanctæ Inquiſitionis minimè ſubiectos eſſe Prælatis ſui Ordinis, ſed ſolis Supremis Inquiſitoribus Eminentiſſimis, ita Peña *in* 3.*p.comm.*50. verſ. *hoc autem priuilegium*, vbi id à Summis Pontificibus ſtatutum ait, vt Sanctum Officium in cauſis ad illud ſpectantibus liberè, & abſque vllo impedimento poſſet procedere, Peirin. *ad Priuilegia Minorum. com.*1. *Conſtit.*4. *Sixti IV.* §. 11.*n.*49. P. Diana *p.*4 *reſol.*53.*tract.*8. 68.

Quo verò, ad alia non ſpectantia ad hoc Tribunal, vtpote concernentia obſeruantiam regularem, vtique ſubſunt Prælatis ordinum ſuorum, & ab eis de iuris rigore poſſunt puniri, ſi delinquant, dummodò pœnas non imponant, quæ munus Sanctæ Inquiſitionis poſſint impedire, ita Zanard. *dicto cap.* 6 *ſæpe allegata*, *quæſt.*43. Sanctarell. *de hæreſi. cap.* 40. *dub.* 1.*num.*7. Peirin. *loco alleg.* verſ. *ſi verè delinquant.* Rodriq. *quæſt. Regularium*, *tom.* 2. *q.* 81. *art.* 5. Homob. de Bonis, *de Humana vita ſtatibus*, 1. *p. cap.*8. *n.* 3. verſ. *At in his quæ Religionis ſtatum.* 69.

De Æquitate tamen, tutius omnino arbitrarer, quod etiam in delictis ab Inquiſitoribus commiſſis extra officium, ſuperiores aſſumerent informationes, 70.

tiones,& eas ad Sacram Congregationem tranſmitterent, ab eoque Eminentiſſimo Ordine, reſponſum expectarent, ita Farin. *q.*186.*n.*132. Caſtro Palao *dicto punct.*12.§.2.*n.*23. & Pater Diana *Reſol. Moral. p.*4.*tract.*8.*reſol.*53.verſ. *Sed difficultas eſt*,

§. IX.

An Inquiſitores contra omnes poßint procedere.

73. INqniſitores contra omnes, & quoſcumque quauis dignitaſe illuſtres procedere poſſunt, niſi expreſsè à iure reperiantur exceptuati, id latè probauimus in alia parte, *in tit. de obligatione denunciandi, in explicatione Edicti Inquiſitoris*, & vltra ibi allegata, id etiam docuerunt, Ferd. de Caſtro Palao, *dicto punct.*12.§.2.*num.* 5. Souſa *Aphoriſm. Inquiſitorum. lib.* 1. *cap.* 4 *num.* 1. Zanard. *dicto cap.*6. *quaſt.* 19. Molin. *de Iuſt. & Iure tract.* 5.*tom.* 6. *diſp.* 28. *num.* 18.

74. Exceptuati autem in Iure dicuntur. Primo Papa, quamuis, enim alibi probauerimus Papam non poſſe eſſe hæreticum, neque vllum Romanum Pontificem vmquam de facto talem fuiſſe, attamen dato per impoſſibile hoc inconuenienti, Inquiſitores non poſſent contra eum procedere, ita Zanard. *vbi ſuprà, quaſtion.* 20. & Pater Diana, *dicto tractat.* 8. *reſolut.* 58.

75. Secundò, exceptuantur Epiſcopi, contra quos, ob Eccleſiaſticæ dignitatis culmen Inquiſitores nequeunt procedere, iuxta diſpoſitionem textus *in cap. Inquiſit. de Hareticis, in* 6. Mol. *dicta diſp.* 28. *n.* 19. Caſtro Palao, *dicto* §. 2.*num* 6. Souſa *in alleg. cap.* 4. *num.* 4. Sanctarell. *de hereſi, cap.* 40. *dub.* 3.*n.*16. verſ. *Quamuis autem*, qui alios allegant, & id limitant, vt non procedat ſi Epiſcopus eſſet hæreticus manifeſtus, & ſuſpectus de fuga, prout etiam (aiunt) in hoc caſu non prohiberi Inquiſitorem ſecretas aſſumere informationes, vt eas ad Supremum Tribunal tranſmittat.

76. Tertiò, exceptuantur Nuncij, & Officiales Sedis Apoſtolicæ, Extrauaganti, *Cum Matthaus, de hereticis*, cum alijs DD. cumulatis à Diana *dicto tract.* 8. *reſol.* 24. Souſa *de confeſſ. ſollicit. tract.* 2. *c.* 3. *num.* 1. & 2. *in Aphoriſm. dicto cap.* 4. *num.* 3. ac Sanctarell. *dicto num.* 16. verſ. *Nec item poſſunt Inquiſitores*.

77. Quartò, neque poterit Inquiſitor contra alium Inquiſitorem procedere, quia par in parem, non habet Imperium, ita Diana, *vbi ſupra, reſol.* 15. Souſa *dicto cap* 4. *num.* 6. & Sanctarell. *num.* 19. verſ. *Nec etiam alter Inquiſitor*, Caſtro Palao *dicto* §.2.*num.*8.

78. His autem exceptis perſonis, contra omnes, & quaſcumque alias perſonas procedunt Inquiſitores, Souſa, *cap.* 4. *num.* 8. etiam exemptas Cochier *de iuriſdictione ordinarij in exemptos, p.*2.*q.*45.*num.*58. Etiamſi ſuorum Ordinum eſſent generales, quia, quamuis habeant in ſubditos iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, attamen non poſſunt gaudere beneficio, *cap. Inquiſitores de Haret. in* 6. quia loquitur ſpecitice de ſolis Epiſcopis, ita Freitas ad Roderic. *de Confeſſ. ſollicit. quaſt.*12.*n.* 20. Quidquid in contrarium Peirin. & alij cum Diana voluerint, *Reſol.*23. eorum enim dicta cenſeo ego procedere poſſe ſola æquitate inſpecta.

§. X.

An iuriſdictio Inquiſitoris expiret morte Pontificis.

79. CErtum eſt, quod Iuriſdictio Inquiſitoris non expirat morte Summi Pontificis, nec in Hiſpania, morte Inquiſitoris Generalis, textus de hoc eſt, in cap. *ne aliquis de hereticis, in* 6. & ratio deciſionis illius textus eſt fauor fidei, ita Ferd. de Caſtro Palao, *dicto* §. 2. *num.*16.& *n.* 17. vbi diſpoſitionem illius text. ampliat etiamſi Inquiſitor eſſet conſtitutus ad beneplacitum, Diana *dicto tract.*8. *reſol.*19. Souſa *in Aphoriſm. cap.*2. *num* 3.*lib.*1. & Sanctarell. *de Hereſi cap.* 40. *num.* 8. Qui extendit, id etiam in Inquiſitoribus, à Sacra Congregatione electis.

Durat autem hæc iuriſdictio non ſolum in cauſis cœptis, ſed etiam in non cœptis, vt ad literam, in dicto textu decidit, Summus Pontifex, & ibi notarunt Canoniſtæ.

§. XI.

An Inquiſitores poſsint cauſas fidei ſubdelegare.

80. CVm Inquiſitores in cauſis fidei, ſint Delegati Summi Pontificis, vtique poſſunt cauſas fidei ſubdelegare, ex Regula iuris, quod delegatus Principis poteſt ſubdelegare, cap *Super quaſtionem, de Officio delegati* Barboſ. Senior. *l. quia tale n.*47. *ff. ſol. matr. & l. cum Prator.*§.1 *num.*185. & *ſeq.* de Iudic. & in indiuiduo Inquiſitoris, id docuerunt, Mol. *dict. diſp.* 28 *n.*8. Diana *reſol.*28.*p.*4.*tract.* 8. qui alios allegat, quibus addi poteſt Caſtro Palao, *dict.*§.2.*n.*12.

81. An autem iſte ſubdelegatus poſſit alium ſubdelegare, dicendum eſt, quòd non, cum Mol. *vbi ſuprà*, Caſtro Palao *ibid.n.*13. Peña *comm.* 64. verſ. *Comm. enim opinio in* 3. *p.* & aliis apud ipſos, aliàs enim, vt dicebat Ioan. Andr. in cap. *is cui, de Officio delegat. in* 6. daretur proceſſus in infinitum, quia, & ſecundus, ſubdelegatus poſſet tertium ſubdelegare, &c.

§. XII.

De excommunicationibus à iure, & Apoſtolicis Conſtitutionibus, in Inquiſitores latis.

IN quatuor potiſſimum caſibus notant DD. incurri ab Inquiſitoribus excommunicationem, & quidem Papæ reſeruatam.

82. Primus caſus eſt, ſi Inquiſitores omiſerint procedere in hæreticos, vel de hæreſi diffamatos, ſeu ſuſpectos, idque odij, gratiæ, vel amoris, lucri, aut commodi temporalis obtentu, legitur, hæc excommunicatio in Clem. 1.§. *verum de hereticis*, & de ea agunt Eymericus *in direct. p.*3.*q.*114. Peña *ibi comm.* 73. Syluester *in Summ in verbo excomm.*7.*num.* 29. Suar. *de Cenſuris diſp* 31.*sect.*5.*n* 16. Sayr. *lib.*4.*c.*12. *n.*50. Filiucc. *Inſtit. Moral tract.* 17. *n.* 153 Bonacin. *de cenſuris in ſpecie, diſp.* 2. *q.*7. *punct.*1. Zanard. *in ſumma dicto cap.*6. *quaſt.* 47. verſ. *Deinde primo*, & Sanctarell. *de hereſi. cap.* 40.*num.*21.

83. Secundus caſus eſt, ſi alicui crimen hæreſis falſo impoſuerint, aut dixerunt eum Sanctum Officium impediuiſſe, qui reuera illud non impediuit, & hæc eadem excommunicatio habetur in ea ipſa Clem. 1. §. *verum, de heret. ibi, aut obtentu eodem*, quam latè explicarunt

explicarunt DD. omnes ſupra relati quibus addi
poſſunt Diana, *reſol. moral. part. 4. tract. 8. reſol.* 37. &
84. Henriquez *in Summa lib.* 14. *c.* 38. *n.* 3.
Tertius caſus eſt, cum illicitis modis prætextû of-
ficij pecunias extorquent. & hæc cenſura habetur in
Clem. *Nolentes*, §. *Et tam in ipſorum, de hæreticis*,
& eam declarant, ibi Canoniſtæ, præſertim verò
Cardinalis Zabarella vbi ait nomine pecuniæ in
dicta Clement. venire quidquid eſt pecunia æſti-
mabile Tolet *in Inſtr. Sacerd. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 11.
Zanard. *in Summ. loco alleg.* verſ. *Secunda excom-
municatio lata ſententia*, Suar. *de cenſuris. diſput.* 23.
ſection. 5. *num.* 24. *& ſequent.* vbi quod hæc excom-
municatio non incurritur ab Inquiſitoribus, niſi
copulatiuè interueniant, *Extorſio, modus illicitus*, &
prætextus officij, Bonacina *de cenſuris in ſpecie, diſp.* 2.
quæſt. 5. *punct.* 10. Filliuc. *in quæſt. Moralibus tract.*
14. *cap.* 10. *quæſito* 3. *num.* 169. & Syluest. *in Sum.* in
verbo *excommunicatio* 9 *n.* 81.

85. Quartus caſus eſt in quo ab Inquiſitoribus ex-
communicatio incurritur, ſi bona Eccleſiarum ob
Clericorum delictum, fiſco etiam Eccleſiaſtico ap-
plicarent, ita habetur in eadem Clement. *Nolentes*,
§. *Et tam.* verſ. *nec ſcienter attentent*, & hanc cenſu-
ram latè declararunt Doctores ſuprà proximè al-
legati.

86. Animaduertendum tamen eſt, quod hi duo vl-
timi caſus non continent cenſuram Papæ reſerua-
tam abſolutè, ſed ſolum (verba ſunt textus) *Donec
illis à quibus extorſerint plenè ſatisfecerint.* Vnde
facta ſatisfactione cenſura ampliùs non manet re-
ſeruata, vt notant Suar. *num.* 27. Bonacina *num.* 7. *locis
indicatis.*

In duobus tamen non ſequor ſententiam Suarez
loco allegato.

Primo in eo, quod vult clauſulam illam, *donec,
&c.* referri tantummodò ad tertium caſum ſuprà re-
latum, tum quia clauſula illa ponitur poſt vtram-
que cenſuram, ergo vtramque comprehendit. Tum
quia ſcienter bona Eccleſiæ applicans fiſco alterius
Eccleſiæ ob delictum Clerici dicitur pecunias ex-
torquere, vel bona, & ita tenuerunt Sayrus *de
Cenſuris, lib.* 3. *cap.* 34. *n.* 27. Nauarr. *in manuali. c.* 27.
num. 141.

Secundò in eo quod vult cenſuram hanc ma-
nere reſeruatam etiam ſi Inquiſitor, qui pecuniam
extorſit non poſſit reſtituere, nam quod imo ſtan-
te impotentia à quocumque poſſit Inquiſitor abſol-
ui, dixit Ioann. Andreas in dicta Clement. *Nolentes*,
Syluest. *loco allegato num.* 81. verſ. *Sed intellige*, Nauar.
loco prox. cit. Bonif. de Vitalinis *in dicta Clem. n.* 92.
Farin. *quæſt.* 186. *num.* 142.

§. XIII.

De variis priuilegiis Inquiſitoribus, in iure conceſſis.

VAria priuilegia in iure, & Apoſtolicis con-
ſtitutionibus à Summis Pontificibus fauore
fidei conceſſa fuerunt, ego præcipua ſolum breuiter
recenſebo, nam multa alia, ex aliis huiuſce operis
partibus colligi poſſunt.

87. Primò igitur Inquiſitores non poſſunt excommu-
nicari, a delegatis Sedis Apoſtolicæ, prout nec No-
tarij Inquiſitorum abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ
licentia faciente mentionem huiuſce Priuilegij, ita
cauetur in Conſtit. Vrb. IV. Incip. *Vt Inquiſitoris.
impreſſa apud Eimericũ in directorio, p.* 2. *f. mihi* 132.
& in aliis Conſt. Apoſtolicis alleg. à Pegn. *comm.* 70.
verſ. *Conceſſit Vrbanus, p.* 5 vbi ait hoc priuilegium
extendi etiam ad Inquiſitores qui ſe obligauerunt
in forma Cameræ Apoſtolicæ, Zanard. *in Summ.* 88.
dicto cap. 6. *quæſt.* 46. vbi vlteriùs ampliat, vt nec
inquiſitores poſſint declarari incidiſſe in excom-
municationem Papalem, quia etiam in hoc caſu mi- 89.
litat ratio allegatarum conſtitutionum.

Quamvis in contrarium, vrgere videatur Doctri-
na Zabarellæ, Gemin Imolæ, Felini, Gambar. & 90.
Henriquez apud Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali
Neapolitana, cap.* 59. *num.* 1. qui volunt Religioſos
exemptos habentes priuilegium à Sede Apoſtolica,
quod non poſſint excommunicari ab Epiſcopis, poſ-
ſe ab eiſdem Epiſcopis declarari incidiſſe in excom-
municationem Papalem, & ibi ait Genuenſ. ita Cu-
riam Archiepiſcopalem Neapolitanam decidiſſe &
& idem, Genuenſi non relato, tenuit etiam Peirin.
ad Priuilegia Minimorum tom. 1. *conſtit.* 2. Sixti IV.
§. 10. *num.* 13. 91.

An autem hoc Priuilegium comprehendat Mini-
ſtros S. Officij. Peña, *vbi ſuprà* arbitratur, quod
ſic: ego conſtanter idem affirmo, ſaltem, quo ad
Aduocatum Fiſcalem, quia eſt miniſter intimus, &
neceſſarius, S. Officij, & ſine quo cauſæ S. Offi-
cij non expediuntur, vnde cum in eo militet eadem,
imo & maior ratio, quam in ſimplici Notario, &
conſtitutio ſit fauorabilis, dicendum eſt in caſu no-
ſtro militare omnes regulas, quas pro legum exten-
ſione conſiderare ſolent, Doctores de quibus apud
Farin. *in Fragm. Crimin.* 1 *part. poſt tractat. de furtis*,
in verbo *Extenſio, num.* 50. Oſalch. *deciſ. Pedem.* 21.
num 8. *&* 9.

Secundò Inquiſitores, & eorum ſocij poſſunt ſe
inuicem ab excommunicatione abſoluere in caſi- 92.
bus in quibus poſſunt ab eorum ſuperioribus ab-
ſolui, ita decreuit Vrbanus IV. in Conſtitut. Incip.
vt negotium fidei. impreſſa *in direct. part.* 2. *fol. mihi*
131. vbi etiam in caſibus prædictis conceditur ipſis
facultas ſeipſos diſpenſandi in irregularitate, Ey-
mericus *in Director. part.* 3. *q.* 23. Peña: *ibid. com.* 72.
vbi ait hoc eſſe magnum priuilegium inquiſitorum,
Zanard. *loco alleg.* verſ. *Tertiò nota.*

Tertio, poſſunt Inquiſitores, & eorum miniſtri
in abſentia, percipere diſtributiones quotidianas, 93.
ac ſi eſſent præſentes, id eis indultum fuit variis
Rom. Pontificum conſtitutionibus relatis à Sancta-
rel. *Variarum reſol. lib.* 1. *q.* 11. *n.* 5. Barboſ. *de Canoni-
cis, cap.* 24. *n.* 2. & in Summa Bullarij, in verbo In-
quiſitores hæreticæ prauitatis *in fin.* vbi, quod ita
Sacra Congregatio declarauit, in Inquiſitoribus
Hiſpaniarum, ex priuilegiis ipſis conceſſis. Royas
ſing. 96 *n.* 1. *& de hæret. n.* 420. vbi teſtatur de litteris
Pauli III & Pij V & allegat *c. fin. de Magiſtris c.
tua. c. de cætero c. cum dilectus de Cleric. non reſid.*
Aduerte tamen benigne lector, quod in manuſcri-
ptis recolendæ memoriæ Eminentiſſimi D. Cardi-
nalis Campotei, qui fuit vnus ex Cardinalibus S.
Officij, & S. Conſilij, reperi annotatum: Quod ſacra
Congregatio Conſilij, & S. C. vniuerſalis Rom.
Inquiſitionis tenet oppoſitum, videlicet inquiſito-
res non gaudere diſtributionibus niſi reſideant, vn-
de in Italia occurrente hac controuerſia, ad haſce
ſacras Congregationes recurrendum eſſet.

Quartò poſſunt Indulgentiam 20. vel etiam 40.
dierum concedere omnibus audientibus eorum con- 94.
cionem occaſione Actus fidei, Id Inquiſitoribus
conceſſerunt plures Summi Pontifices de quibus
Eymericus *in Directorio.* 2. *p. q.* 127. & Peña, *ibi comm.*
176. ac Zanard *dicto c.* 6. *q.* 42.

Quas verò indulgentias lucrentur Inquiſitor, &
Miniſtri

Miniſtri S.Officij tam in vita, quàm in morte videatur Eymericus, *vbi ſuprà, quæſt.* 129. *&* 130. & *ibi* Peña *comm.* 178. *&* 179. ac Zanard. *dicta q.* 42. verſ. *Secundò ſupradicti.*

95. Quintò, Inquiſitores poſſunt interpretari ſtatuta, tam Eccleſiaſtica, quam ſæcularia contra hæreticos edita, Innoc. IV. *in ſua Conſt.* Incip. *Cùm negotium fidei*, in Bull. Nouo *Conſt* 15. *tom.* 1. *fol.* 77.

96. Sextò, poſſunt Hæreticos ad Eccleſias confugientes capere, ac ſi ad Eccleſias minimè confugiſſent, nec in hoc ſub quouis prætextu ab Epiſcopis poſſunt impediri, Ioann. XXII. *conſtit.* 1. Incip *Ex parte veſtra*, in Bullat. Nouo *to.* 1. *fol.* 153. *& in compendio, fol.* 38. vbi addit *in Scholio.* 1. & de hac re nos alibi in hoc eodem opere diximus, videatur Royas, ſing. ſuo 93.

97. Septimò, Inquiſitores, & eorum res ſunt Immunes ab omnibus oneribus datis, Guidagiis, portibus, & aliis quibuſcumque Grauaminibus, ita Peña *in directl. p.* 3. *comm.* 2. verſ. *mandantes vobis.* Royas *de hæret. p.* 2. *n.* 421.

Octauò, Penſiones reſeruatæ auctoritate Apoſt. S.Officio ſunt immunes à ſolutione quindennij, prout ita declarauit ſacra ſuprema Congregat. S. Officij ſub die 4. Ianu. 1622. prout ita atteſtatur Eminentiſſimus Cardinalis Camporeus, ex vna Mediol. quindennij pro Inquiſitore Papiæ contra Capitulum metropolitanæ Mediolanenſis Eccleſiæ, vbi refert ita etiam aliàs in ſimili cauſa fuiſſe reſolutum ex atteſtatione ſanctæ memoriæ Pauli V.

Nonò, Sæpè ſanctiſſimus declarauit Beneficia vnita Inquiſitionibus eſſe immunia à ſolutione decimarum vt ex literis Card. Caballi die ... Aug. 1579. directis Inquiſitori Nouariæ, ex literis Card. Burgeſij ſub die 26. Aprilis 1603. directis eidē Inquiſitori, & ex literis eiuſdem Card directis Inquiſitori Taurini ſub die 12 Maij 1604. Dubitari tamen poteſt an concluſio intelligi debeat de ſolis decimis extraordinariis, an etiam de Ordinariis, & Prædialibus. In facto ſuper hoc conſultus à quodam Inquiſitore ſtatus Mediolani reſpondi conceſſionem illam poſſe intelligi de decimis Ordinariis, & Prædialibus. Quia regulariter exemptio à ſolutione decimarum intelligitur de de extraordinariè impoſitis ab Hector Pui. *deciſ.* 65. *l.* 3. Rot. *deciſ.* 90. *num.* 1. poſt tom. 5. Tamburini *de iure Abbatum*, Moneta *de decimis. cap.* 20. *quæſt.* 1. *num.* 54. verſ. *in conceſſione vero*, ibi *& hac Concluſio*, Barb. in cap. *Nuper de decimis, num.* 4. verſ. *& hac.* Et quia in conceſſione exemptionis à Decimis ordinariis & Prædialibus requiritur dec. cap. *Nuper de decimis*, quæ non reperitur facta in hac exemptione de qua agimus, dixi tamen in hac re recurrendū ad S.C. Vrbis & ab ea expectandam reſolutionē.

98. Alias Inquiſitorum prærogatiuas 145. enumerat Royas *de hæreticis, part.* 2. *in Rubr. de Priu. Inquiſitorum, à num.* 409. *vſque ad finem*, ad eum benignum Lectorem remitto, quia ea omnia ſparſim à nobis in hoc opere fuerunt declarata.

§. XIV.

Quomodo munus Inquiſitoris finiatur.

Finitur hoc Inquiſitoris munus, Morte, Renunciatione, Adeptione dignitatis Incompatibilis, & Superioris remotione.

Morte quidem, quia mors omnia ſoluit, text. eſt. *in*
99. *l.* 1. *C. ſi quis ignorans rem minoris eſſe*, ibi, *cum officium morte finiatur*, vbi Gotofred. ſub litera Z. in dicto verbo *officium.*

Renunciatione etiam finitur munus Inquiſitoris quod intelligitur, ſi à ſanctiſſimo Domino Noſtro, 100.
vel Eminentiſſimo Inquiſitoribus fuerit acceptata, alias enim Officialis, non poteſt Magiſtratum renunciare, quia deputatio ipſius in Officialem non fuit facta ob ipſius priuatam vtilitatem, ſed ob publicam Gallerat. *de renunciat. tom.* 2. *renuncias* 30 *num.* 6. Maſtrill. *de Magiſtr. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 24. *per totum.*

An autem huiuſmodi renuncians debeat renunciare in manibus eligentis, vel confirmantis, Gallerat. *vbi ſuprà n.* 11. ait, quod in manibus confirmantis. 101.

Adeptione etiam dignitatis ceſſat Officium Inquiſitoris, ſi enim Inquiſitor fiat Epiſcopus, vtique 102.
ex harum dignitatum incompatibilitate cum vtraque perſonalem requirat reſidentiam, ceſſat munus Inquiſitoris, Barboſ. *in Summ. Bullarij*, in verbo. *Inquiſitores hæreticæ prauitatis*, circa finem: Sic promoto Reuerendiſſimo P. Ioann. Baptiſta à Sextula, Inquiſitore Genuæ ad Prouincialatum vtriuſque Lombardiæ ſuæ illuſtriſſimæ Dominicanæ Religionis Sanctiſſimus Dominus Noſter prouidit alium in Inquiſitorem dictæ Ciuitatis 103.

Tandem ceſſat Officium Inquiſitoris, ſuperioris remotione, circa quam

Primò notandum eſt, quod quidquid eſſet aliàs, 104.
hodie à ſolo Summo Pontifice, & eius Eminentiſſima Congregatione S.Officij, poſſunt Inquiſitores remoueri, Farin. *de hæreſi quæſt.* 186. *num.* 31. Azor *Inſtit. Moral. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *quæſt.* 9. Caſtro Palao *in opere Morali tract.* 4 *diſp.* 8. *punct.* 12. §. 2 *n.* 18.
Et hoc quoad Inquiſitores Italiæ, nam Inquiſitores 105.
Hiſpaniæ remouentur ab Inquiſitore Generali in illis Regnis, Caſtro Palao, *vbi ſuprà, num.* 19. & Pater Diana *tract.* 8. *p.* 4. *reſol.* 34. vbi, & alios referunt, & diſputant, num Inquiſitor Generalis in illis Hiſpaniarum Regnis poſſit ad ſuæ voluntatis libitum Inquiſitores inferiores remouere, & de loco ad locum transferre.

Secundò notandum, multas eſſe cauſas remotionis Inquiſitorum, quas longa ſerie enumerat Peña *in* 3. *part. Directory, comm* 61. *per totum.*

Remouentur enim Inquiſitores, vel ob ſenectutem, vel ob infirmitatem, Peña *vbi ſuprà*, verſ. *ſed iam percurramus*, vbi ad hoc allegat text. *l. ſi quos. Cod. de Officio Præfecti Prætorio Orientis*, & ait, hanc remotionem non eſſe faciendam, niſi & ſenectus, & infirmitas talis ſit, quæ Inquiſitorem ineptiorem reddant ad munus ſuum obeundum, Tamburin *de Iure Abbatum tom.* 1. *diſp.* 11. *quæſito* 1. *n.* 11. *& ſequentibus*, Maſtrill. *de Magiſtr. lib* 2. *cap.* 10. 106.

Et in hoc caſu, aliquando ſolet Sacra Congregatio aſſignare Inquiſitori aliquam annuam penſionem, qua incommoda ſenectutis, & infirmitatis commodiùs valeat ſuſtinere ſic etiam Potentiſſimi 107.
Reges noſtri Officialibus ſuis, Magiſtratus renunciantibus ſolere concedere retentionem ſalarij, & 108.
quod nihilominus poſſint conſiliis intereſſe pro eorum arbitrio, atteſtatur Regens, de Ponte, *num.* 9. *& ſeq. ſit. de Elect. Officialium*, §. 8. *ſin tract. de Poteſt. Proregis*, vbi eius Additionator Maſtrill. *dicto cap.* 10. *n.* 17. *& lib.* 1. *c.* 24 *n.* 32.

Remouentur etiam ob eorum imperitiam, & negligentiam in procedendo in cauſis S.Officij, vt declarat idem Peña *loco citat.* verſ. *Quod vero ad imperitiam.* Tambur. *vbi ſuprà n.* 13. Caſtro Palao, *dicto* §. 2. *n* 21. qui alios allegat. 109.

Remouentur etiam in caſu extorſionis illicitæ pecuniarum, ita Peña *loco cit.* verſ. *Deinde ob iniquitatem*, vbi quod remouentur etiam ob alia delicta 110.

ſta, quæ populo eſſent ſcandalo, Caſtro Palao, *loco alleg.* verſ. *Hinc infertur*, Simanch. *de Cathol. Inſtit. tit.* 34. *n.* 45. vbi quod ſpeciali Hiſpana Inſtructione cautum eſt, vt officio priuentur Inquiſitores, non ſolùm ſi pecunias extorqueant, ſed etiam ſi munera accipiant, etiam ab eorum Officialibus, quod etiam dixerunt Azeued. *in lib.* 1. *n.* 8. *in fin. tit.* 6. *lib.* 3. *Noua recopil. legum Hiſpaniæ*, & Bobadill. *in ſua Politica, lib.* 2. *c.* 11. *El corregidor no reciba dadiuas, num.* 68. *& ibi in Annotat.* Sanch. *in opuſc. lib.* 3. *c.* 1. *dub.* 3. *num.* 6. ſed de hac re videndus eſt Paramus, *de Origine Sanctæ Inquiſitionis, l.* 3. *q.* 2. *n.* 66. *& ſeqq.* vbi latiſſimè de materia.

Tandem, vt finem huic titulo imponamus, iuſta
11. cauſa non remotionis, ſed tranſlationis de loco ad locum erit, ſi Inquiſitor ratione muneris ſui non bene ſe habet cum Principibus, vel principalioribus Ciuitatis, ita vt ob id iuſtè poſſint timeri ſcandala, nam tunc ſi Inquiſitor rectè ſe geſſit, poteſt, & debet ei prouideri de meliori Inquiſitione, ne puniatur, vbi meretur, ex Zanardo *in Summ. dicto cap.* 6. *q.* 9. *&* 19. dixit Diana *dicto tract.* 8. *reſol.* 34. *in fin p.* 4.

Et de tota hac materia remotionis Inquiſitorum, videndus eſt Paramus *de Origine ſanctæ Inquiſitionis, lib.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 60. *& ſeq.* & Ferd. de Caſtro Palao *in opere Morali, p.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 5. *punct.* 12. *§.* 2. *n.* 28. *& ſeq.*

TITVLVS VI.

De Vicariis Generalibus Epiſcoporum.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus habet facultatem creandi ſibi Vicarium Generalem.*
3 *Vicarij Generalis poteſtas, & à iure, & à commiſſione Epiſcopi dependet.*
3 *Iuriſdictio Vicarij eſt Ordinaria.*
4 *Multa ſunt, quæ nequit facere Vicarius ſine ſpeciali Epiſcopi commiſſione.*
5 *Vicarius non poteſt cauſas hæreſis cognoſcere, ſecus ſi ſibi ſpecialiter demandentur, n.* 6. *&* 7.
8 *An debeat in commiſſione fieri expreſſa mentio hæreſis.*
9 *Quid obſeruetur in Patentibus literis, quæ Vicariis conceduntur ab Epiſcopis.*
10 *Capitulum Sede vacante, in quibus Epiſcopo ſuccedat.*
11 *Capituli Sede vacante Vicarius poteſt aſſiſtere in cauſis fidei Inquiſitoribus, cum Epiſcopi, ſi adeſſent, procederent iure ordinario.*
12 *Epiſcopus cum procedit cum Inquiſitore, in cauſis exemptorum de hæreſi ſuſpectorum procedit, vt Delegatus.*
13 *Vicarius Capituli non poteſt contra exemptos procedere in cauſis hæreſis.*
14 *Abbates exempti, & nullius diœceſis an poſſint procedere in cauſis hæreſis.*
15 *Inquiſitores Vicarij Epiſcoporum, & Capituli, de iure non præſtant Iuramentum Secreti.*
16 *At ex Decretis Sacræ Congregationis illud etiam ipſi præſtare debent, & n.* 17.

POst titulum de Apoſtolicis Inquiſitoribus ſequitur, vt de Vicariis Epiſcoporum Generalibus aliqua notemus.

§. I.

De Iuriſdictione Vicarij Generalis Epiſcopi.

QVoniam quæ Epiſcopis committuntur talia ac tanta ſunt quæ regulariter ab ipſis ſolis nequeunt præſtari, ideo conceſſa fuit eiſdem Epiſcopis facultas creandi ſibi Vicarium Generalem, ſe- 1.
cundum text *in c. Romana de Officio Ordinarij, in c.* Anguian. *de legibus & Conſtit. Principum, lib.* 2. *controuerſ.* 26. *num.* 14. Barboſ. *de Officio Epiſcopi, part.* 2. *allegat.* 54. *num.* 1. *& de iure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 1. *& ſeq.* Mauritius de Alzedo *in praxi Epiſcopali, p.* 2. *cap.* 11. *num.* 1.

Huius autem Vicarij Generalis poteſtas, & Iuriſ- 2.
dictio, partim à Iure dependet, & partim à commiſſione Epiſcopi, vt & infrà videbimus, & tradidit Barboſ. *vbi ſupra. cap.* 15. *n.* 19.

Siue tamen hæc poteſtas à iure dependeat, ſiue à commiſſione Epiſcopi, duo certa ſunt.

Vnum eſt, illius Iuriſdictionem non delegatam 3.
eſſe, ſed ordinariam, ſi DD. noſtrorum traditiones magis communes ſequi velimus Alzedo *n.* 7. Barboſ. *de Iure Eccleſ. n.* 17. *& Alleg.* 54. *n.* 46. Mol. *de Iuſt. & Iure, tom.* 6. *tractat* 5. *diſp.* 10. *num.* 6. qui alios allegant.

Alterum eſt, multa eſſe, quæ facere minimè poſ- 4.
ſunt Vicarij Generales, Epiſcoporum, niſi ſpecificè & expreſſe eis ab Epiſcopo committantur & hæc longa ſerie enumerantur à Barboſ. *dicta allegat.* 54. *num.* 6. *& pluribus ſequentibus, & allegat. cap.* 15. *n.* 10. *& ſeq.* & Alzedo, *cap.* 2. *n.* 16.

§. II.

An Iuriſdictio Vicarij extendatur ad cauſas hæreſis.

CAuſa hæreſis ex maioribus ſunt, & ideo à Sacro 5.
Trident. Concilio, *ſeſſ.* 24 *de reform. c.* 6. *in fin.* videntur committi Epiſcopo, non eius Vicario, dum facultatem abſoluendi ab hæreſi in foro conſcientiæ Epiſcopis tantum concedit, *Non autem* (verba ſunt Concilij) *eorum* Vicariis; ita Imola, *in Clem.* 1. *num.* 19. verſ. *Nunquid autem Vicarius Generalis, de hæret.* & *ibi* Zabarell. *§. Duro. num.* 9. *in* 14. *q.* Locatus *in Iud.* in verbo *Epiſcopus, num.* 6. Repert. Inquiſitorum, in verbo, *cognoſcere*, verſ. *An Vicarius.* Decian. *tract. Crim. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 7. Guidiſ. *de hæreticis, q* 7. *num.* 14 Sbroz. *de Offic. Vicarij, lib.* 2. *q* 20. Farin *de hæreſi, q.* 186. *num.* 13. Barboſa *de Officio Epiſcopi, dicta alleg.* 54. *num.* 85. *& ſeq. & de iure Eccl. dicto cap.* 15. *num.* 20. Caſtro Palao *in opere Morali, tractat. diſp.* 8. *punct.* 12. *§.* 1. *n.* 8.

Qui omnes concludunt Vicarium Epiſcopi Ge- 6.
neralem, vt aſſiſtat cum Inquiſitoribus in cauſis fidei, egere ſpeciali diſputatione ſui Epiſcopi, & vltra
ſupra allegatos, idem docuit Simanch *de Cath. Inſtit.* 7.
t. 25. *de Epiſcopus, n.* 6. & Alzedo *loco alleg. c.* 41. Et ſic Vicarium Neapolitanum, ex ſpeciali ſula commiſſione Archiepiſcopi reconciliare publicè hæreſes abiurantes, dixit Genuenſ. *in Praxi Archiepiſcopali Neapolit. cap.* 51. *in Antiq. & cap.* 43. *in nouiſſima editione.*

An autem ad effectum de quo agitur debeant 8.
nominatim ei committi hæreſis cauſæ, vel ſufficiat, ſi ei demandentur omnes, & ſingulæ cauſæ etiam ſi ſpeciale mandatum requirerent videtur hoc ſufficere, vt in indiuiduo dixit, Locatus *vbi ſupra*, & non obſcure innuere videtur Barboſ. *dicta allegat.* 54. *n.* 1–5.
quamvis in formulis literarum patentium, quæ ſo- 9.
lent

lent Vicariis Generalibus dari, ſingulæ cauſæ ſpecialem commiſſionem requirentes ſoleant exprimi, vt videre eſt ex ſimili formula apud Barboſam, *vbi ſupra, num. 56.*

§. III.

An Vicarius Generalis Capituli Sede vacante, poßit procedere in cauſis hæreſis.

10. CApitulum Sede vacante ſuccedit in Iuriſdictione Epiſcopo defuncto, Epiſcopo competenti Iure ordinario, non autem Iure delegato, Barboſ. qui alios allegat, de Officio Epiſcopi, *part. 3. alle-*
11. *gat. 36. num.* 10. Vnde cùm in cauſis hæreſis proceditur ex parte Epiſcopi, Iure ordinario, non eſt dubium quin Vicarius Capituli Sede vacante, debeat aſſiſtere Inquiſitoribus in dictis cauſis fidei, Farin. *quæſt.* 186. *num.* 177. Diana *reſolut. Moral. tract.* 8. *part.* 4. *reſol.* 53. Ferd de Caſtro Palao, *d. punct.* 12. *§. 1. n. 5.* qui alios referunt.
12. At in caſibus, in quibus Epiſcopus procederet, vti delegatus, vt cùm in cauſis hæreſis proceditur, contra exemptos: nam in hoc caſu Epiſcopum non poſſe vt ordinarium, ſed vt delegatum conſiderari, ſecundum communiorem opinionem tradidit Farinac. *dicta quæſt.* 186. *num.* 7. tunc non poſſe Vicarium Capituli procedere, magis etiam communiter voluerunt ſcribentes, quos longa ſerie cumulant, & ſequuntur Farinac. *vbi ſuprà, num.* 181. *& ſequent.* Caſtro Palao, *num.* 6. & Diana verſ. *ſed an Capitulum,* & hoc quidem de ſtricto Iure procedit, quoniam in contrarium pro Vica-
13. rio Capituli, ſenſit Quaranta *in Summa Bullarij* in verbo, *Capitulum Sede Vacante, num. 1. in principio,* verſ. *& primo, vt intelligatur,* cuius opinionem in praxi video in noſtra Inquiſitione Cremonæ obſeruatam, ita idem Diana totum hunc §. referens *part. 7. tract. 4. reſol.* 37.

§. IV.

De Abbatibus nullius Diœceſis, an in cauſis hæreſis poſsint procedere.

14. BReuiter, quæ dicta ſunt proximo §. de Capitulo Sede vacante, eadem prorſus concludenda ſunt de iſtis Prælatis exemptis habentibus proprias Diœceſes, & Iuriſdictionem in eis Epiſcopalem, ita Molin. *de Iuſtit. & Iure, tom. 6. tract. 5. diſp.* 28. *n.* 11. & Ferd. de Caſtro Palao, *dict. §. 1. n. 6. in fin.* verſ. *Idem quod dictum eſt.*

§. V.

An Vicarius Epiſcopi, & Capituli, præſtare debeant iuramentum de ſeruando ſecretum.

15. QVamuis, in Iure cautum non reperiatur quod Vicarius Epiſcopi, ſeu Capituli, vel etiam Inquiſitor iuramentum præſtare debeant de ſeruando ſecreto in cauſis S. Officij, vnde communiter docent DD. eos teneri ſolum ad illud ſecretum obſeruandum, ſub pœna peccati mortalis, vt notaui infrà, *tit. 8. num.* 66.
16. Attamen ex ſpeciali Decreto Sacræ Congregationis Vniuerſalium Inquiſitorum, Vicarius Epiſcopi non minus, quàm Conſultores præſtare debent iuramentum ſecreti, in forma ſolita, & conſueta, vt

Carena de Offic. Inquiſit.

conſtat ex literis Eminentiſſimi D. Cardin. Arigonij, 9. Iunij 1612. directis Inquiſitori Cremonæ, prout idem etiam in Inquiſitoribus fuiſſe ſtatutum ab eadem Sacra Congregatione apparet, ex aliis literis eiuſdem Eminentiſſimi Cardinalis, ſub diè 24. Decembris 1611.

TITVLVS VII.

De Vicario Generali Inquiſitorum.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Principis poteſt ſubdelegare.*
2 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum non poteſt omnes ſubdelegare.*
3 *Hodie Inquiſitores poſſunt ſibi creare Vicarium Generalem.*
4 *Vicarius Generalis Inquiſitorum debet eſſe annorum 30.*
5 *Quæ qualitates requiruntur in Inquiſitore eædem requiruntur in Vicario.*
6 *Pulcherrima Doctrina Bart. Quod qui vult Officio ſeruire per ſubſtitutum, ſubſtitutus debet habere eas qualitates, quas habet Principalis.*
7 *Iuriſdictio Vicarij Generalis pendet à conceſſione Inquiſitoris.*
8 *Quæ regulariter ſoleant Vicario Generali Inquiſitorum concedi.*
10 *Maior eſt iuriſdictio Ordinarij, quam Vicarij Inquiſitoris contra Ferd. de Caſtro Palao, n. 9.*
11 *Vicarius Generalis Inquiſitoris eo modo ſubeſt Prælatis ſui Ordinis, quo Inquiſitor.*
12 *Reprobatur Zanard. in materia poteſtatis Prælatorum Ordinis, ſupra Vicarium Inquiſitoris.*
13 *Prælati ordinis in caſu ſcandali debent aſſumere informationes contra Vicarium Inquiſitoris, & eas tranſmittere ad Sacram Congregationem.*
14 *Monitum ad Inquiſitores, & eius Vicarios.*
15 *Certiſſimum ſignum boni Magiſtratus eſt diligi à probis, & timeri à malis.*
16 *Mortuo Inquiſitore non expirat iuriſdictio eius Vicarij Generalis, quia cum eligitur ab Inquiſitore, confirmatur à Sacra Congregatione, Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. Cardinalium Supremorum Inquiſitorum.*
17 *Et ita in facti contingentia fuit obſeruatum in Ciuitate Papiæ.*

VIſo de Inquiſitoribus, ratio ordinis exigit, vt de eorum Vicariis Generalibus videamus. Sit igitur

§. I.

An Inquiſitores poſsint ſibi deputare Vicarium Generalem.

QVamuis in terminis Iuris communis, de hac re eſſe poſſit maxima difficultas, quia, etſi 8.
delegatus Principis poſſit ſubdelegare, *l. A Iudice, Cod. de Iudic.* Attamen cùm Inquiſitores ſint delegati ad vniuerſitatem cauſarum, vt ſæpe vidimus titulo præcedenti, non videntur poſſe delegare vniuerſitatem, totam cauſarum ipſis deman- 9.
datam, ſed tantum vnam, vel duas cauſas ſecundum

Doct. Bart. *l. more maiorum*, *col.*4. verſ. *Item, dicit Gloſ.fin.n.*11. *ff. de Iuriſd. omnium Iudicum.*

Verum, (quidquid ſit de iure communi,) hæc dubitatio penitùs ſublata eſt, ex Summorum Pontificum Conſt. Iuris Canonici diſpoſitione, & DD. traditionibus, ſecundum quæ, dicendum eſt poſſe Inquiſitorem plenariè committere vices ſuas creando ſibi Vicarium Generalem, habentem eandem cum ipſo facultatem, excepta poteſtate delegandi, *vt ſuprà, tit. prox. vidimus*, ita Emer. *in Direct. p.*3. *q.*13. *& ibi* Pegn. *comm.*62. *&* 64. vbi quod hoc ius competit Inquiſitoribus, ex Bullis Pij II. Incip. *Cum dudum*, & Clem. VII. Incip. *Cum ſicut*, Farin. *Hæreſi, q.*186. *n.*29. Scac. *de Iud. c.*67. *n.*11. Lud. à Paramo *de Origine S. Inquiſit. lib* 3. *q.*2. *n.*51. *& ferè per totam*, Mol. *de Iuſt. & Iure, tom.*6 *tract.*5. *diſp.*28. *n.*8. P. Diana *Reſol. Moral. p.* 4. *tract.*8. *reſol.*12. Zanard. *in Summ.*1. *p. q.*44. *per totam*, & Ferd. de Caſtro Palao *in Opere Morali*, 1. *p. tract.* 4. *diſput.*8. *punct.*12. §.2. *n.*12. qui alios allegant.

Et de hac re nulla his temporibus poteſt adeſſe dubitationis ſuſpicio cum quotidiana praxis omnium Inquiſitorum hæc ſit, vt habeant Vicarios Generales.

§. II.

De qualitatibus eligendi in Vicarium Generalem S. Officij.

QVoad ætatem eligendi in Vicarium Generalem huius Tribunalis, dicendum eſt, quod ſicut in Inquiſitoribus debet eſſe annorum 40. ita in eo-
4. rum Vic. Generalibus, eſt reſtricta ad annos 30. ex *Conſt. Clem. VII.* Incip. *cum ſicut impreſſa in litteris pro S. Officio. fol. mihi* 107. Ita Eymer. *q.*16. 3. *p.* & ibi Peña, *comm.*65. Farin. *d. q.* 186. *n.*52. Caſtro Palao, *dicto* §. 2. *num.*26. & Molin. *in alleg. diſputat.* 28 *num.* 23.

5. Quò verò ad alias qualitates, dixit Eymericus *in dict. q.* 16. quod eligendus in Vicarium Inquiſitoris Generalem, debet eſſe vir litteratus, conſtans, firmus, circumſpectus, fideique zelator, & feruidus, & Eymericum ſequitur Farinac. *vbi ſupra*, *n.*55. & Peña *dict. comm.*65. vbi in Summa dixit, quod, quæ qualitates requiruntur in Inquiſitore, eædem requiruntur in Vicario Generali.

6. Et hoc notabile dictum Peñæ, confirmo ego, ex pulcherrima traditione Bart. *in l.*1. *n.*4. *Cod. de Præpoſitis Agentium in rebus*, *lib.*2. vbi ait, quod qui vult ſeruire officio, etiam medio ſubſtituti, debet eligere virum eiuſdem conditionis, quod colligit Bart. *in dicta l.* 1. ibi, *per cartalarium eiuſdem ſcrinij*, & Doct. Bart. ibi ſequitur, Celſus Hugo. *in Addit. ad comm. Petri Rebuf. in lege prædicta*, & Bobadill. *in ſua Politica*, *lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 1. *& ibi*, *in Apoſtilla.*

§. III.

De Iuriſdictione Vicarij Generalis.

VIdimus ſuprà, quod Inquiſitor poteſt totam ſuam Iuriſdictionem committere Vicario ſuo
7. Generali, ex quo ſequitur ipſius iuriſdictionem in totum pendere, ab Inquiſitoris commiſſione, qui modò maiorem, modò minorem facultatem ei poteſt committere.

8. Regulariter tamen ſolet Vicariis Generalibus, concedi facultas ſumendi informationes, citandi, monendi, præcipiendi, excommunicandi, carcerandi, definiendi, terminandi, & exequendi, & omnia alia faciendi, quæ poteſt ipſemet Inquiſitor facere, excepta tantùm ſententia relapſorum, & impœnitentium, quam ſibi ſolent Inquiſitores reſeruare, & hæc colligitur ex forma litterarum patentium, quæ ab Inquiſitoribus ſolent Vicariis ſuis generalibus concedi, cuius formulam habes, apud P. Maſſin. *in ſua praxi, p.*9. *fol. mihi* 294. Rubr. *forma di lettere patenti, per il Vicario, &c.* & ante ipſum, apud Eymericum, 3. *p. n.* 37. *&* 40. vbi Pegn. *comment.* 10. qui omnino videatur.

An autem maior ſit hæc Iuriſdictio Vicarij Inqui- 9.
ſitoris, quàm ordinarij, certe ratio quam Ferd. Caſtro Palao, *dict. diſp.* 8. *punct.* 13. *n.* 5. pro parte affirmatiua, quam ipſe tenet, allegat, valdè vrget. Quod ſcilicet cùm Inquiſitor creet Vicarium, ex facultate ſibi conceſſa à Summo Pontifice, ipſum Pontificem repræſentat, & ab eo quodammodo dicitur iuriſdictio prouenire, ad quod etiam faciunt not. per Bobadill. *in ſua Polit. lib.*1. *cap.*15. *num.*27. vbi, quod tenentes Rectoris Ciuitatis, licet ſint facti à Rectore, tamen dicuntur, & habentur, ac ſi eſſent nominati ab ipſo Rege, ex facultate conceſſa Rectori, à Rege nominandi tenentes, & latè *in Apoſtill. ad dictum locum* Bobadill.

Quia tamen communis opinio eſt, in contra- 10.
rium, vt videri poteſt ex allegatis per me *in Annot. ad* 1. *q. Guidonis Fulcody*. *num.*25. & DD. ibi adductis addi poſſunt, Lud. à Paramo, *de Origine S. Inquiſitionis lib* 3. *quaſt.*2. *num.* 72. & Farinac. *dict. quaſt.*186. *num* 91.

Et quia video etiam hanc communem in praxi in S. Officio eſſe receptam, dùm in Congregationibus, & ſententiis ferendis, Vic. Generalis Epiſcopi præcedit Vicarium Generalem Inquiſitoris, non audeo ab hac ſententia diſcedere, intelligendo tamen eam, vt declarant ſupra memorati DD. de Vicario creato ab Inquiſitore, non de Vicario, qui eſſet conſtitutus à Sanctiſſimo immediatè, vel ab Eminentiſſima Congregatione.

§. IV.

An Vicarius Inquiſitoris ſubſit Prælatis ſui Ordinis.

IN hac re idem dicendum eſt, de Vicario Gene- 11.
rali, quod diximus de Inquiſitore ſupra titulo proximo, quod ſcilicet in concernentibus obſeruantiam regularem, ſubſunt Prælatis ſui Ordinis, ſecus in concernentibus munus ſanctæ Inquiſitionis. Ratio autem, quare Summi Pontifices voluerunt Inquiſitores, & alios Officiales S. Officij, in concernentibus munus ſuum eſſe à Prælatis ſui Ordinis exemptos, nihil aliud eſt, niſi vt Inquiſitores, & eius Vicarij munus ſuum liberè, & abſque vllo impedimento obire poſſent, vt conſiderauit, Pegna, *comm.*60. 3. *p.* Ex qua ratione, ego non puto veram
doctrinam Zanardi *dict. c* 6. *q.*44. verſ. *Quarto ſcias*, 12.
vbi dixit Prælatos Regulares, Vicarium S. Officij, & Notarium eiuſdem Ordinis cum Inquiſitore, ſi eos arbitrentur non poſſe ſine ſcandalo morari in aliquo Conuentu poſſe declarare dictos Vicarium & Notarium ad ſuos Conuentus originales ſpectare, quo caſu ait, Zanard. priuati eſſent dicti Vicarius, & Notarius omnibus Gratiis, & Priuilegiis Conuentus, in quo habitant.

Quia hoc eſſet per indirectum retrahere eos ab eorum munere, & Farin. *dicta quaſt.* 186. *num.* 232. ait,

ait,quod ſi Superiores Ordinum poſſent punire Inquiſitores, & eorum Vicarios, ipſis eſſet aperta via impediendi ſanctum Officium, & (addo ego,) ad ipſorum libitum amouendi Vicarios, quod tamen non eſt eis ſub quocumque obedientiæ prætextu permiſſum. Eymericus, 3. *p. q.* 17. vti quod Prælati Ordinum virtute ſuæ Iuriſdictionis, non poſſunt Vicarium Inquiſitoris de loco ad locum transferre.

13. In caſu igitur, ſcandali, debent Prælati aſſumere Informationes contra Vicarium, & Notarium, & eas transmittere ad vniuerſale Tribunal Romanæ Inquiſitionis, & prouiſiones expectare ab illo Eminentiſſimo Ordine, vt dixi, ſuprà titulo proximo.

14. Monendi tamen ſunt Inquiſitores, & eorum Vicarij, vt quantum fieri poteſt, obſeruantias regulares peragant, & ſeſe cum communi aliorum fratrum ſui Ordinis vita conformare ſtudeant, ſcientes,quod quantò diligentius hæc cuſtodierint, tantò magis à probis viris diligentur, & malis terrorem incutient,
15. quod boni Magiſtratus certiſſimum eſſe indicium, & euidens ſignum dixit, ex Ferro *in Geneſim cap.* 9. Simanch. *de Republ. lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 8.

§. V.

An morte Inquiſitoris finiatur Iuriſdictio Vicarij.

BReuiter dicendum quod, vt omnibus difficultatibus, quæ in hac materia poſſent promoueri occurreretur.

Sacra Congregatio Eminentiſſimorum DD. Inquiſitorum Generalium, decreuit, quod Vicarij Inquiſitorum Generales nominarentur, ſeu eligerentur ab Inquiſitoribus, ita tamen quod confirmari debeant ab ipſa Eminentiſſima Congregatione.

Quo ſtante decreto, cum dicantur Vicarij habere Iuriſdictionem à dicta Sacra Congregatione, ex quo actus ſolet tribui confirmanti, vt infra dicam, in titulo de Conſultoribus S.Officij,& probant Canoniſtæ, cap. *Si Apoſtolica, de Præb. in* 6. Natta *conſil.* 669. *num.* 16. Vtique per mortem; vel remotionem Inquiſitorum eorum Iuriſdictio non expirabit.

16. Et ita in facti contingentia obſeruatum fuiſſe ſcio in Ciuitate Papiæ, in qua mortuis ibi, duobus Inquiſitoribus Vicarij Generales S. Officij, omnia Inquiſitionis negotia pertractarunt.

Atque hæc de his Vicariis Generalibus S. Officij dicta ſufficiant, me DD. ſupra allegatis in aliis remittens.

TITVLVS VIII.

De Conſultoribus, & Congregationibus S. Officij.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores poſſunt ſibi eligere Conſultores in Negotiis fidei.*
2 *Hi Conſultores gratis conſulere debent.*
3 *Regulariter Conſultores eliguntur ab Inquiſitoribus, vt Papiæ, & in aliis Ciuitatibus Dominij Mediolani.*
4 *In Ciuitate Cremonæ, quæ ampliſſima eſt, & Illuſtriſſima nominantur Conſultores ab Inquiſitore* Carena de Offic. Inquiſit. *& eliguntur à Sacra Congregatione, vt fit in Metropoli.*
5 *Conſultores Cremonæ & Mediolani à ſola Congregatione Eminentiſſimorum Supremorum Inquiſitorum amouentur.*
6 *Laici, & coniugati poſſunt eligi in Conſultores S. Officij, num.* 7. *vbi, quod fallit in Regno Luſitaniæ, in quo Conſultores habent votum deciſiuum, & ſe ſubſcribunt ſententiæ.*
8 *Plures qualitates requiruntur in Inquiſitoribus & eorum Vicariis Generalibus, quam in Conſultoribus, & ad hoc adducitur pulcherrima Bobadill. Traditio.*
9 *Qualitates eligendorum in Conſultores enumerantur.*
10 *In Electionibus Magiſtratuum ſemper præ oculis habenda eſt virtus.*
11 *De diligentia Inquiſitorum in Electione Conſultorum, vbi quod non debent iudicare ſecundum faciem.*
12 *Ex Conſultoribus aliqui debent eſſe Theologi, aliqui Canoniſtæ, aliqui Legiſtæ.*
13 *Conſultores in Congregationibus Sancti Officij, eo modo præcedunt, quo extra.*
14 *De præcedentia inter præceptorem S. Spiritus, almæ Vrbis, & Reuerendiſſimum Generalem Dominicanum, remiſſiuè.*
15 *In materia præcedentiæ attenditur conſuetudo, etiamſi eſſet contra ius, n.* 16. *vbi an hoc intelligatur de conſuetudine iuris vel facti.*
17 *Vbi non adeſt certa conſuetudo præcedentia debetur habenti maiorem dignitatem.*
18 *Titulatus effectus de Collaterali conſilio præcedit non Titulatum.*
19 *Inter duos Officiales eadem die creatos; quis præferatur vbi de controuerſia orta, ſupra hoc inter Regentem, de Anna & Regentem Contiantium, in Regno.*
20 *An præcedentia debeatur anteriori in data vel anteriori in adeptione poſſeſſionis, n.* 21. *&* 22. *vbi deciſ. Senatus Luſitaniæ, & Collateralis Conſilij, ſuper hoc contraria & num.* 23. *vbi de earum concordia.*
24 *In materia præcedentiæ, attenditur dignitas inſeparabilis maior, non accidentalis minor.*
25 *Conſiliarius Regis ſedens in conſilio vti Aduocatus partis ſedet in loco ſibi debito, vti Conſiliario.*
26 *Deciſio Sacri Conſilij, quod conſiliarius interueniens in Collaterali, vti Fiſci Aduocatus ſedere debeat in loco ſibi debito, vti Conſiliario, & n.* 27. *vbi ſimilis Deciſio Mediolani.*
28 *Honorifica mentio illuſtriſſimi D Senatoris Lagunæ & illuſtriſſimi D. Præſidis Picenardi Cremonenſis, n.* 9.
30 *In materia præcedentiæ, qui DD. videndi.*
31 *Pater, & filius poſſunt ſimul eſſe Senatores in eodem Senatu, & quomodo.*
32 *Deputatio D. Ioan. Bapt. Cancij Iuriſconſulti in Conſultorem, ſeu coadiutorem D. Franc. eius Patris, Conſultoris S. Offic. de dicto Tribunali benemeriti.*
33 *Pater, & filius ſimul poſſunt eſſe Decuriones, id tamen prohibetur, ex Pragmatica Regni.*
34 *Inquiſitores inferiores non debent facere huiuſmodi electiones de Patre & filio, Patruo & Nepote & duobus fratribus inconſulta ſuprema Congregatione.*
35 *De Qualificatoribus propoſitionum, & forma eas qualificandi.*
36 *Quando vocandi ſunt Conſultores.*
37 *Congregationes Sancti Officij habendæ ſunt mane,*

non autem in Veſperis, & quare.

38 *Quo in loco Congregationes huiuſmodi S. Officij, ſi-t facienda, vbi Decretum Sacra Cōgregationis.*

39 *Iuniores Senatores & Conſultores primò votare debent, n. 40. & ſeq. vbi quod ita obſeruatur in Senatu Pariſ. Luſitano, in omnibus Regnis Hiſpaniarum, & in Senatu Pedomontano.*

44 *Ratio cur vltimi in Senatum recepti prius debent votare.*

45 *Quid in noſtra Congregatione obſeruetur & quid in vniuerſali Inquiſitione.*

46 *Conſultoribus proponenda ſunt merita proceſſus ſine tamen nominibus denunciantis, & teſtium, num. 47.*

48 *Quem modum ſeruare debeat Conſultor in votando.*

49 *In voti pronunciatione Conſultores breues eſſe debent cum Conſultor votat reum eſſe torquendum non debet poſtea addere, & ſi hoc emergat arbitror, &c. nam ſi aliquid ex tortura emergit, denuò caſus eſt in Congregatione proponēdus.*

51 *Quomodo Notarius debet ſcribere vota Conſultorum, ex Gn. 52.*

52 *Vota Conſultorum ſunt conſultiua, non deciſiua, num 53. vbi quod ita ſeruatur in Hiſpania excepta Luſitania, & ita pluries decidit Sacra Congregatio.*

54 *Non debet tamen Inquiſitor ſine ratione diſcrepare à votis Conſultorum.*

55 *An Inquiſitor ante ſententiam teneatur requirere vota Conſultorum.*

56 *Inquiſitores, quia habeant vota conſultorum, non ſunt immunes a reuolutione librorum.*

57 *Mala conſultorum conſilia non excuſant Inquiſit.*

58 *Secretum ab omnibus Magiſtratibus obſeruandum.*

59 *Quid acciderit Senatori Bellono ex reuelatione vnius ſententia capitalis, nondum publicata.*

60 *Neruus S. Officij, eſt ſecretum.*

61 *Inquiſitores poſſunt indicere Secretum Conſultoribus ſub pœna excommunicationis.*

62 *Conſultores extra Congregationem poſſunt loqui inter ſe de tractatu in Congregatione.*

64 *Conſultoribus numquam licet reuelare vota aliorum & quid de ſuo publicata ſententia. n. 63.*

65 *Formula Iuramenti, à Conſultoribus praſtandi, remiſſiuè.*

66 *Si Inquiſitores, vel Epiſcopi reuelent ſecreta S. Officij, ipſi non incidunt in excommunicationē, ſed peccant mortaliter, niſi ad formam Decreti Sacra Congregat. Inquiſitores Iuramentum Secreti, ſub pœna cenſurarum, praſtaſſent.*

67 *Canonici Cathedralis lucrantur diſtributiones quotidianas dum aſſiſtunt vti Conſultores Congregationibus S. Officij, & ibi Deciſio Eminentiſſimorum DD. Inquiſitorum Generalium.*

NVnc de Conſultoribus Sancti Officij, eorum electione muneribus, ac præcedentiis, breuiter agendum eſt, ſit igitur

§. I.

An Inquiſitores poßint ſibi eligere Conſultores.

1\. POſſunt Inquiſitores eligere ſibi conſultores in negotiis ad Sanctum Officium ſpectantibus, quinimo etiam poſſunt eos, ad id cogere, ita ad litteram decidit text. cap. *Vt commiſſi*, §. *Aduocandi quoque. de heret. in* 6. vbi Eymericus, *in Direct.* 3. *p. q.* 77. & *ibi*, Paña *comm.* 126. Zanard. *in Summ. diuin. Præceptorum*, 1. *p. c.* 6. *q.* 42. Simanch. *de Cath. Inſt.* 41. *num.* 11. Decian. *tract. Crim. lib.* 5. *cap.* 24. *num.* 10. cum aliis allegatis a Farin. *de hereſi, quaſt.* 186 *num.* 188.

Dicti autem Conſultores gratis conſulere debent Simanch. *vbi ſuprà num.* 13. 2.

Quamuis autem de Iure iſti Conſultores, ſeu aſſeſſores S. Officij eligi poſſint ab Inquiſitoribus, & de facto in multis ciuitatibus ab eis deputentur, vt Papiæ, & in reliquis ciuitatibus huius Dominij; Attamen Cremonæ, tam Conſultores, quàm Aduocatus Fiſcalis, & Cancellarius, (ad nominationem Reuerendiſſimorum per tempora Inquiſitorum) eliguntur ab Eminentiſſimis, & Reuerendiſſimis Inquiſitoribus Generalibus, prout etiam ab eadem Eminentiſſima Congregatione eligi ſolent Conſultores S. Officij Mediolani; Vnde hi Conſultores à memorata Sacra Congregatione dependent, nec niſi ab ea remoueri poſſunt, quia actus tribuitur confirmanti. Surd. *conſ.* 385. *num* 34 *vol.* 3. vbi ad propoſitum noſtrum, adducit pulcherrimam Doctrinam Bart. *in l. fin. Cod. de Defenſ. Ciuit.* vbi dixit quod ſi quis eſt electus ab vno, & confirmatus ab alio non poteſt renunciare, niſi in manibus confirmantis, quia ei actus tribuitur.

3\.
4\.
5\.

§. II.

De qualitatibus eligendorum in Conſultores.

IN hac re, præſuppono primò, etiam perſonas laïcas, & coniugatas poſſe eligi in Conſultores S. Officij, ita Royas de hæreticis, 1. *p. num.* 404. & id quotidiana experientia docet, & ego qui ſum Iudex conſeruator Iurium S. Officij. Conſultor, & Aduocatus Fiſcalis, ſum coniugatus, hoc limitarem, vt non procedat in Regno Luſitaniæ, quia ibi Conſultores habent votum deciſiuum, & in ſententiis ſe ſubſcribunt, vt atteſtatur, Souſa *in Aphoriſmis S. Officij, lib.* 1 *cap.* 1 *num.* 14. 6. 7.

Præſuppono ſecundò, multo plures qualitates requiri in Inquiſitore, & eius Vicario Generali, quàm requirantur in electione conſultorum, colligi poteſt hoc, ex pulcherrima doctrina Bobadill. *in ſua politica, lib.* 1. *cap.* 3. *num.* -3. *per totum*, vbi probat, multo plura requiri in Prætore, ſeu Gubernatore vnius ciuitatis, quàm in vno Senatore, ſeu Auditore vnius Regiæ Audientiæ, quia Senatoris, ſeu Auditoris munus eſt, videre proceſſus, & ſuper eis, cum communicatione aliorum Coauditorum dicere votum ſuum, munus autem Prætoris, ſeu gubernatoris eſt, non ſolum eadem agere, ſed & vlterius totam ſuam ciuitatem regere, eam à malis hominibus expurgare, & pleraque alia facere, quæ ſummam in eo prudentiam requirunt, vt notat *ibidem* Bobadill. *& numeris ſequentibus*, *& in Epiſtola ad Lectorem, in* 2. *tomo*. 8.

His præſuppoſitis Canoniſtæ *comm. in dicto cap. vt commiſſi* §. *Aduocandi*, quos ſequitur Simanch. *dicto tit.* 41. *num.* 12. Royas, & Peña locis à Farin. *dicta quæſt.* 185. *num.* 189. allegatis dixerunt in Conſultores eligendos eſſe, viros prudentes, probos, peritos, honeſtos, & prouidos, hæc omnia explicauimus cum de Inquiſitoribus loquuti fuimus, & latè declarantur à Carolo Tapia, *ad Conſtitutionem Regni Neapolitani lib.* 1. *in Rubr. fere per totum*, vbi more ſuo egregiè loquitur, *& numer.* 14. ait in huiuſmodi electionibus virtutem ſemper eſſe præ oculis habendam, quia vt ait, Simanchas *de Republica, libro quinto, capite quarto*, ex Dionyſ. Halicarnaſſ. *Apud nos Magiſtratus, & Honores deferantur*, 9. 10.

deferantur, non ditiſſimis, non qui longiorem maiorum
indigenarum poſſunt ſeriem oſtendere, ſed digniſſimis
Maxima autem vti debent Inquiſitores diligen-
11. tia in horum aſſeſſorum electione, Tapia, *vbi ſupra,*
num.5.& ſeq. cum aliis, per nos allegatis, *in tit. de*
Inquiſitoribus, & valde cauendum eſt nec ſecundum
carnem, & ſanguinem iudicantes Inquiſitores, de-
cipiantur, omnibus enim poſtpoſitis, ad virtutem,
ſcientiam & ad vitæ probitatem, reſpiciendum eſt.
Ex Conſultoribus autem, aliqui debent eſſe
12. Theologi, aliqui Canoniſtæ, & aliqui Ciuiliſtæ, Dec.
d. lib. 5. cap. 24. num. 10. Peña *comm.* 126. &
Zanard. *dicto cap. 6. quæſt.* 42. verſ. *Primò notan-*
dum, certè in noſtra Congregatione regulariter,
adſunt, quatuor Regulares Theologi, quatuor Cle-
rici Seculares Canoniſtæ, & quatuor Iuriſconſul-
ti laici.

§. III

De Præcedentia inter Conſultores.

PRæmittendum eſt, quod in Sacra Congregatio-
ne vniuerſalis Inquiſitionis de Vrbe, cui ſe con-
formare debent Inferiores Congregationes, eo mo-
do præcedunt inter ſeſe Conſultores, quomodo ſo-
13. lent præcedere extra Congregationem, ita Gra-
tian. *diſcept. forenſ. tom.5. cap. 845. per totum*, ſed
maximè, *num. 45.* verſ. *maximè in huiuſmodi*, vbi
ob id lariſſimè probauit, in dicta Congregatione de
14. Vrbe deberi præcedentiam, Reuerendiſſimo Præ-
ceptori, ſeu commendatario S. Spiritus, ſupra Re-
uerendiſſimum Generalem Ordinis Prædicatorum
amboa Conſultores, ex eo, quod in Capella Papæ
dictus Præceptor præcedit, & ex aliis prærogatiuia
ipſius, ibi conſideratis.
Hoc igitur ſtante, ſolummodò hoc loco notan-
dæ erunt Regulæ nonnullæ, quas DD. conſiderant
In materia Præcedentiæ, ex quibus poſtea vnuſquiſ-
que poſſit iudicare, quid in vnoquoque caſu parti-
culari ſit ſentiendum.
Primò ergo notant ſcribentes in materia præce-
15. dentiæ, in primis conſiderandam eſſe conſuetudi-
nem, quæ multum in ea poteſt, etiam ſi ſit contra
Ius, Io. Franciſcus Ferentill. *ad deciſ.* 903. Buratti,
*n.*20. Fab. de Ann. *conſ.*40 *n.* 2. pluribus ſequenti-
bus, vbi quod in hac re non requiritur in Iudicio
16. poſſeſſorio conſuetudo Iuris, quæ decennium requi-
rit, ſed ſufficit conſuetudo facti, videlicet ſic fuiſſe
in certis actibus obſeruatum, Gama, *deciſ.* 1. *n.*13. &
14. Rot. *deciſ.* 85. *n.* 5. *in Colonien.* Præcedentiæ. Co-
ram Vbaldo, in vltimo Impreſſis Venetiis, Scipio
Lancellotus in allegatione ſua pro Canonicis Re-
garibus, apud Tambur. *de Iure Abb. diſput.* 55.
Quæſito, 1. *n.* 198. & 199. tom.1. & Bobadill. qui
alios latiſſimè cumulat *in ſua Politic. tom. 2. lib. 3.*
c. 5. n. 23. & ibi in addit.
Secundò conſiderant DD. quod vbi certa con-
17. ſuetudo non adeſt, tunc præcedentia debetur haben-
ti maiorem dignitatem, Bald. *le. Obſeruare* §. *An-*
tequam, *ff. de Officio Proconſulis*, Auend. *de exe-*
quendis Mandatis Regis, 1. *p. cap.* 19. *n.* 16. Anna,
dicto conſ. 40. *n.* 1. Cyriac. *controu. forenſi*, 201.
n... Grat. *dicto cap.*845. *n.*52. qui cæteros allegant.
Hinc colligit Carolus Tapia inſignis I. C. *deciſ.*
21. Supremi Italiæ Conſilij per totam, plura. Sed
maximè, *n.* 16. Titulatum effectum de Collaterali
18. Conſilio præcedere antiquiores eiuſdem conſilij non
titulatos. Et inter Conſiliarios titulatos eum qui ma-
iorem habet titulum Regena de Ponte, *deciſ.*8. *n.*5.

Hinc Franc. *deciſ.*144. dixit, inter Officiales vno
die creatos fuiſſe Prælatum eum qui primò fuit 19.
Doctoratus, & eum qui aliud Officium actu exer-
cebat, quamuis alius idem officium prius exercuiſ-
ſet, & ibi addentes, bene Regens Conſt. l. 1. *Cod. de*
Conſulibus, lib. 12. *n.* 2.
Hinc etiam Anna Iunior *conſ.*136. vol. 1. conſu-
luit, quod ipſemet debebat præcedere alium ſibi in
data parem, quia ipſe erat filius Doctoris de Colle-
gio magni nominis, quia multos libros ediderat, quia
prius fuerat a Protege nominatus, & quia ipſe in
ordine ſcripturæ erat primo nominatus Carolus Ta-
pia, *dict. deciſ.* 21. *n.* 1. Maſtrill. *dec.* 130. *n.* 23.
Tertiò, notant DD. inter omnino pares præceden- 20.
tiam deberi ei, qui primò adeptus fuit poſſeſſionem
Officij, licet alius poſterior in poſſeſſione fuiſſet 21.
prior in data, Cabed. *dec Luſitana*, 3. *c. p. n.* 1. *&*
ſeq. & deciſ. 4. & 5. *ibid.* Tapia *vbi ſupra*, *n.* 15. *&*
ſeq. Regena Conſt. *in dicta l.*1. *n.*25. vbi quod Col- 22.
laterale conſilium iudicauit contrarium, de anno
1613. Die 10. Ianu. pro vt etiam contrarium iudi-
cauit idem collaterale, anno 1623. de Menſe Iulij
mandando dari præcedentiam, primo in data, quam-
uis poſteriori, in poſſeſſione, vt atteſtatur Ioann.
Bapt. de Thoro *in Compend. deciſ. Regni*, *tom.* 2. *fol.*
mihi, 481. vbi ad hanc deciſionem validandam al-
legat conſilium Lataræ, 87. qui ſcripſit in cauſa,
quæ fuit deciſa à Collaterali, *conſ. dicta.* Die 10.
Ianu. 1613.
Ego deciſiones has contrarias Collateralis conſi- 23.
lij, & Senatus Luſitaniæ concordarem vt hæ de
Iure procedant, cum aliquid poteſt imputari ei, qui
priorem datam habet, cur poſſeſſionem non fuerit
adeptus, Illæ verò habeant locum cum nihil potuit
imputari, vt puta quia prior in data fuit abſens in
ſeruitio Regis, vt accidit in caſu primæ deciſionis
dicti Collateralis Conſilij & clare innuit, Latarr.
dicto conſ. 87. *n* 42. quia ex hoc, non poterat dici
negligens in adipiſcenda poſſeſſione.
Quarto conſiderant DD. quod habenti dignita- 24.
tem inſeparabilem, ſi contingat eum exercere ali-
quod munus ratione cuius in conſ. vel congregatio-
ne, non deberetur ei præcedentia. Attamen ea ei de-
betur præcedentia ratione dictæ dignitatis, exem-
plum poteſt eſſe in Senatoribus, & Conſiliariis, qui
dicuntur habere dignitatem inſeparabilem, vt not.
Fab. de Anna, *dicto conſ.*40. *num.* 31. nam ſi vnus ex
eis in conſilio interueniat, vti Aduocatus, non ſedet 25.
poſt omnes, ſed in ſuo loco, vt deciſum in Sacro
Conſilio fuiſſe atteſtatur, Franc. *deciſ.* 138. vbi ad-
dentes, Anna *dicto loco*, num. 31. & Regens Tapia,
dicta deciſ. 21. *num.* 3. Idem in eodem Sacro Conſilio
fuiſſe ſeruatum in Conſiliario Petro Ant. Carauita
electo in Fiſci Patronum, in quadam cauſa, quæ in 26.
Regia, Camera tractabatur decidenda in Collaterali
conſ. Nam tamquam Conſiliarius in eodem Colla-
terali præceſſit Præſidentes, dictæ Cameræ, vti re-
fert Regens Conſt. *in dicta lege.* 1. *num* 37. *& ſeq.*
Sicque Illuſtriſſ. Senator Marcus Anth. Monrius in 27.
quadam Apoſtilla Manuſcripta ad illum locum Cō-
ſtantiis ait ſe vidiſſe, de Anno 1617. ſeruari in Magi-
ſtrat Ordinario Mediolani, in quo illuſtriſſ. D. Se-
nator Laguna (Vir morum integritate ac Doctrina 28.
verè ſingularis nunc in ſupremo Italiæ Conſilio
Aduocatus Fiſcalis meritiſſimus.) Fiſcalis proroga-
tus in cauſa fiſci, contra Hæredes Ludouici Por-
tæ, & Comitis Tabernæ retinuit ſuam præro-
gatiuam præcedendi Illuſtriſſimum Senatorem
Craſſum Iudicem Adiunctum in illa vna cum Il-
luſtriſſimo. D. Sen. Piccnardo Conciue meo, qui 29.

ob ſingulares animi ſui dotes, prudentiam, ac lega-
lem ſcientiam, nunc Præſidem Magiſtri Ordinarij,
vnicum Ciuitatis noſtræ Decus, & Ornamentum
omnes admirantur, Sedit enim ad dexteram Illu-
ſtriſſ. Præſidis, D. Senator P. Cenardus, ad læuam
D.Sen.Craſſus. Atque hæc de Præcedentia, ad cu-
ius materiam videndi ſunt DD. omnes ſupra relati,
ſed maxime Regens Tapia, *decis.* 21. Regens de Pon-
te, *decis.* 8. Io. Bapt. de Thoro, in 2. Tom. Compendij,
vbi latiſſimè, Tambur. loco alleg. vbi ponit omnes
allegationes præcipuas factas in cauſa præcedentiæ
inter Canonicos Regulares, & Monachos Benedi-
ctinos, Fab. de Ann. *conſ.* 122. *vol.* 2. Bobadill. *dicto
loco* 3. *c.* 2. *per tot.* vbi de præcedentia vxorum Offi-
cialium, Viſeont. *in concluſ. Iuris in verbo præcedē-
tia,* & D. Aloyſ. Ric. *in ſuis Collect. decis. p.* 7. *Collect.*
1596. qui alios latiſſimè cumulant.

§. IV.

*An Pater, & filius ſimul poßint eligi in Conſul-
tores S. Officij.*

31. HAnc quæſtionem bene reſoluit Franciſcus
Marcus *in decis. Parlamenti, Delfinalis* 629.
lib. 1. vbi ait, quod licet in aliquo Parlamento, aut
Senatu de Iure non reperiatur vetitum eſſe ſimul
Officiales Patrem, & filium. Attamen non admit-
tuntur ſimul in Parlamento Pariſienſi, ſed in abſen-
tia alterius, alter admittitur.

32. Ex qua deciſione corroboratur electio Sacræ Con-
gregationis Eminentiſſimorum Supremorum Inqui-
ſitorum, qua ſuperioribus annis ob benemerita D.
Franciſci Canicij I. C. deputauit D. Io. Baptiſtam I.
C. eius filium in Conſultorem S. Officij, ſeu potiùs
in coadiutorem Patris ſui, iam ſuprà 30. annos eiuſ-
dem Officij Conſultoris cum hoc, quod in Con-
gregationibus ſimul non interuenirent, quia vota
Conſultorum in his Congregationibus debent eſſe
omnino libera, *ad not. per gloſ.* & Bart. *in l.* 1. *§.
Quæ honoranda. ff. quarum rerum actio non detur.*

33. Confirmatur autem deciſio Marci, ex traditis à
Loſeo *de Iure Vniuerſit.* 1. *p. c.* 3. *n.* 28. vbi *ex l.* 6. *&
7. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine,* probat Patrem, &
filium poſſe ſimul eſſe Decuriones, & ibi ſequitur
allegatam Marci deciſionem. Vnde Regno ſpecialis
adeſt Pragmatica 5. ſubtit. *de Admin. rerum Vniuerſ.*
quæ id vetat, vbi Scipio Rouit. & latiùs, Ioan. Pau-
lus Montanar. *ibid.* §. 16. *per totum.*

34. Quia tamen huiuſmodi electiones Patris, & filij,
Patrui, & Nepotis, & duorum fratrum, maximè
ſi ſimul viuerent periculoſæ ſunt, conſulo Inquiſi-
toribus inferioribus, ne vllo modo ad eas deue-
niant, niſi prius Supremis Inquiſitoribus vniuerſali-
bus Conſultis.

§. V.

De qualificatoribus Propoſitionum.

SÆpiſſimè in S. Officio occurrit dubitatio, an
35. propoſitio ab aliquo prolata ſit hæretica, ſapiat
hæreſim, ſit ſcandaloſa, temeraria, &c. Vnde ſæ-
piſſimè etiam ad propoſitionem qualificandam aſſu-
muntur Theologi, qui ob id dicuntur qualificatores,
Royas *de hæret.* 1. *p. n.* 384. *&* 204. P. Diana, qui re-
fert pulchram Toletanam inſtructionem, *p.* 4. *tract.* 8.
reſol. 84. In noſtro S. Officio Cremonæ, quatuor
Conſultores Theologi qualificant ipſi propoſitio-
nes & cum Reuerendiſſ. Inquiſitor ſemper ſit Magi-
ſter in Sacra Theologia non egemus tot alius Quali-
ficatoribus, prout egent Inquiſitores Hiſpaniæ, qui
ſunt Iuriſconſulti.

De modo autem, & forma qualificandi has pro-
poſitiones, quæ obſeruari ſolet in Hiſpania, videatur
Paulus Garzia, *En la Orden de proceßar en el. S.
Officio,* fol. mihi 75. verſ. *Deſpues de reconocidos.*

§. VI.

*Quibus tempore, & loco fieri debeant Congre-
gationes S. Officij.*

SOlent Inquiſitores, vocare Conſultores ſuos, 36.
non ſolùm cum ſententia ferenda eſt condem-
natoria, vel abſolutoria, ſed etiam ad omnes diffi-
cultates cauſarum occurrentes, egenteſque maturo
iudicio, & diligenti examine, ac etiam cum agitur
de captura aliquarum perſonarum inſignium, ita
Peña. *in praxi Manuſcripta, lib.* 2. *c.* 7. *n.* 2. *&
cap.* 9. *n.* 1. *& in* 3. *p. Directorij comm* 126. Za-
nard. *in Sum. dicto cap.* 6. *quæſt.* 42. verſ. *Secun-
dò notandum.*

An autem huiuſmodi Congregationes ſint ha- 37.
bendæ de mane, vel in veſperis, Romæ Congrega-
tiones fiunt de mane, & etiam Cremonæ, quod eſt
cum diſpoſitione iuris conforme, vt notat Theſau-
rus in proœmio ſuarum deciſionum, *n.* 37. verſ.
tempus vero Senatus, quia de mane mens eſt magis
quieta, & ingenium ſubtilius e. *ſanè* 5. *q.* 1. bene Albe-
ric. *in Proœm. Cod.* §. *Quoniam,* qui ait, quod quies
interiecta laboribus reddit nos operoſiores, idem do-
cuit Cabed. *decis. Luſitaniæ* 2. *num.* 5. *& ſeq.* 1. *p.*
vbi allegat text ad hoc *l.* 2. §. *Et quia Magiſtrati-
bus ff. de Origine Iuris,* ibi, *& quia Magiſtrati-
bus veſpertinis temporibus in publicum eſſe inconue-
niens erat,* & plura alia eruditè ad hoc ipſum com- 38.
probandum adducit.

Locus proprius iſtarum Congregationum eſt Au-
la S. Officij Audiui tamen a viris fide dignis extare
ſuper hoc literas Eminent. Inquiſitorum Genera-
lium, mandantes, vt huiuſmodi Congregationes,
cum fiunt coram Epiſcopis habeantur in Epiſcop.
Palatio, vbi verò Epiſcopus non poteſt, vel non
vult interuenire, tunc fiant in S. Officio, & ibi ac-
cedat Vic. Gen. Epiſcopi, Ego dictas literas non vi-
di, ſcio tamen in noſtra Inquiſit. Cremonæ, ita ad
vnguem obſeruari. Sed poſt hæc ſcripta vidi De-
cretum S.D.N. Vrbani VIII. de quo in literis Emin.
D.D. Card. Barber. Sub die 6. Decembr. 1635. directis
Inquiſit. Mediolani, in qua Sanctiſſimus mandauit
ſolitum obſeruari.

§. VII.

*De ordine Votandi, in Congregationibus Sancti
Officij.*

36.

EX ſtylo omnium ferè Tribunalium, ſumma cum
ratione introducto, iuniores Senatores, Audito-
res, & Conſultores, priores votant.

Ita Theologos, in Curia Parienſi votare atteſtatur 40.
Nicol. de Lyra, *in ſua Apoſtil. ſuper cap.* 21. *Exodi,*
in verbo, *Iudicio,* & in Senatu eiuſdem Ciuitatis
Pariſienſis idem obſeruari ait Rebuff. *ad Conſt. Re-
gias, tit. de Publicatione Atteſtationum, articul. vni-
co gloſ. vnica, n.* 35.

In

In Senatu Luſitaniæ, Florez de Mens, *in ad-*
41. *dit.ad Deciſion.primam Gama in fin.* & Cabedo *de-*
*ciſ.6.num.*8.*p.*1.
In omnibus alliis curiis Hiſpaniarum, Coria Pi-
42. ſana,*lib.2.cap.*4.in Regno Neapol. Afflic.*deciſion.* 1
num.5.& ſeq.
43. In Senatu Pedemon. Oſaſchus, *in Proœm. deciſ.*
*n.*11. & Theſaur. *deciſ.* 1. *num.*1. vbi Gaſpar Anto-
nius, eius filius.
44. Rationem omnes adducunt, ne minores formi-
dent declinare à ſententiis maiorum, & ita obſer-
uandum eſt etiam in ſancto Officio, prout etiam
in Congregationibus ſanctæ Inquiſitionis, quæ
habentur Romæ coram Sanctiſſimo, & Eminen-
tiſſimis DD.Cardinalibus Supremis Inquiſitoribus,
ita obſeruari intelligo.
45. In noſtra Congregatione Cremonæ ſeruatur con-
trarium, nam dignior primo loco votat, & quam-
vis contrarius ſtylus ſit rationabilior, & ſequen-
dus. Attamen etiam noſter ſtylus habet DD qui il-
lum tuentur, ita enim tenet Grammat. *d. dictam*
deciſion.primam Afflict. in verbo, *Digniores*, qui
ad hoc refert alios canoniſtas, in cap. *Epiſcopus*,
*diſt.*17.& ſecundum noſtrum ſtylum aliquando fuiſ-
ſe in ſacro Conſilio ſeruatum, atteſtatur Afflict. *di-*
*cta deciſ.*1.*num.7.citra medium.*

§. VIII.

De modo votandi in S. Officio.

46. PRopoſitis in Congregatione meritis totius pro-
ceſſus iuxta text.in cap.*Statuta*, § *Iubemus*, *de*
*hæreticis in 6.*ibi *ois per totum proceſſum ſuper quo*
deliberandum eſt ſerioſè manifeſtari, ac integraliter
explicari Eymericus *in direct.part.4.quæſt.79. & ibi*
Peña *com.*118. Paramus *de Origine S. Officij, lib.*3.
*quæſt.4.de forma,& ordine Iudicario,num.*56. ita ta-
men, vt nomina teſtium non publicentur Conſul-
47. toribus,ſed ſolum eorum Qualitates in genere, eis
explicentur, ſecundum laudabilem conſuetudinem
S.Officij,de qua Farin.*de hæreſi,q.*185.*num.*196.verſ.
verum,quam hucvſque per 14.annos vidi in S.Offi-
cio Cremonæ,inuiolabiliter obſeruari, Caſtro Pa-
lao,*dicta diſp.*8.*punct.*11.*n.*3.
48. Propoſitis inquam meritis proceſſus hoc modo,
vetus votandi modus eſt, vt Conſultor, primò exa-
minet num Intentio Fiſci ſit plenè probata,vel quo-
modo.Secundò vt conſideret, an fiſci Intentio ma-
neat eliſa,ex probationibus, & exceptionibus Rei.
Tertiò, his perpenſis votum ſuum Deum ſolum
præ oculis habens, & eius tremendum Iudicium
proponet iuxta Regulas à nobis *in* 2. *&* 3. *parte*
huiuſce operis latiſſimè propoſitas, & declaratas,
hunc votandi ordinem in Camera Imperiali,ab il-
lius Senatoribus obſeruari apparet, ex votis in eo
Tribunali datis apud Ioann. Tilmannum, in ſuis
Illuſtribus,& ſolemnibus obſeruat.Summi ſtatutum
Imperij,*to.*1.*Conſultorij ferè per tot.* ſed præſertim,
Syntagm.1.*deciſ.a.voto 6.& pluribus ſequent.* ex qui-
49. bus etiam apparet, non omnes Senatores longas
phylacterias in ſuis votis interſerere, aliquando ab
inſtituto alienas, ſed breuiter, vbi cum relatore
ſentiant, nec in aliquo ab eo diſcrepent votum
ſuum ſex, vel octo ad ſummum lineis paruulis pro-
ferre, ſe remittendo, voto D Relatoris,addita vni-
ca ratione ſex verbis explicata.
Tandem ad finem huiuſce §. Duo notanda ſunt
ex Paulo Garzia, *en la Orden de proceſſar en el S.*
Officio, qui tractatus impreſſus eſt ex Ordine Su-
premi Conſilij in Regnis Hiſpaniarum.
Primum eſt quod habet *fol.26.à tergo*, his ver- 50.
bis, loquens de Conſultoribus, *Si el Reo ſe vota-*
re à tormento, nò ſe voto lo que ſe ha da hazer
confeſſando, ò negando ſi no que ſe torne a veer.
Alterum eſt, quod habet *eodem loco* loquens de 51.
modo, quo Notarius S.Officij, debet in actis re-
digere vota conſultorum diſſonantia inter ſe, his
verbis. *Y quando no ay conformitad, todos los que*
ſon de vn parecer ſe pondran juntos ora ſe an Inqui-
ſidores, ora ordinario à Conſultores comenzando del
Inquiſidor mas antigno, y con el todos los, que le
ſiguen, y luego el ſegundo, y aſſi de los de mas por
que de otra manera ay alguna confuſion.

§. IX.

An vota Conſultorum ſint deciſiua.

NOn eſt dubium vota horum Conſultorum eſſe 52.
conſultiua tantum non deciſiua,ita Peña, *in di-*
*rect.p.*3. *com.*127.Baiola *in Aphoriſm. Iuris vtriuſ-*
que in verbo *Vota Conſultorum*, Diana. qui alios
cumulat, *p.4. Reſolut Moral.tractat.*8. *Reſolut.* 38.
& ita obſeruari in Inquiſitione Hiſpaniæ, colligi-
tur ex inſtructione Madril. verbis latinis relata à
Pegna, & Hiſpanis à Diana locis relatis, & in In- 53.
quiſitionibus Italiæ idem in praxi eſſe vſu recep-
tum conſtat, ex pluribus litteris Eminentiſſimo-
rum Generalium Inquiſitorum quæ in archiuo no-
ſtræ Inquiſitionis Cremonæ, aſſeruantur, quæ-
que id expreſſè in pluribus cauſis, declarauit.
Quamuis autem Inquiſitor non teneatur ſequi 54.
vota ſuorum Conſultorum, attamen neque etiam
ſine ratione poteſt ab eis diſcrepare, niſi ſint, vt
aliquando accidere poteſt, valde irrationabilia, Pe-
gna, *dicto comm.* 87. verſ. *Quamquam*,Zanard.*di-*
*cta quæſt.*42. verſ.*Tertiò notandum*, vbi quod mul-
to minus diſcedendum eſt, à votis Conſultorum,
cum ſunt vniformia, & cum eis ſtat ſententia Epi-
ſcopi Caſtro Palao,*dicta diſp.*8 *punct.*11.*num* 1. vbi
quod, niſi manifeſta ratio obſtet, de æquitate con-
ſilia Conſultorum ſunt ſequenda.
Sed dato, quod Inquiſitores non teneantur ſe- 55.
qui vota ſuorum Conſultorum, an ſaltem tenean-
tur ante ſententiam ea requirere, ita quod,ſi non
requirantur,ſententia ſit nulla.
Ferdinandus de Caſtro Palao, *in opere morali*
*tract.4.dicta diſp.8.punct.*11.*n.*3.dixit probabilius eſſe
teneri Inquiſitores ante ſententiam requirere vota
Conſultorum.
Ego cum P.Diana,*dicto tract.7.reſol.*18. verſ.*Ve-*
rum, probabilius omnino puto contrarium, ex his,
quæ ibi ipſe adducit, & in noſtra Inquiſitione Cre-
monæ pluries vidi cauſas minimè graues ab Epiſco-
pis,& Inquiſitoribus, ſimul ſine vlla requiſitione
Conſultorum expediri.
Animaduertit etiam, bene Zanardus, in hac re
*dicta q.*42.verſ.*Quartò notandum*, Inquiſitores non
debere tantum fidere in ſuis Conſultoribus, vt ſe 56.
ipſos putent immunes à reuolutione proceſſus, li-
brorum,& ſtudio cauſæ, cum enim ipſi ſint Iudices
ipſis munus incumbit examinandi, & in facto, &
in iure merita proceſſus, & caſus aliàs in ſimili ma-
teria ab Eminentiſſimis Supremis Inquiſitoribus,
& etiam ab eorum proceſſoribus definitos.
Et ob id dicunt Doctores quod mala Conſul-
torum conſilia non excuſant Inquiſitorem, à cul- 57.
pa, ita Pegna, *comm.* 127. verſ. *Poſtremo illud*
moneho, Royas *de hæretic.* 1. *part. num.* 424. *&*

ſequent. & Farinacius *de hæreſi*, *quæſtione* 185.
*num.*194.

§. X.

De Secreto, ab Inquiſitoribus Conſultoribus indicendo.

58. SEcretum ab omnibus Magiſtratibus obſeruan-
dum tradiderunt quotquot de Republica be-
ne inſtituenda, & gubernanda tractatus ediderunt,
quos latè cumulauit Simaneh. *de Republica*, *lib.*7.
*cap.*14.*& ſequent.* & latiſſimè omnino videndus Bo-
badill.*in ſua Politica*, *tom.*1. *lib.* 2. *cap.*5.*Que ſecre-
to ha de guardar el Corregidor*, Bene etiam Boſſ.
in tit de carcerato fideiuſſ.relax. num. 32. vbi refert
59. Franciſcum Bellonum in Ciuitate Caſalis Senato-
rem,(ex eo, quod ſententiam à Senatu latam non-
dum tamen poblicatam reuelauerat) fuiſſe capite
obtruncatum, quam ſententiam prius ipſe in ſe ip-
ſum tulerat,cum enim à Marchione fuiſſet interro-
gatus, qua pœna dignus eſſet, qui ſententiam ca-
pitalem reuelaſſet, & ipſe reſpoodiſſet, eadem ca-
pitali pœna, ſubiunxit Marchio Montisferrati, tu
igitur hanc pœnam patieris.

60. Quia autem vt ſuprà, diximus neruus præcipuus
cauſarum S.Officij eſt ſecretum,P.Maſſin.*in Praxi
Officij*,*fol.*10.verſ. *Dee Parimente*, ideo ſumma cum
ratiooe ſtatutum eſt, in cap.*Statuta.*§.*&*, *vt eorun-
61. dem, de hæreticis*,*in* 6.vt poſſint Inquiſitores Con-
ſultoribus indicere ſecretum in cauſis S.Officij ſub
pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ.
Eymericus, *in Directl.*3. *part.q.*81. & ibi Pegna *in
comment.* 130. Lucerna Inquiſitorum in verbo *In-
quiſitor*, *num.*21. Zanard. *in Summ. dicto cap.* 6. *de
Inquiſitore*, *q* 42. verſ. *Sextò notandum*, & verſ.*Se-
62. ptimo notandum*, vbi quod Conſultores, etiam ex-
tra Congregationem inter ſe poſſunt loqui de me-
ritis cauſarum, de quibus in Congregatione per-
63. tractarunt. Addit inſuper, quod lata, & publicata
ſententia Conſultor poteſt dicere, ego fui io tali
voto, quod intelligendum eſt cum grano ſalis, &
ſecluſo ſcandalo, & dummodò ij quibus Conſul-
tor reuelat votum ſuum, non poſſint venire in co-
gnitionem voti aliorum Conſultorum, & dummo-
dò non adſit periculum, quod ex tali reuelatione
oriantur rixæ,ac contentiones.

64. Illud certum eſt nunquam Conſultori licere re-
uelare vota aliorum, maximè in cauſis grauiſſimis
ob periculum, in quod eia iniiceret qui ſententiam
duram dixiſſent, Boſſ. *in dicto titul de Carcerato fi-
deiuſſor.relaxando*, *n.*30.verſ. *& ſi publicarentur vo-
ta ſingulorum.*

65. Et hæc, quæ diximus de ſecreto à Conſultori-
bus obſeruando, manifeſtiora redduntur, ex for-
mula iuramenti, quod præſtare ſolent Conſulto-
res, de qua in actis noſtri S. Officij Cremonæ, iu-
rant enim ſe ſecretum ſeruaturos, nec de rebus io
Congregatione pertractatis, reuelandis, ſub pœna
excommunicationis ipſo facto, à qua non poſſint
abſolui, niſi ab Eminentiſſimis DD. Cardinalibus
Supremis inquiſitoribus. & pariter iurant ſub ea-
dem pœna de non loquendo, ſeu tractando ve bo,
vel ſcriptis, aut alio quovis modo, de his quæ con-
cernunt cauſas S.Officij, niſi eum DD.Conſultori-
aliiſque Officialibus S. Officij, vt patet ex eadem
forma iuramenti, de qua *ſupra*, quæ etiam impreſ-
ſa habetur, apud Patrem Maſſin. *in Praxi S. Officij*,
*p.*9. in Rubr.*Forma del Iuramento* ſecundæ impreſ-
ſionis.

Si tamen Epiſcopi, vel Inquiſitores reuelarent
huiuſmodi ſecreta S.Officij, nullam quidem cenſu- 66.
ram incurrerent. peccarent tamen mortaliter, vt
ootauit Zanard.*vbi ſuprà*, niſi Inqoiſitores, etiam
ipſi in Congregatione ſuorum Conſultorum iura-
mentum præſtaſſent ſecreti, vti eos facere debere
conſtat ex Decreto S.C.vt ex litteris Eminentiſſimi
D. Cardinalis Arigonij 24. Decembris 1611. dire-
ctis inquiſitori Cremonæ, vbi etiam addit S. C.
quod hoc Ioqoiſitoribus mirum videri non debet,
quia etiam Eminentiſſimi DD.Cardioales Supremi
Inquiſitores ſimile ſecreti iuramentum præſtant.

Tandem ootandum ad finem huius tituli Caoo- 67.
nicos Cathedralis, dum vti Conſultores interſunt
Congregationibus S. Officij lucrari diſtributione
quotidianas etiam eas quæ ſolis intereſſentibus, itas
dantur, vt qoomodocumque abſentibus etiam ex
infirmitate denegentur, vt pro Canonicis noſtræ
Cathedralis cootra Capitulum declarauit S.C.Emi-
nentiſſimorum Supremorum Inquiſitorum, ſub die
2.Ian.1614.& die 17.Ian.1619.

TITVLVS IX.

De Aduocato Fiſcali S. Officij.

SVMMARIVM.

1 *Nomen Fiſcus in Iure ſignificat ærarium, ſeu Cameram Principis.*
2 *Adrianus I. Imperator, fuit inſtitutor Aduocati Fiſcalis.*
3 *Aduocatus Fiſcalis habet maximam dignitatem, & numeratur inter Clariſſimos, n.*4.*&* 8.
5 *Aduocati Fiſcales à ſolo Rege creantur.*
*Sedent in numero Iudicum, num.*6.
*Sedent coram Principe, num.*7.
*In nihilo differunt à Iudicibus, n.*9.
*Deferunt Togam, num.*10.
*Puluinaria ſerica ipſis ſubternuntur, n.*11.
*Alia Priuilegia, Aduocatorum Fiſcalium, remiſſinè, num.*12.
13 *In omnibus cauſis, vbi de vtilitate fiſci agitur interuenire debent Aduocati Fiſcales.*
14 *In ſtatu mediolani Fiſcus non accuſat, licet accuſatori aſſiſtat, dummodò aliàs ſit aperta via Iudici ad procedendum, quam ab ipſo.*
15 *Idem ſeruat Aduocatus Fiſci Sancti Officij in Hiſpania, & in Inquiſitionibus Italia, num.*16.
17 *Inquiſitores habent Fiſcum.*
18 *Inquiſitores poſſunt ſibi eligere Fiſcalem.*
19 *In Inquiſitione Cremonæ, olim ſolebat elegi vnus Promotor Fiſcalis, qui erat vnus ex Procuratoribus vrbis, nunc eligitur vnus ex Conſultoribus in Aduocatum Fiſcalem.*
20 *Primus ex Conſultoribus electus in Aduocatum Fiſcalem, fuit D.Ioan Petrus Ala I.C.Inſignis, huic ſucceſſit Auctor.*
21 *Aduocatus Fiſcalis Cremonæ creatur, à Sacr. Congregat.*
22 *Quali ates eligendi in Aduocatum Fiſcalem.*
23 *Regens Tapia, dixt expedire, quod in Fiſcalem Regis in Regno, eligeretur vnus ex Conſiliariis, Conſilij Regij.*
24 *Quarum rerum cognitionem habere debeat, Aduocatus Fiſcalis huiuſce Tribunalis.*
25 *Quando Aduocatus Fiſcalis contra hæreticos*

poſſit

poſſit accuſationem porrigere.
26 *Aduocatus Fiſcalis, debet tueri Iuriſdictionem S. Offi 9.*
27 *Aduocatis Fiſcalibus Regis commendatur Iuriſdictio eiuſdem Regis.*
28 *Aduocatus Fiſcalis S Officij debet reuoluere libros denunciationum, & alia &c.*
Debet proceſſus contra reos formatos diligenter ſcrutari num.29.
Poteſt inſtare, quod Inquiſitores ſæpè edicta fidei promulgent, num.30.
31 *De Iure Aduocatus Fiſcalis non poteſt intereſſe Congregationibus, cum cauſa votatur & adducitur text.* l. Proximè, de his quæ in teſtamento delentur.
32 *Intellectus text.* l. fin. Cod. de Aduocatis Fiſci.
33 *De Iure Aduocati Fiſcales non habent Votum.*
34 *Quid in Praxi; obſeruetur in hoc, in Supremis Tribunalibus.*
Quid in Senatu Pedemontano, n.34.
Quid in Senatu Cathaloniæ num.35.
Quid in Conſilio Regni Siciliæ, n.36.
Quid in Senatu Luſitaniæ. n.37.
Quid in Conſilio Neapolitano n.38.
Quid in Tribunalibus Inquiſitionis in Regnis Hiſpaniarum, num.39.
Quid in Inquiſitione Cremonæ n 41.
Quid in Curia Prætoria Cremonæ n.42.
40 *Aduocatus Fiſci de Iure non poteſt intereſſe examinibus teſtium nec torturæ rei, ſed praxis eſt in contrarium, n.41. ſequent.*
43 *An ſtante ſtylo noſtræ Congregationis, quod Aduocatus Fiſcalis interueniat torturæ, poſſit ea ab Inquiſitoribus inferri ſine aduocato Fiſcali.*
44 *Quid in abſentia Aduocati Fiſcalis Cremonæ, agebat Illuſtriſſim. Salamanca Prætor, & quo Iure.*
45 *In abſentia Aduocati fiſcalis, poteſt Iudex alium deputare.*
46 *An Aduocatus fiſcalis, poſſit recuſari ſuſpectus, remiſſiue.*
47 *De Iure in cauſis criminalibus fiſcus appellat, n.48. vbi quod ita fuit Deciſum Romæ.*
49 *In Curiis Secularibus Regni, fiſco loco appellationis datur recurſus.*
50 *An fiſcus S. Officij appellet, vel habeat recurſum.*
51 *Fiſcalis, qui habet votum deciſiuum in Curia & iiſdem cauſis recuſatur. ex quibus Iudex.*
52 *Ita decidit Senatus Cathaloniæ.*
53 *Deciſio Senatus noſtri Mediolani, in hac materia.*
54 *Cum Fiſcalis non habet Votum deciſiuum in Curia tunc, an poſſit recuſari, controuertunt DD. Verior ſententia eſt quod ſic ex cap.* Inimicitiæ, *num.55. & ſeq.*
57 *Aduocatus poteſt arceri à munere aduocandi contra inimicum, non ſic procurator.*
58 *Si cauſa Inimicitiæ ortum haberet ex cauſa Officij non poſſet recuſari.*
59 *Procurator Fiſcalis non poteſt recuſari.*
60 *In S. Officio, quando admittenda hæc recuſatio.*
61 *Officiales electi à Principe difficilius recuſantur.*

SEQVITVR, vt de Aduocato Fiſcali huiuſce Tribunalis agamus, ſit ergo

§. I.

De origine, & dignitate Aduocati Fiſcalis.

PRæmiſſa ſignificatione huiuſce vocabuli, *Fiſcus* 1.
quod nihil aliud ſignificat, niſi ærarium, vt notat Gothofred. *in ſuis notis ad Rubr. Cod. de Iure Fiſci*, vel Cameram Principis, prout complectitur, quidquid ad illius commodum pertinet pecuniarium, vt dixit D. meus Peregr. olim in Patauino Gymnaſio præceptor meus Amantiſſ. *tract. de Iure Fiſci, lib.1. tit.1. num.20. & pluribus ſeq.* & Regens Conſtantius *in Rubr. prædicta, de Iure Fiſci, num.3.* Eliſeus Danza, *in tract. de Pugna Doct. tit. de Officio Fiſci, num.1. & ſeq.* qui alios allegant.

Huiuſce Ærarij, ſeu Cameræ, & Fiſci, Adrianus
Imperator primus omnium Aduocatum creauit, 2.
quem Fiſci Aduocatum nominauit, & Adrianum ex poſt ſequuti fuerunt alij Imperatores, ita Garz. Gallecus *de Hiſpanorum Nobilitate, & exemptione, Gloſſ.4 in principio, num 17.* Maſtril. *de Magiſt lib.5. cap.8. num.64.* Marc. Anton. Surgens *in Neapoli illuſtrata, lib.1. cap.16. num.20.* Regens Tapia *in Iure Regni Neapolitani, lib 2. tit de Officio Aduocati, & Procuratoris Fiſcalis, in Rubrica n 12.*

Aduocati iſtius Fiſcalis maximam eſſe dignita-
tem paſſim docuerunt ſcribentes, Alfar. *de Officio* 3.
Fiſc gloſſ. 9. num.10. ſeq. & Gloſſ. 6. Maſtrill. *vbi ſupra, num.65.* Peregr *de Iure Fiſci, lib 1. tit 2. num.85.* Berart *in Speculo Viſit. ſecularis, cap. 12. num.1. &*
ſequent. vbi quod numeratur Aduocatus Fiſcalis, in- 4.
ter Clariſſimos

Hinc Aduocati Fiſcales à ſolo Rege creantur,
Maſtrill. *dicto num.85.* vel à Principe ſupremam au- 5.
ctoritatem habente. Tapia *vbi ſupra n.1.*

Sedent in numero Iudicum Supremorum, & Se- 6.
natorum, *l laudabile, Cod. de Aduoc. diuerſ. Iud.* Garz. *dicta gloſſ.3. n.9.*

Sedent coram Principe, Maſtrill. *dicto cap. 8.*
num.73. 7.

Inter Clariſſimos numerantur, *l. reſtituenda, Cod.*
de Aduoc. diuerſor. Iud 8.

In modo proſequendi cauſas in nihilo à Iudici-
bus differunt, Alfar. *de Officio Fiſcalis, gloſſ.17. n.3.* 9.
verſic. *Etiam*, in modo proſequendi.

In locis, & Regnis in quibus ſoli Officiales Re- 10.
gij togam deferunt, vt in Regno Neapol. Regens Tapia, *n 5.* Maſtrill. *num.72.* Garz. *num.11.* Et gloſſ. *35. n 42. & ſeq.* vbi, quod ſuper hoc adeſt ordinatio Potentiſſimi Regis noſtri.

Ipſis ſubſternuntur puluinaria ſerica eadem cum 11.
Senatoribus, Garz *dicta Gloſſ.3. n.45.*

Et plurima alia Aduocatis Fiſcalibus, à Principis
munificentia conceſſa fuerunt Priuilegia, vt omnes 12.
eorumdem dignitatem, ex his facilè poſſent intelligere.

Aduocati Fiſcales in omnibus cauſis in quibus 13.
de vtilitate, & iure fiſci agitur interueniunt, ſiue cauſæ Ciuiles ſint, ſiue Criminales, & in noſtro Statu Mediolani, Aduocatus Fiſcalis non poteſt quetelare, nec ipſemet denunciare, nec aperire viam
inquiſitioni, ſed eius munus tantummodo eſt inſta- 14.
re apud Iudices & aſſiſtere denunciantibus, dum, modo aliter ſit aperta via Iudicibus, quam per inſtigationem ipſius Fiſcalis, Clar. *§. fin. quæſt.* 10. *verſ. fin.*

Et ita Fiſcales in ſancto Officio Hiſpaniæ non
porrigunt accuſationem contra reum coram Inqui- 15.
ſitoribus, niſi poſtquam aperta eſt via Inquiſitoribus ad procedendum contra reos, vt videre eſt
ex

ex Paulo Garzia, *en la orden de proceſar en el S. Of-*
16. *ficio* fol. mihi 15. Quod etiam obſeruari in Inqui-
ſitoribus Italiæ colligi poteſt ex Praxi Inquiſitorum
Manuſcripta Pegnæ, *lib. 2. per totum*, vbi de accu-
ſatione Fiſcalis ne verbum quidem, & ex traditis
ab eodem, Pegna *in 3. p. Direct. comm.* 14. verſ. *ſed
cum hodie*, vbi ait, quod habitis de teſtibus, de cri-
mine, & præcedenti debita Inquiſitione, & in-
formationibus, libellum accuſatorium fomare ſolet
Fiſcalis.

§. II.

An Inquiſitores habeant Fiſcum.

17. NOn eſt dubium, quin Inquiſitores habeant
fiſcum, id enim manifeſtè ſupponunt omnes
DD. qui de pœna confiſcationis bonorum hæreticis
impoſita pertractarunt
18. Et ob id Inquiſitores poſſe ſibi eligere Aduoca-
tum Fiſcalem, docuit Simancha, *de Cathol. Inſtit.*
51. de Promotore Fiſcali, per totum, Lud. a Paramo
de Origine S. Inquiſitionis, lib. 3. quaſt. 9. num. 15. &
idem Simancha *in Enchir. Iudicum violata Religionis,
titul. 20. num. 1. 2.* Nec de hac re dubitari poteſt, quia
in omnibus Inquiſitionibus videmus deputari vnum
19. Aduocatum fiſcalem. Et quidem in noſtra Inquiſi-
tione Cremonæ, olim ſolebat deputari vnus Procu-
rator, ſub nomine Promotoris, ſeu Syndici Fiſca-
lis, ab Eminentiſſimis, & Reuerendiſſ. ſupremis In-
20. quiſitoribus, ex poſt autem cœpit ab iiſdem eligi
vnus Aduocatus Fiſcalis qui ſimul eſt conſultor, Et
primus ſic electus fuit, D. Petrus Ala, Iuriſconſul-
tus de Collegio noſtræ Ciuitatis, vir in cientia le-
gali inſignis huic ego ſucceſſi, ad nominationem
21. Reuerendiſſ. P. Magiſtri, Ioann. Baptiſtæ, de Sex-
tula Inquiſitoris tunc Cremonæ de noſtra Ciuitate,
ſancto Officio, & tota ſua Religione optimè me-
ritus, & ab iiſdem Eminentiſſ. Cardinalibus, anno
1630. fui electus, & confirmatus, cum iam eſſem
etia Conſultor eodem modo electus, vſque de an-
no 1626.

§. III.

De qualitate eligendorum in Aduocatos Fiſcales.

22. IN Aduocatum Fiſcalem, S. Officij eligendus,
debet eſſe vir probus, induſtrius, diligens, fi-
dei zelator, & Iuris peritus Simanch *de Cath.
Inſtit. dicto titul* 53. *num.* 1. & in Enchirid. *tit.* 20.
num. 2. Ludouicus Paramus, *dicta quaſt. 9. num.* 40.
& ſequent.
23. Bene Regens Tapia, *in Iure Regni Neapolitan.
libro ſecundo, titul. de Officio Aduocati, & Procu-
ratoris Fiſcalis, in Rubr. num. 9. & ſequent.* vbi
generaliter dixit, eligendos in Aduocatos Fiſcales,
debere eſſe viros doctiſſimos, probatiſſimos, &
diligentes, & ſubdit, quod ob hoc, non eſſet
incongruum, vt ad hoc Aduocati Fiſcalis munus
eligerentur Regij Conſiliarij, & Cameræ Præſi-
dentes, quorum eſſet probata doctrina, & omni-
bus nota probitas.
Ex quo fortaſsè mota fuit ſacra Congregatio,
dum vt ſuprà, dicebam, cœpit eligere in Aduo-
catum Fiſcalem S. Officij Cremonæ, vnum ex Con-
ſultoribus eiuſdem Tribunalis.
24. Debet autem Aduocatus fiſcalis huius Tribuna-
lis, Pontificij & Cæſarei Iuris perfectam cogni-
tionem habere, vt iuridicè munus ſuum apud In-
quiſitores exercere poſſit. Paramus, *vbi ſuprà,
num* 41. ſed præcipuè debet eſſe verſatus in delicto-
rum ad ſanctum Officium ſpectantium, & eorum
pœnis, ac bullarum Apoſtolicarum in materiis, hu-
ius Tribunalis editarum cognitione, Tapia, *loco al-
leg. num.* 13.

§. IV.

De Officio Aduocati Fiſcalis huius Tribunalis: Et, an poßit intereſſe Congregationibus, & habeat votum,

MVnus Aduocati Fiſcalis conſiſtit, in porri- 25.
genda accuſatione contra hæreticos, poſt
aſſumptas in Summario Iud. contra eos informa-
tiones, Paramus *de Origine Sancta Inquiſitionis,
quaſt. 4. Rubr. de forma, & ordine, num. 40. lib. 3.
cum alijs ſuprà.* per nos allegatis, Vnde Azeued. in
Regias Hiſpaniæ Conſtitutiones Nouæ Recopi-
lationis, *lib. 2. titul. 13. leg. 3.* ait, quod Fiſcales ac-
cuſare non poſſunt, niſi Inquiſitione, vel delatore
præcedente & exclamat contra Epiſcopos, qui per-
mittunt in ſuis curiis ſeruari contrarium.
Debet vlterius Aduocatus Fiſcalis, tueri (quan- 26.
tum poteſt) Iuriſdictionem S. Officij, quæ ei maxi-
mè cordi eſſe debet, & ſicuti Aduocatus Fiſcalibus
Regis, Regia Iuriſdictio commendatur, vt notat Bo-
badill. *in ſua Polit. lib. 2. cap. 1. num. 4. & ſequent.* ita 27.
etiam Iuriſdictio ſancti Officij, eiuſdem Tribuna-
lis Aduocatis Fiſcalibus diligentiſſimè eſt com-
mendanda.
Debet etiam dicta teſtium exquirere, libros denun- 28.
ciationum reuoluere, vt quos reos cognouerit, poſ-
ſit coram Inquiſitoribus inſtare, vt carceribus man-
cipentur, & debitis pœnis mulctentur, ita Para-
mus *dicta quaſt. 9 num.* 39. verſ. *præcipuum tamen
munus*, & Simanch. *in allegat. titul. 13. num. 5. &
ſequent.*
Debet quoque proceſſus qui contra reos huiuſce 29.
Tribunalis formantur diligenter ſcrutari *tradita à
nobis tota, & integra tertia parte huius operis*, vt
tempore relationis poſſit, tam facto, quam in iure
allegare, Simanch. *vbi ſuprà, num. 9. &* 10.
Poteſt etiam, & debet coram Inquiſitoribus in- 30.
ſtare, vt edicta fidei promulgent ſæpiùs, vt in Hiſ-
pania fieri conſueuit, ea enim ibi, quotannis pu-
blicantur, Paramus *dicta q. 4. in Rubr. de forma, &
ordine, num.* 10.
An autem Aduocatus Fiſci poſſit in Congrega-
tionibus interuenire, dum cauſæ referuntur, & vo-
tantur.
De Iure dicendum eſt, quod non per text. ex- 31.
preſſum *in l. proxime*, ibi, *Antoninus Cæſar, cum
remotis omnibus deliberaſſet*, ff. de his, quæ in te-
ſtamento delentur. Et ex lect. illius tex. apparet in
eo caſu interueniſſe Aduocatum Fiſci, ibi *Et Aduo-
catus Fici dixit.*
Qui text licet loquatur, in Imperatore, attra-
men ad alios etiam Iudices eum extendunt, Bart.
ibi Bald. *num.* 5. Raph. Cum *num.* 5. Caſtr. *num.* 5.
Goffred. *num.* 1. Albericus *num.* 2. verſic. *Nota mo-
dum qui quotidie ſeruatur*, Maſtrill. qui loquitur in
hac materia egregie *deciſion.* 214. *num.* 22. *& ſe-* 32.
quent. volum. 3. vbi etiam ait text. *l. fin. Cod de Ad-
uoc. Fiſci*, ibi, *Examen præſente Fiſci Aduoca-
to ſuſcipiant*, qui in contrarium ſolet allegari in-
telligendum eſſe de interuentu fiſci, quoad proba-
tionem

tionem io facto, & allegationes lo Iure, & io omni caſu eius deciſionem procedere ſolum in caſu io quo loquitur, & ſic in cauſis Ciuilibus in quibus plura Fiſci Aduocatis conceduntur, quæ in Criminalibus denegantur, vt latè deducit Maſtrill. ibi, *num.*16. *& ſeq.*

33. Et ex his colligi poteſt, qood ſi de Iure Aduocati Fiſcales non poſſunt eſſe præſentes collationibus, quæ ab aſſeſſoribus fiunt pro deciſione cauſarum, multò minus poteruot habere votum in dictis cauſis, vel etiam notauit idem Maſtrill. *loco ſuprà alleg. num.* 8.

34. Atque hæc de iure procedunt, quis ex reuolutione librorum apparet in praxi varium eſſe ſtylum Curiarum Supremarum.

Nam in Senatu Pedemontano cum inſtantibus Aduocatis Fiſcalibus, hæc quæſtio diſputata fuiſſet, deciſum fuit contra Fiſcales, vt probauit Gaſpar Antonius Theſaurus, qui tunc in illo Senatu aderat præſens, *Quæſt. Forenſ. lib.*1. *q.*48. *n.*6.

35. In Senatu Cathaloniæ, indiſtinctè admittuntur Aduocati Fiſcales in Conſilio, & habeot votum deciſiuum, quod connumeratur inter vota aliorum DD. de Regio Conſilio, vt teſtis eſt Peguera io deciſionibus dicti Senatus, *Deciſ.* 232. verſ. *Verum quia in Cathalonia.*

36. In Regno Siciliæ, Aduocati Fiſcales in Regia audientia, ſunt præſentes, dum cauſæ referuntur, & votantur, non tamen habent votem deciſiuum. Maſtrill. *dict. deciſ.*234. *n* 80. verſ. *Quæ omnia in Regno*, & *de Magiſtratibus, lib.*5. *c.*8. *n.* 78.

37. Idem ſeruatur in Regno Luſitaniæ, vt ait Cabed. *deciſ. illius Regni*, 119. *n.*5. *p.*2.

38. Et in Regno Neapolitano, Tapia, *in Iure illius regni lib.*2. Tit. de Officio Aduocati Fiſcalis, ſuper Ritu, Reginæ Ioanne 11. Incip. *Item quod Procurator Fiſcalis*, & Eliſeus Danza *in tractatu de pugna Doctorum, tit. de Officio Fiſci, n.*89. *& ſeqq*

39. Stilus Sanctæ Inquiſitionis in Regnis Hiſpaniarum, qui, vt videre eſt ex Simancha, *de Cath. Inſtit. dict. tit.*53. *num.*10. eſt, vt Fiſcalis ſi vult io Congregatione eſſe præſens relationi actorum, & ibi allegare in Iure, & in facto id ei concedatur, abſit tamen cùm teſtium dicta ſcribuntur, & rata habentur, & cùm Iudices, & Conſultores, de ſententia ferenda deliberant, eſt magis conformis cum diſpoſitione Iuris Communis de qua *ſuprà.*

40. Et notandum eſt pro clariori intelligentia illius ſtyli, quod cùm teſtes examinantur, vel repetuntur, vel per eoſdem ratæ habentur depoſitiones, non poteſt Aduocatus Fiſcalis eſſe præſens, prout nec poteſt eſſe præſens cùm reus torquetur, vt benè pluribus allegatis probauit, Afflictus *in Conſtit. Regni, lib.*1. *Rubr.* 61. *in conſtitutione* Incip. *Quæſtiones, n.*6. & 6. Quia ſicuti in examine teſtium abeſſe debent partes, & in actu torturæ Accuſator, ita abeſſe debent partium, & Accuſatoris Aduocati, per Iura ibi ab Afflicto allegata. Et ideò in Hiſpania ex allegato ſtylo abeſt Fiſcalis cùm dicta teſtium ſcribuntur, vel rata habentur.

41. Sed in noſtra Inquiſitione Cremonæ, iſta non ſeruantur; Nam licet examinibus teſtium Aduocatus Fiſcalis non interſit, niſi ab Inquiſitore vocetur, attamen ex Decreto particulari S. C. Eminentiſſimorum DD. Cardinalium ſupremorum Inquiſitorum, vt ex literis Eminentiſſimi D. Cardinalis Mellin, ſub die vigeſima ſeptima Iulij 1618. intereſt examinationibus teſtium ad defenſam, & repetitioni teſtium, ac etiam eſſe debet præſens Congregationibus etiam dum cauſa votatur, & ſemper eſſe præſens torturæ, vna cum Inquiſitore, qui ſedet medius inter Vicarium Generalem, à dextris, & Aduocatum Fiſcalem à ſiniſtris. Et in hac re Eliſeus Danza, *loc. ſupra alleg. num.*121. ait, quod quamuis doctrina Afflicti ſit in Iure vera, ipſe tamen ſemper vidit contrarium obſeruari, & credo, quod obſeruantia, de qua ibi Danza, non ſit ſolum in Regno Neapolitano.

42. Quia ego quando fui ſub laudatiſſimo viro, Illuſtriſſimo D. Don Conſaluo de Salamanca Prætore Cremonæ, & Senatore meritiſſimo locum tenens D. Aduocati Fiſcalis huius Ciuitatis per integrum ferè biennium ſemper interfui torturæ, quæ reis inferebatur, ſiue ex ordine Curiæ noſtræ, ſiue ex decreto Senatus excellentiſſimi Mediolani, & dum fui Proiudex, ſemper mecum interfuit D. Ioann. Maria Pitella Aduocatus Fiſcalis.

43. An autem ſtante ſtylo noſtræ Inquiſitionis poſſit reis inferri tortura ſine Aduocato Fiſcali, cùm abſens eſt, dubitari poteſt.

Ego certè, ſi eſſem Inquiſitor, nunquam ad torturam deuenirem ſine Aduocato Fiſcali; & ſi abeſſet, deputarem vnum alium Officialem Tribunalis, pro illo actu, vt ſolitus erat facere illuſtriſſimus Salamanca, dum eram illius Proiudex Maleficiorum ſub ſua inſigni Prætura noſtræ Ciuitatis, cùm inſtabant condemnationes faciendæ, vel è latere fiſci accuſanda erat contumacia, & negotium dilationem non patiebatur, ac Aduocatus Fiſcalis abſens erat, ipſe enim pro illis actibus deputabat vnum Iuriſconſultum, qui loco Fiſcalis accuſabat contumaciam, & alia neceſſaria peragebat, ſecundum Doctrinam Clari *in* §. *fin. quæſt.* 10. verſ. *Sciat igitur*, ibi, *nam in quocumque caſu*, quæ communis eſt, eam enim ſequitur Matienz. *in lib.* 5. *recompilat. nouæ legum Hiſpaniæ tit.* 14. *l.* 1. *gloſſ.*1. *num* 1. & Bobadill. *in ſua Politica, tom.*2. *lib.*4. *cap.*15. *n* 99. vbi *in Apoſtill.* alios allegat.

45. Ex his omnibus apparet ſtylum in hac materia vniuſcuiuſque Tribunalis eſſe ſequendum, & vbi de ſtylo non appareat à terminis Iuris communis non eſſe diſcedendum.

§. V.

An Fiſcus Sancti Officij, poſſit appellare.

47. DE Iure Fiſcus appellat io cauſis Criminalibus, Franc. *deciſ.* 470. *num.* 9. Danza *in tractat. de Pugna, Doct. tit. de Officio Fiſci, num.* 8. Gramat. *deciſ.* 14. Genuenſ. *in Praxi Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, cap.* 45. *num.* 2. vbi quod ita Romæ Anno 1600. fuit deciſum poſt longam diſputationem, 48. Aloyſ. Ric. *Deciſ. Curiæ Archiepiſcop.*81. *t.*2, vbi, quod hoc non habet difficultatem, quia appellatio in iure non reperitur fiſco prohibita à ſententiis etiam abſolutoriis rei.

49. In Curiis tamen ſæcularibus Regni, loco appellationis datur Fiſco recurſus, niſi reus appellaſſet, quia tunc poteſt Aduocatus fiſci appellationi adhærere, latè alios allegans, & plures deciſiones collateralis Conſilij referens Danza, videndus *vbi ſuprà, à num* 8. *vſque ad num.* 80. Ex addentes ad deciſ.148. Præſidis, de Franchis, propterea quod ad rem noſtram attinet.

50. In S. Offic. ex ſupradictis, concludendum eſt, quod in omnibus caſibus, in quibus dari poteſt appellatio vel recurſus, ea concedi etiam debet fiſco, cùm in hoc non reperiatur prohibitus de Iure, nec aliquid ſpeciale in fiſco huius Tribunalis ſtatutum inueniatur.

§. VI.

§. VI.

An Aduocatus Fiſcalis,poſsit recuſari ſuſpectus ex capite inimicitia.

GRauis eſt difficultas hæc, cuius ſolutio vt habeatur , generaliter , non ſolum pro hoc Tribunali , ſed etiam pro aliis exiſtimo pro totius iſtius materiæ clara diſtinctione , diſtinguendos eſſe tres caſus , vt certa ab incertis ſecernamus.

51. Primus caſus eſt , cum Aduocatus Fiſcalis in deciſione cauſæ habet votum deciſiuum , ſicuti illud habet in Curia ſeculari Cremonenſi in qua votum Fiſcalis , & Iudicis habentur pro deciſione Curiæ , etiam ſi illuſtriſſimi DD. Prætores diſſentiant. Et in hoc caſu certum eſt apud omnes, ex iiſdem cauſis Aduocatos Fiſcales recuſari , ex quibus de Iure Iudices recuſari poſſunt , de quibus latè Borgnin. *ſuarum deciſion. tom. 1. deciſion.* 30. & Nouar. *ad pragm. primam Regni Neapolitan. de ſuſpit. Official.* ac Carolus Tapia , *in ſuo Iure Regni Neapolit. libro tertio , titullo* 33.*de ſuſpit. Official. per totum titulum* vbi egregiè loquitur in hac materia.

52. Caſus hic de per ſe eſt clarus , & deciſus reperitur in Regno Cathaloniæ ab illo ſenatu iunctis omnibus aulis , vt dixit , Peguera videndus *deciſione* 232. verſiculo *verum quia in Cathalonia* , vbi ait articulum hunc fuiſſe in eo Senatu diſputatum ex ordine excellentiſſimi Proregis illius Regni,

53. Senatus etiam noſter Mediolani Excellentiſſimus eandem recuſationem Aduocati Fiſcalis Cremonæ admiſit , quia vt dixi habet votum deciſiuum in Curia. Reſcriptum Senatus eſt tenoris ſequentis , directum ſpect. D. Prætori Cremonæ.

Dilectiſsime Noſter. Vt omnis ſuſpicio tollatur à narrata cauſa in occluſis precibus Ioſephi Summi , committimus vobis , vt habita ſummaria informatione de expoſitis, amoto memorato Fiſcali , vti ſuſpecto , alterum eius loco deputetis arbitrio veſtro eligendum. Mediolani 6. Auguſti 1572. à tergo autem *Spect. I.C. Pratori Cremona , Senatori noſtro Dilectiſsimo.*

54. Secundus caſus eſt , cum Fiſcalis in Curia , cuius eſt Fiſcalis non habet votum deciſiuum , ſed tantummodo interuenit in formatione proceſſus , examine teſtium, tortura rei, & in aliis actibus Iudicialibus,& in hoc caſu duæ adſunt inter ſeſe contrariæ ſententiæ.

55. Prima eſt eiuſdem Senatus Cathaloniæ , apud Peguer. *dicta deciſion.* 232.*vbi ſuprà* , quod Aduocatus Fiſcalis in hoc caſu non poteſt allegari ſuſpectus , ſed quod debet admitti ad allegandum pro Rege quidquid voluerit , alio in ipſius loco ſubrogato tantummodò ad votandum in expeditione cauſæ , ne ius Regis deterius reddatur.

56. Secunda opinio eſt Sacri conſiſtorij Regni Siciliæ , apud Scipion. Rouitum *in Pragm. Regni, titul. de ſuſpic. Offic. pragmat.* 5. *num.* 2. & Maſtril. *deciſione* 214. *per totum volumin.* 1. Quod imò poteſt Aduocatus Fiſcalis , recuſari ſuſpectus etiamſi votum deciſiuum non habeat in Curia.

Probaturque hoc ex inſigni deciſione Aluari Valaſci 124. *per totum libro ſecundo* , vbi dixit in Senatu Portugalliæ pluries fuiſſe deciſum , ſimplices Aduocatos non poſſe aduocationis munere fungi contra inimicos , & aſſertiò hæc Valaſci veriſſima eſt , nam alias ſimiles deciſiones eiuſ-
dem Senatus quod non poſſit quis eſſe aduoca- 57.
tus contra ſuum inimicum refert , Georgius Cabedo , *deciſione* 214. *num.* 9. verſiculo *Item , inimicus , tom.* 1. Si igitur ſimplex Aduocatus ex capite inimicitiæ reiicitur à munere Aduocationis, multo magis idem dicendum erit de Aduocato Fiſcali, qui multo maius poteſt præiudicium afferre cauſæ.

Et verè ſententia hæc Maſtrilli , & Rouiti eſt de Iure verior , vnam tamen de neceſſitate admittere debet limitationem , vt non habeat , locum vbi inimicitia inter Aduocatum , & reum haberet originem ex cauſa officij , nam tunc nullo modo Aduocatum Fiſcalem poſſe recuſari , vt ſuſpectum probauit , idem Maſtril. *dicta deciſion.* 214. *num.* 31.*& ſeq.* 58.

Tertius caſus eſt, quando ſumus non in Aduocato Fiſcali ,ſed in Procuratore , & Syndico Fiſcali, & tunc videtur, quod talis non poſſit, neque ex capite inimicitiæ recuſari , vt ſuſpectus. 59.

Probari poteſt hæc concluſio , tum ex eo, quod huiuſmodi recuſatio Procuratoris, fuit reiecta in Regno Luſitaniæ , apud eundem Cabedum , *vbi ſupra , num.*9. vbi dixit, quod quamvis Senatus ille ſæpius Aduocatos reiecerit à munere Aduocandi contra inimicos , id tamen nunquam voluit decidere in Procuratoribus.

Tum quia pariter in Regno Siciliæ , non recuſantur Procuratores , & Syndici Fiſcales ; vt Maſtrill.*dicta deciſ.* 214. *in princ.*ex litteris ſpecialibus noſtræ Regis Maieſtatis.

In noſtro Sancto Officio , Aduocatus Fiſcalis, non habet votum deciſiuum,cum nec illud habeant Conſultores, ſolus enim Inquiſitor , & Ordinarius decidunt cauſas huiuſce Tribunalis. 60.

Quare in hac quæſtione,quantum ad rem noſtram attinet ,ego eius ſum ſententiæ , quod ſi contra Aduocatum Fiſcalem allegaretur,& probaretur inimicitia , maximè capitalis , debeat omnino ab illa cauſa abſtinere , quo caſu partes erunt Inquiſitoris alium Aduocatum Fiſcalem pro ea cauſa eius loco ſubrogare.

Non tame paſſim recuſationes , ex aliis cauſis ſunt admittendæ , maximè in Aduocatis Fiſcalibus S. Officij , qui ad id munus eliguntur à Sanctiſſimo D. noſtro , & ab Eminentiſſima Congregat. S. Officij de Vrbe , provt ſic eligitur Aduocatus
Fiſcalis Sancti Officij Cremonæ , & illius Con- 61.
ſultores , iuxta ea , quæ Doctores de aliis Officialibus à Principe electis, qui regulariter recuſari non poſſunt niſi ex vrgentiſſimis cauſis *leg. ff. de Offic. Praefecti Prator* , Cabed. *deciſione* 20. *num.* 7. *parte prima* , Procurator autem Fiſcalis S.Officij nullo modo , mea quidem ſententia poterit , vt ſuſpectus recuſari , ex his quæ diximus ſuprà in tertio caſu niſi tamen aliter iuſtiſſimo Reuerendiſſimorum , per tempora Inquiſitorum arbitrio videretur , cui multa ob eorum præſumptam prudentiam , & Religionem de iure remiſſa ſunt.

TITVLVS

TITVLVS X.

De Aduocato, & Procuratore Reorum, in S. Officio.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores in S.Officio, deputant vnum Aduocatum, & Procuratorem Generalem Reorum.*
2 *Quales viri ſint deputandi in Aduocatos reorum huiuſce Tribunalis.*
3 *Si rei alios Aduocatos, vel Procuratores petant præter deputatos ad id munus in S.Officio, an eis ſit ab Inquiſitoribus ſatisfaciendum.*
4 *Quid obſeruetur in S.Officio Cremonæ.*
5 *In Aduocatum reorum eligendus eſt iuriſperitus, qui iuramentum præſtat de ſeruando Secreto.*
6 *Aduocatus reorum debet inducere reum ad veritatem fatendam.*
7 *Legitimis modis debet tueri reum.*
8 *Proceſſum ſibi conſignatum (eius Officio expleto) debet reconſignare S.Officio.*
9 *Inquiſitores poſſunt compellere Aduocatos, vt in S Officio patrocinentur.*
10 *Salaria, & Honoraria Aduocatorum, & Procuratorum reorum, ex quibus ipſis ſint perſoluenda.*

POST Titulum de Aduocato Fiſcali S.Officij, ſequitur, vt videamus de Aduocato, & Procuratore reorum, & quidem *in tit. de defenſionibus reorum, §. 1. & 2.* viſum fuit, an, & quando debeant reis aſſignari in hoc Tribunali, tam Aduocatus, quàm Procurator; nunc duo tantummodò in hac materia ſuperſunt videnda, videlicet, De qualitatibus iſtius eligendi in Aduocatum, & Procuratorem reorum, & de amborum muneribus, & Officiis.

§. I.

De qualitatibus eligendorum in Aduocatum, & Procuratorem Reorum.

1. LAudabilis adeſt in Tribunalibus S.Officij conſuetudo, vt Inquiſitores deputent vnum Aduocatum, & vnum Procuratorem Reorum.

2. Hi debent eſſe viri, de hæreſi non ſuſpecti, fidei zelatores, probi, legales, & in vtroque Iure (maximè verò in materiis ad hoc Tribunal ſpectantibus) non mediocriter verſati, Eymericus *in directorio, num. 127. verſ. & ſic concederentur ſibi*, Peñs *ibi comment. 28. ſub littera C.* Locatus *in Indic.* in verbo, *Aduocatus, num. 1.* verſ. *Aduocatus etiam eis*, Simanch. *de Cathol. Inſtit. tit. 5. de Aduocatis, num. 3. & in Enchirid. Iud. violatæ Religionis, titul. 42. de Aduocatis, num. 2.* Farinac. *de hæreſi, q. 197. n. 78.*

3 Et cum caſus acciderit in S.Officio, vocandi ſunt hi ad munera prædicta ab Inquiſitoribus deputati, & hoc quidem regulariter, nam ſi Rei Aduocatos, & Procuratores poſtulent præter deputatos in ſancto Officio, eis vtique iuxta exiſtentem cauſa ſatisfaciendum erit, vt notat Pena *3. part. comm. 30.* verſ. *Et concedo ſibi talem*.

4. Et ſic ad petitionem reorum, in S. Officio noſtro Cremonæ, ſæpè vidi deputari in Aduocatum ipſorum, etiam aliquem ex DD. Conſultoribus, qui poſtea in illa cauſa abſtinet à Congregatione, & ita etiam Souſa *in Aphor. l. 2. c. 3. n. 8.*

§. II.

De Muneribus Aduocati, & Procuratoris Reorum.

PRimo loco Aduocatus præſtare debet Iuramentum, prout, & Procurator, de ſecreto obſeruando, & de reo bene, ac fideliter defendendo, Simanch. *dicto tit. 5. num. 5.* verſ. *Is autem Iurare debet*, Peña *alleg. comm. 28.* verſ. *Dandus eſt autem*, Paramus *de Origine S. Inquiſitionis, lib. 3. q. 4. in Rubr. de forma, & ordine Iud. num. 48.* 5.

Secundò, totis viribus, & conatu contendere debet, vt reum ad veritatem fatendam inducat, ita vt ſi cognoſcat cauſam rei eſſe iniuſtam eam omnino deſerat, ita Simanch. vbi ſuprà, Caſtro Palao *in opere morali, tom. 1. tract. 4. diſp. 8. punct. 6. num. 5.* Souſa *dicto cap. 30. num. 10.* 6.

Tertiò, legitimis tantummodo modis reum tueri debet, hoc enim continet ipſius iuramentum de munere ſuo fideliter, & benè exercendo. 7.

Quartò, in iuris allegationibus breuis eſſe debet, & in hoc ſequi modum, quo tam Fiſci Aduocatus, quàm partium coram Imperatore allegarunt, in *l. proximè ff. de his, quæ in teſtamento delentur*, vbi etiam hoc ex illo textu notat Bald. *n. 5.* verſ. *Item nota quod Iudex.*

Quintò, poſt munus ſuum expletum debet proceſſum ſibi ab Inquiſitore conſignatum, S. Officio reconſignare, ita P. Maſſin. *in praxi, p. 4.* Rubr. *Modo d'eſſaminar li Rei à difeſa*, fol. mihi 109. verſ. *Et fatta dal Notaro* ſecundæ impreſſionis. 8.

Et quæ de Aduocato dicta ſunt proportionabiliter erunt eorum Procuratori applicanda.

Ad finem huiuſce tituli duo notanda ſunt. Primum eſt, quod Inquiſitores poſſunt compellere Aduocatos, vt in aliqua cauſa ſui Tribunalis patrocinentur, Bobadill. *in ſua Politica lib. 2. cap. 17. n. 103.* 9.

Alterum, quod huiuſmodi Aduocatis Salaria, & Honoraria ſolui debent ex bonis reorum, vbi pauperes non ſint, Simanch. *vbi ſuprà, n. 7.* nam ſi pauperes ſunt, tenentur gratis patrocinari, vt notat Simanch *dicto tit. 5. n. 6.* & ita indiſtinctè obſeruatur in ſancto Officio. 10.

TITVLVS XI.

De Vicarijs Foraneis S. Officij.

SVMMARIVM.

1 *Solent Inquiſitores in eorum Diœceſi creare ſibi Vicarios foraneos.*
2 *Vicarij Foranei ratione dicti muneris nullam habent præminentiam in choro, vel Eccleſia.*
3 *Quales ſint in Vicarios foraneos eligendi.*
4 *Quantus debeat eſſe numerus iſtorum Vicariorum*
5 *Facultas Vicarij foranei qualis.*
6 *Vicarius foraneus neminem poteſt carcerare.*
7 *Niſi in caſu ſummæ neceſſitatis.*

VIso de Aduocato, & Procuratore reorum, conſequens eſt, vt aliqua dicamus, de Vicariis foraneis S.Officij.

§. Vnicus.

De electione, & munere Vicarij foranei S. Officij.

1. SOlent Inquiſitores eligere in Diœceſi ſibi demandata aliquos Eccleſiarum Rectores doctos, & pios, & eos ſuos Vicarios foraneos (ad differentiam Vicarij ſui Generalis) creare, Zanard. *in ſumm.* 1. *p. c.* 6. *q.* 44 verſ. *circa hoc.*

2. Hi Vicarij foranei, nullam habent præeminentiam dignitatis pro. t, nec Vicarij foranei Epiſcoporum, vt notat Barboſ. *in Sum. Bullarij* in Verbo, *Vicarius foraneus*, & in ſuo tractatu, *de Officio Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 54. *n* 140.

3. In Vicarios foraneos eligendi debent eſſe, fidei zelatores, ac probi viri, & in materiis S. Officij verſati, & ego ſi eſſem Inquiſitor, ne mihi vnquam aliquid in iſtorum electione poſſet imputari, ſemper ad hoc munus deputarem Vicarios foraneos Epiſcoporum, niſi aliud in contrarium adeſſet.

4. Quoad numerum autem horum Vicariorum, ego cenſeo, numquam excedendum eſſe numerum ab Epiſcopis in ſua Diœceſi deputatum, quia ſi prudenter Epiſcopus arbitratus fuit pro recto regimine ſuæ diœceſis ſufficere decem Vicarios foraneos, multò magis idem numerus erit ſufficiens, quoad S. Officium, ex quo ſine vllo dubio, multo maior ſolet eſſe numerus cauſarum ad Tribunal Epiſcopi ſpectantium, quoad Officium ſanctæ Inquiſitionis attinentium.

5. Et hoc multò magis obſeruandum eſt ab Inquiſitoribus cum ipſis toties inculcet Papa, vt numerum miniſtrorum non neceſſariorum tollant, vt ſuprà ſæpiùs vidimus.

Facultas Vicarij foranei dependet ab Inquiſitore, regulariter tamen non ſolet eis concedi, niſi ſola inſtructio offenſiui proceſſus, ita tamen, vt in eo inſtruendo ſæpius de his, quæ peraguntur moneant Inquiſitorem, eius litteræ patentes, quibus ſolent eligi habentur apud P. Maſſin *in praxi S. Officij, p.* 9 *fol.* 29. *ſecunda Impreſſionis.*

Varia autem ad Vicarios foraneos monita habentur in libello quodam impreſſo Mutinæ, & Cremonæ cui titulus eſt, *Inſtruttione per li Vicarij Foranei del S. Officio.*

6. Illud certum eſt Vicarios foraneos neminem poſſe carceribus mancipare, niſi re eum Reuerend. Inquiſitorib. participata vel niſi ſumma, & ineuitabilis
7. adeſſet neceſſitas, puta, V. G. ſi tractaretur de hæretico formali, & periculum eſſet in mora, quia ſe præpararet ad fugam, tunc enim, *ne dum Romæ Conſulitur, Saguntũ expugnetur* exiſtimo eum poſſe contra dictum hæreticum ad capturam procedere.

TITVLVS XII.

De Cancellario S. Officij.

SVMMARIVM.

1 *Olim Inquiſitores vtebantur Opera Notariorum Epiſcopi.*
2 *Nunc ex priuilegijs Inquiſitores poſſunt creare Notarios.*
3 *Per ſimplicem aſſumptionem Clerici ad ſcribendum acta S. Officij non dicitur quis Notarius creatus.*
4 *Quibus ſolemnitatibus Inquiſitores creent Notarios.*
5 *Forma Iuramenti à Cancell. S Officij præſtandi.*
6 *De munere Cancellarij S. Officij.*
7 *De Salario Notarij S Officij.*
8 *Atteſtationibus Cancellarij Sancti Officij, circa puritatem, vel impuritatem ſanguinis, an credatur.*
9 *In noſtra Inquiſitione Cremonæ quot adſint Notarij & quæ ſint eorum ſalaria.*
10 *An Inquiſitor poſſit fungi munere Notarij in eius defectum.*
11 *Quid in hoc caſu agere debeat Inquiſitor.*

NVNC ſequitur, vt videamus de Cancellario, ſeu Notario S. Officij, ſit igitur

§. Vnicus.

De electione Cancellarij, ſeu Notarij S. Officij, & eius muneribus.

LIcet olim Inquiſitores minimè poſſent Notarios creare, vt videre eſt ex Eymerico, *in* 3. *p. Directorij, q.* 18. vbi quod antiquitus tenebantur Inquiſitores, vti opera Notariorum Epiſcopi. 1.

Attamen nunc ex Priuileg. Pij IV. Incipit. *Paſtoralis Officij cura*, impreſſio in litteris Apoſtolicis pro S. Officio, poſt directorium, fol. mihi 125. & ex alio reſcripto Apoſtolico Iulij III. de quo non meminit Peña *loco infra allegando*, quo tamen reſcriptum habetur, apud Flauium Cherubinum *in Comp. Bullarij Scholio ſecundo poſt dictam Conſtitut. Pij IV. tomo* 1. *fol.* 11. poſſunt Inquiſitores vnum vel plures Notarios ſæculares, vel Eccleſiaſticos, etiam Regulares ſibi in Notarios eligere, Peña *comment.* 67. *p.* 3. verſ. *Cæterum hodie*, & Fariuac. qui more ſuo omnes cumulat, *de hæreſi, q.* 185. *n.* 10. Zanard. *in Sum* 1. *p. cap.* 6. *q.* 45. Simanch. *in Enchirid. Iud. viol. Religionis, tit.* 19. *n.* 2. & P. Maſſin. *in Praxi S. Officij, p.* 2. *f.* 22. verſ. *Quando ad oc, que.* 2.

Et quidem aduertendum maximè eſt ad illud, quod notat Peña *dicto com.* 67. verſ. *Sed in hac*, per ſimplicem aſſumptionem vnius Clerici, vel Sacerdotis ad ſcribendum acta S. Officij non intelligi illum creatum Notarium, ſed opus eſt, vt Inquiſitor illum creet in Notarium ſui Tribunalis, cum debitis ſolemnitatibus, videlicet tradito ſibi calamo, & atramento, addito ſolemni iuramento, & verbis conſuetis, *Eſto Notarius, & fidelis*, Zanard. *loc. alleg.* verſ. *Primum eſt*, & hæc omnia peragenda ſunt coram Notario, & teſtibus, qui de Electione, & Creatione Notarij rogatus exiſtat. 3. 4.

Forma autem Iuramenti, quod præſtare debent Notarij habetur *in Clem.* 1. §. *Porro*, verſ. *Notarij quoque de Hæret.* Et eſt, quod fideliter Officium ſuum exercebunt, & hoc iuramentum præſtandum eſt iterum à Notario S. Officij, etiamſi aliàs illud idem Iuramentum præſtitiſſet dum primò fuit Notarius creatus, Peñ. 3. *p. comm.* 109. verſ. *De Iuramento Notariorum*, Zanard. *dicta q.* 45. verſ. *Tertium eſt*, Farin. qui alius allegat, *loco allegato n.* 11. 5.

Munus Cancellarij S. Officij eſt diligenter & fideliter ſcribere acta S. Officij, recipere denunciationes coram Inquiſitore, vel eius Vicario, inſtrumenta ad hoc Tribunal ſpectantia recipere, & alia peragere, quæ Cancellarij in ſimilibus Tribunalibus 6.

Tribunalibus facere conſueuerunt, ſed præſertim partes ſunt huius Cancellarij ſeruare ſecretum, quod promittere debet, cum aſſumitur in S. Officio pro Notario, ſub pœna periurij, & excommunicationis latæ ſententiæ iuxta formulam, de qua P. Maſſin. *in praxi, part. 9. fol. 300. ſecunda Impreſſionis.*

7. Quoad Salaria Cancellarij, ſi certa ſunt, definiri ſolet illorum quantitas ab Inquiſitoribus ea reddítibus S. Officij, ſi verò incerta, tunc non poſſunt excedere taxam Eminentiſſimorum Doctorum Supremorum Inquiſitorum, Farin. *dict. q.* 85. *n.* 12. taxa autem prædicta impreſſa habetur, in libello Inſcripto, *Inſtruttione per li Vicarij Foranei del S. Officio.*

8. Atteſtationibus iſtius Cancellarij, circa puritatem, vel impuritatem ſanguinis, & ſimiles materias etiam in concurſu contrariarum probationum, maxime deferunt ſuprema Tribunalia, vt videre eſt ex Rot apud Coccin. *deciſ.* 68. *num.* 13. *& in vna Corduben. dimidia Portionis* 28. *Iunij* 1628. *coram Merlino, imp eſſ. in Vltimis diuerſ. deciſ.* 202. *num.* 13. vbi aliæ deciſiones concordantes allegantur.

9. In noſtra Inquiſitione Cremonæ, adſunt vnus Cancellarius, qui ad nominationem Reuerendiſſimi Inquiſitoris eligitur ab Eminentiſſimis Supremis Inquiſitoribus, cum ſalario certo aureorum 60. quod poſtea ex ordine eiuſdem Eminentiſſimæ Congregationis ſolet Cancellariis benemeritis augeri, & vnus Notarius Regularis, qui eligitur ab ipſo Inquiſitore; In Diœceſi autem ſingulis Vicariis Foraneis ſolet Inquiſitor vnum etiam Notarium deputare.

10. An autem Inquiſitor ipſe in defectum Notarij poſſit ſcribere acta, vide quæ dixi *in tertia parte huius operis*, vbi dixi, quod non, & *ibi* allegatis adde Viuium *deciſ* 46. *num.* 4. *in fin lib.* 1. vbi ait, Regiam Audientiam Bari declaraſſe nulla acta quædam ſcripta manu Officialis qui non erat Notarius, & Viuium *ibi* ſequitur Capiblanc. de Officio Baronum *Pragmat.* 8. 1. *part. num.* 369. *tom.* 1. *in vltima editione.*

11. Quid autem agere debeant Inquiſitor, & eius Vicarius in defectum Notariorum, notant DD. in cap. *Vt Officium*, §. *Verum de Hæreticis*, in 6. ibi *aut per duos viros idoneos*, & Locatus in Iudiciali Inquiſitorum, verbo, *Notarius*, verſ. *poterunt etiam*, qui aiunt Inquiſitorem in eo caſu loco Notarij, poſſe vti duabus perſonis idoneis, & Honeſtis, quarum vna ſcribat, alia ſubſcribendo atteſtetur coram eo, ſic fuiſſe actum.

TITVLVS XIII.

De Theſaurario S. Officij.

SVMMARIVM.

1. *Reditus, & pecunia S. Officij, in manibus Theſaurarij deponenda.*
2. *Idem ferè in Hiſpania obſeruatur.*
3. *Quis in Theſaurarium eligendus.*
4. *Sæpiùs rationem reddere debet Inquiſitori.*
5. *Quod Theſaurarius nomine ſuo ex pecuniis S. Officij acquirit, an ſibi acquirat, vbi quid de tutore Prælato, & ſimilibus.*

QVIA autem Sanctum hoc Tribunal Theſaurarij perſona eget, Ratio inſtituti noſtri poſtulat aliqua de eo, & eius muneribus adnotare.

§. Vnicus.

Quis ſit eligendus in Theſaurarium S. Officij, & de eius Muneribus.

EX ſpecialibus Eminentiſſ. Congregationis decretis ſtatutum eſt, quod fructus, reditus, & prouentus vniuſcuiuſque Inquiſitionis non ad manus Inquiſitorum, ſed Theſaurarij S. Officij per Inquiſitores eligendi perueniant. Idem ferè in Hiſpana Inquiſitione ſeruatur, nam adeſt ibi vnus Officialis ſub nomine Receptoris, apud quem bona publicata in S. Officio cuſtodiuntur, quique de mandato Potentiſſ. Regis Noſtri ſalaria ſoluit miniſtris Sanctæ Inquiſitionis, Simancha *de Cathol. Inſtit. tit.* 43. *de Officio Receptoris, per totum,* 1. 2.

Eligi in Theſaurarium S. Officij debet vir probus, locuples, quique ſciat rationes conficere, & referre, ac (ſi ita Inquiſitor expedire iudicauerit) fideiubeat, de reſiduis perſoluendis, ita Simancha *vbi ſuprà.* 3.

Sæpius in Anno arbitrio Inquiſitoris Theſaurarius rationem reddere debet coram eo, vt de ſtatu vniuſcuiuſque Inquiſitionis certiores reddi poſſint ſtatis temporibus Eminentiſſimi Inquiſitores Generales. 4.

Quærit dicto loco Simanch. *n.* 27. an ſi Theſaurarius, ſeu receptor, ea pecunia fiſcali emat aliquid ſuo nomine, emptum efficiatur ſuum, & dixit quod efficitur Theſaurarij, quodque fiſcus in bonis Theſaurarij hypothecaria actione agere poterit, & ita tenere ait Quæmadam *Quæſtione fiſcali* 21 5.

Sed verè Quæmada ibi tenet imo emptum ex pecunia fiſci, effici fiſci, ſi emptio ſit facta à Theſaurario, ſeu ſuſceptore pecuniæ fiſcalis, ſa tem ſecundum Iura Hiſpaniæ.

Quia tutor, Prælatus, & curator ementes ſuo nomine de pecuniis minoris, Eccleſiæ, vel pupilli, non ſibi ipſis, ſed minori, Eccleſiæ, vel pupillo acquirunt emptam, *Leg. rem curator, Cod. Arbitrium tutelæ, l. ſi proponis, Cod. de rei Venditione*, vbi idem ſtatuitur, de emente de pecunia militis, & fiſcus æquiparatur minori, Eccleſiæ, & minori.

Verùm rem hanc nunc examinare noſtri non eſt inſtituti, interim autem benignus lector de hac materia videat Greg. Lopez *p.* 5. *tit.* 5. *l.* 49. *gloſſ.* 2. vbi latiſſimè, & Peregr. *de Iure fiſci lib.* 6. *tit.* 3. de Officialibus fiſci *n.* 7. *& ſeq.* qui alios allegant.

TITVLVS XIV.

De Familiaribus S. Officij.

SVMMARIVM.

1. *Inquiſitores poſſunt habere familiam Armatam.*
2. *Quales eligendi in familiares S. Officij.*
3. *Nec ſcelerati, nec alienigenæ facile admittendi, in familiares, S. Officij.*
4. *Quando dicatur Inquiſitor abuti facultate conceſſionis armorum, ex Cardinal. Zabarella.*

5 *Tot ſunt familiares conſtituendi, quot neceſſarij ſunt S.Officio.*
6 *Numerus familiarium taxandus, re participata cum Sacra Congregatione, vt fuit factum Cremonæ.*
7 *Si numerus ſtatus excedatur, vtique dicetur Inquiſitor abuti facultate conceſſionis armorum.*
8 *In Villis æquum eſt, vt cuilibet Vicario Foraneo duo ſaltem familiares aſsignentur, niſi eſſemus in aliquo magno Caſtro, num. 9.*
10 *Familiares quando dicantur abuti facultate armorum ſibi conceſſa, num. 11. & ſeq.*
13 *Familiaribus abutentibus armis licentia tollenda, & aliis pœnis ab Inquiſitoribus mulctandi.*
Quia, quoad dictam licentiam ſubſunt Inquiſitori, num. 14.
Quia melius de Abuſu priuilegij, cognoſcit Inquiſitor, num. 15.
Quia cognoſcit Inquiſitor de delictis Officialium, num. 16.
17 *Inquiſitores ſunt Iudices competentes ſuorum familiarium in Regnis Hiſpaniarum, vbi de varia obſeruantia circa hoc, num. 18. vbi Ratio Simancæ.*
19 *Inquiſitores, quoad priuilegia à pari procedunt cum Epiſcopis.*
20 *Epiſcopi, cognoſcunt de delictis ſuorum familiarium.*
22 *Extra Regna Hiſpaniarum, circa forum ſancti Offi ij, ſeruanda eſt conſuetudo vniuſcuiuſque Regionis.*
23 *Indulgentia, & alia priuilegia Spiritualia, conceſſa familiaribus, S.Offic ij.*
24 *Familiares S. Offcij, ex peculiari Iuramento tenentur denunciare Hæreticos, & de Hæreſi ſuſpectos.*
25 *An ſi non denunciant dicendi ſint fautores Hæreticorum.*

SEQVITVR, vt de Familiaribus S. Tribunalis agamus.

§. I.

An Inquiſitores habeant familiam armatam.

OMnes penè DD. quotquot de hac materia pertractarunt vno ore concludunt Inquiſitores poſſe habere familiam armatam, ita docuerunt omnes penè Canoniſtæ *in Clem.2. de Hæret.* §. *fin.* Farin. *de Hæreſi, quæſt.*1. 89. *& ſeq.* Ruyas *de Hæret. p.2.n.*422. Peñ. 3. *part. Directorij comm.*105. Molinus *de Brachio ſeculari, cap.*18.*n.*11. Rol. à Valle *Reſolut. Moral. p.*4.*tract.*8.*reſol.*31. Modern. Barboſa *de Officio Epiſcopi Alleg.*107. *n.*6. & Bobadill. *in ſua Politica, lib.* 2. *cap.* 17. *n.*88. *& in apoſtillis*, ibi, vbi alios latiſſimè cumulauit.

Plures ad hoc Romanorum Pontificum conſtitutiones, allegat Peña *dicto comm.*105. *in principio.*

§. II.

De qualitatibus eligendorum, in Familiares S.Officij.

1. QVia ſupra vidimus poſſe Inquiſitores habere familiam armatam, ſequitur videndum quos in hanc familiam eligere debeant.

Qualitates igitur iſtorum familiarium bene de- 2.
ſcribuntur, à Ioann XXII. *in ſua Conſtit.* Incip *Exigit ordinis veſtri Religio* impreſſa in literis Apoſtolicis pro S.Officio poſt Directorium Inquiſitorum, fol. mihi 63. ibi *Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus neminem familiarem, niſi eiuſdem Eccleſiæ fidelem, ac deuotum, & laudabilis conuerſationis, & vitæ habere quomodolibet præſumatis*, & Simancha *de Cathol. Inſtit. tit.* 41. *num.* 35. ait, quod eligendi ſunt viri, boni, & pacifici, & quod ex quadam Epiſtola Supremi Senatus, in Regnis Hiſpaniæ non eliguntur, in familiares, niſi vxorati.

Et ob id Peñ. *dicto comm.*105. verſ. *quibus autem*, & Zanard. *in Summ. diuin. Præceptorum* 1.*p.cap.*6.*de Inquiſitore*, *q.* 37. aiunt, nec ſceleratos viros, nec
alienigenas eligendos eſſe in S. Officij familiares, 3.
& ſi eligerentur, (niſi reſpectu alienigenarum adeſſet magna cauſa) certè iſte eſſet vnus ex caſibus, in quibus Inquiſitor diceretur abuti facultate con-
ceſſionis armorum ex qualitate perſonarum, vt ait 4.
Zabarella *in dicta Clem.* 1. *Porrò in Summario. & in primo Notabili, de Hæreticis*, Salcedo *ad cap.* 154. *Diaz n.*17.

§. III.

De numero Familiarium S. Officij.

TOt ſunt familiares S. Officij conſtituendi, quot
ſufficiunt Inquiſitoribus ad munus ſuum ob- 5.
eundum, vnde plures familiares conſtituendi ſunt in ciuitate, quàm in vna terra, vt videre eſt ex Simanch. *dicto tit.* 41. *numero decimo ſeptimo*, vbi ponit numerum familiarium in præcipuis Hiſpaniæ ciuitatibus, ex ſpeciali ſupremi Tribunalis in illis Regnis conſtitutione ſtatutum.

Numerus certus iſtorum familiarium, non eſt 6.
à Iure ſtatutus, ſed potius omnino eſt in prudentiſſima diſpoſitione Supremorum Vniuerſalium Inquiſitorum, & Sacræ Eminentiſſ. Congregationis de Vrbe, quæ in noſtra Ciuitate inſtante Vigilantiſſimo Inquiſitore Reuerendiſſ. P. Magiſtro Sextula numerum familiarium reſtrinxit ad Quadraginta.

Si numerus ſtatutus familiarium excedatur, ſine 7.
dubio etiam in hoc caſu dicetur Inquiſitor abuti licentia conceſſionis armorum, vt pluribus allegatis notauit Farin. *dicta quæſt.*181. § 6. *num.* 93.

Illud ſatis æquum arbitrarer, vt in villis cuilibet 8.
Vicario Foraneo S. Officij, aſſignentur ad minus duo familiares, quod etiam ſeruatur in noſtra Inquiſitione Cremonæ, & fundamentum habet *in l.* 3. *Cod. de Sportulis*, vbi Gotofred. *in notis*, in verbo *executores*, ex Cuiacio notat, duos executores ſingulis Iudicibus, fuiſſe attributos, & *in Nouell.* 82. *cap.* 7. ibi, *Vnoquoque tamen Iudice duobus exceptoribus vtente.* vbi Gotofred. *in notis iiſdem*, animaduertit, idem *in dicto capite* ſignificare, nomen *exceptorum*, quod in dicta lege noſter *executorum.*

Si tamen eſſemus in caſtro aliquo, non leuis 9.
conſiderationis, plures etiam familiares, quam duo poſſent ibi conſtitui arbitrio Sacræ Congregationis, & Reuerendiſſimi Inquiſitoris.

***

§. IV.

§. IV.

De Familiaribus delinquentibus, in vſu Armorum.

SIcuti ſæpè Pontifices monent Inquiſitores ne abutantur facultate ſibi conceſſa circa armorum conceſſionem ſuis familiaribus, ita monendi ſunt familiares, ne licentia ſibi conceſſa fauore Cath. Religionis abutantur.

10. Abuti autem dicuntur familiares licentia Armorum, ſi V.G. licentia eſſet reſtricta ad certum genus armorum, & ipſi aliud genus, Principis ſæcularis edicto vetitum portarent.

11. Abuti etiam eadem licentia dicerentur, ſi arma ſibi conceſſa geſtarent in domibus Meretricum in Lupanari publico in publicis Tripudiis, & Cauponis, & cum his delicta deliberata perpetrarent.

12. Quod autem in hoc caſu dicta conceſſione armorum abutantur familiares (præterquam quod notiſſimum eſt) manifeſtiſſime etiam apparet ex eo quod arma familiaribus conceduntur ad capiendos Hæreticos, & ad perſonam Inquiſitoris, & ſuam defendendam, hæ enim fuerunt rationes, quibus moti fuerunt Pontifices, ad concedendum hos familiares Inquiſitoribus, vt videre eſt, ex Eymerico *in 3. part. quæſtione* 56. Salcedo *ad dictum cap.* 154. *Diaz. num.* 24. igitur dicta licentia dicuntur abuti, cum ea non vtuntur ad finem, ob quem eis fuit conceſſa, ſed ad delicta perpetranda, vel cum ex eorum vſu ſcandalo ſunt reliquis, Georgius Acacius *de Priuilegiis, lib. 3. cap.* 17. *num.* 38. vbi plura iura allegat.

13. In his igitur caſibus abuſus iſtius licentiæ poſſunt, & debent familiares puniri grauiſſimè ab Inquiſitoribus.

14. Primò, quia familiares hoc ipſo, quod licentiam armorum, & litteras familiaritatis obtinuerunt ab Inquiſitore, ei, quoad ipſis conceſſa ſubſunt, Georg. Acacius, *d. cap.* 17. *num.* 13. igitur ab eo poterunt puniri.

15. Secundò, quia de abuſu Priuilegij propriè cognoſcit Iudex priuilegium concedens, ipſe enim melius, quàm alius ſcit, quouſque ſua priuilegiandi facultas ſe extendat, & ob quam cauſam priuilegia largiatur, quod maximè procedere debet in caſu noſtro in quo agitur de interpretatione Bullarum, & Apoſtolicarum Conſtitutionum.

16. Tertiò, quia Inquiſitor poteſt Officiales, & miniſtros ſuos in officio delinquentes punire, vt notorium eſt, Seſſe *de Inhibitionibus Iuſtitiæ Regni Arragonum, capite* 30. *num.* 511. Bobadill. *in ſua Politica, lib.* 1. *cap.* 17. *num* 127. vbi alios allegat *in Apoſtilla, ſub littera H.* & ratio eſt, quia cùm Officialis Inquiſitoris delinquit in Officio, dicitur delinquere, vt miniſter ipſius reduplicatiuè

At cum familiares delinquunt in vſu armorum, ſub prætextu licentiæ dicuntur delinquere, vt miniſtri Inquiſitoris reduplicatiuè, igitur ab ipſis meritò poterunt puniri.

Et ego qui in noſtra Inquiſitione Cremonæ verſatus ſum ſupra duodecim annos, ſcio multos ex his familiaribus ob abuſum armorum priuatos fuiſſe à Reuerendiſſ. Noſtris Inquiſitoribus litteris familiaritatis, & vlterius graui carcere fuiſſe mulctatos.

§. V.

De Foro Competenti, familiarum Sancti Officij, in Regnis Hiſpaniarum.

BReuiter dicendum, quod ex concordia inita inter Iudices Sæculares, & Supremum Tribunal Inquiſitionis Hiſpaniæ de qua Simanch. *de Cath. Inſtit.* 41. *n.* 19. Villadiego *in ſua Polit. cap.* 5. §. 20. *num.* 14. Et Regius Conſiliarius Don Tho. de Carleual, *in ſuo pulcherrimo tr. de foro Competenti, lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *q.* 6. *ſect.* 6. *num* 508. *& ſeq.* vbi latiſſimè agit de foro competenti familiarium S. Officij, Inquiſitores procedunt, & ſunt Iudices competentes omnium ſuorum familiarium in quibuſcumque delictis, exceptis nonnullis delictis, de quibus Simanchas *dict. n.* 19. In Regno autem Valentiæ familiares S. Officij etiam in ciuilibus ſunt de foro Inquiſitorum, Royas, *de Hæret. part.* *n.* 422. Latiſſimè Don. Hieron. de Leo, *in deciſ. Regni Valentiæ ſecunda per totam*, vbi addit vlterius, quod quamvis in Hiſpania ab iis, qui à Iudicibus Eccleſiaſticis ſe oppreſſos aſſerunt admittatur recurſus ad Iudices Regios Supremos de quo recurſu adeſt Reg. a Lex. 30. *tit.* 5. *lib* 2. *Nouæ recopilat. legum Hiſpaniæ*. vbi Azeued. attamen non admittitur recurſus ad Iudices Regios ſupremos in cauſis familiarium prætendentium ſe grauatos in ciuilibus ab Inquiſitoribus 17.

Huius Iuriſdictionis Inquiſitorum in ſuos familiares rationem Allegat Simanch. *vbi ſupra num.* 16. quia, cum nemo ſuis ſtipendiis militare cogatur, 1. *ad Corinth* 9. & iſtis familiaribus ſtipendia non dentur, æquum fuit eos decorari aliquibus prærogatiuis, videlicet hac prærogatiua fori quod idem in Italia, & in noſtris Inquiſitoribus proportionaliter applicari poteſt, reſpectu facultatis deferendi arma, quam ab Inquiſitoribus ſolent habere familiares. 18.

Aliam pulcherrimam rationem adducit, dictus Conſiliarius Carleual, Quod ſcilicet Inquiſitores & Epiſcopi quo ad priuilegia æquiparantur, nec minora priuilegia reperiuntur Inquiſitoribus conceſſa, quam Epiſcopis, Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 340. *num.* 35. *& cap.* 341. *num.* 11. Royas *de Hæret. part.* 2. *num.* 409. Paramus *in ſuo tractatu de origine Sanctæ Inquiſitionis pluribus in locis* 19.

At ſubiungit idem Conſiliarius Carleual, Epiſcopi cognoſcunt, de cauſis ſuorum familiarium Criminalibus, ſecundum communem opinionem pro qua allegat, viginti quatuor Doctores & inter eos plurimos Miniſtros Regis Noſtri Igitur æquum pariter fuit, quod idem priuilegium inquiſitoribus concederetur in dictis Hiſpaniarum Regnis. 20.

Extra autem Regna Hiſpaniarum, de foro familiarium S. Officij non eſt agendum, quia circa hoc vniuſcuiuſque Ciuitatis, & Prouinciæ erit obſeruanda conſuetudo. 21.

§. IV.

De Priuilegiis ſpiritualibus familiaribus S. Officij conceſſis.

MVlta ſpiritualia priuilegia fuerunt à Summis Pontificibus conceſſa familiaribus S. Officij, 22.
de quibus Lud. à Paramo, *de Origine S. Inquiſit. lib.* 3.
t. 1. *c.* 4. vbi de Indulgentiis, quas lucrantur & quod 23.
tempore Interdicti poſſunt diuinis Officijs intereſſe, & ſi obierint poſſunt in Eccleſia ſepeliri, P. Maſ-

ſin, io Praxi S. Officij. 1. *part. fol.* 10. verſ. *Indulgenze che aquiſtano*, ſecundæ Impreſſionis, vbi quod hæc priuilegia ſpiritualia extenduntur, etiam ad omnes alios Miniſtros S. Officij, latiſſimè, de hac eadem re Eymericus *in Directorio Inquiſit part.* 3. *quæſt.* 127. *& ſequent. & ibi* Pegna, *comm.* 176. *vſque ad comment.* 180. vbi plures Summorum Pontificum conſtitutiones ſuper hac materia enumerat, quas in Bullis Apoſtolicis pro S.Officio, poſt Directorum imprimi curauit.

§. VII.

De ſpeciali familiam Sancti Officij obligatione.

SPecialis obligatio iſtorum familiarium S.Officij, quam iuramento confirmant, ante Reuerendiſſ. Inquiſitores, dum litteras familiaritatis obtinent eſt, denonciare Hæreticos, & de Hæreſi ſuſpectos, & quamvis omnes Chriſti fideles, maximè ſtantibus edictis Inquiſitorum in hac materia teneantur Hæreticos denunciare, & de Hæreſi ſoſpectos, attamen familiares, cum vltra obligationem edicti ad denunciandum teneantur ex iuramento, ſi non denunciant, fautores dicuntur Hæreticorum, & vti tales poſſunt ab Inquiſitoribus puniri, ita D. Guido Fulcodius *in ſuis Quæſt. ad Inquiſitores, quæſt.* 10. vbi ego *in addit. num.* 5. plures Doctores allegaui, & in titul *de obligat. denunciandi*, § 8. *n.* 35. *&* 36. vbi alios allegaui, ad quos omnes DD. me remitto.

TITVLVS XV.

De Cuſtode Carcerum S. Officij.

SVMMARIVM.

1 *Qui ad munus Cuſtodis Carcerum S. Officij, eligendi.*
2 *Quare iuramentum præſtare debeant.*
3 *Cuſtodes Carcerum in hoc Tribunali tenentur de leuiſſima culpa.*
4 *Cur Cuſtodes carcerum Cõmentarienſes dicantur.*
5 *Qua pœna puniantur, ſi carceratus ſub ſua Cuſtodia aufugiat, & n.* 6.
7 *Cuſtos Carceris non debet pati, quod quis cum Carcerato loquatur ſine licentia, & poteſt frangere panem, & pullos, ne in eis adſit lima, &c.*
8 *De delictu iſtorum Cuſtodum remiſſiuè.*
9 *Si Iudex alios Cuſtodes adhibeat, an Cuſtos intelligatur liberatus.*
10 *Iurant in S Officio de obſeruando Secreto.*
11 *Cuſtos qui carnaliter mulierem in S.Officio, cognouerat de ordine Sanctiſſimi damnatus ad triremes per ſeptennium.*

NVnc de Cuſtode Carcerum S.Officij, tractare oportet, ſit igitur

§. Vnicus.

De Cuſtode Carceris, & eius officio.

1. AD hoc munus Cuſtodis Carcerum S. Officij, eligi ab Inquiſitore debet probus vir, & diligens, quia vt ait Simanch. *de Cathol. Inſtit. titul.* 41. *n.* 6. *in fin.* improbi cuſtodiri magis debent, quam alios cuſtodire.

2. Iuramentum præſtare debet cuſtos Carceris, ſecundum *Clement.* 1. §. *Porro. de Hæreticis*, videlicet.

Quod in Cuſtodia Immuratorum, & aliorum pro Hæreſi omnem diligentiam, & ſollicitudinem, quam poterunt adhibebunt.

Quod Incarcerato aliquis in Secreto non loquetur.

Quod in his, quæ carcerato traduntur nullam fraudem faciet, ſiue ea ex ordinatione communi, ſiue ex parentum liberalitate carcerato conſignentur, niſi aliud ei ab Epiſcopo, vel Inquiſitore fuerit ordinatum. Simanch. *de Cath. Inſtitut. num.* 10. *tit.* 16. latè Peña *comm.* 109. verſ. *Cuſtodes autem Carceris*, & comm. antecedenti, verſ. *ergo ſiue vnus.*

Notat in dicta Clement. 1. *num.* 181. *& ſequent.* verſ. 39. *nota* Bonifacius Vitalinus, quod hi cuſtodes Carcerum Hæreticorum tenentur etiam de leuiſſima culpa, cum teneantur ad eorum cuſtodi in eo modo quo ſe gerere ſolet diligentiſſimus Paterfamilias, de qua re videndus erit Farin. *de Carceribus, & carceratis, quæſtione* 31. *num.* 14. *& ſequent.* & Præſes Abano *in ſuis Quæſtionibus Reatuum, quæſt.* 13. *num.* 1. *& ſequent.* ac ferè per totam, vbi plura notat de hoc cuſtode Carcerum, 3. qui in Iure dicitur, *Commentarienſis*, ex eo quod carceratos in commentarium recipiat, vt notat, Gothofred. *in ſuis Notis ad l. ad Commentarienſem. Cod. de cuſtodia reorum.* 4.

5. Qua autem pœna puniendus ſit Cuſtos carceris pro fuga carceratorum, dic adeſſe text. *in dict. l. Commentarienſem*, vbi Imperator ait, *Nam ipſum volumus huiuſmodi pœna conſumi, cui obnoxius fuiſſe docebitur, qui fugerit.*

6. Sed rigor dicti textus non eſt ſic indiſtinctè obſeruandus, alio enim modo punietur Cuſtos carceris pro dolo, alio pro leui, vel leuiſſima culpa, alio modo pro fuga carcerati, qui erat de delicto conuictus, & alio pro carcerato qui mox erat relaxandus, prout hæc omnia latius proſequitur Præſes Abano, *dicta q.* 13. & ad ſaturitatem, Farin. *dicta. q.* 31. *per totam.*

7. Et quod cuſtos carceris, non poſſit pati, quod quis loquatur cum Carceratis pro graui crimine, ſine licentia Iudicis, & poſſit frangere panem, & pullos portatos carceratis, vt videat an contineant limas, vel alia ferramenta abſcondita ad rumpendum carceres, bene notauit Præſes Abano, *vbi ſupra, num.* 20. *&* 22. Quæ tamen in S. Officio ſine dubio magis erunt obſeruanda, quia in nullo caſu in hoc Tribunali licitum eſt alicui loqui cum carceratis ſine licentia, & præſentia Inquiſitoris, vel alterius ab eo deputati.

8. Et cum caſus eueniet, de materia iſtius Cuſtodis carceris, & eius delictis, ac Officio Iudicis, & Inquiſitoris circa ipſum videndus eſt Anna Iunior. *conſil.* 1. *volum.* 1. Eliſeus Danza, *in Tractat. de Pugna Doctorum*, titul. *de Carcerario, Carceribus, & carceratis*, Bobadill. *in ſua Politica tom.* 2. *libro tertio cap.* 15. Rubr. *Del Arcay de de la Carcel.* Anton Faber, inſignis Senatus Sabaudiæ Præſes *in ſuo Cod. libro* 9. *titulo quarto de cuſtodia reorum per plures definitiones*, Menochius *de Arbitrar. Iud. caſu* 302. *& caſu* 304. Paulus Chriſtin. *deciſion. Curia Belgica, tom.* 4. *deciſion.* 195. *num.* 15. Auil *in Cap. Prætorum, capit.* 18. in verbo, *Carcer.* gloſſ. 1. ferè per totam, Gregor.

Lopez

Lopez *in lib. 5. 6. & 7. titul. 29. part. 7.* Villadiego *in ſua Politica, cap. 5. §. 18. num. 7. & ſeq.* Azened. *latiſſimè, in leg. 12. tit. 23. lib. 4.* Nouæ recopilationis legum Hiſpanjæ.

9. An autem ſi iudex milites, vel allos ad cuſtodiam alieulus carcerati ponat ipſe intelligatur liberatus ab onere cuſtodiæ, dic quod non ex Doctrina Bart. *in l. ſi vt certò, §. ſi de me, ff. commodati,* quam doctrinam ſequnntur Inſignis Summiſta Syluester, in verbo *Cuſtos, num. 4.* Auil. *loco ſuprà citato, numer. 34.* & Azeuedus *in dicta l. 12. numero 19.*

10. Iuramenrum etiamſi ſilentij, & Secreti præſtabit cuſtos carceris S. Officij, prout & alij ſolent præſtare, vt notoria praxis obſeruat omnium Tribunalium Sanctæ Inquiſitionis & docuit Simanch. *de Cath. Inſtit. tit. 41. n. 31.*

11. Animaduertant autem cuſtodes carcerum huiuſce Tribnnalis, ne vllo modo inhoneſtè ſegerant cum mulieribus carceratis, memoreſque ſint non ſolum eorum quæ Doctores, *ſuprà num.* 8. allegati, in hac materia docuerunt, ſed etiam Decreti Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum, D. Cardinalium Supremorum Inquiſitorum, & S. D. N. Pauli V. æternæ memoriæ, quo Cuſtos, qui carceratam in S. Officio carnaliter cognouerat, fuit triremibus per ſeptennium addictus, cum exilio perpetuo à loco delicti, vt ex litteris Eminentiſſ. Cardin. Arigonij 30. Ianu. 1610. directis Inquiſitori Cremonæ.

TITVLVS XVI.

De Nuntiis, & Curreriis S. Officij.

SVMMARIVM.

1 *Sanctum Officium eget opera iſtorum Nuntiorum.*
2 *Debent Nuntij, qui S. Officio inſeruiunt eſſe contenti taxa illius Tribunalis.*
3 *De horum Nuntiorum materia, & delictis remiſſiuè.*

§. Vnicus.

De Nuntiis, & Curreriis S. Officij.

EGet etiam Sanctum hoc Tribunal opera Cur- 1.
reriorum, & Birruariorum, qui fideliter munus
ſuum obire debent contenti ſtipendiis, &
mercede a Sacra Congregatione Vniuerſalis In- 2.
quiſitionis ſtatuta, iſtorum delicta plura ſunt, nec
leuia, & quoad ea benignum lectorem remit- 3.
to, ad Farin. de Carceribus, & carceratis, *quæſtione 32.* nam de his plura diximus nos in ſecunda parte huius Operis, & etiam in tertia ſparſim variis in locis.

Finis primæ Partis.

CÆSARIS CARENÆ TRACTATVS DE OFFICIO SANCTISSIMÆ INQVISITIONIS, ET MODO PROCEDENDI IN CAVSIS FIDEI.

PARS SECVNDA.

In qua tractatur de Hæreſi, & omnibus aliis Delictis in ſpecie ad Sancta Inquiſitionis Tribunal ſpectantibus.

PROOEMIVM.

DE grauitate huius criminis hæreſis aliqua hoc loco eſſent præmittenda, ſed quoniam vnuſquiſque eam facilè colligere poteſt, tum ex cap. *ſicut, qui Eccleſiam 17. quæſt. 4.* cap. *vrgentis de hæret. l. Manichæos, Cod. eodem titul.* tum ex grauitate pœnæ in huius Criminis reos ſtatutæ, cuius effectus ſæpè etiam poſteros ipſos afficit *dict. l. Manichæos,* tum denique ex latiſſ. cumulatis per Farin. *de hæreſi q. 197. n. 1. & ſeq.* ſed maximè *n. 4.* vbi probauit cauſam hæreſis dici cauſam Dei, *& n. 6.* vbi grauius eſſe, dixit hoc Crimen, Crimine læſæ Maieſtatis humanæ, ideo hæc tanquam omnibus obuia omittendo, ad materiam propoſitam deueniendum eſt.

TITVLVS I.

De Hæreſi, & Hæreticis.

SVMMARIVM.

1. *De grauitate hæreſis remiſſiuè.*
2. *De Ætymologia Hæreſis.*
3. *Hæreſis quid ſit.*
4. *Omnis Hæreſis eſt error, ſed non omnis error eſt Hæreſis.*
5. *Hæreſis eſt error intellectus.*
6. *Errans ex ignorantia, non eſt hæreticus.*
7. *Hæreſis quomodo differat ab Apoſtaſia.*
8. *De Pertinacia requiſita ad Hæreſim.*
9. *Infidelis non poteſt dici Hæreticus.*
10. *Pertinacia quid ſit.*

11 *Pertina*

11 Pertinacia eſt de ratione Hæreſis.
12 Pertinax eſt ad effectum de quo agitur, qui determinatè conſentit.
13 Item qui paratus eſt corrigi, dummodo argumentis conuincatur.
14 Item, qui errori adhæret, per modicum tempus.
15 Et ſic pertinacia eſt conſenſus determinatus in errorem, quod momento temporis poteſt contingere.
16 An pertinax dicendus, qui putans ſe rectè ſentire, non aſſentiretur Inquiſitoribus, & aliis viris doctis aſſerentibus, contrarium eſſe de fide
17 Dubius de fide, eſt infidelis.
18 Et contra hoſce dubitantes procedit tribunal Inquiſitionis.
19 Qui patitur tentationes fidei, non eſt ſuſpectus de Hæreſi.
20 Quid in hac materia acciderit Abulenſi.
21 Remedium iſtarum tentationum.
22 Qui tractent materiam dubij in fideì.
23 Hæreticus non dicitur, qui nunquam fidem Catholicam fuit profeſſus.
24 Cathechumenus negans fidem, an ſit Hæreticus.
25 In foro interiori, affirmatiua ſententia eſt verior.
26 In foro externo Catechumenus non ſubditur indicio Inquiſitionis.
27 Per Baptiſmum efficitur quis membrum Eccleſiæ.
28 Baptizati Baptiſmo inualido, an ſint hæretici, idem dicendum quod dr Catechumeno.
29 Si tamen Eccleſia ignoraret inualiditatem, &c. ſubderentur Inquiſitoribus.
30 Quid de Baptizatis in infantia, ſed enutritus in partibus Hæreticus.
31 Mentio honorifica D Marci Ant. Amidani.
32 Caſus pulcherrimus ad propoſitum iſtud deciſus ab Eminentiſſ. Card Supremis Inquiſitoribus.
33 An habendus ſit pro Hæretico. qui non vult credere priuatæ reuelationi, vbi etiam, quid de negante propoſitionem Theologicam deductam, ex vna de fide, & alia euidenti lumine naturæ.
34 Ex vna de fide, & altera nota lumine naturæ, ſequitur concluſio de fide, ſecundum P. Granianam, & hoc argumenti genere paſſim vſi fuerunt Chriſtus Dominus, PP. & Concilia.
35 Negans hanc propoſitionem ſic deductam non eſt verus Hæreticus.
36 Eſt tamen præſumptus, & ſi perſeueraret in negatione eſſet puniendus vt Hæreticus.
37 Reputatus Baptizatus, an in foro externo ſubdatur foro Inquiſitorum.
38 Deciſio Inquiſitorum Cæſaraugustæ.
39 Nutritus in partibus Catholicorum præſumitur Baptizatus.
40 De Hæreticis occultis & manifeſtis.
41 Manifeſti Hæretici, qui ſint.
42 Intellectus cap. Super quibuſdam. de verb. ſing.
43 Differentia inter Hæreticos manifeſtos.
44 Et deprehenſos.
45 De Hæreticis affirmatiuis, & negatiuis.
46 Negatiuus quis dicatur.
47 De requiſitis ad Hæreticum negatiuum.
48 Obliuio quando præſumatur in factis antiquis.
49 De appellatione ad vallem Ioſaphat.
50 Huiuſmodi appellationes inſinuantur in Sacris litteris.
51 Quando ſint licitæ.
52 Exemplum inſigne Abb. D. Iacobi apud Leodium.
53 Cum condemnatio negatiui eſt iuſta, apellatio non eſt timenda, ſecus ſi de eius Iuſtitia dubitaretur num. 54
55 Traditiones Boſij, & Clari in hac materia declarantur, & 56.
57 Varia Scripturæ loca pro his appellantibus adducuntur.
58 Cum quanta circumſpectione facienda huiuſmodi appellationes.
59 Ad fidem alia directè, alia indirectè pertinent.
60 Ignorantia quotuplex.
61 Ignorantia craſſa quid.
62 Ignorantia inuincibilis excuſat ab Hæreſi.
63 Ignorantia non præſumitur in pertinentibus directè ad fidem.
64 Et multò minus in articulis manifeſtis.
65 An ignorantia craſſa excuſet ab Hæreſi.
66 Quid de ignorantia affectata.
67 Neutra excuſat in foro exteriori.
68 An Simplicitas excuſet ab Hæreſi.
69 Proferens verba Hæretica ioco, &c. an ſit Hæret.
70 Talis ſubditur Iudicio Inquiſitorum.
71 Quod tamen verba Hæretica prolata ſint ioco, &c probandum eſt per reum.
72 Quomodo intelligendum Axioma D. Hieron. ex verbis inordinatè prolatis oriri Hæreſim
73 Credens falſum, putans ita ab Eccleſia teneri, an ſit Hæreticus.
74 Percutiens laicum credens eſſe clericum an incidat in Excom. Can. Si quis ſuadente Diabolo.
75 Quot ſint genera credibilium.
76 Proteſtatio quando excuſet ab Hæreſi.
77 Proteſtatio contraria facto non relouat.
78 In Chriſtiano requiritur confeſſio explicita fidei.
79 Quotuplex ſit coactio.
80 Coactio præciſa excuſat ab Hæreſi.
81 Quid de coactione non præciſa.
82 Et num excuſet à pœnis Hæreticorum.
83 Per vim committentes facta Hæreticalia, an ſint ſuſpecti de Hæreſi.
84 Et qualiter.
85 Marcellini Summi Pontif. Hiſt. & Pœnitentia.
86 Eſt tamen admodum dubia.
87 Marcellinus non fuit Hæreticus, & n. 90.
88 Negans fidem ore metu compulſus non eſt Hæreticus ſi fidem corde retinet, n. 89.
91 Nullus verus Summus Pontifex vnquam fuit Hæret.
92 An liceat diſputare de fide, remiſſiuè.
93 An Hæreſis probetur duobus teſtibus, n. 94. 95. & quid contra reum bona fama.
96 De tortura Hæreticorum.
97 Ante torturam, debet conſtare de corpore delicti.
98 In Crimine Hæreſis, quomodo debeat conſtare de Corpore delicti.
99 An indicia in hoc Crimine debeant eſſe vrgentiora.
100 De tortura danda ſuper intentione latiſſimè, n. 101 & pluribus ſequentibus, vbi duæ Deciſiones Senatus Mediolani.
103 Declaratur Cantera Doctrina.
108 Perſiſtens in tormentis in crimine Hæreſis num ſit abſoluendus, & num. ſequentibus.
113 Clerici, & Monachi quomodo torqueantur, & ſequent.
115 De tortura ſuper Complicibus, & quando inferenda.
116 An ſit locus huic torturæ, etiam ſi de ſocijs minimè conſtet & n. ſeq. vbi latiſſimè.
117 Conſuetudo Status Mediolani, circa torturam Aſſaſini.

Aſſaſſini, & Banniti.
118 Quid in Inquiſitione Hiſpania obſeruetur.
121 A Decreto tortura an detur appellatio, num. 122 & ſeq.
123 Abiuratio formalis iniungi ſolet Hæreticis, vbi & quando abiuratio debeat fieri in loco publico.
124 Errantes in fide, aſſerentes ſe putaſſe ita credi ab Eccleſia, torquentur ſuper prætenſa credulitate.
125 Et errorem ſuum debent reuocare.
126 Relapſi non admittuntur ad abiurandum.
127 Excommunicatio contrahitur ob Hæreſim, etiam occultam, modò non ſit mere mentalis.
128 Inquiſitores, & Epiſcopi in foro exteriori poſſunt ab hac excommunicatione abſoluere.
129 Talis facultas non eſt ſublata per Bullam Cœnæ.
130 Epiſcopi ab Hæreſi manifeſta non poſſunt abſoluere in foro interiori.
131 Quid in occulta, vigore Tridentini ſeſſ. 24. de Reform.cap.6.
132 Per clauſulam non obſtantibus, an intelligatur ſufficienter derogatum Tridentino.
133 Vi Cruciatæ, & Iubilei nullus ab hæreſi poteſt abſolui.
134 In articulo mortis, nulli caſus ſunt reſeruati, vbi, an ceſſante periculo debeat ſe præſentare ſuperiori.
135 An Inquiſitores in foro conſcientiæ poſſint abſoluere ab Hæreſi.
136 Ob hæreſim incurritur irregularitas.
137 Durat etiam poſt pœnitentiam Hæretici.
138 Extenditur ad fautores Hæreticorum.
139 Impedit à ſuſceptione Ordinum, & miniſterio ſuſceptorum.
140 Ab hac irregularitate an Epiſcopi poſſint diſpenſare, vi Tridentini ſeſſ.24.cap.6.
141 Epiſcopi poſſunt diſpenſare, vt Hæreticus miniſtret in ordinibus ſuſceptis.
142 Præter Sacramentum pœnitentiæ, & Altaris, quia, quoad hæc Sacramenta non poſſunt habilitari, niſi à ſolo Papa, vbi etiam, quid de his qui abiurarunt de vehementi.
143 Hæretici incurrunt infamiam, & priuationem bonorum.
144 Non poteſt qui abiurauit, vt Hæreticus, elegi in Decurionem.
145 Hanc infamiam ſolus Papa, & Supremum Vrbis Tribunal poteſt auferre.
146 Ob Hæreſim inducitur priuatio Beneficiorum.
147 Hæc priuatio non comprehendit ſuſpectos de hæreſi.
148 An hæreticus pœnitens recuperet beneficia. remiſſ.
149 De Degradatione, & priuatione Eccleſiaſticæ ſepulturæ Hæretici.
150 De confiſcatione Bonorum Hæretici remiſſiuè, & de legitima delinquentis latiſſimè, quando tranſeat in fiſcum.
151 Alius eius proprietatis, ius vſusfructus, & ius commoditatis fructuum.
152 Cum fideicommiſſum eſt in caſu mortis ſine prohibitione alienationis expreſſa, quomodo fiſcus ſuccedat.
153 Honorifica mentio D.Ioan Pauli Melij I.C.Cremonenſis, & declaratur eius allegatio.
154 Quid cum in fideicommiſſo adeſt prohibitio alienandi expreſſa, & num.ſequent.
155 Cum adeſt prohibitio alienationis, etiam, quoad vſumfructum intelligitur prohibita, etiam commoditas fructuum, quæ tunc non poteſt in fiſcum tranſire, & ſeq.
157 DD.in Principio §.allegati declarantur.
158 Fiſcus, an repudiata confiſcatione poſſit mulctam acceptare.
159 Cum Fiſcus acceptauit cōfiſcationem eius creditū ex cauſa mulctæ intelligitur confuſione ſublatū.
160 Deciſiones Senatus Mediolani in hac materia.
161 Si confiſcatio non ſit acceptata, vtique multa poteſt acceptari.
162 Quando nam confiſcatio dicatur acceptata, & ſeq.
164 Pro fiſco S.Officij, quid in hoc caſu eſſet agendum.
165 Creditores creditum, ſi ſuccedat debitori tollitur vel confuſione, vel præſumpta ſolutione.
166 Data incorporatione bonorum an confiſcatio poſſit ſimpliciter repudiari.
167 Filij an ſuccedant in maioratu, quo eorum Pater ob Hæreſim fuit priuatus.
168 In maioratu ſine dignitate ſuccedunt, ſecus ſi annexam habeant dignitatem.
170 Filius hæretici non poteſt eſſe Aduocatus, quia infamis.
171 Rex Noſter, & Inquiſitores quando diſpenſent cum filijs Hæretici.
172 Filij rei læſæ Maieſtatis, quando ſint incapaces maioratus, remiſſiuè.
173 Hæreticus pœnitens punitur carcere perpetuo. & ſeq. vbi quando Hæretici damnari poſſint ad Triremes loco carceris, quidque obſeruetur in Hiſpania, & fuerit Cremonæ obſeruatum, & quid in Hæretico ſponte comparente.
176 An Inquiſitores poſſint hanc pœnam mitigare.
177 Quid ſi hæc pœna fuiſſet impoſita à Supremo Tribunali.
178 Intra quantū tēpus ſoleat diſpenſari in hac pœna.
179 An clericus immurandus, ſit prius degradandus, & qualiter.
180 Mulieri nuptæ, cum ad pœnitentiam recipitur aſſignatur domus mariti pro carcere.
181 De qualitate carceris aſſignandi Hæretico.
182 Hæreticis iniunguntur pœnitentiæ ſalutares.
183 Hæreſiarchæ qui ſint.
184 An pro prima vice Hæreſiarchæ ſint admittendi ad miſericordiam.
185 Quidam Genuenſes, quod Camberij libros vetitos venderent, & Caluini doctrinam ſeminarent iuſſu Regis Galliæ combuſti.
186 Quid agendum ſi Dogmatiſta negaret intentionem hæreticam, an ſicuti alij Rei ſolent ſuper ea torqueri, ita & ipſe eſſet torquendus.
187 Pulcherrima traditio Canteræ.
188 Dogmatiſta ſi ingenuè fatetur, recipiendus eſt ad pœnitentiam cum modificationibus de quibus ſupra, num.185.verſ. Opinio tamen.
189 Dogmatiſta, ſi talem ſe fuiſſe fateatur, & quod talis fuerit non plenè conſtat in proceſſu, negetq; intentionem Hæreticam torquetur ſuper ea, ſecus ſi eſſet plenè conuictus, vt vult Cantera, num. 181. In hac tamen re Auctor ſe remittit determinationi Sacræ Congregationis.
190 Sententiæ in cauſis fidei poſſunt ferri in die etiam Dominica, etiam ſi eſſent Sententiæ Hæreticorum impœnitentium.
191 Quomodo cum Hæreticis, ſeſe gerere debeat Confeſſarius remiſſiuè.

§. I.

Quid ſit Hæreſis.

OMiſſa etiam etymologia Hæreſis, de qua plurima Suarez *de Fide, diſput. 19. ſect. 1. num. 1.* &

& ſeq. Leonard. Duardus *ad Bullam Cœnæ Domini. lib.* 2. *can.*1.*q.*20.*n.*1.*& ſeq.*Farin.*de hæreſi,quæſt.*188. *num.*30.*& ſeq.*Lud.à Paramo *de Orig.S.Inquiſitionis, lib.*3.*quæſt.*3.*num.*3.*& ſequent.*Sanctarellus *de Hæreſi, cap.*1.*concl.*1.*num.*1.Molf. *in promptuario triplicis iuris*, 1.*tract.*11. *cap.*1.*num.*19. & latiùs Azeued. *ad Regias Hiſp.Conſtit.Nou.recopill.lib.*8. *titul.*3.*lege* 1. *num.*1 *& ſequentibus.*

2. Dicendum eſt, quod Hæreſis eſt error intellectus voluntarius, contra aliquam fidei veritatem, cum pertinacia aſſertus, ab eo, qui fidem recepit, ita Hæreſim definierunt Sanch.in Præcepta decalogi *lib.*2. *cap.*7.*num* 1. Becanus *in ſumm.p.*3.*tract.de fide cap.*14.*q.*1.*num.*2.Duardus *loco ſupra, proximè citato,n.*1. Ricciullus *de Iure perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium lib.*5.*cap* 1. *num.*7. & Sanctarellus *loco iam alleg.num.*2. & cum hac definitione in effectu conueniunt omnes fere aliæ definitiones allegatæ per Farin. *d. quæſtion.* 188. *num.*2. *& pluribus ſequent.*

3. In hac hæreſis definitione, dicitur primo loco, quod eſt error, loco generis, nam omnis Hæreſis eſt error, ſed non omnis error eſt Hæreſis, vt ex Alph.à Caſtro *de Iuſt. Hæret. punitione lib.* 1. *c.*1. declarauit Ricciullus *d.l.*5.*c.*1.*num.*8. item dicitur error, quia ex quocumque facto quamvis enormi, non oritur Hæreſis, ſine errore intellectus, licet ex eo facto oriatur ſuſpicio Hæreſis, etiam vehemens, Azened.*vbi ſuprà,n.*36.*& ſeq.*

4. Secundò dicitur, Intellectus, tum ad differentiam aliorum errorum, qui citra intellectum committuntur, vt dixit Ricciullus, *vbi ſuprà*, tum quia ſicuti aſſenſus fidei in intellectu conſummatur, ita error fidei contrarius in intellectu completur, vt dixerunt Sanch. & & Sanctarell.*locis indicatis*, quia contraria ſunt circa idem ſubiectum, in caſu noſtro Filliucius *Inſtitut.Moral. p.* 2.*tract.*31.*c.*6.*n.*135.

5. Tertiò, additur particula, voluntarius, quoniam de ratione Hæreſis eſt, vt voluntariè committatur, & qui ex ignorantia errat, Hæreticus dici non poteſt, vnde dicebat D. Auguſtinus *lib.*1. *de Trinitate*, Errare potero, ſed Hæreticus non ero, ita Ricciullus *vbi ſuprà num.* 9. Sanch. & Sanctarell. *locis indicatis.*

6. Quartò, dicitur, circa aliquam fidei veritatem, tum quia error in aliis, non eſt Hæreſis, tum quia In hoc differt Hæreſis ab Apoſtaſia, quod hæc eſt, receſſus totalis à fide, illa verò non eſt totalis receſſus, ſed particularis circa aliquam tantum rem, vel aliquas res de fide, Sanch. *vbi ſuprà*, & Ricciull. *ibid.num.*11.*ſeq.*

7. Quintò dicitur, cum pertinacia, quoniam conſummata, & perfecta Hæreſis non dicitur, niſi ſuperueniente pertinacia, vt *infrà* vid.

8. Sextò, tandem additur aſſertus ab eo qui fidem recepit, ad differentiam Infidelis, qui nequaquam poteſt Hæreticus dici, licèt pertinax eſſet in materia fidei, Sanch *vbi ſuprà*, & nos *infrà* latè.

Ex quibus colligitur, quod ad conſtituendum Hæreticum requiritur, & error, & factum ſeu exterior manifeſtatio Erroris, Portel.*in Dubÿs regul. verb.Hæreſis,n.*10. *& ſeq.* vbi bene declarat, quale factum, & qualis manifeſtatio requiratur.

§. II.

De Pertinacia ad Hæreſim requiſita.

9. Quoad pertinaciæ nomen animaduertendum, quod ſicuti perſeuerantia, dicitur in Bono, vnde dicitur, eam eſſe virtutem partemque fortitudinis, ita pertinacia dicitur in malo, vti notauit Ricciullus *de Iure Perſon.lib.*5.*c.*2.*n.*1 *ſeq.*

10. Pertinaciam hanc eſſe de ratione Hæreſis, conſtat inter omnes, & expreſsè id docuerunt Sanch.*in ſum.lib.*2.*c.*7.*num.*2. Suar.*de fide diſput.* 19. *num.*6. & Sanctarell. qui plurimos cumulat, *de Hæreſi*, *c.* 1. *dub.*4.Molfeſ.*in Sum.tract.*11.*c.*2.*n.*41.Azeued.latiſſ. *vbi ſuprà,à n.*81.*vſque ad n.*103.

11. In eo etiam, pertinaciam hanc conſiſtere comm. dixerunt DD. vt quis determinatè conſentiat in id, cuius contrarium ſcit à Sancta matre Eccleſia determinatum, Sanch.*dicto cap.*7.*num.*2.Ricciull.*d.c.*2. *n.*7.Suar.*diſp.*10.*de Fide ſect.*1.*num.*10. Marius Alterius *de cenſuris,tom.*1.*lib.*5. *diſp.*2.*c.*2.verſ. *ſed poſtulabit aliquis*, vnde pertinaciam moram aliquam temporis non requirere, dixit, Filliuc.*loc.ſuprà alleg. n.*154.& Molfeſ.*ibid.n.*41.

12. Nec pertinax quis eſſe definit licet ſit paratus corrigi, dummodo argumentis conuincatur, Sanch. *loco citato n.*6.

13. Vel ſi ſolummodò errori adhæſerit, per modicum aliquod tempus Sanch. *n.* 7. & Ricciull. *dicto cap.*2.*num.*11.

14. Benè Bellon. Papienſ. de his quæ incontinenti fiunt *lib.*1.*cap.*193.*num.*4.vbi dixit, ſtatim effici aliquem Hæreticum, ac Hæreſim cum voluntate affirmauit, pertinacia enim in Hæreſi eſt conſenſus determinatus in errorem, qui momento temporis contingit, & numero ſecundo, deſcribit pertinaciam, vt ſit cum quis ſciens, & volens rem aliquam aſſerit à fidei veritate alienam, & ibi multos alios Doctores allegat, in hac etiam materia pertinaciæ requiſitæ ad Hæreſim videndus omnino erit Diana, *reſol. Moral p.*4 *tract.*7.*reſol.*36.*per totum.*

15. Non tamen pertinax diceretur, qui credens ſe rectè ſentire non aſſentiretur Inquiſitoribus, vel Epiſcopo, & viris doctis aſſerentibus contrarium eſſe de fide, prout optimè aduerſus Bartolum *leg. tutorum,* §. *tutores*, *num.*1. *de ſuſpectis tutor.* probauit Sanch. *dict. cap* 7. *n.*25. & Leonardus Duardus *ad Bullam Cœnæ Domini, lib.*2.*can.*1.*q.*25. *n.*4. circa quam tamen rem videndus eſt Peña,*comm.*26. verſ.*contraria ſententia* 1.*p.*

§. III.

An dubius in fide ſit Hæreticus.

16. Dubium in fide Infidelem eſſe, dicit text. *in capitulo* 1.*de Hæreticis* ac proinde voluntariè, & cum pertinacia dubitantem de rebus fidei Hæreticum eſſe, dixerunt, Alphonſ à Caſtr. *lib.*1. *de iuſta Hæretic.punitione,cap.*9.Farin. *de hæreſi,q.*178.*n.*90. *& ſequentibus*, latiſſimè Peña, omnino videndus, *in comm. dicti cap.*1. *de Hæret part.*2. *in Directorium,* Suarez,*de Fide diſput.*19.*ſect.*4.*n.*8.*& ſeq.*(vbi confutat opinionem Sanch.*in ſumm.cap.*7. *n.*18. *lib.*2. Leonard.Duard.*ad Bullam Cœnæ Domini,lib.*2. *can. q.*23.Ricciull. *de Iure perſon. extr. Eccleſiæ gremium exiſtentium.lib.*5.*cap.*4 & Sanctarell.*de Hæreſi,cap.*1. *dub.*3.Azeued.*ad Regias Hiſpaniæ Conſtitutiones l.*8. *tit.*3.*leg.*1.*n.*42.*&* 43.Portell. qui benè rem declarat, in dubiis regul.verb.*hæreſis n* 4.

Vnde iure meritò, contra hoſce de rebus fidei dubitantes, procedit ſupremum Tribunal ſanctæ Romanæ Inquiſitionis, teſtibus Peñ. *loc.alleg.* verſ. *cum itaque*, vt quod tales abiurant, vti hæretici formales, Farin.*d.q.*178.*n.*107.& Ricciull.*d.c.*4. *n.*8.*in fin.* niſi ex ſimplicitate, vel ruſticitate circa fidei credibilia

dibilia dubitarent, nam tunc, non vt hæretici,
ſed vt ſuſpecti tantummodò, pro ſuſpicionis tamen
modo, abiurare coguntur Peñ. Farin. *locis indicatis.*
In quatuor tamen caſibus dubius in fide non eſt
Hæreticus, quos refert ex Fel. *in cap.* 1. *de Hæreticis*
Azeued. *vbi ſupra*, *n.* 75. qui omnino videatur quia
recte in hac materia loquitur, & cum eo Barboſ.
in ſuis Collectaneis ad ius Canonicum dicta cap. 1. *de
Hæreticis*, qui omnes DD, de hac materia loquentes
cumulauit.

§. IV.

De his qui patiuntur tentationes fidei.

18. PRo faciliori ſupradictorum Intelligentia notan-
dum eſt, quod ab omni hæreſis ſuſpicione ſunt
exempti ij, qui non ſua ſponte, ſed inuiti, & cum
animi ægritudine tentationes circa fidem patiuntur
inſtigante Dæmone, & ij non ſolum à peccato ſunt
immunes, ſed etiam aliquando merentur, benè
Parlador. *in ſua Seſquicent. diff. iuris, diff.* 107. *n.* 10.
& ſeq. vbi ex auditu refert inſignem virum Alphon-
19. ſum Toſtatum Epiſcopum Abulenſem, cum in ex-
tremis eſſet huiuſmodi tentationibus valde fuiſſe
vexatum, & quod ei ſic concuſſo occurrit in cubi-
culo Coquus, qui ab Epiſcopo interrogatus an in
Deum crederet, & quomodo, reſpondit Coquus
Hiſpano ſermone *Ya amacha Martilla*, quibus ver-
bis animatus Epiſcopus cœpit clamare, & ego ſic
credo, & ego ſic credo, & ſic animam exhalauit.
20. In his autem tentationibus ſciat tentatus vnicum
remedium eſſe poſitum in confidentia totali in mi-
ſericordia Dei, ſicuti dictum eſt, *Iacta cogitatum
tuum in Domino, &* Pſalmo 9. dicitur Deus *exaltare
nos de Portis mortis*, id eſt (vt ait Diuus Chryſoſto-
mus) non ſolum nos liberat à tentationibus, ſed
etiam vt Diuus Paulus habet primæ ad Corinth. 10.
verſ. 13. *facit cum tentatione prouentum*, id eſt vt ſupe-
remus tentationes, cum victoria, benè Bellarm.
de Arte bene moriendi, lib. 2. *cap.* 9. *per totum, &* Al-
uarez *de Vita religiosè inſtituenda, lib.* 5. *cap.* 14.
med. 4. *ſecunda Impreſſionis.*
21. Interim benignus Lector in materia dubitatio-
nis in fide videat Souſam *in Aphoriſmis Inquiſito-
rum, lib.* 1. *cap.* 11. P. Tannerum *in* 2. 2. *diſput.* 1. *quæſt.*
8. *dub.* 6 *num.* 109. qui alios allegat, & poſt eum om-
nino Ferdinandum de Caſtro Palao, *in ſuo opere
morali* 1. *p. tract.* 4. *diſp.* 3. *punct.* 2. *n.* 8. *& ſeq.* & Valer.
de diff. vtriuſque fori in verbo hæreſis diff. 2. verſ. *Sex-
tò fallit.*

§. V.

*De ſubiecto Hæreſis, & an infans Baptiza-
tus, nutritus inter Hæreticos, negans
fidem ſit Hæreticus.*

AD hoc, vt quis poſſit dici Hæreticus, neceſſa-
22. riò requiritur, vt aliquando fidem Chriſtia-
nam profeſſus ſit, vt colligitur ex definitione Hæ-
reſis, de qua *ſupra*, & tradiderunt Sanctareli. *de
Hæreſi, cap.* 1. *dub.* 1. *n.* 3. Suar. *de fide. diſput.* 19. *ſect.*
3. *num.* 1. *& ſequentibus*, qui alios allegant, difficul-
tas tamen eſt circa hoc.
23. Primò quid ſit dicendum, de Catechumeno ne-
gante fidem. In qua re,
Sanch. *in ſumm. cap.* 7. *lib.* 2. *num.* 34. qui alios al-
legat, tenuit Catechumenum non eſſe propriè Hæ-
reticum, ſi fidem Catholicam neget, Suarez verò
loco citato, num. 3. *& de cenſuris diſp.* 21. *ſect.* 2. *&
in Defenſ. Cathol. fidei aduerſ. Anglicana ſecta erro-
res, lib.* 1. *cap.* 24. & Sanctarellus *dicta dubio ſecun-
do, num.* 3. qui alios plurimos D... ad id allegant, 24.
contrarium tenuerunt, talem ſcilicet Catechume-
num Hæreticum eſſe. Ratio horum auctorum eſt,
quod ex quo iſte iam credidit in Chriſtum, in-
fidelis eſt, at non eſt Iudæus, nec Paganus, ergo
eſt Hæreticus, cum tres tantum ſint infidelitatis
ſpecies, atque hæc ſententia in foro interiori veriſ-
ſima eſt.
Sed in foro externo, huiuſmodi Catechumenus 25.
non ſubditur Iudicio Eccleſiæ, & ſic non eſt puni-
bilis ab Eccleſia, ita Suar. *d. ſect.* 3. *n.* 5. *&* 8. Sãctarell.
dicto dubio 2. *n.* 5. Riccillus *de iure perſon. extr. Ec-
cleſiæ, &c. lib.* 3. *cap.* 40 *num.* 28. Farin. *de Hæreſi, q.* 178
num. 131. Filliuc. *Inſtit. Moral. part.* 2. *tract.* 12. *cap.* 6.
num 156. Quidquid in contrarium dixerit Alph. à
Caſtro *de Iuſt. Hæret. punit. lib.* 1. *cap.* 8. vbi voluit
Eccleſiam habere iuriſdictionem in Cathechume-
nos, cuius opinio confutatur ex eo, quod per Bap-
tiſmum efficitur homo Chriſtianus, & membrum
Eccleſiæ, & de his qui foris ſunt non ſolet iudica- 26.
re Eccleſia, vt latius contra Caſtrum proſequuntur
Suar. & Sanctarell locis allegatis, & Leonard. Duard.
ad Bullam Cœnæ, *lib.* 2. *Canone* 1. *quæſtion.* 21.
num. 1. *&* 4. & Ricciullus *dicta lib.* 3. *capitulo* 4.
per totum, & Filliuc. *vbi ſupra*, Molfeſ. *dicto tract.* 11.
cap. 2. *n.* 46.
Secundò dubitari poteſt, quid ſit dicendum de 27.
Baptizatis Baptiſmo inualido, & nullo ob aliquem
ſubſtantialem defectum in materia, vel forma. Et
quidem hi quoad forum interius, ſi à fide Catholi-
ca deficiant, Hæreticos eſſe conſtat, tum ex hucuſ-
que dictis de Catechumeno, tum ex eo quod D.
Auguſtinus *lib. de vnico Baptiſmo contra Donatiſtas,
capitulo* 3 dixit, nonnullos Hæreticos eſſe denuò
in Eccleſia recipiendos ſine nouo Baptiſmo, non-
nullos verò, denuò baptizandos, & vtroſque eſſe ve-
ros Hæreticos.
Quoad forum autem exterius, exiſtimo cum 28.
Suarez *de fide, diſput.* 18 *ſectio*... *num.* 8. & Sanctarell.
de Hæreſi, capitulo prima, dubio ſecundo, num. 6.
qui alios allegant, contra Simancham, *titulo* 31.
num. 5. hoſce baptizatos fictè, recedentes à fide, nul-
lo modo poſſe puniri ab Eccleſia, (vnico tantum
caſu excepto,) quo Simanch. opinio omnino re-
cipienda eſſet, cum ſcilicet Eccleſia fictionem ig-
noraret, nam tunc talis ab Eccleſia puniretur, vti
notauit Sanch. *in ſumm. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 35. Molfeſ. *vbi
ſupra n.* 47.
Videatur Souſa qui bene loquitur in hac mate-
ria *in Aphor. Inquiſit. libro prima, capit.* 30. *fere per
totum*, & Canter, *in ſuis quæſt. Crimin. de concernen-
tibus criminum punitionem, capitula primo, de Hæ-
reticis, num. quinta*, vbi bene docet, quandonam
quis præſumatur baptizatus, vt poſſit puniri ab
Eccleſia, vt hæreticus.
Tertiò, Quæri poteſt, quid ſentiendum ſit de 29.
Baptizatis in infantia, ſed enutritis in partibus Hæ-
reticorum. Et quidem clarum mihi videtur hoſce
ſimpliciter loquendo non poſſe dici Hæreticos,
cum ad hæreſim non ſolùm in ſubiecto requiratur
Baptiſmus, ſed etiam ſufficiens inſtructio in fide
Catholica, non enim ad hoc ſufficit ſola fides in-
fuſa, vti optimè notauit Alphonſ. à Caſtro, *de
Iuſta Hæret. punitione, libro primo, capitula* 8. alle-
gans doctrinam Pauli, (Quomodo credent ei, quem
non audiuerunt, aut quomodo audient, ſine præ-
dicante

dicante, ſicuti ſcriptum eſt, quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona,) Ex qua auctoritate, docuit Alphonſus Hæreticum eum dici non poſſe, qui licèt Baptizatus, fidem plenam, prædicatione, aut Cathechizatione non eſt aſſecutus, atque ita etiam docuerunt Simanch. *de Cathol. Inſtitut. tit.* 51. *num.* 4. 7. *&* 10. & Sanchez *in ſumm. lib.* 2. *capitul.* 1. *num.* 8. *Azeued. ad Regias Hiſpaniæ Conſtitutiones, lege* 8. *titulo* 3. *num.*26. *& ſeq.*

Si tamen talibus enuntitis in regionibus Hæreticorum ſufficienter proponeretur fides Catholica, & ipſi illam acceptare nollent, tunc vt Hæretici habendi eſſent, vt dixerunt Caſtr. Simanch. & Sanch. *locis indicatis.*

Ad hoc tamen propoſitum omittere non poſſum caſum pulcherrimum, qui hic Cremonæ accidit de Anno 1588. vt apparet ex quibuſdam Votis Manu-
30. ſcriptis Reuerendiſſ. D. Marci Antonij Amidani, tunc temporis S. Officij Conſultoris *Tom. primo eius votorum*, Caſu 11. folio ſexageſimo ſexto, Caſus
31. autem talis eſt.

Quidam Iuuenis annorum 21. natus in Ciuitate Gebennæ, vbi omnes Caluini Hæreſes, & didicit, & tenuit, cum per duos annos moram traxiſſet in Ciuitate Lugduni, multa didicit fundamenta fidei Catholicæ, quapropter de fide Gebennenſium dubitans, Spiritu Dei adiutus, Cremonam ſe contulit, vt ibi Catholicè viueret inter ſuos conſanguineos, (quia natus erat Gebennæ, ex Patre Hæretico) Ceterùm cum dictus Iuuenis primò præſentaſſet ſe cuidam conſanguineo eius, qui illum acceptare recuſauit, ſed literas deferendas ad alium ipſius proximiorem tradidit, in itinere captus fuit, & in Carceribus S. Officij carceratus.

Caſu autem hoc, vt potè valde inſolito, ad ſupremum Tribunal tranſmiſſo, Eminentiſſ. D. Cardinales præſente Sanct. Dom. Noſt. Sixto Papa V. decreuerunt, quod iſte iuuenis deberet formaliter abiurarare Hæreſes, quas tenuerat eas ſpecificando, & etiam omnes alias Hæreſes in genere, & quod deferre deberet habitellum cum Cruce ſubtus veſtes, & quod non exiret à Ciuitate Cremonæ ſine licentia & ter in Anno confiteretur peccata ſua, Die Reſurrectionis Domini, Die Aſſumptionis B. M. V. & Die Natiuitatis Domini, cum nonnullis aliis pœnitentiis ſalutaribus.

Item præfati Eminentiſſimi DD. Card. decreuerunt, quod ad eius Baptiſmum iam olim Gebennæ celebratum, adhiberentur nunc cæremoniæ, & Ritus, qui in ſimili actu requiruntur, ſecundum Ritum Sanctæ Matris Eccleſiæ, & ſecundum communes DD. traditiones, de quibus Conincb. de Sacram. p. 3. q. 66. art. 9. dub. 1. num. 99. Et ita fuit executum in Eccleſia S. Dominici, die 8. Iunij 1588. cum prius abiuraſſet, *vt ſuprà*, coram DD. de Congreg. & nonnullis fratribus, pro vt de his omnibus atteſtatur præf. Reuerendiſſ. D. Amidanus *loco ſuprà allegato.*

Similem caſum olim etiam Romæ deciſum habemus apud Locatum in 6. Caſu Romæ definito, fol. 539.

Diſputant etiam, hoc loco DD. an Hæreticus cenſendus ſit, qui priuatæ reuelationi ſibi factæ credere non vult, quam rem ex profeſſo pertractarunt Suarez. *vbi ſup. dicta ſect.* 5. *num.* 11. *&* 12. *&* Sanctarell. *alleg. dub.* 2. *num.* 9. *& ſequent.* qui alios
32. cumulant, vbi concludunt, talem in foro interno eſſe Hæreticum, ſed in externo non eſſe ab Eccleſia punibilem.

Quid autem dicendum ſit de negante propoſitionem Theologicam, quæ infertur ex vna de fide, & altera euidenti lumine naturæ, vt V. G. de negante Chriſtum eſſe riſibilem, vide Filiuc. *dicto tract.* 22. *cap.* 6. *num.* 179. vbi quod talis eſt Hæreticus, ſaltem mediatè, & indirectè. Portel. in dubiis regul. verbo Hæreſis, vbi quod talis in foro exteriori habetur pro Hæretico, *ibi, numer.* 9.

Vide etiam P. Dominicum Grauinam, *in ſuis* 33.
Cath. præſcript. aduerſus Hæreticos, lib. 1. *præſcript.* 6. *Generali Controu vnica, art.* 2. *&* 3. *per tot.* vbi latiſſimè probauit ex vna propoſitione de fide, & altera naturali neceſſariò ſequi concluſionem de fide, & probat hoc argumenti genere paſſim vſos fuiſſe PP. & Concilia, & quod magis eſt, Chriſtum Dominum dum Matth 22. articulum Reſurrectionis collegit ex propoſitione de fide, *Ego ſum Deus Abraham*, & alia lumine naturæ nota, *Deus non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum*, Videatur ibidem idem P. Grauina, ex Illuſtriſſima Dominicana familia, qui eruditè loquitur in hac materia.

§. VI.

An negans propoſitionem Theologicam deductam ex vna de fide, & alia euidenti lumine naturæ ſit Hæreticus verus, vel præſumptus.

Breuiter loquendo, In hac materia arbitror non eſſe diſcedendum ab opinione Ferdi-
nand. de Caſtro Palao *in ſuo opere Morali. p.* 34.
tract. 4. *diſputat.* 3. *punct.* 2. *numero decimo octauo, & ſequentibus.* Quod ſcilicet, iſte negans hanc propoſitionem non eſt habendus pro Hæretico vero, ſed tantum pro hæretico præſumpto. Ratio eſt, quia ſtare optimè poteſt, vt quis credat quidquid à Deo reuelatum eſt, cum negatione alicuius propoſitionis Theologicæ, ex eo quod non videatur ſibi rectè deduci ex principio de fide, & propoſitione euidente, vel ex eo quod principio euidenti non aſſentiatur.

Eſt tamen habendus pro Hæretico præſumpto, 35.
quia nemo præſumitur negare principium euidens lumine naturæ, nec illationem rectam concluſionis ex maiori, & minori, propoſitione, propterea benè concludit Ferdinandus *vbi ſuprà*, cum Sanchez *in ſumma lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 12. quod ſi talis negans, in negatione perſeueraret eſſet, puniendus tanquam Hæreticus negans principium à Deo reuelatum. Vide etiam in hac eadem materia P. Dianam, *parte quarta, reſolut. Moral. tract.* 8. *reſolut.* 79. qui alios allegat, nullam tamen mentionem faciens de Caſtro Palao.

§. VII.

De eo qui creditur communi æſtimatione baptizatus.

Qvia aliquando contingere poteſt aliquem verè non eſſe, vel non apparere baptizatum, li- 36.
cet communi æſtimatione credatur & reputetur baptizatus, vtpotè nutritus inter Chriſtianos, non ſine ratione dubitatur hoc loco an ſi talis delinquat contra fidem noſtram poſſit ab Inquiſitoribus puniri.

Ad hanc difficultatem breuiter dicendum, quod ſi talis in Eccleſiam, & fidem noſtram delinquat, vtique tanquam Hæreticus poteſt, & debet ab Hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus puniri, etiam ſi in
37. rei veritate talis ſic delinquens, non eſſet baptizatus, ita Ferdinandus de Caſtro Palao *vbi ſuprà, diſp.8. punct. 16.§.6.n.3.* qui addit, quod Cæſar-Auguſtæ, de anno 1619. quidam Maurus qui con-
38. tra fidem deliquerat fuit ab Inquiſitoribus reconciliatus, quamuis allegaret ſe non eſſe baptizatum, in cuius rei confirmationem non fuit inuentus in libro Baptizatorum.

Et certè deciſio hæc Reuerendiſſ. Inquiſitorum illius Ciuitatis benè fundatur ſuper pulcherrima Doctrina Inquiſitoris Canteræ, *cap. 1. de Hæreticis, n. 5.* vbi dixit, quod cum dubitatur, an quis
39. ſit baptizatus, ſi eſt nutritus inter Chriſtianos præſumitur baptizatus, & ſi in fidem noſtram delinquat eſt ab Inquiſitoribus, vti Hæreticus, puniendus.

§. VIII.

De Hæreticis manifeſtis, & ſecretis.

40. HÆreticorum duas eſſe ſpecies, manifeſtos, & occultos, ſeu ſecretos, communiter dixerunt Canoniſtæ *in cap. ſuper quibuſdam, extra, de verborum ſignificatione,* Albet. *in tract. de Agnoſcendis Aſſert. Cath. q.29.* Locat. *in Ind. in verbo, Hæreticus, num. 24.* Pegn. *comm. 58. p. 2.* & Farin. *de Hæreſi, q. 185. n. 76. & ſeq.* late Barboſ. *de Officio Epiſcopi, alleg. 40. n.1. ſeq. p.2.*

41. Manifeſti Hæretici dicuntur, qui publice contra fidem Catholicam prædicant, aut profitentur, ſeu defendunt eorum errores, vel qui coram Prælatis ſuis conuicti ſunt, vel confeſſi, vel ab eis ſententialiter condemnati ſuper Hæretica prauitate, ſic ad literam reſpondit Summus Pontifex Innocent. III. Capitulo Eccleſiæ Thuloſanæ, *in c. ſuper quibuſdam, de verb. ſignificatione,* & Farin. *locis ſuprà citatis,* Ex quibus à contrario colligitur, quinam ſint Hæretici occulti, & ſecreti.

Duo tamen hoc loco animaduertenda ſunt, alterum eſt circa text. *in d. c. ſuper quibuſdam,* ibi, *ſeu defendunt eorum errores,* quod ſcilicet dicta verba reſtringuntur à verbis præcedentibus, *publicè prædicant,* & ſic niſi, quis errores Hæreticorum publicè defendat, non poteſt dici manifeſtus Hæreticus, ita Farin. *vbi ſuprà num.* 81.

42. Alterum eſt inter manifeſtos Hæreticos, & deprehenſos in Hæreſi, nullam eſſe differentiam, vti poſt, Præpoſitum, in cap. *Si Papa, n. 1. 1. verſ. Notat ex textu,* diſtinct. 50. notauit Farinac. *vbi ſuprà num.* 80.

44. Deprehenſus enim in Hæreſi dicitur qui vel publicè prædicat Hæreſim, vel legitima probatione per teſtes, vel per ſuam confeſſionem conuictus eſt de Hæreſi, vti notarunt DD. in cap. *ad abolendam* in verbo *Deprehenſi de Hæret.* Eymericus *in Direct. part. 3. quæſt. 89.* Albert. *de Agnoſcend. Aſſert. quæſt. 29.* Farin. qui alios allegat. *dicta quæſt.* 185. *num.* 78.

§. IX.

De Hæreticis affirmatiuis, & negatiuis.

45. HÆreticus alius affirmatiuus eſt, alius negatiuus, Affirmatiuus eſt, qui errorem quem habet in mente, aut verbo, aut factis oſtendit, ita Farin. qui alios allegat *de Hæreſi, quæſt.* 178. *num.* 19.

Et Doctoribus à Farin. allegatis, addo nunc Ferdinandum de Caſtro Palao, *tract. 4. diſp. 3. punct. 3. num. 5.* & Inquiſitorem Canteram *in ſuis quæſt. crim. circa punitionem delictorum c. 1. de Hæreticis, num. 60. verſ. tetigi ſup.*

Negatiuus verò Hæreticus dicitur, qui legitimè 46.
conuictus de hæreſi, conſtanter illam negat, & aſſerit ſe crediſſe, & credere omnia, quæ credit S. Mater Eccleſia. Et iſte ſic pertinaciter in negatiua perſiſtens, puniendus eſt vt Hæreticus verus, & pertinax, ac vt talis brachio ſæculari eſt relaxandus, ita magiſtraliter decidit Rot. Rom. *deciſ.* 875. *in antiq. ſub titul. de Hæret.* quæ deciſio incipit *Accuſatus;* & hoc idem clariſſimè colligitur *ex c. 7. 8. & 9. Conſilij Bitterenſis, & cap. 26. Concilij Narbonenſis.* quorum Conciliorum verba referuntur à Peña, *part. 3. comm. 48. verſ. & quamquam,* Deciſionemqua illam Rotæ 875. ſequuti fuerunt magis communiter DD. quos allegant, Peñ. *dicto comm.* 48. Farin. *dicta quæſtione* 178. *n.* 20. Lud. à Paramo *de origine S. Inquiſitionis lib. 3. q. 4.* Robt. *de expedit. proceſſus in cauſis fidei, num.* 41. & Ricciullus *de Iure perſonarum, &c. lib. 5. cap. 6. per tot.* Sanctarell. *de Hæreſi, cap. 1. num. 27. verſ. Præterea proteſtatio non excuſat.*

Ex quibus colligitur contrariam ſententiam Boërij *deciſ. 341. num. 4. in fin.* & Clari *in §. Hæreſis num. 9.* verſ. *Et nota in hoc propoſito,* omnino eſſe repellendam. 47.

Vt tamen ſit locus diſpoſitioni dictæ deciſ. 875. plura requiruntur, Primum eſt, vt Negatiuus ſit conuictus de vera, & formali hæreſi.

Secundum eſt, vt verba, vel facta hæretica ſint clara, non ambigua.

Tertium eſt, vt reus de Hæreſi conuincatur per teſtes omni exceptione maiores.

Quartum eſt, vt factum vel dictum Hæreticum, de quo conuincitur reus, ſit recens, non vetuſtum, ita vt reus veriſimiliter credatur eius fuiſſe oblitus.

Quintum eſt, quod teſtes hunc negatiuum conuincentes, deponant ipſum aſſeruiſſe, ſe illa credere, nam teſtes, vt accuſatum de Hæreſi conuincant debent deponere de accuſati credulitate, Albert. *de Agnoſ. Aſſert. Cath. q. 8. n. 8. & ſeq. q. 34. n.* 51. quem ſequitur Hieron. Gabr. *conſ.* 178. *num.* 11. *lib.* 1. Et Eymeric. *in Director. in forma exam. teſtium,* 3. *part.* atque hæc omnia requiri, vt negatiuus brachio ſæculari tradatur, dixerunt Peña, Farin. & Ricciull. *locis ſuprà alleg.*

Occaſione autem quarti requiſiti dubitari poteſt, an in dictis, & factis antiquis præſumenda ſit obliuio, In qua re breuiter dicendum, in factis arduis, & horrendis obliuionem non præſumi, cum in arduis rebus memoria non lædatur, vti dicebat Plinius, in aliis verò dictis & factis rem arbitrio iudicantium relictam eſſe dixit Peñ. *ad Director. part. 2. comm. 59. verſ. ſed in hac quæſt.* qui alios allegat, & & rem hanc fuſiſſimè explicat, 48.

Et in ſumma in facto proprio regulariter non præſumitur obliuio Menoch. *præſump. 13. n. 32. lib. 6.* Ioan. Philippus Teſtay, *alleg. 5. n. 25.* hæc tamen præſumptio non obliuionis ceſſat in multis caſibus, vel ex lapſu longi temporis, ſcilicet ad minus decem annorum, Menoch. *n.* 38. Mæres *de maior. p4. q. 20. n.* 164. *in vltimò impreſſis Matriti* 120. vel ex qualitate perſonæ, puta quis ſenex infirmus, minor, vel multis negotiis implicitus, Menoch. *vbi ſuprà, n.* 47. Maſcard. *de probat. concl.* 1118. *n.* 10. vel ex qualitate facti, quia ſit inuolutum *num.* 41. vel quia ſit graue,

quo

quo caſu numquam admitti ſolere allegationem obliuionis diaerunt Menoch. & Maſcard. *vbi ſuprà*, & bene Mæres *loco alleg. n.* 367.

Quanta verò in huiuſmodi cauſis maturitate ſit procedendum videndus eſt idem Peña *comm.* 48. *p.* 3. *per tot.*

§. X.

De Hæretico negatiuo appellante, & prouocante Inquiſitores ad Vallem Ioſaphat.

POſtquam proximè tractauimus breuiter materiam Hæretici negatiui, quia aliquando contingere poteſt, quod hic ab Inquiſitoribus brachio
49. ſæculari relaxatus eos ad Vallem Ioſaphat citet, & prouocet, operæ pretium duxi hoc loco aliqua obſeruare circa hanc materiam, vt inde poſſint Inquiſitores dignoſcere, an dicta prouocatio ſit pertimeſcenda, necne.

Præmittendum igitur eſt, Appellationes huiuſmo-
50. di ad Tribunal Dei ſæpiſſime à Sacris literis nobis inſinuari, & plura earum exempla referunt Cornelius à Lapide, omninò videndus, *in cap.* 17. *Ieremiæ, verſ.* 12. vbi etiam probauit huiuſmodi appellantes exaudiri, Martinus Delrius, *diſquiſit. magic. lib.* 4. *quæſt.* 5. *ſect.* 1. *fol. mihi* 604. & Torreblanca poſt hæc ſcripta viſus, *in ſuo tract. de delictis, in quibus tacita, & occulta dæmonis inuocatio interuenit, lib.* 3. *de criminus punitione, capite.* 28. *de prouocatione ad diuinum Iudicium per totum.* vbi plura huiuſce prouocationis, & citationis ad Vallem Ioſaphat refert, etiam ex hiſtoriis modernis.

Præmittendum ſecundò, quod ſi citatio, & ap-
51. pellatio hæc fiat non odio, & vindicta, ſed bono fine, vt innocentia appareat, vt infamia à familia arceatur, tunc appellatio, & citatio huiuſmodi licita eſt, ita Delrius *vbi ſuprà*, verſ. *Quo ad citantem*, & Ioann. Franc. Schenardus, *conſ.* 30. *lib.* 2. vbi poſt Delrium dixit, ad hanc citationem requiri, quod fiat pro magna oppreſſione, cum magna fiducia in Dei iudicio, corde puro, & in caſu, in quo citans ſit omni humano auxilio deſtitutus.

Quæ omnes conditiones aderant in caſu Abbatis
52. Diu. Iacobi apud Leodium, de quo Delrius *vbi ſup.* Hic enim, cum apud Epiſcopum contra illius Ciuitatis Præpoſitum, qui à monaſterio ſuo violenter adoleſcentem eius Conſobrinum, iam Monachum effectum extraxerat, iuſtitiam habere non poſſet, Præpoſitum in hæc verba citauit. *Iudicem contra te ô Præpoſite, in terra habere non poſſum, & ideo contra te Deum ſummum Iudicem interpello, vt intra quadraginta dies vterque noſtrum compareat coram illo ſententiam pro meritis accepturus, quadrageſimo die circa horam nonam mortuus eſt dictus Abbas, & cum pro eo ſolenniter pulſaretur, ſedens in balneo Præpoſitus quæſiuit à circumſtantibus quid hoc eſſet, cui vnus reſpondit. Abbatem Diui Iacobi modo eſſe defunctum, Recordatus Præpoſitus quadrageſimum diem eſſe, qua ſe citatum audierat ab Abbate, animo conſternatus tremens ſuis dixit, citò videte quid faciam, mortuus ego ſum, comparere me hodie coram ſummo Iudice oportebit, ſtatimque cum balneum egredi feſtinaret in aſtantium manibus, cum diro eiulatu, & vocibus expirauit.*

His ſuppoſitis, dicendum eſt, quod ſi conſtat
53. Iudici ſe in condemnatione Hæretici negatiui iuſtè proceſſiſſe, tunc non debet appellationem, & citationem negatiui pertimeſcere, quia iuſto Iudici præmium à Deo debetur non ſupplicium, ita Delrius *vbi ſuprà*, verſ. *Quoad eos verò, qui citantur*, & P. Cornel. à Lapide *loco citato*, verſ. *cæterum hoc ſolium.*

Si verò Iudex non eſſet certus de Iuſtitia ſuæ ſen-
tentiæ, ſed aliquam in ea ferenda ſenſit animi ſui 54.
perturbationem, tunc malè facit Iudex, ſi appellationem, & citationem illam contemnat. Debet enim tunc omnia maturiori iudicio rimari, vt prior ſententia, vel retractetur, vel confirmetur, ita Delrius, *vbi ſup.* verſ. *Altera regula ſit.*

Ex ea his patet quid ſentiendum ſit de Boſſio *in*
praxi crimin. in tit. de extraordinariis, crim. num. 9. 55.
Clar. §. *fin. quæſt.* 83. *num.* 8. vbi addentes, ac Menochio *de arbitr. Iud. cent.* 4. *caſu* 388. in fine qui dixerunt, quod huiuſmodi citantes, & appellantes ad Tribunal Dei ſunt extra ordinem arbitrio Iudicis puniendi, & Clar. ibi atteſtatur ab excellentiſſ. noſtro Senatu Mediolani, vnum ex iſtis qui tranſmiſerat præceptum nomine D. N. Ieſu Chriſti, coactum fuiſſe illi præcepto renunciare, & vlterius fuiſſe damnatum ad fuſtigationem, & alium ad catenam infamem.

Traditio enim illa debet neceſſariò intelligi, vbi 56.
citatio, & appellatio ad Vallem Ioſaphat fieret ſine circumſtantiis, per nos *ſupra allegatis.* Nam in iſto caſu, ſic citantes, & appellantes grauiter peccarent, & iuſtæ pœnæ ſubiiciendi eſſent, Delrius *vbi ſuprà*, verſ. *Dico tertiò*, & ſic in indiuiduo traditionem illam Boſſij & Clari intelligendam eſſe dixit Schenardus *in alleg. conſ.* 30. *lib.* 2. verſ. *ſed videndum eſt quomodo.*

Si autem citatio, & appellatio fiant legitimè, tunc 57.
vtique licitæ ſunt, & mille locis à Sacra Scriptura canonizantur, ſic enim *Geneſis* 16. *verſ.* 5. Dixit Sara Abrahæ, *Iudicet Dominus inter te, & me*, & Regum 1. *cap.* 24. *v.* 14. *ait Dauid ad Saulem, Iudicet Dominus inter me & te, & vlciſcatur per me Dominus ex te*, & pluribus aliis in locis ſolium hoc Omnipotentis Dei, dicitur reus innocentes exaudire, prout dicitur Pſalmo 88. verſ. 15. *Iuſtitia, & iudicium præparatio ſedis tuæ*, & Pſalm. 44. v. 7. *Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi, virga directionis, virga regni tui.*

Magna tamen circumſpectione vti debent tali- 58.
ter ad Tribunal Dei appellantes, & prouocantes, Vnde Delrius *dict. ſect.* 1. verſ. *dico ſecundò*, ait haſce citationes, & appellationes eſſe periculoſas, in omnibus non probatæ ſanctitatis; quia iſtis, vel amor proprius, vel latens aliqua gloriolæ, vel vindictæ nebula fallere poteſt.

§. XI.

An ignorantia excuſet ab hæreſi.

PRæmittendum primò, quod, quæ ad fidem 59.
pertinent ſunt in duplici differentia, in alia enim pertinent ad fidem directè, talia ſunt ea quæ nobis ſunt principaliter diuinitus reuelata, vt Deum eſſe vnum, trinum, &c. alia indirectè, ex quibus conſequitur aliquid contrarium fidei, ſicuti ſi quis diceret, Samuelem non fuiſſe filium Elcanæ) ex hoc enim ſeq. ſcripturam Diuinam eſſe falſam, ita Eymeric. *in Director. prima parte, quæſtion.* 7. *num.* 1. *ſeq.* latiſſimè Peña *in Director. p.* 2. *comm.* 1.

Præmittendum ſecundò, quod alia eſt ignoran- 60.
tia inuincibilis, quæ cadit in eo, qui nullo modo eam ſuperare poteſt, cuiuſmodi eſt infans, & mente captus. Alia eſt ignorantia probabilis, quæ propriè

61. illa dicitur, quæ ſine aliqua culpa cognitione priuat, vt cum quis ſaducitur à viro docto. Alia eſt igoorantia craſſa, cum quis ignorat ea, quæ cæteri homines ſuæ conditionis ſciuot, vt cum quis de media plebe, ignorat Chriſtum mortuum. Alia tandem eſt ignoraotia affectata, cum quis data opera vult ignorare, vt ab actu, quem exequi vult, noo retrahatur, de qua ignorantia iotelligitur illod Prophetæ, *Noluit intelligere, vt bene ageret*, & de hiſce, & etiam multis alus ignorantiæ ſpeciebus, videndi ſunt Sanch. *in ſumm lib.* 1. *c.*16. Ricciull. *de Iure perſon. lib.* 5. *cap.* 7. & Sanctarell. *de hæreſi, cap.* 1. *dub.*15. *n.* 20. *& ſeq.* qui alios allegant.

62. His præmiſſis, loquendo de ignorantia inuincibili, quæ tamen in praxi vix dari poteſt) ac etiam de ignorantia probabili, clarum eſt, quod hæ excuſant ab hæreſi, ita Caſtr. *de Iuſt. Hæreticorum puniсione, lib.*1.*cap.* 9. Ricciull. *de Iure perſon. extr. &c.lib.*5.*cap.*7.*num.*6.*& ſeq* Sanctarell. *dict. dub.* 5. *n.* 20. & Fario. *de Hæreſi, q.* 179. *num.* 23. 25. *&* 26. Atque hoc multò magis procederet in his, quæ ad fidem ſpectant indirectè, nam in his facilius excuſat ignorantia, quàm in aliis ad fidem directè ſpectantibus, vt colligitur ex Peña 1. *p. comm* 20. *Reg.* 4. 526. & 7. quem ſequitur Farin. *vbi ſupra, num.* 25.

63. Io his tamen, quæ directè ad fidem pertinent, non præſumitur ignorantia, ſed per allegantem illa eſt probanda, ita Ricciull. *vbi ſupra num.*7.verſ.2. *eſt declarandus*, Farin. *loco alleg.num.*27.

64. Nec allegatio ignorantiæ io articulis manifeſtis eſſet admittenda, niſi verſaremur in caſibus ex naturali iure excuſabilibus, puta, ſi quis diceret, patrem eſſe maiorem filio, latiſſimè Farin. *dicta quæſt.* 179.*num.*1.vbi *ex Summa Angelica*, in verbo, *fides, num.* 6. ponit exemplum, de quadam vetula credente Trinitatem eſſe vnam fœminam.

65. Quod verò ad ignoraotiam craſſam, magis communis opinio eſt DD. quod illa à peccato hæreſis excuſet, quooiam taliter ignorans, ſi eſt paratus corrigi non poteſt dici habere pertinaciam quæ eſt ad hæreſim neceſſaria, vt ſuprà vidimus & ita tenuit, Alphonſus à Caſtro *de Iuſt. Hæret.puniсione, lib.*1. *cap.* 9. *& lib.* 2. *cap.* 17. Ricciull. *vbi ſuprà, numer.* 10. *& ſeq.* Sanctarell. *ibid. num* 20. *&* 21. Filliuc. *vbi ſupra, n.*170.

66. Atque idem prorſus docuerunt memorati auctores de ignoraotia affectata, latiſſimè Sanctarell. *vbi ſuprà*, qui alios allegat, *n.* 22. 23. *& ſeq.* niſi adſit contemptus Eccleſiæ, Filliuc. *dicto cap.*6. *num.*173. ſed io hac re aliter mihi dicendum videtur, quoad haſce duas ignorantias, quod ſcilicet in hoc crimine minimè excuſant in foro exteriori, nam in inte-
67. riori à memoratorum auctorum traditionibus non diſcederem, atque ita tenuit doctiſſ. Simanch. *de Cath. Inſtit. tit.*26. *num.* 4. *& in Enchiridio, tit.* 49. *num.* 2. Peña *in ſæpe cit.com.*22.verſ. *Tertia Regula*, Ludouicus à Paramo, *de origine S. Inquiſitionis, lib.* 3. *q.*3.*num.*46.*& ſeq. & quæſt.* 19. *n.* 149. latiſſimè Farin *de hæreſi. quæſt.* 176. *n.* 29. vbi de ignorantia craſſa, *& num.*30. vbi de ignorantia affectata, optimè Valentia *Vid.* 22. *quæſt.*11. *art.*1.verſ. *eſt autem diſcutienda, diſput.*1.

Videatur de tota hac materia Ferdinandus de Caſtro Palao, *tom.* 1. *tract.*4.*diſput.* 2.*punct.*2.*n.* 2. *& ſeq.* Souſa *in Aphoriſ.Inquiſit.lib.*1.*c.*12. P. Diana de hoc noſtro Tribunali S Officij, optimè meritus, *lib.* 4. *reſol.moral. tract.* 7. *reſol.* 36. Valer. *de diff. vtriuſque fori, in verbo hæreſis, diff.* 1. qui alios latiſſimè allegat, & loquuntur, tam in foro interno, & animæ, quàm in externo.

Ex dictis patet, quid ſit dicendum de ſimplicita- 68.
te, an excuſet ab Hæreſi, quo articulo latiſſimè Farin. *d.q.*179.*num.*8.*& ſeq.* nam illa ſola non excuſat, niſi ſit coniuncta cum ignorantia, Farin. *vbi ſupra num.* 22. verſ. *Et in hac materia*, vnde pro modo ignorantiæ, & illius qualitate, & iuxta illius regulas, idem etiam de ſimplicitate erit dicendum.

§. XII.

De proferentibus verba hæretica, ioco, lubrico linguæ, vel ſimili modo.

QVamuis multa ad hanc materiam dixerim *in tit. de Blaſphemis*, attamen nunc breuiter di-
cendum, proferentem verba Hæretica, ioco, lubrico 69.
linguæ, ex magna ira, vel ob magnam animi commotionem & corporis dolorem, vel etiam recitatiuè recitando ſcilicet aliorum Hæreſes, non eſſe vti Hæreticum puniendum, ſed alia pœna extraordinaria, & maximè pecuniaria, latiſſimè Fario. *de Hæreſi, quæſt.* 179. *num.* 40. *& ſeq.* Sanctarell. *de Hæreſi, tract. de Blaſph.cap* 8. *dub.*2.*n.* 3. vbi alios allegat.

Et tales in hoc caſu ſubduntur Iuriſd. Inquiſito- 70.
rum, vti contra nonnullos, bene dixerunt Peña *p.* 3.*comm.*17. Farin. *num.*48. & Sanctarell. *dicto n.* 3.

Adoertendum tamen noo eſſe facile per Inqui- 71.
ſitores admittendas haſce exceptiones & eas alleganti, incumbere onus eas etiam probandi, vti pluribus cumulatis docuerunt Albertin. *de agnoſc. aſſer.Cath.q.* 36. *num.* 18. & Sanctarell. *vbi ſuprà, num.*4. & alij per me allegati *in dict. tit. de Blaſph.* quibus addo Homobonum de bonis, *de examine Eccleſiaſtico, tom.*1.*tract.*7.*q.*4.

Benè Souſa *in Aphoriſ.Inquiſit. lib.* 1.*cap.* 13.*per tot.* vbi quando iſti ſint torquendi ſuper intentione, & *num.* 8. animaduertit, quod verba, & facta dubia, quæ in bonam, & malam partem poſſunt accipi præſumuntur in bono ſenſu, & dicto facta, *& num.*14. ait intentionem proferentis verba, per iocum probari ex qualitate perſonæ proferentis, modo proferendi & aliis circumſtantiis, P. Maſſin, *in praxi S.Officij part.*9.*aſſert.*97.*primæ impreſſionis*, P. Diana *tractat.*8.*reſol.*83.*part.*4.*reſolut. moral.* vbi dixit, quod ſi reus vrgeatur aliquibus indiciis malæ credulitatis, vt puta ſi quis reconciliatus ex hæreſi Lutheranorum, vel Caluiniſtarum, dum Miſſam in Eccleſia quæſiuiſſet, & non inueniſſet, protuliſſet hanc propoſitionem, *Sola fides ſufficit*, quæ eſt propoſitio, quàm alias in bonum ſenſum interpretatus eſt Royas, *de Hæret p.*1. *num.*376. vtique torquendus eſſet ſuper ſua credulitate, quia Caluinus tenuit fidem ſine operibus ſufficere ad vitam æternam, & in fine dictæ reſolutionis Diana remittit lectorem ad Nauarrum *conſ.* 6. *de Hæretic. libro quinto, tomo ſecundo*, qui certe dignus eſt quod videatur.

Quomodo autem intelligi debeat axioma illud, quod ſub nomine Diui Hieronymi circumfertur. *Ex verbis inordinatè prolatis oriri Hæreſim*, videndi ſunt Ludou. à Paramo *de Origine S. Inquiſit. lib.* 3. *q.* 3. *num.* 114. & Sanctarell. *de Hæreſi, cap.*1. *numer.* 30.

***

§. XIII.

§. XIII.

Tenens veram opinionem, putans illam eſſe contra Eccleſiam Catholicam, an ſit Hæreticus.

73. Sicuti credens falſum putans ſic teneri ab Eccleſia, ab hæreſi excuſatur, vbi latiſſimè docuerunt plurimi relati per Farin. *de hæreſi, quæſt.* 179. *n.* 1.

Ita tenens veram opinionem, putans illam eſſe contra Eccleſiam Catholicam, eſt verus, & formalis Hæreticus, ita Farin. *vbi ſuprà, n.* 2. verſ. *quid è contra.* Sanch. *in Summ. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 30. Ludou. à Paramo *de Orig. S. Inquiſit. lib.* 3. *q.* 3. *n.* 20. Ricciull. *de Iure perſon. extr. Eccleſiæ, &c. lib.* 5. *cap.* 5. Ratio huiuſce rei eſt, quod talis formaliter à fidei ratione recedit, credens non in vniuerſum eſſe vera ab Eccleſia definita, & cum in effectu talis aliquid de fide neget, Eccleſiam ſcilicet eſſe certam fidei regulam, quæ nec falli, nec fallere poteſt omnino, verus hæreticus eſt dicendus.

74. Neque obſtat, quod percutiens laicum credens illum eſſe clericum, non incidat, in excommunicationem cap. *Si quis ſuadente Diabolo*, quia vt ait Sanch. hic non eſt verus percuſſor clerici, & excommunicatio *d. cap.* fertur contra percuſſorem clerici, at ille eſt verus Hæreticus.

§. XIV.

De proteſtatione an ab Hæreſi excuſet.

75. Notandum eſt hoc loco tria eſſe genera credibilium, aliâ namque ad fidem directè pertinent, vt ſunt omnes articuli fidei, & huiuſmodi credibilia explicitè à quolibet fideli credi debent, vt latè probauit Peña *in* 1. *p. direct. comm.* 20. Alia ſunt credibilia, quæ indirectè ad fidem ſpectant, quia ſcilicet principaliter credenda, (ſicut ſuperiora (non proponuntur, ad eorum tamen negationem ſequitur Hæreſis, alia ſunt, quod Abraham duos habuerit filios, &c. & huiuſmodi credibilia non tenetur, quis explicitè credere, ſed ſufficit ſi implicitè credantur, credendo verum quidquid in Sacra Scriptura continetur. Alia tandem ſunt credibilia, quæ expreſsè in Sacra Scriptura non ponuntur, tamen ſunt per Eccleſiam definita tanquam credenda, vt verbi gratia quod Spiritus ſanctus procedat à Patre, & Filio, &c. atque hæc etiam ſufficit ſi per minores implicitè credantur, ita Eymeric. *in directorio* 1. *part. quæſt.* 12. *num.* 1. *& ſeq.* Peña *comm.* 1. verſ. *Ad hæc prænotandum eſt, p.* 2. latiſſimè Farin. alios cumulans, *de Hæreſi, quæſtione* 179. *num.* 65. *& ſeq.*

79. Hoc præmiſſo, vel proteſtatio generalis, præcedit negationem alicuius ex credibilibus primi generis, & tunc illa non iuuat proteſtantem, quoniam errans in his, quæ ſcire vnuſquiſque tenetur explicitè, cenſetur peccare ex malignitate, ita Eymericus *dicta quæſtione* 12. Peña *ibid. comm.* 26. *ſub litera B*, Farin. *de Hæreſi, quæſt.* 188. *num.* 254. *& ſeq.* Sanctarell. *de Hæreſi, cap.* 1. *dub.* 6. *num.* 27. qui alios allegant.

Vel proteſtatio generalis præcedit negationem alicuius ex credibilibus, 2. vel 3. generis, & tunc proteſtatio ſolet excuſare, ita Peña Farin. & Sanctarell. *locis allegatis.*

Et Doctoribus ibi per eos allegatis addendus eſt *Carena de Offic. Inquiſit.* Ferdinandus de Caſtro Palao, *tract.* 4. *diſput.* 3. *punct.* 2. *num.* 7. & Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 1. *cap.* 14.

Quod tamen temperandum eſt, niſi eſſemus in viris doctis, Epiſcopis, Inquiſitoribus, &c. qui omnia credibilia expreſsè credere tenentur, ita Eymericus *dicta q.* 12. *num.* 11.

Item limitandum eſt ſecundò, niſi negatio fieret coram Iudice, vel Inquiſitore à quo de veritate informatus nollet acquieſcere, nam tunc proteſtatio illum ſic proteſtantem, & negantem non iuuaret, ita Peña *dicta comm.* 26. verſ. *Cæterum*, Farin. *vbi ſuprà, num.* 157. *& ſeq.* de qua tamen re dixi ſuprà *in quæſt. de pertinacia ad Hæreſim requiſita.*

Addendum etiam hoc loco, quod nec proteſtatio releuaret, ſi eſſet contraria facto, puta ſi quis proteſtetur, ſe credere Meſſiam veniſſe, & ita proteſtetur, & tamen Agnum Paſchalem comederet, & Sabbatha more Iudæorum coleret, ita Farin. *vbi ſuprà, num.* 153. & Sanctarell. *loco cit. dub.* 6. *num.* 27. 77.

§. XV.

An ſit Hæreticus, qui metu compulſus aliquid Hæreticale committit.

Supponenda eſt hoc loco communis DD. traditio, quod homini Chriſtiano non ſufficit habere ſinceram fidei credulitatem, ſed requiri 78.
etiam eiuſdem fidei confeſſionem explicitam, vti communiter docuerunt Theologi 2. 2. *q.* 3. *art.* 2. Peña *ad direct.* 1. *part. quæſt.* 9. *comm.* 24. latiſſimè Ricciull. *de Iure perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium, lib.* 1. *cap.* 4. 5. *& ſeq.* qui alios allegat.

Præmittendum ſecundò, coactionem eſſe duplicem, alteram abſolutam, & præciſam, cum quis v. g. ligatus, & penitus renitens cogitur genua flectere Mahometo, vel frangere imaginem ſacram; Alteram verò conditionalem tantùm, vt ſi quis pro euitanda morte, aliquod factum Hæreticale committat, ita Peña *dicta comm.* 24. verſ. *At primum quidem.* His præmiſſis 79.

Dico primò, coactione præciſa factum committens Hæreticale, neque Hæreticus eſt, neque peccat, ita Pegna *vbi ſupr.* Farin. *de Hæreſi, q.* 183. *n.* 32. Ricciull. *de Iure perſon. lib.* 6. *c.* 5. *num.* 2. *ſeq.* ratio eſt, quia talis coactus magis dicitur pati, quàm agere, vt inquit text. *cap. Sacris, de iis quæ vi, metuſue cauſa, &c.* 80.

Dico ſecundò, vbi vis, ſeu coactio eſt non præciſa, ſed conditionalis, tunc committens per talem vim factum Hæreticale non eſt Hæreticus, quia cum corde credat, non poteſt dici pertinax in errore, peccat tamen grauiſſimè, ita Peña *loco cit.* Farin. *ibid.* Ricciul. *dict. cap.* 5. *n.* 4. qui alios allegat, & hinc eſt, quod talis non eſt puniendus pœnis Hæreticorum, vti optimè probauit, Peña *in allegat. com.* 14. verſ. *de Coactis*, ex Conciliis Ancyrano, & Arelatenſe, quorum verba ibi refert, Barboſ. *de Officio Epiſcopi, allegat.* 40. *num.* 32. 81. 82.

Negari tamen non poteſt, quin ſic talia facta cõmittentes, quoad Eccleſiam (quæ non iudicat de occultis, *c.* 1. *de clandeſt. deſponſ.*) ſint ſuſpecti de hæreſi, quandoque vehementer, ſi vi, vel metu ceſſante adhuc in facto hæretico perſtiterunt, vel ſi perſona grauis ſit, vel ſi metus leuis fuerit puta carcerationis, fuſtigationis, &c. vel ſolummodò metus 83. 84.

fuerit reuerentialis, Peña *dicta comm.* 14. verſ. *ſed hoc quidem* Farin. *vbi ſup. n.* 16. *&* *ſeq.* Ricciull. *dicto cap.* 5. *num.* 7. *&* 8.

Quandoque de leui tantùm, quandoque etiam nullo modo ſuſpectus talia facta committens redditur vt puta, ſi ſtatim poſt lapſum metu ceſſante reuertatur, Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 17. *n.* 57. Peñ. *dicta com.* 24. verſ. *Ergo qui poſt lapſum,* vbi, quod talis ſtatim rediens benignè eſt recipiendus, & mitiſſimè tractandus, omiſſa etiam omni abiuratione, ſi nulla adſit hæreſis, ſuſpicio. Si autem non ſtatim redierit, tunc ad abiurationem compellatur, pro modo ſuſpicionis, cuius dicta ſequitur Barboſ. *dicta alleg.* 40. *n.* 33. & Duardus *ad Bullam Cœnæ, lib.* 2. *Can.* 1. *quæſt.* 12. *n.* 8.

§. XVI.

De Marcellino Papa.

85. Marcellinum Summ. Pontif. eundemque Sanctiſſimum Martyrem, idolis per metum compulſum temporibus Diocletiani, & Maximiani Imperatorum grana thuris ſuper prunas impoſuiſſe dicitur, in cap. *Nunc autem, diſt.* 21. & narrat Illeſcas *in Hiſt. ſua Pontif. tom.* 1. *l.* 1. *cap.* 32. In vita huius Pontificis, qui etiam narrat huiuſce Pontificis in publico Concilio pœnitentiam, & illuſtre ea poſt Martyrium, & metum hunc, ſeu coactionem conditionalem fuiſſe notat gloſſa, *in dict. cap. Nunc autem,*

86. in verbo *compulſus,* & quamuis hæc Hiſtoria ſit admodum dubia, vt videre eſt, ex Baronio *Annal. Eccleſiaſt. tom.* 2. *circa annum Domini* 302. *num.* 90. *& ſequent.* & Spondan. *in Epit. eiuſdem anni num.* 12. *&* 14.

87. Attamen ea etiam, pro vera ſuppoſita concludendum ſine vlla difficultate eſt Marcellinum Pontif. non fuiſſe Hæreticum, quia quidquid facto fecit, certè in corde fuit fidelis & in corde Hæreſis crimen perficitur.

88. Hinc Ioſeph Seſſe, *deciſ. Regni Arag. tom.* 4. *deciſ.* 440. *n.* 2. dixit Hæreticum non eſſe, qui vi, aut metu coactus ad ritus tranſit Paganorum.

89. Et generaliter ob metum fidem abnegantem non poſſe Hæreticum dici poſt Roderic. Acunh. in dicto cap. *Nunc autem, diſt.* 21. latè probauit, Don. Ant. Cabreros. *in ſua delineat. de metu, lib.* 2. *cap.* 30. *n.* 79. *& ſeq.* & Souſa *in Aphoriſ. Inquiſit lib.* 1. *c.* 17.

90. Cum igitur Marcellinus nihil contra fidem docuerit, & crediderit, vt eius pœnitentia in publico Concilio apertiſſimè demonſtrauit, non poteſt dici quod fuerit Hæreticus, licet per actum illum externum ſe reddiderit de fide in exteriori foro ſuſpectum ita Acunh. *vbi ſuprà,* Bellarm. *in ſuis contr. tom.* 1. *lib.* 4. *de Sum. Pontif. c.* 8. verſ. *Decimus eſt Marcellinus,* benè Suarez *de fide, diſp.* 10. *ſect.* 6. *n.* 1. vbi pro-

91. bat, verum Pontificem non poſſe incidere in hæreſim, Bellarm. *ſuprà* allegatus vbi dicit quod de facto nullus vnquam Papa fuit hæreticus.

Et ad hoc videndi ſunt DD. allegati à Roder. Acunha, in cap. *Si Papa, diſt.* 40. *n.* 5. quibus addo ego omnino videndum Valenzuel, *in defenſ. Moniterij contra Venetos, part.* 6. *num.* 169. vbi ait, quod impoſſibile eſt Papam fieri Hæreticum, & quod nunquam viſus fuit Papa Hæreticus, & quod DD. qui diſputant, an Papa Hæreticus poſſit puniri per Concilium, ſupponunt vnum impoſſibile, & ibi alios DD. ad hoc allegat, quod ego veriſſimum credo ob promiſſionem Chriſti, *Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.*

Ex quibus apparet, quid ſentiendum eſt, de illis Hæreticis relatis ab Euſebio, *lib.* 6. *Hiſt. Eccleſiaſtica, c.* 37. qui voluerunt, eos qui in perſequutionibus Chriſtum externa voce negant, modò tum corde confiteantur non peccare, hi enim ſic externa voce Chriſtum negantes, vtique grauiſſimè peccant, vt latiſſimè probauit. Pater Beccan. *in comp. Manualis controuerſiarum huius temporis, lib.* 5. *de contron. Politicorum, cap.* 1. & fuſiùs *cap.* 5. vbi relato exemplo noſtri Marcellini, quem ait grauiter peccaſſe, probauit nulla ratione licere per ſimulationem idola colere, de quo videantur DD. *in* 2. 2. *in materia de Fide.*

§. XVII.

An liceat diſputare de Fide.

De materia hac videndi ſunt, Eymeric *in direct.* 1. *p. q.* 10. Pena *comm.* 25 *ibidem* Farin *de Hæreſi, quæſt.* 178. *n.* 108. *& ſeq* Sanctarell. *de hæreſi cap.* 8. *n.* 4. *& ſeq.* Scortia *in ſelect. Rom. Pontiſ. Conſt. Theoremate* 31 vbi quod laicis non eſt prohibitum diſputare de fide in circulis honoris gratia, quia hoc eſt diſputare tantùm materialiter, non formaliter, id eſt ad veritatem ſuadendam, ad eos benignum lectorem remitto. 92.

§. XVIII.

De probationibus in crimine Hæreſis.

Quoniam regulariter in omnibus delictorum probationibus, ſufficiunt duo teſtes Abb. in cap. *Quoties de teſtibus* Angel. *conſ.* 14. iuxta dictum Chriſti Domini, *in ore duorum,* &c. 93.

Difficultatem in Crimine hæreſis facit, text. in cap. *excommunicamus* §. *Adiicimus,* ibi, *tres aut plures boni teſtimonij viros, de hæret.* per quem text. plurimi voluerunt, in crimine hæreſis duos teſtes non ſufficere ad condemnandum, ita Hoſtienſ. *in ſumma in tit. de hæret.* §. *Qualiter,* Archid. *in cap. vt officium de hæret. in* 6. aliique latiſſimè allegati per Farin. *de hæreſi, q.* 188. *num.* 56. Sanctarell. *in ſimili tract. cap.* 39. *dub.* 2. *n.* 1. & Azeued. *ad Regias Hiſpan. Conſt. Nona Recompil lib.* 8. *tit.* 3. *l. prima. n.* 106. *& ſeq.*

In contrarium tamen eſt verior Sententia, imo per duos teſtes conteſtes, & omni exceptione maiores ſufficienter probari hoc crimen, ita Farin. Sanctarel. & Azeued. *locis citatis* Borel. *in ſum. deciſ. tom.* 2. *tit.* 5. *de num. teſtium, n.* 50. Ratio eſt, quia in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, cap. *& ſi Chriſtus de Iure iur.* Barboſ. *ad dict.* §. *Adiicimus, num* 46. 94.

Cuius diſpoſitio non obſtat, nam reſpondetur ibi non eſſe ſermonem de probatione hæreſis, ſed de modo inquirendi hæreticos generaliter, vt obſeruauit Sanctarell *loco ſupra allegat. n.* 12. De qualitate autem horum teſtium vide, Azeued *vbi ſupra,* & nos latè *in* 3. *p. huius operis,* vbi etiam plura alia ad hanc materiam totam de teſtibus, in hoc foro S. Officij, pertractabimus.

Quando tamen eſſemus in viro omni exceptione maiore, & tractaretur de imponenda ei pœna corporali, ſeu alias graui, vel etiam ageretur de conuincendo hæretico negatiuo, tunc quamuis adeſſent duo teſtes omni exceptione maiores conſulerent Inquiſitores, quod recurrerent ad Supremum tribunal Romanæ Inquiſitionis, & ab Eminentiſſ. & Reuerend. DD. Cardinalibus reſponſum expecta- 95.

rent

rent idque ob auctoritatem DD. qui contrariam ſententiam docuerunt, inter quos noviſſimè eſt Ferd. de Caſtro Palao, idem ius *in ſpere Moral. tom. 1. tract. 4. diſp. 2. punct. 15. §. per tot.* Vide tamen, quæ dixi *in annot. ad Quæſtiones D. Guid. Fulco lij.*

Sed ſi reus eſſet integræ famæ, & vitæ, ſine dubio practicari poſſet ſententia noſtra, quam *hoc num. 95.* ſuprà firmauimus ex latè deductis à P. Diana, *reſol. Moral. part. 4. tract. 7. reſol. 52.*

§. XIX.

De tortura hæreticis danda.

96. QVoad Hæretici torqueantur pro vlteriori veritate, &c. clariſſimum eſt, & ab omnibus pro indubitato præſupponitur.

97. Solummodò hoc loco dicendum eſt, nullo modo poſſe ad torturam in hoc crimine deueniri, niſi conſtet prius de corpore delicti, ita Peñ. *comm.* 110. *verſ. Primum ergo, part. 3.* & Farin. *de hæreſi, quæſt.* 185. *num.* 147.

98. In crimine autem hæreſis, quod ſolet eſſe facti tranſeuntis, ſufficienter dicitur conſtare de corpore delicti, cum ſimpliciter conſtat de delinquente, ita Farin. *vbi ſupra & de Inquiſitione quæſt.* 2. *n.* 16.

99. An autem indicia ad torquendum debeant in hoc crimine eſſe vrgentiora, quam in alijs diſputant DD. longa ſerie relati per Farin. *de hæreſi, dicta quæſtione* 185. *num.* 141. *& ſequentibus.*

Sed verior opinio eſt, iud eis arbitrio relictum eſſe qualia indicia ſufficiant ad torturam, in hoc crimine, Roja *de hæretic. part.* 2. *n.* 9. Peñ. *comm.* 9. *part.* 3. *litt. a D*, Binsfeld *de Confeſſ. Malef. membr.* 2. *poſt. concl.* 5. §. *Exempli gratia*, vbi quale debet eſſe hoc arbitrium Iudicis optimè declarat, Farin. *In praxi, quæſtione* 37. *num.* 91. *& ſeq.*

§. XX.

De tortura ſuper intentione danda in cauſis Hæreſis.

QVoniam Hæreſis delictum eſt in mente reſidens, & occultum ſingulare habet hoc Officium S. Inquiſitionis, vt per tormenta Iudices
100. violare religionis poſſint ſe certificare, an bene, an malè de fide ſenſerit reus, in hoc ſancto Tribunali Inquiſitionis, vti dixit P. Zanardus, *in ſumm. Diuinorum præceptor. tom. 2. c. 94. de tortura in cauſis fidei, n.* 14.

Neque hoc mirum videri debet quoniam etiam Iudices ſæculares reos torquere ſolent ſuper his quæ in eorum animo conſiſtunt.

Sic Vincentius Cotta reus percuſſionum baculo à poſteà datarum Bartholomæo de Carolis, ex ordine Senatus noſtri Mediolanis vt ex eius litteris ſub die 10. Decembris 1618. directis Sp. Prætori Cremonæ fuit tortus diligenter ſuper qualitate, & deliberatione animi.

Et pariter, *Cæcilia Martiarenga rea ſcientia furti facti à Fratre, ex ordine eiuſdem Senatus fuit torta ſuper eo, quo animo dixerit fratri ſuo pecunias ab heris ſuis abſconditas fuiſſe* vt ex litteris diei 4. Decembris 1629. datis eidem D. Prætori Cremonæ. Multò igitur magis tortura hæc adhiberi iure debebit in noſtro hæreſis crimine, quod in animo ex mala credulitate, & in voluntate ex pertinacia perficitur.

Quia autem hæc tortura dari ſolet, cum reus fatetur factum hæreticale, vel dictum, ſed negat intentionem, ideo prius videndum eſt, de confitente dictum Hæreticale, poſtea de confitente factum dictum.

Præmittendum tamen hoc loco, quod non ita de facili, & ſemper deueniendum eſt ad torturam ſuper iſta intentione, ſed tunc demum cum omnibus conſideratis, ſed maximè qualitate perſonæ, rei loci, modi, & aliarum circumſtantiarum (de quibus Locatus *in Iudiciali Inquiſit. verbo hæreticus num.* 33. *& poſt Iudiciale quæſt.* 7. *Regnus ad ad elect. p.* 3. *num.* 7. *verſ. ad hæc*, & Farinac. *de hæreſi q.* 179. *num.* 62.) res dubia eſt, ita Bellameta *in* ... *num.* 11. *q.* ... *de ſumma Trinitate, & fide Catholica*, Simanch. *de Cathol. Inſtit. titul.* 1 ... *num.* 7. *ibi*, Nonnunquam audiendus eſt, qui negat ſe praua intentione feciſſe, omiſſum ſi res dubia ſit, *& n.* 19. & *in Enchirid. Iudicum Violatæ religionis titul.* 5 ... *num.* 17. *& tit.* 29. *num.* ... *& ſeq.* & Farin. *de hæreſi q.* 79. *num.* 7. Hoc ſic præmiſſo, 101.

Quoad confitentes ſe hæreticalia verba protuliſſe, ſed intentionem hæreticam ſeſe habuiſſe negantes, 102. quod ſuper iſta intentionis qualitate torqueantur, & torqueri ſoleant in hoc ſancto Officio, nemo in hoc ſacro Tribunali, vel mediocriter verſatus ignorat, & latè docuerunt Simanch. *de Cathol. Inſtitut. titul.* 6 ... *de tormentis, num.* 52. Peña *ad Directer. Inquiſit. part.* 3. *comment.* 110. *verſ. Ad hæc*, idem Simanch. *in Enchirid. Iudicum Violatæ Religionis titul.* 2 ... *num.* 1 ... Zanard. *in ſumma diuinorum Præceptor. tom.* 2. *cap.* 94. *verſ. fin.* & Farin. *de hæreſi q.* 179. *num.* 5. Loc. 1. *poſt Iudiciale Inquiſitorum quæſt.* 27. *verſ. Si autem.* Ratio huius concluſionis eſt, quia de intentione illius rei non poteſt Eccleſia (quæ de occultis non ſolet iudicare) ſeſe certificare, niſi per tormenta, & ob id reos ſuper intentione iſta torquere.

Videatur Cantera *in ſæpè cit. cap. de hæreticis n.* 15. 103. vbi ait, quod in Hiſpania, qui negaret ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum, vtique aſſertor eſſet propoſitionis hæreticæ, & tamen non puniretur ibi, vti hæreticus, ſed tantum fuſtibus cæderetur, quia creditur in illis Regionibus talem aſſertorem ex aliis cauſis moueri, quam ex errore in intellectu, quod tamen in hiſce noſtris regionibus certè non practicaretur, Si enim talis propoſitionem illam cum pertinacia aſſereret, vtique vti hæreticus pertinax eſſet damnandus. Si verò in alia fuerit cauſa motiua dictæ aſſertionis, tunc exiſtimarem quod iſte non poſſet euitare torturam ſuper intentione, & etiam abiurationem ſiue de leui, ſiue de vehementi iuxta qualitatem ſuſpicionis, quæ ex circumſtantiis facti oriretur.

Quoad confitentes verò facta Hæreticalia, licet 104. Albertinus *de agnoſcendis aſſertionibus Cathol. q.* 36. *num.* 18. *verſ. circa præd.* & Ludouicus à Paramo *de Origine S. Inquiſitionis lib.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 85. dixerint confitentem ſe factum hæreticale, vel apoſtaticum commiſiſſe, eſſe vti hæreticum puniendum, nec audiendum, ſi impiam intentionem neget, cum in malis factis, malos præſumant animos.

Attamen contrarium quod imò, etiam talis ſit torquendus ſuper intentione, ſi intentionem hæreticam ſeſe habuiſſe neget, voluerunt Simanch. *de* 105. *Cathol. Inſtit. tit.* 65. *num.* 52. Didac. Canter. *in quæſt. Criminalibus, Rubr. de hæreticis cap.* 2. *num.* 69. *&* 70. Graff. *lib.* 1. *ſuarum deciſion. aurearum cap.* 5. *num.* 15. Peg. 1. *p. Direct. comm.* 10. *verſ. Ad hæc*, & latius *in* 2. *p. Direct. comm.* 39. *verſ. Quod ſi non compareant*,

vbi quod ita practicatur in ſupremo Tribunali Romanæ Inquiſit. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. cap. 68. num. 8. in nouis*, vbi quod abutens Sacramentis in Sortilegiis ſi negat intentionem, torquetur, & Farin. *q.* 179. *de hæreſi, num.* 54. verſ. *Vide tamen, & n.* 59. verſ. *Quod ſi factum.*

Hæc tamen omnia habent locum in confitente, ſe verba hæreticalia, vel facta protuliſſe, vel exercuiſſe, ſecus verò ſi de illis verbis, vel factis non eſſent confeſſi, ſed conuicti, nam hi ſuper inten-
106. tione non torquentur, ſed locus in iſtis eſt punitioni, ita Farin. *de hæreſi q.* 179. *n.* 60. vbi quod ipſe non crederet ab hac eſſe opinione recedendum.

Et in effectu hanc doctrinam, Farin. ſequutus fuit P. Diana *reſolut. Moral p.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 34. verſ. *ſed quid ego ſentio.*

Hæc tamen Farinacij traditio non eſt, ita indiſtinctè accipienda, ſed duo factorum genera ſunt diſtinguenda, alia namque ſunt clara, & manifeſtè hæreſim ſignificant, vt quia (cum ad ea natura proni minimè ſimus,) non ob aliud geſta intelligitur, quã ob errorem intellectus cuiuſmodi ſunt adoratio Mahumetis, Reiudaizatio, Circumciſio, & ſimilia.

Alia ſunt facta, ad quæ natura proni ſumus, vt eſt luxuria, gula, &c. & in his non ita facilè præſumitur error in Intellectu, ſicut in primis. Hanc diſtinctionem tradiderunt Caſt. *de iuſta hæret. punitione. lib.* 1. *cap.* 1. quem ſeq. fuit Simanch. *in Enchir. Iud. Viol. Relig. tit.* 40 *de præſumpt. n.* 5. & 6.

Modò in primis factis ego exiſtimarem procedere doctrinam Farin. non autem in ſecundis.

Quis enim dixerit? confeſſarium conuictum de ſollicitatione, vel alium de eſu carnium in diebus vetitis, vel de retentione librorum prohibitorum, ſtatim condemnandos eſſe vti hæreticos negatiuos? propterea in his factis 2. generis, cum reus eſt conuictus (ſaluo ſemper ſaniori iudicio) arbitrarer eſſe locum torturæ ſuper intentione, ſicut & illius ſpeciei Abiurationi, ac ſi reus eſſet confeſſus.

Quæ etiam à nobis dicta ſunt de factis primi generis intelligenda vtique erunt, niſi reus pro ſe allegaret aliquod probabile factum extrinſecum ob quod S. Officium poſſet de illius intentione prudenter arbitrari, quod fuerit Catholica, vt quia v. gr. reus probet minas ſibi factas, metumque ſibi incuſſum, hoc enim caſu ſecundum facti, & qualitatis circumſtantias locum eſſe poſſe torturæ, nullus vt credo inficiabitur.

Et hoc idem dicendum eſt, proportionaliter de verbis Hæreticis, aliàs ex doct. Farin. ſequeretur conuictum de blaſphemia, eſſe vti hæreticum negatiuum relaxandum Brachio ſæculari, quod tamen eſſet abſurdiſſimum.

107. Tortura autem hæc qualis, quantaque eſſe debeat in arbitrio eſt iudicantium, ita tamen vt regulariter mediam horam non excedat, prout ita in praxi obſeruari docuit Genuenſ. *in praxi Archiepiſcop. Neapolitan. cap.* 68. *in Nouiſſ. &* 84. *Antiquis, numer.* 8. *in fin.*

An autem tortus ſuper intentione perſiſtens, ſit relaxandus, vel vlterius debeat etiã vel abiurare, vel ſe canonicè purgare patebit ex *infrà* dicendis *in ſeq. q.*

§. XXI.

An perſiſtens in tormentis, ſit in crimine Hæreſis abſoluendus.

108. SImanch. *de Cath. inſtitutionibus titul.* 56. *n.* 18. & *ſeq.* latiſſimè improbat conſuetudinem, quæ apud multos inquiſitores inualuerat, vt reus vehementer ſuſpectus, prius torqueatur, deinde ſi nihil confeſſus fuerit, ſe purgare vel abiurare cogatur.

Mouetur primò; quia *non conſurget* (inquit Nahum Propheta) *duplex tribulatio, neque vindicabit Dominus bis in idipſum.*

Secundò quia in Criminalibus, non eſt ſimul pluribus pœnis vtendum.

Tertiò, quia tam tortura quàm abiuratio per ſe eſt efficax ad tollendam quamlibet hæreſis ſuſpicionem, quæ ſi vehemens eſt, modus etiam torturæ poteſt augeri.

Et hanc Simanch. opinionem ſequuti fuerunt Peñ. *ad Director p.* 3. *comm.* 39. *littera L. fol. mihi* 485. Binsfeld. *in l. & ſi excepta Cod. de Malef. & Mathem. q.* 1. vbi fusè diſputat hanc quæſtionem *concl.* 16. *per totam* Lud à Paramo *de Orig. S. Inquiſit. lib.* 3. *quæſt.* 4. *Rubr. de expeditione proceſſus in cauſis fidei n.* 6. & Scacc *de Iud. Ciuil. Crimin. & hæret. lib.* 1. *c.* 95. *n.* 1. verſ. *Si non conſtat de innocentia*, & verſ. ſeq.

Cardinalis verò, *in Clement.* 1. *de Vſuris, &* Squil- 109.
lacen. *dict. cap. Hæret. cap.* 31. *num.* 1. voluerunt purgationem, vel abiurationem, etiam torto in tortura perſiſtenti indicendam, quod idem voluerunt, Auctor Repertorij Inquiſitorum, in verbo, *purgatio.* verſ. *An Hæretico, qui fuit tortus*, & in verbo, *tortura*, verſ. *Adnotandum*, Locatus *in Iudiciali Inquiſit. q.* 27. poſt dictum tractatum verſ. *Si autem præſumptiones* Graff *lib.* 2. *ſuarum deciſ. Aurearum, c.* 5. *num.* 25. P. Zanard. *in Summa diuinor. præceptor. tom.* 2. *cap* 94. Rubr. de Tortura in cauſis fidei, verſ. *Sed vbi*, vbi quod ſi reus delictum fateatur, & intentionem neget in tortura, abiurat, vel de leui, vel
de vehementi, pro qualitate facti. 110.

Pro reſolutione dicendum, quod ſecunda opinio procedere poteſt, vbi reus non fuit ſufficienter tortus, nec plenè Iudicia per torturam purgauit, prout ſæpiſſimè in S. Officio euenire ſolet, vbi rei non ſolent ita grauiter torqueri, vt in aliis foris, ſed vbi per torturam plenè purgata ſunt indicia, tunc non
eſt locus abiurationi, nec canonicæ purgationi. 111.

Comprobantur hæc, ex Doctrina pulcherrima Madrillianæ Inſtructionis relatæ per Pegnam *ad Direct. Inquiſit. p.* 2. *comm.* 14. verſ. *Cæterum*, cuius hæc ſunt verba, Si reus ſuperauerit tormentum, debent tunc Inquiſitores arbitrari, & conſiderare qualitatem indiciorum, & quantitatem, & formam, ſeu modum tormenti, & diſpoſitionem ſeu naturam, & ætatem ipſius Rei torti, quibus omnibus conſideratis, ſi viſum fuerit quod reus ſufficienter purgauerit omnia indicia, abſoluent eum ab ea Iudicij inſtantia. Quod ſi ob aliquam rationem, & cauſam viſum fuerit conſideratis prædictis qualitatibus tormentum non fuiſſe inflictum cum debito rigore, tunc imponere ei poterunt abiurationem de leui, vel vehementi, aut aliquam pœnam pecuniariam.

Circa hanc autem Madrillianam inſtructionem videndus omnino erit Cantera *quæſt. crimin. parte ſecunda, de Reo, quæſt.* 12. *num.* 12. verſ. *Hinc eſt*, vt bene loquitur in hac materia.

Ex quo colligitur in Iudicis arbitrio eſſe poſitum quandonam cenſeantur purgata per torturam indicia, quod etiam aliis relatis adnotauit Binsfeld. in leg. *Et ſi excepta, quæſt. prima, concl.* 16. verſ. *Simpliciter abſoluendum, de Malef. & Mathem.*

Et iuxta Madrillianæ illius inſtructionis doctrinam ita in difficultate prædicta reſoluerunt, Peña Royas & Scaccia *locis ſupra indicatis* & Farin. qui
omnes allegat *dict. quæſt.* 185. *num.* 128. 112.

Animaduertendum tamen eſt, quod qui fatetur ſe dixiſſe,

dixiſſe, vel feciſſe aliquid hæreticale, & intentionem negat, ſemper poſt torturam etiam ſufficientem ei ſuper intentione datam ſolet abiurare, vel de leui, vel vehementi, vti annotaui q. proxima, ex Peña 2.p. *Director. comm.* 59. verſ. Quod ſi non compareant, nam præſumptio malæ intentionis orta ex dicto, vel facto hæreticali, adeo vehemens eſt, vt non poſſit per ſolam torturam in S. Officio dari ſolitam purgari.

§. XXII.

De Tortura danda Clericis, & Monachis in Crimine Hæreſis.

113. Clericos, & Monachos in Crimine hæreſis torqueri dicemus in ſecunda parte huius operis, ex Simancha, Peña, & aliis, pro nunc circa modum torturæ dicendum, quod ob dignitatem qua decorantur, mitius & leuius ſunt torquendi, ita notat Abbat. *in cap. cum in contemplatione, num.* 6 *de Reg. Iuris*, & Peña *ad direct. part.* 3. *com.* 110. verſ. *de Clericis*, & ita in praxi obſeruari dixit Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali, Neapol. cap* 55 *n.* 13. Di 2. *in pract. Crim Can cap.* 128. *num.* 6. vbi Salced. *in addit.*

114. Adde Canteram *in q.* 11. de Reo, vbi etiam ait, quod in hoc caſu ſemper vidit practicari, quod Clericis detur tortura à iudicibus Eccleſiaſticis medio miniſtrorum laicorum.

Dubitari tamen hoc loco poteſt an Clerici, & Monachi poſſint torqueri, ſi ſemiplena adſit probatio, an vlterius requiratur, quod ſint de delicto infamati, in qua re,

Abbas Antiquus, in *c.* 1. *de depoſitione*, in ea fuit ſententia, vt ad torturam Clerici de neceſſitate diceret, vltra ſemiplenam probationem requiri vlterius diffamationem ipſius Clerici, & ſententiam hanc ſequuntur, ibi Card. & Barbat. & alij plurimi, latiſſ relati per Salced. ad Diaz *in Pract. Crimin. Can. cap.* 128. In verbo *ſit infamatus.* Attamen

Abbas Panormitanus *in dicto cap.* 1. *de depoſition. num.* 6. contrarium tenuit, minimè ſcilicet requiri in Clerico diffamationem, vt torturæ in eius perſona ſit locus, & quamvis contraria opinio Abb. antiqui, videatur benignior & communior, attamen opinionem hanc de iure veriorem eſſe tradiderunt, eam etiam ſequentes, Simanch. *de Cath Inſtit tit.* 65. *Rubr. de tormentis num.* 48. Peña *ad Direct p.* 3. *comm.* 120. verſ. *& tametſi plurimi.* & Salcedo *loco prox. alleg.* verſ. & licet opinio hæc vbi & alios DD. allegat, & quod ea in praxi obſeruetur, atteſtatur Farinac. *conſil.* 38. *num* 16. *volum.* 1. vbi ait Abb. antiqui opinionem non ſeruari, cum nullo iure, aut aliqua euidenti ratione minimè fulciatur, & ex aliis adductis *ibi* per Salcedo, qui tamen ex Abb. *in cap. licet in primo notando, de teſtibus*, & Simone de Prætis, *conſil.* 36. *num.* 4. *volum.* 1. notauit clariora debere eſſe indicia contra Clericos, ad eos torquendos, quam contra laicos, optime Felicius *allegat.* 133. *p.* 2. vbi quod indicia quæ ſufficerent contra Laicum ad torturam, non ſunt ſufficientia contra Clericum, vel Monachum, & quod Clerici in caſu torturæ mitius ſunt torquendi, quàm Laici.

§. XXIII.

De Tortura in crimine Hæreſis danda, ſuper complicibus.

115. Hæreticos, vel confeſſos, vel conuictos, ſuper complicibus, ſociis, & magiſtris ſuis & interrogandos & quandoque torquendos, DD. infrà allegandi, & de hac re extat decretū S. Congr. impreſſum poſt Iudiciale Inquiſit. editum die 28. Iulij 1569. In hæc verba; inhærendo decretis, aliàs per Fœlic. Record. Paulum Papa IV. D. N. Pius V. decreuit omnes, & quoſcumque reos confeſſos & conuictos de Hæreſi, pro vlteriori veritate habenda, & ſuper complicibus fore torquendos arbitrio DD. iudicum, ita etiam Locatus, *in Iudiciali Inquiſit.* In verbo *Hæreticus*, *n.* 45. & in verbo *Indicium n.* 23. & in verbo *Inquiſitus, n.* 1. vbi quod hoc ſpeciale eſt in Crimine Hæreſis, & læſæ Maieſtatis, & Farinac. qui alios allegat, *de Hæreſi q* 185 *num.* 131. & Simanch. *de Cath Inſtitut titul.* 65. *in Rubr. de tormentis n.* 59. *& in Enchiridio Iudic. Viol. Relig tit.* 12. *de tormentis, n.* 30. & Lud. à Paramo, *de origine S. Inquiſitionis, lib.* 3 *q.* 9. *n.* 182.

Bene verum eſt, quod ad torturam ſuper complicibus non eſt leueniendum, niſi ſemiplene probatum ſit, quod reus ſocios criminis habet, aut ſi alios hæreticos eſſe diceb at, Simanch. *de Cath. Inſtit dicto titul.* 65. *num.* 60. *& in Enchirid. d. tit.* 62. *num.* 31. 116.

Cuius tamen dicta poſſunt habere locum in Hiſpania, ſecus enim dicendum eſt in noſtris Inquiſitionibus Italiæ, vt obſeruat Diana, *reſolut. Moral. p.* 4 *tract.* 6. *reſol.* 47. verſ. *Notandum eſt tamen.* & hoc ob generalitatem Decreti Pij V. ſupramemorati, & addit Diana ex Praxi Romanæ inquiſitionis Hæreticos ſemper interrogari ſuper complicibus, etiamſi de eis minime conſtet, quod, & ego poſſum atteſtari ex ſtylo noſtræ Inquiſit. Cremonæ, quia tale delictum de neceſſitate cum ſociis committitur.

Nec hoc mirum videri debet, quia etiam ex inueterata conſuetudine Status Mediolani de qua Clarus §. *fin q.* 64 verſ. *Succeſſiuè* Aſſaſſini, fraudatores Annonæ, vel alij fures & banniti torquentur ſuper complicibus, & aliis delictis, etiamſi nulla adſint indicia, quod ſi permiſit conſuetudo id fieri in illis delictis, multo magis practicandum erit in delicto omnium maximo, quale eſt crimen læſæ maieſtatis Diuinæ. 117.

Quinimo dubitari etiam iure merito poteſt, an aſſertio illa Simanch habeat locum nunc & obſeruetur etiam in Hiſpania? quia Cantera *d c.* 1. *de hæret. n.* 57. *verſ. Bene verum eſt. in fine* indiſtinctè ait, quod in illis Regnis hæreticus de ſe confeſſus torquetur ſuper complicibus. 118.

Controuerti tamen poteſt, an hæc habeant locum in iis hæreticis, qui de ſe fatentur. & locum in non negant. Nam Royas *in tract. de hæret p.* 2. *n.* 143. *& ſeq. & n.* 315. vnluli, prædicta locum tantummodo habere, In Hæretico conuicto, quique negat de ſe & de aliis, nam inquit, ſi de ſe confiteatur veriſimile eſt, quod ſi alios ſciret, illos etiam reuelaret. 119.

Verum Simanch. *de Cath. Inſt. d. tit.* 65 *n.* 60. & Farin. *loco cit. num.* 134. contrarium, & melius tenuerunt, quod torturæ ſuper complicibus. locus ſit, licet reus de ſe crimen confeſſus ſit, dummodo adſint indicia contra reum, quod haberet ſocios. Quinimo (addo ego) poteſt ſi non adſint talia indicia. 120.

Neque quidquam facit ratio Royas, nam vt *loco cit.* dixit Farin. multi reperiuntur, qui magis curant tegere ſocios, & complices, quam ſeipſos, plura de de hac tortura dixi *in tit. de Sortileg. in q. de tortura Sortilegis danda.*

§ XXIV.

§. XXIV.

An à Decreto tortura in cauſis Hæreſis detur appellatio.

IN cauſis Hæreſis, à diffinitiua non dari appellationem certum eſt apud omnes, & latiſſimè probabo *parte ſequenti*, *titul. particulari de appellationibus.*

Abinterlocutoriis autem, grauamen inferentibus
121. etiam in cauſis hæreſis datur appellatio, Simanch. *de Cathol. Inſtit. tit.6. num.3* vbi de communi, *& in Enchirid tit.65 num.2.* Peñ. *ad Direct.p.3.com.31.* Lud. à Paramo *de Orig. S. Inquiſit lib.3.q.4. Rubr. de exped. proceſſ. in cauſis fidei, n.60. & ſeq.* Farin. *de hæreſi, q.185.n.231.*

Et hinc, ad quæſtionem patet reſpondendum eſſe affirmatiuè, quod ſcilicet etiam in S. Officio datur appellatio à decreto torturæ, ita Peñ. *loco ſup. cit. ſub litter. A*, vbi ponit ad hoc verba cuiuſdam Inſtructionis Madrillianæ, omnino videnda, Scaccia *de Iud. Ciuil. crimin. & hæret. lib.1. cap.97. num.98. verſ. Hinc quoque eſt*, & Farinac. *loco ſuprà citato* 235.

122. Bene verum eſt quod in hoc Tribunali S. Inquiſitionis, rarò huiuſmodi appellatio eſt admittenda, quia rarò contingere poteſt, quin friuola ſit, & calumnioſa, cum decretum torturæ, ſoleat ex Voto plurium conſultorum interponi, vti conſiderauit Scaccia *vbi ſuprà, n.90 in fin.*

§. XXV.

De abiuratione Hæreticis iniungenda.

123. ABiuratio quoque formalis Hæreticis pœnitentibus eſt iniungenda, vt latiſſimè proſequitur Farin. *de Hæreſi*, *quæſtion.194.num.24.* qui alios allegat de qua materia, latiſſimè agam *in tit particulari de abiuratione parte ſequenti*, Abiuratio tamen hæc debet eſſe publica *argumento, text. in cap. ad abolendam*, *de Hæreticis* vbi modernus Barboſ. *n.11. & ſeq.* qui id limitat in Hæretico ſponte comparente & in ſuſpecto de leui, & alios antiquos,
124. DD. ad hoc allegat.

Addam hoc loco vnum circa errantes in fide, & aſſerentes ſe ſic erraſſe quia credebant, ita ab Eccleſia teneri quod ſolent torqueri ſuper prætenſa credulitate, & intentione? vti dixit Farinac. *de Hæreſi*, *quæſt.179.num.6.* ſi id qualitas perſonæ, & articuli, in quo errant poſtulet, vt bene ex Bellarmera, *in cap.1. de ſumm. Trinitate*, *& Fide Cath. num.11. quæſt.3.* notauit idem Farin. *vbi ſuprà num.7.*

125. Et vlterius debent errorem ſuum reuocare, etiam ſibi iniuncta aliqua pœnitentia, Con vid. *in ſuis Memorab.* verſ. *Hæret. eſt*, & Albert *de agnoſc. Aſſert Cath. quæſt.36. num.8.* Farin. *vbi ſuprà, n.5.*

Tandem animaduertendum, quod quæ de abiuratione dicta ſunt, intelligenda ſunt de Hæreticis pœnitentibus, ſecus de relapſis, qui licet petant ſe vniri Eccleſiæ reſtitui, attamen non admittuntur ad abiurandum, quoniam quoad forum exterius habentur pro impœnitentibus, licèt, quoad interius ad-
126. mittantur ad Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, ita Maſſin. *in praxi S. Officij p.5. Aſſert.12. prima impreſſ.* & ita decidit ſacra Congr. vt in litteris Emin. olim Card. Piſani 15. Decemb. 1565.

§ XXVI.

De excommunicatione, & irregularitate Hæreticorum.

PRima pœna quæ contrahitur ob hæreſim eſt 127.
excommunicatio, cap. *ad abolendam. de hæret.* cum aliis alleg. paſſim per DD. infrà allegandos, incurriturque excommunicatio hæc ipſo iure, Peñ. *comm.* 1. *p.3.* ſiue Hæreſis occulta ſit, ſiue manifeſta, modò non ſit merè interna talis, Farin. *de Hæreſi*, *q. 92. num.4 & ſequent.* Ricciull. *de iure perſon. extra Eccl. gremium exiſtentium, lib.5. cap.13. n.4.* Sanctarell *de hæreſi, cap 3 dub.1 num.5.* Vbi alij allegantur, hæc tamen excommunicat. non eſt de iure diuino Hæreſi annexa, Ricciull. *vbi ſuprà, num.* . & Sanctarell *num.1. & pluribus ſeq* Azeued. qui latiſſimè loquitur de hac excommunicatione ad Regias Hiſpan. conſtit. *lib. 8. titul. 3. libro 1. num.* 137. *& ſequent.*

Quoad abſolutionem ab hac excommunicatione, quædam ſunt certa, quædam incerta.

Certum eſt primò poſſe Inquiſitores, & Epiſco- 128.
pos in foro Iudiciali, cum hæreticos pœnitentes recipiunt, abſoluere ab excommunicatione prædicta lata in Hæreticos per multa Iura, ſed maximè per Bullam Cœnæ, *Can.* 1. ita Farin. *de Hæreſi*, *quæſt.* 192. *num.* 52. Grat. *diſcep.* 414. *num.* 24. Ricciull. *loco citato, cap.14.* & Sanctarell. *de Hæreſi, cap. 5. num.* 1. hæcque abſolutio proderit etiam in foro interiori, vt expreſsè dixerunt Ricciull. & Sanctarell. *locis indicatis.*

Neque talis abſoluendi facultas, ſublata fuit per 129.
Bullam Cœnæ Domini, quoniam prædicta Bulla intelligitur de abſolutione, in foro interiori, non exteriori, vt notauit Farinac. *dicto quæſt.192. n. 52.* & Ricciull. *dicto cap. 14 num.3. & 4*

Secundò certum eſt, Epiſcopos in foro conſcien- 130.
tiæ, non poſſe abſoluere ab Hæreſi manifeſta, quoniam expreſsè, obſtat Bulla Cœnæ.

Dubium tamen, eſt, an ex quo vigore Concilij 131.
Tridentini *ſeſſ.14 de Reform. c.6.* poſſunt abſoluere ab hæreſi occulta, facultas hæc eis ſit ſublata per Bullam Cœnæ Domini.

Inqua re licèt contrariæ inter ſe adſint DD. ſententiæ, attamen veriſſima ſententia eſt facultatem illam Epiſcopis per Bullam Cœnæ fuiſſe ſublatam; ita namque docuerunt, Farinac. *de hæreſi, quæſt.192, num.53.* Leonard. Duard. *ad Bullam Cœnæ lib* 1. *§. ſecundò*, *quæſt* 11. *num.* 43. Ricciull. *de iure perſon. dict. cap.14. num.13. & ſeq.* Barboſ. *de Officio Epiſcopi*, *part.* 1. *alleg.40. num.21. & pluribus ſeq.* & Sanctarell. *dicto cap.5 num.1.* Valer. *de Differentiis vtriuſque fori*, verbo *Hæreſis differentia 3.* Ricciull. *deciſ. Curiæ Archiepiſcopalis Neapol. deciſ.* 280. *p.3.* Homobon. de Bonis *in exam. Eccleſiaſtico*, *tom.1. tract.7. q.5.* qui omnes & plurimos allegant, & ita pluries deciſum, tum à ſacra Congregatione Concilij Tridentini, tum à S.D.N. Gregorio XIII fuiſſe, & ita etiam practicari, paſſim atteſtantur, ceſſareque videtur hodie hæc difficultas ſtantibus verbis Bullæ Cœnæ Gregor. XV. publicatæ de Anno 1621. vbi in §. Cæterum ab huiuſmodi ſententiis, fit mentio de Epiſcopis ſpeciatim, & de decretis cuiuſuis Concilij, verba autem dictæ Bullæ, referuntur à Barboſ. *dicta alleg.40 num.23.*

Neque obſtat, quod ad derogationem decreti 123.
Concilij Tridentini, requiratur ſpecialis derogatio, nam, quod imò ſufficiat generalis derogatio, non

obſtat ut

obſtaotibus conſtitutionibus Apoſtolicis, declarauit Pius V. ann. 1570 23. Decembris, cuius Conſtitutionem refert Garzia *de benef part.4.cap.5. num.32.* ita Ricciull. qui plures Rotæ, deciſ. allegat, *dicto cap.14. num.16.*

133. Et taliter dicitur abſolutio ab hac excommunicatione reſeruata Sedi Apoſtolicæ, vt neque vigore Bullæ Cruciatæ, vel iubilæi, poſſit quis abſolui, etiamſi in illis dicetur, quod poſſit abſolui à caſibus comprehenſis in Bulla Cœnæ, niſi ſpecificè dicatur, quod poſſit abſolui ab Hæreſi, ita Ricciull. qui alios allegat *vbi ſupra, n.17.* Barboſ. *dict. alleg.40. num.31.* & de hoc nunc non eſt dubitandum, ſtante conſtitutione Gregorij XIII. 37. Incipit. *Officy noſtri partes.*

134. Limitatur hæc omnia in articulo mortis, nam tunc nulla datur reſeruatio caſuum, vt inquit Tridentinum, *ſeſſion.14. cap.7. §. Hanc autem, de Sacram. Pœnitentiæ,* latiſſimè Sanctarell. *de hæreſi, c.6. per totum.*

Sed pulcherrimum dubium eſt, an Hæreticus taliter in articulo mortis abſolutus, ceſſante periculo mortis, debeat ſe præſentare ſuperioribus, iuxta diſpoſitionem, text. cap. *eos qui de Sentent. excomm. in 5.* in qua re dicendum, quod non tam in hæretico occulto, quam in denunciato, ita Ricc. *deciſ.280. n.4 p.3.*

Bene poſt hæc impreſſa viſus Valer. de differentiis vtriuſque fori in verbo *hæreſis, diff.5. n.1.* verſ. *Eſt tamen pulchrum dubium,* à quo viro doctiſſimo de verbo ad verbum ſupreſſo eius nomine tranſcripſit ſupradictam totam ſuam deciſionem 380. Riccius, *num.4. part.3.* & hoc maximè locum ſibi vindicabit in hæretico condemnato, quia ignoſcendum eſt ei qui quoquomodo ſanguinem ſuum redimere conatur.

135. Dubium ſecundo loco eſt, an Inquiſitores poſſint abſoluere ab Hæreſi, in foro interiori, in qua re, licet Guttier. *Canon. quæ lib. 1. c.13. num.7.* & Lud à Paramo *de Origin. S. Inquiſitionis, lib.3. q.9. num 190.* voluerint, Inquiſitores poſſe in foro conſcientiæ hæreticos abſoluere, ob Conſtitutionem quandam Clement. VII. quæ incipit, *Cum ſicut §. Vobis,* vbi Papa dat facultatem Inquiſitoribus abſoluendi ab Hæreſi occulta, extraiudicialiter, præmiſſa abiuratione, quod etiam ſenſit Duard. *lib.3. §.2. q.12.*

Attamen contraria ſententia eſt veriſſima, & communiſſima, vti teſtantur Ricciull. *lib.5. cap.15. per tot.* Sanctarell. *de Hæreſi, cap.5. dub.7. per totum,* & Barboſ. qui alios allegat, *dict. allegat.40. num.26.* probaturque, tum quia, quod Inquiſitores talem habeant facultatem in foro interiori, nullibi legitur, tum quia quatenus illam haberent à dicta conſtitutione Clement. VII. vtique illa eſſet per Bullam Cœnæ ſublata, vti diximus de facultate conceſſa Epiſcopis per Tridentinum.

Neque obſtat memorata conſt. nam verbum illud, extraiudicialiter, non excludit formam iudiciariam, ſcilicet Notarium, & teſtes, ſed ſolemnitatem Iudicij, vti pluries fuiſſe declaratum à ſupremo Tribunali S. Inquiſitionis Romanæ atteſtatur Barboſ. *vbi ſuprà. n.27.* Et de tota hac materia abſolutionis ab excommunicatione huiuſmodi, latiſſimè Diana *reſol. moralium. 1. p. tract.5. per totum.*

136. Præter excommunicationem hæreticus incurrit quoque irregularitatem, vti notarunt Peña *part.3. comm.162.* verſ. *Ac primum quidem,* Sanch. *in ſum. lib.2. cap. 25.* Ricciull. *lib.5. c.17* Farinac. *de Hæreſi, q. 192. num.67.* & Sanctar. *de Hæreſi, cap.25.* atque hæc quidem irregularitas, annexa eſt Hæreſi ſecundum ſe, ac proinde incurritur, licet ſit hæreſis occulta, Sanchez *num.2.* Farinac. *num.68.* Peña, & Ricciul. *locis cit.*

137. Duratque hæc irregularitas, etiam poſtquam per pœnitentiam hæretici reuertuntur, Peña *dicta comm. 162.* Ricciull. *lib.5 cap.18.*

138. Extenditur autem irregularitas hæc ad fautores defenſores, & receptatores Hæreticorum, Sanch. *d. cap.25 num.7.* Farinac. *dict. q.192. num.74.* an autem extendatur ad eos qui abiurarunt de vehementi dicam, *tit de abiuratione §. ſeq.*

139. Et quoniam irregularitas hæc duo efficit nam impedit Hæreticum à ſuſceptione ordinum, & ſi aliquos habeat ab eorum Miniſterio; ideo quoad promotionem ad ordines, cum tali hæretico potel ſolus Papa diſpenſare, Sanch. *dict. cap.15. n.13.* Farin. *n.75* Sanctar. *dicto cap.15 num.5.6.* qui alios allegant. Neque Inquiſitoribus ſuffragatur reſcriptum, ſeu conſtitut. Clement. VII. incip. *Cum ſicut,* quia quoad reuocatum fuit dictum reſcriptum per poſteriores Pontificum conſtitutiones, vti notauit Peña *p.4. comm.175. in fin.* Vide Farin. *dicta q. 192. num.76.*

140. An autem cum Hæreſis eſt occulta, poſſint Epiſcopi vigore Concilij Tridentini, *ſeſſ.24. cap.6.* ibi *liceat Epiſcopis,* diſpenſare in hac irregularitate, ſicuti poſſunt in aliis, *&c.*

Suar. *de Cenſuris, diſp 43. ſect.1. num.15. & tract. de fide, diſputation. 21. ſection.5. num.2.* & Ricciull. *de iure perſon. l.5. cap.16.* tenuerunt, quod ex quo facultas conceſſa Epiſcopis abſoluendi ab hæreſi occulta eſt ſublata, ita quoque intelligitur ſublata facultas diſpenſandi, per cap *cum illorum, de ſententia excommunicationis,* vbi dicitur Epiſcopos non poſſe diſpenſare in his caſibus, in quibus non poſſunt abſoluere.

Sanch. verò *lib.2. cap.25 num.15.* Farin. *dict. q 192. num.29.* & Sanctar. *de hæreſi, cap.25. n.7. &* 8. contrarium tenuerunt, mouenturque ex generalitate conceſſionis factæ Epiſcopis, vt poſſint diſpenſare in omnibus irregularitatibus prouenientibus ex delictis occultis, excepto Homicidio.

Neque obſtat text. in cap. *Illorum,* nam cum Concilium Tridentinum, concedat facultatem Epiſcopis abſoluendi, & diſpenſandi, &c. ſi per Bullam Cœnæ, intelligitur ſublata facultas abſoluendi, vtique in facultate diſpenſandi, non erit recedendum à Concilio, & dictum cap. intelligitur, vbi diſpenſatio non eſſet expreſsè conceſſa, ita Gar. *de Benef p.11. c.10. num.* 86. Sanctarell. *n.8. in fin.*

141. Quo verò ad diſpenſationem vt poſſint Hæretici pœnitentes in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, dicendum eſt, eam poſſe concedi ab Epiſcopis, ita Sanch. *dict. cap.25. n.14.* Sanct. *n.6.* Farin. *num.78.* qui alios allegant.

142. Limitatur tamen hoc, quoad exercitium Sacramentorum Pœnitentiæ, & Altaris, nam quoad hæc non poſſunt habiliari, niſi à Papa, vti declarat Pius V. prout atteſtantur Farin. Sanctarell. & Sanch. *locis alleg.* & Ricciull. *dict. cap. 19. n.8. & ſeq.* quinimo neque qui abiurarunt de vehementi ſolent à Curia Archiepiſcopali Neapol admitti ad audiendas Confeſſiones, teſte Genuenſi *in Praxi cap.54. n.3. antiqua impreſſionis* Ricciul. *Collect. 567. verſ.3. & deciſ. 217.* quæ omnino videatur, *vol 2.* vbi refert. deciſionem Supremi Tribunalis S. Officij de Vrbe.

Prout, nec Medici, nec ludi Magiſtri, qui abiurarunt, vti vehementer ſuſpecti de Hæreſi ſolent ad eorum primæua munera habilitari, ſine ſpeciali

gratia

gratia Sanctiſſimi D.N. Papæ, P. Maſſin, *in praxi S.Officij, p.10.aſſert.16. ſecunda impreſſionis,* & ſcio ita deciſum à S.C. vt in literis Eminentiſſ. olim Cardinalis Piſani.8.Aprilis 1571. vbi etiam additur gratiam hanc cum magna ſolum difficultate concedi ſolere à Sanctiſſimo.

Et credo huiuſce rei rationem duci poſſe ex laudabili conſuetudine S.Officij, ſecundum quam Inquiſitores ſolent reo tollere omnes occaſiones (quávis aliàs licitas) incidendi in Hæreſim, vel quomodocumq; delinquendi, vt etiam aliquando in eo, in quo delinquerát puniantur, ſic enim confeſſarij, qui abuſi ſunt Sacraméto Pœnitentiæ priuátur vſu dicti Sacramenti, vt *infrà* videbimus *tit.*6.& Blaſphemantibus in ludo, interdicitur ludus ſub certa pœna, vt videbimus *infrà tit.* 7. & dum eram Proiudex Maleficiorum Cremonæ, anno 1636. reuoluendo acta illius Officij, inueni ita ſæpè iudicaſſe noſtrum Senatum Excellentiſſ. Mediolani variis litteris datis ſpect. Prætori Cremonæ, *Dum conſuit Varios Opifices, qui in ſua arte vario modo in publicam perniciem deliquerunt, non ſolum damnandos in pœnam eidem Excell. Ordini bene viſam, ſed vlterius inhibendum eis id omnino, ne vlterius arte ſua ad tempus vtantur, vt, & eis occaſio delinquendi auferretur, & in eo in quo deliquerunt puniantur.*

Et quia in hoc capite pluries facta fuit mentio Hæreſis occultæ, notoriæ & mentalis ad effectum incurrendi, tam excommunicationem, quam irregularitatem ideo de materia vide omnino Sanctarell. qui alios omnes cumulauit, *cap.3.per tot.*

§. XXVII.

De infamia & priuatione Beneficiorum.

143. HÆretici ob Hæreſim infamiam incurrunt, & ob id nobilitas Hæretici non excuſat eum à pœna ignominioſa, vlteriuſque priuantur, ſeu arcentur, & repelluntur ab omnibus honoribus, dignitatibus, & publicis Officiis, ita latiſſimè probauit, Farin. *de hæreſi, q.189 n 40 41. & ſeq.* & Sanctar. *de hæreſi c.25.dub.2.* Azeued. *vbi ſup.n.162.& ſeq.*

144. Etiam ſupra 50. annos fuit per Congregationem DD. Conſultorum S. Officij Cremonæ declaratum, electionem factam in Decurionem dictæ Ciuitatis, de quodam, qui abiurauerat vti hæreticus, eſſe nullam, ipſumque illius publici Officij incapacem, vt patet ex votis manuſcriptis Reuerendiſſ. D. Marci Antonij Amidani, quæ apud me reperiuntur, & an infamia hæc extendatur ad filios hæreticorum vide Sanctarell. *vbi ſuprà, num.*12.

Controuertunt tamen DD. hoc loco, num filij Hæretici, ſi Catholicè viuant, amittant antiquam nobilitatem. In qua re, quamvis Simanch. *de Cath. inſt.tit.29.num.18.& ſeq.* tenuerit negatiuam ſententiam, attamen contrarium tenuit, & rectius, Othalor. I.C.Hiſp. *de Nobilit.Hiſp.4.p.principali.cap* 9. quem ſequutus fuit Paſchal. *de Patria Poteſt.p. 4. cap. 5. num. 53. & ſequentib.* cum enim hi filij à iure infames reperiuntur, cenſentur quoque incapaces nobilitatis.

145. Hanc Infamiam, ſolus Papa, ſeu Eminentiſſim. Cardinales ſupremi Inquiſitores, & illorum Tribunal non autem ſinguli poſſunt tollere, nec Inquiſitores, vel Epiſcopus poſſunt hæreticum ad famam reſtituere, ita Peña *comm.4.p.p in fin.* Ricciul. *lib.5. c.19.num.35.*

146. Priuantur quoque Hæretici omnibus beneficiis, ſiue ante, ſiue poſt delictum obtentis, inhabileſque ad alia obtinenda redduntur, quæ extenduntur etiam ad receptatores, defenſores, & fautores Hæreticorum, ita Sanch. latiſſimè *lib.2.c.26.* Sanctar. *de hæreſi, c.33.*& Ricciul. *de Iure perſon. lib5.c.19.*& Farin. *de hæreſi, q.189.n.69.*

Non tamen priuatio hæc beneficiorum comprehendit ſuſpectos de hæreſi, ita Sanctar. *dicto cap.33. num.6.*& Ricciul. *dicto cap.19. num.26. & num.* 27. vbi quod conſtit. Pij V. reſeruans Sedi Apoſtolicæ beneficia Vacantia ob Hæreſim, non habet locum in eo, qui abiurauit de vehementi, ita etiam Sanch. *dicto cap.* 26. 12. & Flaminius Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 4. quæſt. 3. num.* 17. optimè Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neapol. c.53.num.6.* vbi meminit de pulcherrima deciſ. Rot. in vna Cradicen. Canonicatus, coram Comitulo, 20. Iulij 1587. vbi latè fuit probatum, capitulum Cathedralis non potuiſſe denegare poſſeſſionem cuiuſdam Canonicatus, cuidam qui ante 20. annos publicè pœnitentiatus, abiurauerat de vehementi, dicta autem deciſio habetur apud Farinac. *poſt primum volum. conſil. deciſion.* 51. vbi etiam agitur, quando ex abiuratione ſequatur infamia, & qualis. 147.

An autem hæreticus pœnitens recuperet beneficia videndus eſt Pegna *comm.*162. verſ. *Iam tandem, part.3.* Farinac. *quæſtion.* 189. *num.*82. *& ſequens.* & Ricciull. *dicto cap.19.num.20.& ſequent.* qui alios allegant. 148.

§. XXVIII.

De pœna mortis, degradationis, & priuationis Eccleſiaſticæ Sepulturæ.

PVniri ſolent hæretici, quandoque morte, degradatione, & priuatione Eccleſiaſticæ Sepulturæ, ſed quoniam pœnæ hæ ſolummodo locum habent, in hæreticis relapſis, vel impœnitentibus, ideo de hiſce pœnis agam in particulari *tit. de Relapſis, & impœnitentibus* vbi etiam de hæreticorum incapacitate ad ſuccedendum. 149.

Agendum quoque hoc loco eſſet de Confiſcatione bonorum hæreticorum, ſed quoniam materia hæc quotidiana eſt, & ab omnibus pleniſſimè pertractata, ideo me remitto, ad tradita per Pegnam, *p.3.comm.158.& pluribus ſeq.* Farin. *de hæreſi, q.190.per tot.* Ricciul. *lib.5. cap.31.& pluribus ſeq.* Sanch. pleniſſimè *in ſumm.lib.2.cap.14. & pluribus ſeq.*& Sanctarel. *de hæreſi, cap,16.& pluribus ſequent.* Quibus etiam locis agunt de capacitate, & incapacitate filiorum hæret. & his addendus Azeuedus, *vbi ſuprà, num.180.& pluribus ſeq.* Solummodò hoc loco controuerti poteſt num ſubſtitutiones, quæ fiunt in caſu delicti valeant, & ſuſtineantur aduerſus Fiſcum, etiam in ſancto Officio? In qua re, Simanch. *de Cath. Inſtit.tit.9. num.138. & pluribus ſeq.* adeo tenaciter opinatus eſt haſce ſubſtitutiones non valere, vt dixerit contrariam opinionem eſſe falſiſſimam. 150.

E contra verò Tellus Fernandez *ad leges Tauri, l.27.n.19.* verſ. *Ego verò libenter,* tenuit, pro validitate harum ſubſtitutionum, & opinionem ſuam veriſſimam eſſe profeſſus fuit, quæ indubitata redditur, ſi teſtator in hiſce ſubſtitutionibus excludit Fiſcum ob conſeruationem bonorum in agnatione, colligitur ex Maſtril. *deciſ.181. Regni Siciliæ, n.1.* verſ. *Pluries iudicauimus,* ibi, *maximè quando fieret, vt bona conſeruentur in agnatione,* & ibi Tellus reſpondet omnibus rationibus adductis à Simanch. *loc.cit.*

Et.

Et opinionem hanc Telli tenuerunt etiam plurimi alij DD. quos allegat,& ſequitur,Sanch.videndus *in ſum lib.1.cap.18.numer. 14. & 46.* vbi loquitur de excluſione fiſci, in caſu læſæ Maieſtatis Diuinæ, & humanæ, & DD. ibi allegatis, addi poteſt Don. Didac. Lud. de Lima , *in ſuis addit. ad Molinam, de Hiſpanorum Primog. lib. 2. c. 12 n. 56.*& Odd. *de fideicomm. ex prohibita alienatione reſultantibus q 6.art.3. n 31. & pluribus ſeq.*

Quibus addi poteſt Torreblanca de delictis in quibus tacita,vel aperta Dæmonis inuocatio interuenit,*lib.3.c.13.de confiſcat. bonorum n.19.*vbi in ſpecie reprobat Simancham. *loco allegato*, benè etiam D. meus Angelus Stephanus Garonus, inter I. C. noſtri temporis eruditiſſimus , & mihi maxima amicitia coniunctiſſimus *in ſuis reſolut. Fiſcalibus Decade prima, cap.6.* poſt eius commentaria ad titulum noſtrarum Conſtitutionum de iure Fiſci. Optimè omnino. Videnda Deciſio. 50.Regentis Salernitani.

An autem in hoc caſu Legitima , & Trebell. delinquentis ſpectent ad fiſcum.

Quoad legitimam dicendum eſt eam (etiam ſi eſſet prohibita)ſpectare ad fiſcum , vt fuit deciſum in Magna Curia Regni Siciliæ , iuxta Magiſtralem deciſionem Martij, Mutæ 46. per totam,quæ etiam inconcuſsè obſeruatur nunc in illuſtriſſ. Magiſtratu extraordinario Mediolani , contra deciſionem Maſtrilli, 281. & conſilium Surdi 570.& idem tenendum eſt, de Trebell. ſi non ſit prohibita, vel ſi ſit prohibita, ſi ſimus in locis in quibus ea non poteſt prohiberi filiis primi gradus. Et ſic , dum annis præteritis, vti Aduocatus defenderem bona Ioann. Baptiſtæ Bouerij , affinis mei , coram Illuſtriſſimo Magiſtratu extraordinario Mediolani, quæ ſubiecta erant fideicommiſſo in caſu delicti , cum prohibitione legitimæ, & Trebellianicæ,& allegarem conſilium illud Surdi,& deciſionem Maſtrilli, non potui obtinere , nam ille Illuſtriſſ. Ordo decreuit bona eſſe relaxanda ſubſtitutis, retenta pro fiſco legitima,& Trebellianica, quia Cremonæ Trebellianica , iuxta conſuetudinem inueteratam non poteſt prohiberi filiis primi gradus , ſecundum conſ Bottæ 63 *num. 6.in fine.*

Aduerte tamen,benigne lector , ne decipiatis , quod tres ſint præcipui modi prohibendi legitimam Primus eſt Decij, *conſ.*687. & Curt. Iun. conſ. 159. cum Teſtator grauat legitimam filij , hoc addito, *Quod ſi nolit oneri ei in legitima iniuncto acquieſcere intelligatur inſtitutus , in legitima tantummodò,* alio dato cohærede in aliis bonis,& hic modus ab omnibus approbatur , Odd. *de fid. quaeſt. 24. art. 6. numero octogeſimo quarto* , Fuſar. *quæſtione ducenteſima nonageſima ſexta , num.* 61. Beltram. *ad deciſ.*491. *Gregor. XV.* Geouagn. *conſ.* 1.*n.6. l. 2.* Marta *de ſucceſſ.legali,* 1.*p.q.* 25. *art.* 10.Merlin.*de leg. l.3. tit.2.q.7.n* 12.Bell. Taurin. *conſ.65.n.42.*

Secundus modus eſt , cum teſtator prohibitioni legitimæ addit, quod ſi de iure ſit locus illius detractioni, tunc teneatur legitimam detrahens reſtituere omnes fructus perceptos vltra legitimam, & & hic modus quamuis ab aliquibus Doctoribus reprobetur , tamen magis communiter approbatur, Quia grauamen non cadit ſuper legitima,ſed ſuper aliis bonis , de quibus poteſt teſtator diſponere, Surd. *deciſ.*21. *num.*10. vbi hodierna Fuſar. *vbi ſupra, numero Octogeſimo ſeptimo* , Cæphal. *conſil.* 777. ſecundum quod conſilium fuit Brixiæ iudicatum, vt teſtis eſt Fuſar. *vbi ſupra* , Thomat. *deciſ. Marchiæ* , 4. *numero vigeſimo quinto, & ſequent.* qui alios allegant.

Tertius caſus eſt cum prohibita legitima teſtator mandat, in caſu, in quo eſſet locus detractioni illius fructus habitos ex hæreditate in eam compenſari, vel imputari, & hoc modo erat prohibita legitima in caſu Ioann. Baptiſtæ Bouerij, ſuper quo (*vt ſupra,* dixi)Iunior conſulueram, & hic modus magis comm. reprobatur nec in aliquo Tribunali vnquam fuit in praxi receptus, ſed bene pluries reiectus, Surd. *dicta deciſ.* 21. *num.*12. & 16. Fuſar. *dict. num.*87. Thomat. *d.deciſ.*4. Magon.*deciſ. Lucenſi,*85.*c.*19.Rot.Rom. *deciſ.*653.*n.*13. 1.*p.in recent.* Anel.Amat. *conſ.* 75. *n.* 23. Scipio Rouit. *conſ.* 61. *vol.2.* & Barrij, *de ſucceſſ l.* 16. *tit.7.n.* 2. & Giurba *ad conſuet. Senatus Meſſan.cap.4.gloſſ.4 num.22. in fine,*qui alios allegant.

Ratio iſtius rei eſt , quod aliàs ſequeretur filium cogi poſſe accipere legitimam in fructibus contra diſpoſitionem *l. ſcimus §. repletione,Cod. de inofficioſo teſtamento.* Quodque inſtitutio filij in effectu eſſet facta in ſolis fructibus,quo caſu teſtamentum non ſuſtineretur , Coſta Meſſan. *conſilio vigeſimo quarto,n..*27.

Et ſi præceptum teſtatoris,quod filius primi gradus imputet in Trebellianicam , fructus à iure reprobatur, *l iubemus Cod. de Trebellian.* multo minus valebit præceptum de imputandis fructibus in legitimam.

§. XXIX.

An ſi teſtator , in caſu delicti prohibeat bona tranſire in fiſcum,neque etiam quoad vſumfructum Fiſcus viuente grauato habeat ſaltem eorundem fructuum commoditatem.

MAteriam huius confiſcationis bonorum hoc loco pertractare non intendo, vt iam dixi,me enim remitto ad DD. allegatos, *ſuprà, n.*18. quibus addi poteſt Ferd. de Caſtro Palao , *in ſuo opere Morali.1.p.tract.4.diſp. 5.per tot.*Quia tamen nonnullæ ſunt quæſtiones, quæ in hac materia à Doctoribus non ſolent diſtinctè pertractari,& tamen ſæpè in contingentia facti occurrere ſolent , eas tantummodo hoc loco breuibus perſtringere decreui.

Quod igitur ad propoſitam quæſtionem attinet ratio dubitádi in hac materia eſſe poteſt, quod aliud eſt ius proprietatis , aliud ius vſusfructus , & aliud commoditas ipſa fructuum iuxta conſ. Menoch. 1021.*n.*7.& Doct. Molin.*de primog.Hiſpan. lib.* 1. *cap.*19.*num.*33.Fab.de Anna *conſ.* 51.*num.*15. Giurb. *ad conſuet. Senat. Meſſan.cap.*1. *gloſſ.*2. *num.* 109. ita quod ius proprietatis , & ius vſusfructus poteſt eſſe penes vnum , & ius percipiendi commoditatem fructuum penes alium , Giurba *vbi ſuprà , n.* 111.verſ. *nec mirum.* 152.

Pro reſolutione igitur præſentis difficultatis diſtinctè procedendo, & abſque confuſione arbitror ego diſtinguendos eſſe tres caſus.

Primus caſus eſt,cum ſumus in ſimplici fideicommiſſo in caſu mortis, & ſic in prohibitione alienationis tacita , & tunc certum eſt, non acquiri fiſco proprietatem, ſed ſolum ius vſusfructus durante vita grauati, ita I.C. *in l. Statim Florus , §. Cornelio Felici,ff. de iure fiſci.* Molin. *de Hiſp. primog. lib. 4. c.11.n.11.*Caldas *q.for.lib. 1. q. 23. num.* 45. verſ. *hanc ſententiam.*Marta *de ſucceſſ. Legali, p.4.q.* 21, *art.28. num.*47. 152.

Et in hoc ſenſu intelligendus eſt Dominus ac Conciuis meus Io. Paulus Melius I. C. Cremon. 153.

pari nobilitate, & Doctrina conſpicuus, & inter Aduocatus Ciuitatis Mantuæ, Primarius *volum.* 1. *ſuarum alleg.* 15. *num.*31. dum dixit bona ſubiecta fideicomiſſo tranſire in Fiſcum, intelligendus enim vtique eſt vt voluerit bona ſubiecta fideicommiſſo nulla alienationis prohibitione expreſsè vallato tráſire in fiſcum, quoad ius vſusfructus, & commoditatis fructuum, non autem quoad proprietatem.

154. Secundus caſus eſt, cum ſumus in fideicommiſſo, cui adiecta ſit expreſſa alienandi prohibitio, etiam in caſu delicti, & tunc conueniunt DD. non tranſire proprietatem, neque vſumfructum, ſed de commoditate fructuum contendunt.

Nam eam in fiſcum tranſire dixit Molina, *dict. cap.* 19. *n.* 33. & Caldas *dict. q.* 23. *n* 45. & in iſto caſu aiunt procedere inſignem Angeli doctrinam, in *§. igitur*, *n.* 13. inſtituta, per quas perſonas, &c. quod in caſibus in quibus patri vſusfructus non quæritur, ipſi tamen competit commoditas fructuum

E contra verò dictam commoditatem fructuum in fiſcum non tranſire dixit, Sanch. *in ſum. lib.* 2. *cap.*18. *n.* 15. qui plures allegat, quibus addo ego Ferdinandum de Caſtro Palao *dicta diſp.* 5. *ſupra alleg punct.* 6. *n.* 4. Martam *vbi ſupra, n.* 56. Odd. *de fideicōm ex prohibita alienat. reſultant. q.* 6. *art.* 3. *num.* 42. Et hanc opinionem videtur approbaſſe Illuſtriſſ. Magiſtratus reddit. extraordinar. Mediolani in cauſa quadam Cremonenſi, dum iuſſit, ſub die 6. Iunij 1625. omnia bona N. tunc condemnato in confiſcatione bonorum donata, cum ſola prohibitione alienationis in fiſcum relaxari vocatis in ea.

155. Tertius caſus eſt, cum non ſolum bona ſunt prohibita alienari in fiſcū, ſed etiā vlterius additur, quod in fiſcum peruenire non poſſint, neque etiam ratione vſusfructus, & in iſto caſu arbitror bona ſic alienari prohibita non poſſe in fiſcum tranſire, neque etiam pro commoditate fructuum, ita Gregor. Lopez *in l.* 5. *tit.* 17. *partit.* 4. in gloſſ. *El vſufrutto*, Molin. vid. *dict. cap.* 19. *num* 33. verſ. *Ego verò*, vbi Don Didacus de Lima, *in addit.* Caldas *in l. ſi Curatorem habens*, in verbo *Laſis*, *n.* 145. *Cod. de integr. reſt.* Mulſeſ. *ad conſuetud. Neapol. tom.* 1. *tit.* 4. *q.* 58. *num.* 8. Regens de Ponte *conſ.* 19. *num.* 29. Giueba alios latiſſimè cumulans ad conſuetudines Sen. Meſſan. *cap.* 7. *gloſ.* 3. *n.* 27. verſ. *Contrariam defendunt.* Azeued. omnino videndus *ad Reg. Hiſp. Conſt. lib.* 5. *titul.* 1. *leg.* 9. *num.* 30. In gloſſ. *Sin le quedar parte alguna del vſufrutto dellos*, Ex quibus verbis colligit, intelligi etiam prohibitam commoditatem fructuum, quia ait ipſe ex Caſtill. *in l.* 48. *Tauri*, *n.* 5. Appellatione vſusfructus, etiam fructuum commoditas venit.

Probatur autem id, hac potiſſimum ratione. quia
156. ſufficienter videtur prohibitum tranſire in fiſcum ius vſusfructus ex Simplici prohibitione alienationis expreſſa, ex ſupra allegatis, & ex Farin. *in conſ.* 135. *num.* 20. *& ſeq.* allegato per D. meum Melium *vbi ſuprà*, Igitur addendo prohibitionem tranſitus in fiſcum etiam vſusfructus, vtique voluit teſtator augere prohibitionem prædictam, at non poteſt intelligi aucta, niſi extendatur etiam ad commoditatem fructuum, igitur etiam commoditas fructuum intelligitur ex illis verbis prohibita tranſire in fiſcum.

157. Neque reſolutioni huius tertij caſus repugnant DD. ſupra allegati in ratione dubitandi, quia verè loquuntur in terminis ſecundi caſus, licet etiam in illis terminis habeant multos contradictores, vt ſu-

§. XIII.

An Fiſcus in hoc crimine repudiata confiſcatione poßit mulctam priorem acceptare.

EXemplum poteſt poni in eo, qui ex contumacia mulctam paſſus eſt, & poſtea abſens ex cauſa hæreſis damnatus in bonorum confiſcationem, ſi bona illius in caſu confiſcationis tantum ſint ſubiecta fideicommiſſo, quo caſu non trahitur dictum fideicommiſſum ad caſum multæ, in hac re ſic diſtinguendum eſt. 158.

Aut fiſcus acceptauit confiſcationem bonorum; aut non, ſi acceptauit confiſcationem vtique intelligitur creditum fiſci ex cauſa mulctæ confuſum, & confuſione ſublatum. Herman. Vulteus iuriſprudentiæ Romanæ, *lib.* 1. *cap.* 57. *per tot.* vbi late iura, & leges allegat. Et ſic in hoc caſu non poterit fiſcus acceptata condemnatione ex cauſa mulctæ repudiare confiſcationem bonorum iam acceptatam, ſed repudiata confiſcatione intelligitur etiam ſublata condemnatio ex mulcta, ita Heringius *de fideiuſſor. cap.* 20 §. 14. *num.* 10. & in terminis noſtris terminantibus, Crauet. *conſ.* 797. *vol.* 5. *per tot.* Quod fuit redditum in vna cauſa Cremonenſi cuiuſdam Franciſci Gonzagæ, qui ex cauſa contumaciæ paſſus fuerat condemnationem aureorum 500. & ex poſt ſententiam capitalem, cum bonorum confiſcatione, & in hoc caſu procedit deciſio Senatus noſtri 159. 160.
Mediolani allegata, à D. Garono ad Nouas Conſtitutiones huius Dominij *ſub titul. de iur. fiſci*, *art.* 36. *num.* 96. quæ deciſio fuit facta, ſub die 2. Februarij 1558. ea enim deciſio fundatur, vt habeo ego, in annotationibus quibuſdam antiquis manuſcriptis ad §. Omnium in dictis conſtitutionibus ſub memorato tit. ſuper confuſione, quæ non fit, niſi præuia acceptatione, & hoc melius declarauit idem Senatus Mediolani, in alia deciſione, ſub primo Februarij 1560. nam tunc deciſum fuit, ita demum non habere locum repudiationem confiſcationis acceptata mulcta, ſi Magiſtratus bona confiſcata ad cridas poſuerit, nam tunc per actum illum poſitiuum poſitionis dictorum bonorum ad cridas ex dicta cauſa confiſcationis intelligitur, confiſcatio acceptata. 161.

Si verò confiſcatio non fuit acceptata, vtique nihil repugnat eam repudiari, acceptata mulcta, nam tunc ceſſat ratio confuſionis, & ſic extinctionis crediti fiſcalis ex memorata cauſa mulctæ. 162.

Punctus eſt, in videndo quando talis confiſcatio dicatur acceptata ad effectum prædictum, in qua re Crauett. *vbi ſuprà, num.* 8. *& ſeq.* ait ſufficienter dici acceptatam confiſcationem, per taciturnitatem, & inſtantiam fiſci, quod ſententia confiſcationis feratur. 163.

Ego tranſeo, cum deciſione Senatus, de qua ſupra anno 1560. ſub dicta die prima Februarij, in qua fuit dictum intelligi tantummodo acceptatam confiſcationem, cum bona ad cridas fuerunt poſita, bene in hac materia Stephanus de Barberiis, *in conſ.* 39. *num.* 17. Inter conſilia criminalia diuerſorum, *vol.* 1. quem ſequutus fuit Heringius *vbi ſuprà*, vbi dant exemplum acceptationis confiſcationis & incorporationis bonorum confiſcatorum, cum arma dominica præpoſita ſunt domi debitoris banniti.

Et dum hæc imprimerentur, illuſtriſſimus D. meus

meus Matthæus Bimius Reg. Sen. & Cremonæ Proprætor hoc anno 1640. Vir Nobilitate inſignis, Doctrina ſingularis, Dexteritate, Modeſtia, Experientia, ac cæteris virtutibus in Supremis Magiſtratibus requiſitis admirabilis, atteſtatus mihi fuit, quod ipſo referente, in Illuſtriſſimo Magiſtratu Extraordinario Mediolani de Anno 1636 in cauſa D. Thomæ Odeſcalchi contra fiſcum, fuiſſe pro fiſco iudicatum, potuiſſe ſcilicet eum acceptata mulcta aureorum viginti mille, in quam fuerat condemnatus repudiare ſententiam confiſcationis in eundem latam, quia fiſcus nullum actum poſitiuum fecerat acceptationis dictæ confiſcationis.

164. Pro fiſco tamen S. Officij, ſi caſus ſimilis eueniret, ego in deſcriptione bonorum Hæretici ex cauſa confiſcationis expreſsè mentionem facerem de credito fiſci, ex cauſa mulctæ, reſeruando iura fiſci in dicto caſu mulctæ, non ſolum in ſententia confiſcationis, ſed etiam in omnibus actibus ſubſequentibus, nam hoc caſu arbitrarer, & confuſionem impediri, & fictam ſolutionem, & iura fiſci ſalua eſſe, iuxta ea quæ dicunt DD. de creditore ſuccedente debitori, cuius creditum tollitur fi-

165. cta ſolutione præſumpta ſecundum Surdum *deciſ.* 237. *num.* 4. vel confuſione actionum, iuxta textum *in l. deducta, & in l. debitor, ad Trebell.* cum tamen præſumptio, & fictio cedat veritati, ſi creditor in inuentario deſcribat creditum ſuum, & proteſtetur in omnibus actibus præiudicialibus de reſeruatione eiuſdem ſui crediti, vtique poterit creditum ſuum exigere, non obſtante quacumque immixtione, additione, ſucceſſione, & præſumpta confuſione, vt tradiderunt quotquot de Inuentario tractatus ediderunt.

166. An autem data incorporatione bonorum fiſcus poſſit ſimpliciter confiſcationem repudiare Regens Conſtantius, *in l. 1. Cod. in pœnis fiſcalibus creditores præferri,* tenet quod ſic *num.* 159. *lib.* 10.

Ego arbitror quæſtionem hanc eſſe inutilem, quia ſiue poſſit, ſiue non poſſit fiſcus repudiare, certè nunquam tenebitur vltra vires bonorum apprehenſorum, iuxta doctrinam Bart. *in lib.* 1. *§. an bona ff. de iure fiſci, num.* 2. niſi fortè dicamus fiſcum ex repudiatione in hoc eſſe melioris conditionis, quod non vrgetur litibus, & expenſis.

§. XXXI.

An filij hæretici ſuccedant in maioratu, quo pater ob hæreſim fuit priuatus.

167. IN hac materia videndi ſunt, Molina Iuriſconſultus *lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 52. *& ſequentibus.* vbi Don Didacus de Lima *in additionib.* Sanchez *in ſumm lib.* 2. *cap.* 30. Ferdinand. de Caſtro Palao *diſputat.* 7. *punct.* 2. *num.* 2. Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 3. *cap.* 25. qui alios allegant.

Mihi placet, in hac quæſtione diſtinctio Parladori *in ſua ſeſquicenturia diff. iuris, Diff.* 109. §. 1. *ferè per tot.* quod aut maioratus eſt ſine dignitate aut habet annexam dignitatem Ducatus, Comitatus, &c.

168. Primo caſu vtique poſſunt filij hæretici ſuccedere in dicto Maioratu, ratio eſt quia in hoc caſu filius in dicto Maioratu non ſuccedit Patri Hæretico, ſed primo inſtitutori Maioratus, vt longa manu probat Molina *de Hiſpan. primogenit.* Carena *de Offic. Inquiſit.* *lib.* 1. *c.* 1. *n.* 17. vbi latiſſimè Don. Didacus de Lidacus de Lima, *in Addition.* At filius hæretici non eſt de iure prohibitus ſuccedere cognatis Patris ſui, & extraneis *leg. Agnouimus, Cod. de Hæreticis,* ita Parlador, *vbi ſuprà, numer.* 5. bene etiam Molfeſius *ad conſuetudin. Neapolitan. tom.* 2. *part.* 4. *de ſucceſſ. ab inteſtato quæſt.* 49. *per totam,* vbi alios allegat.

Secundo autem caſu arbitror ego omnino prohibitos eſſe ſuccedere filios Hæretici in dicto Maioratu. 169.

Ratio eſt, quia vt ſupra dixi, ſunt infames, & tales ſunt incapaces dignitatum, & etiam ſimplicis Iuriſdictionis cum habere Vaſſallos ſit dignitas, & ſanè ſi aliter diceremus, maximum inconueniens eſſet, quod filius Hæretici non poſſet eſſe Aduocatus, vel Notarius, & poſſet eſſe Comes, 170. Dux, vel Marchio, bene etiam aliis cumulatis, Villadiego *in ſua Politica in forma libellandi ſuper Maioratu, folio mihi* 267. in Rubric. *Si ſe pierde por infamia de hecho, ò de derecho.*

In hac tamen re Regem noſtrum, & Supremos Inquiſitores ſolere cum dictis hæretici filiis diſpenſare, in Regnis Hiſpan. teſtis eſt, Parlador *ibidem in fine.* 171.

De filiis autem rei læſæ Maieſtatis quando ſint incapaces Maioratus, vide Gregor. Lopez *in l.* 2. *tit.* 2. *part.* 7. *in gloſſ. Mandas per tot.* & Mieres *de Maiorat. part.* 2. *quæſt.* 4. *illat.* 2. *in vltima impreſſione Matriti, de anno* 1620. 172.

§. XXXII.

De Pœna carceris, & aliis pœnitentiis ſalutaribus, pœnitentibus Hæreticis imponendis.

ECcleſia (hæretico ad pœnitentiam recepto) ſolet illum condemnare ad pœnam immuratonis, ſeu perpetui carceris, vt colligitur ex Concilio Tholoſano *cap.* 10. *§. Hæretici autem,* cuius verba referuntur à Peña *part.* 3. *comm.* 46. *ſub litera E,* vbi etiam refert alium inſignem locum Concilij Narbonenſis *cap.* 9. verſ. *quamquam verò,* vbi ex Concilio Bitterenſi ponit ritum olim ſeruari ſolitum in hac immutatione, latiſſimè de hac Hæreticorum pœnitentium pœna, Farin. *de Hæreſi quæſtione* 191. *num.* 101. *& pluribus ſequentibus* Azeued *vbi ſuprà, lib.* 2. *num.* 19. vbi, quod hodie Hæretici loco carceris perpetui, damnantur ad triremes. 173.

Videatur Boſſius *in ſuis tract. crimin. variis titul. de Hæreticis, num.* 18. vbi ait, quod vbi hæretici pœnitentes non habent vnde ſibi alimenta ſubminiſtrent, tranſmittuntur ad triremes, ſed vbi habeant vnde viuant, vtique in perpetuo carcere poſſunt recludi, & *in fine dicti n.* atteſtatur, quod ita vidit obſeruatum in noſtra Ciuitate Cremonæ, bene etiam Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 3. *cap.* 8. vbi in fine animaduertit huiuſmodi hæreticis recluſis non eſſe negandum facultatem audiendi Miſſam, & recipiendi Sacramenta, P. Diana *parte quarta, reſolutione vigeſima quarta, tract.* 7. & Royas ibi allegatus atteſtatur hodie in Hiſpania pœnam carceris perpetui non obſeruari, ſed loco ipſius ſuccedere pœnam triremium. Ego tamen ſentio id in Hiſpania fieri, ex ſpeciali Reſcripto Papæ, quo Inquiſitoribus conceditur facultas, vt poſſint Conuerſos ad ſamum damnare, ſic enim atteſtatur Cantera *dicto* 174.

cap. 2. de Hæreticis, *num.* 57. verſ. *& de hoc eſt Breue Indultum,*

175. Hoc tamen non habet locum in hæretico ſponte comparente, vt dixit Peña *part.* 3. *comm.* 142. verſ. *Primus eſt*, & nos *infrà* late in titul. *de Sponte comparentibus, & tempore gratiæ.*

176. An autem, Inquiſitores poſſint pœnam hanc perpetui carceris mitigare, dicendum eſt quod ſic, vti manifeſtè colligitur, ex text. in cap. *vt commiſſi de hæretic. in* 6. Peña *comm.* 145. *part.* 3. Farin. qui alios omnes allegat *dicta quæſtione* 193. *num.* 104. vbi quod Inquiſitores poſſunt pœnam illam mutare, & mitigare, Peña videndus *comm.* 108. *ibidem.*

177. Si tamen, ſententia perpetui carceris fuiſſet lata à Supremo Tribunali Cardinalium Supremorum Inquiſitorum, tunc pœna illa perpetui carceris mutari non poſſet, ſine ipſorum Cardinalium licentia, vti notauit Zanard. *in ſumm. Diuin Præceptor. tom.* 2. *capitul.* 86. *de carceribus ſancti Officij*, §. *Quintò noto*, verſicul. *dummodò Sententia non fuiſſet lata.*

178. Intra quantum autem tempus ſoleat diſpenſari in carcere perpetuo, certa regula dari non poteſt, ſed hoc arbitrio relictum eſt Inquiſitorum, & Simanch. *de Cathol. Inſtitut. tit.* 16. *num.* 20. quem ſequitur Peña videndus *comm.* 108. *part.* 3. verſ. *Quæſitum ſcio*, & Zanard. *in ſumm. loco citato*, §. 6. *Noto*, dixit ſolere poſt triennium Inquiſitores cum ordinariis diſpenſare, poſt octauum verò annum, cum condemnatis ad carcerem perpetuum irremiſſibiliter, & facilius cum vltramontanis, quàm cum Italis ſolet diſpenſari, Farin. *num.* 107. Azeued. *vbi ſuprà dicta l.* 3. *num.* 18.

Vnum hoc loco addendum eſt, Inquiſitores non debere diſpenſare in carcere perpetuo, cum condemnatis ad illum poſt grandem pertinaciam, & longas diſputationes, niſi conſulto prius Supremo Senatu Romanæ Inquiſitionis, ita Zanardus *loco ſupra citato*, §. 6. *Dico. in fine.*

179. Et an Clericus immurandus, ſit prius degradandus, & qualiter, non leuis eſt inter Doctores controuerſia.

Sed breuiter in hac re dicendum, talem clericum perpetuò immurandum, eſſe prius degradandum, non realiter; ſed verbaliter, ita Peña *comm.* 46. verſ. *Et conſequitur part.* 3. vbi quod licet de iure talis Clericus eſſet realiter degradandus, attamen quia ſæpè, cum condemnatis ad perpetuos carceres ſolet ex benignitate ſancti Officij diſpenſari, ideo in praxi ſeruatur, vt degradetur ſolum verbaliter Sanctarell. *de Hæreſi cap.* 16. *num.* 1. ſeq. latiſſimè Farin. *de Hæreſi, quæſt.* 189. *num.* 13. *& ſeq.* vbi de ſtylo Supremi Tribunalis Zanard. *dicto c.* 86. §. *ſed hic nota.*

180. Vbi autem mulier nupta ad miſericordiam recipitur, tunc (conſulta tamen prius Suprema Inquiſitione Rom.) aſſignari ei poſſet domus Mariti pro carcere, ita poſt Peñam, & Zecchium, dixit Farin. *vbi ſuprà*, *num.* 105.

181. Tandem animaduertendum eſt carcerem perpetuum Hæretico pœnitenti aſſignatum, non debere eſſe ita actum, vt intra paucos dies reus moriatur, nam tunc Inquiſitor redderetur Irregularis, Peña videndus *comm.* 107. verſ. *Veruntamen*, & Farinac. *vbi ſuprà*, *num.* 106.

182. Vltra carcerem perpetuum ſolent etiam Hæreticis pœnitentibus dari, & imponi pœnitentiæ ſalutares, Pena *comm.* 144. *p.* 3. vbi quid conſiderandum ſit in hiſce pœnitentiis imponendis, & quales eſſe debeant.

§. XXXIII.

De Hæreſiarchis.

HÆreſiarcha dicitur, non ſolùm qui nouas hæ- 183.
reſes adinuenit, ſed etiam, qui ab aliis inuentas defendit, & aliis prædicat, vti probauit Peña *comm* 64. *in prin. p.* 2. & P. Zanard. *in ſum. diuin. Præcept.* 1. *p. tit de fide*, §. 14. *Dico.*

Circa hoſce Hæreſiarchas, magna inter DD. controuerſia eſt, an abſque miſericordia (etiamſi
conuerti velint) pro prima vice tradendi ſint Bra- 184.
chio ſæculari.

Nam tradendos, latiſſimè probauit Simanch. *de Cath. Inſtit. tit.* 47. *num.* 50. *& in Enchrid. tit.* 59. *n.* 2. Royas *p.* 2. *n.* 339. *de hæret.*

Et Rege Galliæ Sabaudiam occupante, de anno 185.
1555. quidam Geneuenſium alumni Camberij capti flammis exuſti ſunt, quod libros prohibitos vendidiſſent, & Caluini doctrinam ſpargerent, vt teſtis eſt Gotofred. Abauo *in ſua praxi*, *& theorica crimin.* §. *hæreſis*, *n.* 41. *&* 42. quod antea obſeruauerat idemmet auctor *in ſuo tract. crimin. Reatuum q.* 7. *n.* 15. *& ſeq.* vbi etiam ſubiungit hæc verba, *Vtinam Principes Chriſtiani has pœnas ſemper hæreticis inferrent, quia peſtis hæc non tam latè vires ſuas ſpargeret, nec tam multis malis Chriſtiana Reſpublica vexaretur.*

At non eſſe ſæculari Curiæ tradendos, dixit Peña *comm.* 64. *ſupra citato*, vbi nonnullorum Conciliorum veterum loca ad hoc adducit, Farin. *de hæreſi, q.* 193. 1. *ſeq.* atque hoc verius videtur.

Opinio tamen Simanch. omnino recipienda eſſet, primò ſi magnam oſtenderint pertinaciam, & obſtinationem, in ſe conuertendo ad fidem.

Secundò, ſi enixè, precibus, & minis alios ad hæreſim ſeduxerint.

Tertiò, vbi Regibus, & Principibus Hæreſes, perſuadere conati ſint, hiſce enim caſibus abſque miſericordia ſæculari brachio relinquendos, docuerunt Peña, *vbi ſuprà*, verſ. *Illos autem Hæreſiarch.* Farin. *dicta quæſt.* 193. *num.* 7. *& ſeq.* Zechius *in ſum. part.* 1. *tit. de Fide, Rubr. de hæreſi*, *cap.* 11. *num.* 17. verſ. *Fallunt prædicta*, & Zanard, *in ſumm. dicto tit. de Fide*, §. 14. *Dico*, verſ. 2. *ſunt morti adiudicandi*, Maſſin. *in praxi p.* 9. *Aſ-
ſertione* 9. *prima impreſſionis.* 186.

Quia tamen ſuprà diximus in hoc Sacroſancto Tribunali ſæpè reos ſuper intentione torqueri, ſi fateantur, vel conuicti ſint ſe hæreticas aſſertiones protuliſſe, animo tamen non hæretico, ideò hoc loco breuiter videndum eſt, an idem ius ſit ſtatuendum in iſtis dogmatiſtis, ſeu Hæreſiarchis, qui
hæreticam ſeſe habuiſſe intentionem negarunt. 187.

In qua re nos habemus punctualem traditionem Canteræ *in ſuis quæſt. Crim. cap.* 1. *de hæret. num.* 70. verſ. *Eſt nunc videndum*, qui hoc modo di-
ſtinguit: 188.

Aut Dogmatiſta fatetur ſe dogmatiſtam fuiſſe, & fatetur intentionem ſeſe habuiſſe hæreticam, & & tunc (ait Cantera) neſcio videre quo iure aliqui DD. voluerint eum brachio ſeculari eſſe relaxandum, quia hoc nullo iure cauetur, quamuis grauius puniendus ſit, quam ſimplex hæreticus, ni-
ſi eſſemus in caſibus de quibus ſuprà. 189.

Aut ingenuè fatetur, ſe fuiſſe Dogmatiſtam, & negat intentionem, & tūc adhuc diſtinguit Cantera.

Vel quod fuerit Dogmatiſta non eſt plenè probatum in actis S. Officij, & tunc arbitratur Cantera, & quidem magna cum æquitate, locum eſſe

poſſe

poſſe torturæ ſuper intentione (quod tamen mihi de iure videtur ſatis durum , maximè ob aſſenſionem 56. P. Maſſini *in praxi , p. 9. prima impreß.* & me remitto deciſioni Supremi Tribunalis , ac Eminentiſſimæ Congregationi DD. Supremorum Inquiſitorum , qui ſine dubio in hoc caſu erunt conſulendi.)

Ratio pro opinione Canteræ poteſt eſſe , quod iſte non conuictus liberè faſſus eſt ſe fuiſſe Dogmatiſtam , igitur veriſimile eſt , qood etiam intentionem hæreticam faſſus fuiſſet , ſi eam verè habuiſſet.

Aut fatetur ſe fuiſſe Dogmatiſtam, & de hoc eſt conuictus & in hoc caſu(ait Cantera) ſi neget intentionem , non eſt ſuper ea torquendus , ſed relaxandus brachio ſæculari , quia ex quo de facto principali eſt conuictus, & de eo aliter plenè conſtat, quam per ſuam confeſſionem præſumitur negare intentionem hæreticam , vt eludat Iudicium Eccleſiæ.

190. Tandem ad finem huius tituli , notandum eſt cauſas Sanctæ Fidei , hoc habere ſpecisle , quod poſſunt ferri ſententiæ, etiam die feſtiuo in honorem Dei , provt ita etiam de conſuetudine ſeruatur, & die 26. Iulij 1605. reſcripſit S. C. Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Supremorum Inquiſitorum , teſte Mario Anton. *Var. reſolut. lib. 3. reſolut fin.*

191. Et non ſolùm habet locum hoc ſpeciale priuilegium S. Officij in ſententiis hæreticorum pœnitentium,ſed etiam in ſententiis hæreticorum impœnitentium,& relapſorum, nam hæ referuntur etiam ex cauſa religionis in die Feſto , provt etiam in eodem die feſto traduntur, & relaxantur dicti hæretici impœnitentes , & relapſi brachio ſæculari comburendi , vt animaduertit Sotus *de Iuſtitia, & Iure lib.* 2. *quæſt. 4. artic.* 4. & Sanch. *in ſuis conſ. Moral. tom. 2. libro quinto, cap.* 2. *dub.*30.*n.*4.

192. Quomodò autem cum hæreticis Confeſſarius ſe gerere debeat, dicam in tit. *de hæretic.pœnitentibus, impœnitentibus, & relapſis.*

TITVLVS II.

De Hæreticis pœnitentibus , impœnitentibus, & relapſis.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticis pœnitentibus , ex benignitate parcitur ab Eccleſia.*
2 *Quis dicatur hæreticus pœnitens.*
3 *Quonam tempore hæretici pœnitentes recipiantur.*
4 *Vera Sententia.*
5 *Intellectus , cap.* ad abolendam , de hæret. *in verbis,* continuo , *&c.*
6 *Hæreticus pœnitens, poſt traditionem Brachio ſæculari. an admittatur ad miſericordiam.*
7 *Pœnitentes variis pœnis puniuntur.*
8 *In harum pœnarum impoſitione,quæ conſideranda.*
9 *Hæreticis pœnitentibus de iure bona confiſcantur ſed de generali conſuetudine eis condonantur , vbi an recuperent beneficia & an abiurantes de vehementi,ſint ad ea obtinenda inhabiles.*
10 *Quatuor caſus , in quibus hæretico pœnitenti pro prima vice non parcitur.*

11 *Hæreticus impœnitens, quis.*
12 *Negatiuus habetur pro impœnitente.*
13 *Item reconciliatus, ſi omnes errores ſuos complices non reuelauerit.*
14 *Item ſecundum aliquos, qui poſt abiurationem reuocat ſuam confeſſionem, aſſerens ſe innocentem fuiſſe , magis tamen vera ſententia eſt , hos dicendos eſſe temerarios , & vti tales puniendos.*
15 *Praxis contra impœnitentes plures termini eis ſtatuendi.*
16 *Inquiſitores habent iuriſdictionem contra pœnitentes,non implentes pœnitentias.*
17 *An hæc iuriſdictio extendatur , etiam ad cauſas ciuiles.*
18 *Fugiens à carcere ſibi aſſignato , pro pœnitentia, an ſit habendus pro relapſo.*
19 *Eſt habendus , pro impœnitente.*
20 *Quid , de fugiente è carcere ſibi aſſignato ad cuſtodiam.*
21 *Talis fugiens ſi nequeat comprehendi habetur pro confeſſo, & impœnitente.*
22 *Quæ dicta ſunt de fugiente è carcere , an ſint extendenda ad pœnitentias non implentes.*
23 *Ex non obſeruantia pœnitentiæ, an oriatur ſuſpicio hæreſis, & qualis.*
24 *An quis poßit ſe obligare ad pœnitentias obſeruandas, ſub pœna relapſi.*
25 *Onus probandi obſeruantiam pœnitentiarum incumbit allegantí.*
26 *De relapſis, qui DD. agant.*
27 *Relapſus quis iudicari debet.*
28 *Reincidens in hæreſes, quas abiurauit eſt relapſus.*
29 *Abiurans de vehementi , ſi poſtea in eaſdem hæreſes , quas abiurauit incidat , habendus eſt, pro relapſo.*
30 *Quid de ſortilego , qui primo abiurauit ob Dæmonum innocationem, & poſtea de eadem innocatione reperitur confeſſus.*
31 *Qui primò abiurauit de vehementi , ſi in alias hæreſes incidat dicitur relapſus , vbi adducitur quædam Doctrina Canteræ,& Deciſio Supremæ Inquiſitionis in Regnis Hiſpaniarum.*
32 *Idem de his , qui poſtea incidunt in eandem Hæreſim.*
33 *Alius caſus, in quo quis habetur pro relapſo.*
34 *Vt quis ſit relapſus , debet conſtare de lapſu in hæreſim.*
35 *Bis abiurans de leui , vel vehementi non habetur pro relapſo, & ſeq. vbi etiam refertur pulcherrimus caſus , & quid de relapſo , qui primo ſponte comparauerat.*
37 *Relapſus relaxatur brachio ſæculari, etiam ſi pœniteat, & num.*38. *ſi pœniteat, prius ſtrangulatur , & poſtea comburitur n.*39.
40 *Eccleſia admittit relapſos ad Sacramenta pœnitentiæ & Euchariſtiæ , non tamen admittit eos ad ſepulturam Eccleſiaſticam.*
42 *Relapſi torquentur, ſuper complicibus.*
43 *Relapſus non admittitur ad abiurationem, vbi quod amittit bona , & an eius filij ſuccedere poſſint in maioratu.*
44 *Iudices Laïci, tenentur ſtatim exequi Sententias Inquiſitorum contra Hæreticos latas vbi etiam quod in cauſis Hæreſis nullo modo poſſunt Laïci ſeſe ingerere , etiam ſub prætextu violentiæ ; & ibi Zelus Senatus noſtri Mediolani , in exequendis ſententiis in hos relapſos , & impœnitentes ab Inquiſitoribus latis.*

Inquiſitores cauſas relapſorum referre debent

Supremo Tribunali, & quomodo huiuſmodi relationes peragendæ.

45 *Hæreſis pure mentalis non habet annexam excommunicationem Bullæ.*

46 *Hæreſis externa, quæ dicatur.*

47 *Hæreſis externa habet annexam excommunicationem.*

48 *Quæ conſiderare debeat confeſſarius, cum hæreſis eſt externa.*

49 *Quomodò ſe debeat gerere confeſſarius, cum proferente verba hæretica, abſque animo hæretico.*

50 *In Sacramentali Confeſſione, quid exigere debeat confeſſarius ab hæretico.*

51 *Quomodo ad contritionem peccatorum ſuorum induci debeat hæreticus à Confeſſario.*

52 *Quomodo pariter in catholica veritate confirmandus, vbi adducitur inſignis locus D. Hieron.*

53 *Confirmatio in fide Catholica à Deo precibus, & lacrymis obtinenda.*

54 *Perſeuerantia eſt donum ſpeciale Dei, requirens peculiare Chriſti Domini auxilium.*

55 *Tractus ſæpe ab hæretico, & corde, & ore proferendus.*

56 *Poſt datam abſolutionem, de quibus ſit Hæreticus monendus.*

57 *Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat cum hæretico negatiuo, remiſſiuè.*

58 *Hæreticus Negatiuus, an ſit in foro conſcientiæ abſoluendus.*

59 *Negatiuus innocens, ſi fateatur hæreſim, an peccet mortaliter.*

60 *Relapſus admittitur ad Sacramenta pœnitentiæ & Eucharistiæ.*

61 *Epiſcopus, & Inquiſitor non abſoluunt in foro Conſcientiæ ab hæreſi.*

62 *Relapſus relaxatus brachio ſæculari, dicitur in articulo mortis.*

63 *Hæreticus occultus, qui abſolutionem in foro conſcientiæ non potuit obtinere, quid agere debeat.*

§. I.

De Hæreticis pœnitentibus.

1. POenitentibus Hæreticis ex benignitate piæ matris Eccleſiæ patet, patet ex text. *in l. Manicheos. Cod. de hæreticis*, & in cap. *Ad abolendam, §. Præſenti, & §. Laicus de hæret.* vbi, id docuerunt omnes Canoniſtæ, longa ſerie relati per Farin. *de hæreſi, q.192. num. 2.* Simanch *de Cathol. Inſt. tit. de pœnitentibus, num. 1. & ſeq.* Zechium *in ſumma, tit. de Fide, Rubr. de hæreſi, c.15. n. 17. 1 p* Lud. à Paramo *de Origine S. Inquiſit. lib.3.q.q.9. num. 51. & ſeq.* & Campanill. *in diuerſorio Iuris Canonici, Rub. 11. cap. 26. num. 44.*

2. Pœnitens autem Hæreticus in propoſito dicitur, qui errorem mente, aut etiam facto conceperat, & poſt modum cognita veritate ad ſe reuerſus, reſipiſcit, Campanil. *dict. num. 44* poſt Peña *comm. 65. ſub litera R. part. 2.* & Farinac. *vbi ſupra, num 4.*

3. Difficultas tamen maxima eſt, quonam tempore pœnitentes Hæretici recipiantur, oriturque præcipuè hæc difficultas ex text. in cap. *ad Abolendam de hæret.* ibi, *Niſi continuò poſt deprehenſionem erroris, ad fidei Catholicæ vnitatem ſponte recurrere*, &c. & in §. *Laicus* ibid. Niſi abiurata Hæreſi, & ſatisfactione exhibita, confeſtim ad fidem confugerit.

Ob quorum text. diſpoſitionem non defuerunt, qui dixerint hæreticum ad pœnitentiam non eſſe admittendum, niſi ſtatim poſt deprehenſionem ſe ipſum corrigat, de quibus Menoch. *de Arbitr. Iud. caſ. 173. num. 2.*

Alij verò, hoc in arbitrio poſitum eſſe Inquiſitorum dixerunt, & ita ſenſerunt plurimi relati per Peñam *comm* 8. verſ. *Quod vero, p.2.* quot etiam ſequutus fuit Menoch. *dicto caſ. 373. num. 5.* vt ſe titulo tractatus ſui accommodaret.

Veriſſima tamen in hac re Sententia eſt, quam etiam communis huiuſce Sancti Tribunalis praxis approbauit, hæreticos quandocumque ante opinionem pœnitentes, ad miſericordiam eſſe admittendos, tuncque etiam dici eos ſtatim, ac confeſtim ad Eccleſiæ vnitatem redire, cum ante ſententiam, (in quacomque tandem iudicij parte) redeunt, & hanc ſententiam probarunt. Zanch. *de hæret. cap. 16. num. 7.* vbi latiſſimè Campeg. *in addit.* Peña *dicta comm. 8.* verſ. *Vſus autem*, Simanch. *de Cath. Inſt. tit. 47 num. 40. & in Enchirid. tit. 58. num 11*, vbi alios DD. antiquos allegat, latiſſime Farin. *de hæreſi, quæſt. 193. num. 55.* 4.

Neque his obſtant dictiones confeſtim, & continuò, nam intelligendæ ſunt, cum temperamento temporis, & aliquando pro ſubiecta materia longum interuallum admittunt, vt in propoſito, animaduertit, Simanch. *in Enchir. tit. 58. numer. 15.* & ad illius textus intellectum videndus eſt modernus Barboſ. *ibidem, num. 9. & 10.* & Fernand. de Otero, *diuerſ. q. Iuris, part. 3. q. 13. n. 12.* 5.

An autem aliquando, etiam poſt Sententiam, imo etiam poſt traditionem factam brachio ſæculari admitti poſſit ad miſericordiam hæreticus pœnitens, controuertunt DD. in qua re, breuiter, & reſolutiuè 6.

Dicendum eſt, quod in arbitrio poſitum eſt Inquiſitorum, & Epiſcoporum admittere, dictos hæreticos ad miſericordiam, etiam poſt traditionem factam de eis brachio ſæculari, ita Burſat. *conſ. 90. num. 34. volum. 1.* Farin. *dicta quæſt. 193. num. 62.* qui alios allegat.

Bene verum eſt, quod rariſſimè huiuſmodi Hæretici admittendi ſunt ad miſericordiam, maximè, vbi iam traditi eſſent brachio ſæculari, quoniam conuerſio de illo tempore facta, non præſumitur facta ex corde, ſed ob dolorem vrentis ignis, & timorem mortis, & ita etiam nos experientia docuit, & exemplum refert Eymericus *in Director. part. 3. in decimo modo terminandi proceſſum. num. 204* verſ. *Et de facto*, de quodam Sacerdote, qui, vti, impœnitens non relapſus, in Ciuitate Barchinon. in Cathalonia, fuerat traditus brachio ſæculari, & igni applicatus, & etiam ex vna parte aliqualiter aduſtus; cœpit clamare, quod educeretur, quia volebat abiurare, & ſic factum fuit, ſed poſt quatuordecim annos, inuentus fuit permanſiſſe continuè in hæreſi, ac multos infeciſſe, vnde vti impœnitens relapſus fuit combuſtus, ita Peña 2. *p. comm. 36. ſub litera E, & tertia parte, comment. 46. ſub litera H*, & latius Albert. *capite primo, de hæreticis, in 6. quæſtione duodecima, num. 16.* Royas *de hæreticis, parte ſecunda, num. 191.* Simanch. *de Cathol. Inſtit. tit. 46. num. 40.* latiſſimè Azeued. *ad Regias Hiſpan. Conſtit. nona recopil. lib 8. tit. 3. l. 1. num. 10. & ſeq.* quibus addendi ſunt Souſa *in aphoriſm. Inquiſit. lib. 3. cap. 34. num. 8.* & P. Diana *p. 4. reſol. Moral. tractat. 7. reſol. 34.* verſ. *Sed reſtat hic inquirere.*

Quamuis autem, pœnitentes hæretici ad miſericordiam admittantur, attamen variis aliis pœnis puniendi ſunt, & in ſpecie pœna perpetui carceris, 7.

de

de qua latè *ſuprà* dixi *in t t. de hæret.* Variæ quoque pœnitentiæ ſalutares eis imponuntur, & condemnari vlterius ſolent, ad delationem habitelli cum crucibus ſuper veſtes, de qua te plura apud Simanc. *de Cath. Inſtitut. tit. 47. n. 9. & num. 11.* vbi de occultante habitellum, Peña *p. 3. comm. 44. ſub litera F,* Lud à Paramo *de Origine S. Officij, lib. 1. tit. 2. cap. 4. & 5.* & Farin. *de hæreſi, q. 193. n. 91. & ſeq.* & Fernand. de Oreto *dicta q. 13.*

8. In harum tamen pœnarum impoſitione, maxima ratio habenda eſt ad tempus, quo hæretici iſti conuertuntur, nam mitius puniendus eſt, qui metu imminentium probationum confitetur, quam qui in carceres coniectus confitetur, & mitius puniendus hic quàm qui poſt publicatas atteſtationes confitetur, vti notauit Simanch. *de Cath. Inſtitu. t. 47. num. 28. & ſequent.*

Et licet inter hæreticorum pœnas, præcipuum teneat locum confiſcatio bonorum, quæ de iure habet locum, non ſolum in hæretico impœnitente, vel relapſo, ſed etiam in pœnitente, vt animaduertit Simanch. *dicto tit. 47. num. 15. & in Enchirid. titul. 56. num. 6. & ſeq.*

9. Attamen, ex generali totius Italiæ conſuetudine receptum eſt, vt Hæretico ad cor reuertenti, bona confiſcata condonentur, vti notat Clar. *in §. Hæreſis, num. 7.* Zaſ. *conſil. 23. num. 11. & 16. lib. 1.* Surd. *conſil. 386. num. 26.* Farin. *de hæreſi q. 190. num 131. & ſequent.* vbi quod Sanctum Vniuerſalis Reipublicæ Chriſtianæ Inquiſitionis Tribunal, omnes Hæreticos Pœnitentes ſemper condemnat in Hæreticorum pœnas; in exequutione tamen & occupatione bonorum, magna cum miſericordia, & circumſpectione procedere ſolet lat. Ricciull. *de Iure perſon.* &c. *libro quinto, cap. 41. & cap. 43.* vbi an pœnitens hæreticus recuperet iuſpatronatus & *& cap. 44.* vbi, quid de beneficiis. Certum tamen eſt, quod qui abiurauit non vt hæreticus, ſed vt ſuſpectus tantummodo, etiam de vehementi, non eſt inhabilis ad beneficia, etiam Cathedralis, Freitas, ad Rodericum *de confeſſ. ſollicit. quæſtione 24. num. 72.* Lotter. *de re beneficiaria lib. 2. cap. 43. num. 34.*

§. II.

De caſibus in quibus Hæretico Pœnitenti, etiam pro prima vice non parcitur.

10. QVamvis regulariter pœnitens hæreticus ad miſericordiam pro prima vice admittatur: in nonnullis tamen caſibus ei nullo modo parcitur.

Primus caſus eſt in celebrante Miſſam & adminiſtrante Sacramentum Pœnitentiæ cum Sacerdos non ſit, nam talis etiam pro primo lapſo traditur curiæ ſæculari, vti probaui in proprio tit. *de celebrantibus,* &c.

Secundus caſus eſt, de hæreticis, qui negant Trinitatem, Diuinitatem D. N. I. Chriſti, eius Conceptionem de Spiritu ſancto, Mortem ipſius vt nos redimeret, ac Virginitatem B. M. Virg. vt habetur in Conſtitut. Pauli IV. Incip. *Cum quorumdam hominum malitia,* quæ Romæ die 18. Maij 1597. fuit prædicata, dum in Eccleſia S. Mariæ ſuprà Mineruam, vnus pœnitens qui inciderat in caſum dictæ conſtitutionis fuit ſæculari brachio relaxatus, vt atteſtatur Campan. *in diuerſ. Iuris Can. Rub. 1. n. 47. in fin.* & de hac Bulla vide Scortiam *in ſelectas Rom. Pontif. Conſt. Epit. 67.*

Tertius Caſus eſt, de quo in Conſtitutione eiuſdem Pauli IV. Incip. *Cum ex Apoſtolatus Officio,* de quibuſvis Magiſtratibus, & Dominis Eccleſiaſticis & temporalibus incidentibus in ſchiſma, de quo dixi in titul. *de ſchiſmate.*

Quartus caſus eſt, in Lamiis, quæ per Maleficia aliquos occiderint, vt per conſtitutionem Greg. XV. de qua *in tit. de Sortilegiis,* quæ Bulla impreſſa habetur poſt *part. 4. reſol. moral.* P. Dianæ.

§. III.

De Hæreticis impœnitentibus.

HÆreticus impœnitens dicitur qui de hæreſi conuictus, tenaciter errorem defendit, nec vult illum cognoſcere, & deteſtari, & ad Eccleſiæ vnitatem redire, imo recuſat Hæreſim abiurare, vel ſe purgare ad arbitrium Inquiſitoris, & Epiſcopi, ita Eymericus *in Directorio Inquiſit. part. 2. quæſt. 40. num. 1.* vbi Peña & latiſſime Farin. *de Hæreſi, q. 196. num. 1.* 11.

Hinc colligitur primò, quod hæreticus negatiuus, de quo *ſupra in titulo primo, de hæreſi,* habendus eſt pro hæretico impœnitente, Farin. *dict. q. 196. num. 16.* 12.

Secundò colligitur, quod qui de ſe confitetur, & Eccleſiæ reconciliatur, ſi poſtea compertum ſit, quod non omnes ſuos errores, & complices reuelauit, reputatur, vt hæreticus impœnitens, Simanch. *de Cath. Inſtitut. titul. 48. num. 27. & in Enchirid. titul. 29. num. 12. & tit. 61. num. 4.* Royas *de hæret. 1. part. num. 195.* Peña *part. 2. comm. 19. verſ. Ex his poſſumus.* Ludouicus à Paramo *de Origine S. Officij, lib. 3. q. 9. n. 193.* 13.

Tertiò, ex iiſdem apparet, habendum eſſe pro hæretico impœnitente, qui retractat confeſſionem ſuam poſt ſententiam, & abiurationem, aſſerens ſe confeſſum metu tormentorum, & ſe fuiſſe innocentem, ita Calder. *conſil. ſecundo de hæret.* Simanch. *de Cath. Inſtit. tit. 13. num. 25. & tit. 60. n. 8.* Royas *de hæret. part. 2. n. 255.* 14.

Quamvis, & melius dixerit Simanch. *in Enchirid. titul. 29. num. 11.* talem reuocantem ſuam confeſſionem, & dicentem ſe iniuſtè damnatum, potiùs condemnandum, vti temerarium, quam vti impœnitentem, & pœnis arbitrio iudicum mulctandum, vt fuſtibus, &c. prout ita obſeruari in S. Officio, atteſtatur idem Simanch. *de Cath. Inſt. tit. 13. num. 26.* & Farin. *d. q. 196. n. 23.*

De materia tamen horum reuocantium ſuas confeſſiones, maximè ex interuallo videatur Cantera, *dicto cap. 1. de hæret. num. 70.* Ioſeph. Seſſe. *deciſ. 472. num. 7. vol. 4.* Souſa *in Aphor. Inquiſit. lib. 1. cap. 48. num. 22.* & P. Diana *tract. 7. p. 4. reſol. 22. ferè per totam.*

Quartò pro impœnitente habendus eſt, qui cum ſit ab Inquiſitoribus damnatus ad abiurandum maximè de formali, vel de vehementi, non vult abiurare, ita P. Maſſin. *in praxi Sancti Officij part. 9. aſſert. 83. primæ impreſſionis.*

Praxis contra hos impœnitentes eſt, vt diu in carceribus detineantur, ſæpius moneantur, vt conuertantur, quod ſi noluerint pœnitere tradendi ſunt curiæ ſæculari, vt viui comburantur, ita Peña, *part. 2. comment. 65. verſ. in his.* Farinac. *dicta quæſtione 196. num. 4. & ſequent.* vbi alij allegantur non obſtantibus iis, quæ in contrarium ab hæreticis allegantur, ex Matth. 13. verſicul. 30. *Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem,* circa quem locum vi- 15.

dendus eſt Sixt.Senenſ. *in ſua Bibliot.Sancta*, *lib.*6. *Annotat.*60.& Io.Maldonat *in dictum locum Matth.* & circa hos impœnitentes monendi ſunt Inquiſitores, vt benignè procedant, & plures terminos eis aſſignent ad reſipiſcendum, ſic Eminentiſſ. Dom. meus Cardinalis Camporeus atteſtatur S.C.mandaſſe Inquiſitori Taurinenſi, vt nouum adhuc terminum peremptorium aſſignaret cuidam hæretico Impœnitenti:non obſtante quod eidem ab eodem Inquiſitore alij tres termini fuiſſent aſſignati ſine vlla ſpe reſipiſcentiæ.

§. IV.

De non implentibus pœnitentias.

16. SVpponenda hoc loco eſt communis DD. traditio, quod contra non implentes pœnitentias poſſunt Inquiſitores hæreticæ prauitatis procedere, vti contra Decium *conſ.* 137. & Probum ad Monachum, *in cap.præſidentes*, *de heret. in* 6.& Decian, *tractat.Crimin. lib.*5.*c.*54. *num.*40. *& cap.*55.*num.*11. firmarunt Simanch.*de Cath .Inſt.tit* 48 *num.*29.*&* 30 *& in Enchirid tit.*61.*num.*7. Pacian.*conſ.* 9 *num.*37. Peña *comm.*146.*part.*3.& Farin.*de hereſi,q.*193,*num.*

17. 123.qui alios allegat.Hoc ſuppoſito,

Dubitari meritò poteſt quouſque hæc Inquiſitorum iuriſdictio ſeſe extendat, an ſcilicet huiuſmodi pœnitentes, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, ſint à Regia Iuriſdictione exempti, in qua re

Calder.*conſ.*7.*de Iudiciis*, Hoſt *in ſumm.in tit.de foro compet* Ant.de Butr.*in cap.*2.*de foro compet.* & Berous *cap.de Accuſat.*affirmatiuam ſententiam probarunt, mori ex cap. *aliud* 11. *quæſt.* 1. ibi. *vnde ſi quis pœnitens habet cauſam quam negligere fortè non debeat*, *melius expetit Eccleſiaſticum*, *quam forenſe iudicium*, quod generaliter, *ibi* Gratianus intelligit de quacumque cauſa, tam ciuili,quam criminali.

Royas tamen *ſing.*98.Simanch *de Cathol. Inſt.tit.* 47.*num.*19. Couar. *Pract.* *q.c.*34.*n.*3. Peña *d.comm.* 146. verſ.*Caterùm*, tenuerunt, (& melius) hoſce pœnitentes poſſe indiſtinctè conueniri coram Iudicibus Regiis, quia nulla lex hos à Iuriſdict.ſuorum Iudicum eximit, neque obſtat text.in d.c *aliud*,tum quia ibi conſilium datur, non præceptum, tum quia ibi loquitur text.de actore, non reo, ita Simanch, & Peña omnino videndi *locis allegatis*.

Benè ante omnes videndus Bobadill. *in ſua polit. lib.*2.*cap.*17 *por la iuriſdicion Eccleſiaſtica*, *caſu* 102. *n.*148.vbi quod tales pœnitentiati non fruuntur priuilegio fori niſi in concernentibus implementum pœnitentiarum, & ibi huiuſce ei allegat pulcherrimam rationem his verbis, *ni es razon*, *que por la dicha pœnitencia*, *y cauſa culpable en ellos*, *ſean de mejor condicion*, *y tomen incentiuo y occaſion de delinquir*, *con la dicha immunidad*, *y priuilegio*, & hoc idea latiſſimè probat Fer. de Caſtro Palao, *in ſuo opere Morali*, *tom.*1. *tract.*4 *diſp.* 8. *punct.* 11. §. 2. *num.* 10.

Dubitari ſecundo loco poteſt, cum fugiens è car-
18. cere ſibi pro pœnitentia aſſignato habendus ſit pro relapſo.

In qua difficultate Archid.Io.Andr.Dominicus, & Anchar.in cap.*vt commiſſi*, §.*necnon*, *de heret.in* 6. voluerunt fugientem è carcere habendum eſſe pro relapſo.

Verùm Simanch.*de Cath. Inſt tit.*16.*num.*14. opinionem hanc falſam, & crudelem eſſe dixit, quod etiam voluerunt Pegn.*d.comm.*146.verſ.*veruntamen contraria*, & Farin *d.q.*193.*n.*145.vbi, etiam quod ita in Supremo Tribunali Romanæ Inquiſitionis ſeruatur in praxi.Ratio iſtius opinionis eſt, quam adduxit loco cit Simanch quia relapſus non eſt, niſi qui in Hæreſim labitur, at fugiens è carcere nullam Hæreſim fuga committit, igitur non eſt relapſus.

Licet autem hæreticus relapſus non ſit talis fugiens cenſendus, habendus tamen eſt pro hæretico impœnitente, quamdiu in fuga permanſerit, ita tamen, vt ſi compareat, poſſit ad pœnitentiam admitti, Pegn. *loco citato*, verſiculo *itaque quamdiu*.Rim.Iun.*conſil.*150.*n.*25.Menoch.*conſ.*82.*n.*127.& 132. Fario.*vbi ſupra*,*num.*136.*in fin.* 19.

Atque hæc de fugiente è carcere ſibi aſſignato ob pœnitentiam extendi debent ad fugientem è carcere ſibi aſſignato ad cuſtodiam, nam fugiens ex carcere ſibi dato ad cuſtodiam, pendente proceſſu, ſi honeſtior ſit, diligentiùs cuſtoditur, & duriùs punitur, ſi verò ſit vilis, fuſtibus cæditur, atque ita in praxi ſeruari atteſtatur Simanch. *dicto titul.* 6. *num* 23. quem ſequitur Farin.*vbi ſupra*,*num.*138. 20.

21. Quod ſi comprehendi nequeat, tunc contra eum proceditur, vti confeſſum, & impœnitentem, Simanch.*vbi ſupra*, *& in Enchiridio*, *tit.*26.*num.*5. *& in annot.ad Zanch.c.*8.Royas *de Heret.p.*2.*n.*185 Ludouicus à Paramo *de Orig. ſancti Officij*, *lib.* 3. *q.*4.*de Ordin.procedendi n.*72. Et de hac re videnda eſt Conſtitutio Pij V. *Si de protegendis*, *verſ.Quique carcerem.* 22.

Quæ etiam huc uſque dicta ſunt de fugiente ex carcere ſibi ad pœnitentiam dato extendenda ſunt ad omnes, qui alias quaſcomque pœnitentias non obſeruant, nam magis hi impœnitentes dicendi ſunt, quam relapſi, vti docuerunt Pegn. Simanch. & Farin.*locis ſuprà citatis.* 23.

Vbi tamen ex non obſeruantia pœnitentiæ iniunctæ, ſiue deinde illa non obſeruantia conſiſtat in omittendo, ſiue in committendo,oritur vehemens hæreſis ſuſpicio, vt ſi iniunctum fuerit reo, quod communicet bis in anno,& ipſe per plures annos non communicauerit,vel iniunctum fuerit,ne hæreticos amplius receptet, & ipſe aliquos poſtea receptauerit, tunc tales habendi eſſent vti relapſi, ſecundum diſtinctionem Calder.*in cap.litteras de præſumpt.* quem refert & ſequitur Repert. Inquiſit.in verbo,*Pœnit.* verſ. *Sed poſſet quæri*, & Pegn. *dicta comm.*146.verſ.*Sed Calderinus.*

An autem aliquis poſſit ſeſe, ſub pœna relapſi, obligare ad pœnitentiam peragendam, controuerſum aliquando extitit, 24.

Sed communis opinio eſt quod non, vbi alias à Iure,ob non obſeruantiam pœnitentiæ non eſſet relapſus.Ratio eſt,quia nullus eſt Dominus membrorum ſuorum, niſi quatenus leges permittunt,leg.*liber homo*,*ad l.Aquiliam*,atque ita tenuit Pegn.*dicta comm.*146.verſ *& quamuis*, quibus addo ego, DD. Placentinos,in 14. Caſu Placentino, poſt iudiciale Locati,verſ.*At hoc nihil eſt*,fol.mihi 460. Menoch. *conſ.*82. *n.*113.*lib.*1. vbi plurima In terminis huius materiæ.

Tandem notándum, allegant ſe adimpleuiſſe pœnitentias ſibi iniunctas,incumbere onus probandi,quoniam implementum pœnitentiæ eſt quod facta, & facta non præſumuntur niſi probetur *l. in Bello* §. *facta ff.de cap. & poſtlim. reuerſ. c. cum in Iure*, *de Officio delegati.* 25.

§. V.

§. V.

De Relapſis.

26. HÆreticorum relapſorum materia tractatur in cap. *ad abolendam*, §. *qui verò*, & in §. *Illos quoque de Hæret.* & in cap. *accuſatus*, in principio, §. *cum verò* & §. *ille quoque de hæret. in* 6. quod caput deſumptum eſt, ex conſtit. Alex. IV. quæ incipit, *Quod ſuper.*

27. Ex quibus iuribus colligitur, quod ille iudicari debet relapſus, qui vel primò abiurauit hæreſim formalem, & poſtea incidit in vehementem ſuſpicionem, vel qui primò abiurauit de vehementi & poſtea incidit in hæreſim formalem, ſufficit enim vt conſtet ſemel, de vno lapſu verè, ſiue ante ſiue poſt, ita expreſſe docuerunt, Gemin. in cap. *accuſatus* §. *ille quoque de hæret. in* 6. Grilland. *de hæret. q. vltima in fin.* Gundiſſal. *in ſimili tractatu, q.* 20. *num.* 5. Locatus *in Iudicialı*, in verbo *Relapſus, num.* 3. Simanch. *de Cath. Inſtit. titul* 57. *num.* 4. *Et in Enchirid titul.* 60 *num.* 2. Lucerna inquiſitorum, in verbo *Relapſus, num.* 4. Zanchin. *de hæret. cap.* 16. *numer.* 3. Albert. *de agnoſcend. Aſſert. quæſt.* 24. *num.* 25. Alph à Caſtro *de Iuſta Hæret punitione lib.* 2. *cap.* 2. Royas *de hæret. p.* 2. *aſſert* 41. Pegn. *ad Director. p.* 2. *comm.* 64.

Ex ſupradictis poſſunt firmari ſequentes iuris concluſiones.

28. Prima Concluſio erit, quod ille verè dicitur relapſus, qui abiurat vnam, vel plures ſpecies Hæreſis, & poſtea incidit, in eaſdem hæreſes, quas prius abiurauerat, vti notauit Eymericus *in director. p.* 2 *q.* 58. Sanch. *dicto c.* 16. *n.* 2. Lelius Zecchius, *in ſumma*, 1. *p Rubr de fide, cap.* 11. *de Hæreſi, n.* 19. verſ. *dicuntur verò* Farin. *de hæreſi, qu.* 195. *num.* 1. Sanctarell. *in eodem tractatu, de Hæreſi, cap.* 42. *num.* 1. & hoc etiam videtur conuenire rationi naturali, nam verbum relapſus conſiderando particulam (re) videtur referri ad actum reiteratum eiuſdem ſpeciei, l. *verbum reddendi*, de verb. *ſignificatione.*

29. Secunda concluſio eſt de eo qui dicitur relapſus iuris fictione, vt ſi abiurauit de vehementi articulum de purgatorio, vel de puritate B.M.V. & poſtea deprehenditur per confeſſionem, vel probationem teſtium, incidiſſe in eaſdem ſpecies hæreſum formaliter, vt eſt text. in d. cap. *accuſatus in principio*; ita Eymeric. *in Direct. d. q.* 58. *n.* 3. vbi Peſia verſ. *Altera. eſt illius.* Farin. *d. q.* 195. *n.* 10. & Sanctarell. *in alleg. cap.* 41. *n.* 6. qui alios allegant.

30. Ex qua concluſione apparet, quid ſit dicendum de ſortilego, qui primò abiurauit ob dæmonum inuocationem, & poſtea de eadem inuocatione eſt confeſſus, vel conuictus, nam ſi vel prima, vel ſecunda vice abiurauit, tanquam Hæreticus formalis, tunc habendus eſt pro relapſo, vt quia v.g. crediderit dæmones poſſe cogere liberam hominum voluntatem, &c. ſecus ſi tam prima, quam ſecunda vice abiurauerit de vehementi, ita Simanch. *de Cath. Inſtit tit.* 57. *n.* 9. *& in Enchirid tit.* 60. *n.* 4. Farin. *vbi ſuprà n.* 9. *& ſeq.*

31. Tertia concluſio eſt quando aliquis abiurat hæreſim formaliter, vel de vehementi tantum, & ſucceſſiuè generaliter, prout moris eſt. abiurat quamcumque aliam Hæreſim, vt traditur in formulis impreſſis, apud Eymeric. & Locat. tunc, ſi talis poſt abiurationem de formali, incidit in vehementem ſuſpicionem cuiuſcumque hæreſis, ſiue ille, qui abiurauit de vehementi incidit in aliam hæreſim formalem, tales iuris præſumptione iudicentur relapſi, quæ præſumptio, cum ſit iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium, iuxta not. in cap. *afferte mihi gladium de præſumpt.* concluſionem hanc probant latiſſimè tradita per Sanctarellum *de hæreſi, cap.* 42. *num.* 2. vbi alios allegat.

Hinc etiam relapſus dicitur qui poſt abiurationem de formali receptat hæreticum etiam ſi receptatio ſit vnica, dummodo ſit facta ſcienter, verbum enim cap. *accuſatus*, §. *ille quoque de hæret in* 6. ibi, *acceptet*, verificatur etiam in vnica receptatione, l. *mariti* §. *quæſitum ff. de adult.* Zanch. *de hæret. cap.* 6. Locatus *in ſuo caſu* 13.

Et in tota materia huiuſce tertiæ concluſionis omnino videatur Ferd. de Caſtro Palao, *dicto tract.* 4. *diſput.* 6. *punct.* 2. *num.* 8. *& ſeq.* bene Cantera, qui dicit quod, in hac concluſione non eſt dubium, cum quis abiurat primò de Formali, & poſtea de vehementi *dicto cap.* 1. *de hæret. num.* 58. *& ibidem* addit, quod ſolum poteſt eſſe aliquod dubium cum quis primò abiurat de vehementi, & poſtea de formali, nam tunc ait ipſe quod crederet hunc non eſſe relapſum, refert tamen *ibidem* in verſ. Bene verum eſt caſum deciſum in ſupremo Conſilio inquiſitionis Hiſpanæ ex quo apparet in facti contingentia ſupremum illud conſilium contrarium obſeruaſſe, & bene tam in primo, quam in ſecundo caſu, hunc debere dici relapſum firmauit Ferd. de Caſtro Palao *vbi ſupra*, in qua opinione ego arbitror omnino reſidendum, quidquid in contrarium ſeruari ab inquiſitoribus italiæ, dixerit Farin. *de hæreſi q.* 195. *n.* 18. *in fin.*

Addit vlterius Cantera *ibidem* verſ. *Aliam habemus* quod ex receptatione, vel conuerſatione hæretici habita poſt abiurationem de formali, talis reputatur relapſus, & ait gloſſam in cap. *Accuſatus* §. *ille quoque de hæret. in* 6. quæ dicit, quod fames in hoc caſu excuſat, dummodo ſaltem ſit violenta, non fuit in facto recepta in ſupremo Conſilio S. Inquiſitionis Hiſpanæ, in qua fuit relaxatus brachio ſæculari, vti relapſus quidam, qui cum fuiſſet vti de genere Maurorum reconciliatos, & poſt fuit ad alios eiuſdem generis, & ſe excuſabat ex illa gloſſa, quod fuit ad eos ob famem.

Quarta concluſio, non ſolum ſunt relapſi, qui poſt abiurationem de vehementi incidunt in hæreſim, ſed etiam illi qui in eandem hæreſim incidunt, 32.
poſt indictam illis purgationem canonicam, text. eſt *in cap. ad abolendam* §. *illos quoque de hæreſi.* Sanctarell. *vbi ſuprà, num.* 4. & Farin. *dicta q.* 195. *num.* 17.

Quinta concluſio, ſi quis primò abiurauit de leui quia non conſtabat de eius Hæreſi, vel de vehementi ſuſpicione, & poſtea inueniatur conuerſationem habuiſſe cum hæreticis, vel alia feciſſe, de quibus in dicto cap. *accuſatus*, §. *ille quoque*, ſi pendente hoc ſecundo proceſſu probetur, & conſtet eum tunc fuiſſe hæreticum, quando abiurauit de leui, habendus eſt pro relapſo. Ratio eſt, quia apparet eum in prima abiuratione fuiſſe impœnitentem, nec voluiſſe veritatem fateri, &c. ita Anchar. in dicto cap. *accuſatus in* 6. *Notab.* Franch. *num. primo*, Sanctarell *de hæreſi, dicto capite* 42. *numero ſexto*, verſiculo *quamuis bene addat.* 33.

Sexta concluſio, vt quis relapſus cenſeatur, de neceſſitate requiritur quod verè, & realiter conſtet 34.
de lapſu in hæreſim formalem, concluſio hæc deducitur ex aliis concluſionibus ſupra firmatis.

Ex

35. Ex hac concluſione deducitur, quod qui poſt abiurationem de vehementi, iterum in vehementem hæreſis ſuſpicionem incidit, non eſt relapſus, Locat. *in Iudiciali*, in verbo, *Vehemens ſuſpicio*, vbi quod ita declarauit Pius V. in Congregatione S. Officij anno 1567. Sanctarel *de hæreſi*, *dicto cap.* 42. *num.* 11. qui alios allegat.

36. Eodem modo, qui abiurauit de leui, ſi in vehementem, vel leuem hæreſis ſuſpicionem incidat, non poteſt dici relapſus, licet ſit grauius puniendus, Peña *dicta comm.* 83. *part.* 2. *ſub littera B.* Sanctarel. *vbi ſuprà*, Farin. *d. q.* 195 *num.* 12. 23. *&* 24.

Pulcherrimum tamen dubium eſſe poteſt, an ſi quis coram ſubdelegato ab Inquiſitore, vti hæreticus abiuret, ſi poſtea in eandem, vel aliam hæreſim reincidat, habendus ſit pro relapſo, ſi non conſtet de ſubdelegatione illius Iudicis, coram quo abiurauit.

Caſus hic in indiuiduo accidit in Ciuitate Comi, teſte Lamber. *de Contract. mulierum*, &c. *Gloſſ.* 7. *num.* 75. *& ſeq.* vbi etiam atteſtatur, de conſilio totius Collegij Iuriſconſultorum dictæ Ciuitatis, ac Reuerendiſſ. Epiſcopi, & Illuſtr. D. Ioan Thom. Odeſcalchi R. D. Senatoris, fuiſſe mulierem illam, vt relapſam brachio ſæculari relaxatam, & combuſtam, & eo loci Lamberteng. atteſtatur, ita fuiſſa iudicatum & executum Mantuæ in ſimili caſu, qui ibi contigerat.

Quod veriſſimum eſt, nam a leſt pulcherrimum conſilium Burſati 24 *vol.* 1. factum in caſu qui ibi contigit & in fine conſilij, ita executum atteſtatur, anno 1568.

Dubium tamen poteſt eſſe, An hæreticus ſpontè comparens, & abiurans hæreſes ſi relabatur habendus ſit pro relapſo ad effectum tradendi eum brachio ſæculari.

In qua re Torreblanca de delictis, in quibus tacita vel expreſſa Dæmonis inuocatio interuenit, *lib.* 3. *c.* 12. *num.* 10. videtur tenere, quod non.

Verùm traditio illa intelligenda eſt in hæretico minore vigintiquinque annis, qui ſi ſponte comparet, & reconcilietur, etiamſi poſtea relabatur, non habetur pro relapſo, cum reconcilietur cum ſolita clauſula, *Citra pœnam relapſi*, vt dixi *infrà*, *titul.* 18. §. 2. *num* 12. Secus in hæretico maiore, qui ſine dubio in iſtis partibus punitetur pro relapſo, me tamen remitto Sacræ Congregationi.

§. VI.

De pœna relapſi.

37. RElapſus abſque vlla miſericordia, relaxatur brachio ſæculari, nam ſufficit tales per falſam conuerſionem Eccleſiam ſemel decepiſſe, vt dicebat Concil. Narbonnenſe, *cap.* 11. de quo Peña *in alleg. comm.* 83 *ſub littera C*, Scortia *in ſelectas Rom. Pontif. Conſtit. Theoremate* 36. *num.* 1.

38. Atque hoc procedit, ſiue relapſus, velit pœnitere, ſiue non, nam ſemper (quidquid olim ſeruaretur) traditur ſæculari brachio, ita diſponit textus in cap. *ad Abolendam*, §. *illos quoque de hæret.* Peña *vbi ſupra*, Farin. *dict. quæſt.* 195. *num.* 4. & Sanctar. *d. cap.* 42. *num.* 17. its tamen, vt ſi pœniteat, prius

39. ſtranguletur, & poſtea comburatur ac etiam ad Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ admittatur, ſi verò ſit impœnitens viuus comburatur, Simanch. *de Cath. Inſtit. tit.* 57. *n.* 16. *&* 17. Azeued. *ad Reg. Hiſp. conſt. lib.* 8. *tit.* 3. *l.* 1. *n.* 172. *ſeq.*

40. Et quamuis Eccleſia numquam ſoleat gremium claudere redeuntibus, iuxta text. *in l. vltima Cod. de ſum. Trinit. & Fide Cath. & cap. dico* 23. *quæſt.* 4.

Attamen, hoc intelligi debet in foro poli, vnde Eccleſia admittit relapſos ad Sacramenta, vt ſuprà dicebam, ſecus in foro fori, vti diſtinguit Simancha. *dict. titul.* 57. *num.* 14. Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 7. & Sanctarellus *dicto cap.* 42. *num.* 17. verſ. *Obijcies*, Azeuedus *vbi ſuprà lib.* 3. *num.* 27. Non ſunt tamen admittendi ad Eccleſiaſticam ſepulturam vt contra Alphonſ. à Caſtro, docuit Simanch. *dicto tit.* 57. *num.* 13. Treuiſ. *deciſ.* 36. *num.* 15 *lib.* 2. 41.

In hac tamen re mihi maximoperè placet doctrina Carreræ *in ſuis quæſt. crim. dicto cap. primo, de hæret. num.* 13. verſ. *Sed certe*, quæ tamen in effectu reincindit cum ea quam iam tradidimus. Dicit enim hic doctus vir, quod relapſi pœnitentes reincorporantur Eccleſiæ, non tamen reconciliantur, & addit quod reincorporatio fit per adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ, quod relapſo conceditur, nam de conſuetudine Hiſpaniæ talibus relapſis denegatur Sacramentum Euchariſtiæ, propter periculum, quod poſſet euenire ex alteratione, quam recipit relaxandus brachio ſæculari.

An autem relapſi, ſiue pœnitentes, ſiue impœnitentes torqueri debeant, dic quod ſic, ſaltem, ſuper complicibus, iuxta not. per Farinac. *de hæreſi*, *quæſt.* 185. *n.* 133. & ea quæ nos diximus *ſupra*, in tit. primo *de tortura hæreticis danda.* 42.

Certum tamen eſt, quod licet relapſus ad pœnitentiam ſe admitti petat, attamen cum relaxari omnino debeat Brachio ſæculari, non eſt admittendus ad abiurationem, vti notaui in tit. *de hæreſi*, *& hæreticis*, in §. *de abiuratione iniungenda hæretico.* ſicuti certum pariter eſt, omnia eius bona confiſcari vt ſuprà diximus *tit.* 1 *remiſſiuè*, Solummodò poſſet dubitari, num filij iſtorum relapſorum & impœnitentium ſint capaces Maioratus, & primogenituræ? In qua re breuiter dico quod ſic, ita Molin. I. C. *de Hiſpan. primogenit. l.* 4. *cap.* 11. *n.* 55. vbi loquitur de natis ante hæreſim patris, & Sanch. *in ſum. lib.* 1. *c.* 30 *q.* 2. vbi de filiis natis, & ante, & poſt hæreſim patris, & Sanch. ſequitur Don Didac. Lud. de Lima ad Molinam *loc. cit.* vbi alios allegat, & ad materiam Inhabilitationum filiorum hæretici, vide Azeued. *ad leges Nou. Recopil. lib.* 8. *tit.* 3. *l.* 3. vbi latiſſimè de materia, in hac tamen materia me remitto ad ea quæ dixi *ſupra tit. proximo*, §. 21. 43.

Ad finem huius tituli animaduertendum eſt, Iudices Laicos, poſtquam hæreticus impœnitens negatiuus, vel relapſus ipſis eſt relaxatus, teneri punire eum abſque vlla reuiſione proceſſus, ſtatim, & abſque vlla mora, Scortia, qui alios cumulat *in ſelectas Rom. Pontific. Conſtitutiones, Theoremate* 34. verſ. *Quare Iudex Secularis*, & ita contra Bartolum *in l. Magiſtratibus*, *num.* 4 *ff. de iuriſdictione omnium iudicum* latiſſimè veritatem hanc defendit Franc Molinus, *de brachio ſæculari*, *lib.* 1 *cap.* 8. *per totum* & Salcedo *ad Diaz in praxi Criminali canonica cap.* 144. *per totum*, qui in hac materia omnino videantur. 44.

Et addit vlterius hic auctor, quod apud Hiſpanos qui teneret opinionem Bartoli, haberetur pro impio, etiamſi Iudices Laici ſcirent ſententiam Inquiſitorum eſſe iniuſtam.

Quia ait (Salcedo) Iudices Laici non poſſunt vllo modo ſe intromittere in cognitione hæreſis, vt dicam in tit. *de Apoſtaſia*, & fortè etiam in Tertia parte huius operis

Vnde, cum apud eoſdem Hiſpanos adſit Tribunal Laicum, quod vocant violentiæ, vbi cognoſcuntur violentiæ illatæ à Iudicibus Eccleſiaſticis non

deferentibus

deferentibus Appel.de cuius Tribunalis materia tractant DD.allegati *in Comm. S. Bull.Cœna Domini, Can.15.*& à Rot.omnino videnda deciſ.10.*in poſth. Farin.p.2.*quæ fuit compilata ab Doctiſſimo I.C. Hiſpano Franciſco Peña.

Tale tamen Tribunal, ſub quocunque prætextu, etiam violentiæ, numquam cognoſcit de pertinentibus ad forum S.Officij, vti atteſtatur aliis relatis, Gaſpar.Roder.*de annuis redditibus, lib.1.q.17.num. 74.*verſ.*nec ea quæ pertinent.*

Quinimo nec etiam dictum Tribunal violentiæ cognoſcit ſuper prætenſis violentiis factis ab Inquiſitoribus eius familiaribus, de quo extat inſignis deciſio omnino videnda Senat Valent.apud Don.Hieronymum de Leo, *deciſ.2.per tot.lib.1.*

Vt autem videamus, quomodo procedat Senatus Noſter Excellentiſſimus Mediolani, in exequutione ſententiarum prolatarum contra hæreticos ab Inquiſitoribus, & quantus ſit dicti Excellentiſſimi Tribunalis zelus in concernentibus Catholicam Religionem ſubiicio ſequens Reſcriptum eiuſdem Senatus in hac materia. *Dilecte noſter.Vidimus quæ ad nos ſcripſiſtis.de Don Baptiſta Gaudentio, aliàs Fr.Seraphino Ferraſienſi, vt ad nos ſcripſiſtis, hæreticæ prauitatis reo Quamobrem vbi vobis tradatur, illius condemnationem ſtatim exequutioni mittetis. Mediolani 6. Auguſti* 1575.A tergo.*Sapienti I.C.Iudici Maleficiorum Cremonæ.*Pro cuius decreti exequutione dictus reus, die 12.eiuſdem menſis fuit viuus combuſtus in loco publico Iuſtitiæ, vti hæreticus relapſus, & impœnitens.

Vltimò animaduertant Inquiſitores regulariter cauſas haſce horum relapſorum referendas eſſe Supremo Tribunali Vrbis Romanæ, & ita dixi ego inuiolabiliter obſeruandum eſſe in caſu occurrenti in facto, in Ciuitate Cremonæ in quodam Geneuenſi relapſo ſponte comparente, prout etiam ita executum.

Quinimo Reuerendiſſimus Pater Ioan.Baptiſta à Martinengo, tunc Inquiſitor Cremonæ, & nunc ob eius Religioſas virtutes, ſed præcipuè ſingularem Modeſtiam.& Doctrinam ad munus Commiſſarij Generalis Vniuerſalis Inquiſitionis de Vrbe meritiſſimè aſſumptus, atteſtatus fuit, in litteris Patentibus Inquiſitorum regulariter ab eorum auctoritate excipi ſolere reconciliationem relapſorum,pro vt verè in eius literis patentibus erat excepta.

In huiuſmodi autem relationibus fiendis Sacræ Congregationi non ſolum vltimi proceſſus cum ſententiis,& abiurationibus anteriorum ſunt ponendi, ſed anteriores etiam proceſſus, ſunt per extenſum referendi, benè Garzias in ſua praxi inſcripta, *Orden de proceſſar en el S. Officio*, fol.60.A tergo. vbi generaliter dixit, *Aduiertaſe, que los ſemejantes, y à todos los, que les cauſan ſecundos, ò mas proceſſo en preſencia ò abſencia, ſe les han de acumular el primero,y los demas, puniendolos per principio ſin contentarſe conponer ſolamente la ſentencia, y abiuraciones como algunas veces ſe haze,por que es muy conueniente,y neceſſario veer los dichos proceſſos para la determinacion de vltimo.*Et quia ſine dubio hiſce relapſis confiſcantur buna, vt & *titulo proximo* diximus,& videre eſt ex Integra Deciſ.Regentis Salernitani 50.dubitatum fuit in Regia Camera Neapolit à quo die bona iſtius relapſi intelligi deberent eſse confiſcata & die 12. Martij 1567. referente Didaco de Eſcobar deciſum fuit. Quandam domum per ſex menſes ante primam abiurationem venditam vanire in confiſcatione bonorum relapſi, quia relapſus ſemper præſumptus fuiſset in eadem damnatione. Ita Ioannes Baptiſta de Thoro inſignis I.C.Neapol.*in ſuis Addit.ad d.Deciſ.50. regni Salernitani,num.14.*

§. VII.

Quomodo ſe debeant gerere Confeſſarij, cum hæreticis pœnitentibus Negatiuis, & Relapſis.

PRimo loco, quoad hæreticos pœnitentes animaduertere debet Confeſsarius, an eorum hæreſis fuerit purè mentalis,quo caſu non habet annexam excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, Filliucius *quæſt. moral.tom.2. tractat. 21.cap. 6.numer.182.* & nos *ſuprà* diximus, *titulo primo, in proprio §. de exc mmunicatione*, vbi quod ob id hæreticus purè mentalis à quocumque poteſt abſolui Homobonus de Bonis, de Examine Eccleſiaſtico, *prima parte, tractatu ſeptimo, capite primo, quæſtione 3.*, verſicul. *His ſuppoſitis*, quidquid in contrarium dixerit Cæual. *in ſuis comment. contra Comm. quæſtion.*698. An verò potiùs eorum hæreſis etiam externa fuerit, quæ ad hoc vt talis dicatur tria de neceſſitate requirit, vt dixit Fillinc. *vbi ſupra, num.* 184. 45.

Primum requiſitum eſt, vt ſignum externum ſufficienter hæreſim manifeſtet, ita quod ſi ibi aliquis adeſset, illud ei ſufficienter hæreſim manifeſtaret, vnde per actus indifferentes manifeſtans hæreſim,non poteſt dici hæreticus,puta ſi mente quis aſſentiretur propoſitioni huic,*Deus non eſt Trinus.* & exterius verba hæc tantummodo proferret, *Non,* Fillincius *loco citato,num.*196.Bonacina *in Bullam Cœnæ, diſputatione 1. quæſtione prima, puncto 2. num.5.& 6.* 46.

Secundum requiſitum eſt,vt actus externus ſit ex ſe malus, ex quo ſequitur, hæreticum mentalem confeſsario hæreſim ſuam verbis exprimentem,non effici hæreticum externum,Filliuc.*num.*193. Bonac. *num.7.*

Tertium requiſitum eſt,vt talis actus externus ſit manifeſtatio Hæreſis,Filliuc.*n.*184.*&* 195.

Et in iſto caſu, hæreſis externa habet annexam excommunicationem Bullæ cœnæ, ſoli Summo 47.
Pontifici reſeruatam, vt vidimus *tit.1.*

Secundò,ſi hæreſis ſit externa, conſiderare debet Confeſsarius, an præuia abiuratione, ſufficienter per Inquiſitoris, vel Epiſcopi in foro exteriori abſolutionem ſublata ſit excommunicatio, nam tunc remanebit ſolum hæreſis peccatum,quod à quocumque confeſsario poterit Sacramentaliter per abſolutionem tolli Filliuc.*dicto cap.6.num.*183. Reginald. *in Praxi fori pœnitentialis,lib.17.cap.4.q.3.n.71.*verſ. *Secundò facta abiuratione*, Ioann. Valer. *de differentiis vtriuſque fori*, verbo *Hæreſis. Differentia 3. num.4.* 48.

Tertiò quia, aliqui quandoque verba hæretica proferunt, abſque tamen hæretico animo, ſciat Confeſsarius hos à quocunque confeſsario regulariter poſse abſolui,Homobonus de bonis, *d. tract.7. cap.1.q.4.* 49.

Quartò, in Sacramentali Confeſſione abiuratio in foro externo facta, confirmanda erit, & exigendum, recipiendum erit ab hæretico iuramentum de parendo mandatis in forma,interrogandusque erit diligenter, de qualitate hæreſis,de tempore 50.

quo

quo in ea permanſit, de violatione præceptorum
Eccleſiæ ſcilicet annuæ confeſſionis, obſeruationis
feſtorum. & ſimilium, vna cum omnibus circum-
ſtantiis arbitrio prudentis Confeſſarij, Homobonus
de bonis, *vbi ſupra, cap.2. q.7.*

51. Quintò, variis ſcripturæ Sacræ locis inducendus
erit hæreticus, ad contritionem peccatorum ſuorum
& præcipuè peccati hæreſis, quæ, & ortum habuit à
diabolo, vt dixit Apoſtolus.

Prima ad Timoth.4. *Attendentes Spiritibus erro-
ris & doctrinæ dæmoniorum.* ex quibus Apoſtòli ver-
bis colligit ibi Chryſoſtom. omnem hæreſim, &
hæreticorum dogmata eſſe à diabolo & ſub ſpecie
pietatis, vera eſt impietas, vnde idem Apoſtolus 2.
ad Timoth. 3. dixit *voluptatum amatores, magis
quàm Dei habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem
autem eius abnegantes*, quem locum etiam Patres
omnes ibi exponunt, de hæreticis.

Admonendus vlteriùs eſt hæreticus, vt tanquam
venenum fugiat Superbiam, & Luxuriam, ex qui-
bus hæreſes oriri ſolent, vt latiſſimè proſequitur
D. Hieron. *ad Creteſiſontem*, & Petrus Iuſtinell. *in
triumpho Caſtitatis.1.p.cap.16.*

52. Et tandem eſt in Catholica veritate confirman-
dus, de quo inſignis eſt locus D. Hieron. *tom. 2.
eius operum, in Dialogo aduerſus Luciferianos, cap.
9.in fin.* vbi habet hæc verba.

*Apertam animi mei ſententiam proferam, in ea
eſſe Eccleſia permanendum, quæ ab Apoſtolis fundata
vſque ad diem hanc durat, ſic vbi audieris eos qui
dicuntur Chriſti, non à Domino Ieſu Chriſto, ſed ab
alio quoquam nuncupari, vtpotè Marcionitas, Va-
lentinianos, Montenſes, ſcito non Eccleſiam Chriſti
ſed Anti-Chriſti eſſe Synagogam, nec ſibi blandian-
tur, ſi de Scripturarum capitulis videntur ſibi affir-
mare quod dicunt, cum & diabolus aliqua de ſcrip-
turis locutus ſit, & ſcripturæ non in legendo conſiſtant,
ſed in intelligendo*, huc vſque Diuus Hieronymus.

Et ad hoc obtinendum lacrymis, & orationibus,
53. auxilium ſpeciale Dei implorare debebit hæreticus
pœnitens, quia communis Theologorum ſententia
eſt, perſeuerantiam eſſe ſpeciale donum Dei, pecu-
liare, ac quotidianum ipſius auxilium requirens, Diu.
Thom. *part.2.quæſt.95.art.10.* vbi latè Vaſquez *diſput.*
54. 197. iuxta illud Ioann.6. *Nemo poteſt venire ad me,
niſi pater meus traxerit eum*, poteritque ob id Pœ-
nitens ſæpè tractum hunc, vel ſimilem, & corde &
ore proferre, *Illumina oculos meos, ne vnquam ob-
dormiam in morte, ne quando* (ſcilicet cum moriar) *di-
cat inimicus meus, Præualui aduerſum eum*, Pſalm.
12. *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipſa me
deducant, & adducant in montem ſanctum tuum & in*
55. *tabernacula tua.* Pſalm.42. *Notam fac mihi viam in
qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam. Eri-
pe me de inimicis ſalutis meæ. Domine ad te confu-
gi, doce me facere voluntatem tuam. Quia Deus meus
es*, Pſal.142.

Quintò poſt datam abſolutionem hæretico, con-
56. feſſarius eum admonere debet diſtinctè, de omni-
bus pœnis, per eum incurſis ob hæreſim, de qui-
bus, *tit.1.* diximus, Homobonus de Bonis, *d.cap.2.
quæſt.7.*

Sextò, quoad hæreticum Negatiuum, dubium
57. eſt, an ſit in foro conſcientiæ abſoluendus, ſi humi-
liter ſacramentum petat pœnitentiæ, in qua re San-
chez *in ſumma, libro tertio, capite ſeptimo, num.10.*
58. *in fin.* fuit in ſententia negatiua, Portel.verò *in dub.
Regularibus, in Addit.* verbo *Reus, n.3.* quem ſequu-
tus fuit Diana *Reſolut. Moral.1.part.tract.5. reſol.8.*
verſ. *Pro coronide*, voluit Sacramentum Pœnitentiæ,
minimè poſſe Negatiuo hæretico denegari, quam
opinionem etiam ego, vti magis piam omnino in
praxi recipiendam arbitror.

An autem ſi iſte negatiuus ſit verè innocens, & 59.
fateatur hæreſim, quam verè non tenuit, peccet
mortaliter? Affirmat Peña *comm.48 in 3 part Di-
rectorij*, verſ. *ſit ſecunda concluſio.* negat Hieronym.
Rodriquez *in Comp.q.Regular. Reſol.73.num.16.* cu-
ius opinio ſatis probabilis eſt, nam cum in iſto
caſu negatiuus ſit ſecundum allegata, & probata
conuictus, & iuſtè damnandus, nullum eſt ſcanda-
lum graue, ſi fateatur, ſecus dicendum ſi non eſſet
conuictus, nam tunc peccaret mortaliter, fatendo
hæreſim, in qua non fuit reus, ob irreparabile in-
famiæ damnum, quo totam ſuam deſcendentiam
maculat.

Septimò quoniam relapſus, *vt ſuprà* vidimus ad- 60.
mittitur, ad Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchari-
ſtiæ, dubitari poteſt, quis debeat eum abſoluere ab
excommunicatione contracta ob hæreſim.

Nam Epiſcopus, & Inquiſitor non habent au- 61.
ctoritatem abſoluendi ab hæreſi in foro interiori,
ſed tantummodò in foro externo, Ricciull. *de Iure
perſon.extra Eccleſia gremium exiſtentium, lib.5.c.15.*
Sanch. *in lib 2.cap.12.num.3.* qui alios allegant, &
nos latè *ſuprà tit. 1.* & ab hac opinione non eſt
hodie recedendum, (quidquid in contrarium di-
xerit Diana *reſol. Moral.1 part.tract.5.reſol.3.* cuius
dicta poſſunt procedere in Inquiſitoribus Hiſpaniæ
& Siciliæ. ſecundum dicta per Freitas, ad Roder. *de
Confeſſ.ſollicit q.21. num.18.*) quia a ſupremo Vrbis
Tribunali, ita fuiſſe deciſum, atteſtatur Maſſin. *in
Praxi S.Officij, p.10.aſſert.108.*

Neque videtur, quod confeſſarij ſimplices poſ-
ſint hunc relapſum abſoluere, ſtante Bulla Cœnæ
Domini.

Niſi fortaſſe diceremus, hoſce relapſos, Brachio 62.
ſæculari relaxatos, propriè dici in articulo mortis
conſtitutos, ſecundum Duard. *in Bull.Cœnæ, lib.3.§.2.
q.2.n.1.* verſ. *vel cum quis per Iudicis ſententiam*, quo
caſu ceſſante omni reſeruatione, (*vt ſupra* pluries
docuimus,) omnis confeſſarius poſſet abſoluere, vt
expreſsè dicitur in dicta Bulla. Cœnæ.

Verùm in hoc negotio, cautè agendum cenſeo,
& omnia referenda exiſtimarem ſupremo Tribunali
Vrbis.

Octauò, quæri hoc loco poteſt, qui facere poſſit 63.
hæreticus occultus, qui abſolutionem ab Epiſcopo,
vel ab Inquiſitore non potuit obtinere, Freitas (ſub
cenſura tamen) ad Roder. *de Confeſſ. ſolicit. quæſt.
21. num.18.* cuius dicta ſequutus fuit Diana *dicto
tract.5.reſol.4.tom.1.* voluit hunc hæreticum, debere
mittere Romam ad ſummum Pœnitentiarium, ad
effectum, vt eius abſolutionem confeſſario idoneo
in partibus committat.

TITVLVS III.

De Apoſtaſia, & Schiſmate.

SVMMARIVM.

1 *Ætymologia Apoſtaſiæ, eiuſdem. & ſpecies, & n.2.*
3 *Apoſtata dicitur, qui à fide Chriſtiana totaliter
recedit; num.4.*

5 *Hæreſis*

5 *Hæreſis eſt receſſus à fide partialis, Apoſtaſia totalis.*
6 *Sacrificans Dæmoni eſt Apoſtata, item, & reiterans Baptiſmum, num.7.*
8 *Apoſtaſia non eſt ſpecie diſtincta ab hæreſi.*
9 *Baptizatus nulliter transferens ſe ad ſectam Iudæorum, num dici poſſit apoſtata, remiſſiuè.*
10 *Transeuntes ad ſectam Iudæorum, vel Saracenorum ſunt Apoſtatæ, & de ritu Iudæorum in recipiendo Chriſtianos, num.11.*
12 *Ex quibus Iudæus baptizatus præſumitur defeciſſe à fide.*
13 *Quis ſit Iudex Apoſtaſiæ, vbi refellitur quædam Ordinatio Regni Portugalliæ, & qua ratione olim Imperatores pœnas conſtituerint in hæreticos, & Apoſtatas.*
14 *Declarantur ſupradicta in materia Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ.*
15 *Cum agitur de Quæſtione facti principaliter Laicus eſt incapax.*
16 *Quæſtio facti habet admixtam quæſtionem Iuris in hoc crimine hæreſis.*
17 *Cum quæſtio facti proponitur incidenter adhuc diſtinguitur, & ſeq.*
20 *DD. referuntur, qui de hac materia loquuntur.*
21 *Quomodo Iudex Laicus poſſit cognoſcere de exceptione excommunicationis.*
22 *Apoſtata an ad miſericordiam recipiendi.*
23 *Intellectus* l.5.Cod.de Apoſtatis.
24 *De Apoſtatarum tortura, & abiuratione.*
25 *Apoſtatæ puniuntur pœnis hæreticorum, & an in hoc crimine, & etiam in crimine hæreſis ſit locus remiſſioni.*
26 *Ætymologia ſchiſmatis.*
27 *Schiſma quid ſit.*
28 *Schiſmaticus eſt faciens Synodos generales inuito Summo Pontifice, itẽ renuens communicare membris Eccleſiæ, & 29.*
30 *Excommunicatus non eſt ſchiſmaticus.*
31 *Differentia inter hæreſim, & ſchiſma.*
32 *Schiſmatici alij ſunt diuiſi ab Eccleſia, quoad obedientiam tantùm, alij etiam quoad credulitatem, & hi hæretici ſunt: alij ſunt diuiſi ab Eccleſia, quia ignoranter putant aliquem eſſe Summum Pontificem qui Canonicè non eſt electus, & ſeq.*
34 *Schiſmatici ſecundi generis ſunt hæretici, & vti tales iudicandi.*
35 *Schiſmatici primi generis ſunt ſuſpecti de hæreſi & qualiter, & ſeq.*
38 *Conſtito de ſchiſmate, reus torquendus eſt, ſuper credulitate ſua.*
39 *Item abiurare debet ſchiſma.*
40 *De ſchiſmate nec confeſſus nec conuictus torquetur pro veritate habenda, & abiurat ſchiſma ad formam ſuſpectorum de hæreſi.*
41 *In caſu in quo quis ſit ſuſpectus de ſchiſmate non poteſt cogi ad abiurandum, vti ſuſpectus de hæreſi.*
42 *Prima pœna ſchiſmaticorum eſt, priuatio Eccleſiaſticæ poteſtatis.*
43 *An, hæc pœna habeat locum in ſchiſmatico, non denunciato.*
44 *Secunda pœna eſt excommunicatio Bullæ Cœnæ, quæ comprehendit ſchiſmaticos ſolo opere exteriori, non autem mentales ſolùm, & duobus ſeq.*
47 *An ſchiſmatici primi generis incurrant excommunicationem prædicta Bulla.*
48 *Tertia pœna eſt, inhabilitas ad beneficia.*
49 *Quarta pœna eſt, pœna mortis, & de aliis pœ-*

Carena de Offic. Inquiſit.

nis remiſſiuè vbi de fautoribus ſchiſmaticorum, & num. ſequentibus.
51 *Vltra pœnas de quibus ſupra, aliis etiam pœnis punitur ſchiſmaticus, & quibus.*
52 *Aliquando traditur Brachio ſæculari cum eſt Impœnitens.*
53 *Dubitans de validitate ſui Baptiſmi, eſt baptizandus ſub conditione.*
54 *Character Sacramenti ordinis neceſſariò præſupponit characterem baptiſmi.*
55 L.Barbarius, ff.de officio Præſid. *in materia Sacram.non habet locum,num.56.*
57 *Sacerdos, vel Epiſcopus dubitans de ſuo Baptiſmo eſt iterum baptizandus ſub conditione, & cogendus ad iterum ordines ſuſcipiendos, num.58.*
59 *Profeſſus in Religione, in caſu inualiditatis ſui baptiſmi eſt cogendus ad iterum profitendum.*
60 *De Sacerdote inualidè baptizato conſecrante, egregia doctrina Angelici Doctoris.*
61 *Circumſtantia Apoſtaſiæ num in confeſſione neceſſariò explicanda, num. ſequent. & num. 67. vbi etiam, num Apoſtaſia exterior tantum habeat annexam excommunicationem Bullæ Cœnæ.*
62 *Circumſtantiæ aggrauantes intra eandem ſpeciem ſecundum vnam opinionem non ſunt neceſſariò explicandæ in confeſſione, ſed contraria opinio eſt verior, ex Tridentino Concilio, & ſeq.*
65 *Hæc contraria opinio intelligitur de circumſtantiis notabiliter aggrauantibus.*
66 *Prima tamen opinio poſſet practicari in pœnitente de recenti conuerſo, & ſcrupulis vexato.*
68 *Locus Prouerb.6.vbi ſtatus Apoſtatæ deſcribitur.*
69 *Quomodo ſe gerere debet confeſſarius, cum ſchiſma habet hæreſim coniunctam.*
70 *Differentia inter excommunicationem latam in ſchiſmaticos & in hæreticos.*
71 *Defenſores, &c. ſchiſmaticorum ligantur excommunicatione nulli reſeruata.*
72 *Quid conſulere debet confeſſarius pœnitenti, exiſtentibus duobus Summis Pontificibus.*
73 *Sit ne ſchiſmaticus an hæreticus tenens non eſſe de fide, hunc numero Papam eſſe verum Pontificem.*
74 *Quid exiget confeſſarius à ſchiſmatico in confeſſione.*
75 *Grauitas delicti ſchiſmatis, ex quibus colligatur, & ſequent.*
76 *Monitum aureum B. Antonij Magni, ex Sancto Athanaſio.*

APoſtaſia Græca vox eſt, quæ Latinè idem ſignificat, quod elongatio, vel rebellio, vti dixerunt Decian. *in tract. crimin.lib. 5. capite ſeptuageſimo, numero primo*, & Ricciull. *de iure perſon. extr. Eccl. gremium exiſt.lib. 6. cap. 1.* 1.

Et ſicuti quatuor ſunt modi, quibus Deo iungimur, per fidem, per obedientiam, per Ordinem ſeu Clericatum, & per Religionem: ita ſecundum quadruplicem à Deo receſſum quatuor aſſignantur Apoſtatarum ſpecies, nam quidam dicuntur Apoſtatæ à Fide, quidam ab Ordine quidam ab obedientia, & quidam à Religione, Leonardus Duard. *ad Bullam Cœnæ, lib. 2. can. 1. quæſtion. 9. n. 4. & ſequent.* 2.

Hoc autem loco de ſolis Apoſtatis à Fide nobis eſt pertractandum.

***

§. I.

Quid ſit Apoſtaſia à Fide, in quo differat ab hæreſi,

APoſtata à Fide dicitur, qui à tota fide Chriſtiana recedens ad aliam ſectam, puta Turcarum, &c. ſeſe transfert, & in hoc differt ab hæretico, qui licèt neget aliquos articulos, tamen in reliquis, & fidem retinet, & Chriſtiani nomen, ita DD. *in l. 1. & 2. Cod. de Apoſt.* Farin. *de hæreſi, q. 183. n. 13.* Lud. à Paramo *de Orig. S. Officij, lib. 3. q. 3. n. 17.* vbi ait apoſtaſiam eſſe totalem temerarium receſſum à fide Catholica Ricciull. *de Iure perſonarum, lib. 6. cap. 2. num. 1.* Sanch. *in ſumm. lib. 2. cap. 7. num. 16.* vbi quod in Apoſtaſia duo poſſunt conſiderari, primò, receſſus totalis temerarius à fide ſemel ſuſcepta, & hoc eſt eſſentiale in Apoſtaſia Secundò, conuerſio ad aliquam aliam ſectam, & hoc eſt accidentale ex eo, quod primum poteſt reperiri, ſine ſecundo, & erit vera Apoſtaſia, quod etiam voluit, Sanctarell. alios cumulans *de hæreſi, cap. 2. dub. 1. num. 1.* & poſt hæc ſcripta viſus Reuerendiſſ. Dominus meus, ac conciuis, Pueronus meritiſſimus Abb. Generalis Montis Oliueti *in ſuis Eruditiſſ. comm. in Bullam Cœnæ, capite primo, numero trigeſimo tertio, & trigeſimo quarto.*

4. Et licèt Surez *de fide, diſput. 16. ſect. 5.* exiſtimauerit hæreticum deficientem à fide verè, & propriè dici Apoſtatam, attamen ſumendo Apoſtatæ nomen vt communiter à DD. ſumi conſueuit, ſcilicet pro totali receſſu à fide, clarum eſt, quod Suares natat contra torrentem DD. vti etiam ipſe Paulò poſt animaduertit, *n. 6.* Ex quibus

5. Colligitur primò, primariam differentiam inter hæreſim, & Apoſtaſiam eſſe, quod hæc dicit totalem receſſum à fide Catholica, illa verò non totalem, ſed partialem, Royas, *de hæret. 1. p. n. 485.* Ricciull. *d. lib. 6. cap. 2. num. 5.* & Sanctarell. qui alios cumulat *de hæreſi, cap. 2. n. 1.* verſ. *Ex dictis ſequitur,* Azeued. *ad Regias Hiſpan. Conſt. Noua recopil. libro octauo,* titul. 2. *de los Iudios, lego ſecunda, numero tertio, & ſeq.*

6. Colligitur, ſecundò, quod ſacrificans Dæmoni, vel Idolis, & ſe tradens Dæmoni eſt Apoſtata D. Thom. 2. 2. *q.* 12. *art.* 1. vbi etiam, quod Chriſtianos adorans ſepulchrum Mahumetis eſt Apoſtata, Decian. *tractat. Crimin. lib. 5. cap. 72. n. 3.* Ricciull. *d. c. 2. num. 3.* & Farin. *de hæreſi, q. 183. num. 17.* vbi de vouentibus ſe Diabolo propria malitia ſcientes illum eſſe Diabolum, Dei inimiciſſimum.

7. Colligitur tertiò, reiterantes Baptiſmum eſſe Apoſtatas, quoniam, vt dicit Abb. *in rubricis. de Apoſtatis,* videntur à priore Baptiſmate recedere, ita DD. Canoniſtæ *in d. Rubr. de Apoſt. & reiterantibus Baptiſmum,* & Ciuiliſtæ *in l. 1. Cod. Ne Sanctum Baptiſma iteretur,* vbi Peña 1. *part. Direct. comm.* 12. & 13. Farin. *dict. q. 183. n.* 18. qui alios allegat, & nouiſſ. Paolus Chriſtineus *Deciſ. Supremæ Curiæ Belgicæ. tom. 2. deciſ. 38. ſuper dictum tit. Cod. ne Sanctum Baptiſma iteretur.*

8. Colligitur quartò, Apoſtaſiæ Crimen non eſſe ſpecie diſtinctum ab hæreſi, ſed tantummodo importare circumſtantiam magis aggrauantem, intra tamen eandem ſpeciem, ita Alphonſ. à Caſtro *de iuſt. hæret. punit. lib. 1. c. 7.* Peña *p. 2. com. 74.* Sanch. *in ſum. lib. 2. c. 7. n. 16.* Ricciull. *de Iure perſon. lib. 6. c. 4. n. 4.* Suar. *de fide diſp. 16. ſect. 5. in fin.* & Sanctarell. qui alios cumulat, *d. c. 2. n. 2. & ſeq.* & Azeued. *vbi ſuprà, n. 5.* Probatur autem concluſio.

Primò, quia Apoſtaſia eſt receſſus totalis, hæreſis verò ſpecialis à fide, & magis, & minus non facit differre ſpecie, igitur, &c.

Secundò, Quia ſi Apoſtaſia ſpecie differret ab hæreſi, ſequeretur aliquem per ſolam multiplicationem hæreſum, deſinere eſſe hæreticum, vt ſi hæreticus multiplicando hæreſes recederet à tota fide.

§. II.

Baptizatus nulliter, ſi ad reprobam ſectam ſe transferat, an dicatur Apoſtata.

9. DE hac quæſt. videnda ſunt ea quæ ſcripſi *in tit. de hæret. §. de ſubiecto hæreſis,* DD. autem ibi allegatis loquentibus in materia hæreſis, addo Ocham. *tract. de hæret. lib 3. c. 2. & 3.* Alphonſ. à Caſtro *de iuſt. hæret. punit. lib. 1. cap. 8. dub. 3.* & Ricciull. *de Iure perſon. extr. Eccleſiæ gremium exiſtentium, lib. 6. cap. 3.* vbi loquitur in materia Apoſtaſiæ.

§. III.

De tranſeuntibus ad ſectam Iudæorum, & Saracenorum.

10. CHriſtiani ad impias Iudæorum, & Saracenorum ſectas, ſiue tranſeuntes, ſiue redeuntes Apoſtatas eſſe propriè docuerunt, communiter Canoniſtæ, *in cap. contra Chriſtianos de hæreticis, in 6.* Eymeric. *in direct. p. 2. q. 44. & ſeq.* vbi Peña *comm. 69. & 70.* Farin. alios cumulans *de hæreſi, quæſt. 183. num. 19.* & de hac materia ſunt duæ Bullæ Pontificiæ. Altera Nicolai IV. Incip. *Turbato corde.* Altera Gregor. XI. Incip. *Admodum dolenter,* quæ impreſſæ habentur, apud Eymericum *locis citatis.*

Ac proinde contra hos procedere poſſunt omnes, qui ſunt in cauſis Apoſtaſiæ Iudices competentes, ſicuti etiam poſſunt procedere contra Iudæos, & Saracenos ſuadentes Chriſtianis, vt ad eorum ſectam, vel tranſeant, vel redeant, vt latè dixi, & probaui *in tit. de Iudæis, §. in 5. & 6.* Caſu Bullæ Greg. XIII. Incip. *Antiqua Iudæorum.*

11. De Ritu autem, quo Iudæi vtuntur, cum Chriſtianos recipiunt, videndi ſunt Eymeric. *in Direct. p. 2. q. 44. n. 6.* vbi latè Peña *ſub littera F, G, H, & I.*

12. Ex quibus coniecturis, ſignis, & præſumptionibus an Chriſtiani, vel Iudæi baptizati, ad Iudaiſmum rediiſſe colligantur, videndi ſunt Crauett. *conſ. 73. vol. 1.* Alciat. *reſp. 478.* ſecundum impreſſionem Lugdunenſem, & Menoch. *de Arbitrar. Iudicum centur. 6. caſ. 547.*

Quid etiam dicendum ſit de tranſeunte ad haſce ſectas metu mortis me remitto ad ea quæ dixi *tit. de Hæreticis, in §. an ſit hæreticus, qui metu compulſus aliquid hæreticale committit.*

§. IV.

Quis ſit Iudex huius criminis.

13. Clariſſimũ eſt, in hoc Apoſtaſiæ crimine Iudicem competentem eſſe hæreticæ prauitatis Inquiſitores vti dixit Oldrad. *conſ. 36. colum. 1.* verſ. *ad primum Articulum* Menoch. *de Arbitr. Iud. cent. 6. caſ. 546. num. 4.* & Farin. qui alios allegat *de hæreſi, q. 183. num. 11.* ita tamen, vt ſimul cum ordinariis Eccleſiaſticis procedant, modo à Sacris Canoni-

bus

bus præſcripto de quo *part.* 3. latiſſimè tractabimus ex quo colligitur quèm erronea ſit Ordinario Regni Luſitaniæ,*l.5.t.2.§. fin.* qua videtur probari poſſe Iudicem Laicum iudicare de Apoſtaſia. Quia etiam ſi de ea notoriè conſtaret,& vlterius Apoſtata nollet pœnitere, adhuc Laicus eum punire non poſſet,niſi poſtquam Iudex Eccleſiaſticus eum ſibi remiſerit,c.,*vt Inquiſitionis §.prohibemus,de hæret.in* 6.& latè ordinationem illam impugnat. Barboſ. Luſitanus *in l.Titia, num.55.ſol.matr.*

Addo ego non poſſe dari caſum Apoſtaſiæ, tam notoriæ, quin ſaltem ſit Apoſtata interrogandus, & torquendus ſuper Complicibus,quod ſine difficultate ſpectat ad Inquiſitores, & Iudices Eccleſiaſticos, & cum Apoſtaſia ſit ſpecies hæreſis,& in hæreſi Laicus nullo modo ſit Iudex competens,vt *p.*1.videbimus, & latiſſimè pro nunc docuerunt DD.longa ſerie relati per Scotiam *in ſelectas Rom. Pontif.Conſt. Epit.*10. *Theorem.* 34. neque in Apoſtaſiæ crimine vllo modo poterit ſe ingerere,atque ita in hæreſi, & Apoſtaſia quantumuis notoria, & carente omni dubio Iuris, & facti, docuit aliis relatis, Capiblanch. *de Baronibus, & eorum Officio*,Pragmatica 8.1.*part. n.*95.verſ.*Sed verior fuit*.in vltima editione.

Neque obſtat quod contra hæreticos,& Apoſtatas Imperatores varias legibus ſuis pœnas conſtituerint. Quia leges illæ latæ fuerunt ab Imperatoribus,non vti Iudicibus Competentibus, ſed vti protectoribus
13 Eccleſiæ,*Debet enim*,inquit D.Leo in Epiſt.75. (ad Leonem Auguſtum)*Imperator incunctanter aduertere Regiã poteſtatẽ non ſibi ſolum ad mundi regimen,ſed maximè ad Eccleſiæ præſidiũ eſſe collatam,vt auſus temerarios comprimendo,& quæ bene ſtatuta ſunt defendat,& veram pacem iis,quæ ſunt turbata reſtituat.*

Ad materiã autem hanc,& intellectum dicti capituli,*vt Inquiſitionis,§.prohibemus,de hæret.in* 6.videndi erunt Diana *reſol.Moral. part.3.tract.1.reſol.2.& p.4.tract.1.reſol.*12.cum vtrobique allegatis per eum. Quibus addo ego Seſſe, *de inhibit.Iuſtitiæ Reg.Arag. c.30.n.*2.Morlam *in emporio Iuris.tom.1.tit.1. de iuriſdict.omnium Iudicum,n.*136.Chriſtoph.de Anguian *de leg.& conſtit.principum lib.3.tom.1.contron.*31 *n.* 8. *& 9.*Fontanellam *de pactis nup.claſ.4.gloſ.13.part.2. n.41.t.1.*Sebaſtian Ximenes *in ſuis concordan.t. 2. ad dict.§. prohibemus* Ferdin. de Caſtr.Pal *in opere morali,t.1.tr.4 diſp.8.punct.14.per tot.* & Bobadill *in ſua Politic.lib.2.c.17.por la Iuriſdicion Eccleſiaſtica,n.*71.

§. V.

In quo magis declaratur, quomodo Iudex Laicus,in cauſis hæreſis,& Apoſtaſiæ ſit incapax, etiam in quæſtione facti.

14\.

QVæ huc vſque dicta ſunt de incapacitate Laici Iudicis in cognoſcenda controuerſia facti in materia hæreſis vel Apoſtaſiæ non ſunt ita ad literam, & Iudaicè intelligenda, vt ſemper,& quandocumque Laicus Iudex ab his quæſtionibus facti ſit repellendus.

Hoc enim modo arbitror poſſe commodè diſtingui, ſalua ſemper determinatione S. Matris Eccleſiæ, & Congregationis Supremæ S.Officij de Vrbe, cui
15\. me,& omnia ſcripta mea humiliſſimè ſubiicio.

Aut agitur de quæſtione facti,in materia hæreſis, & Apoſtaſiæ principaliter ad effectum puniendi hæreticum,vel Apoſtatam, & in hoc caſu ego conſtantiſſimè dico Laicum in hac controuerſia facti eſſe omnino incapacem ex diſpoſitione dicti §.*Probibemus*,in verbo *quoquomodo*,quod cùm ſit generale,& vniuerſale vtique eſt aptum comprehendere tam quæſtionem facti, quàm iuris.

Carena de Offic. Inquiſit.

Accedunt rationes ſuprà allegatæ,quod hæreticus, & Apoſtata ſunt torquendi ſuper complicibus,quod eſt munus Inquiſitorum, & Iudicis Eccleſiaſtici, ex dictis in titulo primo, §. 23. 16.

Vlterius facit ratio Fontanel.,*de pact.nupt. cla. 4. gloſ.13.p.2.n.41 tom.1.*quod huiuſmodi Quæſtiones facti in hac materia,cum agitantur in ordine ad hæreticum puniendum,ſemper habent admixtam quæſtionem Iuris, quo caſu Iudex Laicus eſt omnino incapax. 17.

Aut tractatur de quæſtione facti omnino ſeiuncta, à quacunque Quæſtione Iuris,incidenter,& per modum exceptionis oppoſita in iudicio coram Iudice Laico, non ad effectum Hæreticum puniendi principaliter,ſed ad effectum non admittendi eum in iudicio,vel excludendi eius filios ab aliquibus,dignitatibus,& muneribus honorificis, & tunc adhuc ego diſtinguerem. 18.

Vel oppoſitio ſit hoc modo. Excipio, quod tu es hæreticus, quia v.gr.tali die docuiſti talem propoſitionem hæreticam, & tunc in cognitione iſtius exceptionis nullo modo debet ſe ingerere Laicus,quia exceptio illa requirit maximam diſcuſſionem, etiam articulorum iuris, non enim ex eo, quod quis proferi propoſitionem hæreticam rectè infertur, ergo eſt hæreticus, quia poteſt eſſe quod quia eam proferat, vel metu, vel iracundia, vel ex ignorantia, quo caſu ſolus Eccleſiaſticus eſt competens. 19.

Vel opponitur dicta exceptio hoc modo dicendo, non debes audiri in iudicio, quia fuiſti declaratus à Iudicibus Eccleſiaſticis hæreticus, & in hoc caſu arbitrarer poſſe Iudicem Laicum examinare teſtes, qui fuerunt præſentes, dum ille fuit à Iudicibus Eccleſiaſticis declaratus hæreticus,& condemnatus in pœnas hæreticorum, ad effectum tantummodo excludendi eum à Iudicio, ſucceſſione, dignitatibus,muneribus, &c. dummodo tamen ipſe non opponeret de inualiditate dictæ denunciationis, nam in hoc caſu, vtique remittenda eſſet huiuſce rei cognitio ad ſuos Iudices Eccleſiaſticos.

Et breuiter repetendo ea quæ huc vſque dicta ſunt, ſentio Iudicem Laicum non poſſe eſſe Iudicem Quæſtionis facti, an aliquis ſit, vel fuerit hæreticus, ſed tantummodò quæſtionis facti per modum exceptionis oppoſitæ,an ſit,vel fuerit à iudicibus Eccleſiaſticis cõdemnatus,& denonciatus hæreticus. 20.

Ita in effectu videtur diſtinxiſſe Morla *in Empor. iuris*, 1. *p. tit.* 2. *de Iuriſdict. omnium Iudicum in princip. num.* 136.*in fin.* vbi dixit verba Textus in d. §. *Probibemus*, ibi, *quoquomodo* poſſe referri ad factum,ſeu ad Quæſtionem facti,vbi de ea principaliter ageretur non incidenter, & in conſequentiam.

Probatur noſtra aſſertio, Primò, quia in hac cognitione agitur de ſolo ſeiuncto ab omni iuris controuerſia,cumque de eo agatur incidenter, & non ad effectum puniendi hæreticum principaliter ceſſant omnes rationes ſuprà conſideratæ pro incapacitate Iudicis Laici. 21.

Secundò probatur ex eo, quod Canoniſtæ paſſim docent de excommunicatione, quæ cum ſit ſpiritualis pœna, vtique ad Eccleſiaſticos Iudices ſpectat, non ſolum eius ſententiæ prolatio, ſed etiam eiuſdem excommunicationis cognitio.Si tamen coram Iudice ſæculari opponatur Actori. Tu non potes ſtare in Iudicio, vt actor, quia tu es excommunicatus iuxta textum in capite *intelleximus de Iudic.* vbi moder. Barboſ. plurimos DD.allegat, tunc magis communiter ſic diſtinguitur.

Aut actor reo ſibi opponenti de excommunicatione teplicat de eius inualiditate, aut (nihil de inualiditate opponens) teplicat non conſtare ſe fuiſſe excommunicatum. in hoc ſecundo caſu, cum agatur de probando mero facto, an ſcilicet actor fuerit à Iudice Ecelcſiaſtico excommunicatus, vel denunciatus, poterit vtique Iudex Laicus teſtes recipere, & de eo mero facto cognoſcere, an ſcilicet reus rectè exceptionem ſuam quoad factum merum tantum probauerit.

Primo verò caſu, quia quæſtione facti adeſt admixta Iuris controuerſia, vtique tota illius rei cognitio remittenda erit ad Eccleſiaſticum, Franch. *in cap. 1. §. ſi quis igitur*, verſ. *an Iudex ſæcularis, de except. in* 6. cum aliis longa manu cumulatis per Riciull. *de iur. perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, lib. 4. cap. 31. n. 15. & 16.*

Quia tamen res hæc admodum periculoſa eſt, omnia quæ huc vſque dicta ſunt ſubiecta ſemper intelliguntur declarationi Eminentiſſ. DD. Cardinalium Supremorum Inquiſitorum & Iudicio quorumcumque piorum, & doctorum virorum.

§. VI.

An Apoſtatæ pænitentes ad miſericordiam ſint recipiendi.

MAthæus, de Afflict. *in conſt. Regni Siciliæ t. 3.* Nicol. Arclat. *de hæret Notab.* 44. & alij nonnulli, tenuerunt Apoſtatas etiam conuerſos, & pœnitentes ab Eccleſia ad miſericordiam recipiendos non eſſe, mori ex diſpoſitione text. *l. 3. Cod. de Apoſt.* ibi, *nec horum flagitium obliterabitur pænitentia*, & infrà, *lapſis etenim & errantibus ſubuenitur, perditis verò, hoc eſt S. Baptiſma profanantibus nullo remedio pænitentia ſuccurritur.*

21. Verùm contraria ſententia certiſſima eſt, & probatur ex verbis Siricij Papæ *Epiſtola* 1 *cap.* 3. relatis per Peña *p. 2. com.* 74. verſ. *Et hanc ſententiam*, vbi etiam Peña atteſtatur, ita in praxi obſeruari Simanch. *de Cath. Inſt. t. 7. de Apoſtatis, n. 3. & 4.* Menoch *arbitr. Iudicum, caſ. 546. n. 19. & 20* Ricciull. *de Iure perſon. extr. Eccleſ. gremium exiſtentium, l. 6. c. 4. n. 11.* & Sanctar. *de hæreſ. c. 2. dub. 5. n. 4. & 5.* latiſſimè Farin. *q. 192. de hæreſ. n. 14. ſeq.* Chriſtineus *deciſionum Supremæ Curiæ Belgicæ, vol. 2. deciſ. 39. n. 4.* vbi quod, hæc opinio certa eſt, licet de Iure Ciuili contraria opinio Afflicti ſit verior.

23. Quoad text. verò *in d. leg. 3. C. de Apoſtol.* Royas *in tract. de hæret. 1. p. n. 496.* allegans gloſſ. fin. *in cap. fin. diſt.* 29. ait eos ineptos eſſe qui canones, & leges concordandas dicunt, vnde Alph. à Caſtro *de Iuſt. Hæret. punit. lib. 1. cap. 23.* & Simanch. *dicto tit. 7. n. 4.* voluerunt, dictum textum eſſe de Iure Can. correctũ.

Mihi tamen magis placet ſententia Rimin. Iun. *inter conſ. vlt. volunt. conſ. 83. n. 20. lib. 2.* quem ſequitur Ricciull. *de Iure perſon. lib. 6. c. 4. n. 12. & 13.* quod ex textu illo, nequaquam poſſit colligi, & probari opinio Arclaten. & Afflict. nam non dicit tex. *quod Apoſt.* redeuntes vita mulctentur, ſed tantum excludit pœnitentiam, quoad alias pœnas in eo textu nominatas.

§. VII.

De tortura, & abiuratione Apoſtatarum.

24. DE Apoſtatarum tortura, & abiuratione prorſus ſuperuacaneum eſt hoc loco diſſerere, quoniam in his, omnia quæ de Hæreticis dicta ſunt locum habent, vti etiam notauit Simanch. *de Cathol. Inſtit. tit. 7. n. 6.*

§. VIII.

De pœnis Apoſtatarum.

BReuiter, in hac re dicendum Apoſtatas iiſdem pœnis ſubiacere, quibus Hæretici ſubiacent. Et 25.
ideo Apoſtatæ ſunt irregulares, excommunicati, omnis dignitatis incapaces, eorum bona confiſcantur, ſubditi, & vaſſalli liberi à Iuramento fidelitatis, teſtari nequeunt, hæredes inſtitui non poſſunt; à teſtimonio ferendo repelluntur, nec vllo modo contrahere queunt, latiſſimè Menoch. *de Arbitr. Iudicum. Cent. 6. caſ. 546. à num. 1. vſque ad num.* 24. Farin. *de Hæreſi, quæſt. 182. à numer. 34. vſque ad num.* 53. Sanctarell. *de hæreſi, cap. 2. dub. 5. concluſ. 3. num.* 6. Locat. *Repert. Inquiſit.* & Comenſ. *in Lucerna*, in verbo *Apoſtata.* Circa excommunicationem tamen Apoſtatarum., notandum, quod licet Apoſtatæ ſint etiam veri hæretici, attamen vnica excommunicatione ligantur non duplici, vti doctiſſimè notauit Reuerendiſſimus Conciuis meus, vnicum Religionis ſuæ Decus, Pater Pueronus Abbas Generalis Monachorum Montis Oliueti, *in ſuis commentariis in Bullam Cœnæ, cap. 1. num.* 35. qui alios cumulat, Scortia Theoremate 40. qui alios citat, Layman. *in ſumm. lib. 2. tract. 1. cap. 16. num. 4*

Hoc loco etiam quæri poſſet, vbi Apoſtatæ debeant puniri, ſicut & Hæretici, & an in his delictis locus ſit remiſſioni. In quo dic, quod regulariter Apoſtatæ, & hæretici remittuntur Inquiſitoribus eius loci, vbi Hæreſis primùm exteriùs manifeſtata fuit, tunc enim cœpit Hæreſis ſubiici iudicio Eccleſiæ Molinus *de brachio ſæculari, lib. 3. cap.* 44. qui alios cumulat, ſi tamen Romæ eſſet Hæreticus deprehenſus, nullo modo remittendus eſſet ad Inquiſitores loci, vbi Hæreſis fuit contracta, quia regulariter non ſit remiſſio de maiori Tribunali, ad minus, Oldrad. *conſ.* 124. optimè Marcus Ant. Amid. *tom. 3. eius Votorum, caſu* 12. vbi quod cum ipſe eſſet ex Conſultoribus Supremi Tribunalis de vrbe, de anno 1591. die 29. Auguſti, omnes fere Eminentiſſimi Cardinales, & Reuerendiſſimi Prælati, cenſuerunt non eſſe locum remiſſioni, de Tribunali Vrbis, ad Tribunalia inferiora Inquiſitorum.

§. IX.

De Schiſmate.

SChiſma græca vox eſt, quæ Latinè ſciſſuram ſignificat, iuxta illud ad Corinth. 1. capite ſe- 26.
cundo, *Audio ſciſſuras inter vos eſſe*, latè Duardus ad Bullam Cœnæ, *libro ſecundo*, *Can.* 1. *quæſtione quinquageſima ſexta*, *numero primo*, & alij *infrà* allegandi.

De atrocitate huiuſce criminis videndi ſunt Decian. *in tractatu Criminalium, tomo primo, libro quinto, capite ſexageſimo tertio*, Farin. *de hæreſi*, *quæſtione* 184. *in principio*, & Duard. *loco allegato*, & *maximè numero tertio*, vbi, quod ſchiſmatici dicuntur deteriores illis, qui Chriſtum crucifixerunt; cum illi, nec tunicam Domini inconſutilem ſcindere, nec eiuſdem oſſa confringere fuerint auſi, hi verò Eccleſiam eius, in illius tunica, & oſſibus configuratam lacerant, & diſrumpunt

rumpunt, Suar. *de Charit. diſp.12.ſect.* 1. Salcedo *in praxi, ad cap.* 115. *Diaz.* Origen. *Homil.* 9. *in Ezechiel*, vbi dixit Hæreſim, & ſchiſma, eſſe ſorores.

§. X.

Quid, & quotuplex ſit ſchiſma.

27. DEfinitur Schiſma à Theologis comm. cum S. Thom. in 2.2. q. 39. art. 1. vt ſit, *voluntaria, & pertinax ſubtractio, & ſeparatio ab obedientia vniuerſalis Eccleſiæ, vel Summi Pontificis, qui principem in Eccleſia locum tenet*, Bonac. *in Bullam Cœnæ, diſp.* 1. *quæſt.* 3. *puncto.* 5. *n.* 2. *cum alleg.* ab eo P. Pueronus *in Bulla Cœna, c.* 1. *n.* 226 ex qua definitione.

28. Colligitur primò, illum eſſe Schiſmaticum qui contempto Summo Pontifice facit, aut facere intendit Synodos generales, & Epiſcopos conſtituere, & nouas conſtitutiones facere, Farin. *de Hæreſi, quæſt.* 184. *num.* 8. Sanctar. *de Hæreſi, cap.* 43. *num.* 3. *circa medium.* Duard. *d.q.* 56. *num.* 7. Bonac. *vbi ſuprà num.* 2. *verſ. decimo.*

29. Secundò colligitur, illos eſſe Schiſmaticos qui communicare renuunt membris Eccleſiæ, Sanch. *in ſumm. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 2. Duard. *numer.* 9. Farin. *num.* 9.

30. Tertiò colligitur, excommunicatum, non eſſe Schiſmaticum, quia hic non intendit ſe ſubtrahere ab obedientia Summi Pontificis, Duard. *loco citato, num.* 4. verſ. *Imo*, Sanctar. *n.* 9. Nec illum, qui renuit obedire Papæ, ob grauitatem rei, quam præcipit, vel ob odium particulare ipſius, vel non vti Papæ, ſed vti Domino temporali, v. g. Ciuitatis Buniæ, ita Sanch. *dicto cap.* 36. *num.* 3. *&* 4. Quia de ratione Schiſmatis eſt, quod Schiſmaticus ſe ſubtrahat ab obedientia Summi Pontificis, vti Summus Pontifex eſt, Bonac. *vbi ſupra num.* 2.

31. Quartò colligitur, præcipuam differentiam inter Hæreſim, & Schiſma, eſſe quod Hæreſis formaliter conſiſtit in negatione doctrinæ fidei, & ſic opponitur fidei, ſchiſma verò conſiſtit in repugnantia Vnioni corporis Eccleſiæ. & ſic opponitur principaliter virtuti Charitatis, ita Suar. *de virtute Theol. in tractatu de Charit. diſp.* 12. *ſectione.* 1. & Sanch. *dicto c.* 36. *num.* 7. *&* 8. qui alios allegant.

Ex quo ſequitur, quod omnis Hæreticus eſt Schiſmaticus, quia Hæreticus non credendo Eccleſiæ, ſe ſeparat ab illius vnitate, & ex eo, quod non credit, Hæreticus dicitur, ex eo verò, quod ab Eccleſiæ vnitate ſe ſeparat, Schiſmaticus appellatur, non tamen omnis Schiſmaticus Hæreticus eſt, quia poteſt eſſe quod quis credat omnibus fidei articulis, & Summum Pontificem eſſe caput Eccleſiæ, & tamen ei nolit ex propriæ voluntatis malitia obedire, ita D. Thom. *dicta quæſt.* 39. *artic.* 1. ad tertium, Sanch. *loco citato*; *n.* 8. Sanctar. qui alios cumulat, *dict. cap.* 47. *n.* 7. latiſſimè Azeued. *ad Regias Hiſp. Conſt. Nou. recompil.* l. 8. *tit.* 3. *leg. prima. n* 44. *& pluribus ſeq.* qui in hac materia omnino videatur, & hinc oritur axioma D. Hier. ſuper Epiſtola D. Pauli ad Galatas, quod Hæreſis peruerſum Dogma docet, ſchiſma ab Eccleſia ſeparat, de quo Marius Alterius *de cenſuris tom.* 1. *diſp.* 2. *lib.* 5. *c.* 9. verſ. *Nauar.* in *Manual.* Bene Gotofred. Abauo *in ſua Theoric. ex praxi crimin in §. Hæreſis, num.* 48.

32. Schiſmatici ſunt in duplici differentia, alij namque diuiſi ſunt ab Eccleſia, quoad obedientiam ſolum, vtpote, quia cum nullum habeant in fide errorem, moti malitia, ſuperbia, vel auaritia deuiant ad obedientia Eccleſiæ: Alij verò ſunt diuiſi ab Eccleſia, & quo ad obedientiam, & quia nolunt determinationibus Eccleſiæ credere, & hi propriè ſunt Hæretici, hæc Magiſtralis diuiſio Schiſmaticorum fuit D. Tho. *in* 2.2 *quæſt.* 39. *art.* 1. *ad tertium*, & eam ſequuti fuerunt Eymericus *in Direct. p.* 2. *quæſt.* 48. *n.* 1. Pegn. *ibi*, Simanch. *de Cath. Inſt. tit.* 58. *Schiſm. n.* 4. *& in Enchir. violatæ Relig. tit.* 5. *n.* 2. Suar. *de Charit diſp.* 12. *ſect.* 1. *n* 2. Farin *d.q.* 184. *n.* 14. & Ricciull. *de Iure perſon.* l. 8 *c.* 1. *n.* 17. *& ſeq.*

Tertium Schiſmaticorum genus, ex Simanch. Pegn. Farin. & Ricc. *locis cit.* addi poteſt, illorum ſcilicet qui probabili, vel inſuperabili ignorantia ducti, putant aliquem eſſe Summ. Pontificem, qui rectè electus non eſt, quod tunc euenire ſolet cum plures de Papatu diſputant, & neque Hæretici ſunt, neque de hæreſi ſuſpecti, ſed hi non niſi impropriè ſchiſmatici, dici poſſunt, nec vllas à iure pœnas incurrunt. 33.

Quo ad ſecundum Schiſmaticorum genus attinet, quoniam conſummati ſunt Hæretici, in illis iudicandis, & puniendis non eſt multa difficultas, cum per omnia ſint, vt Hæretici tractandi, vt animaduertit Pegn. dicta com. 73. ſub litera B, ideo de primo tantùm genere nuncnobis pertractandum eſt. 34.

§. XI.

An Schiſmatici primi generis ſint de Hæreſi, & qualiter, & an torqueri debeant, & abiurare.

VBi Schiſmatica, ibi eſſe Hæreſes, & diſſenſiones, dicebat Origenes *ſuprà* alleg. *Homilia* 9. *in Ezechielem.* Vnde non mirum, ſi ſchiſmatici primi generis, licèt ſe ſe Chriſtianos profiteantur, tamen ſint de hæreſi ſuſpecti, Bonac. *vbi ſupra puncto* 5. *n.* 1. verſ *Obſerua tamen*, re enim ipſa, & facto, palam oſtendunt ſe credere. Quod extra Eccleſiam ſit ſalus; Quod Summo Pontifici non ſit parendum, Quod Vnitas Eccleſiæ poſſit ſcindi. & multa alia eiuſdem generis hæretica, & erronea, vt egregiè, docuit Simanch. *de Cathol. Inſt. tit.* 58. *n.* 6. vnde contra eos procedit Sanctum Officium, vt notorium eſt, Peirin *in Priuil. Minorum, tom.* 2. *ad conſt.* 9. *Pauli V. n.* 4. 35.

An autem ſint ſuſpecti de hæreſi leuiter, vel vehementer? Dicendum eſt, quod regulariter ſunt ſuſpecti de vehementi, optimè Simanch. *loco cit. n.* 8. vbi quod Iudices Eccleſiaſtici in hoſce Schiſmaticos animaduertere debent, vti de hæreſi vehementer ſuſpectos. Quod idem videtur ſenſiſſe, Eymeric. *dicta q.* 48. *num.* 3. & Pegn. *ibid. comm.* 37. *ſub litera A.* vbi dixerunt hoſce ſchiſmaticos, ad minus ex ſchiſmate reddi ſuſpectos de hæreſi leuiter, quaſi velint, quod regulariter ſint ſuſpecti de vehementi, Menoch. *de Præſumptionib. libro quinto, præſumpt.* 6. *num.* 24. 36.

Et hanc eandem opinionem tenet Ferdinandus Caſtro Palao videndus *in ſuo opere Morali, tom.* 1. *tract.* 6. *diſp.* 4 *punct.* 6. *n.* 19. Quamuis enim aliquando contingat dari ſchiſma ſine errore intellectus, attamen rarò hoc accidit, Vgolin. *de Cenſur. Pont. reſeruatis, p.* 1 *in gloſſ. Necnon Schiſmaticos*, Souſa tamen in Aphoriſ. *Inquiſit.* l. 1. *c* 20. *n.* 13. hoſce Schiſmaticos regulariter eſſe ſuſpectos de hæreſi leuiter tantùm, verum allegat pro ſe Farin. *de Hæreſi, q.* 184. *numero trigeſimo quinto, & ſequent.* qui tamen non definit ibi, qualis ſuſpicio ex ſchiſ-

mate oriatur, provt nec Eymeric. & Pegna locis per nos,& Souſam allegatus, qui potiùs in noſtram videntur inclinare ſententiam.

37. Quinimò, ſi ſchiſma ſit antiquum ex eo vtique grauiſſima, & violentiſſima orietur hæreſis ſuſpicio, vt ex text. in Extrauag. *Ad certitudinem, de ſententia excomm. inter communes*, ibi, *tanquam eorumdem Græcorum Antiquorum Schiſmaticorum, & in antiquato ſchiſmate conſtitutorum, & per hoc hæreticorum*, & ibi gloſſ. quod etiam docuit Abb. in cap. *quia diligentia, num. 2. de Elect.*

38. Conſtito igitur de Schiſmate, diligenter interrogandus eſt ſchiſmaticus, ſuper credulitate ſua, an ſcilicet crediderit, Summum Pontificem Romanum eſſe caput Eccleſiæ, extra Eccleſiam eſſe poſſe ſalutem, & ſingillatim ſuper ſimilibus fidei articulis, & vbi Catholicè reſpondeat, torqueri debet, ſuper dicta ſua credulitate, eo modo quo ſolent torqueri ſuſpecti de hæreſi, & quidquid ex dicta tortura emergat, torqueri debet ſuper complicibus in crimine ſchiſmatis, iuxta notata 3. *p. tit. de Iud. & tortura, & ſuprà tit. primo, de hæreſi*, §. 18.

39. Tortura ei data Schiſmaticus abiurare debet ſchiſma formaliter, iuxta formam de qua in cap. *Quoties*, 1. *q.* 7. & Turrecremata *in ſumma, de Eccleſia, lib. 4. p.* 1. *c.* 15. Et etiam hæreſim pro modo ſuſpicionis eiuſdem, vt notauit Pegn. *dicta comm.* 73. verſ. *Sed vlterius quæritur*, & Decian. *in ſuis tract. crim. l. 5. cap.* 64. *num.* 2. Et de materia abiurationis horum ſchiſmaticorum, videndi ſunt Simanch. *de Cathol. Inſtit. tit.* 1. *num.* 15. *& ſeq.* Farin. *de Hæreſi, q.* 184. *num.* 35. & Leonard. Duard. *ad Bullam Cœnæ, lib.* 2. *Can.* 1. *quæſt.* 56. *n.* 12.

40. Vbi autem de ſchiſmate, quis nec conuictus nec confeſſus eſſet, tunc extantibus indiciis ad torturam torquendus eſſet pro veritate habenda, & vlterius vbi ex tortura nihil emergeret, pro ſuſpicionis modo ſchiſma abiurare deberet, in omnibus,& per omnia ad formam ſuſpectorum de hæreſi; nam ſicuti quoad abiurationem à pari procedunt Hæreticus formalis, & ſchiſmaticus formalis, ita etiam quoad eandem abiurationem, à pari procedere debent ſuſpectus de hæreſi, & ſuſpectus de ſchiſmate

41. In prædicto tamen caſu, quo quis de ſchiſmate, nec conuictus, nec confeſſus eſſet, ſed tantummodo ſuſpectus, non eſſet reus cogendus ad abiurandum, vti ſuſpectus de hæreſi, nam ex præſumptione non naſcitur præſumptio, ſed ex facto certo, vt ſcribit Bart. *in l.* 2. §. *Diuus*, ibi, *quod probato vero tunc præſumitur, ſubtraxiſſe*, ff. de iure fiſci, & apertius Bald. *l. Idem, & ſi, in 2. lect. de ſtatu hominum*, Ruin. *conſ.* 90. *in fin.* verſ. *ſecus autem*, *l.* 3. *& conſ.* 51. *n.* 15. *vol.* 5. vbi de communi, Mantic. *deciſ. Rotæ Rom.* 264. *num.* 10. At de ſchiſmate, ex quo oritur hæreſis ſuſpicio, non conſtat niſi præſumptiuè, igitur ex eo ſchiſmate præſumpto non poteſt oriri Hæreſis ſuſpicio.

§. XII.

De pœnis Schiſmaticorum.

42. PRima Schiſmaticorum pœna eſt priuatio Eccleſiaſticæ poteſtatis, (loquendo de poteſtate Iuriſdictionis non Ordinis) text. eſt in cap. *didicimus*, 24. *quæſt.* 1. Sanch. *in ſumm. l.* 2. *cap.* 36. *num.* 10. & Card. Tuſchus, *Pract. concl. tom.* 7. *litera S. concluſ.* 55. *num.* 1. *& ſeq.* Bonacin. *de cenſuris in ſpecie, diſp.* 1. *de cenſuris Bullæ Cœnæ*, *q.* 2. *punct.* 5. *n.* 8. Suarez *de Charitate diſp.* 12. *ſect.* 2. *n. tertio*, qui allegant.

An autem hæc pœna habeat locum in ſchiſmatico non denunciato, controuertunt ſcribentes, nam 43.

Azor. *Inſtit. Moral.* 1. *p. lib.* 8. *cap.* 20. *quæſito* 9. & Valentia, *tom.* 3. *diſp.* 3. *quæſt.* 15. *puncto* 3. exiſtimarunt ſchiſmaticum, etiam antequam ſit denunciatus carere Eccleſiaſtica Iuriſdictione. Toletus, verò, *lib.* 1 *ſumm. c.* 13. *n.* 2. & Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *quæſt.* 1. *art.* 4. Leonard. Duardus *ad Bullam Cœnæ, lib.* 2. *can.* 1. *quæſt.* 56. *n.* 13. verſ. *Quæ quidem*, & Bonacina, *in decalogum, diſp.* 3 *q.* 4. *puncto vlt* §. 5. *n.* 8. *& loco ſupra alleg. n.* 9. probabilius oppoſitum cenſuerunt, nam ex concilio Conſtantienſi, cuius conſtitutionem referunt Tolet. & Sotus *locis ſuprà citatis* nullus ex vi prohibitionis Eccleſiaſticæ vitandus eſt, niſi notorius ſit percuſſor clerici, vel nominatim denunciatus ſit reus perpetrati delicti cui eſt adiuncta communionis priuatio.

Secunda Schiſmaticorum pœna eſt excommunicatio lata in 1. Can. Bullæ Cœnæ, nam an de Iure antiquo eſſent excomm. controuerſum eſt inter DD. ita Sanch. *dicto c.* 36. *num.* 11. Duardus, *dicta quæſt.* 56. *num.* 6. Suar. *de Charitate diſp.* 12. *Sect.* 2. *num.* 1. Sanctar. *de Hæreſi, c.* 43. *n.* 8. & Farin. *de hæreſi, quæſt.* 184. *numero trigeſimo ſeptimo, & ſequentib.* Dixit Schiſmaticos eſſe excommunicatos excommunicatione Bullæ, in Can. contra Nauarr. *in Man. c.* 27. *n.* 57. qui ponit hanc excommunicationem. in 2. Canone, ſed verè Nauar. natat contra torrentem DD. & eum latè impugnauit Alter. *De Cenſur. tom.* 1. *lib.* 5. *diſputationib.* 2. *cap.* 9. *in principio.* 44.

Hæc autem excommunicatio non comprehendit Schiſmaticos ſolum mentales, Sanch. *num.* 15. Duardus, *n.* 17. nec fautores, & ſchiſmaticorum, Sanch. *n.* 16. & Duard. *n.* 8. Bonac. *dicto puncto* 5. *num.* 10. verſ. *Obſerua quartò*, licèt hi ligentur excommunicatione de qua in Bulla Pauli IV. Incip. *Cùm ex Apoſtolatus officio.* 45.

Ligantur tamen hac Bullæ Cœnæ cenſura Schiſmatici, ſolo exteriori opere, licet in eis deſit intentio ſe ſubtrahendi ab obedientia Papæ, vti docuerunt Sanch. *n.* 14. Suar. *de Cenſur. diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 13. Duard. *num.* 8 Ex quo ibi inferunt DD. Cenſura Bullæ ligari eos, qui in Anglia externæ obedientiæ ſigna exhibent erga Regem, licèt in mente credant ipſum non eſſe Chriſti Vicarium, Bonac. *vbi ſup.* verſ. *Obſerua tertiò*, *&* Marius Alterius *de cenſuram.* 1. *diſp.* 2. *lib.* 5. *c.* 9. *col.* 6. Filliuc. *q. Moral. tom.* 1 *tract.* 16. *c.* 2. *n.* 48. Pater Pueronus Abb. Generalis Monachorum Montis Oliueti, Do. ac conciuis meus, in comm. ſuis eruditiſſ. in Bullam Cœnæ, *c.* 1. *n.* 130. 46.

An autem in excomm. Bullæ noſtræ comprehendantur ſoli Schiſmatici, & Hæretici ſimul, an verò, etiam ſchiſmatici primi generis non habentes ſchiſma coniunctum cum Hæreſi? Farin. tenet ſolummodò Schiſmaticos habentes cum Schiſmate Hæreſim coniunctam comprehendi, ex eo quod hi propriè ſint ſchiſmatici, ita *q.* 184. *num.* 59. 47.

At Duardus *dicta q.* 56. *n.* 6. Sanch. & Suar. *locis citatis* manifeſtò docuerunt, etiam ſchiſmaticos, non habentes cum ſchiſmate hæreſim coniunctam, comprehendi Bulla Cœnæ, quia etiam hi ſtrictè ſunt ſchiſmatici, vt ſuprà vidimus, & Sciſmatici ſecundi generis item ſunt excommunicati per eandem Bullam noſtram ſub nomine hæreticorum. 48.

Tertia Pœna, eſt inhabilitas ad Beneficia in futurum conſequenda, Sanch. *num.* 18. Farin. *dicta quæſt.* 183.

*queſt.*183.*nu.* 42.Peſia *comm.*73.*parte* 2.verſ.*Cognitu dignum*,vbi reprobat Crauet.qui conſuluerat contrarium *conſ.*183.Sanctar.*de hæreſi*, *cap.*43.*num* 12. & 13.& de hoe eſt text in cap.*quia dilig.de elect.* Bonacina, *dicto puncto* 5.*numero* 12.vbi addit ob ſchiſma modò non ſit coniunctum cum hæreſi,non incurri priuationem beneficiorum obtentorum ante ſchiſma.

49. Quarta Pœna eſt pœna mortis, vbi ſciſmatici ſint impœnitentes, Farin.*dicta q.*184 *num.*51.& *num.* 52.vbi quod in tali caſu Iudices ſæculares poſſunt ſine degradatione punire clericos ſchiſmaticos.Marta *de Iuriſdict.capite* 38.*par* 2.

50. Et eadem pœna mortis puniri debent Domini,& Magiſtratus omnes tam Eccleſiaſtici, quam ſæculares, qui in ſchiſma inciderint, excitauerint, &c. ſecundum Bullam Pauli IV.Incip.*cum ex Apoſtolatus officio*,vbi omnes tales ſchiſmaticos, etiam pro primo lapſu puniri, mandat Papa, vti verè relapſos, Duard. *loco cit.n.*13.Scortis latè *in ſelectas Rom.Pont.Conſt. Epitome*, 71.*per tot.*

51. De alijs ſchiſmaticorum Pœnis videndus eſt Farin. *dicta q.*184.*à n.*37.*vſque ad* 59.& Marta *d.Iuriſd.p.*2. *cap.*38.

De fautoribus autem ſchiſmaticorum idem dicendum proportionabiliter, quod de fautoribus Hæreticorum diximus, vide tamen de his, Scortiam *vbi ſuprà*, *Theoremate* 184.

§. XIII.

De peculiaribus pœnis Schiſmaticis ab Inquiſitoribus imponendis.

POſt abiurationem Schiſmatis formalem, & ſuſpicionis Hæreſis, ſecundum gradum ipſius ſolet Schiſmaticus ab Inquiſitoribus multari alijs pœnis.

52. Hæ autem vltra pœnas de quibus ſuprà diximus ſunt, pœna pecuniaria, exilium, carceratio, relegatio, triremes, vltimum ſupplicium pro modo, & grauitate delicti, ita Decian.*tract.crimin.lib.*5.*cap.*67.Farin. *de hæreſi*, *q.*184.*num.*49.vbi de pœna pecuniaria,Ferdinand.de Caſtro Palao, *in opere Moral.tractat.*6. *diſp.*4.*punct.*6.*nu.*20. vbi de pœna exilij & triremium Souſa *in Aphoriſ.Inquiſit lib.*3 *c.*27*n.*7.qui omnes fa-
52. tentur iuxta ea, quæ dixi *ſuprà,num.*41.quod ſi Schiſmatici ſint contumaces, & impœnitentes poſſunt brachio ſæculari relaxari, & pœna mortis naturalis multari.

§. XIV.

An Sacerdos, vel Epiſcopus non Baptizatus,vel dubitans poßit baptizari iterum ſine periculo Apoſtaſiæ.

SVprà dicebamus, quod reiterantes Baptiſmum puniuntur vti Apoſtatæ nunc hoc limitandum eſt, vbi quis fuit baptizatus inualidè, vtpotè ob defectum, vel materiæ, vel formæ, nam ſine dubio, talis eſt baptizandus.

53. Similiter, vbi quis probabiliter dubitaret, num ſit validè baptizatus, an inualidè, vel etiam ſimpliciter, an ſit baptizatus, nec ne, is namque ſub conditione *ſi non eſt baptizatus*, eſt *baptizandus*,Syluest. *in ſumm.in verbo Baptiſmus*, 4.*q.*9. Tabiena *eodem verbo* 4.*n.*7.Sotus *in* 4.*diſt* 3.*q.*5.*art.*9.*ad* 4.Paulus Comitolus *Reſpon. Moral. lib.*1. *q.*2. *n.*1.

Et cum caracter Sacramenti ordinis, neceſſariò præſupponat Characterem Baptiſmi cap.*veniens*, de Presbyt.non baptizato, Bonacina *de Sacram.diſp.*1. *q.*5.*punct.*3.*n.*2.Manifeſtè ſequitur ad ordinis Sacramentum aſcendere non poſſe eum, qui Baptiſmi lauacro non ſit ablutus, Sacerdotemque non Baptizatum, (licèt probabiliter fortaſſis ſe baptizatum putet) corpus Chriſti non conficere, & Epiſcopum non baptizatum, validè ordines non conferre, latiſſimè Campanil.*in Diuerſ.Iuris Canonici*, *Rubr.*2. *n.*23.24.& 25.& Aug.Barb.*de Officio Epiſcopi,tom.*2. *alleg.*2.*n.*8.poſt Suar.*in* 3.*part.D.Thom.diſp.*22.*ſect.*1. *tom.*3.& alios ibi allegatos. 54.

Et quamuis communis error ſoleat facere Ius, *l.Barbarius*, *de officio Præſidis*, attamen text.ille intelligendus eſt, de his defectibus qui, poſſunt ſuppleri à legiſlatoribus, vnde ſecus eſt de illis defectibus, qui ſunt iuris diuini, vel naturalis, vt eſt defectus Baptiſmi in Sacerdote, ita Barboſ.*vbi ſuprà*, *num.*10.& Campanil.*n.*25.vbi quod reg.illius legis non habet locum in Spiritualibus. 55.

Ex quibus apparet, Primò quidem falſam eſſe opinionem Ang.in verbo *Baptiſmus*,7.*n.*11.volentis talem Sacerdotem non baptizatum conſecrantem conficere non virtute ſua, ſed Eccleſiæ. 56.

Secundò colligitur talem Sacerdotem, vel Epiſcopum, ſi de ſuo Baptiſmo dubitet, eſſe baptizandum ſub conditione, vel abſolutè, vbi non eſſet baptizatus, *Repert.Inquiſit.*in verbo *Sacramentum* verſ.*Sed quid ſi.*& Campanil *vbi ſuprà num.*24.vbi quod cum quidam in Anglia promotus fuiſſet ad Epiſcopatum, ante Baptiſmum, Mart.V.decreuit vt baptizaretur, atque iterum ordinaretur, & in Epiſcopum conſecraretur, cum declaratione, quod qui antea ab eo ordines receperant,verè promoti & ordinati non erant. 57.

An autem probabiliter dubitans, an ſit baptizatus, poſtquam fuit baptizatus ſub conditione: ſit cogendus ad iterum ſuſcipiendum ordines, dicendum eſt, quod ſic, *cap.*1.& *fin.de Presb.non baptizato*, D.Thom.*in addit.ad* 3.*partem*, *q.*35.*art.*3.*ad* 2.ne caſu,quo à principio fuerit ritè,& rectè baptizatus & conſequenter ordinatus laicalem vitam agat. 58.

Idem dicendum eſſet, de profeſſo in Religionem dubitante de validitate ſui Baptiſmi, nam poſt iteratum ſub conditione Baptiſmum, cogendus eſſet ad iterum profitendum, vel profeſſionem iam emiſſam ratificandum,tum quia votum & promiſſio infidelis valet; igitur multò magis promiſſio fidelis non baptizati,Sanch.*de Matr.l.*9 *diſp.*33.*n.*6.tũ quia in hac re dubia,tutior pars eſt eligẽda,*c.fin.de Presb. non baptiſato*,tum denique quia in dubio melior eſt conditio poſſidẽtis,ſecundum vulg.Iuris regulam,at Religio eſt in poſſeſſione iſtius profeſſi virtute profeſſionis,igitur poteſt illum retinere quouſque plenè conſtet illum non eſſe baptizatum. 59.

Tandem,quoad Sacerdotem non baptizatum conſecrantem,notanda eſt Doctrina ſingularis Angelici Doctoris D.Thom.*in ſupplemento* 3.*partis.q.*35.*ar.*3 *ad* 2.vbi dixit piè credendum eſſe Deum, vti ſummum Sacerdotem ſupplere effectus Sacramentorum à tali non baptizato adminiſtratorum. 60.

§. XV.

Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat cum Apoſtata.

QVoniam Apoſtaſia eſt receſſus totalis à fide, vt ſuprà vidimus, & ſpecie ab hæreſi non differt,

 ideò

ideò circa Apoſtatam confeſſarius ea omnia animaduertere debet,quæ *ſuprà* notauimus, *tit. prox. §. fin. per totum*, de Hæreticis.

61. Dubitari tamen poteſt,an circumſtantia Apoſtaſiæ ſit neceſſariò confitenda in confeſſione.

Hæc quæſtio dependet ab alia in Scholis ſæpè pertractata controuerſia , an ſcilicet circumſtantiæ 62. peccatum aggrauantes intra eandem ſpeciem ſint neceſſariò in confeſſione explicandæ.

In qua difficultate, prima ſententia eſt negatiua, pro qua Diana *reſol. Moral. 1. p. tract. 7. reſol.* enumerat trigiota duos Doctores,& verè hæc opinio apud modernos communis eſt.

63. Secunda Sententia eſt , aſſerens has circumſtantias eſſe neceſſariò in Sacramentali confeſſione explicandas,& hanc tenuerunt decem & octo Doctores enumerati à Diana *ibid.* inter quos adeſt Mag. Philippus Faber,meus olim in Patauino Gymnaſio, dum Theologiæ operam darem,amantiſſimus Præceptor.

64. In hac materia mihi ſemper placuit, hæc ſecunda ſententia , quæ eſt magis conformis ſacro Tridentino Concilio *ſeſſ. 14. cap 5.* vbi docuit eam eſſe neceſſariam peccatorum confeſſionem , quæ ſufficit,vt Sacerdos rectè iudicare poſſit de peccatorum grauitate At hoc iudicium nequit rectè fieri,niſi hæ etiam circumſtantiæ explicentur.

65. Cum autem dico circumſtantias aggrauantes eſſe in confeſſione explicandas intelligo de circumſtantiis non quomodocumque aggrauantibus, ſed notabiliter arbitrio prudentis viri,& confeſſarij,vt explicat, Fillioc. *q. Moral. tom. 1. tractat. 7. cap. 4. n. 87. & ſequentibus.*

66. Si tamen verſaremur in pœnitente de recenti viam Domini ingreſſo, quique ſcrupulis nimis vexaretur,quod in eo pœnitentium ſtatu ſæpè contingit ex Diaboli tentationibus, iuxta illud Eccleſiaſtici 8. *Fili accedens ad ſeruitutem Dei. ſta in iuſtitia , & Timore , & prapara animam tuam ad tentationem*, tunc prudens Confeſſarius poterit ſequi primam opinionem,& conſulere,imò & præcipere pœnitenti, quod illam ſequatur Filliuc. *vbi ſuprà , num. 87.* verſ. *prima ergo Sententia probabilis eſt.*

67. Ex his ſequitur,quid de propoſita quæſtione ſit ſentiendum , nam ſequentes opinionem eorum qui voluerunt non eſſe circumſtantias aggrauantes neceſſariò in confeſſione explicandas , conſequenter loquendo debent tenere circumſtantiam Apoſtaſiæ, non eſſe neceſſariò in confeſſione explicandam, prout tenuit idem Diana *loco ſupra allegat. Reſolutione* 54.

Sequentes verò aliam ſententiam , de neceſſaria explicatione harum circumſtantiarum in confeſſione , quam nos probabiliorem iudicauimus , tenere debent circumſtantiam Apoſtaſiæ eſſe neceſſariò confitendam , cum ſine dubio notabiliter aggrauet peccatum hæreſis , prout in indiuiduo tenuerunt, Suar. *de fide, diſp. 16. ſect. 5 in fin.* Sanch. *in ſumm. lib. 2. cap. 7. n. 17.* Valentia 2. 2 *diſp. 1. q. 11. punct. 1. & q. 10. punct. 5.* qui alios allegant , quibus addi poteſt, Layman. *in ſumm. lib. 2. tract. 1. cap. 16. num. 3.* & poſt hæc ſcripta viſus Reuerendiſſ. Dom. ac conciuis meus, Paeronus Abb. Gen. Monachorum Montis Oliueti *in Bullam Cœnæ, cap. 1. n. 36.*

Animaduertet tamen Confeſſarius,quod ſi Apoſtaſia ſit tantum exterior , & in intellectu ſuo rectè pœnitens ſenſerit de Catholica fide,poterit à quocumque Confeſſario abſolui , nec excommunicationem Bullæ Cœnæ vllo modo incurrit , ita Valer. *de differentiis vtriuſque fori*, verbo *Hæreſis, differentia ſecunda, n. 1.* & alij allegati per me *ſuprà tit. 2. § fin. num. 49.* Diana *reſol. Moral. p 3. tractat. 4. reſol. 143.* & licet *in fin. illius reſolut.* dicat hanc opinionem diſplicere:multis attamen eſt mera veritas, & eandem opinionem vti veriſſimam, ſequutus fuit reuerendiſſ. Pueronus ſuprà per me ſæpè citatus , *in ſuis commentariis , ad Bullam Cœnæ Domini , cap. 1. num. 37.*

Proponet vlterius Confeſſarius Apoſtatæ, infœlicem ipſius ſtatum , & exitum ex ſcriptura diuina, Prouerbiorum , capitulo 6. *Homo Apoſtata vir inutilis,graditur ore peruerſo , innuit oculis, terit pede, digito loquitur , prauo corde machinatur malum , & omni tempore iurgia ſeminat, huic ex templo veniet perditio ſua,& ſubitò conteretur ne habebit vltra medicinam.* , quem locum accommodauit Cardinalis Baronius *tom. 4. Annal. circa Annum Domini* 363. & Spondan *in Epit. ibid num.* 16 Iuliano Apoſtatæ, & omnibus aliis Apoſtatis.Et de Apoſtatarum infœlici morte , vide eundem Spondan. *ad Annum Domini* 362. *num.* 24. Tandem , vt ſupra monui , omnia, quæ diximus obſeruanda circa hæreticos,obſeruabit Confeſſarius circa Apoſtatas. 68.

§. XVI.

Quomodo ſe debeat gerere Confeſſarius cum ſchiſmaticis.

QVoniam vt *ſuprà* vidimus §. 10. Schiſma aliquando eſt coniunctum cum hæreſi,aliquando non , cùm eſt cum hæreſi coniunctum , tunc Confeſſarius , circa ſchiſmaticum eo modo ſe geret, quomodo diximus *ſuprà* ſe gerere debere circa hæreticum: 69.

Si verò ſchiſma ſit ab hæreſi ſeiunctum , tunc In primis animaduertet Confeſſarius differentiam, quæ verſatur inter excommunicationem latam ob hæreſim, & ob ſchiſma, quia illa requirit copulatiuè errorem in intellectu , & manifeſtationem illius extrinſecam , hæc verò ſolum extrinſecum opus requirit, quod ſufficit ad cenſuram incurrendam,etiam ſi non adſit animus , ſe ſubtrahendi ab obedientia Pontificis, vt eſt caput Eccleſiæ, ita Suar. Sanch. Duard & alij allegati per Bonac. *de cenſur. in ſpecie. tom. 3. diſput. 1. quæſt. 2. punct. 5. num. 10.* verſ. *Secundò, patet* , Quibus addi poteſt , Scortia *in ſelectas , Rom. Pontif. conſt. Epit. 166. Theorem 410.* verſ. *quod ſpectat ad tertiam partem*, ibi, *hinc colligi Catholicos*, cum aliis de quibus *ſuprà*. 70.

Secundò fautores, & defenſores, & receptatores ſchiſmaticorum incurrunt tantummodo cenſuram latam à Conſt. Pauli IV. de qua *ſuprà*, *n. 41* quæ cum nulli ſit reſeruata: poterit à quocumque Confeſſario tolli, Duard. *in Bullam Cœnæ, lib. 2. Can. 1. q. 56. n. 18.* verſ. *Bene verum eſt.* Bonac. *vbi ſuprà* verſ. *Obſerua quartò*, Abb. Pueronus *ad Bull. Cœnæ Dom. c. 1. num. 246.* 71.

Tertiò exiſtentibus duobus Summis Pontificibus eodem tempore , ſi conſtet de canonica electione vnius , & de alterius electione non canonica. conſulere debet Confeſſarius pœnitenti , & præcipere, quod pro vero Pontifice, eum agnoſcat quem conſtat canonicè electum.Si verò , res eſt dubia , & de alterutrius canonica electione minimè conſtet,tunc Confeſſarius conſulere debet pœnitentibus , quod teneant ſe vti membra vnius Eccleſiæ Catholicæ,& ſe referant ad eius Supremum caput Chriſtum Dominum , ac Pontifices illos , non vti dubios agnoſcant 72.

noſcant, promptoſqoe ſe exhibeant ad illum pro vero Pontifice agnoſcendum, quem pro tali approbabit Concilium Generale, Mar.Alterius *de cenſuris, lib.5.diſp.1.cap.9.* verſ.*ſi poſtules*, & verſ. *Adde etiam*, vbi addit, quod in tali dubio, quiſqoe poteſt negare alterum ex illis eſſe verum Pontificem abſque periculo peccati mortalis vel excomm.Nald.*in ſumm.* verbo, *Bulla Cœna Domini, num.*16.qui alios allegat conciuis meus Pueronus Abb.Generalis Oliuetanæ Religionis, *ad Bullam Cœna, cap.1.num.243.& ſeq.*

73. Quartò animaduertere debet Confeſſarius quod qoi diceret non eſſe de fide honc numero Papam, v.g.Sanctiſſimum D.N.Vrbanum VIII.eſſe verum Pontificem non eſt habendus pro Schiſmatico, ſed pro vero hæretico, vti latiſſimè probauit Suar.videndus de Fide, *diſput.*10.*ſect.*5.*per totam*, vbi hoc pluribus Conciliis, Sumorum Pontificum Conſtitutionibus, & PP.auctoritatibus comprobauit; Sicut enim Eccleſiam Dei viſibilem, eſſe hanc numero, eſt de fide, ita etiam eſſe debet de fide, illius caput viſibile, cui ſubeſt, & obedire tenetur, eſſe honc hominem viſibilem, pro ſummo Pontifice communi Eccleſiæ conſenſo habitum, & ſi hoc eſt de fide, ergo contrarium aſſerens, eſt hæreticus, bene Turrian.videndus *in ſuis ſelectis, diſp.1.p.diſp.35.dub.* vbi quod hoc certius nunc eſt, quam eſset ante tempora Clem.VIII.latè Bonac.poſt hæc ſcripta viſus, *de cenſuris in ſpecie,tom.3.eius operum, diſp.1. q.2. punct.1. n.9.* & Pater Pueronus nouiſſimè viſus *ad Bullam Cœnæ.c.1.n.142.*

74. Quintò, circa ſchiſmaticum Confeſsarius eo modo ſe geret proportionaliter, quo modo *ſuprà,tit.*2.docuimus eum ſe gerere debere cum Hæretico; nam ſublata à ſchiſmatico cenſura, ab Epiſcopo, & Inquiſitore, abiurato ſchiſmate, & hæreſis ſuſpicione in foro externo, eadem exiget ab eodem in foro interno.Moneteque debet eum de grauitate Schiſmatis, quam confeſsarius colligere poteſt.

Tum ex eo, quod Schiſma Eccleſiam Dei in Tonica D.N.inconſutili, & in vnica Arca Noë, figuratam, & de qua in Canticis 6.dicitur, *Vna eſt Columba mea,perfecta mea,vna eſt Matri ſuæ,Electa genitrici ſuæ*,vt notatur in Extrauag *vnam Sanctam de Maior.& obedientia*, ſcindit, & diuidit, vnde Beda *in Martyrolog.die 25.Nouembris*, refert Chriſtum B.Petro Alexandrino Epiſcopo, veſte concisſa apparuiſse, eique dixiſse, hoc feciſse Arium, quia Eccleſiam lacerauerat.

Tum ex diuinis vltionibus ſchiſmaticis immiſsis,

75. vnde, *num.*16.iuſsu omnipotentis Dei, terra viuos abſorbuit, Dathan, & Abiron.

76. Tum denique ex aureo monito diſcipulis ſuis tradito à B.Ant.Magno moriente,in hæc verba relato, à S.Athanaſio in eius Vita, *Schiſmaticorum, inquit, & hæreticorum venena vitate,meumque in eos odium conſectamini,quia Chriſti ſunt inimici,ſcitis ipſi, quod nullus mihi, nec pacificus quidem ſermo, cum iis aliquando fuerit,propter eorum prauam voluntatem,& pertinax contra Chriſtum Bellum.*Similiter ſchiſmaticum moneat Confeſsarius,de pœnis,quas ob ſchiſma contraxit; cum eas in foro etiam conſcientiæ omnino obſeruare teneatur, & ei ſalutares pœnitentias, & delicto & perſonæ qualitati congruas, prudenti ipſius arbitrio iniongat.

✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱

TITVLVS IV.

De Fautoribus Hæreticorum.

SVMMARIVM.

1 *Fautorum appellatione, qui ueniant.*
2 *Fautores habentur Inquiſitores, & Epiſcopi ſi Hæreticos non puniant.*
3 *Niſi id facerent ad euitanda ſcandala.*
4 *Et in iſto caſu Epiſcopi, & Inquiſitores non punientes hæreticos ſunt ſuſpecti de hæreſi, & qualiter.*
5 *Fautores ſunt Domini temporales omittentes capere hæreticos.*
6 *Idem de Iudicibus inferioribus.*
7 *Omittentes denunciare hæreticos ſunt fautores.*
8 *Contra Dominos temporales,& Magiſtratus non proceditur,niſi Papa conſulto.*
9 *Can primus Bulla Cœnæ non habet locum contra fautores ſuſpecti de hæreſi.*
10 *In fautoriam incidunt Principes condentes leges per quas Officium S.Inquiſitionis impeditur.*
11 *In hoc Dominio Mediolani ſubditi Potentiſſimo Regi noſtro prohibentur inſequire pro militie Principibus exteris.*
12 *Rei hi à Senatu noſtro Mediolani ſolent damnari ad Triremes, hæc tamen prohibitio non habet locum in inſeruiente Principibus exteris aduerſus hæreticos,vel Turcas,n.*13.
14 *Reges cogi poſſunt ad iurandum, quod obſeruabunt leges in hæreticos latas.*
15 *Fautores habentur, alimenta Hæreticis dantes, & tales ſunt ſuſpecti, n.*16.
17 *Item,qui hæreticos venerantur.*
18 *Item illos viſitantes.*
19 *De hæreſi illius cui fautum eſt, debet conſtare,vt procedatur contra fautores.*
20 *Fautores huiuſmodi ſunt ſuſpecti de vehementi regulariter.*
21 *Sanctum Officium impedire directè, & quid ſi indirectè.*
22 *Impedire S. Officium dicuntur, offendentes Inquiſitores,& eorum miniſtros.*
23 *Item,qui verbaliter tantum terret.*
24 *Item impedientes familiares in vſu armorum.*
25 *Potentiſſ. Rex noſter mandauit Officialibus ſuis in Hiſpania, vt iurent obſeruare prærogatiuas S. Officij,in manibus Inquiſitorum.*
26 *Inquiſitores poſſunt prohibere,ne ſuſpecti de hæreſi,arma ferant.*
27 *Item, occultantes hæreticos, & eis conſulentes, num.*28.
29 *Huiuſmodi impedientes ſubduntur iuriſdictioni Inquiſitorum.*
30 *Sunt regulariter ſuſpecti de hæreſi.*
31 *Sunt torquendi ſuper cauſa, qua moti ſunt ad impediendum S.Officium.*
32 *Forma iuramenti Miniſtrorum Laicorum Regis noſtri in Hiſpania.*
33 *Quod tenebunt Catholicam Romanam Fidem.*
34 *Quod nulla munera communicabunt hæreticis.*
35 *Quod in eorum domibus,vel familia hæreticos vel fautores non habebunt.*
36 *Quod priuilegia Inquiſitionis Miniſtrorum,& familiarium S.Officij obſeruabunt.*
37 *Quod mandata Inquiſitorum exequentur.*

38 *Recepta*

48 *Receptator hæreticorum, quis ſit.*
39 *Dicitur, licet ſemel tantum receptauerit.*
40 *Quis dicatur receptator hæretici, vt hæreticus eſt.*
41 *Receptans hæreticum conſanguineum, an incurrat pœnas receptantium, & latè de Patre Bannito receptante filium Bannitum, & Obſeruantia Senatus Mediolani in hac re.*
42 *Talis non excuſatur à tota pœna, & qualiter puniendus, & ſeq.*
45 *Quid de receptante hæreticum magna amicitia coniunctum.*
46 *Ignorantia, an excuſet receptatores.*
47 *Cui incumbat onus probandi ſcientiam, vel ignorantiam reo, an fiſco num. ſeq. vbi latè quando præſumatur ſcientia in receptante Bannitum. & plures Deciſiones noſtri Senatus Mediolani.*
50 *Quid de nautis, cauponis, & ſtabularijs receptantibus, vbi Deciſio Senatus Mediolani.*
51 *Scientia præſumitur in receptante hæreticum: publicè denunciatur, & quomodo debeat puniri.*
52 *Torqueri an poſſit reus, ſuper ſcientia.*
53 *Receptatio ex quibus actibus inducatur.*
54 *Vis & metus an excuſet à receptatione.*
55 *Receptatores an ſint ſuſpecti de hæreſi, & qualiter, & ſeq.*
58 *Receptatoribus indicitur abiuratio pro modo ſuſpicionis.*
59 *De pœnis receptantium*
60 *Hæretici diu non viuerent ſine iſtis receptatoribus.*
61 *Hæreticus hæreticum receptans punitur.*
62 *Conuerſatio, & Allocutio, Viſitatio & contractio parentela, cum hæreticis ſunt prohibita, & ſequentibus.*
66 *De hæreticis vitandis plura remiſſiuè.*
67 *Conuerſantes cum hæreticis ſunt ſuſpecti de hæreſi & qualiter num. 68.*
69 *Ex conuerſoritur contra conuerſantem indicium ad torturam.*
70 *In terris hæreticorum, num liceat eorum templa adire.*
71 *De Inſtituente in teſtamento hæreticum.*
72 *Defenſores hæreticorum qui dicantur.*
73 *Sunt ſuſpecti de hæreſi, & qualiter, coguntur que abiurare, & ſeq.*
75 *De Aduocatis, & procuratoribus hæreticorum.*
76 *Credentes hæreticorum habentur, qui eorum erroribus credunt.*
77 *Item, qui credunt eos eſſe viros bonos.*
78 *An credentes dicantur, qui hæreticis obediunt.*
79 *Et an ſint ſuſpecti & qualiter.*
80 *Qui propriè credentes hæreticorum dicuntur.*
81 *Intellectus Bullæ Cœnæ in primo Canone.*
82 *Credentes ex quibus verbis, & factis cognoſcantur, & ſeq.*
83 *Audiens concionem hæretic etiam ſemel eſt ſuſpectus de hæreſi, & qualiter, & ſeq.*
84 *Petens in infirmitate hæreticos, pro eius conſolatione, dicitur credens hæreticorum.*
86 *De conſultoribus hæreticorum.*
87 *Fautores hæreticorum torquentur, maximè ſuper cauſa fauoris.*
88 *Pro modo ſuſpicionis indicitur eis abiuratio.*
89 *Abiuratio generalis, quando ſufficiat in hoc caſu, & ſeq.*
91 *Relabens in fautoriam quando ſit, vt relapſus brachio ſæculari relaxandus, num. 92.*
93 *Ad traditionem brachio ſæculari non deuenitur niſi conſulto Supremo Vrbis Tribunali.*
94 *De pœnis reorum prædictorum, & n. 95.*
96 *Quomodo ſe gerere debeat Confeſſarius, cum fautoria habet annexam hæreſim.*
97 *Quid ſi non habet annexam hæreſim.*
98 *Cenſuræ Bullæ Cœnæ Domini ſunt reſeruatæ Papæ.*
99 *In Bulla Cœnæ tolluntur omnes facultates, & indulta.*
100 *Regulares vigore cuiuſdam motus proprij Pij V. non poſſunt abſoluere à cenſuris Bullæ, & 101. vbi reprobatur Peirin.*
102 *Habens facultatem abſoluendi à caſibus Bullæ Cœnæ excepta hæreſi an poſſit abſoluere fautores hæreticorum, Schiſmaticos, &c. n. ſeq. vbi etiam an fautores ſuſpectorum de hæreſi ſint excommunicati, excommunicatione Bullæ Cœnæ.*
104 *Grauitas huius delicti, ex quibus colligatur.*
105 *Pœnitens, quam benignè ſit monendus, ex Nazianzeno.*
106 *Qualis ſatisfactio iniungenda.*

FAutorum nomen, hoc loco latè accipiemus, prout eo quoque comprehendi poſſunt receptatores, defenſores, & credentes hæreticorum, de his enim omnibus *hoc titul.* agemus. Sciendum igitur eſt ex Peña *p. 2. comm. 78.* verſ. *trifariam autem*, tribus modis dici, quem fautorem hæreticorum primo modo omiſſione, ſeu negligentia, ſecundo modo facto, ſeu cooperatione, tertio modo conſilio, ſeu verbis, ita etiam explicat Farin. *de hæreſi, q. 182. n. 1.* & Leonardus Duard. *ad Bullam Cœnæ, lib. 2. Canon. 1. q. 32.* & alij, ab eis latiſſimè allegati. 1.

§. I.

De Fautoribus hæreticorum ex omiſſione.

IN iſtam fautoriæ ex omiſſione, & negligentia ſpeciem incidere poſſunt, perſonæ publicæ, & priuatæ, & quoad publicas quidem in hanc fautoriam incurrunt

Primò Epiſcopi Inquiſitores, & eorum miniſtri, ſi hæreticos non puniant, nec contra illos procedant text. eſt *in Clem. 1. de pœnis. & in cap. excommunicam. 1. §. Volumus de hæreticis*, & idem dicendum, ſi lectionem librorum prohibitorum permittant, & prædicationem falſorum dogmatum, latè Peña *ad direct. p. 2. commm. 2.* verſ. *ſi de Epiſcopis*, Farin. *de hæreſi, q. 182. num. 24. & q. 186. num. 145.* Sanctarell. *de hæreſi, c. 11. num. 2.* qui alios allegant. 2.

Hoc tamen intelligendum eſt, niſi Epiſcopus, vel Inquiſitores, tales hæreticos permitterent, ad euitanda maiora ſcandala, vel vbi qui alios cumulat, *d. q. 186. n. 149. & ſeq.* 3.

Et quod in caſu noſtro, Epiſcopi ſint ſuſpecti de hæreſi conſtat inter omnes, ſolummodo dubitari poteſt de qualitate ſuſpicionis, attamen dicendum eſt ſuſpicionem eſſe violentam, ita vt ex hac poſſint vti hæretici damnati, vti fusè probauit Peña *dicto comm. 2.* verſ. *Si de Epiſcopis*, quem ſequitur Farin. *vbi ſuprà, quæſt. 181. num. 26.* Quibus autem pœnis puniri debeant, vide eundem Peña *vbi ſupra*, verſ. *Epiſcopi ergo*, & verſ. *ſeq.* vbi de cauſis eos excuſantibus. 4.

Secundò in hanc fautoriam incurrunt Domini temporales, qui requiſiti omittunt inueſtigare, capere hæreticos &c. text. eſt *in cap. excom. §. moneantur de hæret.* latè Farin. *dicta quæſt. 182. num. 15. & ſeq.* Peña *part. 2. com. 78. ſub litera A*, Sanctarel. *dicto cap. 11.* 5.

*cap.*ſ1.*n.*6.Scortia *in ſelectas Pontif. Conſtitutiones, Theorem.*410.verſ. *excommunicantur quartò*, Filliuc. *q.Moral.* 1.*part. tract.*16.*cap.*ſ.*num.*38. Pater Pueronus ,*in Bullam Cœna, cap.* 1. *num.* 164. & licet *num.ſequenti* ,excuſet a cenſura Bullæ Cœnæ Principem , & eius Magiſtratus , fauentes hæretico, ab Inquiſitoribus vti tali relaxato , ſi tam Princeps, quam Officiales eius ſciant eom eſse innocentem, quod etiam wiſus eſt voluiſse Souſa , *in dictam Bullam Cœna, diſp.*11. *concl.*3. Attamen aduertendum, quod dicta per Patrem Pueronum , & per Souſam habeor iocum tantummodo in foro conſcientiæ, in quo verè loquuntur , ſecus enim eſt in foro externo , in quo Principes , & eius magiſtratus fauentes hæretico ſic ab Inquiſitoribus ipſis relaxato haberentur pro fautoribus hæreticorum , & in omnes pœnas canonicas incurrerent , vt in hoc opere aliàs latiſſimè probaui , & ij niſi aliqua legitima cauſa excuſentur ſuſpecti ſunt de hæreſi violenter, faciunt notata per Peñam *comm.*2.*part.*2.verſ.*Si de Epiſcop.* Farin.*vbi ſuprà num.*16.Graff. *lib.*4.*ſuarum deciſion. cap.*18.*num.*20.*volum.*1. Leonard Duard. *ad Bullam Cœna , lib.*2. *can.*1.*q.*32.*num.*11.Marium Alt.*de cenſur.tom.*1.*lib.*5.*diſp.*2.*cap.*5. & his pœnis puniri debeut , de quibus Peña *vbi ſuprà.*

6. Tertiò dicendum de Magiſtratibus,& aliis Iudicibus inferioribus , Peña *dict. comm.*78. *ſub littera E,* Farin.*d.q.*182.*num.*19.*& ſeq.*Sanctarell. *num.*6. verſ. *Præterea publici Officiales* , Suar. *de fide, diſp.*14.*ſect.* ſ.*n.*6.Scortia *Theor.*26.verſ.*Fautores.*

7. Quartò , aliquando perſonæ priuatæ incurrunt in hac fautoriam omittendo denunciare hæreticos vt dixi in titul. *de obligatione denunciandi*, vel ſi à Magiſtratibus aliquid eis fuerit iniunctum aduerſus hæreticos,& illi non impediti minimè obediant , latè Farin.*dicta q.*182.*n.*27.*& ſeq.* Peña *dicta com.* 78. verſ.*priuati autem* , Suar.*de Fide vbi ſuprà*, Filliuc.*d. n.*38.Scortia *vbi ſuprà*, verſ. *Dixi generaliter* , Pater Pueronus *dicto cap.*1.*n.*166.

Circa quæ tamen aduertendum eſt , quod ſtantibus edictis Inquiſitorum obligantibus omnes ad denonciandum , omnes indiſtinctè , etiam priuatæ perſonæ in hanc fautoriam incident, eo tamen modo , & forma, provt declaraui in titulo de obligatione denunciandi.

An autem, & quomodo tales ſint de hæreſi ſuſpecti,dixi *in d.tit.de oblig.denunciandi alios iſtius fautoria modos & caſus* vide apud Sanctarell.*vbi ſuprà, cap.*11.& Sanch.*in ſumm.tom.*1. *lib.*2.*cap.*10. *num.*11. *& ſequent.*

Duo tamen diligenter notanda ſunt circa Dominos temporales , & Magiſtratus in hanc fautoriam incidentes.

8. Primum eſt non eſſe contra eos procedendum,niſi conſulto ſupremo Tribunali Romanæ Inquiſitionis,vti notauit Peña *dict.comment.*78.verſ. *Ac in puniendis.*

9. Alterum eſt , Cenſuram latam in Bulla Cœnæ *n.*1.contra fautores Hæreticorum, non habere locum contra Dominos temporales , vel magiſtratus negligentes in capiendo excommunicatum inſordeſcentem in excommunicatione , per annum , vel ſortilegum, &c. quia iſti non ſunt hæretici, ſed tantùm de hæreſi ſuſpecti , ita contra Nauar.quem ibi allegat , voluit Sanch.*in ſumm.loco alleg.num.*14. & Suar.*de cenſuris diſp.*21.*ſect.*2. *n.*34. & nos *Infrà* §. 1ſ.*num* 89.

10. In eandem etiam fautoriam incidunt Reges,Principes , Duces , Marchiones , & alij Supremi Magiſtratus , qui leges condunt , vel conditas obſeruari mandant, nec reuocant , per quas Officium S. Inquiſitionis impediatur, vel debilitetur, benè Bobadil *in ſua Polit.l.*2.*c.*17.*de la Iuriſdicion Eccleſiaſtica caſu* 66.*n.*107.vbi quod Inquiſitores poſſunt compellere per cenſuras Reges prædictos , & Principes
ad modificandas, & reuocandas dictas leges. 11.

Sic quamuis in hoc fœliciſſimo Dominio Mediolani adſint proclamationes Excell.D.I.T.ſuæ Cath. Maieſtatis , prohibentes ſubditos inſeruire pro milita exteris Principibus ſub pœna rebellionis pluresque huiuſce criminis rei ſaltem ad pœnam triremium fuerint ab Excellentiſſ.Senatu damnati , vt atteſtatur D.Caluinus,qui honorificè in primis aduocationis meæ annis munere Vicarij prætorij,in hac noſtra Ciuitate Cremonæ vnctus eſt , *in tract. de aquit.c.*100. *num.*11.vbi quod ſolet Senatus reos
hoſce ad triremes condemnare,provt in facto Ioan. 12.
Baptiſt.Cauagna, fuit ad remum ſeptennalem damnatus , vt ex litteris Senatus datis , Sp. D. Prætoris Cremonæ die 19.Februarij 1628. Attamen cum inſeruiunt in militia Principibus exteris contra hæreticos , vel Turcas , tunc non comprehendi ſub-
ditos huius Dominij ſub dictis proclamationibus 13.
decidit idem Senatus Mediolani , vt atteſtatur idem D.Caluinus,*loco ſuprà cit.num.*14.*&* 15.

Per eaſdem quoque cenſuras cogi poſſunt Reges 14.
Principes , & eorum Magiſtratus ad præſtandum iuramentum de obſeruandis & per eorum ſubditos obſeruari faciendis legibus , & ſtatutis contra hæreticos latis & promulgatis Bobadill. *vbi ſuprà, caſ.*74.*num.*158.*& ibi in Apoſtilla ſub littera A*, vbi alios DD.allegat.

§. II.

De varijs caſibus in quibus dicitur fautor hæreticorum opere.

PRimo hanc fautoriæ ſpeciem incurrunt, alimen- 15.
ta hæreticis præſtantes , & pecuniam eis mutuantes, Farin. qui alios cumulat *de hæreſi* , *q.* 182. *num.*6.Leonardus Duardus *ad Bullam Cœna, lib.*2. *canon.*1.*quæſt.*32.*num.*8.Sanctarell.*de hæreſi* ,*cap.*1ſ. *dub.*1.*num.*16.

Et hi , niſi aliquibus cauſis excuſentur ſunt ſuſ- 16.
pecti de hæreſi vehementer, vel leuiter, ſecundum quod maiora , vel minora adſunt contra eos indicia ita Locat.in verbo *Credentes*,*n.*2.Farin.*vbi ſupr.n.*7. quæ tamen declaranda ſunt ex his,quæ tradit idem Farin.*ibid. num.*13.

Secundò , fautores hæreticorum habentur , qui 17.
eos adorant, venerantur , & laudant , Farin.*d. q.* 182.*num.*4.*&* 5.vbi alij allegantur Sanctarel.*vbi ſuprà, num.*11.Item, hæreticos viſitantes , Sanctarell. *ibid.n.*11.verſ.*Item dicuntur.*

Et hi , pro indiciorum qualitate , & circumſtantiarum numero , & modo ſuſpecti ſunt de hæreſi modò leuiter , modò vehementer , ita Locat.in dicto verbo , *credentes*,*num.*2.

Tertiò , Fautores dicuntur hæreticorum, Primò 18.
illos viſitantes, & cum iis ſuſurrantes dum carcerati habentur. Secundò qui valde lamentantur de eorum comprehenſione , & morte:Tertiò , qui dicunt eos iniuſtè damnatos;Quartò , qui ægris oculis aſpiciunt illos perſequentes:Quintò furtiuè colligentes hæretici combuſti oſſa abſcondenda , & hi haberi debent , vti vehementer ſuſpecti de hæreſi, ita Peña, 2.*p.direct.caſu* 78.verſ.*Iam vt nihil* .Farin.*vbi ſuprà* , *n.*10.Zanard.*in ſumm.diuin.Præcep.tom.*1.*cap.*5.*de fide* , verſ.*fautoria.*

Et

Et generaliter alios particulares caſus, vide apud Sanctarel. *vbi ſuprà, dicto cap.* 11. Farin. *dict. q.* 182. Suarez. *de fide, diſp.* 24 *ſect.* 1. Sanch *d. cap.* 10. *n.* 11. *& ſeq.* Leonard. Duard. *ad Bull. Cœnæ lib.* 2. *can.* 1. *q.* 32 *per tot.* Marium Alterinm, *de Cenſuris, tom.* 1 *lib.* 5. *diſp.* 2. *cap.* 5. Locat. & alios in verbo, *Fautores.*

19. Duo tamen hoc loco ſunt præmonenda; Alterum eſt quud vt ritè rectéque contra aliquem vti fautoſem Hæreticorum procedatur, conſtare prius debet, de hæreſi illius, cui fautum prætenditur, iuxta Doct. Bart, *l. is qui de furtis,* Locat. *in Iudiciali,* in verbo *fautores, num.* 3. *verſ. Vnum tamen,* Mandoſ. *ad Repert. Inquiſit.* in verbo *fautores, litera H,* Faſiu. *d. quæſt.* 182. *num* 11.

20. Alretum eſt, quod fautores hæreticorum, niſi qualitas perſonæ aliud ſuadeat, & reliquæ circumſtantiæ, segulariter ſunt ſuſpecti de hæteſi vehementer, ita Eymericus, *in Director. part.* 2. *quæſt.* 56. *num.* 6. vbi probat hoc ex eo, quod excommunicati ob cauſam fidei ſunt ſuſpecti de hæteſi vehementer, vt probatut in cap. *cum contumacia, de hæret. in* 6. & nos latè diximus, in titul. *de inſordeſcentibus in excommunicatione.* At fautores hæreticorum ſunt excommunicati ex cauſa fidei per cap. *excommunicamus, il primo* §. *credentes de hæret.* igitur, &c. Farin. ad boc videatut qui alios allegat, *vbi ſuprà, n.* 55.

§. III.

De impedientibus ſanctum Officium.

AB omni, & quocumque impedimento liberum omnino debere eſſe S Officium ſapientiſſimè conſtituerunt Summi Pontifices, provt latè probauit Campeg. *ad Zanch. c.* 31.

Impedientes autem S. Officium, ſunt in doplici differentia: 21. Alij enim illud impediunt directè, vt puta ſtatuendo, quod nullus de hoc crimine cognoſcat, niſi v. g. Magiſtratus ſæcularis, alij autem illud tantummodo indirectè impediunt ſtatuendo v. g. quod nullus portet arma, niſi ſit de familia Poteſtatis, per hoc enim ſtatutum excluduntur familiares S. Officij vt *infrà* videbimus, ita Eymeric. *in Direct. p.* 2. *q.* 54. *n.* 1. Peña 161. *ſub littera A,* Farin. alios allegans, *de hæreſi, quæſt.* 182. *n.* 24. *&* 75. *& ſeq.* In plutibus autem caſibus particularibus dicitur quis Officium impedire, quos breuiter enumerabimus.

22. Primò enim impedire ſanctum Officium dicuntur, iniuriantes, vel offendentes Inquiſitores, ſeu eorum miniſtros, vel etiam teſtes & denunciatores, qui in ſancto Officio aduerſus aliquem depoſuerunt, de quibus latè dixi in materia Bullæ. *Si de protegendis,* & pro nunc videndi ſunt Simanch. *de Cathol. Inſtit. tit.* 14. *n.* 28. *& Euchir. tit.* 7. *n.* 13. latè Campeg. *ad Zanch. cap.* 32. vbi quod iniutias in Inquiſitores prolatas poſſunt Inquiſitores punire, Farin. alios cumulans, *d. q.* 182. *n.* 79. Sanctarell *de hæreſi, cap.* 11. *num.* 14. Scortia, *Theor.* 278.

23. Secuudò impedire ſanctum officium dicuntur qui minis, & terroribus verbalibus tantummodò vtuntur, Lucern. Inq. verb. *Impedientes,* §. 2. Peña *comm.* 79. *p.* 2. *ſub littera A,* Farin. *vbi ſupra, n.* 84.

24. Tertiò impedire ſanctum Officium dicuntur, prohibentes familiares Inquiſitorum in vſu armorum, *Clement.* 2. §. *ſi de hæret.* vbi Zabar. Vital. Imol. & alij, latiſſimè Farin. *dict. q.* 182. *num.* 89. *& ſeq.* Singulare enim priuilegium babent Inquiſitores vt poſſint familiam habere armatam, vt patet ex Bulla Ioann. XXII. Incip. *Exigit ordinis veſtri,* vbi etiam Papa dixit, quod non debent Inquiſitores abuti priuilegio concedendi arma ſuis familiaribus ſed de his latius, in titulo *de Inquiſitoris poteſtate,* interim videndi Farin. *vbi ſuprà,* Peña *p.* 3. *comment.* 105. Simanch. *de Cath. Inſtitut. titul.* 34. *num.* 23. *& titul.* 41. Salcedo *ad Diaz. in praxi, capit.* 154. *num.* 24. qui alios allegant, quibus addi poteſt Borel. *de Magiſt. Edictis, libro tertio, cap.* 17. *num.* 21. Sicuti nec eodem priuilegio abuti debent familiares, vt *prima parte* vidimus, vbi etiam latè probaui in caſu, quo familiares priuilegio armorum ſibi ab Inquiſitoribus conceſſo abutantur, S. Officium debere eos grauiter punire.

25. Sic Potent. Rex noſter verus Catholicæ fidei defenſor mandauit Officialibus ſuis in Hiſpania, quod inter cætera iurant in manibus Inquiſitorum, ſe obſeruaturos omnes præeminentias, & priuilegia de Iure, Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Regum indultis conceſſa Inquiſitoribus eorumque Officialibus, & familiaribus, vt *infrà* videbimus, vbi iuramentum quod dicti Officiales præſtant per extenſum ponemus.

26. Pari etiam ratione, vt ſecurius Tribunal ſancti Officij poſſit contra hæreticos, & de hæreſi ſuſpectos procedere, probibere poteſt ſuſpectis de hæreſi, ne quodvis genus armorum deferant, Bobadill. *in ſua polit. lib.* 2. *cap.* 17. *por la Iuriſdicion Eccleſiaſtica caſu* 104 *num.* 151.

27. Quartò, impedire ſanctum Officium dicuntur, occultantes hæreticum, ne ad manus Curiæ veniat, Farin. *vbi ſuprà, num.* 95. *& ſequent.* Item captum hæreticum vi ex manibus curiæ eximentes, Farin. *num.* 99. Item ſi pecunia, vel precibus carceratos hæreticos curent liberari, Farinac. *num.* 97. & Sanctarell. *cap.* 11. *num.* 8. Item qui ſe fingunt hæreticos illos, quos quærunt Inquiſitores, vt hoc modo veros hæreticos libereut, Sanctarel. *vbi ſuprà n.* 9. Farinac. *ibid. num.* 98. qui alios allegant.

28. Quintò, Impedire ſanctum Officium dicuntut Conſulentes hæreticis, iam captis, vt veritatem celent, cum interrogati fuerint ab Inquiſitore, cap. *accuſatus de hæret. in* 6. §. *Sacerdotes,* Eymer. *in Direct. p.* 2. *q.* 56 *num.* 4. verſ. *Quartus caſus,* vbi Peña, Farinac. *d. q.* 182. *n.* 8. Idem prorſus dicendum de conſulentibus dictis hæreticis, vt fugiant, vel eos, cum contra ipſos eſt decreta captura, commonefacientes, Sanctarell. *d. c.* 11. *n.* 10.

29. Contra boſce ſanctum Officium impedientes, procedere poſſunt Inquiſitores, text. eſt in cap. *Statutum,* vbi communiter DD. *de hæret. in* 6. & cap. *vt Officium,* §. *compeſcendi, eod. tit. in* 6. latiſſimè Mater, pertractana, Peña 3. *comm.* 85. & Farinac. *d. q.* 182. *num.* 77. qui alios citat, & ad hoc videnda eſt Bulla Alex. IV. Incip. *Quod ſuper,* inter litteras Apoſtolicas pro S. Officio.

30. Hi etiam impedientes S. Officium habendi ſunt pro ſuſpectis de hæreſi vehementer, ita dixit Eymeric. *in Direct. Inq. p.* 2. *q.* 56. *n.* 2. verſ. *Secundus caſus,* vbi Peña *ſub littera A.* & Farin. *d. q.* 182. *n.* 70. declarat, hoc procedere habita ratione perſonarum, & modi impediendi, nam aiunt, quod ſi ruſticus v. gr. impediret, vel aliquis alius indirectè ob affectionem carnalem, &c. tunc tales non haberentur pro ſuſpectis de hæreſi vehementer, ſed tantummodo leuiter, idem dixit Peña *p.* 2. *comm.* 79. *ſub littera B.* Duard. *ad Bullam Cœnæ, lib.* 2. *Canone* 1. *quæſt,* 33. *num.* 10.

31. Erunt tamen tales impedientes ſanctum Officium diligenter interrogandi, ac torquendi ſuper cauſa qua moti ſunt ad impediendum S. Officium,

vti

verſ. *in hac tamen difficultate*, & Farin. *d.q.* 182. *n.* 70.*&* 85. & nos *infrà*, cum de modo procedendi contra hos fautores hæreticorum.

Ad materiam tamen huius tituli, vide quæ dixi in materia Bullæ *ſi de protegendis.*

§. IV.

De Iuramento quod præſtant Officiales Regis noſtri in Hiſpania in manibus Inquiſitoris.

QVia in ſuperioribus aliqua tacta ſunt de Officialibus laicis, vt Regis Noſtri Potentiſſ. zelus in rebus fidei ad aliorum omnium Regum exemplum omnibus pateat, operæ pretium duxi hoc loco de verbo ad verbum ponere iuramentum, quod Officiales Regis eiuſdem ſolent in manibus Inquiſitorum præſtare, quod ex Garzia *in ſua praxi Sancti Officij* tale eſt.

32. *Forma del iuramento, que han de hazer los Corregidos, y Regidores, y otros qualeſquier Officiales de las Ciuidades, Villas, y Lugares donde reſide el Officio de la Santa Inquiſicion.*

33. *Nos Fulano Corregidor de la Ciuidad N. y Fulano ſu Lugarteniente, y Fulano, y Fulano Regidores, y Fulano, y Fulano Alguaziles por amoneſtacion, y mandado de los Señores Inquiſidores, que reſiden en eſta dicha Ciuidad, como verdaderos Xpños, y obedientes à los mandamientos de la S. M. Ygleſia, prometemos, y Iuramos por eſtos Santos Euangelios, y Santa vera Crux, que tenemos ante nueſtros ojos, y tocamos con nueſtras manos, que tendremos la Santa Fè Catholica, que la Santa Matre Yglesia de Roma, que tienne, y predica, y que la haremos tener y guardar à todos otras qualeſquier perſonas ſujetas à nueſtra iuriſdicion, y la defenderemos con todas nueſtras fuerzas contra todas las perſonas que la quiſieren impugnar, y contradicir, en tal manera que perſeguiremos à todos los hereges, y ſus creyentes, y fauorecedores, receptadores, y defenſores, y los prenderemos, y mandaremos prender, y los accuſaremos, y denunciaremos ante la S. M. Yglesia, y ante los dichos Señeres Inquiſidores como ſus Miniſtros, ſi ſupieremos dellos en qualquier manera, mayormente lo Iuramos y prometemos quando cerca deſte caſo fueremos requiridos.*

34. *Otroſi Iuramos, y prometemos que non cometeremos, ni encaregaremos nueſtras tenentias, ni otros officios publico, de qualquier cualidad que ſean à ningunas de las dichas perſonas, ni à otras ningunas à quien fuer vedado, ò impueſto por penitencia por vueſtras mercedes, ò por otros qualeſquier Inquiſidores, ni à ningunas perſonas que el derecho por razon del dicho delicto probibe, y ſi los tuuieren no los dearemos vſar dellos, antes los puniremos, y caſtigaremos conforme à las leyes deſte Reyno.*

35. *Otroſi Iuramos, y prometemos que nigun de los ſuſodichos reciberemos, ni tendremos en nueſtra familia, companía, ni ſeruicio, ni en nueſtro conſejo, y ſi per ventura lo contrario hizieremos non ſabiendolo, cada, y quando que à nueſtra noticia venire las tales perſonas ſer de la condicion ſuſodicha, luego los alanzaremos.*

36. *Otroſi Iuramos, y prometemos, que guardaremos todas las praeminencias, priuilegios, y exempciones, y ymunidades dadas, y concedidas à Vos Señores Inquiſidores, y à todas los otros officiales, miniſtros, y familiares, del dicho Santo Officio, y los haremos guardar à otras perſonas.*

Otroſi Iuramos, y prometemos que cada, y quando que 37.
por vos los dichos Señores Inquiſideres, ò qualquier de vos nos fuere mandada exequtar qualquier ſentencia ò ſentencias contra alguna, ò algunas perſonas de los ſuſodichos ſin ninguna dilacion lo haremos, y cumpliremos ſegun, de la manera que los Sagrados Canones, y leyes que en tal caſo ablan lo diſponen, y que aſſi en lo ſuſodicho como en todas las otras coſas, que al S. Officio de la S. Inquiſicion pertenecierem ſaremos obedientes à Dios, y la Yglesia Romana, y à vos Señores Inquiſidores, y à vueſtros ſucceſſores ſegun nueſtra poſſibilidad, aſſi Dios nos ayude y eſtos Santos quatro Euangelios, que con nueſtras proprias manos tocamos, y ſi lo contrarios hizieremos Dios no lo demande, como à malos Xpños, que à ſabiendas ſe per Iuran. Amen.

§. V.

De receptatoribus Hæreticorum.

SVpponendum eſt, primo loco, illum dici Hæ- 38.
reticorum receptatorem, qui ſciens quem hæreticum eſſe illum recipit, ita Ioann. de Anan. *in cap. excommunicamus, §. credentes, num.* 13. *de hæreticis* & alij relati per Farin. *de hæreſi, quæſtione conteſima octogeſima ſecunda, numero centeſimo trigeſimo ſecundo,* Leon. Duard. *ad Bullam Cœnæ, lib.* 2. *can.* 1. *quæſt.* 82. *numero primò*, Sanch. *in Decalogum, lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 4. *& ſeq.* Marium Alterium *de cenſuris lib.* 5. *diſput.* 2. *cap.* 4. *tom.* 1. qui alios allegant. 39.

Supponendum ſecundò, quod hæreticorum receptatores dicuntur, etiam ij, qui hæreticos ſemel tantùm recipiunt, vt eos hac ratione ab Inquiſitoribus liberent, ita Pena *p.* 2. *com.* 76. *ſub litera B*, vbi quod hæc eſt communis opinio, quidquid dicant nonnulli veteres Farin. *dict. quæſt.* 182. *num.* 152. Sanctarell. *de hæreſi, cap.* 12. *num.* 1. *concl.* 1. Suar. *de fide, diſp.* 24. *ſect.* 1. *n.* 24. & Sanch. *in alleg. c.* 10. *n.* 10. Scortia *in ſelectas Conſt. Pont. Theor.* 410. verſ. *Excommunicatur tertiò*, vbi etiam bene notauit ad incurrendam excommunicationem Bullæ, à receptante non requiri, quod hæreticus ſit denunciatus, quod etiam voluit Sanch. *dicto cap.* 10. *n.* 6. & Filliuc. *quæſt. Moral.* 1. *part. tract.* 16. *cap.* 2. *num.* 39. *& n.* 36. *in fin.* P. Pueronus *ad Bullam Cœnæ, cap.* 2. *n.* 115. *&* 128.

Hiſce ſuppoſitis, dubitari hoc loco poteſt, circa 40.
huiuſmodi receptatores, de nonnullis, & quidem primò, dubitari poteſt, quis verè, & propriè receptator hæretici, vt hæreticus eſt, ſit dicendus, in qua re

Sanch. *d. cap.* 10. *num.* 5. verſ. *Sed contrarium*, voluit illum verè, & propriè dici hæretici, vt hæreticus eſt, receptatorem, qui illum recipit ob hæreſim, & in hæreſis fauorem.

Suarez verò *de fide, diſp.* 24. *ſect.* 1. *num.* 7. *& ſeq.* melius dixit illum dici verè, & propriè receptatorem Hæretici, vt hæreticus eſt, qui taliter hæreticum recipiendo, eum liberat à manibus Inquiſitoris, & ſic facit aliquid, quod tendit in fauorē hæreſis, licet formaliter non intendat fauere hæreſi, & ſic particula illa (*vt*) intelligenda eſt ſpecificatiuè, non reduplicatiue, vt explicat Suar. *d. n.* 9. & Suar. ſeq. Sanctar. *de hæreſi*, *c.* 12. *n.* 3. qui alios allegat, & ab hac opinione in foro externo non eſt diſcedendum, optimè Layman. *in ſum. lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 14. *n.* 5. verſ. *Tertiò excommunicatur*,

vbi dixit quod licet, vt quis incidat in excommunicationem Bullæ requiratur, quod receptet hæreticum, vt hæreticus eſt, attamen non requiritur formalis intentio fauendi hæreſi, ſed ſufficit indirecta, & putatina, aliàs inquit, & bene vix poſſet reperiri receptator, & fautor, qui etiam non eſſet hæreticus, & ibi reprobat Sanch. *loco ſuprà citato.*

Nihilominus Sanch. etiam opinio probabilis eſt, tum ob auctoritatem tanti Doctoris, tum quia illam latè defendit Duard *loco ſupra citato quæſt.* 29.

41. Secundò, dubitari poteſt, an pœnas in receptatores hæreticorum latas incurrant receptantes conſanguineos Hæreticos, in qua re, videndi ſunt Duard. *dict. quæſt.* 29. *per totam*, Marius Alter. *d. lib.* 5. *diſp.* 2. *cap.* 4. verſ. *Controuerſia tamen eſt*, & Sanctarell. *de hæreſi d. cap.* 12. *num.* 2. *concl.* 2. qui alios latiſſimè allegat; breuiter tamen

42. Dicendum primò, receptantem conſanguineum hæreticum ratione conſanguinitatis, non excuſari à tota pœna, mitius, tamen puniendum, ita Peña 2. *part. comm.* 81. *ſub litera B.* & verſ. *Cæterum*, Marius Alter *loco proximè allegato*, Farin. qui alios allegat, *d. quæſt.* 182. *num.* 144. *& ſeq.* Fundatur hæc concluſio *in l.* 2. *ff. de Receptator.* vbi dicitur, quod receptator latronis affinis mitius eſt puniendus, quam legem locum habere etiam in Crimine læſæ Maieſtatis docuerunt Tiraq. *de pœnis temperandis, cauſa* 20. *&* 21. & Gigas *de Crimin. læſæ Maieſtatis. lib.* 3. titul. *de pluribus, & variis quæſtionibus, quæſt.* 1. *num.* 3. latè Scortia *in ſelectas, Rom. Pontif. Conſt. Theor.* 27. verſ. *Receptatores*, ibi, *ſed quid in foro*, vbi etiam declarat, quid dicendum ſit in foro interno, quoad excommunicationem Bullæ, de qua re, vide Layman. *in ſumm lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 14. *n.* 5. verſ. *Tertio loco*, ibi, *quod verò*, & Patrem Pueronum conciuem meum, *ad Bullam Cœnæ, cap.* 1. *num.* 137. *& ſeq.* qui tamen loquitur in foro Animæ.

43. Dicendum ſecundò, quod in impoſitione iſtius mitioris pœnæ habenda eſt ratio graduum conſanguinitatis, vt mitius puniantur, qui gradu proximi ſunt receptato Hæretico, quam remotiores; ita Peña *vbi ſuprà*, verſ. *Rurſus conſanguineos*, Graff. *in ſuis deciſ. aureis* 1 *part. lib.* 4. *cap.* 18. *num* 35. *& ſeq.* Farin. *vbi ſupra, num.* 144. *in fin. & num.* 148. *& ſeq.* Vbi de Patre, & Vxore receptante filium, vel Maritum hæreticum, Simanch. *de Cath. Inſt. tit.* 15. *numer.* 21. & iterum Peña 3. *part. com.* 160. verſ. *Num autem.*

Sic patrem receptantem filium bannitum contra formam Statuti non puniri pœna ſtatuti ſed alia extraordinaria, dixit Menoch. *de arbitr. Iudic. caſu* 348. *num.* 7. *& conſ.* 74. *num.* 22. *lib.* 1. quem allegat Marius Muta *ad capitula Regn. Sicil. tom.* 2. *cap.* 108. *Regis Federici, n.* 85. Circa ſtatuta tamen prohibentia in indiuiduo patribus ne ſub grauiſſimis pœnis filios bannitos recepent, & eis alimenta præſtent, animaduertendum eſt, quod Senatus noſter Mediolani, verus in hoc ſubditorum pater, & æquitatis amator numquam paſſus eſt, in facti contingentia, patrem qui filium bannitum hoſpitio receperat moleſtari, vt teſtis eſt Franciſcus Bernardinus Porrus *in ſuo faſciculo rerum crimin. fol. mihi* 314. verſ. *Cridæ Principum.*

Benè Souſa, vbi, quod ſine dubio pater recipiens filium hæreticum eſt ab Inquiſitoribus puniendus pro modo culpæ, mitius tamen puniendus pater filium hæreticum receptans, quàm frater fratrem hæreticum receptans, *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 1. *cap.*
44. 23. *n.* 7. qui alios refert.

Dicendum tertiò, conſanguineum receptantem hæreticum, vti talis eſt, non vt conſanguineus, incurrere in omnes pœnas impoſitas huiuſmodi receptatoribus, ita Farin. *vbi ſuprà, numero centeſimo quadrageſimo ſecundo*, ſed in dubio receptans conſanguineum præſumitur illum, non vti hæreticum receptaſſe, ſed vti conſanguineum, ita Graff. *vbi ſuprà, cap.* 18. *n.* 35. Sanctarell. *d. c.* 12. *n. n.* 3. *in fin.* & Farin. *ibid. num.* 143. Leonard. Duard. *d. can.* 1. *q.* 29. *n.* 5. Marius Alter *vbi ſuprà*, Bonac. *de cenſ.*
in ſpecie, diſp. 1. *q.* 2. *punct.* 3. *num.* 2. 45.

An autem hucvſque de conſanguineis dicta habeant locum in receptante hæreticum ſibi amicitia coniunctum, vide Peſiam *d. com.* 81. verſ. *numquid autem*,
& Farin. *num.* 146. qui alios citat. 46.

Tertiò dubitari poteſt, de receptante hæreticos ignorante eos eſſe hæreticos, & quidem clarum eſt, iſtum ſic hæreticos receptantem, non eſſe puniendum pœnis ſtatutis in receptantes hæreticos, ita docuerunt Eymeric. *p.* 2. *q.* 51. *n.* 2. vbi Peña *comm.* 76. Farin. *d. q.* 182. *n.* 163. qui alios allegant, quibus adde Leonard. Duard. *vbi ſuprà q.* 28. *n.* 7. & Marium Alterium *de cenſuris, tom.* 1. *lib.* 5. *diſput.* 2. *cap.* 4. verſ. *ſi ex ignorantia*, & Sanctarell. *de hæreſi, cap.* 12. *n.* 5. *concluſ.* 3. Azeued. *in Regias Hiſpan. Conſtit. lib.* 8. *titul.* 3. *lib.* 5. *& ſeq.* & Patrem Pueronum *ad Bullam Cœnæ, dict. cap.* 1. *num.* 130.

An autem, & cui in hoc caſu incumbat onus pro- 47.
bandi ſcientiam, vel ignorantiam, an fiſco allegānti ſcientiam, an reo allegānti ignorantiam.

Dicendum primò, ignorantiam in dubio præſumi, & per conſequens fiſco allegānti ſcientiam incumbit onus illam probandi, ita Peſia *d. comm.* 76. verſ. *An autem receptator.* Simanch. *de Cath. Inſt. tit.* 15. *num.* 18. *& ſeq. & in Enchirid. tit. de receptat. n.* 4. *&* 5. Farin *dicta q.* 182. *n.* 164. Duard. *ad Bullam Cœnæ, loco ſuprà allegat. n.* 9. Sanctarell. *d. cap.* 12. *n.* 6. vbi quod hoc multo magis procederet, in allegante ignorantiam; & illam probante, per iuramentum.

Dicendum ſecundò, ſi notoriè conſtat receptatum 48.
eſſe hæreticum, vt quia erat denunciatus, vel Amicus, vel vicinus receptatoris: tunc quia præſumptio, quod ſciuerit receptatum eſſe hæreticum, militat in fauorem fiſci, ipſi receptanti incumbit onus probandi ignorantiam, ita docuerunt DD. omnes ſuprà allegati *in prox. concluſ.* & in ſupradicto caſu intellexit Simanch. *dicto num.* 18. Doctrinam Alphonſ. à Caſtro *de Iuſta hæret. punit. lib.* 2. *cap.* 17. vbi voluit reum debere ſe oſtendere innocentem & à culpa liberum, ſi per ignorantiam ſe dicat hæreticos recepiſſe.

Concluſiones haſce ambas, probant mirificè tradita per Giurbam *conſ deciſiuo Criminali* 29. *num.* 32. vbi de probatione ſcientiæ in receptante bannitos.

Et cum receptare ex ſe in genere ſuo non ſit malum, Peña *dicto comm.* 76. verſ. *ſub littera* & Giurba *dicto conſ.* 29. *n.* 32. & Monal. *conſ.* 109. *num.* 11. *vol.* 1. ad probandum receptantem eſſe in culpa, tota vis poſita erit in probanda ſcientia receptantis; vt
arguunt, Peña, & Giurba, *vbi ſuprà.* 49.

Et ſic cum quis eſt, verbi gratia in ciuitate Cremonæ declaratus, & denunciatus hæreticus res de plano procedit, quod omnes Cremonenſes, & de diſtrictu præſumuntur habere ſcientiam, quod ille ſic fuit declaratus, & denunciatus hæreticus. Si verò eſſet hæreticus declaratus & denunciatus Florentiæ, tunc talis ſcientia non præſumeretur in Cremonenſe, ita de receptante hæreticum, vel bannitum prohibitum receptari ex forma ſtatuti docuerunt Iſernia in Conſtitution. Paratenorum, &

Marius

Marius Muta *ad dictum cap.* 108. *Regis Federici, num.* 83. vbi *in fin.* ex Boſſ. *in tit. de rapinu, n.* 16 & Simone de Prætis *conſ.* 8. docet, quod quando quis eſt dubius, vel ignorans quem eſſe bannitum, tunc talis receptans non incurrit perſonas aliquas.

Hæc mirificè probantur ex deciſione Sen. Mediolanſ. tenoris ſeq. *Dilectiſ. Noſter, Relatis in Senatu his quæ ad nos ſcripſiſtis circa detentionem Dominici Maderni, ſub Officio Cap. Iuſtit. Mediol. condemnati capitaliter, & iſthinc detenti cum ſclopo rotato, auditoque eodem tempore Vic. Iuſtitiæ referente ſtatum cauſæ illius condemnationis, mandamus vobis, vt memoratam condemnationem exequutioni mitti faciatis, ſed non procedatis contra eos, qui illum receptarunt, vel cum eo conuerſati fuerint in iſto agro Cremonenſi, cum per multos menſes iſthic habitauerit paſſim habitus pro non bannito, ſi quos autem receptantes, vel conuerſantes in agro hoc Mediolanenſi nominauerit, volumus vt proceſſum remittatis ad Capitulum, Iuſtitiæ. Dat Mediolani 10. Martij 1611.* A tergo *Sp. I. C. Prætori Cremonæ Senatori noſtro dilectiſſimo.*

Quæ enim dicuntur de conuerſante cum bannito, proportionaliter poſſunt applicari conuerſanti cum hæretico declarato in alia Prouincia, & ſicuti præſumptio ſcientiæ banni, quæ oritur ex deſcriptione banniti in albo D. Caluin. *de aquit. c.* 41. *n.* 30. habet locum tantùmodo in ea ciuitate, in qua bannitus fuit bannitus declaratus, & in albo deſcriptus, ita præſūptio ſcientiæ quæ oritur ex condēnatione hæretici videtur habere locum tantùm in ea Ciuitate, & Diœc. in qua hæreticus fuit denunciatus.

Ex his ſequitur quid dicendum ſit, de Nautis, Capon. & ſtabulariis, nam tunc demum pro receptatione punientur, cum hæreticum publicè damnatum, & denunciatum receptarunt Locat. *in Iud. Inq.* in verbo *Receptatio, num.* 6. Pegna *vbi ſupr.* verſ. *Hinc conſequitur*, Graff. *in ſuis aureis deciſ. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 33. *tom.* 1. Decian. *in tract. Crim. lib.* 5. *cap.* 51. *n.* 70. Farin. *d. q.* 182. *n.* 161. Leonard Duard. *d. q.* 29. *n.* 11. Sanctar. *d. c.* 12 *n.* 6. latiſſ. Farin. *in praxi Criminali, q.* 133. *n.* 42. *& ſeq.* vbi dixit, quod ſi aliter diceremus eſſet magnum priuilegium cauponum, quorum genus communiter reputatur improbum.

50. Ex quibus omnino reprobanda eſt doctrina Azor *Inſtit. Moralium, tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 15. *q.* 8 *in fin.* vbi videtur excuſare caupones, etiam in dicto caſu receptationis hæretici publicè denunciati, à probatione ignorantiæ, pro vt expreſsè etiam Azor. reprobauit, Duard. *d. q.* 28. *n.* 11. *in fin.*

Et quamuis Bartol. *in l. Omnes Cod. de Agricol. & cenſitis lib.* 11. Alexander *in l.* 1. *de recept.* & Eliſæus Danza *in tract. de pugna Doct. tit. de recept. n.* 31. voluerint hoſpites à pœnis receptantium excuſari ex eo, quod hoſpitari coguntur omnes viatores, vt conſiderat D. Caluinus *de aquit. cap.* 41. *num.* 32.

Attamen ipſe D. Caluin. *n.* 33. atteſtatur Senatum excellentiſſ. Mediolani non obſeruare illorum DD. traditionem, quinimo mandaſſe ad vlteriora procedi contra duos hoſpites in Oppido Carauaggij grauatos de receptione cuiuſdam Finetti banniti, prout etiam ipſemet D. Caluinus de anno 1620. ex ordine eiuſdem Senatus contra alterum ex ipſis contumacem deuenit ad condemnationem Quod ſi in bannitis id ſtatuit Senatus, multò magis idem dicendum erit in hæreticis, quorum crimen horribilius eſſe crimine læſæ Maieſtatis dixit Galiard. *de delict. mental. & actual. lib.* 1. *num.* 4.

51. An autem receptator vicini hæretici vel publicè pro hæretico denunciati, quo caſu præſumitur receptator ſciuiſſe receptatum eſſe hæreticum, ex traditis ſuprà, & Farin. *in praxi, d. q.* 133. *num.* 122. *& ſeq.* ob talem ſcientiam præſumptam poſſit condemnari in pœnam huiuſce criminis ordinariam, ſi ſcientiam neget.

' *Carena de Offic. Inquiſit.*

Dicendum eſt quod non, ſed puniendum eſſe alia pœna extraordinaria miniori, prout voluit Bald. *l.* 1. *num.* 1. *Cod. de his qui latron*, Menoch. *de arbitr. caſu* 348. *num.* 15. & alij quos ſequitur & allegat Farin. *dicta quæſt.* 133. *num.* 136. *& num.* 138.

Vbi ex Claud. ad Bertazol *conſ.* 126. *ſub lit. C*, 52.
verſ. *Iam vero*, & Sim. de Prætis *conſ.* 10. *n* 9. dixit, quod Iudex omiſſa extraordinaria condemnatione poterit reum torquere, ſuper dicta ſcientia, circa quam tamen torturam conſulo eſſe magna cum cautela procedendum.

Quartò, dubitari poſſet, per quos actus inducatur receptatio hæretici prohibita, ſed de hac re vi- 55.
dendus eſt text. in l. 1. §. *quod autem ff. de ſerno corrupta*, & Farin. latiſſimè *d. q.* 133. *e.* 1. *per tot.*

Quintò, quæri poteſt, an receptans hæreticos per 54.
vim, vel metum, excuſetur à pœnis receptantium hæreticos, &

Dicendum quod ſic, ex alleg. per Farin. *q.* 133. *n.* 36. *& ſeq.* Sancb. *in ſumm. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 8. & Farin. *de hæreſ., dicta quæſt.* 182. *num.* 162. & Giurb. qui alios citat *conſ. crim. deciſ.* 28. *n.* 17. Scotiia *in ſelectas conſt. Pontif. Theorem* 410. verſ. *excommunicatur* 3.

Et in hac materia videndus eſt Marius Muta *ad cap. Regn. Sicil. tom.* 2. *cap.* 108. *num.* 86. *& ſeq.* vbi de receptante bannitum per vim D. Caluin. *de æquitat. cap.* 43 *num.* 25. *& ſeq.* vbi de intellectu noſtrarum conſtitutionum Mediolani, ſub titulo de bannitis, & pulcherrimè Danza *loco ſupra allegato, num.* 69. vbi de mittentibus alimenta Bannitis, & vlias res per vim, & minas,

Sextò, dubitari poteſt, an talis receptor ſit ſuſpe- 55.
ctus de hæreſi, & quo ſuſpicionis gradu, in qua re

Dicendum primò, certum omnino eſſe hoſce receptatores Hæreticorum ſcienter eſſe de hæreſi ſuſpectos, concluſionem hanc vnanimiter docuerunt Doctores *infrà* citandi, & in ea nulla adeſſe poteſt difficultas.

Dicendum ſecundò hoſce receptatores regulariter 56.
loquendo eſſe de hæreſi ſuſpectos vehementer, ratio huius concluſionis eſt, quia omnes excommunicati ex cauſa fidei ſunt vehementer de hæreſi ſuſpecti, vt probauit Eymer. *in Direct. p.* 2. *q.* 56. *n.* 5. verſ. *Quintus caſus eſt*, at tales receptatores ipſo facto ex cauſa fidei ſunt excommunicati, cap. *excommunicamus*, §. *credentes de hæret.* igitur ſunt ſuſpecti de hæreſi vehementer.

Et ita docuerunt Eymeric. *in Direct. p.* 1. *q.* 51. *n.* 4. *& q.* 56. *n.* 6. Locat. *in Iudiciali Inquiſitorum* in verbo *excommunicati n.* 3. & in verbo *Pœna*, *n.* 11. & in verbo *ſuſpicio, n.* 3. Franc. Leon. *in Theſauro fori Eccleſiaſtici, p.* 3. *cap.* 37. *n.* 34. verſ. *Quintus ſi quis*, Leonard. Duard. *ad Bullam Cœn lib* 2. *cap.* 1. *q.* 33. *concluſ.* 2. *num.* 31. Sanctarell. *de hæreſi, cap.* 12. *n.* 3. *concluſ* 3. Farin. *d. quæſt.* 182. *num.* 133.

Bene verum eſt, quod in hac re diligentiſſimè 57.
conſiderari debent qualitas perſonarum receptantium, & modus receptationis, nam ex horum conſideratione manifeſtè apparebit, aliquando ſuſpicionem hanc vehementem eſſe aliquando leuem tantummodò, vti animaduertit Peña *ad Direct. p.* 2. *quæſt.* 51. *comment.* 76. *ſub litera C.* & Farin. *dict. num.* 133.

H 2 Ex

71. Dicendum etiam hoc loco eſſet aliquid de inſtituente hæredem, in teſtamento ſcientes hæreticum, ſed de hoc alibi, tantummodò pro nunc dixiſſe ſufficiat, talem inſtituentem hæreticum eſſe de hæreſi ſuſpectum, ſiue hæreticus inſtitutus ſit extraneus, ſiue ſit conſanguineus inſtituentis, ita Caret. *de haeret.c.2.num. ſexageſimo octaue* Menoch. *de Praſumpt. lib.5.praſumpt.*61.*n.* 33. Farin. *de hareſi, q.* 190. *n.* 108. & Sanctarell. *de hareſi, quaſt.* 190. *num.* 108. & Sanctarell. *de hareſi, cap.* 15.*dub.*3. *num.*10. verſ. *Deinde quia* qui alios Doctores allegant.

§. VIII.

De Defenſoribus, & Aduocatis hareticorum.

72. DEfenſores hæreticorum ſunt in duplici differentia, alij namque dicuntur ij qui hæreticorum errores defendunt, & hi hæreſiarchæ dicuntur, & de his iura non loquuntur cum verè ſint hæretici, ita Eymeric. *in Director.part.* 2. *quaſt.* 52.*n.* 1. vbi Peña *in comm.*77.*ſub litera A, & B*, & Farin. *de hareſi, q.* 182. *num.* 63. & Simanch. *de Cathol. Inſtit.tit.*15. *num.* 8. Leonard. Duard. *ad Bullam Cœna Domini*, *lib.*2.*can.*1.*q.*32.*num.*1.*&* 2.

Alij autem dicuntur hæreticorum defenſores, quia eorum, non errores, ſed perſonas defendunt, viribus, potentia, armis, vel fraude, & hi propriè defenſores hæreticorum habentur, exempla videri poſſunt penes Peñam *dict. comm.*77. *ſub litera B*, qui alios allegat, quibus addi poteſt Sanctarell. *de hareſi, cap.*11. *dub.*3.*concluſ.*1.*& ſeq.*

73. Et hi defenſores hæreticorum ſunt ſuſpecti de hæreſi, modò leuiter, modò vehementer, conſiderata qualitate defenſionis, Eymeric. *dict. q.* 52.*n.*3. Peña *dict.comment.* 77. verſ. *Hic autem modus defenſionis*, Simanch. *d.titul.*15.*num.* 9. vbi quod conſiderandum eſt, an hæc defenſio facta ſit in iudicio, an extra, cum armis, an ſine, an verbis, an factis, Farin. *d. q.* 182.*num.*64. Sanctarell. *vbi ſupra,n.*27.*in fin.*

74. Ac proinde abiurare etiam coguntur tales defenſores hæreticorum, iuxta Eymeric. *loco ſuprà allegato, num.*3. & Peña *vbi ſuprà, ſub litera D*, vbi alios allegat, & pœnas quibus tales defenſores plectuntur enumerat, de quibus etiam vide Sanctarell. *vbi ſup.n.*28. & Farin. *d.q.* 182. *n.* 58. *& ſeq.* qui alios DD. referunt.

75. Quoad aduocatos verò, & Notarios, ſeu Procuratores, ſi in caſibus ipſis non permiſſis (quæ enumerantur à Farin. *de hareſi, q.* 197. *num.* 54 *& ſeq.* & Sanctarell. *de hareſi, cap.* 11.*dub.*2.*per tot.*) & ſine licentia Inquiſitoris, (quæ omninò requiritur, Farin. *vbi ſuprà, num.* 77.) Patrocinium hæreticis, hæreticorum fautoribus, receptatoribus, defenſoribus, &c. præſtent, vltra pœnas de quibus Farin. & Sanctarell. *vbi ſuprà*, ſunt etiam de hæreſi ſuſpecti & contra eos, vti tales poſſunt Inquiſitores procedere, & comprehenduntur ſub nomine defenſorum hæreticorum, ita Farin. *vbi ſup.num.* 55. & Sanctarell.*n.*21.verſ. *imo aduocati*, qui alios latiſſimè allegant, & Leonard. Duard. *ad Bullam Cœna Domini*, *lib.*1.*can.*1. *q.*32.*num.*9. verſ. *Huius criminis*, Paulus Chriſtineus *Deciſ.Curia Belica.vol.* 2.*deciſ.*34. *num.* 9. vbi quod nullo modo Aduocatus, poteſt accuſato de hæreſi, præbere ſuum patrocinium, niſi de licentia ſuperiorum, & quod ita iudicauit Supremum Mechlinenſe Concilium, Freitas *ad Roder. de Conſeſ. ſolicit. q.* 23. *num.* 28. vbi quod præbens conſilium Inquiſito, etiam iuſtum, inſcio Inquiſitore arbitrariè puniri debet, & ita practicatum in S.Offi-

Carena de Offic. Inquiſit.

cio atteſtatur Locatus *in Iudiciali Inquiſitorum, caſu* 10. *inter caſus Placentia, fol.mihi* 462. Scottia *in ſelectas. conſt.Theor.*30.*num.*1. Patet Pueronus *dicto capitulo primo, numero centeſimo quadrageſimo nono.*

§. IX.

De Credentibus Hareticorum.

DIſputant hoc loco DD. an hæreticorum credentes dici formaliter poſſint hæretici? circa quam quæſtionem, ne in æquiuoco verſemur,

Præmittendum eſt aliquem dici poſſe credentem hæreticorum pluribus modis. 76.

Primò quidem, quia credit hæreticorum erroribus, & ij propriè dicuntur hæretici, ita Eymericus *in Director.p.* 2.*q.*50.*num.*1. Suar. *de fide, diſp.* 24.*ſect.*1. *num.* 1. Marius Alterius *de cenſur. tom.* 1. *lib.*5. *diſput.*2.*cap.*3. verſ. *Alios verè dicit*, Leonard. Duard. *ad Bullam Cœna Domini*, *l.*2.*can.*1.*q.*26.*n.* 1. Royas *de haret.*1.*p.n.*298. *& pluribus ſeq.* Sanch. *in Decalog.tom.*1. *lib.*2.*cap.* 10. *n* 2. qui alios allegant latiſſimè Farin. *dicta quaſt.* 182. *num.*111.*& ſeq.*

Secundò, illi credentes Hæreticorum dicuntur, qui licet nulli hæreſi expreſsè adhæreant, credunt tamen hæreticos eſſe viros bonos, & habere bonam fidem, & ſic credentes hæreticorum dicuntur habere Hæreticorum perfidiam non explicitam, ſed implicitam, ita originaliter, dixit Palud. *in* 4.*ſent.diſt.* 13. *q.*3.*concluſ.*7. Marius Alter *de cenſur. loco ſuprà cit.* verſ. *Secunda opinio eſt*, optimè Toletus, *in ſumma, l.* 1. *c.* 19.*n.* 5. vbi dixit hæreticorum credentes eſſe, qui errorem expreſsè non habent, explicitè, ſed implicitè tantum, cuius dictum ſingulariter commendat Farin. *vbi ſuprà,n.*104. verſ. *Et ex omnibus pradictis*, Peña *dicta comm.*75. verſ. *Petrus de Palude*, Sanctarellus *de hareſi, d.c.* 11.*dub.*4. *n.*29. qui alios allegat, & hi propriè credentes Hæreticorum dicuntur, vt notarunt DD. alleg. Scottia *in ſelectas, Rom. Pontif. conſtit. Theoremate* 27.*& Theor.*410. 77.

Tertiò, alij videntur dici credentes Hæreticorum, de quibus non apparet, quod credant hæreticorum erroribus explicitè, vel implicitè, ſed videntur credere Hæreticorum verbis, iuſſionibus, &c. vtpotè, quia hæreticos viſitant, eis alimoniam præbent, ad eorum dictum vadunt, & redeunt, &c, & hi propriè credentes Hæreticorum non dicuntur, vt notauit Guido Fulcoſtius, *in conſult.ad Inquiſit. quaſt.* 9. cuius verba referuntur per Pegnam, *dicto comm.* 75. ſub litera D. & Eymericus *p.*2.*q.*60.*num.* 5. verſ. *Tales enim non ind.* Suar. *de fide, diſput.*24 *ſect.*1.*n.* 2. vbi quod tales potiùs dicuntur fautores, quàm credentes hæreticorum, Leonard. Duard *dicta q.*26. *ſuprà cit.num.* 8. vbi quod aſſerens hæreticos eſſe viros bonos, non poteſt ex hoc dici credens hæreticorum, ſed fautor, quod idem voluit Suar. *de cenſur. diſputatione vigeſima, prima, ſectione ſecunda, numer.* 6. *& ſequent.* & Sanch. *in ſumm.lib.*2.*c* 10.*num.*3. 78.

Iſti tamen licet propriè credentes non dicantur, tamen ſunt de hæreſi ſuſpecti vehementer, vel leuiter ſecundùm qualitatem, & modum circumſtantiarum, Eymeric. *in Direct.p.*2.*q.* 50. *num.* 5. Duard. *vbi ſupra, num* 8. & 9 verſ. *Imo pradicti*, Peña *d. comm.*75.*ſub litera E*, vbi, quod ob id coguntur tales abiurare. 79.

His præmiſſis ad quæſtionem reſpondendum eſt, credentes Hæreticorum eſſe formaliter hæreticos, loquendo tamen de credentibus propriè Concluſionem hanc docuerunt latiſſimè Duardus *dicta* 89.

q.26.per totam, Suar. *de Fide. diſput.24.ſect.prima, n.* 1. *vbi* quod ad eſſentiam hæreſis nihil refert, an explicitè & in particulari, an implicitè, & in vniuerſali, & generali Hæreticorum errores credantur, Sanch. *in citato cap.* 10. *num.* 2. Sanctarell. *de hæreſi dicto cap.*11.*dubio* 4. *n.*30.*concluſ.*2.

81. Et ſi opponatur, quare ergo in Bulla Cœnæ excommunicantur in primo Canone, Hæretici, & eorum credentes, nam hoc modo, hæc vltima verba eſſent ſuperflua.

Reſpondendum eſt cum Duardo. *vbi ſuprà, num.* 11. verſ. *ad ſecundum*, & Sanctarell. *loco cit.* quod ſpecialis excommunicatio fuit lata contra credentes Hæreticorum, ad maiorem declarationem, nam cum duobus modis poſſit quis credere Hæreticis, vel diſtinctè aſſentiendo eorum erroribus, vel confusè, licet ambo ſint hæretici, tamen quia credentes ſecundo modo nihil diſtinctè credunt contra fidem, proprio nomine ad maiorem declarationem ſunt expreſſi. Quod etiam docuit Pater Pueronus Abbas Gen. Oliuetanus, Do. ac conciuis meus *in Bullam Cœnæ, cap.*11.*n.*116.

Et hinc eſt, quod in Bulla Cœnæ Pij V. deerant illa verba, & eorum credentes, vt animaduertit Nau. *in ſumm. cap.* 27. *num.* 55. Sanctar. & Duard. *vbi ſuprà.*

82. Supereſt modò, vt videamus, ex quibus cognoſcantur Hæreticorum credentes. Et quidem cognoſcuntur verbis, & factis, vti dixerunt Eymericus *in Direct. part.* 2. *quæſt.* 50. *num.* 2. & Peña *ibi* verſ. *Quomodo.*

Verbis credentes dignoſcuntur, ſi verbis profiteantur ſe Caluini erroribus credere, ita Eymericus, & Peña *locis indicatis*, Duard. qui alios allegat. *d. q.* 26.*num.*4.

83. Opere autem, vel facto cognoſcuntur ex pluribus, & primò quidem, ſi ſermones, ſeu prædicationes audierint pluries, nam tales dicendi ſunt ex hoc Hæreticorum credentes, ita Eymeric. *d. q.* 50. *num.* 3. Peña *dicto comm.* 75. verſ. *& quamuis hoc ſit*, vbi quod non ſufficit ad hoc vnicus, nec binus actus, & hoc alleg. Concil. Narbonenſe, de quo ibi latiſſime Farin. *dicta q.* 182. *num.* 115. & *ſeq.* Duard. *d. q.*26.*num.*5. Suar. *de fide, diſp.*24. *ſect.* 1. *num.*3. *in fin.* & Sanctarellus *de Hæreſi. dicto cap.*11. *num.* 31. *concl.*1. qui alios allegat, Souſa, poſt hæc ſcripta viſus, *ad Bullam Cœnæ, diſp.*8. *num.*10.

84. Et licet ſemel, vel bis audiens conciones hæreticorum non poſſit ob id dici credens hæreticorum, non tamen ob id immunis redditur à ſuſpicione Hæreſis leui, vel etiam vehementi, ſecundum qualitatem perſonæ audientis, & aliarum circumſtantiarum, ita Archid. cap. *Quicumque de hæreticis in* 6. *num.* 2. Io. Andr. *n.* 3. *&* Gemin. *num.* 7. Sanctarel. *de hæreſi, loco citato, num.*31. Farin. qui alios cumulat, *n.* 120. ſed præ omnibus videndum eſt Concilium Tarraconenſe, apud Peñam *part.* 2. *fol. mihi* 220. *in principio* §. *Suſpectus de hæreſi.*

85. Secundò, credentes hæreticorum cognoſcuntur, ex eo, quod in infirmitate conſtituti, petunt hæreticos, vt ab eis conſolationem recipiant per manus impoſitionem, ita Concil. Narbon. apud Peñam *dicta comm.*75.*ſub litera A*, Farin. *d.q.* 182.*num.*110. *& ſeq.* Sanctarel. *d. n.* 31. & de hoc habemus textum in cap. *filij, de hæret. in* 6. Pleniſſimè Peñ. *p.* 3. *comm.*170. *per tot.* Pater Pueronus ad Bullam Cœnæ, *cap.*1.*num.* 121. qui tamen in foro conſcientiæ, hoc non admittit, hoc tamen limita vt non procedat, ſi infirmus dum petiit hæreticos non erat ſanæ mentis, ita gloſſ. & DD. in d. c. *filij*, Farin. *num.*111. & Peñ. *vbi ſuprà*. an antè infirmus in prædicto caſu præſumatur ſanæ mentis, & an, & cui incumbat onus probandi infirmum eſſe vel non eſſe ſanæ mentis, & in quibus caſibus non poſſit infirmus admitti ad probandum ſe tunc fuiſſe non ſanæ mentis, vide textum in dicto cap. *filij*, vbi DD. Farin. *vbi loco cit. num.*112. *& ſeq.* & Peñ. *dicto comm.*170.

§. X.

De Conſultoribus Hæreticorum.

86. BReuiter dicendum, conſilium Hæretico præſtantes dicendos eſſe fautores Hæreticorum, ac proinde de hæreſi ſuſpectos, prout ſunt fautores ita Farin. *dicta quæſtione* 182.*num.*3. optimè Concil. Terracon. apud Peñ. *part.*1. *folio mihi* 220. *in principio*, & ad hoc videnda eſt Conſt. Innoc. IV. *Ad extirpanda*, §. *quicumque verò*, inter literas Apoſtolicas, pro Sancto Officio illa *fol.*6. hæc *fol.*30. *poſt Directorium.*

§. XI.

De Tortura Hæreticorum fautoribus danda.

87. OMittendo pro nunc illos, qui leuiter hæreticis fauent, quibus illud torturæ genus infligi debet, quod datur leuiter ſuſpectis, de quo dixi in titulo de Blaſphemia, & latius titulo de ſortilegis, & alibi ſæpiſſimè.

Quoad eos, qui magnopere hæreticis fauent, & vehementer ſunt ſuſpecti, maximè in caſibus, de quibus Concilium Narbon. *c.*14. 15. 16. apud Peñam *part.*2.*com.* 78. verſ. *Iam ſi noſco*, Dicendum quod, iſti tales fautores adhibita tortura diligenter interrogari debent de cauſa, cur hæreticis fauorem præſtiterunt, prout etiam docuit Farin. *d. q. numero centeſimo octogeſimo ſecundo*, *numero ſexageſimo nono*, vbi de impedientibus ſanctum Officium, & *n.*233. *&* *n.* 85. 55. Sicuti etiam torquendi ſunt ſuper complicibus, iuxta ea quæ dixi *in titulo de tortura, parte tertia huius operis*, *& ſupra in hac* 2. *part. tit.*1.§.19.

§. XII.

De abiuratione Fautoribus huiuſmodi iniungenda.

88. CIrca quæſtionem hanc, ſupponenda eſt hoc loco communis DD. traditio, quod pro qualitate ſuſpicionis, gradus quoque abiurationis eſt ſuſpecto iniungendus, ita vt ſi fautor ſuſpectus ſit de hæreſi leuiter, ei leuis ſit abiuratio indicenda, ſi verò vehementer abiuratio de vehementi.

89. Præmittendum etiam eſt quod licet regulariter non ſubſiſtat abiuratio generalis non expreſſis particularibus erroribus ſeu hæreſibus, attamen hoc fallit in abiuratione fautoribus iniungenda, ita Eymeric. *in Director. p.*2. *quæſt.* 54. *num.* 4. vbi Peña *in comm. ſub litera C*, & Repert. Inquiſit. in verbo, *Fautores*, Leonardus Duardus *ad Bullam Cœnæ Domini, lib.* 2. *can. q.* 33. *num.* 34. nam cum iſti fautores hæreticorum in nullam ſpecialem; & particularem hæreſim videantur conſentire, ideo,

nullam

nullam lu ſpecie hæteſim abiutare poterunt, & ſic
ſatis erit, ſi in genere dicat, ſe fautor deteſtari om-
nem hæteſim cuius ſuſpicionem faueodo hæreticis,
eoſdem receptando, aut inquiſitoris Officium im-
pediendo contraxit. Eymer. *vbi ſuprà*, Peſia *ibid.*&
Leonard.Duard.*ad Buliam Cœna*, *loco cit.num.*34.
90. Hiſce præmiſſis dicendum eſt, quod ſi præmiſſa
tortura appareat fautorem(fautoris nomen hoc loco
accipiendo genericè, vt dixi ſuprà in principio ti-
tuli,potius perſonæ,quàm errori voluiſſe fauere,tunc
ſufficit illa generalis abiuratio, de qua *ſuprà*.Quod
ſi ſecus ſit, & aliquæ aliæ coniecturæ, concurrant,
ex quibus oriatur ſuſpicio eum,qui ſe fautorem ex-
hibuit, eoſdem, cum hæretico habere errores, vt
quia v.gr.diſtinctè ſciat omnes illius hæretici, cui
fauit, hæreſes, tunc vltra generalem hæreſum ab-
iurationem, de qua *ſuprà*, cogendus omnino eſt
talis fautor etiam ad particulares errores, & hære-
ſes abiurandas, ita Peſia *dicta comm.*79.ſæpè citata
verſ. *In hac tamen difficultate*, Farin.*de hereſi*, 182.
*n.*55.vbi de tortura,& abiuratione iſtorum fautorum.
Sed hic pulcherrima inſurgit dubitatio, an ſcili-
91. cet qui relabitur in fautoriam iam de vehementi ab-
iuratam, vel etiam aliam,poſt tamen abiuratinoem
de vehementi alterius fautoriæ; ſit habendus pro
relapſo;In qua re licèt Locatus *in Iudiciali Inquiſi-
torum* io verbo *Relapſi*, *num.*5.verſ.*Quidam autem
ſunt relapſi*, ex Concilio Tarracon.de quo *in dire-
ctorio,part.*2.*fol.*220.viſus fuerit inclinare in partem
affirmatiuam.
Attamen contraria ſententia negatiua eſt verior,
communior, ac pietati huiuſce S.Tribunalis magis
accommodata, & eam tenent Peg *p.*2.*comm.*83.verſ.
Sed tota difficultas,Farin.*de hereſi*,*q.*195.*n.*36.*& ſeq.*
& Sanct.*de hereſi*,*c.*42.*dub.*5.*n.*14.qui alios allegant.
Et ratio iſtius concluſionis eſt, quia de natura,
& eſſentia relapſi eſt, vt de aliquo lapſu conſtet in
hæreſim, ad hoc, vt talis relapſus poſſit brachio
ſæculari, pœna relapſis debita puniendus relaxari
Alphonſ.a Caſtr.*de Iuſtit.hæretic.punit.lib.* 2.*cap.*2.
Simanch.*de Cath.inſtit.tit.*57.*num.*5.& nos latè in tit.
de Relapſis: At qui iterum fauet hæreticis, non
conſtat ob id, quod in hæreſim inciderit, igitur
non erit relapſus.
Si tamen quis non ſolùm bis in abiuratam fauto-
92. riam, vel aliam relaberetur, ſed pluries, & pluries
tunc cum Peg.*vbi ſuprà*, verſ.*Hoc vnum*, & Farin.
*dicta q.*195.*n.*39.dicendum eſſet omnino talem bra-
chio ſæculari relaxandum eſſe, debitis pœnis mul-
ctandum.
Ad hanc tamen traditionem deueniendum non
93. eſſet incooſulto Supremo Senatu vniuerſalis Inqui-
ſit.Romanæ, prout ſemper, vbi de hominis vita
agitur conſulendus eſt, ita Campeg.ad Zanchin.
*de heret.cap.*17.*ſub litera A*, Decian.*in tract.crim.
tom.*1.*lib.*5.*c.*51.*n.*85.Peña *d.comm.*83.verſ.*Si cui ta-
men*, & Farin.*d.q.*195.*de hereſi*, *num.*38.

§. XIII.

De pœnis Fautoribus hæreticorum imponendis.

DE pœnis fautoribus, defenſoribus, Conſul-
toribus Auxiliatoribus, Credentibus,& Rece-
94. ptatoribus hæreticorum, imponendis, videndi ſunt
latiſſimè de hac materia tractantes, Peg. *parte
ſecunda*, *in Director.commentar.*76.verſicul. *Recep-
tores verò*, vbi de pœnis receptantium hæreticos,&
*com.*77.verſ.*Et Debent abiurare*,vbi de pœnis defen-
ſorũ,& *com.*78.verſ.*& duodecim magnas*,vbi de pœ-
nis fauentium hæreticis,& *comm.*79.verſ.*At dubium
eſt*, vbi de pœnis impedientium Sanctum Officium,
Farin.*de hereſi*, *q.*182.*n.*37.*& ſeq* & *num.*58. *& ſeq.*
vbi de pœnis defenſ.hæret.& *num.*71.*& ſeq.* vbi de
pœnis Imped.Sanctum Officium, lantiſſimè etiam
Leonard.Duard. *ad Bullam Cœnæ Domini*, *l.*2.*can.*
1.*q.*2.7.vbi de pœnis credentium hæreticorum *&
q.*33.*per totam*, vbi de pœnis receptatorum, fauto-
rum, & defenſorum hæreticorum, Sanctarell. *de
hereſi*, *cap.*11.*& cap.*12.qui alios DD.allegant. 95.
Hiſce pœnis de more S.Officij addendæ ſunt
fautoribus pœnitentiæ ſalutares, Ieiunia, Oratio-
nes, Eleemoſynæ, Peregrinationes, &c.

§. XIV.

Quomodo cum fautoribus, &c. hæreticorum Confeſſarius ſe gerere debeat.

SI fautoria receptio, defenſio, conuerſatio, & 96.
credentia In Bulla Cœnæ Domini prohibitæ ſub
excommunicationis pœna, iunctam habent hære-
ſim, tunc confeſſarius, cum fautoribus, recepta-
toribus, defenſoribus, & credentibus hæreticorum,
eo modo ſe gerere debet, quomodo eum ſe gere-
re debere, cum hæreticis, diximus *ſuprà*, *tit.*2.*§ fi.*
Si autem delicta illa ab hæreſi, ſint ſeiuncta illo- 97.
rumque delictorum Rei, catholicam ſemper men-
tem ſeſe habuiſſe profiteantur, tunc quoniam(licet
hæretici non ſint)tamẽ ſunt excommuoicati excom-
municatione Bullæ Cœnæ, antequam eos confeſ-
ſarius abſoluat diligenter animaduertat, an talem
habeat facultatem.
Cenſuræ enim Bullæ Cœnæ, ſoli Summo Pon- 98.
tifici ſunt reſeruatæ, præterquam in articulo mortis,
ita vt nec Conſilium Generale, nec Collegium
Eminentiſſ.Cardinalium ab eis poſſint abſoluere,§
Cæterum à prædictis ſententiis, in Bulla prædicta
Cœnæ, Nald.*in ſumm.*In verbo *Bulla Cœnæ*, *num.*
60. Et cum io memorata Bulla reuocentur quæcun- 99.
que facultates, & indulta, quibuſvis coDceſſa, ac
quælibet Concilij decreta, Regulares, virtute cu-
iuſdam Bullæ Pij V. de qua mentionem facit Portel.
*in dubiis Regular.*in verbo *Abbas*, *num.*6.& Suar. *de* 100.
*Pœnitent.tom.*4.*in tertiam partem D.Thom.diſput.*30.
*ſect.*2 *num.*7.nunc abſoluere ab hæreſi occulta, non
poterunt,vt reſeruata virtute Bullæ Cœnæ, ſicuti
nec ab aliis caſibus eiuſdem Bullæ, etiamſi tracta- 101.
retur.
De Prælatis regularibus reſpectu ſuorum ſubdito-
rum, ita Diana, qui alios more ſuo cumulauit, *re-* 102.
*ſolut.Moral.*1.*p.tract.*5.*reſol.*6.& Tamburin. *de Iure
Abb.tom.*2.*diſput.*14.*quæſito* 15.*per totum*, *& quæſito*
57.*ſimiliter per totum*,& ratio eſt, quia Bulla Cœ-
næ expreſsè tollit facultates, & indulta conceſſa
Regularibus & Monaſteriis, & ſingulo anno re-
nouatur, & publicatur, igitur ſufficienter, intelli-
gitur ſublatum dictum indultum Pij V.& cuiuſlibet
alterius ſummi Pontificis, quidquid in contrarium
voluerit, Petin.*in Priuil.Minim.tom.*1. *Conſt.*4. Sixti
IV.*§.*5.*n.*6.*& ſeq.*ac alij à Dian.& Tambur.allegati.
Si tamen confeſſarius aliquis haberet à Summo
Pontifice, facultatem abſoluendi à caſibus Bullæ
Cœnæ excepta hæreſi, dubium eſt, an tunc poſſet
abſoluere hoſce fautores, defenſores, credentes, &
receptatores hæreticorum.
Et breuiter,quando non ſunt formaliter hæretici

arbitror virtute illius facultatis eos poſſe abſolui, ſic
de Bulla Cruciatæ, coocedente abſolutionem à caſi-
bus quibuſcumqoe etiam Bullæ, excepta hæreſi,
plorimi DD. relati à Diana *vbi ſuprà reſol.7.* qoibus
addo, videndum omnino Henriq. *in Summa lib.6. de
Sacramento Pœnitentia, c.16.n.2.in addit.* verſ. *Quare
de ſe videtur*, vbi loquitur etiam de Schiſmaticis,
quando ſchiſma non eſt cum hæreſi conionctum,
103. & rationem addit ibi, Henriquez quia exceptio
firmat regulam in caſibus non exceptis, & verè non
eſt tanta ratio hæreſis, ac aliorum delictorum non
habentiom annexam hæreſim, & poſt hæc ſcripta
viſus Pater Pueronus Abb. Generalis. Oliuetanus *ad
Bullam Cœna, cap.1.n.248.*

Circa hos tamen Fautores notandum eſt, qnod
in Bulla cœnæ excommonicantur fautores hæreti-
corum: Quare fautores ſuſpectorum tantummodò
de hæreſi, ooo erunt ligati memorata cenſura, Pa-
ter Pueronus *dict.cap.1. num.168.* qui alios allegat,
104. & nos *ſuprà, §.1.n.9.*

His de poteſtate Confeſſarij conſideratis graui-
tatem horum delictorum pœnitenti propooet con-
ſiderandam, tum ex inſigni loco ſcripturæ Sacræ,
lib. 2. Paralip.cap.19. Impio præbes aoxilium, & his
qui oderuot Dominum amicitia coniungeris, idcirco
iram Domioi mereris, tum ex D. Baſilio, relato
in cap. *qui conſentit.11.queſt.3.* in hæc verba. Si quis
peccatorem defeodit, acrius, quam ille, qui pecca-
uit coerceatur, tum denique ex diuioa horum de-
lictorum punitione, quæ colligitur ex primo Re-
gum cap.15. vbi Dominus, Saul Regno priuauit, quia
Regi Agag pepercit.

105. Mox benigoè eum corriget, id eſt, vt explicat
D. Greg. Nazianz. *Orat.26. de moderatione, in diſpu-
tationibus ſeruanda.* leuiter, & humanè, noo vt ho-
ſtis, oeque vt durus aut rigidus Medicus, adhorte-
turque vt peccata prædicta in futurum fugiat, ve-
lut à facie colubri, eique tandem pœnitentias, &
106. ſatisfactorias, & præſeruatorias, ioinnget, iuxta re-
gulas in hac materia, à DD. traditas, & præſertim,
à Coninch. *de Sacram. part.2. diſput.9. de ſatisfa-
ctione dub.8. per totum.*

TITVLVS V.

De Polygamis.

SVMMARIVM.

1 *Polygamia dua ſpecies.*
2 *An ſit prohibita, & quo iure, opinione hære-
reticorum.*
3 *Sententia Catholica.*
4 *An Polygamia eſſet licita, ante legem Euange-
licam.*
5 *Pluralitas virorum reſpectu, vnius mulieris eſt,
omni iure prohibita.*
6 *Opinio Sanch. refertur, & confutatur, n.7.*
8 *Opinio Menochij refertur, & confutatur. n.9.*
10 *Quot modis dicatur aliquid eſſe contra ius na-
tura.*
11 *Dominium corporum noſtrorum eſt apud Deum.*
12 *Quomodo polygamia ſit contra ius natura.*
13 *Polygamus eſt ſuſpectus de hæreſi, & cur, n.14.*
15 *Quid in ducente ſecundam vxorem clam, refertur
opinio Auctoris repertorij Inquiſitor.*
16 *Confutatur opinio prædicta, n.17.*
18 *Polygamia an ſit delictum mixti fori, opinio Si-
mancha.*
19 *Opinio Genuenſis.*
20 *Vera Sententia, & illius probatio, vbi optima Do-
ctrina Cantera, & Traſmiera.*
21 *Hodie Polygamia ad ſolos Inquiſitores ſpectat,
num.22.*
23 *Reprobatur deciſio 36. Franchi.*
24 *Secundum Matrimonium non contrahitur, niſi ha-
bito certo nuntio.*
25 *Praxis curiarum Eccleſiaſticarum, in hac materia.*
26 *Contrahens ſecundum Matrimonium ob abſentiam
longam viri non ſeruata forma, c.* Domioua de
ſecundis nuptiis, *ſecundum Simanch. & Gut-
tier. non ſubditur iudicio Inquiſitorum.*
27 *In contrarium eſt veritas, qua quotidie practicatur
in S. Officio.*
28 *Probatur concluſio, & reſpondetur rationi Siman-
cha, num.29. vbi Deciſio S.C.S. Officij de Vrbe
in caſu occurrenti.*
30 *An ſubſit inquiſitoribus contrahens ſecundum Ma-
trimonium, ob nullitatem primi pratenſam, non-
dum tamen declaratam, n.31. vbi an talis, ſic con-
trahens Matrimonium poſſit excuſari ab abiu-
ratione, & quid ſi ſecundum Matrimonium ſit
nullum, & contrahens proteſtetur, quod per
quacumque verba non intendit illud contra-
here.*
32 *An coniux contrah. ſponſ. cum alia viua coniuge
ſubdatur foro Inquiſitorum, opinio Riccij.*
33 *Reprobatur Riccius.*
34 *A praparatorijs infertur ad praparatum.*
35 *Caſus de quo in §. praced. accidit Cremona.*
36 *Coſta Papienſis alleg. §. Superiori loquitur in ſpon-
ſalibus de praſenti.*
37 *Pater Diana loquitur in ſponſalibus de futuro, &
alij ibi allegati.*
38 *Non iuris effectus, ſed animi deſtimatio attenditur
in hac re.*
39 *Pari Infamia pœna afficiuntur, qui binas nuptias
& bina ſponſalia contraxerunt, & cur bina
ſponſalia contrahens non punitur in S. Officio.*
40 *Iudex competens delicti conſummati eſt etiam
competens delicti attentati.*
41 *In delictis S. Officij conatus ab Inquiſitoribus pu-
nitur.*
42 *Reijcitur Souſa in Aphoriſm. Inquiſitor. lib.1.c.35.
num.6.*
43 *Deciſio Congregationis S. Officij Cremona.*
44 *Quomodo in ſententia D. Thom. Sponſalia ſunt
quid Sacramentale.*
45 *Quid dicendum de vxorato contrahente ſponſalia
de futuro ſequuta copula, in locis in quibus
Concilium Tridentinum non fuit vſu receptum.*
46 *Deciſio Inquiſitionis Murcia, & Supremi Tribu-
nalis Inquiſitionis Hiſpana.*
47 *Contrahens ſcienter cum Polygama abutitur Sa-
cramento Matrimonij.*
48 *Teſtes falſi puniuntur in S. Officio quia cooperan-
tur abutenti Sacramento.*
49 *Cantera in hac materia reiicitur.*
50 *Contrahens ignoranter cum Polygama excuſatur
ab hæreſis ſuſpicione.*
51 *Conſulens, mandans & Procurator nomine alte-
rius Matrimonium ſecundum contrahens pu-
niuntur pœnis iiſdem quibus puniuntur Poly-
gami, & deciſio in materia matris, qua filia con-
ſuluit Polygamiam.*
52 *Primum Matrimonium, & ſuperuinentia prima
vxoris ſunt probanda, & qualiter, n.53. & 54.*

55 Polyga

55 *Polygamus torquetur & qualiter, num.56.*
57 *Polygami ſunt ſuſpecti de vehementi reprobatio Simanch.& Guetier.qui loquuntur ſecundum conſuetudinem Hiſpania*
58 *Vehemens ſuſpicio oritur ex abuſu Sacramenti, vbi etiam de ſtylo Supremi Tribunalis in Regnis Hiſpaniarum, & quod illi Tribunali multum debet tota Religio Catholica.*
59 *Polygami abiurant de vehementi.*
60 *Contrah.Sponſ.viua coniuge abiurant de leui.*
61 *Polygami condemnantur ad triremes,adquas etiam condemnantur falſi teſtes,& ſeq.*
64 *Quomodo puniantur, qui contraxerunt ſpon.viua priori coniuge.*
65 *De pœnis horum delinquentium plura remiſſiuè, vbi quod etiam ſunt infames, & an etiam eorum filij.*
66 *Pœnis horum reorum puniuntur viri ducentes in Matrimonium vxorem alterius ſcienter,& mulieres ducentes virum alterius.*
67 *Sanctum Officium cognoſcit contra teſtes falſos in cauſa Polygamin, & ita decidit S.C.*
68 *Teſtis deponens coram Iudice,vel diſpoſitionem ſubſcribens etiam ſigno Crucis ſi neget ſe ſic depoſuiſſe,punitur vt falſus.*
69 *Cum teſtis negat ſe depoſuiſſe, vt notarius ſcripſit. noniter condemnatur.*
70 *Contra ambos tamen poteſt Iudex inquirere.*
71 *Quomodo ex deponentibus horum teſtium notarius poſſit torqueri.*
72 *Notarius quando in hoc caſu poſſit capturari, vbi deciſiones Senatus Pedemontani, & Sacri Conſilij Regni Arregonum.*
73 *An Inquiſitor poſſit ex atteſtationibus iſtorum teſtium vocare notarium, & eum examinare, & quomodo ſe gerere debeat in huiuſmodi cauſis.*
74 *Filij nati ex Matrimonio prædicto, an ſint legitimi.*
75 *Filij nati ex Matrimonio putatiuo, quomodo ſint legitimi.*
76 *Bona fide exiſtente in altero ex coniugibus filij ex putatiuo Matrimonio nati ſunt legitimi, quoad honores, fideicommiſſa, & alia omnia.*
77 *Pulcherrimus caſus ex Campanil.*
78 *An tales filij habeantur pro legitimis, etiam quoad parentem exiſtentem in mala fide, vbi reprobatur Tellus Fernandez, & an talis parens filio poſſit ſuccedere.*
79 *Tales filij ſunt legitimi, etiamſi pendeat lis ſuper Matrimonio.*
80 *Quinimo Matrimonium putatiuum legitimat prolem illegitimam prius ſuſceptam.*
81 *An orti ex Matrimonio clandeſtino ſint legitimi, n.82. vbi quodnam ſit Matrimonium clandeſtinum.*
83 *An Inquiſitores ſint Iudices competentes huius legitimitatis.*
84 *Iudex cauſæ principalis eſt Iudex omnium incidentium.*
85 *Iudex Eccleſiaſticus, eſt competens in omnibus connexis, cum cauſis ſpiritualibus.*
86 *Cauſa legitimitatis non eſt merè laicalis.*
87 *In S.Officio delicta melius probantur.*
88 *In Curia Archiep.Neapol ſimilis cauſa fuit deciſa,*
89 *Cur Iudex Eccleſiaſticus poteſt eſſe Iudex cauſæ laicalis ratione connexitatis,vel incidentia,& index laicus, nullo modo poteſt eſſe Iudex cauſa ſpiritualis,& n.90.*
91 *Altero ex parentibus exiſtente in bona, altero in mala fide, cui incumbat onus alendi filios.*
92 *Declaratur authentica* Si Pater,*Cod.*Diuortio facto apud quem,&c.
93 *Diſpoſitio dicta authenticæ,* ſi pater *an procedat, vbi mater eſt in mala fide. & ſeq. vbi reprobatur communis opinio,& Sanch.de Matrimonio, lib.10.diſp.fin.*
97 *Ratio diuerſitatis inter patrem,& matrem, in caſu de quo agitur.*
98 *Cum ambo parentes ſunt in mala fide onus alendi incumbit patri & matri, non niſi in ſubſidium,& ſequent.*
100 *Cum ambo ſunt in bona fide adhuc pater tenetur alere, & ſubſidium mater,& ſeq. vbi latè reprobatur, Surd.de Alim.tit.1.q.14. n.8. & Sanch. dict.diſp.vlt.*
104 *Cum Parens vnus eſt diues, alter pauper, ſemper à diuite filij ſunt alendi.*
103 *Declaratur,text.c.2.qui filij ſint legitimi,&c.cum haberet,de eo qui duxit in Matrimonium quam polluit per adulterium.*
105 *Confeſſarius quomodo ſe gerere debeat cum Polygamo habente errorem in intellectu,remiſſiue.*
106 *Polygamus non habens errorem in intellectu poteſt abſolui à quocumque confeſſario,n.28. vbi quid de ſortilego,blaſph.hæreticali, & ſimilibus*
107 *De grauitate huius delicti.*
108 *Polygamo exiſtente in mala fide,ſecunda Vxor lucratur omnia ſibi donata etiam pretioſa.*
109 *Quomodo ſe gerere debeat Confeſſarius cum Muliere,quæ ſecundò nupſit.& dubitat de vita prioris viri circa debitum reddendum ſecundo viro, & ſeq. vbi quid ſi factis diligentijs adhuc mulier eſt dubia,& non poteſt certificari.*
111 *De Pœnitentia Sacramentali iniungenda Polygamo.*

POlygamiæ duæ ſunt ſpecies, altera eſt plurium vxorum ſucceſſiuè,de qua tractant latiſſimè DD.de irregularitate, & Matrimonio tractantes, & in ſpecie Card Bellarm.*tom.2. contron. de Matrim. contron.3.cap.9* Sanch.*de Matrim lib.7 diſput. 81.& pluribus ſeq.*Suar.*de cenſ.diſp.49.per tot.*qui alios cumulant, & de hac hoc loco agendum nobis non eſt, altera ſpecies eſt plurium vxorum ſimul ductarum, & de iſta(quoniam vt infrà videbimus,hæreſis ſuſpicionem inducit)in præſenti nobis eſt pertractandum. 1.

§. I.

An Polygamia ſit prohibita, & quo iure.

IN lege Euangelica licitam eſſe Polygamiam impiè dixerunt Anabaptiſtæ, & Lutherus prout illos referunt, Card.Bellarm.*loco ſuprà cit.*10.Valentia *in 3.part tom.4 diſp.10.q.1.punct.3.verſ.Quod igitur attinet.* 2.

Sed in contrarium eſt Catholica veritas definita in Concilio Trid.*ſeſſ.24.canon.1.*hiſce verbis *Si quis dixerit licere Chriſtianis plures ſimul habere vxores, & hoc nulla lege diuina eſſe prohibitum, Anathema ſit.* 3.

Neque noua eſt hæc Tridentini Concilij definitio, nam olim etiam idem definitum fuit à Syricio Papa *in Epiſt.*1.& ab Innocent. I.*Epiſt.*9. & à multis alijs, de quibus, *tot.tit.de ſponſa duorum,* & apud Gratianum,24 *q.3.c.An non.*

Probatur hæc veritas Catholica, primò, ex primæua Inſtitutione Dei,de qua Geneſis 2. Quamobrem

vide Dionyſium Gothofred.eruditiſſimè loquentem In ſuis notis, ad l.*Nemo Iudæorum*. in verbo, *Nec in diuerſa ſub vno tempore coniugia*, Cod.*de Iud.& Cælicolis*, & præ omnibus Illuſtriſſimum D.Dom. Didacum Garcia, de Traſmiera, poſt primæ huiuſce partis Impreſſionem viſum *in ſuo doctiſſimo tractatu de Polygamia lib.1.per plures Quæſtiones.*

§. II.

An Polygamus ſit de Hæreſi ſuſpectus.

13. POlygamum de Hæreſi ſuſpectum eſſe, clarè conſtat apud omnes ferè DD de hac re pertractantes præſumitur namque malè ſentire de Sacramento Matrimonij, & tenere licitum eſſe plures vxores ſimul ducere, prout ſentiebant Anabapt.Lutherus,& ſpurciſſimus Mahumetus, ita docuerunt Lapus in *c. accuſatus §.ſane de Hæret.in 6.*Farin.*ibid.in principio, num.*3.Io.Lupus, *in repet.cap.per veſtras*, §.18.*n.*25. *de Donat.inter virum, & vxorem*, Brunus,*de hæret. l.*1.*c.*2.Menoch. *de Arbitr.Iudic.caſu* 420.*num.*214. Simanch.*de Cath.inſtit.Rubr.de matrim num.*2.*& in Enchiridio Violatæ Relig.Iudicum titul de nefariis nuptiis, num.*5.Peña *ad Director.part.*2.*quæſt.*56.*comm.* 81.verſ.*de eo qui viuente prima vxore*, Iacob.Graff. *lib.*5.*ſuarum deciſ.aurearum*, *cap.*18.*num.*16.Nauarr. *conſ.*1.*de hæretic.*Gutier.*Pract.quæſtionlib.*2.*quæſtione* 8.*num.*1.Farin.*de hæreſi, quæſt.*178 *num.*68,*&.ſeq. & de delictis carnis*, *quæſt.*140.*num.*24.Barboſa *de Officio.& Poteſtate Epiſcopi*, *parte* 2.*Allegat.*40.*n* 44.Praxis Archiepiſcopalis Neapol.Genuenſ.*cap.*68. *num.*12. & Ricciollus *de Iure perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium*, *lib.*5.*cap.*11. *num.*19. qui alios antiquiores Doctores allegant inter quos, nullus latius materiam hanc pertractauit, quam Albertin.*de agnoſcendis aſſertionibus Cath.quæſt.*23. *per totam*, Fernandez de Otero *quæſtione Iuris*, *parte* 3. *quæſtione* 9.*num.*2. Matienx. *in lib.*5.*Noua Recopilat. legum Hiſpan.titul*1 *lib.*5.*gloſ.ſecunda,num.*3. & Salcedo *ad capitulum* 84. *Diaz.* verſicul. *Nec illud hoc loco.*

Probatur hoc ex pulcherrima regula Peñæ *ad Directorium*, *parte* 3.*Com* 24.*in fin.*verſ.*Denique*, vt in hac cauſa, quam ſumpſit à text.in cap.*excommunicauimus.il primo §. adiicimus de hæret.*quæ eſt, quod, omnia opera, per quæ aliquis diſſidet à communi vita & conuerſatione fidelium, aut ab Eccleſiæ probatis ritibus, & conſuetudinibus, aut à receptis Patrum doctrinis, & præceptis, quæ communes magis, quàm priuatos mores reſpiciunt aut hæreſim inducunt, aut hæreſis ſuſpicionem.

At ducere duas vxores ſimul, vel duos viros ſimul eſt opus, per quod Polygamus diſſidet à communi vita fidelium qui vnica vxore vel viro ſunt contenti, ab Eccleſiæ probata conſuetudine, quæ hanc Polygamiam prohibuit, vt *ſuprà* viſum fuit, & à receptis Patrum doctrinis, qui idem dicerunt, igitur talis Polygamus, vel eſt hæreticus, vel de hæreſi ſuſpectus. Augetur hæreſis ſuſpicio, ex eo quod extant particulares hæreſes Polygamiam permittentes, vt *ſuprà* vidimus, vnde tales plures vxores ducentes præſumuntur de ſecta Anabaptiſtarum, Turcarum, vel Lutheri. Confirmantur prædicta, quia lege diuina & Euangelica, prohibetur Polygamia, Geneſ.2. *Et adhærebit vxori, & erunt duo in carne vna* vbi notanda ſunt verba, *vxori*, & verba, *erunt duo.* Idem repetit Chriſtus Dominus noſter Matt.16.igitur committens factum contra vnitatem Sacramenti Matrimonij, ab Euangelica lege ſtatutam, facit actû hæreticum per quem ſuſpectus quis redditur, quod malè ſentiat de Sacram.Matrimonij, Lup.*in repet. cap.per veſtras*, §.17. *num.*15.*de don. inter virum, & vxorem*, Couar, *Epit.de ſponſ. parte* 2.*cap.*3.§.*num.*6.

15. Sed Auctor Repertorij Inquiſitorum in verbo *contrahens. verſiculo primo, poſt medium*, & in verbo *pertinax*, *verſ.ſecundo* admittere hæc videtur tantùm in eo caſu, quo palam vxores plures ductæ ſint, ſecus ſi ſecretè, quod & voluiſſe viſus eſt Simanch. *de Cath.Inſtit.titul.*40.*de Matrimonio,num.*4.*in principio.*

16. Verùm ſiue ſecundum Matrimonium contractum ſit palam, ſiue clam, ſemper Polygamus eſt de hæreſi ſuſpectus, ita DD.omnes *ſupra* allegati pro concluſione, dum generaliter loquuntur & in ſpecie id docuerunt, Albert *de agnoſcendis aſſertion.Catholicis*, *quæſt.*23.*num.*89.verſ.*Ex quo in foro* Salcedo *vbi ſupra*, & Farin.*de delictis carnis*, *quæſt.* 140.*num.*24. *circa medium*, *& de hæreſi*, *quæſt.*178. *num.*7. verſ. *Contrarium videtur.*

17. Ratioque huiuſce rei ea eſt, quia Polygamus ducendo duas vxores, ſiue id faciat palam, ſiue clam, ſemper facit opus, per quod diſſidet à communi vita fidelium, ab Eccleſiæ probatis ritibus, & à receptis Patrum doctrinis, & ſemper abutitur Sacramento Matrimonij, ex quo abuſu oritur hæreſis ſuſpicio, vt *infrà* videbimus, & docuit Matienz. *in lib.*5.*Noua recopilat.legum Hiſpan. tit.*1.*l.*5.*gloſ.* 2.*num.*1.*&* 4.igitur ſemper, aut hæreticus eſt aut de hæreſi ſuſpectus, & licet palam hoc modo contrahens grauius peccet, & maiorem oſtendat impudentiam, ob hoc tamen non tollitur quin etiam clam contrahens ſit de hæreſi ſuſpectus, maximè cum hæreſes, non ſolum palam committantur, ſed etiam occultè vt poſt gloſſam *in Clem.*1.*de hæreticis* dicebat Albert. *loco ſupra allegato* Bene illuſtriſſimus Traſmiera, doctus in Regno Siciliæ Inquiſitor, *de Polygamia*, *lib.*2.*quæſt.*1.*num.*6.*& ſequentibus*, qui omnino videatur.

§. III.

An Polygamia ſit delictum mixti fori.

18. SImanch.*de Catholicis Inſtitutionibus*, *titul.*40.*de Matrimonio*, *num.* 2.*&* 3. quem ſequutus fuit Gutier.*Pract.quæſt.libro* 2. *quæſtione* 8.*num.* 1.*&* 2. dixit, quod de hoc Crimine ſæpe cognoſcere ſolent hæreticæ prauitatis Inquiſitores ob abuſum Sacramenti Matrimonij & hæreſis ſuſpicionem, inde manantem. Addit tamen, quod ſi reus aliquo colore excuſetur à ſuſpicione hæreſis (puta quia aliquis duxit ſecundam vxorem credens primam ob longam abſentiam, iam eſſe mortuam, vel putans primum Matrimonium ex aliqua probabili cauſa eſſe nullum (tunc ait, quod conſultius facerent Inquiſitores, ſi cognitionem huiuſmodi delicti Iudicibus ordinariis relinquerent.

19. Genuenſis *in praxi Archiepiſcop. Neapol.cap.*84 *in Antiq.& cap.*68.*in Nouis,num.*12.verſ. *Item ſi Bigamus*, ex inueterata conſuetudine illius Regni, dixit Polygamiam eſſe delictum mixti fori, ita tamen vt ſi Polygamus ſit præuentus à curia ſæculari debeat remitti ad Iudices Violatæ Religionis, qui illum torqueant ſuper intentione, & abiurare faciant, deinde tenentur illum remittere ad Curiam ſæcularem, quæ illum punit pro Polygamia, ſimiliter ſi eſt præuentus ab Inquiſitoribus, in totum ab ipſis punitur, ita enim Genenſ. *loco citato* intellexit Farin. *de*

de hæreſi quæſtione 78. *num.* 71. verſ. *Vide Mont. Maran.*

Dicendum tamen eſt huiuſmodi criminis cogni-
20. tionem ſpectare ad Iudices fidei, priuatiuè, quoad quoſcumque alios, ita docuerunt maior pars DD. ſupra allegatorum, *quæſt. ſecunda, in principio*, & ſingulariter Farinac. *dicta quæſtione* 178. *num.* 71. Sigiſmundus Scaccia *de Iudiciis ciuilibus, & hæreticalibus, lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 55. vbi atteſtatur, hanc opinionem communiter practicari, latiſſimè Campan. *in diuerſ. Iuris canonici, Rubr.* 1. *n.* 46. *ſeq.*

Bene Canter. videndus *q. crimin. circa delictorum punitionem cap.* 4. *de adulterio, n.* 39. verſ. *ſed quid ſi vtrumque*, ibi, *ſed certè de hoc dubio*, vbi dixit Iudices ſæculares non poſſe cognoſcere de illo, qui bis Matrimonium contraxit, nam ad effectum eum puniendi deberent cognoſcere, an bis contraxerit necne, & ſic incidenter deberent tractare de Matrimonio, quod laicis eſt prohibitum. Videatur etiam omninò Souſa *in Aphoriſmis Inquiſitorum, lib.* 1. *c.* 35. *n.* 18. vbi quod ex declaratione Summ. Pont. ad Inquiſitorem Luſitaniæ hoc crimen ſpectat priuatiuè, (quoad laicos) ad S. Officium.

Et ſi adhuc inſtetur, quod poſt torturam datam Polygamo ſuper intentione omnis hæreſis ſuſpicio purgatur, & delictum manet non Eccleſiaſticum, bene reſpondet D. Traſmiera, *dicto lib.* 2. *q.* 2. *n.* 20. *& ſequentibus*, quod etiam poſt torturam manet factum hæreticale contra vnitatem Matrimonij, & ſic Hæreſis ſuſpicio purganda per abiurationem, & punienda per pœnas à Iure ſtatutas, videatur etiam idem auctor, *lib.* 3. *cap.* 1. *per totum*, vbi latiſſimè firmauit Inquiſitorem eſſe Iudicem competentem, & quidē ſolum in hoc crimine Polygamiæ.

Ratio iſtius concluſionis eſt, quia non videtur, dari poſſe caſus, in quo ceſſet hæreſis ſuſpicio in tali ducente duas vxores cum ſemper in tali adſit abuſus Sacramenti Matrimonij ex quo manat hæreſis ſuſpicio. Ad exempla autem ſupra adducta à Simanch. *infra* in ſequenti §. erit reſpondendum.

Confirmatur ratio principalis concluſionis ex
21. eo, quod cum cauſæ omnes hæreſis, & ſuſpicionis ipſius, delegatæ ſint Inquiſitoribus, & Polygamiæ cauſa ſit ex his quæ hæreſis ſuſpectum reddunt Polygamum, ſequitur etiam cauſam hanc in neceſſariam conſequentiam eſſe Inquiſitoribus delegatam.

At cauſæ, Inquiſitoribus delegatæ, ſemper intelliguntur delegatæ priuatiuè, quoad Iudices Laicos, vt dixit egregiè Scaccia *de Iudic. Ciuil. Crimin. & Hæretical. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 53. igitur cauſa hæc Polygamiæ priuatiuè, quo ad Iudices laicos ſpectabit ad hæreticæ prauitatis Inquiſitores.

Et ob id Royas tractatu de hæreticis, *parte prima, num.* 540. *& ſeq.* quem ſequitur Farin. *in additionibus ſuis, ad omnia eius opera, ad quæſt.* 140 *ad numer.* 14. *fol. mihi* 98. dixit quod licet communiter dicant Doctores cognitionem huius criminis, eſſe
22. mixti fori, attamen hodie ad ſolos Inquiſitores dicta cognitio ſpectat, Matienz. *lib.* 5. *Noua recompilat. titulo* 1. *lib.* 5. *gloſſ.* 2. *num.* 3. vbi poſtquam dixit, Polygamiam eſſe mixti fori, addit perſæpè, ob eius frequentiam de ea cognoſcere Inquiſitores. Et ibidem, Azeued. in gloſſ. (*Notemiendo à Dios* (*num.* 3. *in fi.* addit, quod nunc in Hiſpania ſoli Inquiſitores contra Polygamos procedunt, & ita vel ob eiuſdem delicti frequentiam, vel ob alias cauſas particulari iuſſu fuiſſe ſtatutum, vnde ſi proceſſus contra Polygamos ſit cœptus ab Epiſcopo, tamquam ordinario loci, qui vti talis poteſt cognoſcere omnes cauſas Iure ordinario, quas poteſt cognoſcere Inquiſit. Iure delegato, licet ab eodem proceſſus poſſet perfici, non tamen ſine Inquiſitore poterit Epiſcopus cauſam expedire, nec reum torquere, vt not. etiam Girlenz. *conſ.* 137. *num.* 9. *& ſequentibus*, & ſic fuit pluries practicatum in Epiſcopatu Cremonæ, in his cauſis Polygamiæ.

Ex quibus colligitur, Franchum, *deciſ.* 36. *num.* 23.
4. vel decipi, vel loqui ſecundum conſuetudinem ſeu potius abuſum in ſuo Regno Neapol. exiſtentem, dum dixit, punitionem iſtius delicti ſpectare ad Iudicem laicum. Neque obſtat, quod tale delictum puniatur de Iure ciuili, ab Imperatore, vt in *l. eum qui duas*, *Cod. ad legem Iuliam de adulteriis*, nam etiam crimen hæreſis variis pœnis ab Imperatoribus, olim punitum reperitur, de quibus titul. Cod. *de Hæreticis*, & tamen clarum eſt, cognitionem criminis Hæreſis, nequaquam ad Iudicem laicum ſpectare poſſe, reliquum nunc eſt, vt exempla, Simanch. ſupra relata, examinemus.

§. IV.

An contrahens ſecundum Matrimonium, non ſeruata forma, cap. Dominus, de ſecundis nuptiis, *ſubdatur iudicio Inquiſitorum.*

SAnctiſſimè, tum in cap. *Dominus de ſecundis nuptiis*, tum in cap. *in præſentia*, *de ſponſalibus* diſpoſitum eſt, ne Epiſcopi permittant Matrimonio copulatos Eccleſiæ auctoritate, ad aliorum conſor- 24
tium conuolare donec certum nuncium recipiant de morte coniugum.

Ex horum textuum diſpoſitione, manauit com- 25
munis Curiarum Eccleſiaſticarum praxis, vt coniugum mors, ad effectum aliud matrimonium contrahendi aliter probari non poſſit, quàm per vnum teſtem de viſu, qui deponat qualiter vidit coniugem ab hac vita deceſſiſſe, & inſuper neceſſe etiam erit, vt alij teſtes examinentur, qui deponant de publica voce, & fama, & delictu coniugis, ita Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſtici, titulo de Reb. Matrimon. reſolut.* 231. *in impreſſis Neapoli de anno* 1620. D. Tranſmiera *de obligat. Denunciandi quæſt.* 4. *cap.* 5. *num.* 1.

Et licet vbi eſſemus in coniuge, qui deceſſit in longinquis partibus ſufficiat vnus teſtis de viſu abſque alia probatione, vt latè probauit Guttierr. *Pract. quæſt. libro ſecundo, quæſt.* 8. *& de Matrim. cap.* 51. *num.* 1. verſ. *Mihi verò prior*, tamen regulariter vbi ceſſat difficultas probationis, & non adeſt longa diſtantia loci, in quo coniux obiit vltra certum nuntium, aliæ etiam probationes requiruntur, vt doctiſſimè, ſicuti etiam latiſſimè probauit Sanch. qui alios allegat, *de Matrimon. lib.* 2. *diſput.* 46. Hoc ſuppoſito, Quæritur modò an coniux ad ſecundum Matrimonium tranſiens, ſine ſolemnitate prædicta, certi nuncij, poſſit puniri à Iudicibus religionis, qua in re,

Simanch *de Cath. Inſtit. titulo* 40. *de Matrimon. n.* 26
3. verſ. *quid ſi ob longam abſentiam* quem ſequitur Gutier. *pract. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 3. verſ. *Hæc quamuis rectè procedere*, voluit hunc coniugem, ob longam abſentiam probabiliter exiſtimantem alterum eſſe mortuum ad ſecundum Matrimonium tranſeuntem puniri non poſſe ab Inquiſitoribus, ſed

Epiſcopis

Epiſcopis locorum ordinariis relinquendum eſſe. Rationem huiuſce ſuæ opinioois aſſignant, Simaneb. & Guttier. quod ſcilicet talis bona fide Matrimonium contraxerir, vnde noo videtur tanquam hæreticus infamandus, & puniendus, & hoc idem voluit Matienz. *ad 5. librum Nona recompil. legum Hiſp. tit. 1. l. 5. gloſſ. 2. n.* 4.

27. Io contrarium tamen eſt veritas ſæpiſſimè in Tribuoalibns S. Officij practicata, quod ſcilicet talis Iudicio, & foro Inquiſitorum legitimè ſubdatur, hanc doctrinam tanquam puram, & meram veritatem ſuppoſuit Farin. *de Hæreſi, q. 178. n.* 1. verſ. *Neque exempla per eum adducta*, & expreſsè tradidit Maſſin *in praxi S. Officij p 9. aſſert* 43. *prima impreſſionis*, & ita practicatum fuit in S. Officio Cremonæ in his & ſimilibus caſibus me exiſtente, & Conſultore, & Aduocato fiſcali.

28. Fundamentalis huiuſee rei ratio eſt, quod iſte ſic contrahens ſecundum Matrimonium, ſine certo nuncio mortis coniugis à ſac. canonibus requiſito de neceſſitate, exponit ſe morali periculo polygamiam committendi, & Sacramento Matrimonij abutendi, nam donec certus nuncius de prioris cooiugis morte habeatur, poteſt eſſe quod viuat. At eiuſdem eſt malitiæ conſtitoere ſe in morali periculo admitteodi alicuios criminis, atque illud crimen committere, prout bene tradiderunt Suarez. *tom.* 5. *in* 3. *p. D. Thom. diſp.* 18 *ſect.* 3. *n.* 56. & Sanchez *in præcepta decalogi, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 4. igitur in eiuſdem ſpeciei malitia eſt Polygamus ob abuſum Sacramenti Matrimonij, ac taliter contrahens Matrimonium, ex eo quod ſe exponit periculo abuſus talis Sacramenti.

Confirmatur ratio, quia iſte quantum in ſe videtur diſpoſitus ad contrahendum ſecundum Matrimonium, tam ſi prima vxor ſit mortua, quàm ſi ſit viua, alias curaſſet obſeruationem Canonum circa mortis alterius coniugis probationem diſponentium, ex alia parte verſamur in crimine hæreſis, quod occultum eſt, & latens in mente, igitur iſte non minus videtur ſuſpectus de hæreſi, ac verus Polygamus exterior.

29. Nec bona fides iſtius ſic contrahentis poteſt allegari, ſicuti illam allegabant, Symanch. & Guttier. nam imo potius præſumitur in eo dolus, ex eo quod fecit, quod de Iure facere non debebat. Menoch. *conſ.* 215. *n.* 7. *vol.* 3. & ob non obſeruatam Iuris ſolemnitatem io ſecuodo Matrimonio, contrah. Menoch. *ibid num.* 51. maximè cum eadem certitudo mortis coniugis, requiratur ad effectum, quod Ecelesia concedat facultatem ſecundo loco contrahendi, ac effectum propria auctoritate ad dictas ſecundas nuptias conuolandi, vt bene probauit, Sanch. *de Matr. lib.* 2. *diſp.* 46. *n.* 6. & Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 1. *c.* 35. *num.* 13.

Nec etiam eſt, quod excuſetur ignorantia, cum hæc ſit ignorantia iuris, quæ neminem excuſat l. Conſtitutiones Principum. Cod. de Iuris, & facti ignorantia, cum ibi nnt. per DD.

Et ſecundum prædicta quædam mulier maritata, quæ viuente primo ſecundum Matrimonium contraxerat, non ſeruata forma dicti capituli Doñs, ex ordioe Sacræ, & Emiuentiſſ. Congregationis S. Officij de Vrbe, fuit coacta ad abiurandum de vehementi, & ad inſeruiendum Hoſpitali Meodicantium in hac noſtra Ciuitate Cremonæ, per ſex meoſes, prout ita fuit exequutum me Conſultore, & Aduocato Fiſcali huiuſce S. Officij exiſtente.

Quinimò Curatus, qui ſecundo Matrimonio interfuerat, quoniam negligens fuit in indagando à muliere qualitatem ſuam, & ſtatim credens, quia tenellæ erat ætatis eam eſſe virginem fuit ex ordine eiuſdem Sac. Congregatioois ſuſpenſus ab Officio per quinquennium, licet deinde ex ſolita illius Eminentiſſ. Tribunalis benignitate fuerit poſt ſex meoſea rehabilitatus.

§. V.

An contrahens ſecundum Matrimonium, ob nullitatem primi prætenſam, non tamen declaratam, ſubdatur foro, & Iudicio Inquiſitorum.

SEcundum exemplum adductum à Simanch. & 30.
Gutierr. vbi ſupra eſt, de illo, qui cum prius Matrimonium ex aliqua probabili cauſa nullum iudicaret, ad ſecundum Matrimonium conuolauit, nondum declarata nullitate primi. Quærimos hoc loco, an iſte ſit de foro Inquiſit. Et breuiter exiſtimo duos eſſe conſtituendoa caſus.

Primus caſus eſt, cum nullitas primi Matrimonij, 31.
non eſt patens, & ſecundo cootraxit, ſine declaratione Ecelesiæ ſuper nullitate primi Matrimonij, & tunc taliaſic cootrahens non euitabit Iudiciom Inquiſitorum, ſed de eorum foro erit, & coram ipſis erit, probanda nullitas primi Matrimonij, qua non probata ab ipſis punietur, vti Polygamus, ita Farin. *de Hæreſi, quæſtione centeſima ſeptuageſima octaua num.* 71. verſ. *Sic, & is qui primo Matrimonium*, & Maſſin *in Praxi S. Officij, part.* 9 *aſſert.* 43. *p. impreſ.* Ratio huius rei eadem eſt cum ea quam ſupra proxima Quæſt. aſſignanimus.

Secundus caſus eſt, cum nullitas eſt patens, & in hoc caſu, cauſæ cognitio ſpectabit, non ad Inquiſitorem, ſed ad Epiſcopum, ex eo, quod noo ſequuta declaratione nullitatia primi matrimonij, ad ſecundum conuolauerit, puniturque ſic delinquens pœnis de quibus io *c. cum in Apoſtolica, de ſponſalibus*, vbi Abb & alij Canoniſtæ, latiſſimè Lancellot *de Attent. cap.* 4. *limitat.* 17. *per tot.* Ita Farin. *loco ſuprà alleg.*

Bene in hac materia Ferdinaod. de Caſtro Palao *in ſuo opere Morali*, 1. *p. tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 16. *§.* 8. *n.* 1. Addit illuſtriſſimus Traſmiſera *de Polygamia l.* 2. *Quæſt.* 7. *n.* 19. *& ſeq.* quod ſi contingat primum Matrimonium declarari nullum. videtur excuſandus contrahens, ſecundum, non expectata ſententia ſuper nullitate primi ab abiuratione. Quod ego verum non credo, relinquo tamen S. C. declarandum, quia iſte ſic contrahens ſi nullitas non ſit notoria, & nondum lata ſit ſententia, videtur diſpoſitus ad contrahendum ſecundum Matrimonium, etiam ſi primum ſit validum, ſed dubium è contra eſt. An ſubdatur foro Inquiſitorum contrahens ſecuodum Matrimooium nullum.

In qua re bene affirmatiuè reſpondet Caſtro Palao, loco proximè relato verſ. *Item procedit.* & latiſſimè eum ſequitur D. Traſmiera *dict. l.* 2. *q.* 9. *per totam*, vbi id eruditè limitat, niſi ſecundum Matrimonium eſſet nullum defecto conſenſus.

Sed iterum dubium eſſe poteſt ſi contrahens ſecundum Matrimonium proteſtetur, quod per quæcumque verba non intendit illud contrahere vtrum ſubdatur foro Inquiſitorum, io qua difficultate dico, quod ſic, ſaltem ad effectum examinandi validitatem dictæ proteſtationis, & Matrimonij ex poſt in facie Ecclesiæ contracti, de qua materia videndus eſt Sanch. *de matrimonio, lib.* 2. *diſp.* 45. *quæſt.* 2. & alij ab eo latiſſimè allegati quibus addi poteſt in ſi-

mili materia loquens, Card. Mantic. *de Tacit. & ambig. Connent. lib. 16. tit. 7. per tot.* & ambas haſce concluſ. ſequitur Doctiſſ. Traſmiera *de obligat Denunciandi q. 4. c. 5. n. 2.*

§. VI.

An coniugatus contrahens ſponſalia cum alia viua coniuge, ſit de foro Inquiſitorum.

32. ALoyſ. Ricc. *in Praxi aurea variarum, Reſol. reſolut. 373. per totam*, negat crimen hoc ſpectare ad hæreticæ prauitatis Inquiſitores, moueturque ex eo, quod, licet expreſſum ſit, quod contrahens Matrimonium cum duabus ſimul, ſit de hæreſi ſuſpectus, attamen hoc non poteſt extendi ad contrahentem ſponſalia, cum aliud ſit Matrimonium, aliud promiſſio Matrimonij, & aliud illud contrahere, aliud promiſſio de contrahendo, l. in bonæ fidei, de eo, quod certo loco, *cap. penult. de electione, in 6.* vbi gloſſ. in verbo, *exprimendum.*

33. Verum contraria Opinio verior eſt, & vſu iam in S. Officio practicata, quod talis ſic contrahens ſponſalia, vti de hæreſi ſuſpectus ſubdatur foro, & Iudicio Inquiſitorum, ita Coſta *de Remed. ſubſid. Rem. 15. num. 18.* qui alios cumulat.

34. Ratio huiuſce rei eſt, quod negari non poteſt, quin à ſponſalibus, tamquam à præparatoriis inferatur ad Matrimonium tanquam ad præparatum, cum à præparatoriis ad præparatum efficax ſoleat ſumi argumentum, Menoch. *conſ. 788. n. 13. vol. 8.* & conſequenter, quod iſte voluerit verè duas ſimul vxores ducere, & ſic abuti Sacramento Matrimonij, ex quo abuſu oritur hæreſis ſuſpicio, & licèt, iſte realiter, & in effectu, ſecundam non duxerit vxorem, attamen cum in ſe per externum ſignum, ſcilicet per ſponſalia contracta fuerit diſpoſitus ad illam ducendam, ſatis dicitur de hæreſi ſuſpectus, cum hæreſis crimen, ſola praua opinione perficiatur, vt dicebat Menoch. *de arbitr. Ind. caſu 360. n. 7.* & quamuis ſic ſponſalia contrahens non ſit illo ſuſpicionis hæreſis genere, & qualitate ſuſpectus, quo ſuſpectus eſt, ducens duas vxores, vt infrà (cum de abiuratione Polygamis iniungenda agemus) videbimus, attamen negari non poteſt, quin etiam ſic ſponſalia contrahens aliquo modo ſit de hæreſi ſuſpectus.

Nec quidquam facit ratio Riccij, nam verè ex illa nihil contra concluſionem noſtram, in hoc Tribunali ſæpiſſimè obſeruatam colligi poteſt, vt vnicuique eam diligenter conſideranti facilè manifeſtum fiet, minus obſtaret, quod diſpoſita in Matrimonio regulariter non habent locum in ſponſalibus de futuro, vt latè probauit Azeued. *lib. 5. Nona recompilat. tit. 1. lege prima, n. 1. & ſeq.* qui alios allegat, Quia, hoc non habet locum, cum diſpoſitio loquens de Matrimonio eſt perpetua, vt ibidem notauit Azeued. *dicta lege prima, n. 19.* & Salced. *ad c. 76.* Diaz. verſ. *Nec ſuperioribus.* vbi ita intelligunt *l. Oratio de ſponſ.* vbi dicitur Matrimonio probibito cenſeri probibita ſponſalia. At in caſu noſtro durante primo Matrimonio prohibitio ſecundi, eſt perpetua, & eadem etiam ratio probibitionis viget in matrimonio, & in ſponſalibus. D. Traſmiera *de obligatione denunciandi, q. 4. c. 5. n. 3.* Albergbin. *in manuali qualificator c. 27. n. 18.*

Ex dictis colligi poteſt, quid dicendum eſſet de vxorato qui non contraxit Matrimonium nec ſponſalia, cum alia viua coniuge, ſed tantummodo tractauit de ducēda alia, hic enim omiſſa omni abiuratione debetet pœnis, arbitrariis puniri ab Inquiſitoribus.

§. VII.

In quo concluſio præcedentis §. magis confirmatur.

QVia caſus §. præcedentis poteſt de facili occurrere, prout de facto accidit in Ciuitate noſtra Cremonæ operæ pretium duxi latius confirmare iuriſdictionem S. Officij contra hoſce coniugatos, qui non obſtante Matrimonio ſponſalia de futuro cum alia contrahunt. 35.

Vltra igitur omnia ſupradicta confirmari poteſt concluſio ex eo, quod licet Coſta Papienſis ſupra allegatus, *num. 33. de remed. ſubſid. reſid. remed. 15. num. 18.* & Graff. *in ſuis Moralibus, conſ. alleg.* ibi, *per Coſtam.* loquantur in coniugato contrahente ſponſalia de præſenti ante Concilium Tridentinum, quæ tunc ſequuta copula tranſibant in verum matrimonium iuxta text. cum ibi not. per Canoniſtas in *c. is qui de ſponſalibus.* 36.

At tamen quod idem omnino concludendum ſit etiam in vxorato contrahente ſponſalia de futuro, in indiuiduo propoſitæ quæſtionis dixit P. Diana poſt priora ſcripta impreſſa viſus, *p. 4. reſol Moral. tract. 7. reſol. 4.* Verſ. *Sed hic obiter*, vbi atteſtatur de praxi S. Officij de Vrbe, & Sac. Supremæ Romanæ Inquiſitionis puniendi hoſce coniugatos contrahentes ſponſalia de futuro, vel aliter deuenientes ad actum proximum ſecundi Matrimonij contrahendi, idque ex ſuſpicione hæreſis leui oriente ex ſecundo Matrimonio attentato. 37.

Idem quoque tenuit Auctor, quiſquis ille ſit (certè vir doctus eſt) cuiuſdam praxis S. Officij vulgari idiomate conſcriptæ *in c. 6. de Polygamis, in fin.* vbi id pro indubitato ſupponitur; habet enim hæc formalia verba. *Contro quelli poi che hanno attento il ſecundo Matrimonio eſſendo ancor viua la prima moglie, & ſono venuti all' atto proſſimo, cio è fatto Inſtrumento di dote, eſaminar teſtimonij cominciato à far le publicationi in Chieſa, & ſimili, ſi procede à cattura, & ridotte in proceſſo la fede del primo Matrimonio con quella delle publicationi del ſecundo ſi fanno praua tortura ſuper intentione abiurar de leui, & ſi condannano ò à carcere per tempo, ò à eſſiglio, ò à relegatione nel luogo, oue è la prima moglie.* & cum eiſdem auctoribus ſentire videtur Doctus Traſmiera *in ſuo Erudito tractatu de Polygamia, lib. 2. quaſt. 3. n. 16. vſque ad finem*, vbi quod ita obſeruatur in Inquiſitione Vniuerſali Romana, quidquid poſtea dicat de ſtylo Inquiſitionis Hiſpanæ.

Augentur vlterius ſupradicta, ex textu *in leg. eum qui Cod. ad l. Iuliã de Adulteriis* ibi, *in ea enim re non iuris effectus quo Ciues noſtri Matrimonia contrahere plura prohibentur, ſed animi deſtinatio cogitatur.* 38.

Sic videmus etiam quod, quoad præcipuã iuris pœnam Polygamis indictam, quæ infamia eſt, à I.C. bina Matrimonia contrahentes, & bina ſponſalia æquiparantur vtroſque enim pari infamiæ labe infectos eſſe, dixit text. *in l. 1. §. fin. ff. de his qui notantur infamia*, vbi infamia notatur, qui bina ſponſalia, binaſve nuptias eodem tempore conſtitutas habuerit, quem textum ex eius ratione decidendi, quæ colligitur ex dicta *l. eum qui*, intelligunt DD. communiter etiam de habente vnam vxorem, & aliam ſponſam eodem tempore, vt videre eſt, ex Caball. *reſolut. criminal. 98. num. 32. cent. 1.* & Farin. *de delictis carnis q. 140. n. 27.* qui alios DD. allegat. Si igitur à iure 39.

re noſtro, & quoad prohibitionem, & quoad pœ-
nas præcipuas æquiparantur binas nuptias contra-
hens & bina ſponſalia, ex eo quod non Iuris effe-
ctus, ſed animi deſtinatio cogitatur, nulli mirum
videri debet ſi etiam quoad Iuriſdictionem S. Of-
ficij, bina Matrimonia contrahens, & coniugatus
alia ſponſalia de futuro iniens æquiparentur. Ne-
que obſtat ſi dicatur illum textum loqui etiam de
contrahente bina ſponſalia de futuro, qui tamen
Iuriſdictioni Inquiſitorum non ſubditur, quia cum
in huiuſmodi contrahente non adſit Sacramentum,
non poteſt conſiderari abuſus illius, vt bene nota-
nit Traſmiera *loco ſupra alleg. quaſt. 4. n. 15. & 16.*
ſed, quod in hac re me penitùs conuincit, eſt ſe-
quens ratiocinatio.

40. Quotieſcumque delictum attentatum eſt punibile,
tunc Iudex competens delicti conſummati, eſt etiam
Iudex competens attentantis illud. At delictum Po-
lygamiæ attentatum cum deuentum fuit ad actum
proximum puta ſponſalia, maximè ad præſentiam
Parochi, Inſtrumentà dotalia, & publicationes ſe-
cundum omnes eſt punibile, quia etiam Aloyſius
Riccius *in reſol. ſua 373. ſupra alleg.* Id ſupponit, li-
cet dicat punitionem illius ſpectare ad ordinarios,
igitur Inquiſitor Iudex competens attentantis illam.
Maior propoſitio in qua cardo totius ratiocinatio-
nis conſiſtit clariſſima eſt, nec eget probatione,
poteſt tamen pro ea magis illuſtranda dari exem-
plum huiuſmodi.

41. In Regno adſunt Pragmaticæ rigoroſiſſimæ con-
tra aſportantes extra Regnum animalia, aurum, &c.
& ſuper cauſis iſtorum aſportantium à Sua Excell.
deputatur vnus Iudex ſpecialis, qui dicitur Iudex
Contrabandorum, qui in dictis tantùm cauſis li-
mitatam habet Iuriſdictionem, vt videre eſt ex mo-
derno Mauſonio in ſuo tract. *de Contrabandis,* poſt
alium eius tractatum *de cauſis exequutiuis, in proœ-
mio.* modò iſte Commiſſarius, licet vt dixi, limita-
tam habeat Iuriſdictionem, attamen, quia eſt Iudex
Contrabandi conſummati, eſt etiam Iudex contra-
bandi attentati, puta illius, qui cum rebus prohi-
bitis aſportari reperitur in itinere, maxime in locis
ſuſpectis Mauſon. *ibid. q. 1. n. 7. & quaſt. 3. n. 2. & ſeq.*
Sed magis in ſpecie, quod conatus in delictis S.
42. Officij puniatur ab Inquiſitoribus, egregiè docuit
Roderic. Acugna *de Confeſſ. ſollicit quaſt. 5. num. 8.*
Ad hoc idem faciunt ea, quæ notaui *infrà in biſ-
ce additionibus huius ſecunda partis tit. 12. de Sortile-
gijs,* de eo qui ſortilegium cœpit ſed non perfecit,
iſtius enim ſine vlla difficultate Iudicem eſſe Inqui-
ſitorem ibi probaui.
Neque aliquibus negotium facere debet Souſa *in*
43. *Aphoriſmis Inquiſitorum, lib. 1. c. 35. n. 6.* Quia vl-
tra reſponſionem, quæ colligitur ex Diana *loco ſup.
alleg.* falſum eſt, quod Albertin. & Farin. locis per
eum allegatis dicant cognitionem huiuſce delicti
ſpectare ad Ordinarios, non autem ad Inquiſitores,
& ſic die 19. Decembris anni 1637. habito longo
colloquio de hac re in noſtra Congregatione S.
Officij, in contingentia huiuſce caſus facta coram
Eminent. & Reuerend. DD. Cardinali Camporeo
Epiſcopo Cremon. & laudatiſſ. ac Religioſiſſ. Viro,
Reuerendiſſ. P. Io. Baptiſta à Martinengo Inquiſitore
fuit per omnes Conſultores concluſum, quod Inquiſi-
tores hæreticæ prauitatis poterant de iure cognoſce-
re cauſas iſtorum coniugatorum, qui prima coniuge
viuente ſponſalia cum alia contraxerunt, quod ma-
ximè dicebant Domini Conſultores procedere in
caſu in quo ſponſalia cum ſecunda contracta fuiſſent
coram Parocho, quia ſcilicet Parochus ſingillatim
conſenſum ſponſi, & ſponſæ (ſeparatim tamen)
accepiſſet. In iſto enim caſu, ex adhibitione in
his ſponſalibus Miniſtri Eccleſiæ, videtur magis
probari voluntas contrahendi ſecundum Matrimo-
nium verè, & effectualiter.
Ad finem huiuſce quæſtionis notanda erit Docti-
na D. Thomæ *in Quartum ſenten. diſt. 27. q. 2. art. 1.* 45.
ad 6. vbi habet hæc formalia verba, loquens de ſpon-
ſalib. *quæ ſunt quædam Sacramentalia Matrimonij,
ſicuti exorciſmus Baptiſmi,* quæ ſi prout iacet vera
eſſet, omnem in hac difficultate tolleret amaritudinē
ſuper ea tamen ego nullum fundamentum pono,
quia traditio illa à Petro de Ledeſma *de Matrim.
quaſt. 43. art. 1. §. vlt. ſupponendum eſt,* & à Petro
Sanchez *de Matrim. tom. 1. lib. 1. de ſponſalibus, diſp.
1. n. 8.* declaratur, vt D. Thom. nihil aliud intel-
ligere velit, quàm quod ſponſalia ſunt prætium
quid ad ipſum Matrimonij Sacramentum, non au-
tem, vt verè quid Sacramentale ſint.
Et ex his omnibus etiam patet quid dicendum ſit 46.
de vxorato contrahente ſponſalia de futuro cum alia
ſequuta copula in locis in quibus Sac. Conc. Trid.
non fuit vſu receptum. Hi enim ſine vlla dubitatio-
ne ſubduntur Iudicio Inquiſitorum, & iiſdem pœnis
puniri debent, ac puniuntur contrahentes binas nu-
ptias. Quoniam ex præſumptione Iuris, & de Iure
quæ non admittit probationem in contrarium, ſpon-
ſalia de futuro in illis locis ſequuta copula tranſeunt
in verum Matrimonium *cap. is, qui fidem, de ſpon-
ſalibus,* bene Didac. Canter. *quaſt. crim. p. 4. c. 4. de
adulterio, n. 29. verſ. ſed dubium conſiſtit,* vbi quod
hoc procedit, etiam ſi vtrumque Matrimonium eſ-
ſet celebratum ex fictione dicti capituli, *Is qui,* &
quod in Ciuitate Murciæ ita iudicauit ipſe contra
quendam Ioannem Merinum, licet ipſe diceret (de
quo etiam conſtabat) quod nolebat contrahere
Matrimonium, nam non obſtante hac proteſtatione
(vbi contraria facto) fuit dictus Merinus punitus
pœna contrahentium binas nuptias, & ibi addit vl-
terius, quod ita etiam fuit iudicatum in Supremo
Inquiſitionis Hiſpaniæ Tribunali.

§. VIII.

An Inquiſitores procedere poſſint contra virum contrahentem cum Polygama.

HAnc Quæſtionem hoc loco inſerui ob quan-
dam traditionem Canteræ, *quaſt. crim. p. 4. c.
4. n. 29.* vbi dixit, quod Inquiſitores hæreticæ praui-
tatis contra talem virum non procedunt, etiamſi ſci-
uerit eam cum qua contraxit habere alium virum.
Ego certè hanc praxim nulla ratione poſſum ap- 47.
probare, nam verè iſte abutitur Sacramento Ma-
trimonij, & ob id redditur ſuſpectus de hæreſi,
& ſubiectus foro Inquiſitorum, ſuppoſito ſem-
per, quod ſciuerit eam cum qua contraxit habe-
re alium virum.
Et certè ſi in S. Officio puniuntur falſi teſtes in 48.
iudicio producti ab vxorato ad effectum contrahen-
di ſecundum Matrimonium, quia cooperantur abu-
tenti Sacramento Matrimonij; non video quare in
eodem S. Officio non debeat puniri ſcienter Ma-
trimonium contrahens cum maritata, & ita no-
ſtram opinionem in indiuiduo reperio tenuiſſe P.
Maſſinum in ſua praxi S. Officij, *part. 9. aſſert. 46.*
vbi ait. *Colui che ſcientemente contrahe à Ma-
trimonio con la moglie altrui, & all'incontro colei*

che ſi ſpoſar à col marito d' altra donna ſoggiaceranno allo peno di coloro che hauendo vna moglie viua, ne prendono vn'altra, quem allegaui *infra §.* 12. vbi etiam adduxi Simanch. *de Matrimonio n.* 5.

49. Neqne obſtat ratio Canteræ, qnod talis contrahens cnm maritata præſumitur cum ea contrahere potiùs ad eam ſedncendam, & calore libidinis quàm animo abutendi Sacramentis Eccleſiæ, quia hæc ratio militat etiam in ipſa Polygama, & in quocumque Polygamo, & tamen iſti diſtinctè ſubduntur in foro Inquiſitorum,

50. Hinc Souſa *in Aphoriſ.Inquiſ.l.*1.*c.*35.*n.*9. non excuſat hnnc virum ab hæreſis ſuſpicione, niſi ignoranter contraxit cum maritata; Hinc etiam P.Diana, *p.*4.*re-* 51. *ſol.Moral.tr.*7.*reſol.*4.verſ.*notandum eſt*, dixit ex Emanuele Mauro *de incant.opuſc.*1.*ſect.*3.*c.*6.*n.* 11. eodem modo punitam fuiſſe matrem, quæ conſuluit Polygamiam filiæ, ac filiam ipſam Polygamam, qnia ratione abuſus Sacramenti ambæ pariter erant ſuſpectæ, & de conſulente Polygamiam, quod iiſdem pœnis, & abiuratione puniatur, ac Polygamns bene probauit Illuſtriſſ. Traſmiera *de Polygamia lib.*3.*q.*5 *per totam*, & ſanè ego poſſum atteſtari in noſtro S. Officio Cremonæ, me ibi Conſultore, & Aduocato Fiſcali exiſtente plures huiuſmodi reos qui ſcienter cum maritata contraxerunt fuiſſe à Reuerendiſſ. per tempora Inquiſitoribus grauiſſimè punitos, & quoniam proximè de conſulente Polygamiam diximus, nunc addo idem omnino dicendum eſſe de mandante Polygamiam, & de contrahente per Procuratorem ſecundum Matrimonium, quinimo, & de procuratore ipſo, ſi ſciat eum cuius nomine ſecundum Matrimonium contrahit, aliam habere vxorem, omnes enim hi per Sanctum Officium puniendi ſunt, D. Traſmiera latè & doctè *de Polygamia, lib.* 2.*q.*13. & *lib.*3. *citata quæſtione quinta, & de obligatione denunciandi q.*4. *c.*5.*n.*4.

§. IX.

De probatione primi matrimonij, & ſuperuiuentia primæ vxoris.

52. AD fundandam S. Officij intentionem contra Polygamos, probanda primo loco ſunt duo Matrimonia contracta, & hoc, vel per teſtes, vel per fidem ſumptam ex libris Parochorum, qui in hac materia plenè probant Matrimonia fuiſſe contracta, latiſſimè de hac materia pertractantes, Nicol. à Ianua *de Scriptura priuata, lib.*5.*tit.de libris Plebanorum, quæſt.* 6. Aloyſius Riccius *in praxi fori Epiſcopalis, tit.d. Matrimonio, reſol.*218. *in impreſſis Neap.de anno* 1620. qui alios plurimos Doctores cumulant, cum autem Matrimonium probatur per teſtes, tunc exiſtimarem, teſtes debere eſſe omni exceptione maiores, quoniam agitur de validitate vnius Matrimonij, & inualiditate alterius declaranda, ad not. per Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neapolitana, c.*21.*n.*24. vbi alij DD. allegantur, latiſſimè de hac probatione maximè cum fides Parochi deſideratur, & reus eſt negatiuus, videndus erit Illuſtriſſimus Traſmiera *de Polygamia, lib.*3.*quæſt.*4. *per totam.*

Similiter, ſi non fuit ſecundum Matrimonium
53. contractum, ſed tantummodò contracta ſponſalia, tunc in proceſſu regiſtrandæ erunt fides primi Matrimonij ex libro Parochi, & fides ſponſalium, vel publicationum Matrimonialium factarum à Parocho, cui in hoc caſu non eſt dubitandum, quæ plena ſit adhibenda fides, cum in his, quæ ad Parochi Officium ſpectant plene ei credatur, Marius Anton. *Variarum, Reſolut. lib.* 1. *c. fin. caſu* 35. Nicol. à Ianua *de ſcriptura priuata, lib.* 5. *loco ſupra citato, num.* 6. vel etiam poterunt in proceſſu poni inſtrumenta dotalia, quæ etiam ipſa ſponſalia aliqualiter probabunt.

Secundo loco probanda erit per fiſcum S. Officij 54
ſuperuenientia primæ vxoris, ſemper enim vita, ſicuti etiam mors probanda eſt per illum, qni vel in vita, vel in morte fundatur, Corn. *conſ.* 10.*n.*4. verſ. *His tamen minimè refragantibus, vol.* 1. latiſſimè Farin. qui plurimos allegat *in ſuis fragm.Crim. p.* 2. *ſub litera M. n.*308. *& ſeq.* vbi etiam latiſſime ponit modos quibus vita probari poteſt, & alios omnes DD. hac de re tractantes allegat latè etiam de materia, Guttierr. *in Pract. q. lib.* 2. *q.*6.*per tot.* bene Matienz. *in lib.*5. *Nouæ recompilat. legum Hiſp. tit.*1.*l.*5.*gloſ.* 3. *n.* 8. vbi qnod ad effectum hunc de quo agitur non ſufficit probare ſuperuiuentiam alterius coniugis ex præſumptione, quod quilibet præſumitur viuere centum annis.

§. X.

An Polygamus debeat torqueri, & quomodo.

COnſtitutus Polygamus in Carceribus S. Officij, 55.
verificata identitate perſonæ ipſius, vel per ipſius confeſſione vel per teſtes modo tradito per Scacciam, *de Iud. ciuil. Crim & Hæretic.lib.*1.*c.*87. *n.*19. probatóque delicto, modo ſupradicto, interrogandus eſt: an verò crediderit licere, & licitum eſſe homini Chriſtiano, poſt legem Euangelicam plures ſimul vxores ducere, quod ſi reſpondet affirmatiuè, habendus eſt, pro formali hæretico, & Hæreticorum pœnis plectendus eſt, ſi verò reſpondeat negatiuè, & Catholicè negando ſe intentionem habuiſſe hæreticam, ſed potiùs ad ſecundum Matrimonium conuolaſſe ex libidine, & carnis concupiſcentia, cum crimen hæreſis occultum ſit, & in mente lateat, vt fidei Iudices ſe certificent, quid verè de fide ſentiat Polygamus ad tormenta ſuper ipſius intentione deueniendum eſt, quod eſt ſingulare in hoc S. Officio, & rectè ad hanc torturam deuenitur, nam cum factum, quod reus fatetur, vel de quo eſt conuictus, potuerit fieri abſque mentis errore, ex aliqua alia cauſa, puta ex concupiſcentia, vt in hoc caſu, & in committente ſortilegia qualificata ob amorem, vel ob auaritiam, vt in committente ſortilegia ad inueniendum theſauros, tunc ſemper reus torquetur, ſuper intentione, & credulitate eorum quæ operatus eſt, ita Genuenſ. *in Praxi Archiepiſcopali, c.*84.*in antiq.n.*8.*& c.*68.*in nouiſſ.eodem, eod. n.* 8. quem ſequutus fuit Farin. *in tractatu de hæreſi, q.*179. *n.*59. verſ. *Quod ſi factum*, & in punctualibus terminis noſtris, Campan. *in diuerſ.iuris Canon.Rubr.*1. *n.*47. verſ. *Verùm ſi rigoroſo.*

Neque obſtant ea quæ dixit Albertinus *de agnoſ-* 56.
cendis aſſer.Cath.quæſt. 36. *n.*18. verſ. *circa prædicta*, vbi voluit, quod cum quis factum hæreticale fatetur, ſed negat intentionem non ſit ſuper intentione torquendus, ſed deueniendum tunc ſit ad punitionem, & condemnationem.

Nam, vel doctrina ſupradicta intelligenda eſt, cum factum non potuit ex alia cauſa fieri, quam hæreſi, vt ſupra dicebamus, vel generaliter ſumpta eſt falſa, & contra communem practicam Officij S. Inquiſitionis.

Quo verò ad modum torturæ huiuſce, exiſtimo ſtandum eſſe conſuetudini locorum, ita tamen, vt

hæc

hæc tortura medietatem horæ non excedat, vt docuit Genoenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neap. c.* 68. *n*, 8.

§. XI.

De abiuratione Polygamo iniungenda.

ANtequam de abiuratione agamus videndum prius eſt, an Polygamus ſit ſuſpectus de hæreſi leuiter, vel de vehementi, & quidem loquendo de Polygamo, qui ſcilicet verè duas ſimul duxit vxores.

57. Simanch. *de Cath. Inſtit. tit* 40. *de Matrimonio, n.* 6. quem ſequutus etiam fuit Guttier. *practicarum, quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 8. *n.* 1. *& ſeq.* ſenſit Polygamum eſſe tantummodo de hæreſi leuiter ſuſpectum, & ob id ex generali Hiſpaniæ conſuetudine Polygami ſolent abiurare tantùm de leui, cum ſecundum gradum ſuſpicionis dari etiam ſoleat gradus abiurationis, & in hoc Hiſpani reſpexiſſe videntur ad libidinem, & concupiſcentiam Polygami, quæ regulariter ſolet eſſe origo, & prima cauſa impulſiua ad tale facinus perpetrandum.

Verùm in contrarium eſt veritas ſemper in ſupremo Tribunali Sanctæ Romanæ Inquiſitionis obſeruata, quod ſcilicet tales Polygami ſunt vehementer de Hæreſi ſuſpecti, prout atteſtatur Farin. *de Hæreſi, quæſt.* 178. *n.* 68. *in fin.* verſ. *Et in ſupremo Vrbis totiuſque*, &c. Coſt. Rem. 15. *n.* 18. Fernand. de Otero *quæſt. Iuris. p.* 3. *q.* 9. *n.* 4. *in fin.*

Ratio huiuſce rei eſt, quod illa dicitur vehemens
58. ſuſpicio, ſeu præſumptio hæreſis, quæ ſumitur ex ſignis exterioribus operum, aut verborum, ex quibus concludi ſolet, frequenter, & vtplurimum, quod talia agens, vel dicens eſt Hæreticus, ita Gerſon. *in tract. de proteſtat. conſideratione* 12. Simanch. *de Cath. Inſtit. tit.* 50. *n.* 27. *& in Enchirid. violata Relig. tit.* 51. *n.* 1. Albert. de *Hæret. quæſt.* 34. *n.* 46. Pegn. *p.* 2. *com.* 80. verſ. 2. *Suſpicio* Martin del Rio, *diſquiſit. Magic. lib.* 5. *ſect.* 12. verſ. *Vehemens ſuſpicio.* Ricciullus *de iure perſonarum extra Eccleſia gremium exiſtentium, lib.* 5. *c.* 11. *n.* 7.

At ex abuſu Sacramenti (quod in Polygamia interuenit) ſolet frequenter, & vtplurimum quis iudicari hæreticus, prout ſolet iudicari hæreticus vel vehementer ſuſpectus de hæreſi, baptizans imagines Farin. *de hæreſi*, *q.* 181. *n.* 25. & Mart. del Rio, *diſquiſit. Magic. per fol. lib.* 3. *p.* 1. *quæſt.* 3. *ſect.* 1. & *l.* 5. *ſect.* 15. vbi dixit, quod baptizans imagines, vel hæreticus eſt, ſi putet formã vel materiam Baptiſmi aliam eſſe poſſe ab ea, quam inſtituit Chriſtus, vel vehementer de hæreſi ſuſpectus, ſi neget ſe ſic credere, & hoc non aliunde prouenit, quam ab abuſu Sacramenti Baptiſmi. Similiter in abutente Hoſtia conſecrata, igitur etiam Polygamus ob eundem abuſum vehementer de hæreſi ſuſpectus, (atque ita quattuor Polygamos Romæ in Eccleſia Sanctæ Mariæ ſupra Mineruam, abiuraſſe de vehementi, die 18. Maij 1597. ipſo præſente, atteſtatur Campan. *in Diuerſ. iuris Canonici, Rub* 1. *n.* 47.

Et ſic patet contra D. Traſmieram de Polygamia, *l.* 2. *q.* 1. *n.* 29. Quod nos Itali conſequentius in hac re loquimur, quam faciant Hiſpani, qui cogunt Polygamos ad abiurandum tantummodò de leui, cum enim de ſimilibus ad ſimilia rectè procedat iudicium ſi ſortilegus ex amore abutens Sacramento Euchariſtiæ, Extremæ Vnctionis, vel Baptiſmi regulariter eſt ſuſpectus de vehementi, etiam ſecundum Hiſpanos, cur erit tantummodo de leui ſuſpectus abutens Sacramento Matrimonij.

Carena de Offic. Inquiſit.

Nec obſtant conſiderata à P. Albergino *in ſuo manuali qualificator. c.* 27. *n.* 14. Quod Baptizans imagines facit actum, qui de ſui natura præ ſe fert ſuſpectionem vehementem hæreſis. Quia nulla alia ratione baptizans imaginem eſt ſuſpectus de vehementi, niſi quia abutitur ſacramento. At idem abuſus eſt in Matrimonio. Quod ſi recurrat P. Alberghinus ad fragilitatem carnis, cur idem dicendum non erit etiam in Baptizante imagines ex cauſa vehementis amoris, & hunc Sacramenti abuſum adeò ſemper conſiderauit Sacra Congregatio, vt ſemper etiam ruſticos cogat ad abiurandum de vehementi.

Et mihi maximam difficultatem facit Praxis Tribunalis Hiſpani de qua ibi D. Traſmiera *n.* 31. *& ſeq.* Quia, ſi ſecundum ipſos ex ſimplici, & vnica Polygamia oritur tantùm ſuſpicio leuis de hæreſi, non poterit ex duplici Polygamia reſultare vehemens ſuſpicio. Ex duabus enim leuibus ſuſpicionibus non inſurgit ſuſpicio vehemens, ſicuti nec ex duabus vehementibus ſuſpicionibus oritur ſuſpicio violẽta, Farin. *de hæreſi, q.* 195. *n.* 24. cum aliis alleg. ab eo, quidquid in contrariũ voluerit Locatus *in Iud.* in verbo *Abiuratio, n.* 1. Et verbo *Suſpicio*, *n.* 18. quia eius doctrina nunquam practicata fuit in noſtris Inquiſitoribus.

Ex ea enim ſequeretur etiam in neceſſariam conſequentiam ex duabus ſuſpicionibus violentis, quem debere abiurare de formali, cum tamen implicet in adiecto ſuſpectum abiurare de formali, neque faciunt Tiraq. & Barboſa à D. Traſmiera allegati, quia bene dicunt contrahentem cum pluribus grauius peccare, & grauius puniri. At de ſuſpicione hæreſis ex hoc non poteſt argui, & in ſupremo Tribunali Vniuerſalis Inquiſitionis iſti ad ſecundas, & vlteriores ſimul nuptias tranſeuntes abiurant de vehementi, ſed grauius puniuntur, quam ſimplices Polygami videlicet ad remum ſeptennalem, vel decennalem, vt patet, ex caſu de quo Campanil, *vbi ſupra.* & quamuis ex iteratis blaſphemiis ſoleat Blaſphemus cogi ad abiurandum de vehementi, qui alias tantùm de leui abiuraret, tamen ex duplici tantùm prolatione Blaſphemiæ non cogeretur ad abiurandum de vehementi, ergo neque ex duplici abuſu Matrimonij cogi quis debet ad abiurandum de vehementi, dato quod ex vnico abuſu debet abiurare tantùm de leui: me tamen ſemper remitto illi Supremo Hiſpaniarum Tribunali, cuius Religioni, Prudentiæ, Doctrinæ & Integritati multum debet Cath. Religio.

Ex his colligitur, quod iſti Polygami ſolent ab- 59.
iurare de vehementi, prout ex conſuetudine, & ſtylo Inquiſit. Suprem. Almæ Vrbis, dixit Farin, *loco ſupra allegato.* Et quamuis Pegna dixerit, ex qualitate Polygami, aliquando oriri tantummodò leuem, aliquando etiam nullam ſuſpicionem vt videre eſt, apud ipſum *ad direct. p.* 2. *com.* 81. verſ. *de eo qui vinente*.

Attamen exiſtimo difficillime poſſe dari caſum in quo, vehemens ſuſpicio in Polygamo minuatur, & ego in S. Officio Cremonæ, vidi etiam ruſticos cogi ad abiurandum de vehementi, quia in vllo Catholico, vix poteſt dari probabilis ignorantia prohibitionis Polygamiæ, & malitiæ illius, cum ſit prohibita de iure naturæ, vt vidimus *ſuprà quæſt.* 1. Et in omnibus concurrat abuſus Sacramenti, ex quo reſultat ſuſpicio vehemens.

Quo autem ad eos qui ſecundam vxorem ducunt ignorantes primam eſſe mortuam inducentes tamen teſtes ad probandum ſe non habuiſſe vxorem; quamuis non conſiſtet de eorum actuali Polygamia; attamen debent abiurare de vehementi & damnari

ad Triremes, & ita cum quidam Bononien. ibi primam duxiſſet vxorem & poſtea examinatis teſtibus quod nunquam habuerat vxorem, Neapoli duxiſſet ſecundam ignorans an prima eſſet mortua die 19. Octobris 1620. à Sacra Congregatione coram Sanctiſſimo fuit prævia tortura ſuper intentionem coactus ad abiurandum de vehementi & damnatus ad triremes per quinquennium, quia licèt non conſtaret de actuali Polygamia, quoad ſe conſummauit crimen, ita reperi ſcriptum manu eminentiſſimi D. mei Cardinalis Camporei æternæ Memoriæ in quodam manuſcripto rerum ad ſanctum Officium ſpectantium, vbi & additur, quod moneatur ſecunda vxor, ne antequam certior fiat de vita vel morte prioris vxoris, diſponat de perſona ſua.

Quo autem ad vxoratos, qui viua prima coniuge cum alia ſponſalia contrahunt.

Dicendum, hos vti tantummodò de leui ſuſpectos de leui tantummodò abiurare debere, ratio eſt, quia in iſtis non interuenit abuſus Sacramenti, ex quo oritur vehemens ſuſpicio hæreſis, igitur neque in iſtis adeſſe debet ſuſpicio vehemens, quia tamen in iſtis adeſt praua animi diſpoſitio ad abuſum Sacramenti, de leui erunt de hæreſi ſuſpecti, & de leui abiurare debebunt.

§. XII.

De pœnitentiis ſalutaribus, & aliis pœnis Polygamo imponendis.

POſt Polygamo iniunctam abiurationem, ſolent eidem ab Inquiſitoribus iniungi variæ pœnitentiæ ſalutares, vt ieiunia, & orationes, & alia huiuſcemodi, poſt quæ.

Condemnatur Polygamus, qui ſcilicet duas vxores duxit realiter, ad triremes per quinquennium,
61. & ſi produxit falſos teſtes ad probandum mortem prioris coniugis per ſeptennium, & etiam plus arbitrio Inquiſitorum, & fit ei præceptum de redeundo ad primam vxorem declarata ei nullitate ſecundi Matrimonij, & declarato ei ſtatu peccati, in quo manſit cohabitando cum ſecunda Vxore, Simanch. *de Cath. Inſt. tit. 40. de Matr. n. 6.* & *in Enchiridio violatæ Religionis, tit.* 12. de Nefariis, *n. 6.* qui vlterius addit, quod plebei fuſtibus cædi ſolent, pariter etiam dimidia bonorum publicata, Lud. à Paramo *de Origine S. Inquiſitionis, lib. 2. tit. 3. cap.* 11. *n.* 71. vbi quod Polygami infami mitra dehoneſtati fuſtibus cæduntur, Fernand de Ottero *dicta quæſt. 9. num.* 4. vbi quod hi Polygami ſolent damnari ad triremes, fuſtigationem &c. & quod ita vidit practicari. Matienz. *in librum 5. Nouæ recompil. tit.* 1. *l.* 5. *gloſſ.* 3. *n.* 3. vbi etiam Azeued. *n.* 6. qui dixerunt hodie in Hiſpan. hos Polygamus damnari ad pœnam triremium per decem annos, Farin. *de hæreſi, quæſt.* 178. *num.* 73. circa quam Farin. locum aduertendum, quod dum dicit, abiurent de leui, loquitur ſecundum conſuetudinem Hiſpaniæ, de qua in proxima quæſtione dictum eſt, nam regulariter in iſtis partibus, ex inueterato ſtylo Supremi Tribunalis abiurant de vehementi, vti etiam ſupra late dixi, & voluit idem Farin. *vbi ſupra, num.* 68. *verſ. & in Supremo Vrbis.* Inquiſitor Cantera *q. crimin.* 1. *p. cap.* 1. *de hæret. n.* 55. vbi quod horum reorum cauſæ ſolent publicè expediri, & quod regulariter ad triremes transmittuntur, Ferd. de Caſtro Palao *in opere Morali, 1 p. tract. 4. diſp. 8. punct.* 16. §. 8. *num.* 2.

Ad quam etiam pœnam condemnantur falſi teſtes, vti dicemus infra in materia teſtium, & docuit Simanch. *loc. ſupra cit. num.* 6. qui refert, ita facto fuiſſe iudicatum.

Atque hæc habent locum, vbi Polygamus ſemel tantum ſecundam duxerit vxorem, nam ſi ter vel etiam vlterius Matrimonium contraxerit grauius eſt puniendus, longiorique tempore in triremibus ſtare debebit, Theſaur *quæſt. forenſ. lib.* 2. *q.* 14. *numer. quinto*, & Campan. *in diuerſ. Iuris canon. Rubr. num.* 47. vbi etiam, quod Romæ ipſo præſente in Eccleſia Sanct. Mariæ ſupra Mineruam, quatuor Polygami à Supremo Tribunali Inquiſitionis Romæ damnati fuerunt ad triremes, videlicet duo per ſeptennium, qui cum tribus ſimul contraxerant, & alij duo ad quinquennium, qui ad ſecundas tantùm nuptias conuolauerant die 18. Maij 1597. præſentibus Cardinalibus Eminentiſſ. Supremis Inquiſitoribus.

Eodem modo puniri debent contrahentes ſecundum Matrimonium, non ſeruata ſolennitate, c. *Dominus de ſecundis nupt.* &c. *in præſentia de Sponſalibus*, hi enim prævia tortura ſuper intentione 63.
abiurant de vehementi, & condemnantur ad triremes per quinquennium, & vltra, nam quantum eſt in ſe conſummarunt delictum, iuxta not. *ſuprà.*

Quo verò ad illos qui ſecundum Matrimonium non contraxerunt, ſed ſolum attentarunt, contrahendo ſponſalia, hi poſt torturam ſuper intentione, & abiurationem de leui condemnari debent 64.
vel ad carcerem per aliquod tempus, vel exilium, vel relegantur in aliquo loco & ſi plebei ſint in aliquam pœnam publicam v. g. ſtent præ foribus Eccleſiæ, vel ad alias pœnas, ad arbitrium Inquiſitorum. Etſi in idem delictum, & facinus relabantur repetita abiuratione de leui condemnari poſſunt ad triremes.

De pœnis horum delinquentium plura (de iure tamen illius regni loquens) Guitier. *in tract. q. lib.* 2. *quæſt.* 6. *per tot.* & Theſaurus iunior, *quæſt. forenſ. lib.* 1. *q.* 14. *per totam*, Fernand. de Ottero, *dicta quæſt.* 9. *n.* 3. *ſeq.* Et in ſpecie quod ſint infames, 65.
Parlador. *Quotid. differentiarum iuris, Differentia* 108. *num.* 16. *& n.* 19. *& ſeq.* vbi quod hæc infamia non afficit filios Polygami, quidquid ſit de filiis hæretici, ſed præ omnibus de hiſce pœnis, tam nobilibus, quam ignobilibus imponendis adeat benignus lector Dom. Traſmieram poſt hæc primo loco impreſſa viſum *de Polygamia lib.* 3. *q.* 8. *& ſequent.*

Quæ autem hucuſque dicta ſunt de ducente ſimul plures vxores, habent quoque locum, quoad torturam, abiurationem, & pœnas in Viro ducente in Matrimonium ſcienter vxorem alterius, & in muliere ſcienter ducente virum alterius, Simanch. *de Cath. Inſt. tit. de Matrimonio,* 40. *num.* 5. & P. Maſſinus *in praxi S. Officij, p.* 9. *Aſſert.* 46. 66.

Sed pulcherrimum dubium mouet illuſtriſſimus Traſmiera *lib.* 2. *q.* 10. an mulier nolens redire ad primum virum ſit punienda ab Inquiſitore.

Et bene reſpondet, quod ſic non ſolum dico ego vti contemptrix præcepti ei facti de redeundo, & cohabitando cum primo viro, ſed etiam ait D. Traſm. vti ea quæ videtur malè de Sacramento ſentire: dum cum ſecundo viro cohabitare præſumit, vnde text. in *c. cum per Bellicam* 33. *q.* 1. vbi materiam hanc pertractant DD. appellat haſce mulieres

lieres impias, hoc tamen intelligerem ego niſi
expreſsè mulier proteſtaretur, quod cum ſecundo
viro cohabitat vti concubina. Quamvis tamen hæc
vera videatur, ego tamen ſpatio 15. annorum, quo
in Tribunali S.Officij ſum verſatus, numquam vi-
di contra haſce mulieres procedi, vti de hæreſi
ſuſpectas ad abiurationem, ſed ſolum vti contem-
ptrices præcepti ad alias pœnas.

Quomodo autem puniendi ſint hi Polygami, ſi
ſeipſos Inquiſitoribus deferant, tradit Caſtro Pa-
lao, *dicta diſp. 8. punct. 16. §. 8. n. 2. verſ. aduerto tamen*
vbi ait, quod ſine difficultate mitius ſunt punien-
di, & quod Compoſtellæ, non fuit huiuſmodi Po-
lygamus recluſus in ſecretis carceribus, cum eius
cauſa agebatur, ſed in aliqua domo particulari, ſed
de hac eadem re *infrà* ad titulum *de ſponte com-
parentibus*.

§. XIII.

De punitione falſorum teſtium in materia Polygamiæ.

QVia ſpecialis occurrit difficultas in materia
teſtium, qui in foro Epiſcopali deponunt
(ad effectum, vt, quis poſſit tranſire ad ſecunda
vota) de morte primæ coniugis, & quod præten-
dens tranſire ad ſecunda vota eſt ſolutus, cum ta-
men ex poſt reperiatur coniugatus, vel cum ea de
cuius morte atteſtantur, vel cum alia.

Ideo hoc loco aliqua de his teſtibus annotanda
ſunt, & quidem pro indubitato præſupponendum
67. eſt punitionem horum teſtium ſpectare ad Sanctū
Officium, Quamuis in foro Epiſcopi depoſuerint,
id docet nos communis noſtri Tribunalis praxis
pluſquam notoria, & deciſio ſpecialis Sacræ Con-
gregationis Eminentiſſ. DD. Supremorum Inqui-
ſitorum, vt conſtat ex literis eiuſdem Eminentiſſ.
Ordinis directis Reuerendiſſ. P. Inquiſitori Cremo-
næ, ſub die 12. Iunij 1632. quæ in Archiuio noſtræ
Cremonen. Inquiſitionis conſeruantur. Ac planè
conuincit euidentiſſima ratio, quod Iudicium vni-
uerſale Polyg. ad Sanctum Officium ſpectans ab-
ſorbet iudicium particulare iſtorum falſorum te-
ſtium, quod ad ſe trahit, iuxta text. *in l. per mino-
rem cauſam 54. ff. de Iudiciis*, vbi Odofred. Bart.
Bald. & alij id adnotarunt damnanturque regulari-
ter vnà cum Polygamis ad Triremes quinquenna-
les, vel etiam ſeptennales pro modo eorum culpæ
arbitrio Inquiſitorum.

Dubium tamen pulchrum in hac re occurrere
poteſt, ſi conſtito de Polygamia, in S. Officio vo-
cati teſtes in Curia Epiſcopali examinati vigore
quorum ad ſecundas nuptias tranſiuit Polygamus,
fateantur quidem ſe in ea Curia, & ea occaſione
Matrimonij per Polygamum contrahendi examina-
tos fuiſſe à Notario. Attamen conſtanter negent ſe
ita depoſuiſſe, prout in atteſtationibus ſcriptum à
Notario reperitur poſſit contra teſtes procedi ad
eos de falſo puniendos.

Et quidem ſi teſtis coram Iudice depoſuerit, vel
68. ſaltem depoſitionem ſuam ſubſcripſerit non poteſt
probabiliter dubitari, quod ſcripturæ Notarij ſit
ſtandum etiam ad effectum puniendi criminaliter
teſtem, ita Auil. *c. 17. prætorum in gloſſ. per ſi, n.* 20.
Bobadill. *in ſua Politica tom. 2. lib. 3. c. 14. n. 46.* Seſſe
deciſ. Aragoniæ 107. *n.* 4. *tom.* 1. & Marius Giurba
conſ. deciſiuo 78. *n.* 17. vbi id ampliat licet teſtis ne-
ſciens ſcribere ſe ſubſcripſerit ſignando eius depo-
ſitionem ſigno Crucis, ex Neulzan. *conſil.* 24. *num.* 2.
Guaxxin. *de defenſ. reorum defenſ. 28. cap. 15. num. 6.* &
Laurent. *deciſion. Auen. 33. num.* 17. & hinc emanauit
Sanctiſſ. Conſtit. D. Noſtri Vrbani VIII. de qua in
litteris Eminentiſſ. D. Cardinalis Fœderici Borro-
mei, impreſſis poſt Synodum Eminentiſſ. D. mei
Card. Camporei fol. 171. quod examina horum te-
ſtium fiant coram Vicariis Generalibus Epiſcopo-
rum, & non coram ſolis Notariis.

Quare hæc difficultas reſtringi debet ad teſtes
examinatos à ſolo Notario, quique eorum depoſi-
tionem non ſubſcripſerunt.

Vt autem in hac re, certa ab Incertis diſtin-
guamus,

Certū eſt primò in hac cauſa non eſſe locū con-
dēnationi, neque Notarij neq; teſtium, quia ambo- 69.
rum dicta inter ſeſe conquaſſantur vnde cum con-
ſtet de falſitate, ſed reus illius ignoretur, ob hanc
incertitudinem, nullus damnatur, ad hoc eſt magi-
ſtrale conſ. Nattæ 392. *vol. 2. per totum*, qui id pro-
bat optimo ſimili de vno teſte dicente ad alterius
præſentiam aliquid fuiſſe factum, cum tamen iſte
hoc neget, (ait enim Natta) conſtat quod altera
pars falſum depoſuit, & quia de reo huius falſita-
tis non apparet, cum teſtimonia ipſorum ſe inui-
cem confundant, ob incertitudinem nullus ex illis
teſtibus damnatur, & Nattam loco allegato ſe-
quuntur comm. DD. longa ſatis relati à Farin. *de
Falſitate, & ſimulatione, q.* 158. *n.* 204 quibus addo
ego Seſſ. *deciſ. 107. n. 6. & ſeq.* Bobadill *dict. c.* 14. *n.*
46. Addentes ad Clarum §. *Falſum n.* 63. Guazz. *in
dict. c. 15. n.* 2. Theſaur. Iun. *Quæſt. forenſ.* 31. *num.* 4.
lib. 1. & Giurbam *dicto conſ.* 8. *n.* 16.

Certum eſt ſecundò, ſtante hac falſitate aper-
tam eſſe viam Iudici, ad inquirendum illius aucto- 70.
rem, ita Natt. *vbi ſuprà, n. 2. circa medium*, vbi al-
legat pulcherrimam doctrinam Baldi, & Natt.
etiam in hoc ſequitur comm. DD. Farin. *dict. quæſt.*
158. *n.* 206. Roland. à Vall. *conſ.* 38. *n.* 23. *& ſeq.* &
Guaxin. *dict. c. 15. n.* 2.

Dubium autem eſt in duobus, an contra iſtum
Notarium ex depoſitionibus iſtorum teſtium in-
ſurgat iudicium ad torturam, & dato quod non,
an ſaltem contra Notarium poſſit deueniri ad ca-
pturam.

Et quo ad primum quamuis Boſſ. Tit. *de falſis,*
n. 16. *&* 17. dicat in hoc caſu teſtem eſſe torquen- 71.
dum; attamen ipſe ait, hoc in praxi non obſerua-
ri, prout de eadem obſeruantia, quod teſtis non
torquetur, atteſtatur Farin. *vbi ſupr. n.* 209. &
Guaxx *dict. c. 15. n.* 3. Propterea dico ad Quæſtio-
nem quod mihi magnoperè placet obſeruantia Se-
natus Pedemontani, qui numquam torquet Nota-
rium ex atteſtationibus teſtium, niſi teſtes ſint plu-
res, quàm duo, ita Theſaur. *dict. quæſt. 31. in fin.* vel
aliàs Notarius laboret mala fama, & teſtes ſint
alicuius exiſtimationis, Giurba, *dicto conſ.* 78 *n.* 17.
Guazz *c. 15. n.* 9. Seſſe *deciſ. 107. num.* 8. *&* 9. Natt. &
Rolandus *locis allegatis*.

Sed ſi ex vna parte adeſſet Notarius cum bona
fama, & ex alia duo teſtes pariter bonæ famæ, nec
alia adeſſent indicia alteram ex dictis partibus co-
adiuuantia vtique non eſſet deueniendum ad tor-
turam, quia ſecundum Nattam ratio incertitudi-
nis, quæ operatur quod ex dictis partibus con-
demnetur, operatur vt neutra torqueatur, & quia
ſecundum Rolandum *dicto conſ. 38. n. 27. & ſeq.* No-
tarius habetur loco duorum teſtium.

Quoad ſecundum dubium, ſi loquamur in S. Of-
ficio, in quo regulariter non ſolet capturari reus,

I 4 niſi

niſi contra eum adſint indicia ad torturam, vt probaui *in tertia parte huius operis*, facilis erit reſponſio, cum idem in hoc ſecundo dubio dicendum ſit, quod in primo diximus.

Si verò loquimur in aliis tribunalibus in quibus minora indicia requiruntur ad capturam quam ad torturam, ſine dubio Notarius poterit carcerari ex dictis duorum teſtium, vnde in caſu deciſo à Capicio *deciſ.94.* Notarius erat carceratus, & pariter erant carcerati Notarij in caſibus ſuper quibus conſuluerunt Nat.Rol.& Giurba, & in caſu deciſo à Seſſe contra illum Notarium Conſilium Regni Aragoniæ noluit decernere capturam, quamuis laboraret mala fama, quia teſtis, qui tantummodo vnicus erat, ſe ſubſcripſerat atteſtationi, & ſubdit Seſſe, quod ſi teſtis ille ſe non ſubſcripſiſſet, vtique captura fuiſſet contra Notarium conceſſa.

73. Arbitror tamen etiam in Sancto Officio, ex atteſtationibus duorum ſimilium teſtium poſſe vocari notarium, & ſubiici examini, ita vt diligenter excutiatur, & ſi ex dicto examine non ſe grauet, crederem adhuc poſſe retineri ſub aliqua honeſta fideiuſſione tam ipſum, quam teſtes de ſe conſignando toties quoties, quia experientia nos docuit multa curſu temporis in hoc Tribunali pateſieri, quæ quacumque diligentia adhibita in principio cauſarum in lucem minimè venire potuerunt. Me tamen in hac re prout, & in aliis humiliter remitto Sacræ Congregationi Vniuerſalis Romanæ Inquiſitionis.

§. XIV.

An filij ex Matrimonio prædicto procreati, ſint legitimi.

74. AN autem filij nati ex tali Matrimonio irrito ex memorata cauſa ab Inquiſitoribus declarato, ſint legitimi, videndi ſunt Canoniſtæ, & alij moderni, *in c.2. qui filij ſunt legitimi*, Lupus *de illegit. comment.4.§.1.num.24.& ſeq.* Franc. *deciſion.130.* vbi addentes Barboſ. *ad dictum c.2. qui filij*, &c. cum aliis infra allegandis.

75. Nam regulariter proles ex Matrimonio putatiuo ſuſcepta, bona fide exiſtente, vel in ambobus ex coniugibus, vel ſaltem in altero eſt legitima, *dicto capitulo 1.* & *l. qui in prouincia, §. Diuus. ff. de ritu nuptiarum* non ſolum, quoad ſucceſſiones ex teſtamento, & ab inteſtato, & parentum, & conſanguineorum, ſed etiam quoad omnes alios effectus, di-
76. gnitates, honores, ſpiritualia, bona Emphyteutica, fideicommiſſa, etiam in præiudicium ſubſtitutorum, feuda, & ſimilia, vt latè probarunt infiniti propemodum DD. alleg. per inſignem I.C. Marium Giurbam ad conſuetudines Senatus Meſſan. *conſ.1.cap.1. gloſſ.1. num.32.* & latiùs *gloſſ.4. num.61.& 63.* quibus addo ego Do. Mattam olim in Patauino Gym-
77. naſio Præceptorem meum *de ſucceſſ. legali, part.1. q.7. art.2.& 3.* Rot. coram Sanctæ memoriæ Gregor. XV. *deciſion.461.* vbi additio ſub *num.11.* Didac. Lud. de Limas *in addit. ad Mol. de Primogenito Hiſpan. lib.3. capitul.1. num.12.* Campan. *in diuerſ. Iuris canonici, Rub.11. cap.13. num 140.& num.145.* vbi ponit pulcherrimum caſum, qui ſibi contigit in facto, ipſum videat lector.

78. Et hi filij taliter ſunt legitimi, quod pro talibus habentur, etiam quoad parentem qui fuit mala fide, Additio ad dictam deciſion. Gregor. *num.11. circa medium*, latiſſimè Matta *dicta quæſt.7. art.1. num. 19. & ſequentibus* quamvis in hoc caſu diſputent DD. an parens qui fuit in mala fide ſuccedere poſſit filio, in quo articulo mihi nunquam placuit opinio negatiua quam latiſſimè tuetur Tellus Fernand. *ad leg.6. Tauri, num.7.& ſeq.* Quoniam, latiſſimè contrarium docuit Ceual. *comm. contra comm. q.697. num.16* & Didac. de Lima, *loco citato*, nam qualitas legitimitatis, non poteſt diuidi, & eſſet abſurdum filium eſſe legitimum, & tamen patrem carere hac qualitate legitimitatis.

Vlterius, Pater habet regulam pro ſe, quod affirmatiuè, & negatiuè ſucceſſio ſit reciproca, vt latiſſimè ibi perſequitur Ceual. ergo donec clarè probetur exceptio, ſtandum erit regulæ memoratæ.

Ampliantur prædicta, vt legitimati dicantur filij, 79.
qui nati ſunt ex tali Matrimonio putatiuo, lite ſuper illius nullitatis declaratione pendente, quinimo, & lata ſententia, pendente appellatione, ita in ſacro Neapolit. conſilio deciſum refert Franch. *deciſ.130.* Giurba *vbi ſupra, n.66.& 67.* qui alios cumulant.

Quinimò Matrimonium putatiuum prolem ille- 80.
gitimam prius ſuſceptam, legitimat, Giurba, *numer. 67.* Campanil. *vbi ſupra n.138.*

Vbi tamen mala fides ſit in ambobus ex parentibus, proles ſine difficultate eſt illegitima, Giurba *vbi ſuprà, n.68.*

Sicuti autem ad legitimationem prolis pro primo 81.
requiſito neceſſarium eſt, adeſſe bonam fidem in ambobus, vel altero ex coniugibus, ita pro ſecundo requiritur, quod Matrimonium non ſit clandeſtinum, *dicto capitulo 2. Qui filij*, Giurba. *vbi ſuprà, num.67.* verſiculo, *Niſi clandeſtinè*, Paſchal. *de Patr. poteſt. part 2 cap 4. num.81.*

An autem ad effectum de quo agitur, clandeſti- 82.
num dicatur Matrimonium, ſi coram Parocho, & teſtibus celebretur, omiſſis tamen denunciationibus, Rot. Rom. *deciſ.354. num.6. poſt ſecundum vol. conſilior.* Farina. noluit hunc articulum decidere, ſed Curia Archiepiſcopalis Neapolit. in vna cauſa ſpectante ad Tribunal Sancti Officij, apud Aloyſium Ricciulum, *deciſione dictæ Curiæ 150. part. 3.* decidit pro filiorum legitimatione pro qua ſemper in dubio pronunciandum, dixit Couar. *de Sponſal. part.2.c.8.§.2.n.16.* verſ. *Vnde cimo.*

§. XV.

An Inquiſitores ſint Iudices competentes in cauſa hac legitimitatis prolis.

SEd hîc dubitari poteſt, num huiuſce cauſæ ille- 83.
gitimitatis Iudices competentes, ſint Inquiſitores Hæreticæ prauitatis. In hac difficultate reſpondendum eſt affirmatiuè.

Primò, quia Iudex cauſæ principalis eſt Iudex om- 84.
nium incidentium, & dependentium *l. Nulli, l. quoties, Cod. de Iud. l. prima, Cod. de ordine cognit.* Tuſchus *pract. concluſ. littera C, concluſion.623. n.10.* Bim. *conſil.188. num.23.* Gayl. *pract. obſeru. lib.1. obſeruat.1. num.21.* optimè Graſſ. *de effectibus clericatus, effectus primo, num.400.* & Moder. Barboſ. *tractat. de clauſ. inter eius Tractatus varios, clauſula 38. num.7. & cap. quanto, de Iudicijs*, vbi quod Iu- 85.
dex Eccleſiaſticus non ſolum eſt Iudex competens, in omnibus cauſis ſpiritualibus, ſed etiam in omnibus cauſis annexis, & dependentibus ab ipſis optimè videndus Caldas, *quæſt. forenſib. lib.1. quæſt.25. num.13 & 14.*

At cauſa hæc legitimitatis, dependet à cauſa principali Polygamiæ, de qua cognoſcunt Inquiſitores, igitur, &c.

Secundò

Secundò, quia cauſa legitimitatis non eſt merè
86. Laicalis, vt probant DD.in c.*lator. qui filij ſint le-
gitimi,vnde ſæpe articulus iſte legitimitatis ſolet ad
Eccleſiaſticum Iudicem remitti, vti dependens à
Matrimonio, maximè vbi non ageretur de ſolo ar-
ticulo facti ſuper Matrimonio, Barboſ.*in leg.Titia,
num.*12.14. *& 53 ff. ſol. Matrimonio*, & Menoch.
*conſ.*366.*n.*11.igitur æquum eſt, hunc articulum ab
eo Iudice cognoſci, qui principaliter de Matrimo-
nio cognouit.
87. Tertiò, quia in Sancto Officio regulariter delicta
melius probantur, quam in aliis foris & ex pro-
bationibus, ibi ſuper Polygamia receptis, clarius
apparebit, an in contractu matrimonij adfuerit
bona fides ſaltem vnius ex coniugibus, quod vt *ſu-
prà* diximus, eſt requiſitum neceſſarium ad legiti-
mationem prolis, igitur conueniens eſt, quod hæc
quæſtio ibi decidatur
88. Quartò, quia de facto in Tribunali Sancti Offi-
cij Nespoli, ſimilis controuerſia tractata, & deci-
ſa fuit, vt apud Riccium *deciſ.*1.50.*Cur.Archiepiſc.
Neapol.tom.*3.
89. Neque obſtat, quod Iudex Laicus, neque ratio-
ne dependentiæ, & connexitatis poteſt eſſe Iudex
cauſæ ſpiritualis, igitur nec Eccleſiaſticos poterit
eſſe Iudex cauſæ ſecularis neque ratione dependentiæ
quia Iudex Laicus, reſpectu cauſæ ſpiritualis eſt pe-
nitus incapax, Caidas, *conſ.*5.*num* 14.Fontaneli.*de
Pactis nupt cla.*4.*gloſ* 12.*p.*2.*num.*22.Bobadill *in ſua
Polit.lib.*2.*cap.* 18.*num*17. *&* 23. vnde nec principa-
liter, nec incidenter poteſt de huiuſmodi cauſis cog-
noſcere, Fontan.*ibid Mart. de Iuriſdict.p.*4.*cent.*2.
caſu 136.*n.*11.Peguer.*deciſ.*91.*num.*5.
90. At Iudex Eccleſiaſticus, reſpectu cauſæ Laicalis
nou eſt incapax, ſed incompetens, qui propterea
iuriſdictionem habet in habitu, & potentia, quæ
ex iuſta cauſa incidentiæ, & dependentiæ reducitur
ad actum: Fontanel *ibid.num.*23.Valaſc *deciſ.*159.*n.*
7.optimè Anguian. videndus *tractatu de legibus,tom.*
1.*lib.*2.*controu.*12.*num.*21.*à quo totam Reſolutionem*
130.*tract.*2.1.*part.* deſumpſit P.Diana *in ſuis Variis
Reſol.Moralibus.*

§. XVII.

*Cui ex Parentibus incumbat onus alendi libe-
ros, nullo declarato Matrimonio
ex cauſa Polygamia.*

Diſtinguendi hoc loco ſunt tres caſus, ex quibus
clara ſolutio huiuſce quæſtionis apparebit.
Primus caſus eſt, cum in contractu Matrimonij
91. alter ex parentibus fuit in bona, alter in mala fide,
& tunc proles debet ali expenſis exiſtentis in mala
fide, apud coniugem, qui fuit in bona fide,hoc col-
ligitur ex Auth.*Si Pater*, *Cod diuort. facto*, apud
quem liberi, &c. quæ licet loquatur in caſu diuor-
tij facti, attamen locum etiam habet in caſu noſtro,
ex indentitate rationis.
92. Nam ratio decidendi in illo textu fuit, ne culpa
illius, cuius cauſa diuortium fit, maneat impunita,
vt animaduertit Barboſ.*in Rub.ſoluto matr.p.*2.*n.*53.
igitur etiam in caſu noſtro, ne culpa coniugis, qui
fuit in mala fide, maneat impunita, eius expenſis
ali debent liberi, ita Sanch.*de Matrimonio,l.* 9.*diſp.*
21 *n.*11. verſ. *Quod ſi alter Parens.*
93. Et hic caſus cum pater fuit in mala fide ab om-
nibus DD.conceditur difficultas eſt in Matre, an ſi
ipſa ſit in mala fide teneatur alere filios ſuis expenſis.

In qua re communis opinio eſt affirmatiua ob 94
verba Auth.*Si verò contra, tunc apud Patrem, Ma-
tris locupletis expenſis*, atque ita docuerunt Sanch.&
Barboſ.*vbi ſupra*,Guttier.*can.quæſt.lib.*1.*cap.*24.*num.*
16.& manifeſtè id præſupponit Odofr. *in dicta auth.
num.*1.Angel.in §.*illud* in auth. *vt liceat Matri, &
Auiæ*, & alij plerique & certè in iudicando non eſ-
ſet ab hac opinione recedendum.
Verùm hanc opinionem in puncto iuris arbitror 95.
eſſe falſam, quia verba illa Matris locupletis ex-
penſis, poſita in dicta auth.*Si Pater*, fuerunt ibi ex
nimia licentia addita ab Irenæo, nec adſunt in §.
illud, Auth.*Vt liceat Matri*, &c.vnde ſumpta eſt
memorata Auth.*Si Pater*,vnde cum in iure habea-
mus regulsm quod Patri incumbit onus alendi li-
beros, ab hac regula non eſt recedendum, niſi ha-
beamus apertum textum,atque ita, quod in hoc ca-
ſu Mater non teneatur expenſis ſuis alere filium vo-
luit Salye.*in l.Alim. Cod. de Neg. geſtis*, latiſſimè
defendit Valaſcus videndus *deciſ.*92.*num.* 10. *&* 12.
*lib.*1.
Neque obſtat ſolutio Sanch.*vbi ſuprà*, *num.*70. 96
quod illa verba optimè ac Irenæo addita fuerunt,
auth.*Si pater*, quia diſpoſitum in vno ex correlati-
uis, intelligitur etiam ſtatutum in alio, tum quia
hoc modo,non potuerunt illa verba allegari in vim
legis, cum Irenæus non habuerit auctoritatem le-
gis condendæ, tum quia non militat eadem ratio, 97.
quo caſu ceſſat argumentum à correlatiuis, Barboſ.
in locis communibus Argumentorum Iuris, Loco
59.ratio diuerſitatis eſt, quia ſi Pater alit filios, &
onus expenſarum ſentit, patriam tamen poteſtatem
retinet ex qua magnas percipit vtilitates, quod ceſ-
ſat in Matre, vnde ſi additio Irenæi procederet,ma-
gis puniretur Mater in iſto caſu quam pater, & ſic
ad iſtam inæqualitatem euitandam, argumentum à
correlatiuis ceſſare debet.
Neque dubitandum eſt, quod pater etiam in mala
fide exiſtens, in poteſtate habeat filios ex ſe natos,
vxore exiſtente in bona fide.
Quia ad hoc eſt punctualis doctrina Baldi *in l.
qui contra in* 3. *quæſtione num.* 9. Cod. *de inceſtis
nupt.*
Secundus caſus eſt, cum omnes parentes fuerunt 98.
in mala fide, & in iſto caſu cum proles ſit illegi-
tima, alimenta iſtis filiis ſunt præſtanda eo modo,
& forma, qua præſtari ſolent filiis illegitimis,iuxta
diſpoſitionem, cap.*cum haberet de eo qui duxit in
Matrim.quam polluit per adulterium*, cuius diſpo-
ſitionem etiam in ciuili foro obſeruari in confeſſo
eſt apud omnes, & latè docuit Coler. *de Alim.
lib.*1.*cap.*3.*n.*8.&.in hoc etiam caſu conſentit Sanch.
*vbi ſuprà,n.*11.verſ. *Quod ſi vterque.*
Alenda igitur erit proles à Patre, & non niſi in 99.
ſubſidium à Matre, Valaſch.*dicta deciſ.* 92.*n.* 13. *&*
Coſta Papienſ.*de Remed.ſubſid.Rem.* 106. *num.*5.qui
alios cumulant.
Tertius caſus eſt, cum vterque coniux eſt in bona 100.
fide, & in hoc caſu, Sanchez ait, communibus
vtriuſque parentis expenſis filios alendos,quod an-
te eum dixerat Surd. *de Alim titul.*1.*quæſt.*14.*num.*
8.& quædam additio ad Abbatem, *in cap.*1.qui fi-
lij ſint legitimi, quam tamen Sanch.non allegauit.
Mouentur omnes, ex dicto cap.2.ibi, de parentum
facultatibus nutriantur.
Verum hæc opinio mihi numquam potuit pla- 101.
cere, quia ambobus parentibus, exiſtentibus in
bona fide, proles eſt legitima, quoad omnes om-
nino iuris effectus vt *ſuprà*, §.11. probauimus. At
filios legitimos, Pater alere tenetur, non mater,
niſi

niſi in ſubſidium, Coler. *de alim. lib. 1. cap. 2. n. 14. ſeq.* Coſta Papienſ. *vbi ſuprà*. Confirmatur quia mater non tenetur alere filios, niſi in caſibus, *l. Neſennius, ff. de neg. geſtis*, vt obſeruauit Salic. *in l. alim. Cod. de neg. geſtis*, at iſte caſus non continetur in *dicta l. Neſennius*.

101. Vlterius contra Sanchez, ſi vtroque Parente exiſtente in mala fide, & ſic prole effecta illegitima, de olimentis eorum iudicandum eſt ad inſtar aliorum illegitimorum, vt expreſsè dixit Sanch. *dict. num. 11. verſ.* quod ſi vterque igitur à paritate rationis, vtroque parente exiſtente in bona fide, & ſic prole nata legitima de eius alimentis idem iudicandum erit, ac de alimentis aliorum legitimorum, at alij legitimi aluntur à Patre & in ſubſidium à Matre, igitur.

103. Neque obſtat text. *in d. c. 2.* ibi, *de Parentum facultatibus*, Quia verba illa intelliguntur ordine ſucceſſiuo, non coniunctiuo, ita in fortioribus terminis, text. in cap. *cum haberet, de eo qui duxit in Matr. quam polluit per adulterium*, ibi, vt vterque liberis ſuis neceſſaria ſubminiſtret, intellexit Peregr. *de Iure fiſci, lib. 3. tit. 18. num. 59.* & Modernus Barboſ. in dicto cap. *cum haberet, num. 7.*

104. Hæc tamen intelligi debent cum ambo parentes ſunt locupletes, aliàs enim ſemper filij ſunt alendi ab eo, qui poteſt eos alere, non ab impotente; ita colligitur ex dicta auth. *ſi pater*, & peruulgatum eſt inter omnes, patres paupere exiſtente per matrem dimittem liberos eſſe alendos.

§. XIV.

Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat cum Polygamo.

105. Diligenter ſciſcitabitur Confeſſarius à pœnitente, num in contrahendo ſecundo Matrimonio viuente prima Vxore, bene ſenſerit de Sacramento Matrimonij, nam ſi errorem habuiſſet in intellectu, exiſtimans fortaſſe Polygamiam vxorum eſſe licitam, cum eo agere deberet Confeſſarius, ac agitur cum Hæretico, ac proinde cum excommunicato excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini in primo Canone.

106. Si verò ſemper Catholicè ſenſit de Matrimonio, tunc niſi polygamia ſit ab Epiſcopo reſeruata, omnis Confeſſarius ab ea poterit abſoluere; ita Fagund. *in præcepta Eccl. Præcepto ſecundo, lib. 8. cap. 8. n. 39.* P. Zanard. *in ſum din. præcept. 1. part. Præcepto 1. c. 11. verſ. Sextò noto cum Toleto*, Homobon. de Bonis, *de Examine Eccleſiaſt. 1. part. tract. 7. cap. 1. q. 4.* Valer. de differentiis vtriuſque fori, verbo *hæreſis, differentia 2. n. 1.* Sylu. *22. q. 11. art. 3. concl. 2.* Filliuc. *q. Moral. p. 2. tract. 21. cap. 6. n. 164.* & poſt hæc ſcripta viſus R. P. Conciuis meus Dom. Don Dominic. Pneronus Abbas Generalis Monachorum Montis Oliueti, *in ſuis Commentarijs in Bullam Cœnæ, cap. 1. num. 37. & num. 66.* & latius, *num. 57.* qui generaliter loquuntur de Apoſtata, Sortilego, Blaſphemo, Hæreticali, & ſimilibus rectè, & catholicè ſentientibus, & ratio huius rei euidens eſt, quia vt dixi, *tit. 1. §. 1. n. 4. verſ. Item dicitur error*, nullum factum, quantumvis hæreticum, eſt ſufficiens ad conſtituendum in foro conſcientiæ Hæreticum, ſine errore in intellectu.

107. Monebit deinde Confeſſarius Polygamum primò, de ſtatu in quo reperitur, & de grauitate peccati ſui, de quo Chriſtus Dominus noſter. Matth. cap. 19. & Lucæ, cap. 16. dixit, *Omnis, qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur*, quæ verba Chriſti referens Marcus cap. 10. addit, *Mœchatur ſuper ſuam.*

Secundò, de eius obligatione redeundi cum prima, de obligatione cum ſecunda Vxore reſtitutionis dotis, & in hoc caſu animaduertat confeſſarius, quod Polygamo exiſtente in mala fide, vxor ſecunda lucratur omnia ſibi donata etiam pretioſa iuxta ea, quæ allegat in parum abſimilibus terminis, Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſtici, Reſol. 223. in impreſſis Neapol. de anno 1610.* & de obligatione erga filios ſecundi Matrimonij, de qua nos *ſuprà*. 108.

Tertiò, monebit Mulierem, quæ dubitat de prioris viri vita, de diſpoſitione text. in cap. *dominus de ſecundis nuptijs*, vbi dicitur in eo caſu poſſe Mulierem prædictam reddere debitum, ſed nequaquam illud poſſe exigere, ſtatimque cum primo viro redite debere, ac certa eſt de illius vita, circa quam rem, videndus eſt Comitolus, *reſponſ. moral. lib. 1. quaſt. 129.* 109.

Si tamen mulier ſic dubitans omnes poſſibiles diligentias feciſſet pro veritate indaganda, & adhuc dubia eſſet, Diana *reſol. moral. part. 3. tract. 4. reſolut. 295.* cum Sanch. Filliuc. Coninch. Valencia, & Reginaldo, quos allegat probabiliter arbitratur mulierem in iſto caſu, poſſe, & reddere, & petere debitum, argumento eorum qui docent DD. de poſſeſſore bonæ fidei, qui ſi dubitat rem eſſe alienam & facto ſufficienti examine nequit dubium vincere, poteſt non ſolum rem retinere, ſed etiam ea vti, videatur tamen de hac re latiſſimè agens Dom. Traſmiera *l. 1. q. 6. per totam ſui tractatus eruditi de Polygamia.* 110.

Tandem circa ſalutares pœnitentias, in foro conſcientiæ Polygamo iniungendas, confeſſarius præ oculis habeat textum in cap. *Accepiſti de ſponſa duorum*, cuius hæc ſunt verba, Accepiſti illam in vxorem tibi, quam alter ſibi deſponſatam habebat, dimitte illam, quia nunquam poteſt tibi fieri legitima, & quadraginta dies in pane & aqua, cum ſeptem ſequentibus annis pœniteas, ita tamen, vt confeſſarius intelligat ſibi non imponi præceptum talem pœnitentiam iniungendi, cum circa hoc poſſit, iuxta prudens ipſius arbitrium, ieiunia illa moderari, vti notauit Did. Perez *ad Ordinam. Regni Caſtell. lib. 5. tit. 1. l. 3. fol. mihi 45. verſ. punitur.* 111.

TITVLVS VI.

De Confeſſarijs ſollicitantibus.

SVMMARIVM.

1 *De enormitate huius criminis remiſſiuè.*
2 *De Bullis Apoſtolicis quarum vigore Inquiſitores cognoſcunt de hoc crimine & ſequentibus.*
5 *An etiam de iure, hoc delictum ſpectaret ad Inquiſitores, & ſeq.*
7 *Poſt Bullas Pauli IV. & Pij I V. Inquiſitores cognoſcebant de hoc crimine, etiam extra loca Hiſpania, & ſeq.*
10 *Legum, alia fauorabilis, alia odioſa.*
11 *Conſtitutio Gregorij XV. eſt odioſa & correctoris Iuris communis, & ſeq.*
15 *Ante Bullam Gregor. diſputabatur, an in Bullis Pauli, & Sixti comprehenderetur Confeſſarius ſollicitans pueros, vel per interpoſitam perſonam, vel poſt Confeſſionem, hæc dubia hodie ſunt deciſa, & ſequentibus.*
18 *Sollicitans ad alia peccata, non luxuria ſed non incurrit pœnas noſtra conſtitutionis, & ſequent. vbi*

an ſaltem talis ſollicitans ſubdatur foro Inquiſitorum, & ſit de fide ſuſpectus.

21 *Pœnas noſtræ conſtitutionis non incurrit, fingens ſe Sacerdotem;& ſollicitans, nec fœmina confeſſarium ſollicitantes, & ſequent. vbi etiam quid de Interprete.*

24 *Inquiſitores procedunt, licet actus inhoneſti non ſint completi.*

25 *Confeſſarij ſollicitantes fœminam, vt ſit mediatrix comprehenduntur in Bulla noſtra.*

26 *Quid in ſollicitante ad peccata carnalia in aliis Sacramentis.*

27 *Sollicitans, ante, vel poſt confeſſionem, quando incidat in Bullam & ſeq.*

30 *Quid in ſollicitante in confeſſionario, vbi decretum Sup. Tribun. & ſeq.& quid de confeſſario monialium ſollicitante in parlatorio communi: ſollicitare quid ſit, & an confeſſarius conſentiens mulieri ſollicitanti incurrat in noſtram conſtitutionem num. 83.& ſeq.*

36 *Quid de Confeſſario poſt ſollicitationem ſtatim pœnitente, vel laudante venuſtatem mulieris, vbi quid de ſollicitante tacitè, & num. paruitas materiæ excuſet, vbi latè de materia & num Bulla comprehendat actus ſolum venialiter inhoneſtos, & de facultate conceſſa Inquiſitoribus vniuerſalibus damnandi Confeſſarium ex teſtibus ſingularibus.*

38 *Mandans Confeſſario, vt ſollicitet non comprehenditur in Bulla noſtra.*

39 *Adducitur pulcherrima Doctrina Bart.*

40 *Talis mandans eſt de foro Inquiſitorum.*

41 *Mandans eſt de foro Mandatarij,& n.43.*

42 *Delictum mandantis, & mandatarij eſt vnum*

44 *Ratione connexitatis cauſa mandantis eſt de foro Inquiſitorum.*

45. *In aliis delictis ad S. Officium ſpectantibus mandans eſt de foro Inquiſitorum.*

46 *Doctrina Dianæ, Trimarchi, & aliorum non habet locum in hoc caſu.*

47 *Conſtitutio noſtra recipit interpretationem à Iure communi.*

48 *Cur fœmina ſollicitans confeſſarium non ſubdatur foro inquiſitorum.*

49 *Quæ dicta ſunt de mandante proportionabiliter dicenda ſunt de aliis cooperantibus Confeſſario.*

50 *Singularitas teſtium, quotuplex.*

51 *Sufficienter probatur ſollicitatio, per teſtes ſingulares & per mulieres, & ſeq.*

54 *Qualitas mulierum diligenter conſideranda, aliaque perpendenda,& ſeq. vbi de variis adminiculis in hoc crimine.*

56 *Mulieres, quæ Confeſſario ſollicitanti conſenſerunt an ſint teſtes idoneæ.*

58 *Duæ fœminæ in hoc crimine non conuincunt,& quot requirantur, & ſeq.*

61 *Fœmina honeſta denuncians, non facit indicium ad capturam, nec ad torturam, ſeq. vbi litteræ Sacræ Congregationis.*

63 *Examinatur Doctrina Canteræ qui voluit vnicam fœminam in hoc crimine facere indicium ad torturam.*

64 *Hæc Doctrina non recipitur, nec in Inquiſitionibus Italiæ, nec Hiſpaniæ.*

65 *Doctrina Abbatis c.2. de cōfeſſis nō recipitur,& ſeq.*

67 *Nec etiam habet locum cum veritas aliter nequit haberi.*

68 *Teſtis cum admittitur in defectum aliarum probationum, an habeatur pro omni exceptione maiori, & ſeq.*

71 *Iuſtitia decreti S.C. in hac re.*

72 *Tortura ſuper intentione datur Confeſſariis ſollicitantibus, & ſeq.*

73 *Item, & pro vlteriori veritate, & ſi in tortura perſiſtat, an dimittendi, vbi quid agendum, cum confeſſario ſollicitante per verba ambigua, & negante ſe habuiſſe intentionem ſollicitandi.*

74 *Confeſſarii ſollicitantes ſunt ſuſpecti de vehementi, contra Paramum, & ideo abiurant de vehementi, & ſeq. vbi de Praxi Inquiſitionis Hiſpanæ, & eius fundamentum, & pro ea adducitur pulcherrima Doctrina Bart. l. verum eſt de furtis & in quo caſu in Hiſpania huiuſmodi Confeſſarius ex ſententia Auctoris deberet abiurare de vehementi, num. 77.*

75 *Confeſſarij ſollicitantes in confeſſionario non abiurant.*

78 *Confeſſarii in Confeſſionario ſollicitantes extra occaſionem confeſſionis non ſunt cogendi abiurare.*

79 *P. Diana tenet oppoſitum: & eius ratio, num. ſeq.*

81 *Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet ea æqualiter determinare, num. 87.*

82 *Inquiſitores Luſitaniæ procedunt in Crimine Sodomiæ,& idem faciunt Inquiſitores Valentiæ, Arragoniæ, & Cathaloniæ, num. 84.*

83 *Clauſula, ſicut, in cauſis fidei quomodo intelligitur, vbi Declaratio Sanctiſſimi Domini Vrbani VIII.& num. 86.*

85 *Sodomitæ quomodo ab Inquiſitoribus puniantur.*

88 *Doctori atteſtanti de conſuetudine alicuius fori quomodo credatur.*

89 *Quibus pœnis puniantur.*
Suſpenſio ab audiendis confeſſionibus eſt pœna ordinaria huius delicti.

90 *Cum Confeſſarius nec conuictus eſt, nec confeſſus de hoc Crimine ſuſpenſio regulariter debet eſſe ad tempus, vel ad arbitrium.*

91 *Niſi Confeſſarius vrgeretur grauiſſimis indiciis.*

92 *Quid ſi tortura data huic Confeſſario eſſet grauis*

93 *Cum Sacerdos eſt de ſollicitatione vel confeſſus vel conuictus, ſuſpenſio à Confeſſionibus debet eſſe perpetua.*

94 *An metus excuſet Confeſſarium, & proponitur exemplum.*

95 *Confeſſarius de quo hic, ligatur noſtra conſtitutione.*

96 *Metus illatus Confeſſario à fœmina eſt leuis.*

97 *Aurea ad hoc verba Diui Ambroſij.*

98 *Mitius puniendus hic Confeſſarius ſecundum Souſam.*

99 *Non tamen debet eſſe immunis ab omni abiuratione contra Souſam.*

100 *Apoſtatans à fide, qui deberet abiurare de formali, ſi id egit ex metu vel coactione conditionali abiurat de vehementi.*

101 *Reijciuntur Acugna, Peirin, & Cabreros, & num. ſeq.*

105 *Quomodo ſe gerere debeat Confeſſarius, cum confeſſario ſollicitante, habente errorem in Intellectu.*

106 *Sollicitatio, eſt caſus reſeruatus Epiſcopis in Regno Neapol.*

107 *Vbi tamen non eſt caſus reſeruatus, quilibet Confeſſarius poteſt abſoluere.*

108 *De grauitate huius delicti.*

109 *Quid conſulendum Confeſſario ſollicitanti.*

110 *Reprobantur Peirin.& Molfeſ.*

111 *Mulier ſollicitata tenetur denunciare Confeſſarium*

rium ſollicitantem , etiamſi conſenſerit ſollicitationi , etiam omiſſa correctione fraterna , & ſequent.

114 *An regulares , vigore ſuorum priuilegiorum poſſint abſoluere mulierem ſollicitatam , quæ Confeſſarium ſollicitantem non denunciauit in termino edicti Inquiſitorum , ob idque eſt excommunicata excommunicatione dicti edicti.*

115 *Quomodo denunciare teneatur virgo Nobilis , quæ non poteſt ſine infamia accedere ad Inquiſitores.*

116 *De cauſis excuſantibus à denunciatione remiſſiuè.*

117 *Confeſſarij non explicantes pœnitenti obligationem denunciandi, grauiter puniri debent ab Inquiſitoribus.*

118 *DD. enumerantur , qui volunt obligationem denunciandi in fœmina ſollicitata oriri ex Conſtitutionibus Apoſtolicis.*

119 *Fagundez, & alij volunt eam oriri ex edictis Inquiſitorum.*

120 *Prior opinio eſt verior.*

121 *Boſſ. ait hanc obligationem oriri radicaliter ex Apoſtolicis Conſtitutionibus , & formaliter ex edictis Inquiſitorum, ſed ſtante Bulla natura reijcitur Boſij diſtinctio.*

122 *Fagundez vult ſecretum naturæ excuſare ab obligatione denunciandi.*

123 *Sed hæc opinio eſt falſa.*

124 *Sollicitatio in confeſſione vergit contra bonum commune, & publicum.*

125 *Correctio fraterna non eſt præmittenda ante denunciationem Confeſſarij ſollicitantis contra Fagundez, & ſeq.*

127 *Denunciandus eſt Confeſſarius, etiamſi contra eum non adſit infamia , contra eundem Fagundez.*

128 *Etiam emendatus eſt denunciandus contra eundem Fagundez, & ſeq.*

130 *Cautiſſimè legendus Fagundez in hac materia denunciationis faciendæ S.Officio, quia verè eius doctrina deſtruit omnia Inquiſitorum edicta.*

1. DE enormitate huius criminis , aliqua præmittenda eſſent , ſed quoniam hæc ex DD. infra allegandis vnicuique facilè conſtabit , ideo ad materiæ tractationem accedendo, ſit

§. I.

Quo iure Inquiſitores procedant in hoc crimine.

2. INquiſitores hæreticæ prauitatis de hoc crimine cognoſcunt , vigore Bullæ Pauli IV. anno 1561. die 16 Aprilis editæ, & directæ Archiepiſcopo Hiſpalenſi , Incipit. *Cum ſicut nuper*, & Bullæ Pij IV. edita anno 1564. die 6. Aprilis , item vigore decreti facti à Supremis Generalibus Inquiſitoribus, approbati etiam à Sanctiſſ. Clem. VIII. de quibus , Ludouic. à Paramo *de Origine S. Inquiſitionis , lib.3.c.10. num.*168. ſed Bullæ illæ , & illud decretum videntur habere locum tantummodo in Hiſpaniis, quoniam directæ erant Bullæ , Archiepiſcopo Hiſpalenſi , & decretum Sacr. Congregationis expreſsè reſtrictum ad loca Hiſpaniæ, vt tam ex Bullis, quam ex decreto Sacr. Congregat. videre eſt.

3. De anno autem 1612. de menſe Aprilis, fuit decretum à Sanctiſſ. Paulo V. monendos eſſe omnes Inquiſitores , vt confeſſariis præciperent , quod abſtineant ab omni, & quacumque ſollicitatione, alias procederetur rigoroſè contra quoſcumque , & de hoc decreto apparere ex litteris Eminentiſſ. Cardinalis Arrigonij, ſcriptis Reuerendiſſim. Inquiſit. Mediol. ſub die 5. Maij anni 1612. atteſtatur Aloyſ. Bariola *in ſuis Floribus Direct. Inquiſitorum, tractat. de Confeſſ. ſollicit. §. Inquiſitores procedunt.*

4. Nunc autem hac de re extat nouiſſ. conſtit. Greg. XV. edita die 30. Auguſti 1622. Incip. *Vniuerſi Dominici*, In qua literas , ſeu Bullam Pauli IV. confirmat , illamque non ſolum in Hiſpaniarum Regnis , ſed in quibuſvis Chriſtiani orbis partibus firmiter, & inuiolabiliter obſeruari præcipit, Bullam autem hanc ad verbum referunt Naldus in ſumma in verbo *Confeſſarius. n.41.* & Bariola *in litteris pro S.Officio editis poſt ſuos flores Direct. fol. mihi* 462. & omnes DD. Moderni.

5. Diſputari tamen hoc loco poteſt an etiam de Iure communi huiuſmodi criminis cognitio ſpectaret ad Inquiſitores, in qua re,

Salcedo *ad Diaz. in pract. criminali, cap.85 ſub litera A , refert.* Nauarrum *in conſ.1. in tit. de hæreticis*, vbi (ait ipſe) eum multis rationibus probare, minimè potuiſſe Inquiſitores cognoſcere contra quendam Religioſum qui carnaliter cognouerat duas mulieres , quas in Sacramentali confeſſione audiuerat ſed voluit allegare , conſ. ſecundum. verè etiam illud conſ. Nauarri non potuit ad hoc allegari, cum non loquatur de Confeſſario ſollicitante, ſed de Confeſſario cognoſcente filiam ſpiritualem, vt animaduertit Freitas *ad Roder. de Confeſſ. ſollicit. q.2. num.45. verſ. Qui tamen.*

In hac tamen quæſtione loquendo ante Bullas Pauli & Pij IV.

6. Dicendum eſt, Inquiſitores minimè potuiſſe cognoſcere de hoc crimine, ſed Epiſcopos illius criminis fuiſſe Iudices competentes , ita Ludouic. à Paramo *de Origine S. Inquiſit. lib.3. quæſt. 10. num.* 92. vnde etiam olim Epiſcopi ſolebant ſibi reſeruare hunc caſum prout de variis Epiſcopis, In Regno Neapol. atteſtatur Graff. *de caſibus reſeruatis, lib.2.c. 12. num.8. & ſeq.*

7. Si verò loquamur, ante Bullam Greg. XV. ſed poſt Bullas Pauli IV. & Pij IV. Dico quod Epiſcopi ſoli non poterant de hoc crimine cognoſcere, ſed ad Inquiſitores ſpectabat , cognoſcique ab iis debebat eo modo quo cognoſci ſolent cæteræ cauſæ Hæreſis , cum interuentu ordinarij , ita Sanctarellus *de hæreſi , cap.44. dub.5. num.1* Roder. à Cunha *de confeſſ. ſollicit. quæſt.* 1. v bl latiſſime Freitas *in additione. quæſt.*2. & moderni *infrà* allegandi.

8. Probatur concluſio, quia ad Inquiſitores pertinet de iure cognoſcere in cauſis hæreticorum , & ſuſpectorum de hæreſi , cap. *accuſatus de hæret. in* 6. Freitas *ad dictam quæſt.*2. Roder. *num.45. verſ. Decipitur ſecundò*, Sanctar. *de hæreſi, c.40. dub.1. concl. ſup. n.5.* vbi alios allegat. At Pontifex in dictis Bullis declarat, hoſce Confeſſarios eſſe de hæreſi ſuſpectos ibi. Nos in animum inducere nequeuntes , quod qui de fide Cath. rectè ſenſerint Sacramentis ab Eccleſia Dei inſtitutis abutantur. Et hoſce Confeſſarios de hæreſi , etiam eſſe ſuſpectos docuerunt Pegna *in Direct. part.2. comm.*81. verſ. *illa quoque* Salcedo *ad Diaz. in Pract. Crim. cap.85.* verſ. *Hodie verò*. Graff. *de caſibus reſeru. lib.2. cap.12. n.23.* & latiſſimè alios allegans, Auguſt. Barboſa *de Officio Epiſcopi , tom.2. allegat.40. num.40.41. & ſeq.* igitur eius criminis cognitio poſt Bullas Pauli IV. & Pij IV. ad Inquiſitores ſpectabat.

9. Et hoc etiam extra Regna Hiſpaniæ , nam ratio ſup. allegata militat vbique , nec Papa cenſetur voluiſſe declarare hoſce ſollicitantes ſuſpectos in Hiſpania , non autem alibi , præſertim cum ratio

præſum

præſumptinnis Papæ, quæ eſt abuſus Sacramenti, militet vbique & quod ita obſetuaretur, tam in Inquiſitionibus H.ſpaniæ, quàm Italiæ, teſeripſit Card nalis Sanctæ Seuerinæ, Supremus Inquiſitot, die a8. Iunij 1597. Ioann. Franc. Leonio tunc Vicar. Gen. Epiſcopi Venell. vti atteſtatut ipſe *in 3. part. Theſauri fori Eccleſiaſtici.cap.37.n.35.*

Poſt Bullam autem Greg. XV. nulla poteſt eſſe hac de re probabilis dubitatio, vt videre eſt ex tenore ipſius Bullæ, & ex *infrà* dicendis.

§. II.

An Bulla Gregorij XV. ſit fauorabilis, vel odioſa.

10. SVppoſita communi diſtinctione, ſeu diuiſione legum in fauorabilem, & odioſam, de qua diuiſione, latiſſimè tractant Suar *de legib. lib.5.c.2.per tot.* Salas *in prima ſecunda, tract. de legib. diſp.21.ſect.1 n.10.verſ. Sed dubium eſt*, & Gonzal. *ad Reg.8. cancell. §.6. Proœmiali per totum* vbi allegat omnea DD.

Dicendum eſt, præfatam conſtitutionem non fauorabilem, ſed odioſam eſſe, ita Aloyſ. Rice. *in 3.p. variarum reſol. in Praxi Bulla circa ſollicit. in confeſſ. reſol.65.& 66.* Sanctatell. *de hæreſi cap.45. dub.5.n.5.* verſ. *Reſpondeo hanc conſtitutionem*, Ratio huiuſce concluſionis eſt, nã fauorabilitas, & odioſitas legum ſumendæ ſunt ab earundem legum materia, Ita Suar. *vbi ſuprà, n.4.* & alij proximè citati, at materia huiuſce legis eſt odioſa (quoniam pœnalis) igitur etiam conſtitutio illa eſt odioſa.

11. Et licet indirectè videatur hæc conſtitutio fauorabilis, quia fuit promulgata, vt Sacramenta legitimè adminiſtrentur, & ad obuiandum animarum periculis, attamen non per hoc deſinit eſſe odioſa huiuſmodi conſtitutio, aliàs nulla eſſent leges odioſæ, nam cuiuſcumque legis etiam odioſiſſimæ finis eſt fauor totius Reipublicæ & ipſius bonum. Sic reſeruatio votorum eſt facta ob ſalutem animarum, & fauorem religionis, & tamen quia pœnalis eſt, ideo eſt odioſa Suar. *tom 1. de Relig. l.6 de voto, cap.21.n.1.* Sot. *de iuſtitia, & Iure, lib.7.q.4.art.3.col.5.* verſ. *Ex his conſequens*, Saytus *in claui, lib.6. cap.21. num* 48. latiſſimè Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.4.c.40.n.25.*

Sic reſeruatio peccatorum, ex Tridentino *ſeſſ.14. cap. 7.* introducta eſt in Eccleſia in fauorem animarum, & tamẽ hæc reſeruatio odioſa eſt, Suar. *de Pœn. diſp.40. ſect. 6.* Henriq. *in ſum. lib.6. de Pœnit. c.26.n.6.*

13. Ex his colligitur conſtitutionem hanc ſtrictiſſimè eſſe intelligendam, cap. *odia de reg. Iuris in 6. l. cum quidam, ff. de lib. & poſth. auth. quas actiones, Cod. de SS. Eccleſiis*, vbi committuntur DD. latiſſimè Suarez *de legibus lib. 6. cap. 2. & 3.* ad quem ſemper recurrendum eſt in materia interpretationis, & extentionis legum, prout etiam de eadem materia videndus eſt Farin. *in ſuis Fragm. crimin. 1. p. poſt tractatum euſdem de Furtis, in litt. E*, verbo *extenſio, per plures num. & concl.* & Salas *de legib. d. diſp.* 21.

14. Eſt etiam Bulla hæc Iuris communis correctoria, cum ante Bullas Pauli IV. & Pij IV. Epiſcopi ſoli de hoc crimine cognoſcerent.

§. III.

De varijs dubijs in hac materia declaratis, per Bullam Gregorij XV.

ANte Gregorij XV. Bullam plura, eáque maximi momenti diſputari ſolebant in hac materia, quæ nunc ſanctiſſimè per Bullam noſtram ſunt definita, & *Carena de Offic. Inquiſit.*

Primò. quidem diſputari ſolebat, an Bullæ Pauli IV. & Pij IV. itemque decretum S. Congregationis, de quibus ſuprà haberent locum, in ſollicitante pueros. quoniam loquuntur ſolum de ſollicitatione fœminarum, & quamvis opinio affirmatiua fuerit magis vera, magiſque in S. Officio practicata, vt patet ex Aloyſ Ricc. *in 3. part. variarum reſolut. tit. de ſollicit in confeſſ. reſol.66. per tot.* & Sanctatello *de hæreſi, cap. 45. per totum*, Hieronym. Rodriquez *in Compend. quæſt regul. reſol.131.n.2. & ſeq.* attamen etiam opinio negatiua magnos habuit ſectatores, vt videre eſt ex eodem Sanctarelln *vbi ſuprà*, & ex Ludouico à Paramo *de Origine S. Inquiſitionis, lib. 3. quæſt. 10. num. 92.* vbi alios allegat, Graff. *conſ. 1. de cognat. Spirituali, in 6. quæſito*, & Rodriq. *vbi ſuprà.* 15.

Hodie autem ceſſare debet huiuſmodi diſputatio, propter verba Bullæ Gregorianæ citca medium, ibi quaſcumque perſonas, & quæcumque illæ ſint, ſollicitauetior, quæ verba ob generalitatem eorum, etiam ad pueros extendi nullus negare audebit, Naldus in verb. *Confeſſarius, num.41.* verſ. *Quarum prima eſt*, ſed verè etiam ante Bullam noſtram ſeruabatur in praxi opinio affirmatiua, teſte Molfeſ. *videndo in ſumm. tractat.7. cap.24. num.34.* & Rodriq. *loco proximè relato.*

Secundò, diſputabatur, an Iura illa antiqua habere poſſent locum, contra ſollicitantes per interpoſitam perſonam, quæ quæſtio multas patiebatur difficultates, vt videre eſt ex Riccio, *vbi ſuprà reſol.65. per totam.* 16.

Attamen etiam hæc quæſtio fuit hodie per Bullam noſtam deciſa, per illa verba, Siue per ſe, ſiue cum aliis perpetranda. Naldus *vbi ſuprà*, verſ. *Secunda eſt, an ſollicitantes*, Sanctarellus *de hæreſi, cap.44. num 19. concl.14.*

Tertiò controuertebatur, an dicta Iura procederent contra ſollicitantes immediatè, ante confeſſionem, vel immediatè poſt, cum loquantur de ſollicit. in actu confeſſionis, & licet affirmatiua opinio eſſet in S. Officio iam vſu recepta, vt videri poteſt ex traditis per Bellon. *de poteſt. eorum, quæ incont. ſiunt, lib. 1. cap 176.* Aloyſ. Riccio *lib.2. variarum, reſolut. Reſolutione 440. per tot.* Ludouicum à Paramo *dicta quæſtione 10. à num. 31. vſque ad finem, & num.90.* Genuenſ. *in Praxi Archiepiſcopali, Neapol. cap.66. num.2.* vbi quod ita declaraſſe fertur Clem. VIII. & Hieron. Rodriq. *vbi ſuprà, num.5.* qui alios latiſſimè allegat, attamen quæſtio hæc ex verbis Bullarum antiquarum, anceps reddebatur. 17.

Hodie tamen etiam quæſtio, & controuerſia hæc videtur per conſtitutionem hanc clariſſ. deciſa, per illa verba, ſiue ante, vel poſt immediate, de qua re plura infra in propria quæſtione.

§. IV.

An ſollicitans fœminas ad alia peccata, non tamen luxurioſa incurrat pœnas noſtræ conſtitutionis.

IN hac re doctiſſ. Peña *in Directorio Inquiſitorum p.2. com.81.* verſ. *Ille quoque* voluit eadem hæreſis ſuſpicione laborare confeſſarium ſollicitantem mulieres ad libidinem, ac ad alia peccata, & proinde ad quæcumque peccata ſollicitantem Inquiſitorum iudicio ſubditum eſſe, attamen hoc non obſtante, 18.

Dicendum eſt talem Confeſſarium ſollicitantem,
19. non incurrere pœnas dictæ conſtitutionis Gregorianæ, nec ſubdi Iudicio Inquiſitorum, ita Sanctarell. *de hæreſi, cap. 47. num. 1. concluſion* 1. latiſſimè poſt hæc ſcripta viſus Diana *reſolut. Moral. 1. part. tract. 4. reſol. 20. per totam*, vbi alios allegat. Ratio eſt quoniam bulla loquitur de ſollicitante ad venerea, nam licet vtatur hiſce verbis, ad inhoneſta, attamen illa verba, tum ex ordinaria eorum ſignificatione, tum ex antecedentibus, actus libidinoſos ſignificant Sanctarell. *vbi ſuprà in fin num.* 8. At in conſtitutionibus pœnalibus, & odioſis non fit extenſio, de delicto, ad delictum, *l. interpretatione, de pœnis, capit. in pœnis de reg. iuris in* 6. Honded. *conſil.* 9. *num* 99. *volum.* 1. latiſſimè Villagut. *de extenſ. legum, Rub. de extenſione legis pœnalis reſpectu meræ pœnæ, n. 1. & ſequentib.* vbi latiſſimè probat extenſionem non eſſe admittendam, in lege pœnali, & contrariis argumentis reſpondet.

20. Hiſce accedit etiam diuerſitatis ratio, inter peccata carnis, & alia peccata, nam illa, ob carnis fragilitatem frequentius in confeſſione committebantur ſollicitando pœnitentes, prout apparet ex procemio Bullæ Pauli IV. nec nouum in iure noſtro eſt aliquando grauiorem pœnam minori delicto imponi, cum homines ad illud proni ſunt ſoletque frequentius committi, vt animaduertit Turrecrem. cap. *interfectores* 33 *q. 2. art. 2 n* 5 gloſ. cap. *admonere, eadem cauſa, & quæſt* D Thom. *in 4 diſt. 37. q 2. art. 2. ad* 2. vnde illis carnis peccatis, vtpote his, quæ frequentius committebantur, Greg XV. reliquique Pontifices prædeceſſores pœnas per conſtitutiones ſupra nominatas grauiſſimas conſtituerunt, quamvis fortaſſe contingere poſſit pœnitentem ſollicitari ad peccata alterius generis grauiora, cum hoc vel non accidere ſoleat, vel ſaltem rariſſimè, tum, & ob ſpecialem malitiam contrariam puritati tanti Sacramenti, & ita etiam tenet Ludouicus à Paramo *lib. 3. cap. 10. num. 121. verſ. inde fit*, Ledeſma *ibi alleg. in addit. ad 3. p. q. 56. art. 2.*

Atque hæc procedunt, cum quæritur an Confeſſarius ſollicitans in non venereis in confeſſione comprehendatur ſub pœnis huiuſce conſtitutionis noſtræ.

Nam ſi quæratur, an talis Confeſſarius ſubdatur foro Inquiſitorum ſitque de hæreſi ſuſpectus, vti ille, qui ſacramento Pœnitentiæ verè abutitur, Dom. Traſiniera *de Polygamia, lib. 5. quæſt. a. §. vnico, num.* 46. reſpond. affirmatiuè, & in hoc ſenſu intelligit doctrinam Peñæ *ſupra in principio, § allegatam*, & vltra allegata ab ipſo, idem docuerunt eodem modo Doctrinam Peñæ *vbi ſuprà* intelligentes, Ioann. Sancius *in ſuis ſelectis diſp.* 11. *num.* 13. verſ. *& explicari poteſt Peña*, Caſtro Palao *tract. 4. diſput. 9. pun. 6. num.* 2. & P. Trimarcha, cuius Religionem, claritatem & doctrinam veneror, de Confeſſario abutente Sacramento pœnitentiæ *diſp. 14. ſect. 3. num. 15. & 16.*

Ego in caſu occurrenti rem hanc deferendam puto ad Sacram Congregationem, quia quamuis ſupradictorum DD. auctoritati multum deferam, attamen de illorum traditione valde dubito, quia ſollicitatio in confeſſione inducit ſuſpicionem hæreſis ex vi conſtitutionum Apoſtolicarum, cum ante eas ſoli Epiſcopi de hoc delicto cognoſcerent. At conſtitutiones illæ ſuper quibus tota iuriſdictio Inquiſitorum eſt fundata, ſunt reſtrictæ ad ſollicitationem ad venerea, vti ea, quæ ſpecialiter pugnant cum puritate tanti Sacramenti, ergo extra caſus de quibus loquuntur conſtitutiones illæ, nulla intelligitur data Inquiſitoribus Iuriſdictio, nec ab Epiſcopis ablata.

§. V.

Variæ Quæſtiones declarantur occaſione verborum Bullæ Gregorianæ

VT breuiter caſus in hac materia occurrentes, ſecundum Gregorianæ Bullæ deciſionem poſſint 21.
declarari, verba nonnulla Bullæ breuiſſime perpendemus, prout ſimilia verba Bullæ Pauli V contra ſollicitantes, perpendit Portel. *in dubiis regularibus, verbo ſollicitare fœminas in confeſſione, f. mihi* 11. 18.

Ac præterea ne in futurum de pœna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eoſdem procedendi ab aliquo dubitari poſſit, ſtatuimus, decernimus, & declaramus, vt omnes, & ſinguli Sacerdotes. Circa quæ verba

Dubitari poteſt, quid dicendum ſit de Sacerdote, qui talem ſe eſſe fingit, quique fœminam ſibi bona fide peccata ſua confitentem, ſollicitat ad turpia.

Huic difficultati breuiter reſpondetur, quod cum Bulla noſtra loquatur in Sacerdote, non poteſt nec debet extendi ad non Sacerdotem qui ſe Sacerdotem fingit, ita Sanctarellus *de hæreſi, cap. 46 num. 9. concl. 6.* Ratio iſtius concluſionis eſt prohibitio extenſionis in pœnalibus & correctoriis, de qua *ſuprà*, ita etiam ſenſit P. Diana, poſt hæc ſcripta viſus *var. reſol. 1. p. tract. 4. reſol.* 15. latiſſimè alios allegans P. Trimarcha *de Confeſſario abutente Sacramento. diſp. 7. ſect.* 1. In hanc tamen conſtitutionem incurreret Sacerdos, qui ad turpia fœminam ſollicitaret, quamuis actuali iuriſdictione careret audiendi confeſſiones, latiſſimè P. Trimarcha *loco ſuprà citato, ſect. 4. per totam.* qui alios latiſſimè more ſuo cumulat.

Dubitari ſecundo loco poteſt, an pœnas dictarum conſtitutionum incurrant fœminæ confeſſarium ſollicitantes. 22.

Huic etiam dubitationi reſpondendum eſt negatiuè, quia conſtitutio prædicta loquitur in Sacerdote, & Confeſſario, & eſt pœnalis, & odioſa, igitur non eſt extendenda ad fœminam ſollicitantem, & ita docuerunt Aloyſ. Riccius *in praxi variarum reſolut. part 3. reſol. 67. per totam, ſub rubr. Praxis contra ſollicitantes.* Sanctarellus *dicto cap. 46. num. 4. concl.* 3. & Diana *vbi ſuprà* 23. Trimarcha *diſputat. 9. ſect.* 1.

Hoc etiam loco iure poſſet dubitari quid ſentiendum eſſet de interprete confeſſionis ſollicitante

Sed cum interpres appellatione Sacerdotis minimè veniat, & ſe potius teneat ex parte pœnitentis, non comprehenditur in Bulla noſtra (etiam ſi eſſet Sacerdos) idem Sancius *vbi ſupra dicta diſput.* 1 *num.* 10 & 37. & Caſtro Palao *in ſuo opere Morali, tract. 4. diſp. 9. punct. 9 num.* 6. vbi meritò reprobant Freitam in addit. ad Acugnam *de Confeſſariis ſollicitantibus quæſt. 15. num.* 37. ſi tamen Confeſſarius interpretis opera vteretur ad ſollicitationem, talis interpres ſine dubio ſubderetur foro Inquiſitorum vt dixi *infrà in §. ſpeciali de mandate.*

Qui perſonas, quæcumque illæ ſint, per hæc verba nulli dubium eſt, quin tollatur dubitatio anti- 23.
qua, de qua ſupra, an ſcilicet ſollicitans pueros, in bullis, & decretis antiquis comprehenderetur, nam vt *ſuprà* dixi, comprehenditur etiam talis ſollicitans ob verba generalia, quæ ex ratione recti ſermonis apta ſunt etiam maſculo comprehendere.

Ad inhoneſta, ſupra in proxima quæſtione dixi, 24.
per illa verba intelligi peccata libidinis, ac proinde

Confeſſa

Confeſſarium ſollicitantem ad alia peccata, non li-gari noſtra conſtitutione ad ibi dicta me remitto.

Poſſuut autem Inquiſitores procedere contra bu-iuſmodi Confeſſ rios, ſiue actus inhoneſti ſint com-pleti, ſiue incompleti, vt ſi interuenerint tantùm, oſ-cula, tactus, amplexus, &c ita Lud. à Paramo *de Origi-ne S. Inquiſit. lib.* 3. *q.* 10. *n.* 116. *&* 118. vbi addit eadem pœna Confeſſarios puniendos eſſe pro tactu, & ſi-gnis, ac ſi ad effectum libidinis perueniſſent. San-ctarell. *de hæreſi. cap.* 44. *num.* 7. Rodriq. *in Comp. quæſt. regul. reſol.* 111. *num.*4. vbi quod in conſtit. antiquis comprehenditur, etiam Confeſſarius pro-uocans pueros ad mollitiem.

25. *Sine per ſe, ſiue cum aliis quomodolibet perpetran-da.* Per hæc verba clariſſimum eſt prohiberi ſolli-citantem etiam per interpoſitas perſonas, quid-quid eſſet de iure Antiquo, ita Graff. *de caſibus re-ſeruatis, lib.* 2. *cap.* 12. *de confeſſ. ſollicit. num.* 29. *& ſeq & conſ.* 1. *de Cognat. ſpirituali, num* 37. verſ. *circa quartum, vol.* 1. cum aliis ſupra alleg. bene Diana *var. reſolut. tract.* 4. *d. reſol.* 19.

Et ſic ceſſat quæſtio Doctorum num ſollicitans fœminam, vt mediatrix ſit, comprehendatur in hac conſtitutione, nam vtique comprehendi clarè in-nuunt verba eiuſdem ſupra relata & dixit Ferdinand. de Caſtro Palao *dicta diſp.* 9. *punct.* 5. *n.* 2. vbi idem docuit ſecundum antiquas Bullas Pij IV. & Clem. VIII. Sancius *eadem diſput.* 2. *num.* 44. & Ioann. Angelus Boſſ. Barnabita *de Iubileo in ap-pendice num.* 14. *&* 15.

26. *In actu Sacramentalis confeſſionis,* Quid in Sacer-dote ſollicitante ad turpia mulieres, dum admini-ſtrat alia Sacramenta, puta Baptiſmi, Euchariſtiæ &c. an incurrat pœnas huiuſce noſtræ conſtitutio-nis, & quidem Sanctarell. *de hæreſi, cap.* 46. *num* 5. *concl.* 4. hanc quæſtionem in terminis format, & reſpondet negatiuè, nam in prædicta Conſt. fit mentio ſolum de Sacramento pœnitentiæ, ergo quoad alia Sacramenta, ius commune reſeruans cognitionem horum criminum ordinariis locorum remanet incorrectum.

27. *Sine ante, vel poſt,* nam in moralibus, quod pa-rum diſtat nihil diſtare videtur, vt in terminis noſtris dixit Bell. *de iis, quæ incontinenti fiunt, lib.* 1. *cap.* 176. *in fin.* & ita etiam in S. Officio ſeruabatur, ante dictam conſtit. licet in conſtitutionibus Pauli IV. & Pij IV. non adeſſent hæc veba, & ita etiam viuæ vocis oraculo, declaraſſe Clem. VIII. refert Ge-nuenſ. *in praxi Epiſcop. Neapel. cap.* 66. *num.* 2. & circa hoc videndi ſunt, Paramus, & Riccíull. *locis ſuprà alleg.* cum de hac

28. *Immediatè*, Quamuis Confeſſarij comprehen-dantur ſub diſpoſitione noſtræ conſtitutionis, ſi ſol-licitent fœminas ad turpia in actu confeſſionis, vel etiam ante, vel poſt, attamen id intelligi debet, im-mediatè, nam ſi poſt multum temporis ſpatium elapſum. & poſtquam, tam Confeſſarius, quam pœ-nitens ad ſua habitacula ſeſe receperunt, ſollicitatio contingit. tunc tales ordinariis locorum puniendi relinquuntur, nec conſtitutione præſenti ligantur, ita Rodericus *in ſuis quæſt. Regularibus, tom.* 2. *q.* 27. *art.* 2. Graff. *de caſibus reſeruatis, lib.* 2. *dict. c.* 12. *n.* 16. verſ. 6. *& ſi affirmauimus*, Ludouic. à Para-mo *de Orig. S. Inquiſitionis. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 91. San-ctarellus *de hæreſi. c.* 44. *n.* 15. *concluſ. decima, & n.* 13. *concl.* 9. & hinc ſtante dicta particula, *immedia-tè*, nunc non videtur habere poſſe probabilem du-bitationem, quidquid licet in diuerſis terminis dixe-rit Ricc. *tom.* 3. *variarum, reſol.* 69. *per tot.*

Vnde Confeſſarium poſt auditam confeſſionem *Carena de Offic. Inquiſit.*

accedentem ad domum mulieris, & eam ibi ſollici-tantem, non incidere in hanc conſtitutionem, dixit Molfeſ. *in ſumm.* 1. *p. tr.* 7. *c.* 24 *n.* 32. verſ. *Itaque ſi confeſſarius*, & P. Diana *var. reſol.* 1. *p tract.* 4. *reſol.* 14. Trimarcha *diſp.* 3. *ſect.* 5. & Illuſtriſſ. Traſmiera *de Polyg. lib.* 3. *q.* 2. §. *unic. n.* 44.

Sine occaſione, vel prætextu confeſſionis huiuſmodi. etiam ipſa confeſſione non ſecuta, idem etiam a for-tiori dicendum confeſſione ſequuta, ſed abſolutio-ne non data, ita Graff. *dicta conſ.* 1. *de cognat. ſpiri-tuali, de caſibus reſeruatis, lib.* 2. *cap.* 12. *de confeſſa-riis ſollicitantibus, n.* 31. Ratio huiuſce rei eſt, quia confeſſio bona fide facta Sacerdoti, etiam non ſe-quuta abſolutione, dicitur Sacramentalis, vt not. Medina *in ſuo Cod. de Pœnit. tract.* 3. *quæſt.* 7. verſ. *nec obſtat.* 30

Ratio verò dictorum verborum ſupra poſitorum Bullæ, & etiam immediatè ſequentium, eſt ne fiat conſtitutioni prædictæ fraus. Sic enim vel non ſe-quuta confeſſione, vel non ſequuta abſolutione, poſſent confeſſarij, dolo proprio ipſis patrocinante, contra omnes iuris regulas euitare pœnas noſtræ conſtitutionis.

Sine extra occaſionem confeſſionis, in confeſſionario, aut in loco quocunque vbi confeſſiones Sacramentales audiuntur, ſeu ad confeſſionem audiendam electo, ſimu-lantes ibidem confeſſiones audire.

Secondum Bullas, & decreta antiqua, talis Con-feſſarius fingens ſe audire confeſſionem, licet re ve-ra eam non audiret, ſollicitans fœminam in con-feſſionario, non incurrebat pœnas inflictas per Bul-las illas Confeſſariis ſollicitantibus, ita Sanctarel-lus *de hæreſi, cap.* 46. *n.* 6. *concl. ſuprà*, nam illæ Bullæ, & Decreta loquuntur de eo, qui abutitur Sacramen-to pœnitentiæ, at huius Sacramenti in caſu prædi-cto nullus adeſt abuſus, quia ibi nulla confeſſio, & conſequenter nullum Sacramentum, & vulgata re-gula eſt, quod non entis nullæ ſunt qualitates, igitur, &c.

Sed quoniam ſuccedenti tempore Confeſſarij vt 31.
vim Conſtitutionum antiquarum euitarent in con-feſſionario confeſſiones mulierum fingentes ſeſe au-dire, (quas tamen ex condicto non audiebant,) fœminas ad turpia ſollicitabant, & ob id antiqua-rum conſtitutionum rei non videbantur, ex Hie-ron. Rodriq. qui alios cumulat, *in Comp. quæſt. re-gul. reſol.* 151. *num* 10 ideo vt etiam contra iſtos, per Inquiſitores procederetur in Sacro Supremæ Inquiſitionis Romæ Tribonali decreto particulari fuit ſancitum, 32.

In hæc verba, Feria 5. die 10. Iulij 1614. In gene-rali Congr. S. Roman. Vniuerſ. Inquiſit. habita in Pa-latio Apoſtolico, Montis Quirinalis, coram Sanctiſ-ſimo Doño noſtro Paulo, Diuina Prouidentia Papa V. ac Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. Petro tit. Sanctæ Mariæ in Tranſtyberim. Aldubrand. Roberto, tit. San-ctæ Mariæ, in Via Bellarm. Ferd. Taberna, tit. S. Euſta-chij & Ioan. Garſia. SS Quatuor Coronatorum Mill. nuncupatis Presbyteris, S. Rom. Eccleſ. Cardinalibus, aduerſus hæreticam prauitatem, in tota republica Chriſtiana Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Se-de Apoſtolica ſpecialiter deputatis, facta relatione, quod multi confeſſarij tractant cum Mulieribus in confeſſionali extra occaſionẽ confeſſionis de rebus inhoneſtis, Sanctiſſimus decreuit vt contra huiuſmodi Confeſſarios procederetur in Sancto Officio, & hoc decretum refertur à Coriolano *de caſibus reſeru. par-te* 1. *ſect.* 2. *art.* 22. *num.* 4. & Belochio *in ſimili tractatu, part.* 2. *quæſtion.* 7. *num.* 31. Ex quo ſe-quitur, etiam ante Bullam Gregor. XV. Confeſſarios

ſollicitantes, eſſe denunciandos, etiam ſi ſollicitent extra Confeſſionem in confeſſionario tantummodò, contra P.Dianam *vbi ſuprà, reſol.* 25. qui huius decreti, ibi non meminit.

Et hoc idem nunc optimè etiam fuit à Sanctiſſim. Gregor. XV. declaratum in prædictis verbis Bullæ, An autem iſtis debeat indici abiuratio videbimus *infrà* cum de abiuratione confeſſariis ſollicitantibus indicenda loquamur.

Sed adhuc dubitari poteſt, quid dicendum ſit de Confeſſario Monialium ſollicitante Monialem in Parlatorio communi, in quo etiam ſolet earum Monialium Confeſſiones excipere, & alij etiam ſolent ibi indiſtinctè cum eiſdem Monialibus loqui in hac re.

Benè Sancius *in ſuis ſelectis diſput.* 11. *n.* 68. *in fin.* ait talem non comprehendi ſub hac conſtitutione, quia locus ille propriè non poteſt dici confeſſionale, niſi ſollicitaret in die, quam Moniales haberent deſtinatam pro confeſſionibus.

33. *Sollicitare, vel prouocare tentauerint*, ſollicitare eſt ſtudium ſuum, & diligentiam ad aliquid ponere, iuxta D.Thom. 2.2. *quæſt.* 47. *art.* 9. vbi Caiet. latiſſimè Aloyſ. Ricc. *Variarum reſolut. part.* 3. *tit. de ſollicitantibus in confeſſione reſol.* 70. ſed nullus eſt, qui verba prædicta melius declaret, quàm Turrecremata, in cap. *ſi quis, tam fœminam, quàm maſculum, de Pœnitent. diſtinct.* 1. Vt ſi quis (inquit Turrecremata) attentauerit aliquem aliquo exteriori ſigno, & actu, ſcilicet adulando, promittendo, ſollicitando blando eloquio, cum verbis laſciuis, & impudicis perſuadendo ad rem veneream cum maſculo, vel fœmina ita etiam Graff. *de caſibus reſeruatis, dicto cap.* 12. *n.* 12. in explicatione verbi *ſollicitauerint*, Peirin. *in priuil. Minim. tom.* 1. *Conſt.* 4. *Gregor. XV.* §. 6. *num.* 21.

34. *Et dum in textu dicitur tentauerint*, notandum, quod ſicut in grauibus delictis punitur affectus non ſequuto effectu, ita etiam in hoc crimine, licet effectum non habuerit ſollicitatio, attamen puniri debet, gloſſ. in cap. *ſi quis tam fœminam, de pœnitent. diſtinct.* 1. in verbo *attentauerit*. Aloyſ. Ric. *loco proximè allegat. reſol.* 70. *n.* 5. & 6. Sanctarellus *capit.* 44. *n.* 16. *concluſ.* 11. Sene Portell. *in dubiis regular.* verbo *ſollicitare fœminas, num.* 2. & ego latiſſimè infrà tit. *de Sortilegis.* Hic autem dubitari poteſt.

Primò, an in haſce conſtitutionis noſtræ pœnas
35. incurrat Confeſſarius, qui ſollicitatus in confeſſione à fœmina, illi etiam in confeſſione aſſentit. Qua in re breuiter agendo, duæ poſſunt eſſe Sententiæ, nam.

Ludouicus à Paramo *de Orig. S. Inquiſitionis, lib.* 3. *quæſt.* 10. *num.* 171. verſ. at ne omnino immunes, voluit hunc confeſſarium comprehendi ſub diſpoſitione Bullarum antiquarum in hac materia editarum, & eſſe de hæreſi ſuſpectum, iudicioque Inquiſitorum ſubiectum.

Sanctarellus verò *de hæreſi, cap.* 46. *num.* 2. verſ. *Dico ſecundò*, & Graff. *de caſibus reſeruat. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 38. verſ. *Octauò ex verbo.* & Seraph. de Freitas *in addit. ad Roder. à Cunna, de Confeſſ. ſollicit. quæſt.* 11. *n.* 18. *& ſeq.* Peirin. *ad Priuil. Minimorum, tom.* 2. *conſt.* 4. *Greg. XV.* §. 2. *num* 2. Homob. *de examine Eccleſiaſtico, tom.* 2. *tract.* 11. *cap.* 12. *quæſt.* 16. Bonacin. *tract. var. diſp.* 6. *punct.* 3. *n.* 17. Portel. *ad dubia regul.* in verbo *ſollicitare fœminas, num.* 10. etiam in terminis conſtitutionis noſtræ, contrarium tenuerunt, nam vt pluries *ſuprà* dixi, verba noſtræ conſtitutionis, vti pœnalis, & odioſæ, ſunt ſtrictiſſimè intelligenda, & interpretanda, at Bulla noſtra loquitur contra Confeſſ. ſollicitantes & Confeſſarius noſter, non poteſt dici ſollicitator, igitur nec poteſt ſub dicta Bulla comprehendi.

Confirmatur primò, ex eo quod talis Confeſſarius blanditiis fœminæ pœnitentis allectus, potius præſumitur conſenſiſſe ex humana fragilitate quàm ex errore in fide, vti not. Sanctarell. *vbi ſuprà.*

Confirmatur ſecundò, à ſimili, cum reſeruatur caſus ab Epiſcopis, exercentium Sodomiam, tunc in eo caſu ſoli agentes comprehenduntur, excluduntur que patientes, quia non dicuntur exercere actum ſodomiticum, ſed pati, & verba in caſibus reſeruatis ſunt strictè interpretanda, cum reſeruatio ſit odioſa, ita late docuit aliis pluribus relatis, Graff. *de caſibus, reſeruatis, libro primo, cap.* 11. *de Sodomia, num.* 5. *& pluribus ſequentib.* igitur, nec in caſu noſtræ Bullæ comprehendi debet confeſſarius ſollicitanti mulieri conſentiens, cum in illo non poſſit conſiderari tanta malitia, quanta in Confeſſ. ſollicitante, cum hic habeat ſe quodammodo ratione agentis, ille patientis.

Verùm, ſententia hæc apud me magnam habet difficultatem ſtantibus verbis Bullæ, *aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, & tractatus habuerint*, & ſtante etiam abuſu Sacramenti, cuius puritas æque læditur cooperando, & ob id, quod talis Confeſſarius includatur, in diſpoſitione Bullæ, voluerunt Diana *reſol. moral. tract.* 4. *reſol.* 11. 1. *p.* & Souſa *in opuſc. de ſollicit. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 8. *& in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 9. & P. Trimarcha de Confeſſario abutente Sacramento Pœnitentiæ, *diſp.* 9. *ſect.* 3. qui alios allegat.

Sentióque ob id, cum Ludouico à Paramo, *loco ſupra citato*, in fine caſum hunc vti difficillimum, egentemque Pontificia declaratione inconſulto Supremo Senatu, non eſſe decidendum.

Secundò, dubitari poteſt, quid dicendum de Con- 36.
feſſario, qui poſt ſollicitationem immediatè pœnitet ſollicitationis factæ. Reſpond. cum Sanctarell. *de hæreſi, cap.* 44. *n.* 18. *concluſ.* 13. & Graff. *de caſibus reſeruat. lib.* 2. *cap.* 12. *de confeſſ. ſollicit. num.* 39. & P. Trimarcha *de Confeſſ. abutente, diſput.* 12. *ſect.* 1. qui alios citat, quod iſte Confeſſarius incurrit, &c. nam ſollicitatio, iam fuit facta, & in delictis non conſideratur perſeuerantia, ſed conſideratur ſi adfuerit voluntas deliberata, etiam ſi incontinenti pœniteat, Turrecrem. *in cap. diuortium, de pœnit. diſt.* 1. an autem illa pœnitentia operari poſſit diminutionem pœnæ in Confeſſario, crederem quod ſic, ex his quæ in ſimili dicam de Blaſphemo, qui poſt prolatam blaſphemiam ſtatim pœnitet percutiendo pectus, de quo in tit. *de Blaſphemis.*

At cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſeu 37.
tractatus habuerint, in hanc conſtitutionem incurrunt Confeſſarij, qui non verbis expreſſis, ſed tacitis mulieres alliciunt ad inhoneſta, vt ſi illas de pulchritudine, & venuſtate laudent, nam tales Sacerdotes huiuſmodi blanditiis Sacramento pœnitentiæ abutuntur, fœminaſque illis verbis ad inhoneſta alliciunt, ita Sanctarell. *de hæreſi, cap.* 44. *num.* 9. verſ. *Dico ſexto*, & ſic paruitas materiæ non excuſat ab incurſu in pœnas noſtræ conſtitutionis, Diana *d. tract.* 4. *reſol.* 21. Peirin. *ad Priuil. Minim. tom.* 2. *conſtitut.* 4. *Gregor. XV.* §. 6. *num.* 21. *&* §. 5. *num.* 15. *in fin.*

Occaſione iſtius paruitatis materiæ diſputant DD. quid ſentiendum ſit de Confeſſario ſollicitante pœnitentem ad actus ſolummodò venialiter inhoneſtos.

In qua re Ferdinand. de Caſtro Palao 1. *p. tr.* 4. *diſp.* 9.

diſp.9. punct.3. arbitratur probabile eſſe Confeſſarium modo prædicto ſollicitantem non includi in diſpoſitione noſtræ Bullæ Gregorianæ.

Verùm ego cenſeo opinionem hanc valdè periculoſam eſſe, & ob id in praxi, nec conſulendam, nec ſequendam, ita Peytin. *ad priuilegia Minimorum tom.3.cap.11.num.6.per totum,* vbi quod opinio illa aperit viam fraudibus, Ioan. Angel Boſſ. *de Iubileo in appendice de Confeſſarijs ſollicitant a num. 50. vſque ad 55.* vbi in hac materia firmat conclusionem non dari paruitatem materiæ, quantum ſpectat ad Bullam noſtram. Tactus enim qui aliàs eſſent peccata venialia, efficiuntur mortalia ſi fiunt in Sacramento pœnitentiæ. Ita etiam ſenſit Sancius *in ſua ſelect. diſput.2.n.22.* & Freitas ad Roderic. *de Confeſſ. ſollicit. q.7.num.33.* Verè enim in hac materia carnis non ſunt laxandæ habenæ, & propterea Religioſiſſimus Vir P. Claudius Aquauiua Generalis ſuper inſignis Religionis Societatis Ieſu, die 24. Aprilis 1612. decreuit, quod nullus ex Theologis Societatis doceret opinionem illam Doctorum, quæ vult in materia luxuriæ dari paruitatem materiæ, vt notauit Diana *var. reſol part.3.tract.5. reſol.1. Dantes etiam facultatem venerabilibus,* & infrà, *etiam ex teſtibus ſingularibus.*

Non eſt nouum in iure modo aliquem pœna ordinaria puniri ex teſtibus ſingularibus. Ita enim etiam mandarunt Rex Ludouicus, & Regina Ioanna vt contra vſurarios, ad pœnam ordinariam procedatur, ſi tres adſint teſtes ſingulares & fama publica, vt docuit Annibal Troy. *in Pragmaticam Reg. 48. n.1.& ſeq.* pragmatica autem dictæ Reginæ habetur inter Pragm. Regni, ſub tit. *Pragm. Vſurarum,* fol. mihi 468. Sic etiam in Regno Luſitaniæ, Inquiſitores qui procedunt in crimine Sodomiæ, brachio ſæculari ſodomitas maiores relaxant ex tribus teſtibus, etiam ſingularibus, vt notauit Ferdinand. de Caſtro Palao *in ſuo opere Morali, 1. part. tract.4. diſput.8. punct.12.§.2.num.11.* latiſſimè P. Trimarcha *de Confeſſ. abutente diſp.2.ſect.7.* vbi etiam ponit ad verbum decretum P. Aquauiuæ de quo *ſuprà.*

§. VI.

An mandans Confeſſario, vt in Confeſſione ſollicitet, comprehendatur in Conſtitutione Gregoriana.

38. PAtet Diana 1. *part. reſolut. Moral tractat 4. reſolutione vigeſima ſecunda,* cuius omnes rationes reaſſumpſerunt Boſſ. *de confeſſ. ſollicit. dub. 6.* & P. Trimarcha poſt hæc ſcripta viſus *in ſimili tractatu, diſputatione 14. ſectione 4.* voluit hunc mandantem non ſubiacere pœnis noſtræ conſtitutionis, quod, & ego conſtanter affirmo præcipuè ex Doctrina Bart. *in leg. ſed ſi vnius, §.4.de furtis, numer. 2. & ſequent.* quam latiſſimè exornaui *in titul. de Sortilegijs in propria quæſtione de mandante,* quod ſcilicet conſtitutio loquens in perſonam, iubendo, verbi gratiâ, committentem tale delictum, tale pœna eſse puniendum non comprehendit mandantem.

40. Verùm tamen conſtanter etiam affirmo, quod talis mandans eſt de foro S. Officij, & ſubditus Inquiſitori vigore Bullarum mandantium Iuriſdictionem Inquiſitori, in Confeſſarios huiuſmodi ſollicitantes.

Primò, quia mandans ſortitur ratione contractus
41. forum mandatarij *l. Hæreſ. §. Apud Labeonem ff. de Iud.* vbi loquens I. C. de homine Prouinciali Romæ ſeruum Iuſtitorem habente cauſa vendendarum mercium, ait, *Quod cum eo ſeruo contractum eſt, ita habendum ac ſi cũ Domino contractum ſit, quare ibi ſe debebit defendere,* & idem deducitur ex *l. ſi vt proponitur, ff. de fideiuſſ.* igitur etiam mandans ſortitur forum mandatarij in delictis, *l. Abſentem de pœnis,* cum aliis allegat. à Moderno Barboſa in loco argumenti à contractibus *num.8.*

Secundò, quia delictum mandantis, & Manda- 42.
tarij eſt vnum, Maſtril. *ad indultum Regis Noſtri, c.29. n.14.* igitur vnus etiam debet eorum eſſe Iudex.

Tertiò, quia mandantem in delictis ſortiri forum 43.
Mandatarij communiter dixerunt ſcribentes, in eo enim ſolum diſcrepant, an tale forum ſortiatur mandans primatiuè, quoad forum originis, & loci vbi dedit mandatum Barboſ. ſen. *in dicto §. Apud Labeonem, num.21.& ſeq.* & latius Regens Carleual. *de foro Competenti, diſp.2.q.7.ſect.num.732.& ſeq.* qui alios allegant.

Quartò, idem fortius dicendum eſt ratione con- 44.
nexitatis, ne aliàs continentia cauſæ diuidatur, id enim ſolet dare aliàs Iuriſdictionem eam non habenti, vt probauit Illuſtriſ. Traſmiera *de Polygamia l.3.q.16.num.13.& ſeq.* vbi ex hoc probauit, teſtes falſos in cauſa Polygamiæ, qui aliàs non ſubeſſent Sancto Officio, effici tamen de foro Inquiſitorum ne continentia cauſæ diuidatur, ad quod videndi ſunt DD. *l. nulli, Cod. de Iudicijs,* vbi latiſſimè modernus Barboſa.

Quintò, quia idem videmus contingere, & pra- 45.
cticari in ſancto Officio in omnibus aliis caſibus ad hoc Tribunal ſpectantibus, vt patet in conſulente Polygamiam, P. Diana *part.4. reſolut. Moral, tract.7. reſol.4.* In mandante, & conſulente maleficia & alia delicta, vt vidimus in peculiaribus delictorum ſingulorum Titulis, igitur nulla ratio ſuadet quod hoc negemus in caſu noſtro.

Sextò, quia dato v.g caſu quod de mandante non conſtet, niſi ex depoſitione confeſſarij, & aliquibus adminiculis, iſte mandans impunitus euaderet; nam non poſset eum punire Inquiſitor defectu Iuriſdictionis, nec ordinarius defectu probationum; quia ſanctum Officium aliis Tribunalibus nulla edit indicia, ſcripturas, vel probationes, vt vidimus in titulo de ſortilegis, igitur vt vnuſquiſque debita poſſit pœna mulctari, fatendum erit hunc mandantem poſſe per Inquiſitores puniri.

Nec in caſu hoc Iuriſdictionis prorogandæ locum 46.
habent, quæ dicunt Trimarcha, Diana, & alij, ac doctrina illa Bart. quia aliud eſt loqui de extenſione legis pœnalis, vt pœnalis eſt, & quoad pœnas, aliud verò loqui de prorogatione Iuriſdictionis ex lege pœnali, quæ dupliciter fauorabilis eſt, tum ſcilicet ne delicta maneant hoc modo impunita, tum vt hoc modo Conſtitutio recipiat interpretationem à Iure communi, DD. omnes in *l. omnes populi,* vbi præ-
cipuè Ioann. Baptiſta de Sancto Seuerino, *num. 204.* 47.
ff. de Iuſtitia, & Iure, ſecundum quem conceſſa alicui Iuriſdictione intelliguntur ea conceſſæ, quæ acceſſoria ſunt, Tuſch. *tom.4. littera I, concl.549. n 3.* Bene Dec. videndus, cap. *vt debitum, de Appel. n.72. & 73.* vbi dixit, quod commiſſio extenditur ad ea, quæ vtilia ſunt, & quod conceſſo vno, intelligitur conceſſum acceſſorium, ſine quo, licet actus poſſit expediri, attamen melius cum eo expeditur.

Non obſtat, quod fœmina ſollicitans confeſſa- 48.
rium non eſt de foro S. Officij, igitur nec in caſu noſtro mandans.

Primò, quia nondum certum eſt fœminam ſollici-

ſantem non ſubdi S. Officio vt videre eſt ex Trimarcha *diſp.9. ſect.5.* & res hæc egeret Pontificia declaratione.

Secundò, dato etiam hoc eſſe certum, quia verè in S. Officio ita practicatur, ratio differentiæ inter vnum caſum & alium eſt, quod mandans, & mandatarius correlatiua ſunt, & eorum vnicum eſt delictum, & ad paria de Iure antiquo iudicantur vnde etiam de Iure nouo diſpoſitum in lege etiam pœnali in mandatario debet extendi ad mandantem, vt bene in caſu ſimili dicebat Senatus Luſitanus, apud Phœbum *deciſ.72.n.8.9.* & 10.& in eis militant, quæ ſuprà dixi, quæ nulla poſſunt ratione accommodari fœminæ ſollicitanti, quæque etiam non dicitur ita fœdare, & polluere Sacramentum, vti facit Sacerdos eius Sacramenti miniſter, & mandans Sacerdoti, qui dicitur eſſe prima cauſa Abuſus.

49. Et quæ dicta ſunt de mandante proportionabiliter ob eaſdem rationes applicanda ſunt omnibus auxiliatoribus iſtius Confeſſarij, dummodo influant in ſollicitationem, & ſic etiam interpreti cuius ope, & medio confeſſarius in Sacramento ſollicitat, & eo abutitur.

Et poſt hæc ſcripta valdè gauiſus ſum, dum vidi D. Traſmieram *de Polyg. l.3.q.2.num.46.* in parum abſimilibus terminis distinctione noſtra ſupra firmata venientem, vult enim confeſſarium ad alia delicta in confeſſione ſollicitantem, ſubdi quidem Iuriſdictioni Inquiſitorum, attamen non ſubdi pœnis noſtræ Bullæ. Et quia ad manus meas poſt hæc ſcripta deuenit Quæſtio diſputata à P. Nicolao Riccardo Reuerendiſſimo Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtro, An fœmina ſollicitans Confeſſarium ſit ſuſpecta de hæreſi? ad communem omnium vtilitatem volui eam hoc loco inſerere.

AD SANCT. D. N.

D. GREGORIVM *XV. Pont. Max.*

Et Illuſtriſſimos & Reuerendiſſ. S.R.E. CARDINALES *In vniuerſa Republica Chriſtiana contra hæreticam prauitatem Inquiſitores generales à Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatos.*

QVÆSTIO

De Sollicitantibus ad turpia in Sacramentali Confeſſione.

In qua dubitatur, Vtrum, ſicut Confeſſarij ſollicitantes mulieres ad turpia in actuali confeſſione ſacramentali, vt vehementer de hæreſi ſuſpecti, abiurant: ita etiam pœnitentes ſollicitantes confeſſarios ad libidinem, ſint vehementer ſuſpecti de hæreſi, adeo vt teneantur illam de vehementi abiurare.

TITVLVS quæſtionis vnum ſupponit, & alterũ quærit: ſupponit enim pro comperto, confeſſarios ſollicitantes mulieres ad libidem in actu, vel circa actum confeſſionis, ante vel poſt, eſſe de hæreſi vehemẽter ſuſpectos, & ita contra eos debere Inquiſitores procedere, eoſq; cogere ad abiurandum de vehementi, vt in Conſtitutione Apoſtolica Pij IV. Anno M.D.L.XI. die XVI. Aprilis declaratum eſt: quæ refertur ab Emanuele Rodriquez *q. regular. tom.1.q.59.art.4.* idque etiam conſtat, vt vult Franciſcus Bariola Ordinis Sancti Auguſtini, in ſuo libro, qui inſcribitur, *Flores in Directorium Inquiſitorum*, ex Priuilegio Clementis VIII. MDLXXXXII. 3. Decembris, & ex Decreto Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. S.R.E. Cardinalium Generalium Inquiſitorum Romæ MDXCVII. Id verò, quod in titulo quæſtionis quæritur, eſt: An etiam pœnitentes ſollicitantes confeſſarios ad turpia, ſint etiam habendi vt vehementer de hæreſi ſuſpecti, adeo vt contra eos debeant Inquiſitores procedere, eoſque cogere ad abiurandum de vehementi?

Et pars affirmatiua videtur vera. Primò: nam confeſſarius mulierem pœnitentem ſollicitans ad actus turpes, & libidinoſos in actu, vel circa actum confeſſionis ſacramentalis, licèt ex natura actus, & ſceleris carnalis non poſſit iudicari de hæreſi vehementer ſuſpectus: tamen propter ſacramentum adiunctum, iuſtè præſumitur vehementer ſuſpectus, quia videtur malè ſentire de ſacramentis Eccleſiæ, præcipuè de ſacramento Pœnitentiæ; nimirum quod non fuerit inſtitutum in medelam animæ, & quòd licitum ſit illud prophanare. Sed ſimiliter pœnitentes ſollicitantes confeſſarium, propter eaſdem rationes videntur malè ſentire de ſacramento pœnitentiæ, nempe quòd licitum ſit in illo ſimilia, cum maxima ſacramenti irreuerentia patrare. Ergo pœnitentes ſollicitantes confeſſarios in confeſſione ſacramentali, iudicari poſſunt vt vehementer ſuſpecti de hæreſi, adeo vt teneantur eam abiurare de vehementi

Secundò præterea. Sollicitatio carnalis, ſiue ad turpia in Confeſſione ſacramentali, eſt Inquiſitoribus reſeruata, vt ex priuilegiis allegatis conſtat. Ergo quicumque ad libidinem ſollicitat, ſiue ſit confeſſarius, ſiue pœnitens, poteſt ab Inquiſitoribus iudicari vt vehementer ſuſpectus de hæreſi, & conſequenter poteſt cogi ad abiurandum de vehementi.

Quod ſi dicas, Conſtitutionem allegatam Pij IV. ſolùm loqui de confeſſoribus fœminas allicientibus ad carnaliter peccandũ; non autem de pœnitẽtibus.

Tertiò præterea, & arguitur contra. Nam licèt Apoſtolicum indultum ſolum loquatur de Cõfeſſoribus ſollicitantibus mulieres ad turpia: tamen etiam intelligi debet de pœnitentibus carnaliter ſollicitantibus in confeſſione ſacramentali: quia verba Conſtitutionis Pij IV. de ipſis pœnitentibus etiã verificantur: cùm etiam ipſi maximam faciant iniuriam Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui Sacramentum Pœnitentiæ inſtituit. Dicitur enim in præfata Conſtitutione: *Nos in animum inducere nequeuntes, quòd, qui de fide Catholica rectè ſentiunt, ſacramentis ab Eccleſia inſtitutis abutantur, aut iniuriam faciant, &c.* Cùm ergo non ſolùm Confeſſarij, ſed etiam pœnitentes ſollicitantes in ſacramentali Confeſſione ſacramento Pœnitentiæ abutantur; de vtroque intelligenda eſt præfata Conſtitutio.

Quartò præterea. Quamuis in præfata Conſtitutione ſolum fiat mentio de Confeſſoribus fœminas ſollicitantibus ad carnalia: tamen cùm eadem ſit ratio, locum etiam habet in his, qui in actu, vel iuxta actum Confeſſionis ſollicitant ad peccatum nefandum aliquos adoleſcentes. Ergo quamuis in præfata Conſtitutione ſolum explicitè Inquiſitorib. ſit reſeruata ſollicitatio carnalis Confeſſarij ſollicitantis mulierem; etiam intelligenda eſt de pœnitentibus ſollicitantibus: cùm vtriuſque eadem ſit

ratio

ratio, & mens Conſtitutionis.

Quintò præterea. Crimen ſollicitationis, qua pœnitentes ſollicitant Confeſſarios ad turpia, eſt tantæ malitiæ, vt de ſui natura inducat in ſollicitante vehementem ſuſpicionem de hæreſi Ergo huiuſmodi pœnitentes habendi ſunt, vt vehementer ſuſpecti, & cogi poſſunt ab Inquiſitoribus ad abiurandum etiam lege poſitiua non exiſtente. Antecedens eſt notum: tum quia in tali crimine videntur pœnitentes malè ſentire de ſacramento Pœnitentiæ: tum etiam quia de ſui natura eſt ſufficientis malitiæ vt poſſit iuſtiſſimè ferri lex de cenſendo pœnitente ſollicitante Confeſſarium, vehementer ſuſpecto in fide. Conſequentia verò probatur: nam proferens verba hæreticalia, vel faciens actum de ſui natura hæreticalem, ipſo facto redditur vehementer ſuſpectus, & poſſunt Inquiſitores procedere, & cogi ad abiurandum, etiam nulla particulari lege ſuppoſita: vt patet in proferente blaſphemias hæreticales, aut percutiente aliquam imaginem. Ergo.

Sextò præterea. Si aliqua ratione pœnitentes ſollicitantes Confeſſarios ad turpia in confeſſione ſacramentali, non haberentur vt vehementer ſuſpecti de hæreſi, eſſet, quia nulla extat lex poſitiua ita diſponens. Sed hæc ratio eſt nulla quia dantur nonnulli caſus lege poſitiua non prohibiti, in quib. Confeſſarij habentur vt vehementer ſuſpecti de hæreſi. Ergo. Minor probatur. Confeſſarius inducens pœnitentē in actu Confeſſionis, ad carnaliter alliciendum alium Confeſſarium in Confeſſ. ſacramentali, eſt vehementer ſuſpectus de hæreſi, & cogitur ad abiurandum, vt ex ipſa praxi conſtat; & ſimiliter ſollicitans ad lenocinium, vt vehementer ſuſpectus de hæreſi, etiam abiurat. Et tamen non extat lex poſitiua, quia in his caſibus non habet locum Conſtitutio Pij IV. non enim ſollicitat pœnitentem in actu li confeſſione ſacramentali ad turpis. Ergo.

Sed contra eſt: quia Confeſſarius ſollicitans pœnitentem ad turpia in confeſſione ſacramentali, iudicatur vehementer ſuſpectus de hæreſi ab Inquiſitoribus, & cogitur ad abiurandum de vehementi, non *ex natura ſollicitationis carnalis* in ſacramento Pœnitentiæ exercitæ; (aliàs Confeſſarius ſollicitans pœnitentem in ſacramentali Confeſſione *ad alia peccata, vt ad furandum*, &c. iudicaretur ſuſpectus vehementer de hæreſi ab Inquiſitoribus, & cogeretur ad abiurandum de vehementi: quod tamen eſt falsū) ſed quia *Pontificiis decretis ſancitum eſt*, huiuſmodi Confeſſarios ſollicitantes carnaliter, eſſe vehementer ſuſpectos de hæreſi, adeò vt contra eos procedere debeant Inquiſitores. Vnde ſolùm ſollicitatio, de qua Apoſtolicum Indultum loquitur, eſt Inquiſitoribus reſeruata. Cùm ergo Apoſtolicis Indultis *non ſit reſeruata Inquiſitoribus . ſollicitatio, qua pœnitentes Confeſſarios ad turpia alliciunt*, dicendum eſt quòd huiuſmodi pœnitentes non ſunt cogendi ab Inquiſitoribus ad abiurandum de vehementi, & ad purgandam vehementem ſuſpicionem de hæreſi.

Ad euidentiam huius conſiderandum eſt, non eſſe habendum pœnitentem ſollicitantem Confeſſarium in ſacramentali Confeſſione, vt ſuſpectum vehementer de hæreſi, quamuis id è contra iudicetur de Confeſſario pœnitētem ad libidinē prouocante Primò, quia licèt ſtando in iure naturali, & non ſuppoſita lege poſitiua, vtrúque videatur eſſe ſimile; de ſecundo tamen eſt lata lex à Sede Apoſtolica, & iuſtiſſimè : de primo non. Et ſicut Eccleſia propter deteſtationem Donatiſtarum, & Rebaptizantium, & Anabaptiſtarum, cenſuit rebaptizantes irregulares, in deteſtationem hæreſis, quæ paſſim vigebat; quod non factum eſt in ſacramento Confirmationis, nullo fere id atteſtante: quo fit vt ſcienter rebaptizans; vt dicitur *de conſecr. diſt. 4. c. eos quos*, propter reiterationem ſacramenti Baptiſmatis efficiatur irregularis; non autem reiterans ſacram. Confirmationis, licèt vtrobique reiteretur ſacramentum imprimens Characterem: ita iuſtiſſimè lata eſt ſententia de hæreſis ſuſpicione in Confeſſariū, non in pœnitentem ſollicitantem. Et propterea Confeſſarius ſollicitans pœnitentē in actu confeſſionis, cogitur ad abiurandum, vt vehementer ſuſpectus de hæreſi, quia id lege ſancitum eſt : non autem pœnitens ſollicitans Confeſſarium, etſi ex parte vtriuſque actus ſecundum ſe conſiderari, eadem videatur ratio. Quare autem magis ſit lata lex contra Confeſſarios, quam contra pœnitentes ſollicitantes, multis rationibus oſtendi poteſt.

Primò, propter *frequentiam prioris delicti*, cùm ſecundum fetè nunquam, aut raro in foro iudiciali ſit auditum. Secundò, propter *periculum maius*: cùm ſit veriſimile *pœnitentem* magis à Confeſſario moueri, quam è contra Confeſſarium. Tertiò, propter *facilitatē maiorē probandi* delictum. Nec nouum eſt, peccatum eiuſdem rationis, propter facilitatem, & periculum magis puniri, & minus: vt in lege veteri *Exod. 22.* qui furabatur ouem, reddebat in quadruplum qui bouem, quintuplum; qui autem rem aliā duplum tantum, vt ait S. Th. 1. 2. q. 105. *art. 2. ad 9.* vbi docet, *quod in pœna furti conſiderabatur ſecundum legem id quod frequenter accidere poterat : & ideo pro furto aliarum rerum, quæ de facili cuſtodiri poſſunt à furibus, non reddebat fur niſi duplum. Oues autem non de facili poſſunt cuſtodiri à furto, quia paſcuntur in agris: & ideo frequentius contingebat, quòd oues furto ſubtraherentur. Vnde lex maiorem pœnam appoſuit, vt ſcilicet quatuor oues pro vna oue redderentur. Adhuc autem boues difficilius cuſtodiuntur, quia habentur in agris, & non ita paſcuntur gregatim, ſicut oues: & ideo adhuc hic maiorem pœnam appoſuit, vt ſcilicet quinque boues pro vno boue redderentur.* Hæc S. Thom. Et ideo ſi peccatum ſollicitationis ſacramentalis ex *parte pœnitentis* fieret frequens, & immineret magna neceſſitas retrahendi fideles ab illo, ſufficientis eſt malitiæ de ſui natura, vt *poſſit iuſtiſſimè ferri lex ſimilis de cenſendo pœnitente ſollicitante confeſſarium*, vehementer ſuſpecto in fide. Verùm quia nondum lata eſt talis lex, ideo nec taliter ante illam iudicandum cenſeo; & ideo pœnitentes *ſollicitantes ad turpia confeſſarios* in confeſſione ſacramentali, *non ſunt iudicandi vt vehementer* ſuſpecti de hæreſi.

Secundò præterea. Præfata Conſtitutio Pij IV. expreſsè loquitur tantum *de Sacerdotibus*, qui in tantam prorumpunt iniquitatem, vt ſacramento Pœnitentiæ in actu audiendi confeſſiones abutantur; nec illi, qui id inſtituit, Domino Deo, & Saluatori noſtro Ieſu Chriſto iniuriam facere verentur mulieres videlicet pœnitentes ad actos inhoneſtos, dum illarum audiunt confeſſiones, alliciendo, & prouocando. Ergo non debet talis Conſtitutio extendi ad *pœnitentes confeſſarios*, quia de illis nulla prorſus fit mentio: et enim res odioſa, ſententiæ pœnalis extenſio; & communiter niſi id iubeat lex, vel ratio conuincat, eſt reſtringenda. Conſequentia eſt manifeſta. Antecedens autē vt benè intelligatur, referam verba Conſtitutionis, quæ eſt huiuſmodi:

Venerabili fratri Archiepiſcopo Hiſpalenſi in Regno Hiſpaniæ, hæreticæ prauitatis Inquiſitori Generali.

PIVS PAPA IV.

VEnerabilis frater, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, Cum ſicut nuper, non ſine animi noſtri moleſtia accepimus, diuerſi Sacerdotes in Regnis Hiſpaniarum, atq; etiam in eorum Ciuitatibus, & Diœceſibus curam animarum habentes, ſiue eam pro aliis exercentes, aut alias audiendis confeſſionib. pœnitentium deputati, in tantam prorupcrint iniquitatem, vt ſacramento Pœnitentiæ, in actu audiendi confeſſiones abutantur, nec illi, & qui id inſtituit, Domino Deo, & Saluatori noſtro I.C. iniuriam facere vereantur, mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhoneſtos, dum earum audiunt confeſſiones, alliciendo, & prouocando, ſeu allicere, & prouocare tentando, & procurando, ac loco earum per ſacramentum huiuſmodi Creatori, noſtro reconciliationis, grauiori peccatorum mole eas onerando, & in manibus Diaboli trahendo in Diuinæ maieſtatis offenſam & animarum perniciem, Chriſti fidelium ſcandalum non modicum: Nos in animum inducere nequeuntes, quòd qui de fide Catholica rectè ſentiunt, ſacramentis ab Eccleſia Dei inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, fraternitati tuæ, de cuius eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel alium, ſiue alios, à te deputandum, ſeu deputandos, contra omnes, & ſingulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Ciuitatum, & Diœceſum, de præmiſſis quomodolibet diffamatos tam ſeculares, quàm quorumuis etiam exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum Ordinum regulares, cuiuſcumque dignitatis. ſtatus, gradus, ordinis, conditionis & præminentiæ exiſtant, tam ſuper præmiſſis, quàm ſuper fide Catholica, & quid de ea ſentiant, diligenter inquiras, & iuxta facultatum tibi contra Hæreticos, aut de hæreſi quouis modo ſuſpectos à Sede Apoſtolica conceſſarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos iuxta exceſſuum ſuorum qualitatem, prout iuris fuerit, punias, eos etiam, ſi, & prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione ſæcularis iudicis arbitrio puniendos tradendo. Non obſtantibus conſtitutionib. & ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum, & Monaſteriorum, nec non Ordinum quorumlibet, quorum ipſi Sacerdotes fuerint, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam motu proprio, aut aliàs quomodolibet conceſſis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus (eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes) hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 16. Aprilis, Anno Domini 1561. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Cæſar Glorieriua

Tertiò prætereà. Præfatæ Conſtitutionis verbis arguuntur de ſuſpicione hæreſis illi, qui *cùm ſint proprij miniſtri* ſacramenti Pœnitentiæ, eo tamen abutuntur, eique maximam faciunt iniuriam. Pœnitentes autem *non ſunt miniſtri* ſacramenti Pœnitentiæ, & ita non propriè abutuntur ſacramento Pœnitentiæ, cùm propriè ille dicatur abuti aliqua re, cuius rei eſt proprius vſus, ſiue cuius eſt proprius miniſter. Ergo quando Inquiſitoribus committitur, vt procedant contra abutentes Sacramento Pœnitentiæ, id intelligendum eſt *de propriis miniſtris*, nempe de confeſſoribus in actu audiendi confeſſiones.

Quartò prætereà probatur. *Conſuetudo* (vt dicitur *diſt. 1. c. Conſuetudo*) *eſt ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex*. Sed iuxta conſuetudinem huculque ſeruatam, *pœnitentes ſollicitantes Confeſſarios* in actuali confeſſione ſacramentali, *non habentur vt vehementer* ſuſpecti de hæreſi. Ergo non ſunt cogendi ad abiurandum de vehementi,

Ad primum dicendum, nego paritatem. Nam licet ſuppoſito iure naturali, & natura actus ſollicitationis in actuali confeſſione ſacramentali, vtriuſq; eadem ſit ratio, quia in vtroq; actu quantum eſt ex ſe, ſollicitans videtur male ſentire de ſacramento Pœnitentiæ: tamen ſuppoſita lege poſitiua lata contra Confeſſarios ſollicitantes in actu confeſſionis mulieres ad turpia, vti contra ſuſpectos de hæreſi, huiuſmodi Confeſſarij habendi ſunt vt vehementer ſuſpecti. Cæterum, quia lex *non eſt lata contra pœnitentes carnaliter ſollicitantes Confeſſarios*; hinc eſt, quòd ipſi non ſunt habendi vt vehementer ſuſpecti, & conſequenter non ſunt cogendi ab Inquiſitoribus ad abiurandum; *etſi actus ſollicitationis pœnitentium erga Confeſſarios ſit tanta malitia & talis naturæ, vt contra eos poſſit ferri lex diſponens*, quòd pœnitentes ita ſollicitantes Confeſſarios ſint de hæreſi ſuſpecti, & cogendi ad abiurandum, ſicut v. g. *antequam eſſet lata lex contra Confeſſarios ſollicitantes, non habebantur vt ſuſpecti de hæreſi*, neque contra illos procedebant Inquiſitores, contra quos modò ſuppoſita lege procedunt; ita ſi contra pœnitentes ſollicitantes lata eſſet eadem lex, *cuius actus malitiæ eſt capax*, ipſi etiam vt vehementer ſuſpecti de hæreſi haberentur. & contra illos procederent Inquiſitores. Ex quo ſequitur quòd tota ratio quare hodie Confeſſarij ſollicitantes pœnitentes ad turpia, habentur vt vehementer ſuſpecti de hæreſi, non autem pœnitentes ſollicitantes Confeſſarios: eſt, quia *contra Confeſſarios lata eſt lex, non verò contra pœnitentes*. Vnde tota diuerſitas deſumitur non ex natura actus ſollicitationis, ſed ex ipſa lege poſitiua, ita diſponente. Quare autem magis ſit lata contra Confeſſarios quam contra pœnitentes ſollicitantes, iam ſupra dictum eſt.

Ad ſecundum iam ſatisfactum eſt.

Ad tertium ſimiliter dicendum, quòd ex verbis Conſtitutionis ſatis conſtat, ipſam loqui de Confeſſariis tantum, non verò de pœnitentibus.

Ad quartum dicendum quod nonnulli DD. propter illud arbitrati ſunt, non poſſe Inquiſitores procedare contra Confeſſarios ſollicitantes adoleſcentes ad peccatum nefandum. Oppoſitum tamen docet Emanuel Rodriquez *quæſt. regul. tom. 2 quæſt. 27 art. 3.* Hodie ceſſat hæc difficultas, quia præter Conſtitutionem Pij IV. extant alia decreta Pontificia, quæ id diſponunt, præcipuè fel. record. Pauli V.

Ad quintum dicendum, quod petit vt explicemus, cur blaſphemus hæreticaliter, etiam nulla lege poſitiua lata habetur, & iudicatur de hæreſi vehementer ſuſpectus; & non qui ſollicitat Confeſſarium ad obſcœna in actu ſacramentalis Confeſſionis.

Dico igitur, vtriuſque eſſe diuerſam rationem quia actus blaſphemiæ vniuocum ſignum eſt quod

à

nulla alia cauſa videtur moraliter loquendo, naſci poſſe præterquam à contemptu diuinorum, & infideli iudicio: reducitur enim blaſphemia ad iudicium affirmans vel negans, ſicuti incomplexum ad cōplexum, & eiuſdē rationis eſſe videtur vocare Deum inſipientem atq; iudicare cōplexè Deum eſſe inſipientē. At verò ſollicitatio nata eſt progredi ab alia cauſa præterquamà ſacramenti incredulitate, nimirum à libidine, quæ naturaliter cauſa illius eſſe videtur. Vnde blaſphemiæ eſt connexa oppoſitio ad fidem, ex obiecto, & natura ſua; ſicut deturpatio ſacræ imaginis, hæreſi Iconoclaſtarum. Sollicitanti verò accidit contemptus ſacramenti ex circumſtantia; ſicut furanti in loco ſacro, cui furtum, & ablatio rei alienæ eſt obiectum, ſacrilegium autem circumſtantia eſt quæ ſpeciem murat præter eius formalem intentionem.

Si dicas, quòd etiam eſſe poteſt, vt ille ex propoſito propter ſacramenti incredulitatem id faciat, non ex libidine, ſed ex hæretico iudicio. Reſpondeo ita eſſe: ſed quia æquiuucum eſt, propterea relinquendo actum ſuæ naturæ, non licere deſcendere ad determinatum iudicium.

Sed iterum contra diſtinctionem inter blaſphemiam, & hanc ſollicitationem opponitur. Quia etiam blaſphemia poteſt oriri ex alia cauſa, quàm ex infidelitate, nimirum, ex ira in ludo, aut alia huiuſmodi: Ergo diſtinctio nulla eſt. Reſpondeo, quòd aliud eſt aſſignare cauſam per ſe alicuius actus, & in ſpecie: aliud in indiuiduo, & ſecundum fines operantium potius, quam operis; & quòd diſtinctio, vtpotè ſcientifica, aſſignanda fuit ſecundum id quod eſt moraliter loquendo blaſphemiæ proprium in ſpecie. Quod ſi in indiuiduo ex ira, vel alia cauſa procedit, eſt ſicuti actus ex genere mortales, qui in indiuiduo ſunt aliquando veniales, ex indeliberatione, aut paruitate materiæ: ſicuti è contra veniales ex genere, ſunt mortales in indiuiduo, propter conſtitutionem finis vltimi in obiecto de ſe leuiſſimo. Dico igitur blaſphemiam ex genere rei eſſe ſignum infidelitatis, vt probatum eſt; licet per accidens quandoque poſſit eſſe ſignum iræ, paſſione deliberationem perfectam imperturbante.

Ad ſextum dicendum, quòd caſus relati in argumento ſunt virtualiter eiuſdem ſpeciei cum actu ſollicitationis ſacramentalis ad turpia: & ideo reddunt Confeſſarium vehementer ſuſpectum de hæreſi.

Secundò dicendum, quod in vtroque caſu Conſtitutio Pij IV. habet locum: quia in vtroque caſu Confeſſarius abutitur ſacramento Confeſſionis.

Aduertatur tamen quod quamuis hæ fœminæ non ſint ſuſpectæ de hæreſi, aliquando ex ordine Sacræ Congreg. fuerunt puniiæ in S. Officio & ſunt de foro Inquiſitionis ſaltem ne earum delictum maneat impunitum. Sic in factu quodam cenſuiſſe S. Congreg. in quadam muliere, quæ faſſa fuit quod ad inſtantiam vnius regularis Confeſſarium ſuum tentauerat, & poſtea in S. Officio depoſuerat, legitur in Manuſcriptis D. mei Card. Camporei, circa haſce tamen mulieres nihil agere debent Inquiſitores niſi prius conſulta ſuprema vrbis Congregatione.

§. VII.

An hoc delictum ſufficienter probetur teſtibus ſingularibus.

50. SVpponendum eſt hoc loco, triplicem eſſe ſpeciem ſingularitatis, quæ in teſte reperiri poteſt, prima dicitur obſtatiua, ſecunda diuerſificatiua, tertia verò cumulatiua, ſeu adminiculatiua.

Singularitas obſtatiua dicitur, cum inſurgit repugnantia, & contrarietas in vnico actu, de quo tantùm probando agitur, vt accidit in teſtibus Suſannæ, nam Suſanna de vnico tantum adulterij crimine accuſabatur ab illis ſenibus, non enim dicebant ſenes Suſannam pluries adulteraſſe, ſed ſemel tantum, & tamen quia variabant in loco, nam vnus dicebat ſub pinu: alius ſub ſchino, ideo ſingularitas obſtatiua inter dictos teſtes oriebatur, quæ in totum fidem illorum enervauit.

Singularitas diuerſificatiua dicitur ea, ex qua inducitur diuerſitas rei, & effectus in ſubſtantia, vt cum actor dicit ſe mutuaſſe decem, & teſtes ſuper hoc inducit, quorum alicui dicunt ſe vidiſſe mutuare decem Menſe Auguſti, alii vero menſe Septembris: iſti teſtes ſunt ſingulares in loco & tempore, non tamen ſunt contrarij, quia intelligi poſſunt de pluribus mutuis.

Singularitas autem cumulatiua eſt, cum dictum vnius coadiuuat dictum alterius, vt cum vnus teſtis deponit de viſu, alter de auditu, vnus de actu, ſeu facto, alter de fama. Haſce ſingularitatis ſpecies ponit, ac declarat, Bald. *cap. licet cauſam, num. 11. de probat* Crauet. *de Antiq. tempore parte 4 num. 157. & ſequ.* Pegna *in direct. parte 3. comm.* 121. verſ. *Sed quo aptius*, Ludouicus à Paramo *de Origine Sancta Inquiſit. lib. 3. quæſt. 10. num. 145. & pluribus ſeq.* Guttier. *Pract. quæſt lib. 3. quæſt. 12. num. 6. & ſeq.* & latiſſimè Farin *de teſtibus, quæſt. 64. à num. 4. vſque ad* 8. Hoc ſuppoſito,

Dicendum, crimen hoc ſollicitationis in Confeſſione, ſufficienter probari per teſtes ſingulares etiam plenè, ad effectum huiuſmodi reos condemnandi in pœnam ordinariam huius criminis maximè accedentibus iudiciis, & coniecturis, ita docuerunt in terminis noſtris Ludouicus à Paramo *de Orig. S. Inquiſit. libr. 2. quæſt. 10. numer. 140. & pluribus ſequentibus*, & latiùs Sanctarellus *de hæreſi, cap. 44. dub. vnico, concluſ. 3. num. 4.* Bell. *de his quæ in conf. ſiunt, libr. primo, cap. 176. num....* à quo omnia ad verbum deſumpſit Aloyſ. Ricc. *in ſuis variis reſolut. p. 2. reſolut. 440.* Zanardus *in ſumma diuinorum præceptorum, tom. 2. cap. 121. de teſtibus in cauſa fidei*, verſ. *Tertio*, etiam Roder. *de Confeſſ. ſollic. quæſt. 22. num.* 8. Peir. *ad Priuil. Minim. tom. 2. conſt. 4. Gregor. XV. §. 7. num. 12.* 51.

An autem ſufficienter ſit ex his teſtibus, & coniecturis conuictus Confeſſarius ad effectum, de quo ſuprà, relictum eſt in arbitrio Eminentiſſimorum DD Card. Supremorum Inquiſit. vt expreſſè dicitur in Bulla Gregor.

Ratio huiuſce rei ea eſt, quia agitur de Crimine, in quo veritas aliter haberi non poteſt, cum in Sacramento Pœnitentiæ nullus interueniat, nec interuenire poſſit, niſi Confeſſarius, & Pœnitens. At cum veritas aliter haberi non poteſt, ne delicta maneant impunita, etiam teſtes aliàs inhabiles, & ſingulares admittuntur, prout communiter notarunt Canoniſtæ, *cap fin de Teſtibus cogendis*, Royas *in ſuis ſingularibus fidei, ſingulari 3.* latiſſimè Ludouic. à Paramo, qui alios cumulat, *dicta quæſt. 10. n. 136. & ſeq.* & Sanctarell. *loco prox. al leg.* 52.

Confirmatur à ſimili de reuelatione Confeſſionis, quæ licet, vno teſte non probetur, quoad effectum Confeſſarij condemnandi in pœna ordinaria, attamen dicta reuelatio ſufficienter probatur ex pluribus teſtibus ſingularibus, quoniam aliàs veritas haberi non poteſt, ita Suarez *tom. 4. in tertiam partem,*

*tem de Pœnitentia,diſp.*33.*ſect.*8.*n.*3.& Henriquez *in ſumma lib* 6. *c.*19. *n.*10. igitur etiam in caſu noſtro, teſtes ſinguiares hoc delictum probabun., Binsfeld. *de confeſſ. maleſic. memb.* 4. *concluſion.*6. verſ.5.*omnium DD.*

§. VIII.

An hoc ex teſtimonio mulierum probetur.

53. QVamvis fœminæ mutabiles ſint,doloſæ, fraudulentæ, mendaces, leues, & corruptibiles, vt multis probauit Tiraquellus,*in legibus Connub lib.*9. *num.*49.Maſcardus *de probation.lib.*2.*concluſ.*763. & Farin. *de teſtibus q.*59.*n.*1.*& ſeq.*& ob id non admittantur ad teſtificandum, vti poſt gloſſ.10 cap.*quoniam de teſtibus*, in verbo *mulieres* vbi Abb. *num.*2. & Fel. *num.*1. docuerunt Maſcardus, & Farin.*locis allegatis.*

Attamen negari non poteſt, quia admittantur ad hoc crimen probandum, tum quia vt ſupra, in ſimilibus terminis dicebam, aliter veritas haberi non poteſt, tum quia in criminibus enormibus admitti ſolent fœminæ, vti latiſſimè probant Fario. *de hæreſi quæſt.* 188. *num.*76. & Delrius, *diſquiſit.magicarum lib.*5.*in ſecunda appendice,quæſt.*12.*&* 13. Confirmatur,quia in atrocibus licet iura tranſgredi, vt latiſſimè probat Binsfeld.*de confeſſ.maleficorum,& ſagarum*, *membro* 2.*concl.*6.verſ.7.*regulare*,igitur multo magis admitterentur mulieres, in hoc crimine ad teſtificandum,cum hoc non ſit contra iura, vbi aliter veritas haberi non poteſt, vt *ſuprà* probaui, & latiſſimè Binsfeld. *vbi ſuprà*, verſ. *Quinto omnino DD.*& delictum noſtrum ſit atrox;ita latiſſimè concluſionem noſtram, probat Paramus, *dicta quæſt.*10. *num.*134.*& ſeq.* vbi alios allegat.

§. IX.

De qualitate fœminarum ad probandum ſollicitationem.

54. IN hoc crimine ſemper ante Iudicum oculos habenda eſt doctrina Leoniſſæ *in conſil.* 55. *num.*12. *inter conſil. Crimin. diuerſorum,tom.*1.quam ſequitur Ludouic.à Paramo, *d.q.*10.*n.*165. Paulus Bellonus *de Poteſt.eorum,quæ ſiunt in cont.lib.*1.*cap.*176.*num.*3. P.Zanard.*in ſumma diuinorum præceptorum tom.* 2. *cap.*111.*de teſtibus in cauſa fidei* verſ.4. *quod hæ*, & verſ.6. *requiritur*, & nullis ex his allegatis, Molfeſ.*in ſumm.*1.*p. tract.*7. *cap.*24.38. Doctrina autem illa hæc eſt.vt diligenter conſideremus, qualitatem fœminarum denuntiantium,an ſcilicet ſint probatæ vitæ,an meretrices, nam illis facilius creditur, hiſce difficilius, non enim congruum eſt, ob vnius, vel alterius mulierculæ impudicæ teſtimonium, in diſcrimen venire probitatem Confeſſarij, vt dicebat Bell. *vbi ſuprà*, & ob id, cum hæ mulieres malæ vitæ denunciant Confeſſarios de hoc crimine, Sanctum Officium denunciationes debet recipere, attamen ob id non ſunt Confeſſarij vocandi, ſed expectandum eſt, quod alia ſuperueniant indicia.

Secundò, diligentiſſimè conſiderari ſolet qualitas etiam Confeſſarij, an ſcilicet ſit deditus peccatis,& delictis carnis, nam facilius contra hoſce procedendum in ſancto Officio, & de hoc Inquiſitores, ſe debent extraiudicialiter informare, vt dixit Ludouicus à Paramo, *loco ſuprà citato,n.*165.*in Rubrica de ſtylo*, *& Pract.procedendi in hoc delicto.*

55. Debent etiam in hoc crimine probando nonnulla alia conſiderari, quæ magis,vel minus illius probationem adiuuare ſolent, hæc autem numantur à P. Zanardo,*dicto cap.*111.verſ.*primum quod,& ſeq.*

Primò, conſiderandum, an hæ mulieres ſollicitatæ, vel pueri comparauerint in ſancto Officio ſponte quo caſu minus probant, an coactæ à Confeſſariis, in Confeſſione maximè generali, quia eas abſoluere noluerunt, niſi malum Confeſſarium in ſancta Inquiſitione depoſuiſſent,quo ſanè caſu nulli dubium eſt, eſt quin magis probent, ita Zanard. *vbi ſuprà*,verſ.*primo quod*, & verſ. *ſecundùm quod hæ mulieres*, ex confeſſione enim præſumitur,quod tantum ad exonerationem conſcientiæ hoc dicant,& non ſuaſione hominum.

Secundò, conſiderandum,an hæ mulieres ſollicitatæ bene euacuent interrogatoria, quæ ea ſiunt, circa locum confeſſionis, verba confeſſarij, &c. ita Zanard.*vbi ſuprà* verſ.*Tertium quod indicent.*

Tertiò, animaduertendum,quod ſi mulieres ſollicitatæ,fuiſſent meretrices, vel malæ vitæ (cum quibus potuit eſſe facilior ſollicitatio ob maiorem ſpem actus carnalis, cum illis futuri, quam cum mulieribus honeſtis)an tempore depoſitionis ſint honeſtæ, & ad pœnitentiam paratæ, an etiam tunc in proſtibulo manerent, vel cum aliquo concubinario,quo caſu parum eis eſſet credendum, quia exiſtimandum eſſet quod non ad exonerandam conſcientiam hæc dicerent, in peccato perſeuerent, ſed meritò poſſet ſuſpicari, quod ab alio ſuaſæ, aut prece,vel pretio inductæ hoc deponerent, Zanard. *vbi ſuprà*, verſ. *Quintum quod ſi.*

Quartò etiam conſiderandum, an mulieres hæ cum indiciis probatis, & repertis deponant, v. g. quod extra confeſſionem, vel in ea Confeſſarius voluerit ei magnum donum facere, & conſtet de dono, vel tentauerit eam deoſculari, vel manum ſuam ad mamillas ponere, vel in domum ſuam introducere, & hæc ab aliquibus viſa ſint,& probata, nam tunc ſollicitatæ mulieres, magnam facerent probationem, ita Zanardus, *vbi ſupra*, verſ. *ſeptimum requiritur*

§. X.

An mulieres quæ ſollicitanti Confeſſario conſenſerunt ſint ſufficientes teſtes in hoc crimine.

QVamvis regulariter ſocius criminis non ſit ſufficiens teſtis, ad probandum alterius ſocij delictum ſecundum communiſſimas DD. traditiones,de quibus Farin. *in tract.de hæreſi*, *quæſt.* 188. *num.*83. qui loquitur in crimine hæreſis.

Attamen exiſtimo in hoc crimine, ex diſpoſitione ſpeciali Gregor.XV.de qua infra exceptionem illam, quod fœmina ſollicitanti conſenſerit, non poſſe vllo modo opponi dictæ mulieri, nec vllo modo conſiderari ad tollendum de fide illius. Moueor ex decreto ſacræ Congregationis Supremæ Romanæ Inquiſitionis,facto de Ann.1624.24.Iulij,de quo Decreto, Eminent.Card. Mellin. de Mandato S.D. N.Papæ Vrbani VIII.ac Eminent.Card.Suprem.Inquiſitorum commonefecit Eminentiſſ. Archiepiſcopum Mediol.per litteras relatas ad verbum à Bariola in litteris Apoſtol. impreſſis poſt ſuos Flores Directorij, verba illarum litterarum ad quæſtionem noſtram ſpectantia,hæc ſunt. 56

N. S. & queſti miei Illuſtriſſimi Signori, in Congregatione tenuta auanti Sua Santita, à 25.*di Luglio paſſato.*

paſſato, dopo hauer anco inteſo il parere d'vna particolare Congregation deputata per queſto effetto, hanno riſoluto, che qual ſi voglia penitente è tenuto à denontiar il confeſſore, dal qual ſia ſtato ſollecitato, nel loco della Confeſſione ancorche gli habbia conſentito, è non è tenuto a propalar il proprio conſenſo, ne ſopra cio s'interrogi dal Veſcouo, o dal Inquiſitore, ò loro Vicary auanti quali deporra. Ne meno il Confeſſore denontiato, procedendoſi contrò di lui, nelli conſtituti, che ſe gli faranno, s'interrogi ſopra di detto conſenſo, & in caſo, che egli voleſſe dirlo da ſe non ſi ſcriua il ſuo detto, come coſa in ordine alla perſona ſollecitata, non ſpettante al Santo Officio.

Ex huius decreti verbis, colligi poteſt nullo modo fœminæ, denuntianti opponi poſſe hanc exceptionem, nam ſi conſenſus ille virtute dicti decreti non debet in actis reduci, & ſecundum vulg tam iuris regulam, *quæ ſunt extra acta, ſunt extra mundum, quoad Iudices*, Ludouiſ. *deciſ.* . & *ibi* latè, Beltiam *in addit.* ſequitur in neceſſarium conſequens talem conſenſum in hoc Tribunali non eſſe habendum in conſideratione, alias ſi voluiſſent talem conſenſum in aliqua haberi conſideratione Eminentiſſimi Cardinales mandaſſent illum in actis redigi, ſaltem ad confeſſarij inſtantiam, nam indemnitati fœminæ denuntiantis ſatis conſultum eſſet mandando, ne ob id contra ipſam procedatur, vel quod conſenſus ad partem ponatur pro defenſione Confeſſarij, & expedita cauſa acta circa illum conſenſum facta comburantur.

Confirmantur primò prædicta, ex eo quod vbi ſocius criminis admittitur contra ſocium in teſtem, maximè cum veritas aliter probari non poteſt, quam per teſtem conſocium, tunc ſufficienter probat, neque ad diminuendum eius dictum poteſt ei opponi, quod ſit Socius criminis, ita Abb. *c. . de confeſſ. col. pen.* verſ. 2. *membro* Imo. Cynus & alij allegati per Gomez, *variarum reſol. lib. 3. c.* 12. *n.* 18. verſ. *Imo quod talis*, & P. Sanch. *in ſuis opuſculis moralibus l. 6. c. 5. dub. 15. n. 3.* igitur hoc multo magis habebit locum in caſu noſtro, in quo Papa mandat conſenſum mulieris ſollicitationi præſtitum non eſſe in actis S. Officij redigendum.

Confirmatur ſecundò, quia defectus complicitatis criminis, qui poteſt opponi teſti, manauit à Iure poſitiuo, vt animaduertit idem Sanch. *loc. ſup. alleg.* ergo ſufficienter alio iure poſitiuo, ſcilicet Decr. Suprem. Congr. de quo *ſuprà* intelligi debet fuiſſe ſublatus.

Hæc tamen res maximam habet difficultatem, & ideo in hac magna cum cautela procedendum eſt, & Iudicibus ipſis conſulerem, quod in hac materia cum de pœnis extraordinariis agitur Confeſſario imponendis, aliquam habeant ſaltem extraiudicialiter, qualitatis huius mulieris rationem.

§. XI.

An hoc delictum plenè probetur à duabus fœminis.

58 REgulariter quodlibet delictum plenè per duos teſtes probari clariſſimum eſt, iuxta Chriſti Domini ſententiam, *In ore duorum vel trium ſtat omne verbum*. latiſſimè Sanctarell. *de hæreſi, c. 39. dub. 2. num.* 11. *& ſeq* vnde merito dubitari poteſt an idem ſit in hoc crimine.

Ludouic. à Paramo *de Orig. S. Inquiſitionis, lib. 3. q. 10. num.* 152. *& plurib ſeq.* verſ. *Oppoſitam tamen ſententiam*, quem ſequitur Bell. *de his quæ incontinenti fiunt, lib. 1. c. 176. n. 4.* voluerunt duas fœminas hoc delictum plene probare, & hoſce DD. ſequitur Ricc 2. *p. variarum reſol. Reſolut.* 440. & Bariola, *in ſuis floribus Directorij, de confeſſ. ſollicit.* verſ. *poſſunt mulieres in hoc caſu.*

Mouentur ex eo, quod in probatione cuiuſlibet delicti ſufficiunt duo teſtes, quod latè exornat Paramus *loco citato*, vbi addit, ita in Hiſpania obſeruari, obſeruantiamque à Sanctiſſimo approbatam.

Verùm hæc opinio nimis rigoroſa eſt, & pluries in Sancto Officio Cremonæ, me ibi Conſultore præſente reprobata, & ob id 59.

Dicendum, duas fœminas plenè hoc delictum minime probare, ita Sanctarell. *de hæreſi, c. 44. concl. 4. num. 6.* vbi latè ſententiam hanc probauit, quam etiam tacitè approbauit curia Archiepiſcopalis Neapol. & Sacra Congregatio Supremæ Inquiſitionis de Vrbe, vt attestatur Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neap. c. 56. in 40.* & *c. 81 in antiq* vbi de ordine dictæ Sacræ Congregationis de Vrbe, non fuit habitus pro conuicto Parochus, contra quem plures mulieres deponebant de ſollicitatione, quarum plures tactu, & ſignis fuerant tentatæ, & vna verbis, ſed ſolummodo de ordine eiuſdem Congregationis fuit tortus, & nihil confeſſus, fuit à cura ſuſpenſus per annum, eandemque Sententiam probauit Roder. à Chuna *de confeſſ. ſollicit. q* 23. *num. 4. & ſeq.* & Perrin. *ad priuil. Minim. vbi ſupra*, §. 7. *n.* 23. Trimarcha *de confeſſ. abutente diſp* vlt. *ſect.* 3.

Probatur concluſio, primò, quia qui grauatur in vno, in alio debet releuari *l. eam qui, de iureiur.* at huiuſce criminis rei in hoc grauantur quod poſſunt conuinci per teſtes ſingulares, vt *ſupra* viſum eſt, igitur in hoc ſunt releuandi, vt non ſufficiant duo, ſed plures requirantur.

Secundò probatur, quia aliàs Sacerdotes facile retraherentur ab audiendis confeſſionibus, fraudes namque mulierum prudenter poſſent pertimeſcere.

Neque obſtat ratio Ludouici à Paramo, de qua *ſuprà*, nam illa regula generalis, intelligitur dummodò teſtes ſint omni exceptione maiores, prout ita ad illud argumentum reſpondet Sanctarell. *vbi ſupra.* At in caſu noſtro teſtes primò ſunt mulieres, ſecundò ſunt ſingulares.

Quot autem debeant adeſſe fœminæ ad conuincendum, relinquitur arbitrio Inquiſitorum, vt notauit Sanctarell. *vbi ſuprà, n 6 in fi.* Bene verum eſt, quòd ad conuincendum Confeſſarium teſtes non debent pati alias exceptiones, præter exceptionem ſexus, & ſingularitatis, aliàs plura ſpecialia inducerentur, quo ad vnum eundemque teſtem, & conſtitutio Greg. XV. ſupponit teſtem aliàs habilem, & ſolùm diſponit ſuper ſingularitate teſtis, vt illa non obſtet. 60.

§. XII.

An fœmina honeſta denuncians faciat indicium ad torturam, vel capturam.

IN hac re, Zanardus *in ſumma diuin. præceptorum, tom. 2. c. 88. tit. de Tortura*, verſ *Item ſi mulier bona fama* ait fœminam deponentem contra ſuum Confeſſarium de ſollicitatione facere indicium ad torturam niſi (inquit Zanardus) Confeſſarius eſſet probatæ vitæ & pro tali cognitus.

Verùm, ego dico, quod licèt Confeſſarius non eſſet cognitus probatæ vitæ, adhuc ex ſola depoſitione vnius mulieris non poteſt, nec debet torqueri. Nam tunc ad torturam poteſt deueniri, cum delictum eſt ſemiplenè probatum, vt cum contra 61.

reum

reum adeſt vnus teſtis omni exceptione maior, ita latè Pegn *in direƈtor.p.2. com.* 110. *litera G*, & ego latè dicam infrà, in titulo *de Indiciis, & tortura.* At delictum ſollicitationis non eſt ſemiplene probatum per depoſitionem ſolam vnius fœminæ, tum quia aliàs duæ fœminæ plenè probarent, contra dicta ſuperiùs, *in proxima quæſt.* tum quia teſtimonium fœminæ patitur exceptionem ſexus, vt *ſuprà* dixi, loco proximè allegato, igitur ex ſola depoſitione fœminæ non poteſt Confeſſarius torqueri, atque ita ex Leoniſſ. *conſ.55.num.* 12 *inter conſ. crim. diuerſ. tom.*1. docuerunt Farin. *de delictis carnis, quæſt.*137. *num.*32. & Campanil. *in diuerſ. Iuris Canonici, Rubr.* 11. *c.*32. *num* 6. Si autem adeſſent alia indicia, tunc ſi illa ſufficientia eſſent, poſſet Iudex ad torturam deuenire, puta ſi adeſſet, mala fama Confeſſarij, vel quod voluerit ei facere aliquod donum, &c. quæ tamen indicia ponderis Iudicis arbitrio relinquuntur.

62 Quinimò, nec ob ſolius fœminæ vnius depoſitionem, Confeſſarius vocandus eſt, nec carceribus mancipandus, ex traditis per Royas *de Hæret. p.*2. *num.*32. & Simanch. *in Enchir tit.*25. *num.*5. *& tit.*16. *de Cath. Inſtit. num.*2. maximè cum in Sancto Officio ſola carceratio irroget infamiam, Rot. Rom. apud Cæſar, de Graſſis, *deciſ.*184. *n.*4. Coſt. *de facti ſcientia, & ignorantia, inſpec.*19. *num.* 9. & ita inconcuſsè obſeruari debet in Sancto Officio. quia vnica fœmina non facit ſemiplenam probationem, & in dubio ſtante paritate qualitatum, Confeſſarius præualet fœminæ pœnitenti, ita Moiſeſ. *dicto n act.*7. *cap.*23. *num* 39. vbi quod in praxi, ita obſeruatur, & *c.*14 *num.*65 *& ſequentibus*, optimè Roder. à Cunha *de Confeſſ ſollicit. qu.*21. *num.*10. vbi dixit, Confeſſarium neque poſſe carcerari ex depoſitione duarum mulierum, quæ meretrices ſint, quia nimirum illorum teſtimonium, vix æquiualet teſtimonio vnius fœminæ honeſtæ.

Et hæc omnia mirificè confirmantur ex literis ſupremi Tribunalis de Vrbe, directis Vicario Generali Archiepiſcopi Ianuenſis de verbo ad verbum relatis à Peytin. *ad priuilegia Minim. tom.*3. *c.*11. *n.*4. & ex ſimilibus literis pariter de verbo ad verbum relatis à Marcello Vulpe *in ſua praxi Iudiciali fori Eccleſiaſtici, c. de ſollicit. num.*14. verſ. *Quod confeſſarius non poſſit carcerari*, quæ literæ ſunt tenoris ſequentis.

M. Reuerendo Signore, acciò più fondatamente ſi proceda contro li ſollicitanti in Confeſſione, queſta Suprema Congregatione ordina, che per il detto d'vna ſola donna V.S. non facci conſtituire, ò carcerare il preteſo reo ſenza darne prima qua auuiſo, con le relationi della qualità della donna, del denunciante, & reo denunciato, & allora à V. S. ſarà ſignificato ſe debba, ò non proceder à conſtituirlo. & carcerarlo, e tanto eſequirà. Si compiacerà poi notificar queſt' ordine à i Veſcoui Conprouinciali, acciò anch' eſſi lo eſequiſcano, mentre io dal Signore Dio le prego ogni bene.

Roma à 17. *Luglio* 1627.

Come fratello, il Cardinale Mellino.

Conferunt etiam hoc loco tradita per Ferdin. de Caſtro Palao *in ſuo opere Morali* 1. *p. diſp.*9 *punct.* 11. *num.* 2. vbi dixit Confeſſarium pro hoc crimine non eſſe carceribus mancipandum, niſi duobus, vel tribus teſtibus vrgeatur, addens quod in Hiſpania particulares Inquiſitores non ſolent ſine conſilio Supremi Senatus Sanctæ Inquiſitionis illius Regni Confeſſarios aliquos carcerare. Ex quo videre eſt quanta cum maturitate Illuſtriſſimum illud Tribunal contra hoſce Confeſſarios procedat.

§. XIII.

Examinatur quædam doctrina Cantera, & latius dicta in ſuperiori §. confirmantur.

Didacus Cantera olim in Regno Murciæ Inquiſitor, *in ſuis variis quæſt. crimin. p* 4. *de quæſt. tangentibus probationes c.*2 *de probat. per teſtes, quæſt.* 3. *circa finem* verſ. *ſecundo, intellige ſupradictam regulam*, ibi, *ex quo infertur, quod in crimine ſollicitationis*, & latius *ibidem, quæſt.*1. *num.*47. *per tot.* voluit dictum vnius fœminæ honeſtæ in hoc crimine ſollicitationis facere indicium contra Confeſſarium non ſolum ad capturam, ſed etiam ad torturam. 63.

Et quamuis pro confutatione iſtius ſententiæ ſufficere poſſint, quæ dixi §. ſuperiori, Attamen eam nulla ratione in praxi admittendam eſſe conſtat ex eo, quod aliter practicatur non ſolum in vniuerſali Romana Inquiſitione, vt conſtat ex litteris Supremi Tribunalis de quibus ſuprà, ſed etiam in Inquiſitione Generali Hiſpaniæ, de qua atteſtatur Caſtro Palao loco proximè allegato, vbi dixit Sacerdotes pro hoc crimine non carcerari, niſi duobus, vel tribus teſtibus vrgeantur, & particulares Inquiſitores ad talem carcerationem non deueniunt, niſi conſulto prius Supremo illius Regni Senatu. 64

Neque concluſioni iam in dicto §. ſuperiori per nos firmatæ obſtant argumenta Canteræ.

Primò enim mouetur Cantera ex doctrina Abbatis *in cap.*1. *de Confeſſis*, vbi voluit quod Socius criminis in caſibus in quibus poteſt de Sociis interrogari, facit indicium ad torturam, & in cauſis fidei nulli dubium eſt quin quis de Sociis poſſit interrogari, vt dixi *ſuprà titul.*1. §.18. *per tot.* 65.

Verùm doctrina Abbatis, ſuper qua ſe fundat Cantera eſt falſa, quia nec etiam in criminibus exceptis dictum ſocij criminis quamuis in tormentis firmatum facit indicium ad torturam, Ita Clar. §. *fi. q.*21. *num.*8. Binsfeld. *de Confeſſ. Malef. & Sagar. membr.*2. *concl.*3. & 4. Deltius *diſquiſit. Magic. lib.*5 *in* 2. *appendice quæſt.*1. verſ. *dico primò*, Farin. *de hæreſi, quæſt.*185. *num.*151. cum aliis, quos longa manu refero in tertia parte huius operis, In proprio tit. *de indiciis, & tortura.* 66.

Secundò mouetur ex eo, quod ſaltem dictum Abbatis debet habere locum cum veritas aliter haberi non poteſt, nec actu, nec habitu, nam tunc teſtes qui admittuntur in aliorum defectum habentur pro teſtibus omni exceptione maioribus, ex famigerato conſil. Decij 343. *n.*3. quod in hac materia ab omnibus ſolet allegari. 67.

Sed neque hæc Decij traditio vera eſt, neque vſu In aliquo Tribunali recepta. Nam in omnibus caſibus, in quibus teſtis inhabilis admittitur, & ſi ſimus in eo delictorum genere, in quo veritas aliter haberi non poteſt, nec actu, nec potentia, numquam habetur pro integro teſte, vt latiſſimè probant Farin. *de teſt. q.* 6.2. *à num.* 72. *vſque ad n.* 80. vbi quod hanc opinionem vidit ipſe à bonis Iudicibus obſeruari, & practicari, & ibidem more ſuo multos ad hoc DD. allegat, quibus addo ego Marium Giurbam *conſ deciſiuo crimin.*64. *num.*19. verſ. *& vbi admitterentur.* 68.

Tertio loco mouetur Cantera, quod inſtrumentum regulariter non reprobatur, niſi per teſtes omni exceptione maiores *l. in Exercendis, C. de fide Inſtrumentorum.* cum longa ſerie cumulatis nouiſſimè per D. Franciſcum de Sanabria *in ſua repet. c.*3. *loco* 69.

de

de probat. num. 40. 41. & 44. & tamen reprobatur Inſtrumentum etiam per teſtes minus idoneos propter defectum aliarum probationum , vt *in dicto cap.* 3. *loco* , vbi Inſtrumentum alienationis rerum vniuerſitatis reprobatur per illos de vniuerſitate, ex quo ratiocinationem ſuam hiſce verbis concludit Cantera, *ecce ergo , quod vbi teſtes minus idonei admittuntur propter defectum probationis , regulantur ſicuti teſtes omni exceptione maiores.*

70. Sed neque hæc ratiocinatio probat intentum Canteræ, quia verum eſt in defectum aliarum probationum teſtes minus idoneos admitti ad reprobandum inſtrumentum, at quod tunc per iſtam admiſſionem habeantur pro legitimis , & omni exceptione maioribus conſtantiſſimè negatur : Non enim valet iſta conſequentia , hic teſtis admittitur , ergo eſt integer, Modern. Barboſ. *in dict. c.* 3. *loco num.* 18. verſ. *Reſtat nunc reſpondere* , & ſic cum per iſtos teſtes inſtrumentum impugnatur , non ſufficiunt duo, ſed plures requiruntur, iuxta conſilium Curt. Sen. 51. *num.* 5. approbatum communiter à Doctoribus, vt videre eſt ex Farin. *de falſit. & ſimulat. quæſt.* 158. *num.* 105. *& de teſtibus quæſt.* 62. *loco ſuprà allegato* , quod eſt ſignum euidens teſtes admiſſos in aliorum defectum non haberi pro integris teſtibus , vbi aliquas patiantur exceptiones, ideò enim tunc plures requiruntur , vt ſic eorum numerus eorundem teſtium defectum ſuppleat , Farin. *eadem quæſt.* 62. *de teſtibus n.* 305. *& pluribus ſequentibus.*

71. Et ex his apparet, quam iuſtè emanauerit à Sacra Congregatione decretum illud, de quo ſupra, quod ex dicto vnius ſolius fœminæ contra Confeſſarium non procedatur , & quod etiam ſecluſo dicto Decreto ab hac praxi nulla erat ratione diſcedendum, ſtante exceptione mulieris , præſumptione pro Sacerdote adminiſtrante Sacramentum militante , & quod aliàs Sacerdotes , à pœnitentiæ adminiſtratione arcerentur , ſi eorum integritas ex vnius fœminæ teſtimonio poſſet in dubium reuocari, maxime in hoc Tribunali, in quo , (vt notum eſt ,) ſola carceratio infamat.

§. XIV.

De Tortura ſollicitantibus huiuſmodi danda.

72. DVplex tortura ſolet huiuſmodi Confeſſariis ſollicitantibus dari, nam vel ſunt confeſſi , vel conuicti , & tunc torquendi ſunt ſuper intentione, an ſcilicet crediderint licitum eſſe abuti Sacramento pœnitentiæ , ad res laſciuas , & vti illo Sacramento tamquam medio ad huiuſmodi res obtinendas , & hoc ex vulgata regula in hoc Sancto Tribunali. Quod confitens factum hæreticale , vel non merè hæreticale , quod tamen potuit cum mentis errore fieri , eſt ſuper intentione, torquendus , Simanch. *de Cathol. Inſtitut. tit.* 75. *num.* 12. Didac. Canter. *in ſuis quæſtionib. Criminal. Rubric. de hæretic. cap.* 1. *num.* 69. *&* 70. Graff. *lib.* 2. *ſuarum deciſionum cap.* 5. *num.* 15. Genuenſ. *in Praxi Archiepiſcopali Neapolitan. c.* 84. *in antiq.* & 69. *in no. num.* 8. cum aliis , quos infra latè allegabo cum de Tortura , in proprio titulo, hoc autem ſpeciale eſt in Sancto Officio , nam cum Hæreſis ſit delictum latens in mente, certificari debet Eccleſia per tormenta , an malè reus ſenſerit de fide , & ita in caſu noſtro Confeſſarij ſollicitantis , docuit Molfeſ. *dicto c.* 24. *num.* 40.

Si verò non eſt confeſſus , nec conuictus , & adſunt indicia ad torturam , torqueri debet confeſſarius pro habenda veritate, quæ torturæ ſpecies, cum nihil in hoc crimine ſpeciale habeat , non eſt cur hoc loco de ea diſſeramus.

Dubitari tamen poteſt , an ſi in tortura perſiſtat, 73.
& nihil fateatur, reus tunc ſit liber dimittendus, vel potius ſuſpendendus à confeſſionibus , maximè mulierum , in exilium mittendus &c. & pro nunc. Dico quod ſi indicia plenè ſunt euacuata , tunc reus confeſſarius eſt liber dimittendus, ſi verò non ſunt plenè eneruata , provt ſæpe accidit in Sancto Officio , quia reis in hoc Sancto Tribunali dari non ſolet , regulariter tortura , tam grauis, vti dari conſueuit in aliis foris , tunc poterit aliqua ex dictis pœnis mulctari , provt factum fuit in illo Parocho, de quo *ſupra* ex Genuenſ. *in Praxi* , *cap.* 66. Interim videatur Farin. *de hæreſi, quæſt.* 185. *num.* 126. *& ſequentib.* nam de hac re infra latè , *in tit. de Tortura, part.* 3. *huius operis.*

Quid autem dicendum ſit , ſi Confeſſarius fateatur verba importantia ſollicitationem , negaret tamen ſe habuiſſe intentionem ſollicitandi.

In hac re diſtinguendi ſunt duo caſus , Primus eſt, cum verba directè , & clarè important ſollicitationem , & tunc dicerem , neque admittendam eſſe eius excuſationem , de defectu intentionis , neque ſuper hac intentione eſſe torquendum , vt volebat Molfeſ. *in ſæpe cit. cap.* 14. *num.* 42. etiam ſi aliàs Confeſſarius eſſet bonæ famæ. Primò , quia proteſtatio eſt contraria facto. Secundò , quia rei ſic facilè euitarent pœnas conſtitutionis noſtræ , & mentem Summorum Pontificum deluderent. Tertiò , quia ſi in tortura perſiſterent , maximum oriretur præiudicium fiſco S. Officij, qui aliàs haberet contra reum fundatam ſuam intentionem.

Secundus caſus eſt , cum verba important ſollicitationem, ſolùm indirectè , vt quia v. g. ſunt verba dubia, vel quia laudatur fœminæ pulchritudo, tunc quia *ſupra* diximus, etiam ex hoc incurritur in pœnas noſtræ conſtitutionis , cum verba dubia in caſu noſtro , accipiantur in deteriorem , ſignificationem, Roder. Achuna *de Confeſſ. ſollicitantibus , quæſt.* 5. *num* 21. vbi dixit ad præſumptionem ſollicitationis ſufficere ſigna etiam remota , idque argumento ſumpto à communiter accidentibus , Peirin. *in Priuil. Minim. tom.* 2. *conſtitutione quarta Gregor. XV.* §. 6. *num.* 21.

Si Confeſſarius, ſit malæ famæ, poteſt ſuper eius intentione torqueri, ita tamen, vt etiamſi in tortura perſiſtat, adhuc ſuſpendatur ad tempus à confeſſionibus mulieribus Molfeſ. *d. c.* 24. *n.* 43. ita in Parocho , qui plures ſollicitauerat tactu & ſignis, quæ vtplurimùm ſolent eſſe æquiuoca, fuit executum in Curia Archiepiſcopali Neapol. de ordine Supremæ Congregationis, de vrbe, teſte Genuenſi, *in ſæpè citat. praxi Archiepiſcopali, c.* 81. *in antiquis.* quod exemplum refert Freitas *in additionibus ad dictam quæſt.* 7. Roder. Achuna, *num.* 40.

Si verò Confeſſarius ſit bonæ famæ , tunc Molfeſ. *dicto n.* 42 vult quod ipſi credendum ſit ſine tortura , ita tamen vt ſuper ſua intentione , qua verba illa protulit diligenter interrogetur, Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 1. *c.* 34. *num.* 53. hoc tamen relinquo ego cogitandum iudicibus , qui diligenter omnes circumſtantias , & qualitates , tam Sacerdotis, & pœnitentis, quam ſollicitationis conſiderare debent , P. Trimarcha poſt primam huiuſce operis impreſſionem viſus *de Confeſſario abutente diſp. vltima ſect.* 8.

§. XV.

De abiuratione Confeſſario ſollicitanti indicenda.

74. ANtequam de abluratione agamus, videndum eſt, an Confeſſarij ſollicitantes ſint ſuſpecti de leui, an de vehementi, & quidem Ludouicus à Paramo *de Origine Sanctæ Inquiſitionis, lib. 3. quæſt.* 10. *n.* 115. *Hoc ſuppoſito*, voluit tales Confeſſarios eſſe de hæreſi ſuſpectos leuiter, & *n.* 166. vbi dixit huiuſmodi Confeſſarios regulariter debere abiurare de leui, & hanc opinionem tenuerunt omnes ferè I.C. Hiſpani, Roder. à Cunha *de Confeſſ. ſollicit. quæſt.* 2. Vbi Freitas, *num.* 45. verſ. *Secundò, quia ſuſpicio*.

Et Seſſe *deciſ.* 449. *n.* 3. *vol.* 4. P. Diana poſt hæc ſcripta viſus *p. 4. reſol. mor. tract. 5. reſol.* 51. *& tract. 7. reſolut.* 7. Caſtro Palao *in ſuo opere morali, tractat. 4. diſput. 9. punct.* 6 qui alios allegant.

Mouentur ex eo, quod in hoc Confeſſario magis libidinem conſiderant Hiſpani, quam voluntatem abutendi Sacramento pœnitentiæ, & voluntas, & propoſitum diſtinguunt delicta, non autem exitus *l. 1. C. ad l. Corneliam de Sicarys.*

Et ad hoc facit mirabilis doctrina Bartoli *in l. verum eſt, la prima, n. 4. de furtis*, vbi dixit, quod ſi feci pacem cum aliquo, & promiſi eum non offendere ſub pœna certa, ſi adultero vxorem illius non teneor pœna pacis ruptæ, quia ait Bartolus, ego hoc non feci animo iniuriandi, ſed cauſa libidinis principaliter.

75. Verùm dicendum, hoſce Confeſſarios eſſe de hæreſi vehementer ſuſpectos, ita videtur tenere Pegna *ad direct. p. 2. com.* 81. verſ. *ille quoque*, vbi talem Confeſſarium non leuem malæ credentiæ ſuſpicionem contrahere affirmauit Bariola *in ſuis floribus Directory Inquiſit. de confeſſ. ſollicit.* verſ. *ſuſpicio, qua vrgentur, & verſ. ſeq.* vbi dixit, quod hodie ex ſtylo vrbis, & orbis, imo etiam ex Apoſtolico reſcripto Confeſſarij ſollicitantes ſunt vehementer ſuſpecti de hæreſi, ac propterea compelli ad abiurandum de vehementi, quod repetit idem Bariola, in verſ. *Debent Confeſſarij*, idem dixit Leon. *in Theſauro fori Eccleſiaſtici, p. 3. c. 37. n.* 35.

Confirmari poteſt concluſio ex eo, quod tota hæc ſuſpicio fundatur in abuſu Sacramenti pœnitentiæ, vt patet ex conſtitutione Pauli IV. ibi, *Nos in animum inducere nequeuntes, quod qui de fide Catholica rectè ſentiunt, Sacramentis in Eccleſia Dei inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant.* At abutentes Euchariſtia ſunt vehementer ſuſpecti de hæreſi, vt probaui in titulo *de ſortileg.* ſicuti, & abutentes Sacramento Baptiſmi, & matrimonij, vt probaui in titul. *de Polygamis*, igitur idem dicendum erit in abutente Sacramento Pœnitentiæ.

Et hoc diligenter animaduertant Inquiſitores, quia à quodam viro doctiſſimo accepi, quod cum quidam Confeſſarius in vna ciuitate huiuſce Dominij, ob hoc ſollicitationis crimen abiuraſſet de leui, fuit iterum in ciuitate noſtra ex ordine Supremi Almæ vrbis Tribunalis vocatus, & coactus abiurare de vehementi.

Et hæc habent locum, quoad ſollicitantes mulieres in actu confeſſionis, vel immediatè ante, vel immediate poſt, nam tunc etiam dicitur Confeſſarius abuti Sacramento, quoniam vt *ſuprà* dixi, in moralibus habet locum regula, *quod parum diſtat*, &c.

Secus dicendum in Confeſſario ſollicitante tantummodo in confeſſionario, & fingente ibi audire confeſſiones, quas tamen non audit, & ſic in abutente tantummodo confeſſionario, nam cum in hoc ceſſet cauſa ſuſpicionis Hæreſis, ſcilicet abuſus Sacramenti, ceſſare etiam debet ſuſpicio ipſa, ita poſt hæc ſcripta viſus Souſa *in Aphor. Inquiſitorum, lib. 1. c. 34. n.* 68. cuius doctrina valde gauiſus ſum.

76. Hiſce ſuppoſitis dicendum, quod ſi Confeſſarius fatetur cum pertinacia ſe habuiſse errorem in mente, tunc debet abiurare de formali, & tractandus eſt, vti verus hæreticus, ita Lud. à Paramo *de Orig. S. Inquiſit. lib. 3 c. 10. n.* 165. contra tradita a Molfeſ. *vbi ſuprà n.* 40. qui in hoc caſu, contra omnia iura mundi, voluit Confeſsario iniungi debere abiurationem tantummodò de vehementi.

Si verò in tortura affirmet, & perſeueret in reſpondendo catholicè, tunc abiurare debebit hic Confeſſarius, vti ſuſpectus de vehementi.

Si autem ſollicitauerit extra actum omnino Confeſſionis in confeſſionario tantum, modo ſupra dicto *in §. Secus dicendum*, nullo modo abiurare debebit, quia nullo modo eſt de hæreſi ſuſpectus, hæc patent ex dictis ſuprà, licèt iſte Confeſsarius in hoc Tribunali poſſit, & debeat pœnis noſtræ conſtitutionis mulctari arbitrio Inquiſitorum.

77. Vnum animaduertendum puto ad finem huiuſce §. circa praxim Hiſpanorum cogendi Confeſsarios ſollicitantes ad abiurandum tantum de leui, Quod ego arbitrarer hanc eorum praxim omnino ceſſare debere in Confeſsario ſollicitante mulierem, vt peccet non ſecum, ſed cum alio, quia cum in hoc Confeſſario ceſſet ſtimulus carnis in ipſo, dicitur etiam ceſſare in ipſo cauſa, ob quam in illis Regnis ſuſpicio iſtius Confeſsarij creditur eſse ſolummodo leuis.

§. XVI.

An Confeſſarij extra actum confeſſionis in confeſſionario tantum ſollicitantes debeant abiurare.

78. QVamvis ſuprà docuerimus Confeſsarios ſollicitantes in confeſſionario tantùm extra confeſſionis occaſionem nulla ratione cogi poſse ad abiurandum, ex rationibus de quibus ibi, diximuſque etiam nobiſcum ſentire doctum Souſam, *in Aphoriſmis Inquiſitorum, lib. 1. cap. 34 num* 68. prout etiam idem docuit in ſuo opuſculo de Confeſsariis ſollicitantibus *in annotationib. ad Bullam Greg. XV. n. 15. & 16.*

79. Quia tamen poſt impreſsum tractatũ meum hunc de modo procedendi in cauſis S. Officij, ad manus meas peruenit P. Diana, qui *in ſua quarta parte, eodem anno impreſſa reſol. 50. tract. 5.* verſ. *Quo verò ad alios caſus*, docere videtur quod imo iſti Confeſsarij debent abiurare, prout ait Dian. in Romana, & Vniuerſali Inquiſitione obſeruatur, aliqua addenda ſunt hoc loco pro confirmatione ſententiæ Souſæ, & noſtræ, & confutatione opinionis dicti P. Dianæ.

80. Mouetur igitur Diana ad aſserendam, quod hi Confeſsarij debeant abiurare hac ratione quia Gregor. XV. poſt enumeratos caſus ſollicitationis in confeſſione prope eam, & in confeſſionario ſine vlla diſtinctione ſubiungit Pontifex, quod Inquiſitores, & Ordinarij ſuper his, prout in cauſis fidei inquirant, & procedant, vnde concludit Pater Diana, quod ſicuti in caſu ſollicitationis in confeſſione, & prope eam iniungitur Confeſsario abiuratio, ita etiam debeat iniungi in caſu ſollicitationis

in

81. In confeſſionario, vt ſic vna determinatio æqualiter determinet *l. iam hoc iure*, *ff. de vulgari*, Becius, *conſ.* 50. *num.* 65. Surdus *conſ.* 31. *num.* 15.

Verùm non diſcedo, ob id ab opinione Souſæ, quia in Confeſſario noſtro non adeſt abuſus Sacramenti, igitur neque ſuſpicio hæreſis, quæ oritur ex abuſu.

Neque obſtat ratio P. Dianæ, quia ad eam dupliciter reſpondetur.

82. Primò quidem dando Inſtantiam hoc modo videlicet. In Inquiſitione Regni Luſitaniæ, Inquiſitores habent commiſſionem ſpecialem Sum. Pontificum, & in ſpecie Greg. XIII. ſub die 13. Augu-ſti anni 1574. procedendi in cauſis Sodomitarum, cum hac clauſula ſpeciali, *ſicut in cauſis fidei*. Souſa *in Aphoriſ. Inquiſitorum lib.* 1. *cap.* 59. *num.* 10.
83. & 29. & tamen Sodomitæ in eo Regno, non abiurant neque de leui, vt ex Moura, ibi allegato, dicit P. Diana, *reſol. Moral. p.* 4 *reſol.* 20. *tract.* 7. *verſ. notandum eſt*, quinimo *dicto cap.* 59. *num.* 11. idem Souſa atteſtatur particulam illam *ſicut in cauſis fidei*, à Sanctiſſim. D.D. Vrbano VIII. declaratam fuiſſe, vt intelligatur ſolummodo, quo ad modum procedendi, vt conſtare dixit ex litteris Eminentiſſ. olim Cardinalis Mellini, ſub die 5. Martij anni 1612.

84. Idem dici poteſt de Inquiſitoribus Regni Aragoniæ, Valentiæ, & Barcinonæ, qui ſimilem habent conceſſionem Sum. Pontificis, vt conſtat ex Ferdinando de Caſtro Palao *in ſuo opere Morali*, *part.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 12. §. 1. & tamen non ab-
85. iurant in dictis Regnis Sodomitæ, ſed tantummodo ſi maiores ſint viginti quinque annis Curiæ ſeculari relaxantur in actu publico, ſi verò ſint minores, flagellis cæduntur, & ad triremes condemnantur, vt ait Caſtro Palao *loco allegato*.

86. Cum igitur verba Bullæ noſtræ, *ſicut in cauſis fidei*, poſſint commodè intelligi, quoad ordinem procedendi, eo vtique modo intelligenda ſunt, maxime id ſuadentibus verbis ipſius conſtitutionis ibi, *Inquirant, & procedant*: Si enim Pontifex voluiſſet, quod etiam cauſæ terminarentur, illud vtique dixiſſet, & cum de terminatione cauſarum Papa ibi mentionem non fecerit, intelligitur eam voluiſſe reſeruare diſpoſitioni iuris, ſecundum quam Confeſſarij ſollicitantes in confeſſione, & prope eam, quia abvtuntur Sacramento, expediuntur vt ſuſpecti de hæreſi, ſollici antes verò in confeſſionario tantummodo, vti non abutentes Sacramento, & per conſequens non ſuſpecti non poſſunt expediri vt ſuſpecti.

87. Secundò reſpondetur, quod regula illa iuris de vna determinatione reſpiciente plura determinabilia ceſſat vbi eadem ratio non militat in omnibus determinabilibus. Surd. *conſ.* 67. *num.* 19. *vol.* 1. Hic autem militat ſine dubio diuerſa ratio, quam ſupra
88. proximè conſiderauimus.

Nec aliquem terrere debet atteſtatio eiuſdem P. Dianæ, quod ita obſeruetur in vniuerſali Romana Inquiſitione, quia cum P. Diana ſit verſatus in Inquiſitione Sicula, non debet ei de neceſſitate credi, ſi atteſtatur de conſuetudine Inquiſitionis alterius Regni, vt de DD. de conſuetudine atteſtantibus dixit Surdus alijs allegatis *in conſ.* 74. *num* 14. *volum.* 1. me tamen ſemper remitto determinationi Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Supremorum Inquiſitorum. Poſt hæc impreſſa inſurrexit P. Alberghinus Siculæ inquiſitionis Doctus Qualificator, *& cap.* 32. *ſui manualis qualificator.* §. 2. *num.* 6. *& ſequentibus*, conatur Patrem Dianam Conciuem ſuum defendere, & im-primis *num.* 6. *verſ.* Probatur, ait in antiqua conſtitutione Pauli IV. ſollicitatores cum iniuria ſacramenti eſſe de hæreſi ſuſpectos, & hoc veriſſimum eſt, ſed minorem quam ſubſumit? Quod hæc eadem iniuria repetitur in ſollicitantibus in Confeſſione à nobis conſtantiſſime negatur, nec à Patre Alberghino probatur, & ratio negationis eſt, quia non adeſt vt ſupponitur, Sacramentum, ergo non poteſt conſiderari illius abuſus vel iniuria, maximè cum ſic ſolli. itantes in ſolo Confeſſionario Confeſſionem non faciant peccatorum, neque Sacramentum illud fœdent. Subiungit *num.* 8. inſtantiam, quam P. Dianæ opponimus. De crimine Sodomiæ non concl. dere. Quia delictum Sodomiæ licet cognoſcatur ab Inquiſitoribus, tamen manet in ſtatu delicti ſecularis, & punitur eo modo quo iudices ſeculares illud delictum puniunt. Verum ego inſtantiam hanc adduxi vt probarem verba Gregor. XV. in Bulla noſtra *ſicut in cauſis fidei*, non concludere quod ſollicitantes in ſolo Confeſſionario debeant abiurare ſicut in Bullis recenſitis contra Sodomitas id concludere nequeunt. Deinde delictum Sodomiæ non eſt delictum merè laicale, vt communiter DD. docuerunt illud eſſe delictum mixti fori & in eo puniendo inter Eccleſiaſticum & ſecularem iudicem eſſe locum præuentioni. Farinac. *de delict. Carnis quæſt.* 147. *num.* 55.

§. XVII.

De pœnis, & ſalutaribus pœnitentiis iſtis Confeſſariis ſollicitantibus imponendis.

Qvoad pœnas, iſti Confeſſarij ſolent condemnari ad triremes per quinquennium, vel ſeptennium, ita Bariola, *vbi ſupra*, in verſ. *Hodie*. Idem docuerunt etiam. 8

Didacus Canteta *quæſt. criminal. circa punitionem delictorum*, *capit.* 1. *de hæretic. numer.* 65. Caſtro Palao *vbi ſupra*, *punct.* 11. *num.* 2. verſ. *Adde me vidiſſe aliquos*, & P. Diana *dicto tractat.* 7. *reſolut.* 7. verſ. *an ab Inquiſitoribus*, vbi referunt plures caſus in quibus Confeſſarij huiuſmodi fuerunt ad triremes damnati, etiam in perpetuum, iuxta Bullam Gregorianam, imo aliquando (ad arbitrium tamen Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium Supremorum Inquiſitorum) poſſunt brachio ſæculari tradi, prout apertè diſponit Conſtit. Gregor. XV. debent quoque ſuſpendi in perpetuum ab audiendis confeſſionibus priuari beneficiis, dignitatibus, voce actiua, & paſſiua, ad arbitrium Inquiſitorum, & Confeſſarlis regularibus poteſt imponi, quod teneant vltimum, & infimum locum inter regulares ſui Monaſterij. Et aliquando debent Inquiſitores mandare, vt ſententia contra Confeſſarium regularem lata, publicè legatur in proximo capitulo ſuæ Religionis generali, & hoc ad aliorum terrorem, & exemplum, de quibus pœnis, vide Bullam Gregorianam, & Lud. à Paramo *loco alleg.*.

Sed præſertim Caſtro Palao *dicta diſp.* 9. *punct.* 9. *num.* 2. & pulcherrimam inſtructionem ſeu epiſtolam Supremi Tribunalis Inquiſitionis Hiſpaniæ, datam ſub die 5. Iulij 1580. relatam à P. Diana, de noſtro Tribunali optimè merito, *part.* 4. *reſol. Moral. tract.* 7. *reſolut.* 7. *verſ. aliàs verò pœnas.*

Solent etiam imponi eis pœnitentiæ ſalutares, vt ieiunia, orationes, & ſimilia, prout motis eſt huius Sanctiſſimi Tribunalis in omnibus delictis, ad ipſum pertinentibus.

L 2 Ani

Animaduertere autem debent Inquiſitores contra huiuſmodi confeſſarios ſollicitantes, ne vltra hoc delictum, alia etiam commiſerint, docendo nempe pœnitentes non eſſe peccatum, hanc ſollicitationem, vel tactus impudicos &c. ſuper quo in ſpecie debent interrogari, quod ſi fatentur ſe ea, & docuiſſe, & credidiſſe, abiurare debent de formali, ſi verò in tortura malam credulitatem negent, de vehementi.

§. XVIII.

De ſpeciali pœna ſuſpenſionis à Confeſſionibus, imponenda Confeſſario ſollicitanti, vel de ſollicitatione ſuſpecto.

89. SVſpenſio ab audiendis confeſſionibus inter præcipuas pœnas habetur, quæ confeſſario ſollicitanti indicuntur, vt ſuprà vidimus, idque non ſolum, vt in eo puniatur Sacerdos in quo deliquit, ſed etiam vt à puritate tanti Sacramenti non ſolum malum arceatur, ſed etiam ſuſpicio mali, an autem ſuſpenſio hæc debeat eſſe perpetua, vel temporalis video dubitari à P.Diana.

In qua re dico ego breuiter verſari Iudicis arbitrium, quod cum à iure debeat eſſe regulatum, & à ratione, vt latè demonſtrauit, Menoch. *de arbitrar. Iudicum, lib.* 1. *q.* 14. arbitrarer ego in hac materia poſſe commodè diſtingui duos caſus.

90. Primus caſus eſt, cum Sacerdos de ſollicitatione nec eſt confeſſus, nec conuictus, ſed tantummodo de ea aliquibus probationibus, & præſumptionibus grauatur, & tunc poteſt Sacerdos regulariter loquendo ſuſpendi à Confeſſionibus ad tempus, & ita vidi pluries practicari in noſtro S.Officio Cremonæ, in quo tamen, vtplurimum Rei ſolent ſuſpendi à Confeſſionibus ad arbitrium, vt etiam pluries ordinauit Sacra Congregatio in caſibus ad ipſam relatis, in quibus iuſſit Inquiſitoribus, vt ad arbitrium eminentiſſimæ Congregationis reos de hoc crimine ſollicitationis grauatos ſuſpenderet, & huic caſui conſonat deciſio eiuſdem Congregationis apud Genuenſem *in praxi cap.*81. de qua ſuprà pluries, & quod ex teſtibus ſingularibus in hoc crimine poſſit ad ſuſpenſionem deueniri, pluries atteſtatus mihi fuit Eminent.Cardinal.Camporeus ita paſſim ſeruare Sacram Congregationem.

91. Dixi regulariter, quia poteſt eſſe aliquando quod indicia contra hunc Confeſſarium talia ſint, ac tanta, quod debeat ſuſpendi in perpetuum ſaltem à confeſſionibus mulierum, prout ſupra triginta annos ſuo tempore factum fuiſſe mihi pluries atteſtatus fuit, q. Reuerendiſſimus D. Abbas Stanga in quodam Parocho, qui etiam poſt graues torturas, ex ordine Supremi Tribunalis nunquam fuit permiſſus audire Confeſſiones mulierum.

92. An autem ſi tortura inflicta huic Confeſſario ſit grauis, adhuc ſit locus ſuſpenſioni prædictæ ad tempus, dicendum eſt abſolutè quod ſic.

Primò quia verſamur in materia vndequaque periculoſa.

Secundò, quia pœna ſuſpenſionis à Confeſſionibus magis reſpicit fauorem Sacramenti, quam pœnam Sacerdotis de ſollicitatione ſuſpecti.

Tertiò, quia in praxi numquam vidi huiuſmodi Confeſſarios etiam tortos ex ordine Sacræ Congregationis immunes fieri ab hac ſuſpenſione.

93. Secundus caſus eſt, cum Sacerdos, & Confeſſarius eſt de ſollicitatione, vel confeſſus, vel conuictus, & in iſto caſu arbitror ego ſuſpenſionem debere eſſe perpetuam, in quo etiam caſu intelligo procedere Epiſtolam Supremi Senatus S. Inquiſitionis Hiſpanæ ad Inquiſitores particulares, ſub anno 1600. directam, cuius verba refert P. Diana *vbi ſuprà*, verſ. *Sed in noſtro Tribunali*, quo etiam modo intelligendos puto Doctores ſimpliciter aſſerentes Confeſſarium ſollicitantem ab audiendis confeſſionibus eſſe ſuſpendendum, quales ſunt Cantera, Caſtro Palao, Paramus, Acugna, & Sooſa locis à Diana *vbi ſuprà* indicatis. An autem huiuſmodi ſuſpenſionis pœna poſſit iniungi Confeſſario ſponte comparenti? Ego dicerem quod ſic, maximè vbi caſus eſſet grauis, tum quia ſuſpenſio hæc, vt ſupra dicebamus, magis reſpicit fauorem ſacramenti quàm pœnam Confeſſarij, tum quia ſi pœna eſt, vtique ea eſt leuiſſima, vt latiſſimè probauit Cartar. *in deciſ. fori Archiepiſcopalis Mediol.* 12. *num.* 38. *& pluribus ſequentibus*, Bene verum eſt, quòd in hac materia cum magna circumſpectione procedendum eſt, vt priuilegia ſponte comparentium maneant illæſa, & ſic ipſi Confeſſario poteſt in tali caſu iniungi, vt Confeſſiones non audiat, niſi neceſſitatus, à ſuis ſuperioribus, vt ex ordine S. C. ſcio in noſtra Inquiſitione fuiſſe in caſu graui ſemel practicatum.

§. XIX.

An metus excuſet Confeſſarium ab incurſu pœnarum Bullæ noſtræ.

94. EXemplum poteſt poni in hoc Paragrapho de Confeſſario, qui vocatus à fœmina pro eius confeſſionibus audiendis ab ea ſollicitatur ad turpia, quæ etiam minas ſuperaddit ſe exclamaturam, vim ſibi inferri niſi conſentiat, ob quæ poſtulanti fœminæ conſentit.

95. Breuiter exiſtimo ego talem Confeſſarium ligari noſtra conſtitutione, ac proinde denunciari debere hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus, ita Sancius *in ſuis ſelectis, diſputat. de Sacramen. Pœnitent. diſput.* 11. *num.* 30. verſ. *addam ea Conſtitutione Gregorij*, ratio huius rei eſt manifeſta, quia inhoneſta perficit cum fœmina occaſione confeſſionis, & in Bulla noſtra Gregoriana comprehenditur habens tractatus, & ſermones inhoneſtos cum fœminis in confeſſione Sacramentali, vel occaſione eiuſdem.

96. Nec ex capite metus, poteſt ſe ſe tueri iſte Confeſſarius, quia iſte metus eſt leuis, vti etiam dixit Peirin *ad Priuileg. Minim. tom.* 2. *ad conſtitutionem Gregorij XV.* §.3. *num.* 9. verſ. *& iſte leui iſto timore correptus*, & vt in conſtantem virum cadere metus dicatur debet probabiliter timeri, vt notant Doctores *in l. metum la ſecunda, ff. quod metus cauſa*, vnà cum alijs allegatis per Sanchez *de Matrim. lib.*4.*diſp.*1.*num.*15.

97. Modo in caſu noſtro Confeſſarius non debet damnum aliquod probabile timere, ex acclamatione fœminæ, ſed Deum præ oculis habens animaduertere debet ad aurea verba Ambroſij, in lib. de Ioſeph. c.5. ibi, *non turbentur innocentes, cum falſis criminib. appetuntur, & oppreſſa iuſtitia detruduntur in carcerẽ, viſitat Deus, & in carcere ſuos, & ideò ibi eſt plus auxilij, vbi eſt plus periculi*, & ad hoc adduci poteſt text. in capitulo *Sacris, de his quæ vi*, vbi dicitur metum non prorſus culpam excludere, licet eam attenuet, & ibi id bene probauit Abbas, & cæteri Canoniſtæ, & Tiraqu. *de pœnis temperan. cauſa* 36.

Et

Et cum doctrina iſtorum congruit, quod in caſu
98. noſtro egregie docuit Souſa *in Aphoriſmis Inquiſitorum, lib.1.c.34.n.28.& in Opuſcul.de Confeſſar.ſollicitant. tractat. primo, cap. 17. num. 8. & ſequent.* vbi voluit talem Confeſſarium mitius eſſe puniendum.

99. Non aſſentior tamen Souſæ, dum eum ab omni abiuratione eximit, quia eius traditio procedit ſecundum ſtylum Hiſpaniæ, ſecundum quem iſti Confeſſarij abiurant tantummodo de leui, quia ex ſollicitatione, vt ſupra vidimus, Iur. Conſ. Hiſpani arbitrantur ſolum leuem ſuſpicionem hæreſis oriri, ſed quia ſecundum ſtylum noſtri Supremi Tribunalis regulariter ſollicitatio inducit ſuſpicionem vehementis, hæreſis poſſent Inquiſitores meo quidem iudicio iudicere huic Confeſſario abiurationem de leui, quia quamuis metus adfuiſſet, attamen non defuit culpa mortalis cum abuſo Sacramenti.

100. Sic regulariter apoſtatans à fide coactione non præciſa, ſed conditionali abiurat de vehementi, vel ſaltem de leui, cum ea ſecluſa deberet abiurare de formali, vt diximus *tit.1.§.11.n.62.*

Minuendo igitur etiam in hoc caſu ob metum huic Confeſſario gradum abiurationis, prout minuitur etiam gradus culpæ, dicendum erit locum ſaltem eſſe abiurationi de leui.

101. Neque obſtant Acugn. *de Confeſſar. ſollicitant. q. 9.num.9.*Peirin.*loco allegat.*& Don Anton.Cabreros *in ſua delineat.de metu, libro ſecundo, capite ſecundo, num.*43.

Quia Acugn.& Peirin fundant ſuam ſententiam ſuper *conſ.*7.Graf.*de pœnitent.& remiſſ. in 1.dub.*qui ideo dixit caſum in regno ſuo Neapol.Epiſcopis reſeruatum ſollicitationis in confeſſione non comprehendiſſe caſum de quo agimus, quia non fuit ſollicitatus, qua etiam ratione vtuntur Acugn. & Peirin.

Verùm hæc ratio non poteſt habere locum in
102. caſu noſtro ſtante Bulla Gregoriana pœnis ſuis ſubiiciente etiam Confeſſarios, quoſcunque tractatus, & ſermones inhoneſtos in confeſſione habentes ac proinde comprehendente etiam Confeſſarium ſollicitatum à fœmina in confeſſione Sacramentali, ſi ſollicitationi conſentiat, vt nos etiam *ſupra* probauimus *hoc tit.*6 §.5.

103. Propterea Sancius *dicta diſp.*11 *num.*30. miratur, & ſumma quidem cùm ratione de Bonacina *in ſuis tract var diſp.6. punct.*1. *n.*17.& in parte de Souſa, qui poſt Bullam noſtram ſcripſerunt, quod Acugn. & Graf. ſequantur, quod idem dici poteſt de Peirin.*ad Priuilegium Minimorum loco ſupra allegato num.*10.

104. Quo verò ad Don Anton. Cabreros eruditiſſimum I.C. qui longè ætatem ſuam ſuperauit, cum nondum ferè, (vt ipſe in præfatione ait) tractatum illum in lucem emiſerit completa trieteride 7. dicendum eſt, quod quatenus Confeſſarius hunc,ex capite metus à pœnis noſtræ Conſtitutionis eximere conatur, nec rectè loquitur, nec id vlla ratione probat, nec tandem aliqui ex Doctoribus allegatis excuſationem iſtius Confeſſarij poſuerunt in metu, ſed Acugna, & Graf. in eo quod eſt ſollicitatus, & non ſollicitans, & Ioan.Sancius expreſsè in terminis Bullæ noſtræ contrarium ſenſit, vt *ſuprà* vidimus, & loquens in caſu Bullarum antiquarum rationem adducit ex eo quod ibi nullum eſt Sacramentum.

§. XX.

Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat cum Confeſſario ſollicitante, & pœnitente ſollicitata.

PRimo loco Confeſſarius, circa Confeſſarium 105.
ſollicitantem animaduertere debet, num in mente ſua in actu ſollicitationis habuerit errorem in intellectu, nam tunc habendus eſt pro hæretico formali, & excommunicato excommunicatione Bullæ Cœnæ.

Quod ſi ſemper Catholicè ſenſit, tunc videndum 106.
eſt, an in loco ſollicitationis, caſus Confeſſarij ſollicitantis ſit reſeruatus Epiſcopo, vt eſt in pluribus Ciuitatibus Regni Neapolitani, teſte Graff *de caſibus reſeruatis, lib.1. cap.12.num. 8.& tom.1.eius conſil·lib.4.titulo de cognatione ſpirituali, conſil.*1.& in iſto caſu ſolus Confeſſarius habens facultatem abſoluendi a reſeruatis, poterit Confeſſarium ſollicitatem abſoluere. Si verò caſus ſollicitationis non
107. ſit reſeruatus, quilibet Confeſſarius poterit eum abſoluere, vt ſuprà docuimus in tit.de Apoſtaſia, & in indiuiduo ſollicitationis in confeſſione, docuit Peirin.*in priuil. Minimorum, tom.*2.*ad conſtitutionem quartam, Greg.XV.* §. 9. *num.* 25.& nouiſſimè, P. Trimarcha *de confeſſario abutente, diſp.*14. *ſect.*6. qui (vt ſolet ſemper) loquitur doctè, & erudirè.

Secundo loco Confeſſariis ſollicitantibus propo- 108.
ni debet grauitas delicti potiſſimum ea P.Ribera, *ſuper c.*3 *Sophon.* In illis verbis *Sacerdotes eius polluunt Sanctum. num.*3.cuius hæc ſunt formalia verba. *Sanctum quoque polluunt, & contra legem iniuſtè agunt*(ſcilicet Sacerdotes)*cum Sacræ Confeſſionis receſſu, & ſolitudine, ad turpitudinem abutuntur, & eas, qua vt abluerentur, venerant. magis coinquinant & contaminant. Horum typum portabant impij filij Heli, qui dormiebant cum mulieribus, qua obſeruabant ad oſtium tabernaculi, de quibus paulò ante dictum eſt, Porrò filij Heli, filij Belial neſcientes Dominum, neque officium Sacerdotum ad Populum, (& mox) erat ergo peccatum grande nimis coram Domino, quia retrahebant omnes à ſacrificio Domini, quod quanto melius in Sacerdotes huiuſmodi conueniat, nemo non videt, qualis illorum exitus fuerit ibidem legimus, In die vno morientur ambo, & ſuſcitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet.* Et deinde Ribera ſubiungit infelicem exitum cuiuſdam Confeſſarij, qui hoc ſollicitationis morbo laborabat.

Tertiò, Confeſſarius conſulere poterit ſollicitan- 109.
ti, quod corde puto, ſponte ſe deferat Inquiſitoribus, quia ſi nullis ſit præuentus indiciis, gaudebit beneficio ſponte comparentium, & ſi ſit præuentus iudiciis, gaudebit beneficio comparentium non citatorum, nec vocatorum, de quo plura *infrà titulo de ſponte comparentibus,* ita Peirin.*ad priuil. Minim. loco ſuprà allegato, num.* 33. & Molfeſ.*in Prompt. triplicis iuris, tom.1.tract.7.cap.24.numer.45.&46.*

Circa horum tamen dicta animaduertendum eſt, 11
Quod dum dicunt Confeſſarium ſponte comparentem, v.g.Romæ, gaudere beneficio, ſponte comparentium, licet eſſet præuentus iudiciis Gennæ, grauiſſimè errant, nam ſic eſſet in facultate Confeſſarij, hoc modo euitare pœnas huius delicti canonicas, ſi ſciens ſe præuentum in vno loco, in alio ſponte ſe deferret ad quod euitandum inoleuit Sanctiſſima praxis Sancti Officij appo-

nendi in expeditione ſponte comparentis, clauſulam *dummodo non ſis præuentus in aliquo Sancto Officio*, vel atteſtatur Farin. *de Hæreſi q.193. num. 28. verſ. & ſcias.*

111. Quartò, Confeſſarius circa pœnitentem ſollicitatam, imprimis eam monere debet de ipſius obligatione denunciandi cenſoribus fidei Confeſſarium ſollicitantem hoc enim expreſsè ſtatuitur in Bulla noſtra Gregoriana, §. *Mandantes omnibus Confeſſa-*
112. *rius*, latè Peirin. *loco ſuprà allegato*, §. 9. *numer.* 24. *& ſequentibus*. Et ſic ad denunciandum cogendæ ſunt, etiam mulieres, quæ ſollicitanti Confeſſario conſenſerunt, quidquid enim in contrarium dixerit Portel. *in dubiis regularibus*, in verbo *Sollicitare*, *n.* 15. & hæc opinio verior, & probabilior eſt, vt demonſtrauit Hieron. Rodriq *in Compend. quæſt. regularum, Reſolut.* 131. *num.* 12. & hodie eſt certa, quia ſic fuit deciſum, à Suprema Congregatione Sancti Officij de vrbe, vt patet ex litteris Eminentiſſ. Cardin. Mellini ſub die 25. Iunij 1624. impreſſis poſt flores, Bariolæ, & ante tractatum, Roder. à Cunha *de Confeſſ. ſollicit.* Non enim tenetur mulier explicare ſuum conſenſum, tamquam rem non ſpectantem ad Sanctum Officium, ex quo ceſſat omnis obiectio, quæ ex complicitate delicti poſſet oriri.

113. Dubitari tamen poteſt, an poſſit mulier ſollicitata præmittere correctionem fraternam antequam Confeſſarium ſollicitantem denunciet In qua re tenui in titulo de obligatione denunciandi, opinionem negatiuam, quam etiam nunc conſtantiſſimè teneo, ſtante Bulla &, edictis Inquiſitorum, quidquid in contrarium dixerint. Peirin. *in Priuil. Minimorum, loco ſupra allegato, num.* 16. *&* 27. & Hieron. Rodriq. *d. reſol.* 131. *num.* 13. *&* 14 ad cuius rei comprobationem videnda ſunt ea quæ dixi, *tit. prædicto*, §. 6. *per totum.*

114. Similiter dubitari poteſt an regulares poſſint abſoluere mulierem ſollicitatam, quæ in termino edicti Confeſſarium ſollicitantem non denunciauit, à cenſura, quam in vim edicti prædicti contraxit vigore Priuilegiorum regularibus conceſſorum, quod a quacumque cenſura, etiam Papæ reſeruata poſſint abſoluere, In hac etiam difficultate Portel. *in dubiis regular. in verbo ſollicitare*, *num.* 24. verſ. *tota dubitatio eſt*, & Hieron. Rodriq. *dicta reſol.* 131. *num.* 16. verſ. *vel etiam à regularibus*, affirmatiuam ſenten iam tenuerunt, dummodò mulier parata ſit denunciare Confeſſarium, ego tamen in hoc cautè admodum procedendum arbitror, & rem hanc euenienti caſu, cum Hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus omnino communicandam, cum negatiuam ſententiam teneat, Homob. de bonis, *de examine Eccleſiaſtic tract. 7. c. 7. quæſt.* 35. & alij docti, & pij Viri.
Quomodo autem ſeſe gerere debeat Confeſſarius,
115. cum muliere, virgine honeſtiſſima, vel moniali, ſiue alia quacumque quæ non poteſt adire Inquiſitores, ſine periculo infamiæ, docuit Portel. *in dubiis regularibus*, verbo, *ſollicitare*, *num.* 21. nam ibi dixit tales admitti ad denunciandum per Epiſtolam miſſam ad Inquiſitores, per aliquem ſuum familiarem, vel vt dixit Lazar. *de Blaſphem. quæſt.* 12. *n.* 94 per ipſummet Confeſſarium, verùm hæc forma denunciandi per litteras, non debet executioni mitti, niſi re tota conſulta, cum Reuer. P. Inquiſitoribus, qui in hoc caſo cautius fortaſſe agerent, ſi Confeſſarium delegarent ad recipiendum talem denunciationem ab illa Nobili vel moniali, in hoc tamen me ſemper remitto determinationi Sacræ, & Supremæ Inquiſitionis de Vrbe, magna enim cum circunſpectione procedere debent in hac materia, tam Confeſſarij, quam Inquiſitores.

De cauſis excuſantibus fœminas ſollicitatas à de-
nunciatione, videatur Roder. à Cunha, *de Confeſſ. ſollicit. quæſt.* 19. *per totam*, & ibi Freitas *in additionibus* & P. Trunarcha *de Confeſſ. abutente, diſp.* 12. *& ſeq.* & nos infrà. 116.

Tandem animaduertant Confeſſarij, quod ſi in confeſſione non declarauerint fœminæ ſollicitatæ obligationem denunciandi, grauiſſimè ab Inquiſitoribus puniuntur, Souſa *in Aphoriſm. Inquiſitorum, lib. 1. c.* 34. *num.* 73. & expreſſè hoc in Bulla Gregoriana cauetur. 117.

§. XXI.

Vnde oriatur obligatio denunciandi in fœmina ſollicitata.

VAriant in hac controuerſia Doctores, nam Sanctarell. *de hæreſi*, *cap.* 46. *num.* 10. Bonacin. *in tractat. variis diſput. 6. quæſt. 6. puncto tertio*, *num.* 10. & Bellocb. *de caſibus reſeruatis, parte ſecunda, quæſt.* 9. *num.* 105. qui alios cumulant, voluerunt obligationem hanc immediatè oriri ex Bullis contra huiuſmodi ſollicitantes emanatis. 118.

Fagundez verò *in ſecundo præcepto Eccleſiæ, lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 31. Portell *in dubijs regularibus*, in verbo *ſollicitare*, *n.* 16. Rodericus Acugn. *q.* 21. *n.* 3. vbi Freitas docuerunt hanc obligationem oriri immediatè ex edictis Inquiſitorum, quorum edictorum verba, prout in Hiſpania ſolent publicari refert Caſtr. Palao. *tract. 4. diſp. 9. punct.* 1. *n.* 10. 119.

Prima opinio mihi ſine dubio videtur verior maximè ob verba Bullæ Gregorij XV. ibi, mandamus &c. 120.

Niſi velimus haſce opiniones concordare cum Ioan. Ang. Boſſ. *de Iubileo, in appendice de Confeſſarijs ſollicitant. dubitat.* 22. *n.* 76. qui dixit obligationem hanc denunciandi radicaliter oriri ex Bullis Apoſtolicis, & formaliter ab edictis Inquiſitorum. Hæc tamen concordia poteſt ſibi locum vindicare in Bullis antiquis, nam ſtante Conſt. Greg. XV. certum eſt obligationem denunciandi etiam formaliter ex ea oriri, cum in ea expreſſa obligatio denunciandi legatur. 121.

§. XXII.

De nonnullis cauſis excuſantibus à denunciatione in hoc crimine.

FAgundex *in ſecundum Eccleſiæ præceptum lib.* 4. 122.
cap. 3. *num.* 31 verſ. *ſi ſollicitatio huiuſmodi*, Primo loco vult, quod ſi aliquis ſcit ſub ſecreto naturali ſtricto aliquem confeſſarium ſollicitaſſe aliquam in confeſſione, non tenetur eam denunciare. Ratio ipſius eſt quod obſeruatio huiuſce ſecreti eſt de iure naturali, nec vergit in detrimentum proximi, obligatio autem denunciandi eſt, de iure poſitiuo.

Verùm opinio hæc in praxi, nec eſt conſulenda
nec ſequenda, & contrarium communiter tenent 123.
DD. nam, quod in tali caſu denunciatio non ſit omittenda contra Fagundez in Indiuiduo voluerunt Ioan. Ang. Boſſ. *in dict. append. de confeſſ. ſollicit. dub.* 26. *n.* 87. *& ſeq.* & Ferdin. de Caſt. Pal *in ſuo opere Morali*, *part.* 1. *tract. 4. diſp. 9. punct.* 10. *num.* 5. alios allegaui ego *in hac eadem part. 2. titul. 9. §. 5. num.* 22. Ratio autem huiuſce rei eſt, quod ſollicitatio in confeſſione eſt delictum quod vergit contra bonum publicum, & commune, ſcilicet contra Sacramentum

Pœnitentiæ, & ad illud Sacramentum accedentes,
igitur nullo obſtante ſecreto, etiam inrato (excepto
114. Sacramentali)talis ſollicitatio eſt denuncianda, vt la-
tè dixi *dicto tit.de obligat.* denunciandi, per quæ pa-
tet reſponſio ad rationem Fagundez.
115. Secundo loco idem Fagundez *ibidem n.* 31. verſ.
Antequam fiat, dixit nullo modo ad quem obliga-
ri ad denunciandum Confeſſarium ſollicitantem, ni-
ſi præmiſſa correctione fraterna, non obſtantibus
edictis Inquiſitorum, quam opinionem vbi ex mera
in denunciando non timeatur damnum aliquod pu-
116. blicum, ſequutus etiam fuit, Ioan. Aug. Boſſ *de Iubi-
leo loco alleg. num.*91. Verùm opinionem hanc vti
periculoſam ſemper falſiſſimam eſſe ſum arbitratus,
& eam confutaui *infrà titul.*9.§.4. *num.* 18. & §.15.
num. 64. *hoc tit.* prout eam & reprobauit Ferdin.
de Caſtro Palao, *in ſuo opere Morali.* §. 10. *n.* 2.
vbi ait rarò in his Confeſſariis ſollicit. ſperari poſſe
emendationem, bene Ioan. Saucius, *diſp.*11. *ſele-
cta num.*57.*& ſeq.*
117. Tertiò idem Fagundez vbi ſupra vult fœminam
non teneri ad denunciandum Confeſſarium, niſi
contra eundem adſit aliqua infamia, verùm etiam
hæc excuſatio communiter reprobatur à DD. & in
ſpecie à Boſſio, *vbi ſuprà, num.*84.& Ferdin.de Ca-
ſtro Palao *ibid.dicto puncto* 10 *n.*3.
Probatur, quia ſic raro admodum teneretur fœ-
mina ad denunciandum, cum hoc crimen ſecretiſ-
ſimè committatur, adeò vt à ſolo ſollicitato ſcia-
tur, nec commodè obuiaretur malis, quibus per
ſuas conſtitutiones in hac materia editas mederi
intenduot Sum. Pontifices. Quartò, emendatum
Sacerdotem non eſſe de neceſſitate denunciandum
128. multi voluerunt, Fagundez dum vult præmitten-
dam correctionem fraternam ſi adſit ſpes emenda-
tionis, multo magis voluiſſe videtur ceſſare obli-
gationem denunciandi, vbi adſit emendatio for-
malis, Boſſius *vbi ſuprà, num.* 92. Portell. *in du-
biis regularib.*in verbo, *ſollicitare, num.*18. qui alios
allegant. Verùm neque hæc limitatio in praxi eſt re-
cipienda, vt probaui *in dicto tit.*9.§.6.*per totum.*
129. Et licet ibi loquutus ſim de hæreticorum denun-
ciatione, attamen idem dictum eſt de denunciatio-
ne ſuſpectorum de hæreſi, & in ſpecie de Confeſ-
ſario ſollicitante, ita docuerunt Bonac.*in ſuis tra-
ctat.varys diſp.*6.*punct.*3. *num.*9. & Ferdin.de Caſtro
Palao *vbi ſuprà num.*1. ratio huiuſce rei eſt euiden-
tiſſima, quia denunciatio quam Inquiſitorum edi-
cta præcipiunt non fit ad emendationem Fratris, ſed
ad punitionem, & exemplum aliorum, vt dixi *tit.*9.
§.4.*n.*18.verſ. 3.*quia duplex eſt.*
130. Ex quibus patet quàm periculoſa ſit doctrina Fa-
gundez in hac materia denunciationis faciendæ in
S.Officio, nam verè deſtruit omnia edicta inquiſi-
torum, quæ hoc modo ſeruirent de vento, neque
exiſtimarem Confeſſarium qui haſce opiniones ſe-
quens fœminæ ſollicitare conſuluiſſet non teneri
ad denunciandum ſollicitantem, poſſe & debere in
S.Officio euadere impunitum.

TITVLVS VII.

De Blaſphemis.

SVMMARIVM.

*Blaſphemia quid ſit, & illius vera definitio, n.*2.

3 *Blaſpemia ſemper ſubeſt falſum, vel in actu ſi-gnato, vel exercito.*

4 *Contumelia in Sanctos eſt Blaſphemia.*

5 *De ratione Blaſphemiæ eſt diminutio honoris diuini.*

6 *Blaſphemia an opponatur Religioni.*

7 *Blaſphemia Hæreticalis quid ſit, vbi plura exẽpla.*

8 *Blaſphemia, al diſpetto &c. an ſit hæreticalis.*

9 *Blaſphemia, Puttana, &c. an ſit hæreticalis.*

10 *Blaſphemia non hæreticalis quid ſit.*

11 *Blaſphemia hæreticalis, an ſit dicere, ò Deum iniuſtum.*

12 *Blaſphemia Hæreticalis an ſit dicere, Rinego San Pietro.*

13 *Blaſphemia hæreticales ſpectant ad Inquiſitores.*

14 *Blaſphemia non hæreticales ſunt mixti fori.*

15 *Iudex Laicus an poſſit ſupplere pœnam vbi le-uis ſit ab Eccleſiaſtico blaſphemus iniuncta, & qualiter, &* 16.

17 *Romæ Supremi Inquiſitores de omnibus blaſphe-mis cognoſcunt.*

18 *Blaſphemi Hæreticales ſunt ſuſpecti de hæreſi, & qualiter, & quid ſi ſe excuſent ex magna tur-batione, & ſeq.*

22 *In delictis ex duplici actu inducitur conſuetudo.*

23 *In Blaſphem.tamen non ſufficit bis blaſphemaſſe.*

24 *Quot actus requirantur, & ſeq.*

27 *Conſuetudo blaſphemandi an probetur teſtibus ſingularibus.*

28 *Plures blaſphemiæ vnico contextu prolatæ, haben-tur pro vnica.*

29 *Mitius puniuntur blaſphemiæ prolatæ in ira, maxi-mè ex cauſa iuſta, & 30 & ibi Doctrina pul-cherrima Greg. Lopez.*

31 *Ob ebrietatem minuitur pœna blaſphem. & de multiplici ebrietate, n.*32.

33 *Blaſphemia ioco prolata grauiſſimè puniuntur.*

34 *Blaſphemia in ira, ebrietate, & ioco ſubditur fo-ro Inquiſitorum.*

35 *Onus probandi blaſphemiam prolatam in ira, &c. ſpectat ad Reum.*

36 *Trahentes verba Scripturæ Sacræ ad iocoſa ſub-duntur Inquiſitoribus.*

37 *Qui Imagines Sanctorum conſpurcant facto blaſ-phemant, & etiam ſuſpecti ſunt de vehementi, num.*38.

39 *Horum punitio ſpectat ad Inquiſitores priuatiuè quoad Laicos, & ſeq.*

42 *Deciſio inſignis Supremi Conſilij Caſtellæ.*

43 *Varia blaſphemiarum genera.*

44 *Inquiſitores cognoſcunt de blaſphemijs habentibus connexionem cum hæreſi.*

45 *Non tamen cognoſcunt de non hæreticalibus, niſi cum etiam coniuncta ſunt cum hæreticalibus.*

46 *Supra dicta num.*43.*procedunt in blaſphemiis pro-latis ſub conditione de futuro.*

47 *Reprobatur Salazar de vſu, & conſuet. cap.* 5. *num.* 18.

48 *Dubium graue, quid dicendum, ſi proferantur ſub conditione de præterito, vbi opinio Cantero quæ declaratur, num.*53.

49 *Opinio auctoru in hac re.*

50 *In blaſphemia ſub conditione de præterito non mi-litant rationes allegatæ à Cantera, Royas, Sanch. & Sanctarello.*

51 *Conditio de præterito non eſt conditio niſi impro-priè, & an Epiſcopus poſſit diſpenſare in vo-tis conditionalibus conditione de præterito.*

52 *Matrimonium ſub conditione de præterito falſa vitiatur.*

54 *Qualis ſit hæc propoſitio: hoc eſt verum vti Euangelium.*
55 *Huiuſmodi blaſphemia ſub conditione de præterito ſubduntur iuriſdictioni Inquiſitorum.*
56 *Conſuetudo an excuſet à blaſphemia.*
57 *Blaſphemi an gaudeant Immunitate Eccleſiæ.*
58 *In hoc crimine non dari repulſam teſtium, niſi ex capite inimicitiæ multi voluerunt.*
59 *Alij contrarium tenuerunt, vbi deciſio Curiæ Vicariæ Regni Neapol.*
60 *Parladorus has opiniones conciliauit.*
61 *Verior ſententia eſt in hoc Tribunali dari repulſam.*
62 *Blaſphemis datur tortura, & ſuper Intentione, & pro vlteriori veritate.*
63 *Suſpectis de leui, quando poſſit dari tortura, & an torquendi ſint blaſphemi remittentes ſe dictis teſtium & ſeq.*
67 *Blaſphemi, quomodo debeant abiurare, & ſeq. vbi deciſ. Inquiſitionis Arragon.*
69 *Semel blaſphemans non abiurat & qualiter puniatur.*
70 *Bis, aut ter blaſphemans abiurat, vbi an abiuratio debeat fieri publicè.*
71 *Pœna blaſphemo, quæ imponenda, & ſeq vbi an nobilitas excuſet à pœnis blaſphemiæ.*
74 *Blaſphemanti in ludo ſolet ſub pœna prohiberi ludus.*
75 *Excuſantur ab omni abiuratione, & pœna blaſphemantes in ira, ſi illicò pectus obtuderint, aut coram audientibus dixerint*, Domine miſerere.
76 *Abſolutus in conſcientia à Confeſſario non poteſt moleſtari in hoc Crimine ſecundum Bartolum.*
77 *Hæc opinio Bartol. falſa eſt, & communiter reprobata.*
79 *Galiard. vult taliter in foro conſcientiæ abſolutum mitius eſſe puniendum, & quomodo hæc traditio poſſit procedere.*
79 *Abſolutus ab excommunicatione, in foro conſcientiæ, adhuc à Iudice poteſt puniri in foro exteriori.*
80 *Minoribus regulariter pœna minoratur.*
81 *Fallit hoc ſecundum aliquos in crimine Blaſphemiæ.*
82 *Exemplum D. Gregorij, & puerorum qui irriſerunt Eliſeo.*
83 *Quoad abiurationem minor ætas Blaſph. non ſuffragatur, ſecus quoad alias pœnas, n. 84.*
85 *Refertur Conſtitutio Sanctiſſimi D N. in materia celebrantium, cum non ſint Sacerdotes.*
86 *Inter pœnas, quæ Blaſphemis imponuntur, præcipua eſt, quod ſtent præ foribus Eccleſiæ.*
87 *Hæc pœna ortum habet à cap. 2. de Maledicis.*
88 *Hæc pœna ceſſat in Clerico, & nobilibus, n. 89. vbi bene Lopez.*
90 *De Iure ciuili pœna Blaſphem. eſt mortis naturalis.*
91 *Hæc pœna in praxi non obſeruatur, & quid in variis regionibus obſeruetur*
92 *Senatus noſter Mediolani aliquando Blaſphemos punivit pœna triremium, aliquando etiam morte naturali, & ibi plures huiuſce Excellentiſſimi, & Religioſiſſ. Senatus Deciſiones.*
93 *Exemplum punitionis vnius Blaſphemi in Gallia ex Gothofredo.*
94 *Blaſphemus, habens errorem in intellectu eſt excommunicatus excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini.*
95 *Quid ſi pœnitens dubitet de intentione ſua.*
96 *Blaſphemia hæreticalis, vt plurimum ſolet eſſe reſeruata.*
97 *Reſeruatio an liget ignorantes.*
98 *Reſeruatio blaſphemiæ non ligat ruſticum ignorantem vim verborum blaſphemiæ.*
99 *Blaſphemus de quibus interrogandus.*
100 *Grauitas Blaſphemiæ ex Scripturis.*
101 *Item ex diuinis vltionibus.*
102 *Qualitas ſatisfactionis eſt arbitraria Confeſſario.*
103 *Pœnitentia præſeruatiua Blaſphemo iniungi debet.*
104 *Blaſphemo conſuetudinario num abſolutio differenda.*
105 *Opinio Io. Sanctij ſuper quo fundetur.*
106 *Confeſſarius non habet ius interrogandi pœnitentem ſuper conſuetudine peccandi.*
107 *Contraria opinio magis comm. à DD. approbatur.*
108 *Blaſphemia prolata ex conſuetudine quando ſint peccata mortalia.*

DE variis ſignificationibus, huiuſmodi nominis blaſphemiæ videndi ſunt Sanc. *in Præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 32. num. 1.* & Sanctarell. *de hæreſi, tractat de Blaſphemia, cap. 1. dub. 1.* vbi alij DD. allegantur.

§. I.

Quid ſit Blaſphemia.

SVarez *de Religione tom. 1. lib. 1. de Irreligioſitate, cap. 4.* Blaſphemiam definit, vt ſit verbum maledictionis, conuitij, ſeu contumeliæ in Deum, definitionemque hanc latiſſimè explicat, *toto illo c. 4.* 1.

Verùm mihi magis placet definitio Blaſphemiæ quam tradit Sanchez *loco ſupra citato*, vt ſit Loquutio falſa contra Deum per modum conuitij, quam etiam ante Sanchez tradidit, Bannes 12. *quæſt. 13. art. 1. Notabili.* 2.

Dicitur primò, loquutio, quia ſcilicet Caſtro, *lib. de Iuſta hære. punitione*, & Cordub. *in quæſtionario, lib. 1. q. 17. §. 15. notab. 1.* ſenſerint in ſolis factis, & ſignis poſſe eſſe blaſphemiam, vt ſi quis imaginem conculcet, attamen verius eſt blaſphemiam in ſolis verbis, mente, ore, vel ſcripto prolatis conſiſtere, ita Suar. *dicto cap. 4. num. 4.* verſ. *Nihilominus dicendum* Sanch. *dicto cap. 32. num. 5.* Sanctarell. *in dicto tractatu de blaſphemia, cap. 1. dub. 3. num. 5. & ſeq.*

Dicitur ſecundo loco, falſa, quia ſemper in blaſphemia ſubeſt falſum, vel in actu ſignato, quod contingit, cum aliquid falſum Deo tribuitur, vt Deus eſt iniuſtus, vel aliquod verum de Deo negatur, quod contingere poteſt non ſolum ſi blaſphemus vtatur verbis modi Indicatiui, ſed etiam ſi vtatur verbis modi optatiui, & imperatiui, in quo modo licet non conſiſtat falſitas, in enunciatione eius quod eſt, vel non eſt, attamen conſiſtit falſitas in affectu, vt in Deo ſit, quod eſſe nequit. 3.

Vel in actu exercito, quod euenit, quando, & ſi verum ſignificatur, at ex ipſo irriſorio, & contumelioſo modo ſignificandi, ſignificatur id eſſe tanquam irriſorium, & contumelioſum in Deo, vt cum inhoneſtè pudenda Chriſti, vel Sanctorum nominatur, ita Caiet. 2. 2. q. 13. *art. 1.* verſ. *quoad ſecundum*, Simanch. *de Cath. Inſtit. 8. de Blaph. n. 2.* Valentia, 2. 2. *diſput. 1. q. 13. puncto 1.* Sanch. *dicto cap. 32. num. 6.* vbi reſpondet ad argumenta, Suar. *loco ſuprà citato, num. 9.* contrarium ſentientis, quem ſequutus fuit, Sanctarellus, *dicto tract. de Blaſph. cap. 1. dub. 4. per totum.*

Dicitur tertio loco in Deum, nam licèt etiam contumelia in Sanctos prolata, ſit blaſphemia, attamen eatenus dicitur blaſph. quatenus, contumelia 4.

redundat

redundat in Deum, quia Deus in Sanctis maledicitur, vti declarat Sanctarellus *dicto tract. de Blaſph. c.1.dub.1.*verſ.*Obicies primò.*

5. Dicitur quarto loco, per modum conuitij, nam de ratione Blaſphemiæ eſt diminutio, & derogatio diuinæ gloriæ, quæ duobus modis contingere poteſt, primo modo volendo directè illam diminutionem, quo pacto Damnati in inferno Blaſphemant: alio modo volendo illam indirectè, quoniam ſcilicet, qui Blaſphemiam vſurpat, licet directè nolit imminutionem diuinæ gloriæ, attamen attentis circumſtantiis, & modo vſurpationis, merito vſurpatio illa iudicatur habere diuinæ gloriæ contemptum, ita Sanch.*d.c.*32.*n.*2. Valentia. 2.2.*diſp.p.q.*13. *punct.*1 *notab.*2.& Sanctar.*loc.cit.dub.*2.*per tot.* Ex his

6. Quærunt DD. num Blaſphemia opponatur Virtuti Religionis, an verò confeſſioni fidei.

In hac re, communis reſolutio eſt blaſphemiam vt ſic in genere ſumptam opponi virtuti Religionis, non autem confeſſioni fidei. Probatur, quia blaſphemia, vt ſic derogat honori Deo debito, at iſte honor debetur Deo ea virtute Religionis, igitur, &c.

Quod autem non ſit contra confeſſionem fidei, probatur, quia Dæmones blaſphemant, & tamen credunt, nec errorem habent in intellectu, cum ſciant eſſe Deum iuſtum, &c. ergo Blaſphemia poteſt eſſe ſine mala credentia, & infidelitate, ita Suar. *de Relig. loco cit. cap.*6. *num.* 6. *& ſeq.* Valent. *dicta q.*13.*punct.*2. Sanctarell. *d.c.*1.*dub.*5.*per tot.* Beccanus. 3.*p.ſummæ c.ap.*12.*num.*4.*& ſeq.* Sanch.*c.*32. *n.*7. qui alios latiſſimè allegat.

Non eſt tamen negandum, vt plurimum in Blaſphemia hæreticali, eſſe etiam coniunctam malitiam oppoſitam confeſſioni fidei, ſaltem externæ, prout docuit idem Suar.*dicto cap* 6.*num.*7.& Sanctarell.*vbi ſupra num.*12.*&* 13.& hoc modo intelligendi ſunt D.Thom.*dicta q.*13.*art.*1. Caſtro.*de iuſta hæret.punitione, lib.*1.*cap.*12. dum voluerunt, blaſphemiam opponi confeſſioni fidei.

§. II.

De Blaſphemia hæreticali, & non hæreticali.

PRæcipua Blaſphemiarum diuiſio eſt in hæreticalem ſeu qualificatam, & in non hæreticalem, ſeu non qualificatam.

7. Hæreticales Blaſphemiæ ſunt, quæ ſignificant & continent errorem contra fidem, cuiuſmodi ſunt, quando per verbum indicatiui modi, aſſeritur aliquid fidei contrarium, ita Sanch.*in alleg.cap.*32 *n.*36. Eymericus *in Directorio Inquiſit.p.*2.*q.*41.*num.* Pegna, *com.*76. Duardus *in Bullam Cœnæ, lib.*2 *canone* 1.*quæſt.*12 *num.*29. Sanctarellus *de hæreſi in tractatu de Blaſphemia cap.*8 *dub.*1.*num.*2. Suar.*de Relig.tom.* 2 *lib.*1.*de irreligioſitate, cap.* 5.*num.* 6.verſ. *Altera diuiſio*, Comitolus *Reſponſ.Moral.lib.*4.*quæſt* 9.*cap.* 3. Barboſ.*de Officio Epiſcopi alleg.*51. *num.*86.*& ſeq.* Zanard.*in ſumm.diuinorum præceptorum, tom.* 2. *c.* 64.verſ.*Hæreticalem*, latiſſimè Farin. *quæſt.*20.*num.* 28 *& ſeq.*

8. Huiuſce generis Blaſphemiæ plura à DD. dantur exempla, & quidem primò pro Blaſphemia hæreticali habetur dicere *al diſpetto di Dio*, ita Gramat. *deciſ.*50. Menoch qui alios allegat *de arbitr.Iud.caſu* 375.*num.*4 Naldus in *ſum. in verbo Blaſphemia n.* 1. Scortia *in Bullas.Theor.*222.verſ.*Hæreticales* Molfeſ.*in ſumm.tract.*11.*cap.*3.*num.*20.*&* 27. Io Baptiſta de Thoro, *in compendio deciſ.Regni.* 1.*p fol.*79.*verſ.* Blaſphemia, an cenſeatur dicendo, *al diſpetto.*

Ex quo patet opinionem Baldi, qui contrarium conſuluerat *in conſ.*476. ille qui dicit, *lib.*3 eſſe erroneam, & temerariam, & ita inconcuſsè hæc Blaſphemia in S Officio habetur pro hæreticali, niſi declaremus tam vti eam declarat Suarez *de fide*, etiam ſi diſpliceat Deo, quomodo eam intellexiſſe viſus eſt Aceued.*ad Regias Hiſpan.Conſt.lib.*8.*tit.* 5.*l.* 1. *num.* 81. dum dixit dictam blaſphemiam, non eſſe hæreticalem cum eius opinione tranſeunt cæteri omnes I.C. Hiſpani, vt videre eſt ex Royas, & aliis alleg. per Sanch.*in ſum.l.*2.*c.*32 *n.*15.

Secundò, pro Hæreticalibus Blaſphemis habentur dicere, *Renego Dio, la Croce, la Fede il Sacro Criſma, la purita della B.V.M.* ita Sanch *loco proximè citat.* Salcedo *ad Diaz, c.*115.verſ.*& quia ſæpiſſimè*, Barboſa *dicta alleg.*51 *n.*88.

Tertiò pro hæreticali Blaſphemia habetur dicere *putana di Dio*, nam hæc verba ſunt contra puritatem Dei, ita Naldus, *vbi ſupra, num.*1. Homob. de bonis, *de caſibus reſeruatis, p.*2. *caſu* 1. verſ. *contra vero colligitur*, Belochius *de caſibus reſeruatis, p.*1. *q.* 1. *num.* 141. quidquid in contrarium in terminis huius blaſphemiæ conſuluerit Girlenzon *conſ.* 85, *per totum*, quia verè nihil de qualitate huiuſce blaſphemiæ dixit. Et ſic in S. Officio Cremonæ adeſt conſuetudo eam puniendi ſupra 80. annos vt conſtat ex votis Manuſcriptis D.Amidani ſæpè in hoc opere a me citatis. 9.

Et certè ſi Blaſphemia, *potta di Dio* ab omnibus habetur pro hæreticali, mihi perſuadere non poſſum Blaſphemiam hanc non eſſe hæreticalem.

Quartò, pro hæreticali Blaſphemia habetur dicere, *potta di Dio*, ita ſæpiùs fuiſſe deciſum à Curia Archiepiſcopali Neapol. atteſtatur Viu.*deciſ.*388.

Quintò, idem iudicandum de blaſphemis, *Dio ingiuſto, Dio traditore, Dio partegiano*, Zanard *in ſumm.* 1.*ſ.cap.* 10.verſ. *Tertiò*, *dixit* Comitol.*dicta quæſt.*9.*cap.*

Sextò, Idem fuit iudicatum de Blaſphemia, *al diſpetto di quel becco cornuto &c. ne hò pur fatto vna*, per Senatum Pedemont. teſte Theſauro Iun.*quæſt.forenſ.lib.*1.*q.*78.& hæ formulæ blaſphemiæ hæreticalis, non deſinunt eſſe tales, licet proferrentur ſub conditione, quia habent in ſe implicitam affirmatiuam, ita Royas *de hæret.p.*2.*n.*173.*&* 174.& nos *infrà*, §.8.*num.*48.

Blaſphemia non hæreticalis ea eſt quæ, & ſi ex modo dicendi, & in actu exercito, ſignificant errorem contra fidem, attamen ſecundum ſe, & in actu ſignato, non affirmat aliquid contra fidem, Sanch.& alij omnes *ſupra* alleg. quibus addi poteſt, Do. meus Marta *de Iuriſd.p* 2.*cap* 13.*num.* 12. tales ſunt omnes imprecationes Deo factæ, & omnes maledictiones eidem datæ, & hoc, niſi ſint Deo factæ per verba modi indicatiui, nam tunc eſſent hæreticales, vti animaduertit Sanch. *loco citato, num.* 36.*in fin.* 10.

Imo Suarez, *dicto c.* 5 *n.*7. addit hæreticales eſſe blaſphemias dicere, *ô Deum iniuſtum, ô Deum improuidum, &c.* licet non proferantur per verba indicatiui modi. 11.

Dubitari etiam poteſt, an cum de Sanctis aliquid renegatur, vt dicendo, *Renego San Pietro*, tunc Blaſphemiæ ſint hæreticales: ad quod quæſitum 12.

Dicendum quod non quia per illas blaſphemias non negatur, neque affirmatur aliquid, quod ſit contra fidem, Ita Sanch.*vbi ſupra*, etiam, quod accepit ab Inquiſitoribus, quod in huiuſmodi Blaſphemiis non procedunt.

§. III.

§. III.

An Blaſphemia ſit mixti fori.

DIſtinguendum hoc loco eſt, inter blaſphemias
hæreticales, & non hæreticales.
Primò, quoad blaſphemias hæreticales illæ ad Iu-
13. dicium ſpectant Inquiſitorum, ita Simanch. *de Cath.*
Inſtit. tit. 8. Caſtro *de iuſta heret. punit. lib.* 1. *c.* 12. Al-
bert. *de agnoſcend. aſſert. Cath. q* 6. *n.* 24. *&* *q.* 12. *n.* 63 cũ
aliis pluribus cumulatis per Sanctarellum *de hæreſi,*
tract. de Blaſph. cap. 8. *dub.* 1. *num.* 1. Leon. *in The-*
ſaur. fori Eccleſiaſtici, p. 2. *cap.* 16. *num.* 30. Salcedo *ad*
Diaz in pract. c. 113. verſ. *quandoque tamen* Barboſ. *de*
Officio Epiſcopi, *tom.* 3. *alleg.* 51. *num.* 89. Et ad Tri-
bunal Inquiſitorum taliter ſpectant, quod nullus
alius poteſt de eis cognoſcere, Barboſa *vbi ſupra*,
Scaccia qui alios allegat *de Iud. Ciuil. Crimin. &*
hæretical. lib. 1 *cap.* 11 *num.* 56. Do. meus Maria *de In-*
riſdictione p. 1. *c.* 13. bene Capiblan. *de poteſtate Baro-*
num, Prag. 8. 1. *p num.* 96. vbi quod Collaterale Con-
ſilium remittit Iudici Eccleſiaſtico cognitionem ha-
rum Blaſphemiarum.
14. Secundò, quoad Blaſphemias non hæreticales illæ
non ſpectant ad forum Inquiſitorum, ſed ſunt mixti
fori, & datur locus præuentioni inter Iudicem Ec-
cleſiaſticum, & Sæcularem, text. eſt in cap. 2. *de Ma-*
led. quem ad hoc eleganter notat Socin. *conſ.* 119. *lib.*
4. ita communiter concludunt omnes *ſupra* allegati.
Salcedo, verſ. *Eſt quidem ex noſtro*, Leon. *n.* 29. *Bar-*
boſ. n. 93. & alii locis *ſupra* allegatis.
Notant tamen communiter DD. quod ſi Iudex
15. Eccleſiaſticus laicum præuenerit, pœnámque leuem
reo impoſuerit, poterit Iudex ſæcularis tenm eun-
dem condemnare vſque ad condignam pœnam,
Bald. in Auth. *Clericos*, *col.* 1. *Cod. de Epiſcop. & Cle-*
ric. latiſſimè Salcedo, *loco proximè allegato*, & Bar-
boſ. *n.* 95. qui alios DD. allegat.
16. Verùm, rectè ex Salcedo *vbi ſuprà*, notat Barboſ.
hoc pœnæ ſupplementum à Laico non fieri, quia
ad Eccleſiaſticum, vti digniorem ſpectat declaratio
an pœna ſit condigna necne, & ſemper declarabit
eſſe condignam, & hæc de iure communi.
17. Nam Romæ adeſt Conſt. quædam Iulij III. quæ
incipit, *In multis*, in qua delegat cognitionem om-
nium blaſphemiarum in Deum B. M. V. & Sanctos,
Inquiſitores Generales Vrbis, prout latius ex ipſa
conſtitutione apparet quæ eſt in Bullario in ordine
43. f. 545

§. IV.

An Blaſphemus ſit ſuſpectus de hæreſi, & qualiter.

DIſtinguendum etiam nunc eſt, inter hæretica-
18. les & non hæreticales, nam quoad non hære-
ticales clarum eſt, quod non ſunt ſuſpecti de hæreſi
eas proferentes; quoad blaſphemus verò hæreti-
cales regulariter ſunt de hæreſi ſuſpecti, & ratio eſt,
quia aliàs de illis Inquiſitores minimè cognoſcere
poſſent, ita ſupponunt omnes DD. de hac materia
tractantes, & expreſsè dicunt, Locatus *in In-*
diciali Inquiſitor. in verbo *blaſphemia*, *num.* 3. & Fa-
rin qui alios allegat, *de delict. & pœnis*, *quæſt* 20
num 4.
Sed difficultas eſt, an talis blaſphemus ſit ſuſ-
pectus de hæreſi leniter, vel de vehementi, qua in
re diſtinguendi ſunt duo caſus.
19. Primus caſus eſt, in blaſphemante pluries, &
conſuetudinariè, tam in ludo, & ira, quam extra
ludum, & iram, & ad omnem leuem animi mo-
tum, & in hoc caſu blaſphemus eſt ſuſpectus de
hæreſi vehementer, Eymeric. *in Direct. Inquiſit. quæſt.*
41. *num.* 5. *p.* 2. Vbi Pegna, *in comm. illius*, *q. eſt.*
Locatur *in Iudiciali*, verbo *Blaſphemia*, *num.* 5.
Zanard *in ſumma diuinorum*, *p* 2. *cap.* 62. verſ. *Si ve-*
rò id faciat. vbi quod etiam ſi quis in ira blaſphe-
met, ſi tamen id faciat ex habitu, & poſtquam
ſæpè fuit correptus, tunc etiam de vehementi erit
de hæreſi ſuſpectus, Genuenſ. *in praxi Archie-*
piſcopali Neapolitana, *cap.* 18. *in nonu*, *num.* 11. verſ.
Item Blaſphem. frequentia namque habituata vehe-
mentem ſuſpicionem ſolet in hiſce caſibus parere,
Eymericus, & aliis locis *ſuprà* indicatis.
Secundus caſus eſt in Blaſphemante non ex ha- 20.
bitu, ſed rarò & in ludo, tantùm, vel in ira tan-
tùm, & in iſto caſu talis Blaſphemus redditur tan-
tummodo ſuſpectus de leui hæreſi, ita Eymericus,
Pegna Locatus *vbi ſuprà*, *num.* 6. & aliis locis alle-
gatis.
Neque excuſari poteſt allegando, quod huiuſmo- 21.
di blaſphemias protulerit quis ſola turbatione, &
furia, non ex mala credentia, nam hoc eſt excu-
ſare excuſationes in peccatis, ſicuti namque ab
Apoſtaſia à fide, & per conſequens ab Hæreſi, non
excuſatur timore mortis Mahumetem adorans, & ſi-
milia faciens ſecundum Rayn. *de Apoſtat. quæſt.* 7
verſ. *circa iſtos*, ita à præſumptione hæreſis excuſa-
ri non debet Blaſphemus, licet in ira blaſphemet,
nam maior commotio in mente inſurgit ex timore
mortis; quam in ludo ex amiſſione pecuniarum
Eymericus, *dicta quæſt.* 41 *num.* 7. vbi rationem hanc
latius explicat, & Locatus in dicto Verbo *Blaſphe-*
mia, *num.* 6. verſ *nec prodeſt*, vbi omnia *& ſingula*
verba Eymerici tranſportauit.
Ita etiam docuerunt, quoad qualitatem ſuſpici-
onis tam in primo, quàm in ſecundo caſu Repertor.
Inquiſitorum in verbo *Blaſphemus*, §. *ſed an tales*
blaſphemi, Lælius Zech. *in ſumm. tom.* 1. *c.* 25. *Rubr.*
de blaſph. in generali, *num.* 3. *circa medium*. *in tract.*
de fide, Zanard. *in ſumm. diuin præcept. tit. de blaſph c.*
10 verſ. *Blaſphemi autem in ira*, Lazar. *in tract. de*
blaſph. q. 6. *n.* 8. *&* 9.

§. V.

Quis dicatur aſſuetus Blaſphemare, & ex conſuetudine.

QVamuis regulariter in delictis ex duplici actu 22.
inducatur conſuetudo, vti dixi gloſ. cap. *mos*,
diſt. 1. & in cap. *sua nos*, & cap. *illo vos*, *de pignori-*
bus, Graff. *deciſ.* 48. *num.* 3. Cephal. *conſ.* 28. *num.* 12.
quod enim bis fit, frequenter fieri dicitur, cap. *Mo-*
naſteria, *de vita*, *& Honeſt. Cleric.* & ibi Abb. *num.*
5. vnde Dæmoniaci energumeni & laborantes mor-
bo caduco, ſi frequenter cadant non poſſunt in or-
dinibus miniſtrare, cap. *communiter*, 33. *diſtinctione*, *&*
cap. 1. 7. *quæſt.* 2. & dicuntur frequenter cadere ſi bis
cadant, vti dixit gloſ. in dicto cap. *Monaſteria*.
Attamen ad hoc vt quis dicatur habere conſue- 23.
tudinem blaſphemandi non ſufficit, quod bis blaſ-
phemauerit, ſed requiritur, vt ſæpe, ac ſæpiùs id
fecerit, ita Alex. *conſ.* 77. *num.* 8. *lib.* 1. Mantua *ſing.*
606. *num.* 3. Bellon. *conſ. fi. num.* 5. Selua *de Iuram. p.*
vltima, *q. fi. num.* 9. Albert. *de agnoſcend. aſſert. Cath.*
q. 6. *num.* 15. Decianus *tract. crim. tom* 2. *lib.* 6 *cap.* 3. *n.*
26. Maſcard. *de probat. concl.* 194. *num.* 1. Menoch. *de*
Arbit. Iud. cent. 4. *caſu* 375. Lazar. *de blaſph. q.* 8. *n.* 4.
&

4.& 5.Graff *de caſibus reſeruatis*, *lib.3.cap.10.num.* 32.*& ſeq.& num.*57.verſ.22. *non comprehenditur*, & Sanctarellus *de hæreſi*, *tract.3 de Blaſphemia, cap.6. dub.* 5. *num.* 5.verſ. *ad hoc verò*, Farin. *quæſt.* 10. *num* 43.

24. Quot autem actus requirantur, vt quis blaſphemate ſolitus dici poſſit, multi multa dicunt, Nam Lazarus *vbi ſupra*, *num.*5.ad minus, conſuetudi-
25. nem blaſphemandi in aliquo Inducendam, vult requiri quinque actus interpollatos.

Zanardus verò *in ſumm.diuin.præceptorum*, *tom.*2. *cap.*64.verſ.*Vnde ad conſtituendum*, vult, requiri ſaltem decem actus blaſphem.in anno,ſed melius

26. Menoch *dicto caſu* 375.cum quo, & ego ſentio videtur hoc reliquiſſe arbitrio Iudicis, addo ego, dummodo tamen actus blaſphemandi ad minus ſint quinque.

27. Controuerti modò ſolet, an conſuetudo hæc blaſphemandi probetur per teſtes ſingulares. In qua difficultatè.

Hyppolitus Riminaldus, poſt Crot quem allegat, *conſ.*7.*num.*31.*in fin.& num.*83. voluit conſuetudinem hanc ſufficientes probari per teſtes ſingulares.

Alex. verò *conſ.* 72. *per tot.vol.* 1. optimis fundamentis probauit conſuetudinem blaſphemandi, non probari per teſtes ſingulares, & Alex. ſequuti ſunt, Boer.*deciſ.* 301.*num.*11 Gramat.*in Conſt.Blaſphemantes*, *num.*18.Bellon *conſ.vltim.num.*5.Decian.*in tract. crimin.tom* 2.*lib.*6.*c.*4.*num.*8.*& cap.*5.*num.*5.Maſcard. *de probat.concl.*194.*num.*2.*lib.*1.Farin. qui alios allegat, *de teſtibus*, *quæſt.* 65. *num.* 289. & nouiſſimè Buccar. *de differentiis inter Iudicia Ciuil.& Crimin. differentia* 68.*num.*11.ex quibus colligi poteſt, quod ab hac opinione, vti communiter à DD. recepta, nefas eſſet recedere,

De hac autem probatione per teſtes ſingulares in S.Officio latè agemus *in* 3.*parte huius operis*, interim tamen videndi ſunt Souſa *in ſua peculiari diſputatione de teſtibus ſingularibus*, *poſt eius Aphoriſmos Inquiſitorum*, & P. Diana *p.*4.*reſol. Moral. tract.* 7. *reſolut.*33.*per tot.*

28. In fine tamen huiuſque quæſtionis animaduertendum eſt, quod actus per quos probari intenditur conſuetudo blaſphemandi debent eſſe interpollati, nam ſi quis vnico impetu plures blaſphemias proferret, non diceretur talis pluries blaſphemaſſe, ſed ſemel tantum, Cepol.*conſ.* 76.*in Crim.* Anguſ. *conſ.*12 *in princ.lib.*1. Pœnut *de Momento temporis*, *cap.*10.*num.*16.& Bellon.*de iis quæ incontinenti fiunt*, *lib.*1.*cap.*97 *num.*11.Farin. *de delictis & pœnis*, *quæſt.* 20.*num* 43.Lazar *de Blaſph. quæſt.* 8.*num.*8.*num.* 23. *& ſeq.* optimè Salazar, *de vſu. & conſuet. cap.* 6. *num.*13.vbi quod plures proferens blaſphemias vnico impetu, licèt puniatur pœna plurium blaſphemiarum; attamen cum de credulitate blaſphemantis agitur, quia in hæreſim tendunt, inſpiciendum eſt interuallum temporis, vt de vna vel pluribus blaſphemiis, vel hæreſibus puniatur: bene verum eſt, quod hic ob multiplicationem blaſphemiarum eſt acrius puniendus, Bellon.*vbi ſupra*, *num.* 18.latè Azeuedus *ad Regias Conſt.lib.*8. *tit.*4 *lege* 1.*num.*43. vbi allegat Couar.*lib.* 2.*variarum*, *cap.* 10.*num.*7. verſ.*Hactenus tractatum eſt.*

Bene Bellon. Papienſ.*de his quæ incontinenti fiunt*, *lib.*1.*cap.*97.*num.*21.qui alios cumulat, facit, quod notat idem auctor *in eod.tractat.lib.*2.*c.*16.quod ſcilicet interficiens duos homines vnico ictu ſclopi, vt ſuo tempore Papiæ accidiſſe atteſtatur, non dicitur duo homicidia commiſiſſe ad effectum, vt cenſeatur exclуſus à beneficio Indulti Potentiſſimi Regis, & Domini noſtri excludentis eum, qui alia duo homicidia commiſit, & generaliter, quando vnum, vel plura ſunt delicta, videatur Couar.*var.reſol. lib.* 2.*tit.*10.*num.*8.

§. VI.

De Blaſphemia hæreticali prolatà in ira in ebrietate, & ioci cauſa.

QVo ad blaſphemos hæreticales in ira, iam *ſuprà* dixi ipſos eſſe tantummodò de leui de Hæreſi ſuſpectos, nunc etiam dico ipſos eſſe mitius puniendos, ita namque docuerunt, Albert.*de agnoſcend.aſſert.cath.quæſt.*17.*num.*2.*&* 3.& alij pluſimi allegati per Farin.*de delictis, & pœnis*, *quæſt.*20. *n.*47.Lazar.*de blaſph.q.*7.*n.*61.*& ſeq.* 29.

Addit tamen Farin *ibid.num.*48. diligenter conſiderandum eſſe, an ira ortum habuerit à iuſta, & graui cauſa, an à leui, & iniuſta, primo, namque caſu minùs puniuntur; ſecundo verò magis, & *ibi* enumerat cauſas iuſtas iræ, & *num.* 48. expreſsè voluit iram, quæ inſurgit ex ludo prouenire ex cauſa illicita, & iniuſta, cum ludus præcipuè alearum, & taxillorum ſit à iure reprobatus, *l.Alearum vſus*, *C. de Relig.& ſumpt.funerum*, ita voluit etiam Albertinus *de agnoſc. Aſſert.q.*27. *num.*8. *& num.* 18. cum aliis *ibi* allegatis, inſpicienda etiam eſt diligenter qualitas perſonæ, nam ſi eſſet ruſticus magna ira commotos ex cauſa iuſta ab omni ſuſpicione Hæreſis excuſaretur, ſic in fortioribus terminis, magna C V.Neapol.abſoluit quendam ruſticum, qui dum cum domino eius creditore altercaretur, ex magna ira, & inconſideratè hæc verba protulit, *Quod Deus non poterat facere, quod ipſe teneretur ad tantas operas*, Io.Baptiſta de Thoro *in Compendio deciſion. Reg. n.*1.*part fol.*79.verſ.*Blaſphemans.* 30.

Auctoribus citatis adde Greg.Lopez, bene in hac materia loquentem *in Rubr. tit.*28 *part. tit.*7.*gloſ.*1. vbi etiam ipſe diſtinguit, de ira orta ex iuſta vel iniuſta cauſa, & addit quod ira poteſt eſſe tanta, quod æquiparetur dementiæ, vt cùm quis ſubitò ex aliqua paſſione prorumpit in verba blaſphema, quorum ſignificationem non conſiderat, nam in hoc caſu talis non peccat mortaliter, ex S. Thom. loco *ibi* per Greg.allegato, quod etiam ex poſt dixit Scipio Rouit. *in pragmat.Regni Neapol. Rubr. de Blaſphemantibus*, *num.*9.vbi alios allegat.

Excuſabuntur etiam à pœnis blaſphemi hæreticales in ebrietate, vel ſaltem mitiſſimè punientur, 31.
Ita Farin.*dicta q.*20.*num.*50.*& ſeq.*Lazar. *de Blaſph. q.*8.*num.*47.Salcedo *ad Diaz.cap.*113.*circa finem*, verſ. *Excuſabitur autem iis*, idem enim iudicandum eſt de ebrio ac de furioſo, & mente capto *l.omne delictum §.per vinum ff de re militari.*

Idem etiam dicendum eſt de dormientibus, Salcedo, *vbi ſuprà*, verſ.*Erunt etiam à pœna.*

Sed ad maiorem præmiſſorum claritatem aduertendum, quod ebrietas eſt triplex, leuiſſima, leuis & magna. 32.

Leuiſſima eſt, quæ mentem non impedit, ſed tantum exhilarat hominem, eumque promptiorem reddit, & de hac agit, Bald.*l.*1.*num.*40 *C.vnde vi*, vbi etiam ait pœnam delicti, ob hanc ebrietatem, non minui.

Leuis eſt, quando calor vini mentem turbat, & in hoc caſu, ebrietas ſolet minuere pœnam, Landeschius, qui alios allegat *conſil.*307.

De qua etiam ebrietatis ſpecie loquutus fuit Ioannes

nes de Anania, *in c.2.de maledic.* dum dixit ebrietatẽ excuſare blaſphemum à tanto non à toto, & dicta Ananiæ ibi ſequutus fuit Greg.Lop. *loc.ſupra proximè allegato*, verſ. *quid autem in ebrio blaſphemante.*

Magna eſt quæ mentis alienationem inducit, atque hæc delictum prorſus tollit, cum hæc ebrietas furori propè ſimilis ſit, Laderch *vbi ſuprà, per tot. conſ.* quem omnino vide. Et ſicuti triplicem diximus eſſe ebrietatem, ita triplicem eſſe itam dixit idem Laderch *loc.cit.* verſ. *Magna eſt*, de qua eadem omnino ſunt dicenda quæ de ebrietate diximus.

Dictum verò DD. vulgatum, quod ebrietas excuſat à tanto, non à toto, de quo Albertinus *de agnoſcend. Aſſer. quæſt.*36. procedit in ebrietate leui, non in leuiſſima, quæ nec à toto, nec à tanto excuſat, non in magna, quæ ab vtroque excuſat.

Quia tamen difficillimum eſt cognoſcere, an ebrietas inducat totalem mentis alienationem, & Eccleſia non ſolet iudicare de occultis, tutiſſima eſt opinio Albert. *loco citato num.*16. quod ebrio dicenti verba Blaſph. vel hæretica ad cautelam depoſita ebrietate ſemper imponatur aliqua pœnitentia, ſiue quis peccauerit per ebrietatem; inſaniam, calorem iracundiæ, ſeu furorem, ſeu etiam dormiendo, argumento, *cap. excommunicatorum*, 23. *quæſt* 5.

33. Qui verò per iocum, vel etiam lubricum linguæ blaſphemias hæreticales euomunt, grauiſſimè ſunt puniendi, ita Pegn. *comm.* 17 *in* 1. *p. litera B.* verſ. *& quamvis regulariter*, Lazar. *de blaſp. q.*6. *n.*11. verſ. *Extenditur* 5. Salcedo *ad Diaz dicto cap.* 113. verſ. *ſed locus iſte*, Farin. *de hæreſi*, *quæſt.*179. *n.*45. Sanctarell. alios referens *de hæreſi, tract.*3. *de blaſph. cap.*8. *dub.*2. *num.*3.

34. Sed an iſti ſint puniendi per Epiſcopos, & alios Ordinarios, an per Inquiſitores controuertunt Doctores.

Verior tamen communiórque ſententia eſt iſtos poſſe, & debere per Inquiſitores puniri, nam ex quo hæreticalia proferunt verba, negari non poteſt, quin ſint de hæreſi ſuſpecti, & conſequenter Inquiſitorum iuriſdictioni ſubiecti, & ita tenuerunt Pegna, *vbi ſuprà* verſ. *num autem*, Salced. *ibidem*, verſ. *ſed verum qui talia*, Farin. *dicta quæſt.* 179. *num.* 48. & Sanctarell. *loco allegato*, qui omnes in iſto caſu dicunt Inquiſitores, poſſe imponere pœnam pecuniariam, quamuis ad augendam, vel minuendam pœnam, conſideranda ſit qualitas perſonæ iocantis, verborum, & aliarum circumſtantiarum.

Et in omni caſu, ei qui aſſerit ſe lubrico linguæ vel in magna ira Blaſph. protuliſſe, incumbit onus
35. hoc probandi, latiſſimè Pegn. & Sanctarellus *locis alleg.* ille verſ. *ad hæc illud*, iſte *num.*4. & Pegna *eodem loco ſub litera D*, vbi latè de proferente has blaſphemias per lubricum linguæ, & quod eodem modo puniri debeant.

36. Ab Inquiſitoribus quoque puniri poſſunt, qui verba Sacræ Scripturæ ad iocoſa trahunt, libellóſque componunt, ita Pegna, *vbi ſuprà*, verſ. *poſtremò*, Salcedo, *loco citato*, verſ. *quæ ſanè ſunt obſeruanda*, & Sanctarellus *dicto n. in fin.*

§. VII.

De fœdantibus, & conſpurcantibus Imagines Sanctorum.

37. DE hoc delicti genere in præſenti pertractandum eſt, quoniam tales imagines conſpurcantes, &c. facto dicuntur blaſphemare vti communiter dixerunt DD. *infrà* citandi.

Et imprimis huiuſce criminis reos eſſe de hæreſi vehementer ſuſpectos conſtat inter omnes, vti do- 38.
cuere Alphonſus de Caſt. *de iuſta hæretic. puniti lib.* 1. *cap.* 11. *&* 15. Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neapol. cap.* 18. *num.* 11. *in fin. & in addit num.*17. P. Zanard. *in ſumm. diuin. Præceptorum*, *cap.*64 verſ. 2. *Dico quod eadem pœna*, *tom* 2. vbi quod hi aliquando etiam abiurant de leui tantum, & regulariter de vehementi, non autem de formali (ſi Catholici ſint) Quamuis ait ipſe, aliqui tenuerint hos non debere abiurare, quia Maieſtatem confitentur, & eam tantummodo odio, & malo animo offendunt, Simanch. *in Enchiridio iudicum violatæ Relig. tit.* 10. *Rubr. de effractoribus imaginum*, Lazar. *de blaſph. q.* 6 *num.*14.

An autem hic caſus ſit mixti fori, vel potius ad 39.
Inquiſitores pertineat, priuatiuè quoad Laicos diſputant DD. in qua difficultate,

Clarus *in Pract. Crim §. fin. q.*68. verſ. *Imaginem*, 40.
Simanch. *de Cathol. Inſtit. tit.*33. *num.* 17. voluerunt hoc delictum eſſe mixti fori, ita vt ſit locus præuentioni inter iudicem laicum, & Eccleſiaſticum, & illos varios caſus particulares, in quibus tales delinquentes à Iudicibus ſæcularibus fuerunt condemnati referentes, ſequuntur Baiard. *ad Clarum*, *num.* 49. *& ſeq.* Farin. *de delict. & pœnis*, *quæſt.*20. *num.*68, *& ſeq.* Menoch. *de Arbitr. Iud. caſu* 376. *per tot.* Franch. *deciſ.* 504. vbi Riccius *in addition.* Caballus *in ſuis reſolut. Crimin. centuria prima*, *caſu* 41. Farinac. *in nouiſſ. addit. ad dictam quæſt.* 20. *ſub num.*68. *&* 70. qui alios refert & concludit eſſe locum præuentioni inter Iudicem ſæcularem, & Inquiſitorem, Franc. Bernard. Portus, *in ſuo faſciculo rerum Criminalium*, *fol.*45. vbi meminit de quodam dicto il Spagnoletto, qui ex ordine Senatus noſtri Excellentiſſimi fuit ſuſ-
penſus ob pedibus calcatam Sacram Imaginem, & 41.
quamuis hæc ſit communiſſima opinio, attamen ego contrariam opinionem veriorem puto, videlicet,

Cognitionem huiuſce criminis ſpectare ad Iudices fidei, priuatiuè quoad laicos, moueor ex pluribus, &

Primò, Quia ſi is, qui taliter delinquit verbo, dixiſſet Imagines Sanctorum non eſſe venerandas, vtique talis blaſphemaſſet hæreticaliter, & per conſequens puniendus eſſet ab Inquiſitore priuatiuè, quoad laicum, vti ſupra dixi, at voluntas alicuius, non minus verbo, quam facto declaratur *l. reprehendenda*, vbi DD. *Cod. de Inſtit. & ſubſt.* quinimo voluntas magis facto quàm verbis declaratur, Barboſ. *Axiomate* 230. *num.*4. qui alios allegat, fractione autem, aut conſpurcatione alicuius Imaginis, clarè patet tales reos velle fateri Imagines non eſſe venerandas, igitur etiam hi facto hæreticaliter blaſphemantes ſubduntur iuriſdictioni Inquiſitorum priuatiuè, quoad laicos.

Secundò, quia ita fuit deciſum à Supremo Regio
conſilio Hiſpaniæ, in quodam nouiter conuerſo, 42.
qui imaginem B.M.V. fregerat, quique prima ſententia fuerat condemnatus, ad amputationem manus, & ad ſuſpenſionem in furca, & cum ab hac ſententia hic reus appellaſſet, ad Regiam Pincianam Cancellariam; iuſſu DD. de dicta Cancellaria, cauſa hæc remiſſa fuit ad Inquiſitores, à quibus poſtea fuit ob non probatum delictum abſolutus, ita ſuo tempore accidiſſe ſcribit Azeuedus I. C. inſignis ad Regias Conſtitutiones. *lib.* 1. *titulo* 1. *leg.* 3. *num.*7. *& ſeq.* qui etiam vlterius tenet hanc remiſſionem iuſtiſſimè factam fuiſſe, & de hoc crimine ſolos Inquiſitores poſſe cognoſcere.

Tertiò, Moueor ex eo quod nullus huc vſque

controuertit,

controuertis, quod Inquiſitores ſoli ſint Iudices in cauſis ſortilegorum hæreticaliom, vt v.g. ſortilegij in quo ſortilegus vtitur Hoſtia conſecrata, vel baptizat imagines, vt *infrà* probaui *in tit. de ſortilegis*, & hoc non ex alia ratione, quàm ex eo, quod niſi crederet hoſtiam conſecratam habere virtutem ad ſortilegia illa non vteretur, vt ibi dixi ex Alphonſ. à Caſtro, & aliis, quod tenere eſſet hæreſis, igitur etiam in caſu noſtro idem dicendum, nam deturpana imagines, niſi crederet, imagines non eſſe venerandas, non eſt præſumendum, quod illas deturparet, ſicuti etiam Baptizans imagines, niſi crederet eas poſſe baptizari, non eſt præſumendum, quod illas baptizaret.

Quartò, Moueor ex eo, quia apud Græcos iſti effractores Imaginum vocantur Hæretici, vti notauit Azeuedus *vbi ſuprà, n 9. circa medium.*

Atque ita tenet Azeuedus omnino videndus, *vbi ſuprà*, Genuenſis in Praxi Archiepiſcopali Neapol. *cap.18. in additionibus, num.*17. & Lazar. *de blaſphemia, q.6. num.* 14.

Neque obſtat, quod communiter opponitur, quod inquiſitores non poſſint imponere pœnam condignam huic delicto, quia hoc negatur, nam poſſunt ex enormitate delicti, & eius circunſtantiis, hoſce reos Brachio ſæculari relaxare, Azeued. *loco citato* & Genuenſ. *dicto num.* 17. *in fin.* prout etiam Bononiæ, tres qui plures imagines in Ciuitate conſpurcauerant de ordine Supremi Tribunalis, Sanctæ Romanæ Inquiſitionis, fuerunt brachio ſæculari traditi de anno 1623. qui debitas tanti ſceleris pœnas perſoluerunt, & ita contra hoſce reos obſeruari in Hiſpania atteſtatur Souſa *in ſuis Aphoriſm. Inquiſit. lib.2. cap.42 n.14. ſequentibus.*

Et de iure hoſce reos ad pœnam mortis naturalis etiam puniendos dicit Viſcont. *in ſuis concl. iuris, in littera I*, in verbo *Imagines*, vbi alios allegat, quibus addi poteſt Præſes Gotofred. Abano *in ſua praxi & theorica criminali, in §. hæreſis num.*54. *& ſeq*

Et tam enorme eſt hoc delicti genus, vt illius Rei, à C. Regis noſtri indulto generali excludantur Maſtril. *ad indultum, cap.*26. *n.*14. *&* 15. vbi idem concludit de blaſphemo hæreticali, & ſic Franc. Bernard. Portus *in ſuo faſciculo rerum Crim. fol. mihi* 46. atteſtatur ſe non potuiſſe obtinere ab Excellentiſſ. Senatu noſtro Mediolani, quod quidam Benedictus Vicecomes, ob Hæreticales blaſphemias ad remum per quinquennium damnatus frueretur beneficio decreti gratioſi.

Prout nec in Regno Neapolit. in Blaſpemiis Dei, & eius Sanctiſſimæ Matris, ac Sanctorum Apoſtolorum tranſigi poſſe, nec pœnam commutari, nec fieri gratia ex Regia Pragmatica Cardinalis Granuellani, tunc illius Regni Proregis, teſtes ſunt Gagliardus *de delictis mentalibus, & actualibus, lib.2. de Blaſphem. num.* 126. *in fin.* verſ. *Item in Blaſphemia*, & Ioan. Dominicus Taſſonus *in prugmat. Regia, de Anteſato*, verſ. 2. *obſeruat.* 2. *num.* 139. & verſ. 12. *obſeru.* 1. *num.*15.

§. VIII.

De variis generibus Blaſphemiarum, & an Inquiſitores aliquando poſſint punire blaſphemias non hæreticales.

43. Quamvis ſupra de variis blaſphemiarum generibus dixerim, attamen nunc maioris huiuſce materiæ declarationis gratia, nonnulla exempla adducam ſimilium blaſphemiarum.

Et Primò de Blaſphemia, *nec Deus ipſe ſi deſcenderet de cœlo, amoueret frumentum de Area hu.*, clarum eſt, quod eſt hæreticalis, & de hac blaſphemia videatur Viuius *deciſion.*275. *n.*18. Lazar. *de blaſph. quæſt. num.*13.

Secundò ſub hæreticalibus blaſphemis, comprehenduntur etiam blaſphemiæ hæreticales prolatæ ſub conditione, Royas *de hæreticis, part.*2. *num.* 73. *& ſeq.* Lazar *de blaſph q.*7. *n.*44. *& ſeq.* quia in actu conditionali, adeſt voluntas de præſenti.

Tertiò, pro hæreticali blaſphemia habetur dicere, *Dio Parteſano*, Plot *in tract. de Blaſph. num.*27. Lazar *de Blaſph. q.7. num.*29.

Quartò, qui diceret *Dio becco Diauolo*, ſi eſt aſſuetus proferre blaſphemias atroces in Deum, præſumitur verbum illud iniurioſum retuliſſe in Deum, alias ſecus. Lazar. *de Blaſph q.*3. *n* 19. verſ *Hinc in facti.*

Quintò, controuerti poteſt an blaſphemare dicatur, dicens *al diſpetto, che non vò dir di Dio, vel putana, che non vò dir della V. M.* & Plotus in tract. de blaſph. num.17. voluit hunc blaſphemare hæreticaliter, nam inquit ipſe, proteſtatio illa non releuat, vti contraria facto.

Lazarus, verò *de blaſph. q.*3. *num.*30. tenet oppoſitum, nam negatio poſita ante verbum regulariter inducit orationem negatiuam, & ita etiam ego in mitiorem partem inclinans teneo, Neque obſtat ratio Ploti, nam in hoc Crimine, in hoc Tribunali declarationi expreſſæ potius ſtari debet, quam facto contrario, cum verſemur in his, quæ in animo conſiſtunt, vt dixit Menoch. *de arbitr. caſu* 86. *num.*9.

Sextò dicere, *Putana della Vergine*, non proferendo nomen Mariæ, eſt hæreticaliter blaſphemare, nam ex communi vſu loquendi appellatione Virginis, per excellentiam intelligitur B.V M. ita Plot. *de blaſph. n.*13. Laz. *in eodem tract. quæſt.*3. *num.*38. Beluchius *loco infra alleg.*

Septimò dicere, *al corpo di Dieci, ò dirà vel putana di Dio becco, vel al diſpetto di Chriſtophoro, vel putana della vergine Giouanna*, non eſt blaſphemare, attamen Iacobus Ramirez *in tract. de cuſtodia linguæ, cap* 3. ait talia verba proferentem malefacere, *nam ſicuti*, inquit, *qui ſe ad ignem ſæpe approximat, quandoque ab eo comburitur, ita etiam qui ex conſuetudine huiuſmodi verba proferet, quandoque verè blaſphemat.* Quod ampliatur in luſore, qui ſemper præſumitur blaſphemare. & addere illa verba doloſè, ita Lazarus *de blaſph. q.*3. *num.* 33. Et de his omnib. & aliis ſimilibus blaſphemiarum generibus, vide Bellochium *de caſibus reſeru. part.*2. *q.*12. *num.*6. *& pluribus ſeq.*

Quo ad ſecundum, dico quod ſolus Inquiſitor cognoſcit, non ſolum de blaſphemiis hæreticalibus, ſed etiam de habentibus connexionem cum hæreſi, ita Albertinus *de agnoſcend. aſſert. Cath. q.*22. *num.*63. vbi ait ſufficere, quod blaſphemia habeat in ſe hæreſim explicitam, vel implicitam, vt de illa Inquiſitores cognoſcant, Alphonſ. à Caſtro *de iuſta hæret. punit. l.*1. *c.*12. *in fin.* ibi, *blaſphemia autem, quæ habet quandam cum hæreſi vicinitatem, vel connexionem ad Inquiſitores ſpectat*, Royas *de hæreticis, p.*2. *aſſert.*12. *n.*168. & Lazar. *de blaſphemia q.6. n.*10. 44.

De illis verò blaſphemiis, quæ nec hæreticæ ſunt, nec cum hæreſi cognationem habent non ſolent cognoſcere Inquiſitores directè, licèt ex illis ſoleant malam, & prauam inquiſit. Rei indolem arguere, Sanctarell. *de hæreſi, tract.*4. *de blaſph. c.*8. *dub.*2. *n.*2. De illis tamen etiam cognoſcunt Inquiſit. cum ſunt 45.

coniunctæ, cum blaſphemiis hæreticalibus, & ita paſſim obſeruatur in hoc Sacro S. Tribunali.

§. IX.

De blaſphemiis ſub conditione.

46. QVia diximus *ſuprà num.* 43. blaſphemias hæreticales non deſinere eſſe tales, quamuis eis adijciatur aliqua conditio, nunc pro clariori veritate, & intelligentia huiuſce rei,

Animaduertendum eſt, quod ea de plano procedunt cum blaſphemia profertur ſub conditione de futuro, quia tunc omnes rationes adductæ a Doctoribus militant, vt videre eſt ex Cantera *in ſuis q. crim. tit. de blaſphem.* n. 3. Sanch. *in ſumm lib.* 2. *c.* 32. *n.* 24. Azeued. *ad Reg. Hiſpan. Conſt. nou. recopil. l.* 8. *tit. de los blaſphemos, l.* 1. *n.* 14. Sanctarell. *in tract. de blaſphemia poſt eius tract. de hæreſi, c.* 2. *dub.* 1. *num.* 13.

47. Neque obſtat ratio adducta per Salazar de vſu, & conſuetudine *cap.* 5. *n.* 38. quod conditio nihil poſſit in eſſe, quia vt ſupra dicebamus, in actu conditionali adeſt voluntas de præſenti, & ex blaſphemia illa conditionali ſignificatur fidem noſtram non eſſe firmam, cum poſſit à futuro euentu pendere, vt dixit Sanctarell. *vbi ſuprà.*

Dubium quidem graue eſſe poteſt, quid dicendum ſit de blaſphemia prolata ſub conditione de præterito.

48. In qua difficultate ſecundum traditiones Canteræ Sanchez, & Sanctarellus *vbi ſuprà*, concludendum videretur idem iudicandum de blaſphemia prolata ſub conditione de futuro, ac prolata ſub conditione de præterito, nam Doctores exemplificant traditiones ſuas in hac blaſphemia *ſi hoc non eſt verum renego Deum*, & dicit Cantera, quod talis proferens eſt blaſphemus, & ſubditur Iudicio Inquiſitorum, ſiue illud, quod aſſerit non ſit verum, ſiue ſit verum.

49. Ego tamen ſaluo ſemper veriori iudicio, & ſalua determinatione S. M. Eccleſiæ, & Sacr. Congregationis dicerem talem proferentem verba blaſphema ſub conditione de præterito, quam non extitiſſe eſt impoſſibile ſi verè extitit (vt præſuppono) non poſſe dici blaſphemum hæreticalem.

Probatur concluſio, & pro faciliori probatione ponatur exemplum tale. Si dies externa non præteriit nego Deum, tunc ſic, iſte proferens talem propoſitionem ita firmiter credit in Deum, vt ex vi ſuæ propoſitionis Impoſſibile ſit eum non credere in Deum, quia impoſſibile eſt diem externam non præteriiſſe, igitur iſte non eſt blaſphemus hæreticalis.

50. Secundo probatur, quia in caſu iſtius blaſphemiæ non militant rationes conſideratæ à DD. ſupra allegatis, nam Sanch. *d. c.* 32. *n.* 24. mouetur ad aſſerendum verba etiam ſub conditione prolata blaſphemiam importare ex eo, quod fidei humanæ denegatur omnimoda firmitas, cum ſignificetur quaſi pendens ex conditione contingenti.

Ad hæc ratio ceſſat in conditione de præterito, quia eſt conditio nōn contingens, ſed neceſſaria, quam impoſſibile eſt non extitiſſe.

Sanctarell. verò *vbi ſuprà*, mouetur ex eo, quod in iſtis propoſitionibus conditionalibus videtur fides noſtra pendere à conditione, quæ poteſt eſſe, & non eſſe, quæ in effectu eſt eadem ratio cum ratione Sanchez, de qua *ſuprà.*

Ad hæc ratio non poteſt applicari caſui noſtro, quia conditio prædicta, ſi dies externa non præteriit non poteſt eſſe, & nō eſſe, ſed eſt conditio neceſſaria.

Royas *loco ſuprà, n.* 43. *allegato*, rationem adducit ex eo quod in actu conditionali adeſt voluntas de præſenti.

Sed neque hæc ratio obſtat noſtræ concluſioni, quia vt ſup. dicebamus, voluntas quæ de præſenti adeſt in proferente dictam propoſitionem, eſt Catholica, & impoſſibile eſt, quod ex vi dictæ propoſitionis non ſit Catholica, quia impoſſibile eſt dictam conditionem non extitiſſe.

Nec etiam quicquam facit ratio Canteræ *loc. ſup. allegato*, quia licet verba illa ſint temeraria, & ſcandaloſa, attamen nihil negant de Deo, imo ex vi illius conditionis ſignificant eſſe credendum Deo, ſicuti impoſſibile eſt præterita non extitiſſe.

Hæc tertio loco mirificè comprobantur ex Doct. 51.
Bart. *in l.* 1. *de condit. & demonſt. n.* 5. vbi dixit conditionem ſub tempore præterito non eſſe conditionē niſi admodum impropriè, quod idem dixit I.C. *in l. cum ad præſens, cum duabus ſeq.* vbi benè Gotofred. *in ſuis notis, ff. ſi certum petatur*, vnde ex ſtipulatione, de præterito non oritur obligatio conditionalis, ſed pura: ſic quamuis controuertant DD. an Epiſcopus poſſit diſpenſare in votis conditionalibus ſub conditione de præterito, vt videre eſt ex longa ſerie alleg. per Sanch. *in ſumm. lib.* 4. *c.* 40. *n.* 88. *& plurib. ſeq.*

Sicuti igitur in his actibus, ſtipulationibus, & Votis obligatio eſt pura, ita in propoſitionibus conditionalibus, ſub conditione de præterito aſſenſus eſt purus, & proferens habet mentem, & aſſenſum Catholicum.

Ad hoc idem allegari poteſt pulcherrima doctrina 52.
D. Th. *in* 4. *ſent. diſt.* 29. *q. vnic. art.* 3. quam alleg. & ſequitur Paulus Duranus *de conditionibus, & modis impoſſibilibus, ac iure prohibitis, p.* 3. *c.* 2. *n.* 12. *& ſequent.* quod ſcilicet quamuis conditio impoſſibilis adiecta contractui Matrimonij vitietur, ita quod Matrimonium reiecta illa conditione ſuſtinetur *c. fin. de conditionibus appoſitis*, Paulus Duran. *in eodem tract. p* 4. *c. per tot.* Attamen quando ſumus in conditione de præterito falſa vtique illa non vitiatur, ſed vitiat Matrimonium, quia remouet conſenſum ab actu, igitur etiam in noſtro caſu omnis aſſenſus hæreticus remouetur à dicta propoſitione.

Et ſi vere DD. *ſupra* allegati in contrarium dili- 53.
genter inſpiciantur, loquuntur in blaſphemia conditionali conditione de futuro, & cum exemplificant in conditione, ſi hoc eſt verum, intelligi commodè poſſunt, cum aſſerta veritas non eſt nota proferenti, nam tunc verè proferens blaſphemiam ſub illa conditione blaſphemat hæreticaliter.

Et ſi dicatur proferentem blaſphemiam etiam ſub conditione de præterito æquare certitudinem humanam certitudini diuinæ,

Reſpondendum erit, quod propoſitiones, quæ
ex ſe videntur æquare vtramque certitudinem, puta 54.
dicendo, *hoc eſt verum ſicuti eſt Euangelium*, poſſunt dupliciter conſiderari, vno mōdo, vt illa dictio, *Sicuti*, denotet æqualitatem, & tunc vtique illa propoſitio contineret hæreſim, quia ſemper magis eſt neceſſaria veritas reuelata, quacumque alia veritate humana, quantumuis euidenti. Si verò illa dictio, *Sicuti*, denotet tantummodo ſimilitudinem, hoc modo illa propoſitio non continet hæreſim, licet modus loquendi ſit malus, & quia regulariter, & ex communi vſu loquendi propoſitiones certitudinem diuinam, & humanam æquantes intelliguntur ſimilitudinariè, vt ita loquar,

niſi

niſi aliter conſtet de mente eas proferentis noo ſunt blaſphemæ, ita Sanchez *d. c.* 32. *ſup. alleg. n.* 31. & lariſſimè propoſitionem illam, *hoc eſt verum*, ſicuti Euangelium, examinans Parlador. *in ſuis quaſt. quotid. poſt diff. iuris*, q. 18. §. 1. *n.*1. *& ſeq. & n.*4. vbi air, quod , qui huiuſmodi verba protulit ſi verum dixit nullo modo eſt puniendus , quia non protulit ea verba animo blaſphemandi, ſed ex certitudine veritatis Euangelicæ dictum ſuum confirmauit.

55. Quidquid tamen ſit de huiuſmodi blaſphemiis ſub conditione de præterito prolatis,nam me remitto ſemper cum omni humilitate , & reuerentia determinaoioni Sacræ Congregationis,certè continent verba temetaria,ſcandaloſa , & piarum aurium offenſiua,& vti talia ſubiecta punitiooi Inquiſitorum.

§. X.

An conſuetudo Ciuitatis excuſet à pœnis blaſphemia ,& an blaſphemi gaudeant immunitate Eccleſia.

COntrouettunt DD. an commuois conſueiudo regionis excuſet blaſphemantes , vt videre eſt ex Farin. *de delictis, & pœnis*, q. 20. *n.*44. *& ſeq.*& Saoctarell. *de hareſi, tract.* 3. *de Blaſph.cap.*6. *dub.* 5.8.qui alios DD. allegant.

56. Sed communiſſima ſententia eſt negariua , ita Farin. & Sanctarel. *locis alleg.* nam in iis, quæ ex ſua natura mala ſunt, conſuetudo non excuſat,gloſ. io cap. *ſanè de tempor. ordinat.* Lazar. *de blaſph. q.*3.*n.*21.Vnde Griuel.*deciſ.*24. *Senatus Dolani,n.*22. *& ſeq.*inuehit in eos DD. qui blaſphemis aiunt minuendam eſſe pœnam ob conſuetudinem Ciuitatis.

Conſuetudo enim ait Griuel. aggrauar delictum, & multis graſſantibus opus eſt exemplo *l.aut facta*, §. *fin. ff.de pœnis*, & creſcente malitia , iuſtum eſt pœnam augeri, vid. *dict. deciſ.* quia in hac materia blaſphemiæ pulcherrima eſt, & erudita.

Sic Senatus noſter excellentiſſimus Mediolani ſeuerus blaſphemantium Iudex, vt deberent eſſe omnes Principes ſecundum tradita à Deciano *in ſuis tract. crim. tom* 2. *lib.* 6. *c.* 6. *n.*17. & Gottofred.ab Auo *in Theoric. & pract. crim. in* §. *Blaſphemia* , *n.* 1. numquam admittit capitula , per quæ impotati de blaſphemia volunt conſuetudioem probare ad excuſationem illius delicti. Iuber enim Iudicibus criminalibus vt illa reiiciant , vt atteſtatur Clarus *in* §. *Blaſphemia*, verſ. *Item poteſt*, ibi, *Senatus tamen noſter*, quem ſequitur Gottofred. *in ſuis notis*, *ad Nouellam* 77. *coll.* 5. *tit.* 6. *c.* 1. *litera G.* verſ. *Placet in eo tantum quod praſtet.*

Praxis etiam,& ſtylus huiuſce Sacroſancti Tribunalis contra Lazar.ſeruat Indiſtinctè quod quicunque ſuſpecti de hæreſi ſunt , à miniſtris S. Officij extrahuntur ab Eccleſia , & in carceribus detinentur, vti etiam atteſtantur Farin. *de immunit. Eccleſia.c.*13. *n.* 175. Abbas Gilliſh. *in ſua ſumma caſuum conſcientia.*in verbo *blaſphemia*, *num.*12.

57. An autem gaudeant immunitate Eccleſiæ? Breuiter loquendo de Blaſphemo hæreticali, reſpoodendum eſt, quod non, nam talis eſt ſuſpectus de fide, & ſuſpecti de fide, non gaudent immunitate Eccleſiæ, ita io terminis blaſphemi docuerunt Ricc. *variarum reſolut.tom.*2. *reſol.*9. Peregr. *de immunit.Eccleſia. c.* 12.*n.*22. & Alex. Ambroſ. *ad Bullam Gregor. XIV. de immunit. Eccleſia* , *c.* 8.*n.*12. Diana *reſol. Moral.*1. *part.tract.*1.1.*reſol.*38.

Careoa de Offic. Inquiſit.

Licet contrarium tenuerit Lazar. *de blaſph.q.*5.*n.*73.

§. XI.

An in crimine Blaſphemi detur repulſa teſtium.

MAgis communiter dixerunt DD. ſpeciale eſſe in hoc crimine , provt , & in crimine læſæ Maieſtatis , quod non detur repulſa teſtium niſi ex capite inimicitiæ. Ita docuerunt vt antiquos DD. omittam, Scipion.Rouit.*ad pragmat. Regni in Rubr. de blaſphem. num.* 1. vbi allegar Annam Seniorem *ſingular.*67. Galiard. *in dicto tit.de blaſphem.n.* 125. verſ. *& blaſphemus non poteſt* , Viſcont. in verbo *blaſphemia hinc infertur*, qui alios allegant. 58.

Contrariam tamen opinionem tenuerunt Clar. *in* §.*blaſph.*verſ.*vltimo*,Boër. *deciſ.*302. *n.* 12. Ludouic.Gilbauſeo *in ſua arbore iudicial.crimin.c.*1.*tit.* 1. *de blaſphm.n.* 17. vbi dixit contrariam opinionam à pleriſque fuiſſe reiectam , vti plenam rigoris & Camill. Borell. *in ſua ſumm. deciſ. tom.*2.*tit.* 25. *n. n.*79. vbi air, quod licet crimen Blaſphemiæ odio habeat , attamen pluries pro inquiſitis de eo delicto feci reprobatiooem teſtium , quæ in magna Curia Vicariæ fuit admiſſa. 59.

Haſce contrarias ſententias concordare curauit Parlador. *quotid. Iuris* , *quaſt.poſt eius ſeſquicentur. diff. iuris,quaſt.*18.§.2. *n.*5. *& ſeq.* vt prima opinio habeat locum , cum homo humilis , & vilis huiuſce criminis accuſatut , ſecunda verò , vbi vir oobilis, & integræ exiſtimationis. 60.

Certè opinio Clari verior eſt,& magis practicata, maximè in hoc Sacroſancto Tribunali, in quo nomina teſtium ſupprimuntur, vnde ſicuti in hoc limitantur, & reſtringuntur defenſiones teorum, vtique In alio ſunt ex æquitate ampliandæ , & extendendæ, vt ſcilicet detur repulſa teſtium ſecundùm text. *in l. cum qui ff.de iureiur.* 61.

§. XII.

De tortura blaſphemis danda.

BLaſphemis quoque dari torturam clariſſimum eſt,ſiue pro veritate habenda,ſiue etiam ſuper intentione:pro veritate quidem habenda, cum veritatem nolunt confiteri:ſuper Intentione verò, cum de credulitate eorum,quæ interrogati Catholicè reſpódentes, vrgentur coniecturis , de hæreſi , Molfeſ. *in ſum.tract.*11. *c.*3. *n.*27. verſ. *contra iſtos blaſphemos*, hæc patent, tum ex dictis de Indic. & tortura , tum ex dictis in tit.*de ſortilegiis*,in q.*de abiuratione ſortilegis iniungenda.* 62.

In præſenti autem dubitari poteſt, an tortura in caſu noſtro ſit danda blaſphemo,cum tantummodò eſt de hæreſi leuiter ſuſpectus, in qua difficultate, 63.

Campanil.*in diuerſ.Iuris Canon.rubr.*11.*cap.*26.*n.* 63.*&* 64.& Rodet.à Cugna *de Confeſſ.ſollicit. q.*23. *n.*14. verſ. *Atque de his*, voluerunt ſuſpectum de leui,nullo modo eſſe torquendum.

Mouentur primò,quia ex leuibus indiciis non poteſt dari tortura , neque io cauſa fidei , vti dixi, & latiſſimè probaui *in dicto tit de ſortileg.loco alleg.*

Mouentur ſecundò,ex eo,quod diſputant DD.num ex leuibus præſumptionibus, ſit quis de fide interrogandus , & tamquam de hæreſi ſuſpectus carcerandus, & Simanch.*de Cathol.Inſtit. tit.*50.*num.* 28. *& ſeq.& in Enchiridio Iudicum violata religionis,titul.*41.*n.* 7. dixit ſibi valde acerbum videri aliquem de fide interrogari , quid ſentiat ex ſolis leuibus 64.

ſuſpicionibus, niſi fortè verſaremur in homine vilis, & abiectæ conditionis, & Simanch. ſequitur Doctiſſimus Peña *ad Direct. p. 2. comm. 12. in fin.* vbi addit, Hoc ait, eſt certum ad nullius capturam veniendum eſſe, ea his tantùm indiciis, aut delictis, quæ leuiter ſolùm redderent quempiam ſuſpectum propter inſigne honoris detrimentum, quod in hoc crimine, ſola captura afferre dignoſcitur, hoſce etiam pluribus relatis, ſequitur Farin. *de hæreſi, q. 185. n. 56 & n. 7.* vbi alios plures allegat, optimè Scaccia *de Indiciis ciuilib. crimin. & hæretical. lib. 1.*
65. *cap. 44 per tot.* ſed maximè, *num. 2.* vbi dixit neminem capiendum ex leuibus indiciis, in hoc crimine.

Si igitur leuia indicia vix ſufficiunt ad interrogandum reum, & ſi ſufficiunt, non tamen ex illis poteſt deueniri ad ipſius capturam. Quomodo ex dictis indiciis poterit reus torqueri, cum multò maiora requirantur indicia ad torturam, quam ad capturam, ex noſtris per Clarum *in pract. criminal. q. 20 n. 3. & quæſt. 28. num. 2.* Atque ita DD. *ſuprà*
66. citati indiſtinctè loquuntur, tam de tortura pro habenda veritate, quàm de tortura ſuper intentione.

Pro huiuſce difficultatis ſolutione, notandum eſt, quod ſuſpicio hæreſis leuis, talis dicitur in ordine ad ſuſpicionem vehementem, nam leuis ſuſpicio ſecundum ſe conſiderata, arbitrio prudentium virorum eſt grauis, vnde ob id Eccleſia eam leuem ſuſpicionem habet in conſideratione, dum Christi fideles ea ſuſpicione laborantes, cogit ad abiurandum de leui, cap. *Accuſatus in principio. de hæreſi, in 6.* ita Freitas *ad Roder.* à Cugna *de confeſſar. ſollicit. q. 5. num. 37.* Sic in ſimili percuſſio Clerici, alia dicitur leuis à qua poteſt Epiſcopus abſoluere, cap. *peruenit*, de Sententia excomm. & alia grauis, à qua Papa, & non Epiſcopus abſoluit, cap. *Si quis ſuadente*, 17. *quæſt.* 4. Et tamen percuſſio leuis, talis dicitur præciſe in ordine ad grauem, nam in ſe poteſt eſſe peccatum mortale, & ſic culpa grauis, vt ea Nauar. & aliis obſeruauit, Bonac. *de cenſur. in ſpecie, tom. 3. diſp. 2. q. 3. punct. 6. ſect. 5. num. 8.* verſ. *dixi percuſſio leuis.*

Hoc ſuppoſito ſi ſermo ſit de tortura danda pro veritate habenda, & ſuper complicibus, vbi ſimus in aliis caſibus ſuſpicionis leuis hæreſis in quibus, de complicibus aliqualiter appareat, & in eodem delictorum genere, quod ſine complicibus nequit perpetrari, tunc dico eam etiam ſuſpecto tantummodò de leui, non confeſſo, & non conuicto dandam.

Id euidenter conſtat ex inueterata praxi S. Officij, qua huiuſmodi ſuſpecti tantumodò de leui ſolent pro habenda veritate torqueri, vnde P. Maſſin. *in Praxi S. Officij, parte* 8. In forma ſententiæ contra reum ſuſpectum de leui, ponit hæc verba. *Et parendo à noi, che tu non haueſſi detta intieramente la verità giudicaſſimo, &c. eſſer neceſſario venir contra di te, al rigoroſo eſſamine, nel qual conſtituito niente di nouo aggiongeſti à tuoi primi detti.*

Confirmantur prædicta, primò quia ſuſpicio leuis arbitrio prudentum, & Eccleſiæ eſt grauis, in ſe, vt *ſuprà* vidimus, ergo in ea locus eſt torturæ. Confirmantur ſecundò, quia ex Freitas *ad Roderic. de Confeſſ. ſollicit. q.* 23. *n.* 29. ex Cantera, & aliis ibi allegatis, Confeſſarius ſollicitans, poteſt pro habenda veritate torqueri, quod etiam de iure communi procedere dixit Souſa *in Aphoriſmis Inquiſitorum, lib. 1. cap. 24. num.* 65. licet ipſe contrarium teneat, & tamen tam Freitas, quam Souſa, vti Hiſpani, Hiſpanorum opinionem ſequuntur, quod ſollicitatio in confeſſ. non inducit, niſi ſuſpicionem de leui, vt vidimus *tit.* 6. § 13.

Neque obſtant argumenta in contrarium adducta, quod ſcilicet ex leuibus indiciis nullus ſit de fide interrogãdus, carcerandus, & multo minus torquendus.

Quia, aliud eſt ex leuibus indiciis carcerare, torquere, & interrogare reum, aliud id agere ex legitimis indiciis inducentibus de iure ſuſpicionem hæreſis leuem, quæ in ſe grauis eſt, hoc eſt licitum, quamuis primum ſit illicitum.

Aliàs ſequeretur, quod in Hiſpania, nec binas nuptias contrahens ſimul, nec Confeſſarius ſollicitans poſſent interrogari, quid ſentiant de Sacramentis Matrimonij, & Pœnitentiæ, nec carcerari. Quia ibi, ex illis delictis oritur ſuſpicio tantummodò leuis hæreſis, vt *ſuprà* vidimus *tit. 5. & 6.* Et tamen in Hiſpania huiuſmodi rei, & carcerantur, & interrogantur de fide, Souſa *in Aphoriſm. Inquiſitorum, lib. 1. cap. 35. num* 3. & Ludouic. à Paramo *de Origine Sanctæ Inquiſitionis, lib. 3. q. 10. num.* 165. verſ. *Et quoniam.*

Si verò loquamur de tortura ſuper intentione, tunc dico ſuſpecto de leui, eam minimè dandam. Probatur, quia vt probaui, *tit.* 12. § 8. *n.* 96. ſuſpicio leuis hæreſis ſufficienter & naturaliter tollitur abiuratione de leui, quæ ad hunc præciſe effectum fuit inuenta, igitur vlterius non eſt reus torquendus.

Secundò probatur, Quia ſuſpicio vehemens hæreſis tollitur tortura ſuper intentione, & abiuratione, vt probaui loco ſupra allegato, *num.* 87. ergo non eſt æquum, ad tollendam ſuſpicionem leuem hæreſis (quæ longè inferior eſt vehementi) de neceſſitate requiri torturam, & abiurationem.

Tertiò probatur, quia ob id Souſa *in Aphor. Inquiſitorum, l. 1. c. 14. n. 64.* voluit Confeſſarium ſollicitantem, qui ſecundum iura ſuæ religionis non eſt, niſi de leui ſuſpectus de hæreſi, vt *ſuprà* dixi, non debere torqueri ſuper intentione, & Genuenſis *in praxi Archiepiſcopali Neapol. c. 84. in antiquis, n.* 8 ibi, Quando reperitur quis ſuſpectus leuiter, tunc taliter ſuſpecto ſolet imponi pœnitentia ſalutaris, & abiuratio de leui, & regulariter non torquetur, cuius dictum intelligo, de tortura ſuper intentione, aliàs ei non poſſet iniungi abiuratio de leui, quæ neceſſariò ſupponit de delicto plenè conſtare debere, vel per confeſſionem, vel per legitimas probationes. Et doctrina, Genuenſis, per totum illud caput magnifacienda eſt, quoniam tota deſumpta eſt ex literis Supremæ Congregationis de Vrbe, vt ipſe *in fin. illius capitis* atteſtatur.

Si tamen tortura daretur taliter ſuſpecto, tunc eſſet vtique abſtinendum ab abiuratione; quia illa ſuſpicio leuis ſufficienter eſſet ſublata per torturam Peña *ad Eymericum, part. 3. comment.* 36. verſ. *Quare in hoc articulo.* Quamuis vt *ſuprà* dixi, & latiùs dicemus *in titul. de ſortilegiis*, ſuſpicio leuis regulariter ſit tollenda per abiurationem de leui.

Benè verum eſt, quod cum ſuſpicio leuis non conſiſtat in indiuiſibili, ſed habeat ſuam latitudinem moraliter, ſi hæc ſuſpicio leuis, in genere ſuo ſit ex ſuſpicionibus gradum infimum leuis ſit ſuſpicionis excedentibus, poſſet etiam tunc reus taliter ſuſpectus torqueri leuiter, ſuper intentione, & vlterius cogi ad abiurandum de leui, & hoc eſt, quod voluit dicere Genuenſ. *loco ſupra allegato*, dum non dixit ſimpliciter, ſuſpectum de leui non torqueri, ſed tantummodo regulariter non torqueri.

Hic autem commodè dubitari poteſt, an cum reus explicitè non fatetur, ſed tantummodò, ſe remittit dictis teſtium, poſſit torqueri pro habenda præciſa reſponſione per ſic, vel non?

Iu

In qua re reſpondendum eſt affirmatiuè, ita Bald. *l. accuſationem. num.* 6. *C. qui accuſare poſſ.* Capie. *deciſ.* 145. Farin. *de indic. & tortura , quaſt.* 37. *num.* 176. Et ratio eſt , quia poteſt eſſe, quod teſtes qui depoſuerunt non probent , vt quia ſit vnus tantum teſtis, vel quia patiuntur exceptiones in perſonis, vel in dictis, quo caſu relatio, ad eorum depoſitiones pateretur eaſdem exceptiones , cum omnes qualitates ſint in referente.

His accedat , quod poteſt eſſe quod illa relatio ad dicta teſtium ſit fraudulenta, puta quia reus plures blaſphemias protulerit, quam teſtes depoſuerint, vnde propterea cogendus eſt reus ad præciſe reſpondendum, & hanc ſcio fuiſſe opinionem Reuerendiſſimi olim Marci Antonij Amidani , *tom.* 3. *tius veterum, voto* 15. *num.* 2.

§. XIII.

De abiuratione blaſphemo iniungenda.

87. QVoniam blaſphemi conſuetudinarij ,& ex habitu quodam, tam in ira, quam extra iram, & ad omnem leuem animi motum ſunt vehementer ſuſpecti de hæreſi , vti *ſuprà* probaui , ideo clarum eſt , quod iſti debent abiurare de vehementi , Genueuſis *in praxi Archiepiſcopali Neapol. cap.* 68. *num.* 8. verſ. *Si vero aliquis eſt ſuſpectus*, Lazarus *de Blaſph. quaſt.* 6. *num.* 17. P. Zanard. *in ſum. diuin. praceptorum* , 1. *part. cap.* 11. *de Blaſph.* verſ. *blaſphemi autem in ira.*

86. Si verò ſint blaſphemi conſuetudinarij tantùm in ira, maximè ſi ira non ſit ex cauſa omnino iniuſta, tunc quoniam tales ſunt tantum de leui, tantummodo abiurare cogendi ſunt, Lazar. *de blaſph. loco ſuprà allegato*, & P. Zanardus *ibidem.*

Videatur etiam in hac materia abiurationis Ioſeph Seſſe *deciſ. Regn. Aragon. deciſ.* 470. *n.* 24. *vol.* 1. vbi ait, quod qui hoc modo blaſphemauit , *Renego Deum , & Beatam Virginem* , abiurauit de leui, & eodem loco ſubdit , quod alius quidam blaſphemus vna , & alia vice fuit coactus ad abiurandum de leui in Tribunali S. Officij , & ad exilium quatuor annorum P. etiam Diana *p.* 4. *reſolut. Moral. tract.* 7. *reſol.* 8. verſ. *Nota tamen*, ait, quod die 16. Decembr. 1634. in Inquiſitione Sicula duo blaſphemi abiurarunt de vehementi publice, ipſo ibi Conſultore exiſtente.

69. Si verò, quis ſemel tantum blaſphemiam hæreticalem protulerit in ira, tunc talis , non ſolet abiurare , ſed tantummodo graui ei facta obiurgatione dimitti ſolet cum pœnitentiis ſalutaribus , & aliquando , ſi perſona ſit vilis cogitur ſtare præ foribus Eccleſiæ, cum candela accenſa in manu, ita Genuenſ. *in pract. Archiepiſcopali Neapolitana, cap.* 68. *n.* 13. verſ. *Item illis , qui ſemel*, & Lazar. *de blaſph. quaſt.* 6. *num.* 21.

70. An autem , qui bis, vel ter , in ira tantum blaſphemauit ſit cogendus ad abiurandum ? Dico quod ſic, & hoc probant verba Eymerici *in Director. p.* 2. *q.* 41. *num.* 6. vbi ait : Si verò non frequenter ſed rarò , nec longo tempore ſed parco , & non extra ludum , ſed in ludo tantum , tunc eo caſu abiurare debent vti leuiter ſuſpecti , & qui ter blaſphemauit in ira rarò ſaltem dicitur blaſphemaſſe, & in verbis prædictis Eymerici comprehenditur , igitur etiam talis debebit abiurare.

Sed quoniam Zanard. *in ſum. diuin. praceptor. cap.* 11. *de blaſphemia*, 1. *p.* verſ. *Blaſphemi autem in ira*, ait quod blaſphemi in ira, & ſemel, bis, & ter,

Carena de Offic. Inquiſit.

non ſolent abiurare ſi ira magna fuit , & cauſa iræ iuſta, ideo in hoc ſeruanda eſt practica vniuſcuiuſque Tribunalis. Et quia cùm tractatur de blaſphemi abiuratione , contingit ſæpe dubitari , an in loco ſecreto , an publico ſit ei indicenda ? Tota hæc res reſidet in iudicantium arbitrio , ita tamen, quod ſi blaſphemi , licet in iudiciis præuenti comparuerint , tamen in Sancto Officio , nec citati , nec vocati poſſit cum ipſis agi honeſtiori abiuratione, Locatus *in* 3. *caſu Placentia deciſo*, addit etiam Rol. *conſ.* 63 *n.* 7. *lib.* 3. & Farin. *quaſt.* 194. *n.* 9. *de hareſi* , honeſtiori etiam abiuratione eſſe agendum cum blaſphemo nobili, quod tamen non audeo affirmare, ob ea, quæ dicam, §. *ſeq.*

Generaliter tamen aduertendum eſt, quod regulariter abiuratio de vehementi fit publicè, ſicuti abiuratio de leui in ſecreto. Aliquando tamen etiam abiuratio de leui fit coram Congregatione vt ſupra vidimus ex Ioſeph Seſſe *in alleg. deciſ.* 470. Et ego etiam ipſe ſemel vidi practicatum in noſtro S. Officio Cremonæ tempore Reuerendiſſimi , & Religioſiſſimi P. Magiſtri Ioan Baptiſtæ de Sextulis,tunc huiuſce Ciuitatis Cremonæ Inquiſitoris,qui ob ſingulares animi ſui dotes morum, ac vitæ ſuauitatem, & doctrinam ex poſt maxima cum laude totius ſuæ Dominicanæ Religionis munere Prouincialis vtriuſque Lombardiæ fœliciter functus eſt. Ad quod poſſunt allegari ſcripta à P. Diana *p.* 4. *tract.* 7. *reſolut.* 33. ſicuti etiam aliquando vidi ſuſpectos de vehementi non abiurare publicè , vt accidit in quodam nobili in hac noſtra Ciuitate Cremonæ , qui cum ter fuiſſet in Sancto Officio , de hoc crimine blaſphemiæ inquiſitus de vehementi abiurauit coram Congregatione , mitius ſecum agendo ob eius affines nobiles.

§. XIV.

De pœnis , pœnitentiiſque ſalutaribus blaſphemis imponendis.

OMiſſo caſu in quo blaſphemans fateretur , ſe corde credidiſſe blaſphemiam,quam ore protulerit,quo caſu abiurare deberet de formali, & pœnis hæreticorum mulctari , iuxta tradita per Lazar. *de blaſphem quaſt.* 6. *n.* 17. & Zanard. *in ſum. diuin. praceptorum* locis ſuprà,in proxima quæſtione indicatis. 71.

Blaſphemi ex conſuetudine, & vehementer ſuſpecti condemnantur ad triremes , per triennium , vel in pœna pecuniaria graui,ſi viri ſint honeſtæ conditionis ita Zanard. *in ſum.* 1. *p. c.* 11. verſ. *ſecundum eſt frequentia*, Salc. *ad Diaz. c.* 113. verſ. *pœna autem qua imponi ſolet*, vbi etiam quod viles condemnantur ad verbera. & nobiles ad carceres, Royas *in tract. de har. p.* 2. *n.* 176. Barboſa *de Officio & poteſtate Epiſcopi, alleg.* 51. *num.* 89. *& ſeq.* vbi alios allegat. In hac tamen materia animaduertendū, quod quamuis Nobiles ratione nobilitatis videantur mitiùs puniendi, c. *grauem, de pœnis* ibi, *Volentes tamen nobilitati parcere Comitis* , Peña *comm.* 16. *part.* 2. Gayl. *lib.* 2. *obſeru.* 110. *n.* 45. 72.

Attamen hæc non videntur habere locum , vbi delictum ſit commiſſum contra ſplendorem Nobilitatis Gayl *vbi ſuprà n.* 42. nam tunc Nobilitas auget pœnam,optimè Henric. Boich. c. *cum quidam. de iureiur.* vbi enumerans delicta quorum pœnæ augentur ex nobilitate,mentionem facit de blaſphemia.

Et quando Nobiles , & graduati ſint in delictis magis vel minus puniendi , videndus omnino erit Gregor. Lop. *in l.* 2. *tit.* 28. *partit.* 3. *gloſ.* 1. *per tot.* vbi verè loquitur in hac materia ſuperegregiè.

Blaſphemi verò, cum ſunt tantummodo leuiter ſuſpecti puniuntur poſt abiurationem aliqua leui pœna pecuniaria, vel etiam dimitti ſolent cum pœnitentiis ſalutaribus quæ regulariter omnibus blaſphemis ſolent iniungi, ita Lazar. *de Blaſph. q. 6 n 22.*

73. De aliis pœnis blaſphemis imponendis, vide Barboſam *vbi ſuprà*, vbi latiſſimè de illis pertractat, Peſiam *com. 66.* verſ. *Blaſphemi olim*, Marium Italiam *de immunit. Eccleſiæ, c. 5. §. 6. num. 86. & ſeq.*

74. Addendum etiam eſt hoc loco, quod cum blaſphemiæ à ludo, & ludi cauſa procedunt, tunc debent reis fieri præcepta ſub pœnis pecuniariis, vt abſtineant à ludo, vt ſic ſublata cauſa blaſphemiarum (ſcilicet ipſo ludo) tollantur & blaſphemiæ.

Tandem pro complemento huiuſmodi materiæ aduertendum ex Zanardo *in ſum. diuin. præceptorum, cap. 64.* verſ. *Excuſabuntur autem, p. 2* Blaſphemantes ex ſimplici ebrietate, vel in ira magna, & ex grauiſſ. & iuſtiſſima cauſa, maximè ſi illicò quod ſe deliquiſſe nouerint coram præſentibus pectus obtunderint,

75. vel alta voce dixerint, *Domine miſerere, peccaui*, excuſari ab omni abiuratione, licet non ab omni pœna, nam per actus doloris externos ſuſpicio malæ credulitatis ab eis tollitur, Farin. *q. 20. n. 57. de delictis, & pœnis.*

§. XV.

De quadam cautela Thomæ Ferrarij.

76. THomas Ferrarius *in ſuo cautelarum tractatu cautel. 25.* ait quod ſi Blaſphemus poſt prolatam Blaſphemiam Sacerdoti confiteatur & ab eo abſolutionem obtineat, liberabitur ab omnibus aliis pœnis, & allegat Bartolum ita ſentientem in conſilio ſuo 167. incipiente, *Miniſter fratrum de pœnitentia.*

Sed ne hæc Bartoli opinio, aliquem in noſtro

77. S. Officio decipiat animaduertendum eſt, quod ea eſt communiter reprobata, ita Iaſon Bald. Ioann. de Anania, & alij allegati à Greg. Lopez *in l. 4. gloſ. 2.* in verbo *Cortele la lengua, tit. 28 partir. 7.* verſ. *Au ſi blaſphemus*, vbi quod contra Bartolum omnino eſt tenendum, quia per pœnitentiã non tollitur pœna ciuilis, & legalis, Barboſ. iun. *in cap. 1. num. 6. de maledicis*, bene etiam in noſtris terminis Parlador. *quotid. diff. iuris, diff. 12. §. 2. n. 22.* vbi ait, quod Sacerdos habet tantum iuriſdictionem in foro interno, & nullam in foro externo, & ideò Iudicium in illo foro non habet aliquid commune cum hoc, quoad Iuriſdictionem, & ibi allegat Couart. *lib. 2, variar. reſolut. cap. 10. num. 3.* & ſic abſolutum in foro conſcientiæ à crimine hoc blaſphemiæ, poſſe nihilominus adhuc in foro exteriori puniri in hoc S. Officio dixit Souſa *in Aphor. Inquiſ. l. 1. c. 19. n. 24.*

Et quamvis Galiard. *de delict. mentalibus, & actua-*

78. *libus lib. 8. tit. tit. de Blaſphem. num. 127.* verſ. *& licet non habeat abſolutionem à Sum. Pontif.* conetur probare ex dicta cautela Ferrarij, blaſphemum, qui Sacramentalem obtinuit abſolutionem mitius ſaltem in externo foro eſſe puniendum.

79. Attamen in praxi ego per ſpatium quatuordecim annorum quibus in hoc S. Officio verſatus fui, nunquam vidi aliquam haberi rationem huiuſce cautelæ Ferrarij, niſi forſaſſe caſus contingeret, quod ſtatim quis prolata blaſphemia accederet ad Confeſſarium. Nam tunc non ratione abſolutionis Sacramentalis, ſed ratione ſubitanei acceſſus ad dictum confeſſarium, ex quo indicium pœnitentiæ denotatur mitius cum eo eſſet agendum, vt etiam diximus *hoc ipſo titulo, num. ſexageſimo-ſecundo.*

Hinc etiam eſt, quod in ſimili videmus abſolutum in foro conſcientiæ ab excommunicatione poſſe adhuc in exteriori foro à Iudice puniri pro eo delicto pro quo fuit excommunicatus vt tradunt communiter DD. relati à Duardo *ad Bullam Cœnæ Domini, lib. 3. §. 2. q. 12 num. 22.* & Ricciul. *de iure perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium, lib. 4. cap. 68. n. 12.* qui alios latiſſimè allegant.

XVI.

An in crimine blaſphemiæ pœna ob minorem ætatem ſint minuendæ.

MInoribus regulariter in delictis minorandam eſſe pœnam lato calamo tradiderunt Farin *de pœnis temperandis, quæſt. 92. num. 1. & ſeq.* & Cabel. *reſolut. Criminal. cont. 2. caſu 134.* & Iulius Cæſar Ruginellus *in ſuis practicis quæſtionib cap. 35. per totum.* 80.

Attamen, quod minori blaſphemanti minor 81. ætas non proſit ad effectum ei minuendi pœnas, dummodo ſit doli capax dixerunt Farin. *vbi ſuprà, num. 192.* qui alios allegat, & poſt eum Ruginell. *dicto cap. 35. num. 19.* & Ludovic. Gilhauſen. *in ſua Arbore iudic. crim cap. 5 ramuſcul. 3. de exception. n. 67.* verſ. *neque etiam excuſat.*

Hoc autem probant communiter DD. ab exem- 82. plo pueri illius de quo D. Greg. *lib. 4. dialogor. c. 9.* ac Hoſtienſ. & Ioan. Andreas *in cap. 1. de delictis puerorum*, hic enim puer cum annorum eſſet quinque ob eius blaſphemias, quas ab impio patre didicerat à manibus parentum ſuis à Diabolo ereptus, & in Infernum detruſus de quo exemplo videndus eſt Farin. *de pœnis temperandis, quæſt. 92. num. 48.* hoc ipſum etiam probant ab exemplo puerorum, qui irridebant Eliſeo, de quibus dicit Scriptura *4. Reg cap. 2.* quod poſtquam Eliſeus illis maledixit egreſſi ſunt duo vrſi, qui quadraginta ex illis pueris lacerarunt.

Quia tamen nullus ex auctoribus citatis loqui- 83. tur in Tribunali S. Officij, in eo arbitror ego ſic diſtinguendum.

Aut loquimur de abiuratione, & ſumus in minore viginti quinque annis, vel in pubere doli omnino capace, & tunc dico, quod non obſtante minori ætate debet abiurare, neque enim minoribus in hoc caſu vllo modo ſuffragari poteſt minor ætas ſiue de ſubſtantia abiurationis loquamur, ſiue de eius qualitate, Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib. 2. cap. 40 n. 4.* qui alios allegat, & nos latius *in 3. part. in peculiari tit. de abiuratione.*

Aut loquimur de aliis pœnis, & dico quod indi- 84. ſtinctè non ſolum in blaſphemia, ſed in omnibus etiam aliis delictis ad S. Officium ſpectantibus minor viginti quinque annis mitius eſt puniendus, niſi hæreticus eſſet pertinax, & impœnitens, Farin. *de hæreſi, quæſt. 194. §. 2. num. 32.* & Souſa *in Aphoriſ. Inquiſit. lib. 3. c. 32. n. 18.*

Vnde Sanctiſſ. D. N. Vrbanus VIII. ſua ſpeciali 85. Conſtitutione incipiente *Apoſtolatus, 23. Martij* 1628 expreſſe ſtatuit celebrantes cum Sacerdotes non ſint ſeculari foro eſſe conſignandos, vt vltimo ſupplicio afficiantur, etiam ſi minores eſſent annis vigintiquinque, dummodo maiores eſſent annis viginti, in quo extendit Conſtitutiones Gregor. XIII. & Clem. VIII. de quibus *ſuprà per tot.* Nam ante Conſt. Sanctiſſ. D. N. vtique rei huiuſce criminis minores puniebantur citra mortem.

§. XVII.

De quadam pœna peculiari Sancti Officij, quod blaſphemi ſtent præ foribus Eccleſiæ.

86. INter præcipuas pœnas in S.Officio blaſphemis imponi ſolitas, ea præcipua eſt, quod ſtent præ foribus Eccleſiæ cum candela accenſa in manu, genibus flexis, in die Dominico, ſiue feſtiuo, dum Miſſarum ſolemnia celebrantur, & aliquando etiam cum lingua compreſſa ligno, vulgo, *inchionata*, prout ita in Hiſpania, & Bononiæ obſeruatum fuiſſe in facti contingentia atteſtatur Fernandez de Othero *diſp.iuris*, *lib.*3.*q.*14.*num.* 4.& non ſemel etiam obſeruatum vidimus in hac noſtra Inquiſitione Cremonæ.

87. Hæc pœna eſt conformis cum diſpoſitione Iuris de qua *in c.* 2. *de maledicis* vbi hæc pœna his verbis deſcribitur. *Statuimus vt ſi quis contra Deum, &c.* & infrà, *vt diebus Dominicis præ foribus Eccleſiæ in manifeſto dum aguntur Miſſarum Solemnia blaſphemus exiſtens vltimo illorum dierum dominico pallium & calceamenta non habeat, ligatus corrigia circa collum.*

Videndique ad hoc ibi ſunt Abbas, & cæteri Canoniſtæ, alijque eo loci per modernum Barboſ. allegati, quibus addi poteſt Dionyſ. Gothofred. *in ſuis notis ad Nouell.*77 *ſub litera G, in tertia editione*, ibi *Greg.pœnam mitigauit.*

88. Hæc tamen pœna non habet locum in Clerico, qui non ſubiicitur diſpoſitioni dicti capituli ſecundi de maledicis, ita enim *dicto cap* 2. docuerunt, Ioan Andr.Hortienſis & Abbas, & rationem huiuſce rei aſſignat Gagliard. *de delict. mental.& actual. loco ſupra allegat num.*126. verſ. *non tamen Clericus*, quia ſi Clericus ſic diſcalceatus, & cum corrigia circa collum deberet ſtare præ foribus Eccleſiæ coram populo, vituperaretur ordo Clericalis, & miniſterium Clericorum, & eſſet admiratio & malum exemplum laicis, ſi ſic publicarentur Clerici blaſphemantes. In quam etiam rationem coincidit ea quam allegat Gothofred. vbi ſuprà *Ne ordo Clericalis vileſcat.*

89. Pariter numquam vidi hanc pœnam imponi viris nobilibus in hoc S.Tribunali, qui licèt ob nobilitatem non ſint mitius puniendi, eis tamen poſſunt condonari pœnæ, quæ ex ſe irrogant infamiam, & aliis pœnis loco illarum plecti, benè in terminis noſtris omnino videndus doctiſſ.Gregor.Lopez *in l.* 2.*tit.*28.*partit.*7.*gloſ.*4.verſ.*quid autem ſi eſſet nobilis*, vbi in indiuiduo dixit, quod nobilis poteſt ſe redimere eleemoſynis à pœna, quæ ſibi eſſet dedecori.

§. XVIII.

Quomodo puniantur blaſphemi à Iudicibus ſecularibus.

QVæ hucvſque dicta ſunt habent locum in S. Officio, quia tamen aliquando blaſphemiæ puniuntur etiam per Iudices ſeculares, maximè verò blaſphemiæ non hæreticales in locis vbi non adeſt S.Officium, vtile erit videre, quibus pœnis in praxi aliquando puniantur de facto, vt ex hoc ſaltem Rei huiuſce criminis intelligere poſſint, quanta cum benignitatate ſecum agatur in hoc ſacroſancto Tribunali.

Et imprimis quidem Ludouic. Gilhauſen. *in ſua Arbore Iudic.Crim.c.*2.*tit.*1 *de blaſphem. n.*6. *& ſeq.* contendit de iure Blaſphemos puniendos pœna mortis naturalis, quia *Leuitici* 14. lapidabantur, & eoſdem in lege veteri ſæpius Deus miraculosè puniuit.

Quia blaſphemia maius eſt delictum furto & homicidio, cum æquiparetur crimini læſæ Maieſtatis, hæc autem delicta morte naturali puniuntur. Et quia tandem ita innuit Imperator in Auth. *vt non luxurietur contra naturam, in fin.& num.*14. concluſiuè tenet Gilhauſen, aſſuetum blaſphemare puniendum eſſe pœna mortis naturalis. Idem de iure obſeruant Coller. *deciſ.*172.*num.*1. *& ſeq.* Fernandez. de Othero *diuerſ.iur.diſput.lib*,3. *quæſt.*14. Gottofred. Abauo *in praxi & Theoric. crimin.* §. *Blaſphemia, num.* 6. verſ. *Iure Ciuili*, Galiard *de delict.tam mental.quàm actual.loco ſupra allegat.*& Cantera *in ſuis quæſt.crim.* concernentibus punitionem delictorum *in proprio titulo de Blaſphemia, n.*5.

91. Hi tamen omnes concludunt in praxi hanc pœnam mortis non obſeruari, & ideò notant varia ſtatuta Hiſpaniæ Regni Neapol. Siciliæ, ac Status Sabaudiæ in quibus blaſphemi variis pœnis puniuntur, ſed præſertim pœna triremium.

92. Certè Senatus noſter Excellentiſſimus Mediolani, cum blaſphemiæ ſunt atrociſſimæ eas punit, vel pœna mortis naturalis, vel perpetuarum triremium, vt notat Clar. *vbi ſuprà*, verſ. *ſed quæſo, in ſi* de quodam Ant.Zanza qui fuit damnatus a Senatu ad perpetuos triremes, ita tamen, quod vbi non eſſet aptus furcis ſuſpenderetur, & de anno 1611. die 14. Decembris literis datis ad Sp.D.Prætorem Cremonæ ex ordine eiuſdem Senatus, quidam Bartholomæus Pilonis ob atroces blaſphemias fuit furcis ſuſpenſus. Quod etiam in atrocioribus blaſphemiis obſeruare Senatum Sabaudiæ atteſtatur Præſes Abauo *de Reatib.quæſt.*7 *n.*302.verſ. *at in atrocioribus.*

93. Regulariter tamen Senatus ſolet blaſphemos punire pœna triremium triennalium, vel quinquennalium vt loco citato obſeruat Clar. & ita idem Excellentiſſimus Senatus literis datis ad eundem Sp. Prætorem Cremonæ, ſub die 29. Maij 1572. damnauit, ad triremes triennales, Ioan Baptiſtam Carellum, quod atrociter blaſphemauerit.

Et de punitione horum Blaſphemorum videatur Gothofred. *in ſuis Notis ad Nouell.*77.*coll.* 6.*tit.* 5.*c.* 1 *ſub litera G.* vbi inter cætera refert, licet de iure pœna blaſphemi, ſit vltimi ſuplicij, attamen ſub Philippo Valeſio Francorum Rege blaſphemantem ad torquem pependiſſe à prima hora vſque ad nonam, iterantem ad eundem torquem pependiſſe integra nundinarum die, eique ſuprema labra ferro candenti, ita diſſiſſa vt dentes apparerent, tertia vice labium inferius, quarta vtrumque Quinta etiam linguam abciſſam, vt qua parte peccaſſet eadem puniretur

§. XIX.

Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat cum Blaſphemo.

94. IN hoc Blaſphemiæ Reo Confeſſarius imprimis animaduertere debet, an habuerit errorem in intellectu, nam tunc Blaſphemus hæreticalis erit innodatus excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini, Homob.de Bonis *de examine Eccleſiaſtico*, *tom.* 1. *tract.*7.*c.*5.*q.*21.verſ.*circa abſolutionem*, *& de caſib. reſeruatis.p.*2.*caſu* 1.verſ.*circa abſolutionem*, Belloch. *de caſibus reſeruatis*, *part.*2.*quæſt.*1. *n.*175.

Si autem pœnitens dubitet, an habuerit, cum
95. blaſphemauit errorem in intellectu tunc prudens Confeſſarius, vti de ſua iuriſdictione dubius non debet pœnitentem abſoluere, ſed cum ſuperiori remittere, Homobon. *de examine Eccleſiaſtico*, *loco ſupra cit* verſ. *& in dubio* niſi in caſibus, de quibus Coninch. *de Sacramento*, *part.* 2. *de Sacramento pœnitentiæ. diſp* 8. *dub.* 6. *per totum.*

96. Si verò nullum habuit in intellectu errorem, tunc conſiderare debet Confeſſarius an hæreticalis Blaſphemia ſit reſeruata Epiſcopo prout magis communiter ſolet reſeruari, vt conſtat ex Beloch. *de caſibus reſeruatis*, & aliis, & tunc etiam ipſe, blaſphemum minimè poterit abſoluere, niſi habita facultate ab Epiſcopo vel ab eo delegato, nec blaſphemia hæreticalis deſinet eſſe reſeruata, ſi pœnitens reſeruationem ignoret, cum ſimus in delicto prohibito, de iure naturali, & diuino Homobonus de Bonis *de examine Eccleſiaſtico*, *tract.* 5. *cap.* 5. *q.* 14.
97. verſ. *Secus verò dicendum*, *tom.* 1. quia in iſto caſu reſeruatio afficit, etiam ignorantes, ſi tamen pœnitens aliquis ruſticus ignoraret vim verborum blaſphemiæ, blaſphemia ab eo prolata non eſſet reſeruata, Belloch. *vbi ſupra num.* 268. non exiſtente autem
98. reſeruato crimine blaſphemiæ ab eo poterit quilibet Confeſſarius abſoluere, vt dixi *ſuprà titulo* 4 §. 14. *num.* 81.

99. Secundo loco Confeſſarius, debet diligentèr interrogare blaſphemum de numero blaſphemiarum, an in Deum, B.M.V. vel Sanctos fuerint prolatæ, quia grauiores ſunt blaſphemiæ prolatæ, in Deum & B.M.V. quam in Sanctos, an vnico impetu in plures Sanctos blaſphemauerit, vtputa in duodecim Apoſtolos, quo caſu duodecim erunt peccata, de conſuetudine blaſphemandi; an eas protulerit animo ſedato, vel in ira, & an in magna, vel leui animi commotione, Bellocb. *de caſibus reſeruatis p.* 2 *q.* 1. *num.* 171. verſ. *Circa confeſſionem*, Homob. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico*, *dicta quæſt* 22 *in principio*, verſ. *de tribus præcipuè.* Quæres an habuerit voluntatem iniuriandi Deum expreſſam, vel tacitam, & indirectam, & entabit, vt pœnitens explicet qualitatem iniuriæ, an ſcilicet ſit iniuria exeeratoria, irriſoria &c. Molfeſ *in ſumm. tract.* 11. *cap.* 3. *n.* 31. *&* 32. Layman, *in ſum. lib.* 4. *tract.* 10. *c.* 6. *n.* 6. *& n.* 11. vbi videatur.

100. Tertiò. monere debet pœnitentem de grauitate criminis blaſphemiæ, quæ colligi poteſt ex duobus potiſſimùm.

Primò ex ſcripturæ Sacræ locis, 4. Regum 19. *Cui exprobaſti, & quem blaſphemaſti? contra quem exaltaſti vocem tuam, & eleuaſti in excelſum oculos tuos? contra Sanctum Iſrael*, Math. 12. *Spiritus autem blaſphemia non remittetur*, quia pauci hoc crimine laborantes ad cor redeunt, & humiliatum perducuntur, vnde D. Auguſt. *in ſerm. Domini in Monte*, dixit, *quod tanta eſt labes huius peccati*, *quod humiliatem deprecandi ſubire non poteſt.* Et Leuitici 14. *Educ Blaſphemum extra caſtra, & ponant omnes qui audierunt manus ſuper caput eius & lapidet eum omnis populus.*

Secundò, ex diuinis vltionibus, nam ob blaſ-
101. phemiam Sennacherib. Regis Aſſyriorum Angelus Domini percuſſit centum octuaginta quinque millia hominum, de eius exercitu, vt dicitur *Regum* 4. *cap.* 19. & Antiochus ob blaſphemiam plaga horribili percuſſus fuit, vt narratur 2. *Machab. cap.* 15. plures alias vltiones de Blaſphemis à Deo habitas legat vnuſquiſque apud Lazar. *de blaſph. quæſt.* 5.
102. Quartò circa ſatisfactionem iniungendam blaſphemo, quoniam poſita eſt totaliter in arbitrio Confeſſarij prudentis, Belloc *vbi ſuprà*, *num.* 179. Molfeſ *in ſum tract.* 11. *cap.* 3. *num.* 39. ita ſe gerat confeſſarius, vt ſemper pœnitentiam aliquam præſeruatiuam iniungit, verbi gratia, quod ſingulis ſex- 103.
tis feriis per aliquod tempus confiteatur peccata, vel ieiunet in pane, & aqua, & ſingulis diebus ſpecialiter Deum laudet, Belloch. *vbi ſuprà num.* 181. & Homobonus de Bonis *de examine Eccleſiaſtico*, *vbi ſuprà*, *dicta quæſtione* 22. verſ. Secundò, quod talis blaſphemus, ita tamen, vt ſemper prudens Confeſſarius euellat occaſionem Blaſphemandi pœnitenti inhibendo ei ludum, & ſimiles alias occaſiones Duardus *ad Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 31.

Tandem animaduertent Confeſſarij conſuetudi- 104.
nario Blaſphemo, non eſſe ſtatim dandam abſolutionem, ſed in aliquod tempus differendam, ſecundum communem Doctorum opinionem, de qua Pater Diana *reſolutionum Moralium prima parte t.* 7. *reſolut.* 55. quidquid in contrarium voluerit Ioan. Sancius, ab eo allegatus, ſic Confeſſarij meliùs de futura emendatione, & præſenti propoſito pœnitentis ſe certificent. Alia quæ de hac materia poſſent dici pro recta adminiſtratione huiuſce Sacramenti pœnitentiæ Blaſphemo, videnda erunt apud Comitolum, *Reſponſ. Moral. lib.* 4. *cap.* 9. *in diſputat. de Blaſphemia.*

§. XX.

De Blaſphemo conſuetudinario.

QVamuis opinio Ioann. Sancij de qua ſupra, §. 105.
proximo videatur de iure verior, quia verè eius ratio efficax eſt, quod pœnitens, qui habet dolorem de præterito, & propoſitum de futuro, habet requiſita ad obtinendam Sacramentaliter abſolutionem & per conſequens data etiam conſuetudine peccandi, debet à Confeſſario abſolui, maximè 106.
cum Confeſſarius non habeat ius interrogandi pœnitentem, ſuper conſuetudine peccandi, cum id nullo iure diuino, nec humano caueatur.

Attamen quia in praxi contraria opinio magis 107.
communiter à DD. approbatur, & à piis Confeſſariis vſu recipitur, ideò non auderem ab ea recedere.

In hac tamen materia Confeſſarij diligenter ani- 108.
maduertere debent, quod conſuetudo blaſphemandi, cum eſt retractata efficaci propoſito non blaſphemandi, tunc blaſphemiæ ex poſt ſequutæ vti prouenientes ex conſuetudine quaſi naturali, & impetu neceſſario non videntur peccata mortalia, ita Layman *in ſua Theolog. Moral. lib. tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 6. Abbas Gilin. *in ſumma caſuum conſcientiæ* in verbo *blaſphemia*, *num.* 11. *ſub litera A*, & *ſub litera B*, vbi addit quod Doctores, qui dicunt denegandam eſſe abſolutionem habenti conſuetudinem blaſphemandi, vel iurandi, intelligendi ſunt de habente talem conſuetudinem ex aduertentia, non verò inaduertenter, quia (ait ipſe) huiuſmodi blaſphemiæ, & iuramenta prolata inaduertenter ex praua conſuetudine, non ſunt ita facilè iudicanda peccata mortalia: ibique ad hoc allegat Renald. Sanch. & Suarez.

TITVLVS VIII.

De inſordeſcente in Excommunicatione.

SVMMARIVM.

1 *Grauitas Excommunicationis, remiſſiuè.*
2 *Ad inſordeſcentiam incurrendam requiritur annus completus etiam in cauſis fidei,& ſeq.*
5 *Annus hic, quando incipiat.*
6 *Ad Inſordeſcentiam requiritur perſeuerantia,cum pertinacia.*
7 *Requiritur, quod excommunicatus habuerit notitiam excommunicationis.*
8 *Excommunicatus, qui intra annum inſtitit pro abſolutione non dicitur inſordeſcens.*
9 *Super Inſordeſcentia requiritur declaratoria, & cuius iudicis & ſeq.*
11 *Clericus inſordeſcens habetur pro confeſſo.*
12 *An ſit priuatus beneficiis.*
13 *Inſordeſcens,an poſſit puniri per Laicum, vbi de validitate nonnullarum legum Caſtellæ,& n.14.*
15 *Inſordeſcens an ſit ſuſpectus de Hereſi.& ſeq.*
18 *Inſordeſcens in excommunicatione lata ob aliam cauſam quam fidei. regulariter non habetur pro ſuſpecto de conſuetudine.*
19 *Inſordeſcens in excommunicatione qualiter ſit de hæreſi ſuſpectus.*
20 *Inſordeſcens in cauſis fidei, quando habetur pro hæretico,& ſeq.*
26 *Secundum iuris rigorem abſolutio in foro conſcientiæ non tollit effectum inſordeſcentiæ,& quid ſecundum æquitatem, vbi pulcherrima Doctrina Suarez,& Valerij,n.29.& ſeq.*
27 *Abſolutio in foro conſcientiæ non ſuffragatur in in foro externo.*
28 *In Bullis Iubilei addi ſolet quod abſolutio à cenſuris non ſuffragetur in foro externo*
32 *Abſolutus in foro conſcientiæ, quomodo poſſit probare ſuam abſolutionem.*
33 *Quid ſit abſolutio in foro conſcientiæ, & pœnitentiæ.*
34 *Clauſula* Te Abſoluentes, *&c. in Bullis Pontificijs apponi ſolita.*
35 *Abſolutio illa eſt ad limitatum effectum.*
36 *Eſt verbalis, & non realis.*
37 *Non tollit excommunicationem ſed ſuſpendit tantummodo illius impedimentum, donec gratia ſuum effectum ſortiatur.*
38 *Tortura an inſordeſcentibus inferatur.*
39 *Praxis procedendi contra inſordeſcentes ex cauſa fidei.*
40 *Pœna inſordeſcentium quæ.*
41 *Quomodo cum inſordeſcentibus, ſe debeat gerere Confeſſarius.*
42 *Actus negatiui, an ſint ſufficientes ad faciendam hæreſim mentalem, exteriorem, itavt ſubdantur Iudicio Eccleſiæ.*

1. PRæmittendum eſſet hoc loco, quàm grauis ſit,& formidabilis pœna excommunicationis,ſed quoniam de ea latiſſimè tractauit Diaz. vbi plurima eruditiſſimè cumulauit *in praxi canonica,cap.*18. *num.* 1. ideo ad eum recurrendum eſt in hac materia.

§ I.

De tempore requiſito ad inſordeſcentiam.

AD inſordeſcentiam in excommunicationem 2.
incurrendam ad minus requiritur annus, & licet Pontifex in cap. *cum bona,de ætat.& qualitat.* narrando factum loquatur de ſuſtinentibus excommunicationem per trienuium;nihilominus quod eadem diſpoſitio habeat locum in ſuſtinentibus excommunicationem per annum, itavt etiam hi dicantur in excommunicatione inſordeſcere, voluerunt gloſ. *ibi,*in verbo *Spoliare,*Hoſt.*num* 7 Ioann.Andr.*n.* 10. Abb.*num.*7.Ricciull.*de Iure perſonar. extr. Eccleſiæ gremium exiſt.lib.*4. *cap.*7.*num.*1. Marius Alterius *de Cenſuris, lib.*2.*diſp.*6. *cap.*1. verſ. *de ſecundo dubio,* Eminentiſſ. D.Card. Bellarm. *in ſuis Notis ad Trident.ſeſſ.*25.*de Reform.c.*3. *in fin. obſeruat.* vbi quod quanto maior eſt mora,tanto magis grauatur excommunicatus, & pro indubitato hoc ſupponunt omnes Doctores *infra tot.tit.*allegandi.

Debet tamen Annus hic eſſe, & completus, & 3.
continuus, vnde ſi quis in excommunicatione ſteterit per ſex menſes, deinde obtenta abſolutione cum reincidentia, poſt abſolutionem ſteterit in excommunicatione per alios ſex menſes, talis non poterit dici in excommunicatione inſordeſcens,nam in hac materia tempora non coniunguntur, Rot. Rom. *deciſ.* 195.*in impreſſis poſt ſecundum volumen conſil.Farin.*vbi etiam atteſtatur, ita fuiſſe deciſum à Sacra Congreg.Concilij, *in vna Bonon.inſordeſcentiæ* Seraph. *deciſ.* 285.*num.*5.vbi in ſpecie reprobatur Decius *in conſ.* 145. *vol.* 1. qui contrarium tenuerat, latiſſimè Ricciull.*de Iure perſon lib.* 4.*cap.* 8.*num.*1.*& ſeq.* bene Eminentiſſ. Cardinal.Bellarm. *in ſuis notis ad Tridentinum.ſeſſ.*25.*cap.*3. *de reform. num.*8.*in Addit.* & *in fin.obſeru.* atteſtatur Sacram Congregationem Concilij decidiſſe, non poſſe procedi contra eum qui per tres annos ſteterat in excommunicatione lata ab And.Cameræ Apoſtolicæ, tanquam ſuſpectum de hæreſi, ſi ſingulis annis in feſtis Paſchalibus ab eodem A.C.abſolutionem obtinuit.

Et quod huc vſque dictum eſt, de anno requiſito, 4.
& ſufficienti ad contrahendam inſordeſcentiam intelligendum eſt, vt procedat, etiam ad eam contrahendam in cauſis fidei, ad quod faciunt notata pulcherrimè per Hoſt.*in ſumm. de hæret.* §. *qualiter deprehenditur*, *num.*4.vbi dixit, quod licet aliqui canones loquantur de iis,qui per biennium,& triennium in excommunicatione perſeuerant, ſatis tamen eſſe ſi per annum perſeuerent, nam canones illi ſolum narrant factum, prout contigit, nec aliquid circa tempus biennij, vel triennij determinant, ita etiam tradiderunt DD.*infra* allegandi cum de ſuſpicione hæreſis ex inſordeſcentia oriente agemus, interim tamen legendus eſt Sanctarellus *de hæreſi, cap.*4. *num.*1.qui plurimos allegat, *& num.* 6. *ibid.* vbi, quod hic annus in cauſa fidei, debet eſſe completus, & continuus,quod etiam plurimis alis relatis docuit Farin.*de hæreſi*, *q.*192.*n.*36.

Dubitari tamen hoc loco poteſt, quandonam 5.
annus hic incipiat, an à die incurſus excommunicationis, an potiùs à die quo fuit declaratus excommunicatus, in qua re

Dicendum annum incipere à die quo quis fuit nominatim excommunicatus denunciatus, ita Albertinus *in Rubr. de hæret.in* 6. *quæſtione* 13. *num.* 25.Aloyſ.Ricc.*in praxi variarum reſol.tom.*3.*reſol.* 61.& Sanctar.*de hæreſi,c.*4.*n.*6. qui alios allegat.

§. II.

§. II.

De pertinacia requiſita ad inſordeſcentiam.

Diximus *ſuprà* ad inſordeſcentiam requiri ad minus annum completum, & non in interruptum, nunc

6. Tertiò dicimus requiri perſeuerantiam, cum pertinacia animi, quæ includat contemptum clauium, ita poſt DD. in cap. *cum bona, de ætat. & qualit.* decidit Rot. Rom. *deciſ.* 196. *n.* 2. *in impreſſis poſt ſecundum vol. conſiliorum Farin.* vbi ad hoc allegat Signorol. *conſil.* 33. *num.* 10. verſ. *præterea,* & Decian. *conſil.* 14. *num.* 9. *vol.* 3. eadem Rot. *deciſion.* 132. 1. *p. in recent. num.* 7. vbi quod ad probandam inſordeſcentiam, non ſufficit probare ſolam perſeuerentiam in excommunicatione per annum, niſi etiam probetur hic animus cum contemptus clauium; ita etiam Ricciull. *de Iure perſon. extra Eccleſia gremium exiſtentium, lib.* 4. *c.* 8. *n.* Ex hoc

7. Primò infertur, quod ad incurrendum in hanc inſordeſcentiam requiritur, quod excommunicatus habuerit notitiam excommunicationis, aliàs nunquam poſſet dici inſordeſcere, optimè Rot. Rom. *deciſion.* 181. *num.* 2. *& ſeq. in impreſſ. poſt ſecundum volumen conſil. Farin.* vbi etiam ponitur praxis probandi hanc ſententiam, Ricciullus, *vbi ſuprà, num.* 4.

8. Secundò infertur, quod is qui intra annum inſtitit pro abſolutione, licet eam non obtinuerit, non poteſt dici inſordeſcere in excommunicatione, idem in eo qui fecit diligentias pro obtinenda abſolutione, Rot. *deciſ.* 102. *in impreſſis poſt ſecundum volum. conſil. Farinacij,* Ricciullus *vbi ſuprà, num.* 5. *& ſeq.* Idem quoque dicendum de eo qui ob impedimentum aliquod non potuit comparere, Ricc. *var. reſolut. tom.* 3. *reſol.* 214. & Ricciullus *loco allegato, num.* 10. in his enim ceſſat contemptus, à quo in terminis noſtris quamlibet cauſam etiam iniuſtam excuſare, decidit Rot. *dec.* 196. *num.* 3. vbi alij DD. alleg. *poſt ſecundum vol. conſil. Farin.* idem Farin. *q.* 192. *num.* 20. *& ſeq.* Ricciull. *vbi ſuprà, num.* 10. *& n.* 11. vbi quod ad euitandas has difficultates praxis inoleuit, vt cum agitur contra inſordeſcentem transacto anno, citetur ad ſe purgandum iuxta cap. *cum contumacia de hæret. in* 6. ſi tamen contra eum agatur, vti de hæreſi ſuſpectum, quod etiam decidit Rot. Rom. *apud Seraph. deciſ.* 1285. *num.* 3 *& ſeq.* vbi, quod hic proceſſus decet fieri, coram Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, & Seraph. *vbi ſuprà,* ſequitur Mariſcot. *variar. reſolut. lib.* 2. *c.* 35. *num.* 60. & Ricciullus, *ibidem, num.* 13.

9. Quartò, ad hoc, vt quis verè inſordeſcens dici poſſit, itavt ex illa inſordeſcentia agi poſſit ad iuris effectus ab ea prodeuntes, videtur requiri quod ſuper inſordeſcentia ſequatur ſententia illius declaratoria, ita Ricciullus *d. cap.* 8. *n.* 12. qui alios allegat.

10. Hæc tamen declaratoria, cum agitur contra aliquem, vti de hæreſi ſuſpectum ob dictam inſordeſcentiam debet fieri, vt ſuprà dicebam ab Inquiſitore, vti dixerunt, Seraph. Mariſcot. & Ricciul. *loc. ſup. alleg.*

§. III.

De nonnullis effectibus inſordeſcentiæ.

PLures enumerantur à DD. effectus Inſordeſcentiæ, ego præcipuos hoc loco tangam tantummodò,

11. Primò igitur dicunt DD. clericum, vel laïcum haberi pro confeſſo, & conuicto de delicto, pro quo fuit excommunicatus, ſi in excommunicatione inſorduerit, ita quod amplius non ſit audiendus, niſi vellet innocentiam ſuam nouis probationibus demonſtrare, latiſſimè Menoch. *de arbitrariis Iudicum, caſu* 416. *cont.* 5. Genuenſ. *in praxi Archiepiſcop. Neapol. in nouiſ. cap.* 26. *per tot.* Salcedo *ad Diaz. in pract. Crim. Can. cap.* 118. *num.* 4. qui alios allegat, Ricciullus *de Iure perſon. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 4. Marius Alter. *de Cenſur. tom.* 1. *lib.* 2. *diſput.* 8. *cap.* 3. verſ. *ſecunda propoſitio.*

12. Ex hoc colligi poteſt, quid ſit dicendum in q. illa, an inſordeſcens ſit priuatus, vel priuandus Beneficiis.

Nam ſi crimen ob quod fuit excommunicatus ſit ex illis, quæ inducunt priuationem ipſo iure, talis inſordeſcens ipſo iure ob inſordeſcentiam erit beneficio priuatus, ſi delictum ſit tale, ob quod delinquens eſt priuandus non autem ipſo iure priuatus beneficio, tunc ob inſordeſcentiam eſt benef. priuandus, ita Seraph. *deciſ.* 1285. *per tot.* Ricciullus, qui alios latiſſimè allegat, *dicto cap.* 7. *ferè per tot.* Salced. *vbi ſuprà, num.* 4. verſ. *ex qua aſſertione,* Mariſcot. *lib.* 2. *Variar. c.* 35. *num.* 60. *& ſeq.* latè Campanill. *in diuerſ. Iuris canonici, Rubr.* 11. *cap.* 15. *n.* 30. *&* 31. & latius omnibus ſupradictis, Marius Alterius *de cenſur. tom.* 1. *lib.* 1. *diſp.* 6. *cap.* 5. *ferè per tot.*

13. Secundò aiunt DD. Inſordeſcentem poſſe puniri per Iudicem laicum, ex quo in Concilio Triburien Antiqui Patres decreuerunt, cap. 3. quod, *qui poſt excommunicationem, non fuerint ad pœnitentiam inclinati per ſæcularem Principem puniantur; vt quos Dei timor non corrigit, ſaltem pœna temporalis corripiat.*

14. Hinc colligunt DD. legem primam, & ſecundam, *titul.* 5. *lib.* 8. *Regiarum Conſt. Hiſp.* quæ mandat Iudicibus ſæcularibus, vt laïcos in excommunicatione vltra menſem perſeuerantes puniant, ſanctiſſimam eſſe, ita namque dixerunt Salced. *ad dict. cap.* 118. *Diaz. num.* 6. latè Guttier. *canon. quæſt. lib.* 1. *cap.* 12. & Marius Alter *vbi ſuprà diſp.* 8. *cap.* 3. verſ. *Hinc colligis,* vbi alij allegantur, latiſſimè Azeued. *in dicta l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 8. *Nouæ recompilationis,* qui in hac materia omnino videatur.

§. IV.

An inſordeſcens in excommunicatione ſit ſuſpectus de hæreſi.

15. BReuiter, dico inſordeſcentem in excommunicatione eſſe de hæreſi ſuſpectum, imò vt *infrà quæſt. ſeq.* dicam talis quandoque reputari deberet vti hæreticus, & tanquam talis condemnari.

Concluſionem hanc probant verba Concilij Tridentini *ſeſſ.* 25. *c.* 3. *de reformatione* ibi, *Sed ſi indurato animo cenſuris annexus in illis per annum inſorduerit, etiam contra eum, vti de hæreſi ſuſpectum procedi poſſit,* quem Concilij locum ad excommunicatos ex quacumque cauſa etiam ciuili extendi docuerunt Salcedo *ad Diaz in pract. Crim. Can. c.* 118. *num...* verſ. *Primò quod non ſolùm* Et Marius Alterius *de Cenſur. tom.* 1. *lib.* 2. *diſput.* 8. *cap.* 3. verſ. *Tertia Propoſitio.*

16. Et generaliter, quod quilibet inſordeſcens in excommunicatione, ſit de hæreſi ſuſpectus, dixerunt Locat. *In Iudiciali Inquiſit.* in verbo *excommunicati, num.* 2. Eymericus *in directorio, part.* 2. *quæſt.* 47. *num.* 6. *&* 7. vbi Pegn. *com* 72. *littera C,* Scaccia *de Iud. lib.* 1. *cap.* 98. *num.* 36. Genuenſ. *in praxi. cap.* 68. *num.* 8.

num.8.Zecbius *in ſum.*1.*p.tit.de Fide,Rubr. de hæreticis num.* 13. Royas *ſing.* 60.*num.* 2. Azeuedus *ad Conſt.Regias* , *tit.*5.*lib.*8.*c.*1.*num.*213.Fuſchius *de viſitat lib.*1.*cap.*29.*num.*1. Grauat. ad Veſtrium , *lib.*8. *cap.vlt. num.*42. Vgolin. *de cenſuris tabul.* 1.*cap.*14. §.3.*num.*3.Simanch. *de Cath.Inſtit.tit.*27.*num.*4. Couar.in cap. *Alma Mater*,1.*p.*§.7.*num.*10.verſ.*Quarto eſt conſiderandum* Guttier.*lib.* 1.*canonic. quaſt.cap.*12.*num.*20.Farinac.*de hæreſi* , *quaſt.* 192. *num.*14. *& ſeq.*Campanil.*in diuerſorio Iuris Canonici,Rubric.*11. *cap.*15.*num.* 31.Zecola , *in praxi Epiſcopali* , 1.*part.* verbo *Caſus* , verſ. *Excommunicati per annum* , P. Zanard.*in ſumm.diuin.præceptor.* 1.*p. cap.*5. verſ. 18. *Dico* , Marius Italia ad Bullam Gregor. XIV.*de Immunit.Eccleſiarum* , *lib.*1.*cap.*5.§.6.*num.*7. Sanctatel. *de hæreſi* , *cap.*4. *dub.*4.*concl.*4. *num.*4. Aloyſ. Ricc. *variarum reſolut.lib.*3.*reſolut.*209. Ricciullus *de Iure perſonarum*, *lib.* 4. *cap.*8. *num.* 3. Card. Bellarm. *in notis ad Trid.loco ſuprà alleg. in fin.obſeruat.* vt alios antiquiores DD.ab iis allegatos omittam.

17. Qui etiam omnes DD. communiter dixerunt ex quacumque cauſa inſordeſcentem , debere ab Inquiſitoribus citari ad reſpondendum de fide , & contra omnes poſſe procedi dixit Campanil. *dicto num.* 31. cum aliis *vbi ſuprà* , eadem enim contemptus ratio militat in quocumque excommunicato in excommunicatione perſeuerante , imo in excommunicato ex cauſa ciuili militat maior contemptus clauium, cum hæc minus illum debeat retardare ad comparendum coram Iudice , quàm cauſa criminalis in qua agitur de pœna corporali , vti conſiderarunt, Salcedo *ad Diaz dicto cap.* 118. *num* 12. verſ. *Primò quod non ſolùm* , & Ricciullus *vbi ſuprà*, *c.*7. *n.*18. *Quinimò maior.*

18. Verùm quidquid ſit de iure , certè de conſuetudine , contra inſordeſcentes in excommunicatione lata ob aliam cauſam , quam Hæreſis, Sanctum Officium non ſolet procedere , ita Pegn. *dicta comm.* 72.verſ.*ex recepta.*Scacc.*de iudic.lib.* 1.*cap.* 98. *num.* 36. vbi quod ipſe numquam vidit , neque audiuit contra taliter excommunicatos , & inſordeſcentes procedi, vti ſuſpectos de hæreſi , Lælius Zechius *in ſumm.*1.*p. Rubr.de Fide* , *cap.* 11. *de hæreſi, num.* 51.verſ.*Hi ſi per annum* vbi quod ex conſuetudine Officium Inquiſit.contra hos non procedit, Iacob. Graff.*in ſumm.deciſ.*1.*p.lib.*4.*cap.* 14. *num.*4. verſ.*Ex recepta tamen conſuetudine* , Lazar.*de Monitoriis*, *ſect.*4. *q.*8 *num.* 20. *&* 21.vbi quod Eminentiſſimus Cardinal. Aragonius literas dedit Vic.Epiſcopi Placent.de ordine Sacræ Congregationis ſub die 30. Septembris 1606.quibus eidem Vicar.mandauit non eſſe procedendum ſub nomine S.Officij Inquiſitionis, contra aliquem ob inſordeſcentiam ,ex eo quod non paruit except.& cenſuris Rotæ Romanæ , & ſimilium , ſed tantum ſuper inſordeſcentia prouenienie, ex inobedientia excommunicationis, & cenſurarum impoſitarum ab ipſo Sanctæ Inquiſitionis Officio , Borg.*deciſ.*33.*p.*2.*n.*61.*in fin* vbi quod, ita Epiſcopo Ferrar.fuit de ann.1585. reſcriptum prout ipſi dixit P.Inquiſit.Papiæ,vir valde doctus & pius.

Et ita etiam S.C..de anno 1627.reſcripſit Reuerend. P. Inquiſitori noſtro Cremonæ , ne contra hoſce Inſordeſcentes procederet, niſi prius conſulto Supremo Vrbis Romanæ Inquiſitionis Senatu in omnibus caſibus particularibus , Belloch.*de caſibus reſeruat.p.*2.*q.*4.*num.*126.In aliquibus tamen caſibus ſtante maxima contumacia , ſcio in Tribunalibus aliquibus S.Officij inquiſitos fuiſſe hoſce inſordeſcentes, conſulto tamen prius Supremo Vrbis Tribunali , vt mihi à viris fide dignis relatum fuit.

§. V.

An hæc ſuſpicio ſit leuis,vehemens ,vel violata.

Dico primò , ſi quis ſuſpectus de hæreſi , & hac de cauſa vocatus ab Inquiſitoribus iudicium ſubterfugiens, comparere noluerit , & idcirco ob contumaciam declaretur excommunicatus , in eaque contumacia, & excommunicatione cootumax per annum remaneat, tunc per Sententiam pronunciari poteſt Hæreticus, & vti talis puniri , concluſionem hanc ad literam probat , text.in c.*cum contumacia de hæret.in* 6. 19.

Vbi gloſ.in verbo *vehementem* , notat quod vbi ſuſpicio hæreſis eſt contra aliquem , ſi citatus ſit contumax , ſuſpicio incipit eſſe vehemens:ſi verò talis contumax excommunicatus in excommunicatione perſeueret per annum , præſumptio quæ erat vehemens tranſit in violentam , quæ eſt ſufficiens ad condemnationem.

Probatur etiam concluſio noſtra ex cap.*excommunicamus il p.de hæreticis in* 6. vbi Hoſtienſ.*num.*2.*& ſeq.*ait ex hac perſeuerantia in excommunicatione oriri præſumptionem iuris , & de iure , per quam hæreſis crimen ſufficienter probatur,quod etiam notarunt , Butrius , ibi *num* 7.*&*.12. Anania , *n.*6.Anchar.*num.*4.Io Andr. *num.*3.

Et ita latè docuerunt , Pegn.3.*p.Director.com.*49. verſ.*quod ſi is*,Scacc.*de Iud.c.*9.8 *n.*36.latiſſimè alios allegans Farin.*de hæreſi* , *q* 192. *num* 14. *& ſeq.*Marius Alterius *de cenſuris* , *tom.* 1.*lib.*2. *diſp.* 8. *cap.*3. verſ.*quarta propoſitio.*Sanctarell.*de hæreſi,cap.*4.*dub.*5. *concl.* 1.*&* 2. vbi plurimos allegat , & alij omnes ſupra allegati *in proxima quaſt. præcedenti.*

Quinimo talis ob hæreſis crimen, vel illius ſuſpicionem excommunicatus , & in excommunicatione per annum perſeuerans, ipſo iure abſque alia ſententia habendus eſt pro hæretico , & prout decidıtur in auth.*Gazzaros.Cod.de hæret.*quam ab Eccleſia fuiſſe approbatam , poſt Hoſtienſ.Abb.S. cin. Butr.Ioan.Andr.Anchar. & Auan. quos allegat probauit Sanctarellus , *d.cap.*4.*n..* vbi tamen quod requiritur declaratoria ſententia ſecundum Scacc.*d.cap.* 98. *num.*10. & Pegn. *p.*3. *in* 13. *modo terminandi proceſſum.* 20.

Vt tamen talis vt hæreticus poſſit condemnari, debet omnino citari, vt ſe purget à ſuſpicione quod ſit hæreticus , ex eo quod per annum in excommunicatione inſorduit,vti ſupra dixi cùm de pertinacia ad inſordeſcentiam neceſſaria,& docuerunt vltra ibi allegatos , Salced.*ad Diaz,d.c.*118.Sanctar.*d n.*2.Farin.*dicta quaſt.*192.*n* 27.qui alios allegat. 21.

Quamuis tamen talis inſordeſcens puniendus ſit, vt hæreticus, attamen verè non eſt hæreticus , vti probauit latiſſimè Farin.*vbi ſuprà* , *n.* 19.ratio eſt quia iura dicunt talem condemnandum veluti hæreticum;dictio autem *veluti* non identitatem , ſed ſimilitudinem importat , Pegn.*part.* 3. *comm.*49.*ſub littera A.* 22.

Tandem aduertendum , quod ſi talis excommunicatus, elapſo iam anno compareat velitq; probare ſuam innocentiam , antequam ſit declaratus Hæreticus admitti debet ad iudicium , vti docuerunt Scacc.*de Iud.lib.*1.*cap.*28.*n.*95. Pegn. 3.*p. com* 174. Sanctarel.*vbi ſuprà* , *n.*3.Salced *ad dictum* , *c.*118. *Diaz.n.*12.verſ.*Imo*, & quod Marius Alter.*de Cenſur tom.*1.*lib.* 2.*diſp.*8.*c.*3. verſ. *Quod ſi etiam anno elapſo.* 23.

Quinimo talem excommunicatum audiendum eſſe , ſi compareat etiam poſtquam fuit Hæreticus 24.

declaratus

declaratus,& eius,ſtatua combuſta dixerunt,Pegn.3.*p.com*.46.verſ.*Adueniente autem*,& verſ.*Poſtremò illud*,Cattar.*de execut.ſent.c*.1.*n*.278.*&* 280.Sanctar. qui alios allegat, *n*.3.*in fin.*

25. Dico ſecundò, Inſordeſcens in excommunicatione lata ob aliam cauſam, quam hæreſis, eſt ſuſpectus de hæreſi leuiter, ita Couar.in *c. Alma Mater*, 1.*p*.§.7.Simanch. *de Cath.Inſtit.tit*.27 *n*.4. Eymeric.*in Direct.p*.2.*quæſt*,47.vbi Pegn.Salced. *ad Diaz.dict.c*.118.*n*.12.verſ.*Tertiò, quod licèt*, Marius Alter.*de Cenſ.tom*.1.*lib*.1.*diſp*.8.*c*.3. verſ.*circa hoc decretum*,Genuenſ.*in praxi Archiepiſc.c*.68.*n*.8.Farin. qui alios latiſſimè allegat, *de hæreſi*, *q*.192.*num*.23. & alij allegati per Sanctarell. *de hæreſi*, *c*.4.*n*.4.

Hanc tamen leuem ſuſpicionem ſufficere ad abiurationem de leui, vel canonicam purgationem indicendam, quam ſi ſubire quis noluerit, tanquam hæreticus condemnari poterit, voluit Farin. *dicta qu*.192.*n*.16. Salced.*ad Diaz. dict. c*. 118.*n* 15. verſ.*Quartò, quod licèt*,Sanctarell. *de hæreſi*, *c*.4 *n*. 5.vbi alios allegat DD.

Hæc tamen concluſio procedit de iure, nam ſecus eſt de conſuetudine vt *ſupr*.diximus,*n*.18.

§. VI.

An Abſolutio ab excommunicatione in foro conſcientiæ tollat effectum inſordeſcentiæ.

HÆc quæſtio non videtur habere locum in his noſtris regionibus, in quibus vt animaduertimus *num*.18.inquiſitores, & Sanctum Officium non procedit contra inſordeſcentes in excommunicatione lata ex alia cauſa, quàm hæreſis, ſolùm igitur videtur poſſe diſputari in terminis iuris communis,in quib.quilibet inſordeſcens per annum eſt de hæreſi ſuſpectus.

26. Ego breuiter in hac re diſtinguendum putarem, aut loquimur ſecundum iuris rigorem, aut ſecundum æquitatem à piis, & doctis Iudicibus practicatam.

Si loquimur ſecundum Iuris rigorem,certum eſt ſine alia difficultate abſolutionem in foro conſcientiæ non tollere effectum Inſordeſcentiæ,ratio eſt euidens, quia abſolutio in foro conſcientiæ non ſuffragatur in foro externo, cum Iudex in dicto foro externo non prohibeatur punire delicta ſublata

27. in Sacramento pœnitentiæ, ita Canoniſtæ omnes *in cap de his in fin.de accuſat*.& Moder.Barboſ. *n*.8. allegat concordantes.

28. Confirmatur hoc ex communi Praxi Sum.Pontificum, qui in Bullis iubileorum ſemper apponunt clauſulam quod abſolutio à cenſuris virtute Iubilei non ſuffragetur, nec proſit pro foro externo ,Suarez *tom*. 5. *in* 3.*p*. D Tho. *de Cenſuris*, *diſp*. 7. *ſect*.5.

29. Aut loquimur ſecundum æquitatem, & ego exiſtimarem ceſſante partis oppoſitione, quæ inſtaret excommunicatum declarari inſordeſcentem abſolutionem prædictam in foro conſcientiæ operari poſſe, quod Iudices non debeant ſic abſolutum declarare inſordeſcentem, nec in effectus inſordeſcentiæ incidiſſe, poſſitque admitti ſic abſolutus in Iudicio, & extra Iudicium ac ſi non eſſet excommunicatus.

30. Concluſionem hanc probant latè deducta à Valer.*de diff.vtriuſq.fori* in verbo *abſolutio.diff*.1.verſ. *Præterea*, vbi dixit taliter abſolutum in foro conſcientiæ, quando nullus adeſt accuſator poſſe in Iudicio admitti, vt ſit actor, ac ſi non eſſet excommunicatus & quod cum taliter abſoluto debet Iudex diſſimulare, nec eum habere pro irregulari ſi celebret, neque etiam in foro externo, ibique multa alia adducit ſcitu digniſſima.

Quinimo addit Suarez *vbi ſuprà ſect*. 5 *num*.23. *in fin*.talem ſic abſolutum in foro conſcientiæ non poſſe puniri in foro externo vti inobedientem mandatis Eccleſiæ & contemptorem cenſurarum quod Valer.*vbi ſuprà*, verſ.*Poſſet tamen*, videtur aliqualiter admittere non de iuris rigore, ſed de æquitate. 31.

Quomodo autem abſolutus in foro conſcientiæ poſſit probare ſe ſic in dicto foro abſolutum, & an in hoc caſu ſufficiat atteſtatio Confeſſarij, qui excommunicatum abſoluit, videndus erit idem Valer.*eod loco* in verbo *excommunicatio*, *diff*.1. *num*.3. vbi ait, quod licet Calder. *in conſ*. 2. *de teſtibus*, voluerit ſufficere ſolam atteſtationem Confeſſarij, attamen optima cautela eſt, vt excommunicatus curet ſe abſolui à Confeſſario coràm notario, & teſtibus, vt ſic euitetur ſcandalum, & periculum, & ſecurius poſſit in foro externo probare ſuam abſolutionem iuxta Doctrinam Henriquez Felin. Angel. Syluester, & Nauarri locis à Valerio indicatis. 32.

Pro iunioribus autem declarandum eſſet hoc loco quid ſit abſolutio hæc in foro conſcientiæ, & quomodo à Sacra Pœnitentiaria Breuia harum abſolutionum expediantur, & quomodo differat ab abſolutione in foro pœnitentiæ: Verum ne longior ſim eos remitto ad Ricciull.*de iur.perſon.extra gremium Eccleſiæ exiſtent.lib*.4.*cap*.68. *num*.1. vbi rem hanc latiſſimè explicat. 33.

§ VII.

An effectus inſordeſcentiæ tollatur,ſi intra annum Excommunicatus obtineat Bullam Apoſtolicam cum clauſula, Téque Abſoluentes.

IN Apoſtolicis reſcriptis ad euitandas nullitates in Curia Romana inoleuit vſus apponendi in Bullis abſolutionem à Cenſuris ad effectum tantummodò prædictum, de qua Clauſula Ricciull. *vbi ſuprà*, *lib*.4.*cap*.9.*per tot*.Mart.*de clauſ*. 1.*p.cla*. 47.& Modernus Barboſ. *in ſimili tract*. *inter eius tract.var.cla*.179. *per tot.* 34.

Quæritur igitur hoc loco, ſi contra aliquem ſit lata excommunicationis ſententia, & antequam lapſus ſit inſordeſcentiæ annus, impetret ab Apoſtolica ſede reſcriptum aliquod, ſiuè gratiæ, ſiue Iuſtitiæ, in quo adſit memorata Clauſula, dictus annus inſordeſcentiæ taliter dicatur interruptus, quod eo lapſo verè talis non poſſit dici per annum inſordeſcens in Excommunicatione.

Ego ſaluo ſemper veriori iudicio arbitror non obſtante dicta Clauſula, annum inſordeſcentiæ currere,ita quod lapſo dicto anno talis excommunicatus poſſit à iudice declarari inſordeſcens.

Moueor primò, ex eo quòd abſolutio datur cum clauſula, *ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum*, & actus agentium non operantur vltra eorum intentionem vulgatis iuribus 35.

Secundò, quia abſolutio illa eſt verbalis, & de ſtilo, & datur quibuſcumque etiam ſi non pœniteant, vt ex Hoſtienſ.& Felino dixit Valer.*de diff. vtriuſque fori* in verbo *Abſolutio*,*diff*.2. *n*. 5. Igitur non poteſt operari abſolutio illa quod pertinacia tollatur ab excommunicato. 36.

Tertiò,

37. Tertiò, quia dicta clauſula non tollit excommunicationem, ſed impedimentum proueniens à dicta excommunicatione ſuſpendit quovſque gratia ſuum ſortiatur effectum, vt poſt multos dixit Ricciul. *loco alleg. n.* 4. Igitur non poteſt tolli ex dicta clauſula caſus anui ad effectum incurrendæ inſordeſcentiæ requiſiti.

§. VIII.

De tortura, & abiuratione inſordeſcentibus huiuſmodi danda.

38. INſordeſcens in excommunicatione lata ob aliam cauſam, quam hæreſim, in caſibus in quibus contra Inſordeſcentem ſit procedendum, cum ſit tantummodò ſuſpectus de hæreſi de leui, non debet torqueri ſuper intentione, niſi vt *ſuprà* dixi, & probaui in titul. *de Blaſphemis*, ſed tantummodo abiurare debet de leui, & dimittitur cum pœnitent. ſalutaribus, vt dixit Genuenſ. *in Praxi Archiepiſcopali Neapol. cap.* 68. *n.* 8. vbi punctualiter dixit, quando reperitur, quis ſuſpectus leniter, nempe ſi per annum in excommunicatione perſeuerauit, non in cauſis Sanctæ Fidei, ſed in aliis caſibus poſitia per Eymericum, *part.* 2. *q.* 46. & tunc taliter ſuſpecto, ſolet imponi pœnitentia ſalutaris, & abiuratio de leui.

19. Quò verò ad inſordeſcentes in excommunicatione lata ob cauſam hæreſis, de quibus dixi *ſuprà quæſt. proxima, in* 1. *concl.*

Si talis inſordeſcens ſponte comparet, poſt annum inſordeſcentiæ, antequam ſit declaratus hæreticus, & docet de impedimento ob quod non potuit comparere, vt quia fuit apud hoſtes, &c. tunc nulla habenda eſt ratio inſordeſcentiæ, ſed audiendus eſt, ex integro, ac ſi in termino comparuiſſet, ita Pegn. *ad Direct. p.* 3. *comm* 49. verſ. *tandem addo*, Farin. *de hæreſi. q.* 192. *n.* 12. Scac. *de iud. c.* 98. *n.* 27. Card. Bellarm. *in ſuis notis, ad Trident. dicta ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 3. *n.* 12. *in fin. additionis.*

40. Si verò de legitimo impedimento non docet, ſed tamen probat ſuam innocentiam, circa hæreſim, ob cuius ſuſpicionem erat citatus licet ſit abſoluendus ab illa hæreſi, tamen ob ſuſpicionem contemptus Clauium Eccleſiæ vehementem, præuia tortura ſuper Intentione cogendus erit ad abiurandum de vehementi, hoc colligitur, tunc ex dictis *ſuprà proxima quæſt.* tum ex allegatis per Scacc. *vbi ſup. num.* 29. verſiculo *ſi Si docet tantum*, Simanch. *de Cath. Inſtit. tit.* 27. *num.* 4. *&* 5. Negari tamen non poteſt, quin aliquando ſuſpicio illa ob inſordeſcentiam poſſit eſſe leuis, quod prudentis iudicis arbitrio rectiſſimè relinquitur.

41. Si autem comparet, & non docet de innocentia, nec de legitimo impedimento, tunc cum eo agendum eſt, vti vehementer de vtraque hæreſi ſuſpecto, ſcilicet de ea de qua prius erat citatus, & ea, qua per inſordeſcentiam redditus fuit ſuſpectus, & ſic totius ſuper Intentione cogetur abiurare de vehementi, Scacc. *vbi ſuprà, num.* 28. Zanardus *in ſumm. diuin. precept. tomo primo, cap. de fide* 5. verſic. *Primus poſt annum*, atque hæc ſi comparet inſordeſcens antequam ſit declaratus Hæreticus, nam

42. Si comparet poſtquam hæreticus eſt declaratus, quo caſu etiam ipſum comparere poſſe, & admittendum ſupra dixi, & latiſſimè probauit aliis relatis Farin. *de hæreſi, quæſt.* 185. *num.* 106. tunc

43. Si minuit, & penitus non tollit ſuſpiciones contra ipſum militantes, indicenda eſt illi abiuratio vel

de leui, vel vehementi pro gradu ſuſpicionis, & etiam tortura ſuper Intentione, ſi ſuſpicio, ſit vehemens, vel etiam leuis, ſed in eo genere grauiſſima, in Scacc. *dicto cap.* 98. *num.* 31.

44. Si verò innocentiam, vel impedimentum probat, tunc idem dicendum eſt, ac dixi *ſuprà* de comparente ante factam declarationem.

Si verò nihil probat, ſi impœnitens eſt, vel relapſus clarum eſt, quod relinquendus eſt curiæ ſeculari, vt dixit Farin. *de hæreſi, q.* 185 *num.* 103.

45. Si verò ſit pœnitens, dubium eſt, quomodo debeat abiurare, an de formali, an de vehementi.

Scaccia, *vbi ſuprà num.* 32. verſ. *Contrarium tamen cenſeo*, voluit hunc debere abiurare tantum de vehehementi.

Contrarium tamen, quod imo debeat abiurare de formali, videtur fuiſſe de mente Burſat. *conſil.* 7. *n.* 19. 33. *& ſequent. volum.* 1. & Farinac. *dicta quæſt.* 185. *num.* 103. ſed de hac quæſt. dicam in tit. *de contumacibus, p.* 3. *huius operis.*

46. Quæ dicta ſunt de reo inſordeſcente ſponte comparente habent locum etiam in eo qui fuit captus à curia. Verumtamen coniecturæ magis vrgent captum, quam ſponte comparentem, Scacci. *vbi ſuprà, num.* 33.

§. IX.

De pœnis huiuſmodi Inſordeſcentibus imponendis.

47. PRo modo, & qualitate ſuſpicionis pœnæ etiam huiuſmodi inſordeſcentibus ſunt imponendæ, nam leuiter ſuſpectus dimittitur cum ſolis pœnitentiis ſalutaribus, vt *ſuprà* vidimus ex Genuenſ. *quæſt. proxima.*

Si verò ſit ſuſpectus vehementer poterit condemnari grauioribus pœnis, & in ſpecie pecuniariis, vti atteſtatur Simanc. *de Cath. Inſt tit.* 27. *n.* 5. & Scacc. *de Iud. c.* 98. *n.* 29. & in his plurimum poteſt Iudici arbitrium teſte Menoch. *de arbitr. Iud. caſu* 416. *per tot.* Ita tamen vt ſemper de more huiuſce Sacroſancti, Tribunalis, ſalutares pœnitentiæ iniungantur.

§. X.

Quomodo Confeſſarij ſe gerere debeant cum Inſordeſcentibus.

48. IN hac materia imprimis Confeſſarius debet diligenter, animaduertere an Inſordeſcens in excommunicatione Catholicè ſentiat de clauibus Eccleſiæ, nam ſi non rectè ſentit, vtique habendus eſt, non ſolum pro hæretico mentali, ſed etiam pro hæretico externo, excommunicato excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini.

Quamvis enim, vt hæreſis dicatur externa requiratur ſignum extrinſecum manifeſtatiuum hæreſis, vt vidimus *tit.* 1. & in caſu noſtro non videatur adeſſe, niſi omiſſio petitionis abſolutionis negligentia, & actus negatiuus.

49. Attamen inſordeſcentia in excommunicatione, cum conſiſtat in perſeuerantia, ea non dicitur conſiſtere in ſola negatione, & actu negatiuo, & ſi etiam in ſolo actu negatiuo conſiſteret, adhuc etiam ij actus à DD. noſtris habentur pro ſufficientibus ad efficiendum, quod hæreſis mentalis tranſeat in externam, & ſubiaceat iudicio Eccleſiæ, ita Sanchez *in ſumm. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 16. & poſt eum Filliuc. *quæſt. Moral. tom.* 2. *tract.* 22. *cap.* 6. *num.* 191. Lay-

man. *in ſumm.lib.2. tract.1.c.14.n.4.*vbi bene declarat, quando pura omiſſio ſit ſufficiens ſignum externum hæreſis.

Et in hoc caſu non ſufficit abſulutin ab excommunicatinne, in qua inſorduit, ſed vlterius abſolnendus eſt ab excommunicatinne Bullæ Cœnæ lata in hæreticos.

Vbi verò inſordeſcens in intellectu errorem non habuerit, interrngandus erit de cauſa Inſordeſcentiæ, an dicto tempore claues Eccleſiæ vere contempſerit, provt de iuse præſumitur, Ricciull. *de iure perſon. extra Eccleſia gremium exiſtentium, lib. 4. cap.7. num. 17.*

Mox(ſublata taman ſemper cenſura à Indice qui eam tulit, val ab illius delegatn)mnnebit Confeſſarius pœnitentem, quàm timenda ſit escommunicatin cum per eam fidelis à corpore Chriſti ſeparetus c. *nihil* 11. *quaſt.* 3. & de familia Chriſti tranſeat in familiam Diabnli, cuius fit viliſſimus ſeruus cap. *audi* 11. *q.* 3. & ob id communites dicitur, quod excommunicatus relinqnitur Diabolo, vt ouis Lupo, latiſſimè Azeued. multa cumulans ad leges Nouæ Recompil.*lib.8. tit. 5. de los Deſcomulgados, leg. 1,n.43.& pluribus ſeq.*

Tandem ſatisfactionem pœnitenti iniunget congtuam, qualitati, & circunſtantiis inſordeſcentiæ prædictæ.

TITVLVS IX.

De Obligatione denunciandi.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici ſunt denunciandi Inquiſitoribus ſub pœna excommunicationis, & peccati mortalis.*
2 *Locus inſignis Deuteron.& ſeq.*
5 *Suſpecti de hæreſi ſunt denunciandi.& ſeq.*
7 *Leniter ſuſpectus an ſit denunciandus, & ſeq.*
9 *Filius patrem hæreticum, & Maritus uxorem denunciare tenetur,& ſeq.*
11 *Filius denuncians patrem Hæreticum euitat pœnas.*
12 *Pater ſuſpectus de hæreſi eſt denunciandus, & ſeq.*
14 *Patres Malefici ſunt denunciandi.*
15 *Vxor(ſi vir ſit terribilis)excuſatur à denunciatione.*
16 *Hæretici occulti, etiam omiſſa correctione fraterna ſunt denunciandi, vbi quid de ſuſpectis de hæreſi, & in ſpecie de blaſphemis, ſortilegis & Confeſſariis ſollicitantibus, & reprobatur opinio Fagundez & aliorum, & aliqua ponuntur pro validitate conſtitutionis, Soc. Ieſu, de aperiendis defectibus ſingulorum Rectori, vti Patri omiſſa correctione fraterna, & ſeq.*
19 *Confeſſarius non tenetur denunciare hæreticum niſi hæreticus ad eum accederet animo eum peruertendi, & ſeq.*
22 *Quodcumque aliud ſecretum non excuſat à denunciatione.*
23 *An hæreticus emendatus ſit denunciandus.*
25 *Non denunciantes vi edictorum incurrunt excommunicationem ipſo facto, & forma Edicti fidei ponitur eo modo quo S. C. ordinauit illud in Inquiſitionibus Italiæ publicari.*
26 *Omnes ſubſunt Inquiſitoribus.*
27 *Denunciationes ſunt faciendæ in ſcriptis.*
28 *Edictum Inquiſitorum comprehendit etiam Reges.*
29 *Et num comprehendat Officiales Papæ.*
30 *An vi edicti quis teneatur denunciare ſeipſum.*
31 *Qui à perſona fide digna audiuit num teneatur denunciare.*
32 *Mulier, quæ habet nomen Malefica an ſit denuncianda.*
34 *An hoc edictum ſit perpetuum, & obliget cum periculo vitæ, vel famæ, & quomodo ſe gerere debeant in denunciatione Monialis & virgo honeſta, & quid ceſſante præſumptione edicti.*
35 *Qui teneant denunciationem faciendam Inquiſitoribus de neceſſitate.*
36 *Contraria ſententia de Iure eſt verior, & qui eam teneant.*
37 *Rationes pro hac ſententia.*
38 *Conſilium quod huiuſmodi cauſæ ab Epiſcopis Inquiſitoribus remittantur.*
39 *Doctrina Caſtri Palai, procedit ſecundum conſuetudinem Hiſpaniæ.*
40 *Quid agendum, vbi ex conſuetudine à ſolis Inquiſitoribus proceſſus formatur.*
41 *Non denunciantes cum teneantur an ſint ſuſpecti de hæreſi, & quali ſuſpicione, & ſeq.*
45 *Metus cadens in conſtantem virum excuſat non denunciantem.*
46 *Etiam filius, & vxor in caſibus, in quibus tenentur denunciare, ſi non denunciant ſunt ſuſpecti de hæreſi.*
47 *Quomodo ſe gerere debeat Confeſſarius cum obligato ad denunciandum.*
48 *An pœnitens poſſit abſolui ante factam denunciationem cum ſolo propoſito denunciandi.*
49 *In quibus caſibus edicta Inquiſitorum obligent, remiſſiuè.*

§. I.

An hæretici ſint denunciandi.

HÆreticos non occultandos, ſed fidei Iudicibus 1.
denunciandos omnes vno ore dixerunt, quos
longa ſerie allegant Farin. *de hæreſi, quæſt.*197.*n.* 15.
& Sanctarellus *in eodem tractatu, cap.9. dub. vnico, num.*2. & ad hoc

Pulcherrimus eſt ſcripturæ Sacræ locus *Deuteron.cap.*13. *verſ.*6.vbi dicitur, *Si tibi perſuadere* 2.
voluerit frater tuus, vel filius, vel vxor, vel amicus clam dicens: Eamus,& ſeruiamus diis alienis, non acquieſcas ei, nec audias, aut parcas ei oculus tuus, vt miſerearis, & occultes eum ſed ſtatim interficies: ſit primum manus tua ſuper eum, & poſtea omnis populus mittat manum. Ex quo textu, colligitur talem accuſandum, vt poſtea interficiatur, & licet videatur loqui tantummodo de Apoſtaſia à fide, & Idololatria, attamen intelligendus eſt etiam de hæreticis, quoniam, vt notauit Simanch *tit.*29.*Cath.Inſt n.*5. & Sanctarellus, *d. c.* 9. *n.* 1.S. Hieron. Auguſt. & alij Patres hæreſes aliena ab Eccleſia dogmata, vocant
deos alienos. Et ſanè cùm hæreſis crimen ad perni- 3.
ciem tendat reipublicæ, & naturali ratione quælibet perſona, cum ſit pars totius Reipublicæ ſuccurrere teneatur, ex hoc eodem naturalis rationis fonte oritur obligatio denunciandi, vti poſt, D. Thom. Salon.Bann. Arragon. Sotum, & alios quos allegat, peregregiè docuit Genuenſ. *in Pra-*
xi Archiepiſcopali Neapolitana capite 18. *num.* 4
1. Tenetur autem quilibet, & ſub pœna peccati mortalis, & excommunicationis, vti habetur in Bulla Gegorij IX. incipiente, *Excommunicamus,* Innocentij IV. incipiente *Nouerit*, quæ habentur in fine Directorij, inter litteras Apoſtolicas

pro

pro S. Officio, de qua excommunicatione *infrà* cum de edicto noſtri Reuerendiſſ. Patris Inquiſit. in hac materia edito.

§. II.

An ſuſpecti de hæreſi ſint denunciandi.

5. Etiam ſuſpectos de hæreſi eſſe denunciandos, tradidere communiter DD. Farin. *vbi ſupra, q.* 197. *n.* 35. Martinus Delrius *diſquiſit. magicarum, lib.* 5. *ſect.* 4. verſ. 6. *tenetur*, vbi de obligatione denunciandi ſortilegos, Lelius Zechius *in ſumma, in tract. de fide*, Rubr. *de hæreſi, c.* 11. *n.* 12. vbi de obligatione denunciandi fautores hæreticorum, retinentes libros prohibitos, ſortilegos, de quibus eſt text. *l. quicunque Codice de Maleſ. & Mathem.* cuius hæc ſunt aurea verba, *Quicumque Maleficiorum labe pollutum audieris, deprehenderis, occupaueris, illico ad publicum pertrahas, & Iudicum oculis communis hoſtem ſalutis oſtendat*, & ibi latiſſime hoc idem probauit Binsfeld. in comm. huiuſce legis, & proferentes propoſitiones hæreticas, & ſcandaloſas, quod in

6. verſ. *Ampliatur etiam*, extendit idem Zach. ad proferentes dictas propoſitiones ioco, quoniam vt ait ipſe, Eccleſia non iudicat de occultis, *cap. Erubeſcant, diſt* 32. quod etiam voluit Farin. *vbi ſuprà*, verſ. *Adde*, Sanch. *ad precepta Decalogi, lib.* 2. *c.* 32. *num. vltimo*, & Lazar. *de blaſph. quæſt.* 12. *ferè per tot.* vbi loquuntur de obligatione denunciandi Blaſphemos hæreticales Genuenſ. *dicto cap.* 18. *n.* 10.

Bene Valer. *de diff. vtriuſque fori* in verbo *hæreſis, diff.* 2. vbi de negante fidem ore, non autem corde, qui non poteſt dici hæreticus, quod eſt denunciandus Inquiſitoribus, & exemplificat in Chriſtianis exiſtentibus in Terris Turcarum negantibus Deum ob metum.

Et de hoc dubitari non poteſt ſtantibus edictis Inquiſitorum, in hac materia de ordine Supremi Tribunalis publicatis.

7. Dubium tantummodò hoc loco oriri poteſt, num etiam leuiter ſuſpecti de hæreſi, puta ſemel in ira, tantùm, vel bis blaſphemantes ſint Inquiſitoribus, de neceſſitate denunciandi, in qua re

Genuenſ. *in Praxi, dicto cap.* 18. *num.* 10. dixit veritatem eſſe in hac difficultate, quod ſoli ſuſpecti de hæreſi vehementer, vel violenter tantummodo ſunt denunciandi, non autem ſuſpecti etiam leuiter, & Genuenſ. *loco cit.* ſequitur Lazar. *de Blaſph. q.* 12. *num.* 41. & eandem opinionem tenere videtur Alphonſ. à Caſtro *de iuſta hæret. punit. lib.* 2. *c.* 25. *circa finem*, & Sanctarellus *de hæreſi, c.* 9. *dub. vnico, num.* 16. verſ. *Quartò non tenetur quis* vbi ad hoc allegat Nauarrum, *conſ.* 3. *de hæreticis*.

8. Verùm, quidquid ſit de horum DD. traditione, contrarium omnino tenendum eſt ſtantibus edictis Inquiſitorum, quæ loquuntur generaliter, & ſine diſtinctione de ſuſpectis de hæreſi, vnde etiam videntur generaliter, & ſine diſtinctione intelligendi, maximè cum ſuſpicio leuis, in hoc crimine habeatur pro legitima, ad effectum ſaltem cogendi taliter ſuſpectum, ad abiurandum de leui iuxta text. *in cap. accuſatus in principio de hæreticis, in* 6. & ita practicatur quotidie in S. Officio, à qua praxi certè nefas eſſet recedere.

***

§. III.

An Filius Patrem, & vxor maritum, denunciare teneantur.

IN hac difficillima quæſtione, Abulenſ. *in caput* 13. *Deuter. quæſt.* 3. *Simanch. de Cath. inſtit. tit.* 39. *num.* 37. *& ſeq & in tract. de Patre hæretico, num.* 14 *& ſeq.* tenent nullo modo teneri filium ad denunciandum Patrem hæreticum, quod ob rationis ſimilitudinem dicerent etiam de vxore reſpectu viri, cùm ſint vna Caro, & hanc eandem ſententiam tenuiſſe videtur Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neapol. cap.* 18. *num.* 9. & Gutier. *canon. q. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 57. 9.

Verum in contrarium eſt communiſſima DD. ſententia, teneri ſcilicet filium, & vxorem ad denunciandum Patrem hæreticum, vel virum hæreticum, ita docuerunt Pegna *ad Director. ſub littera B. comment.* 15. *part.* 2. Ludouicus à Paramo, *de Orig. S. Officij lib.* 3. *quæſt* 8. *num.* 83. Farin. *de hæreſi, quæſt.* 197. *num.* 40. vbi quod hæc opinio ſine dubio eſt verior, Suar. *de fide diſp.* 20. *ſect.* 4. *num.* 21. Lelius Zecbius *de caſibus reſeruatis, caſu* 2. *num.* 2. verſu ſecundo, *ampliatur*, Sanctarell. *de hæreſi, cap.* 9. *num.* 14 vbi omnes alij Doctores antiquiores allegantur, Diana, *reſol. moral.* 1. *p. tract.* 4. *reſol.* 4. 10.

Didacus Cantera videndus *in ſuis quæſt crim. quæſt.* 5. *de reo, num.* 3. *verſ. in hoc cadit illa quæſtio.*

Colligitur hæc concluſio ex loco illo Deuteron. *cap.* 13. de quo *in* 1. *quæſt.* & ex eo quod obedire nos oportet, magis Deo quam hominibus.

Et ſi dicatur ex hac denunciatione grauiſſimum infamiæ damnum filiis parari, ob pœnas in filios hæreticorum latas à Sacris Canonibus de quibus dixi, *in tit. de pœnis hæreticorum*.

Reſpondendum eſt filium Patrem hæreticum deferentem, euitare omnes pœnas filiis Hæreticorum inflictas, vti docuere Pegna *dicto com.* 15. & Sanctarell. *vbi ſuprà num.* 15. qui alios allegat, quibus adde Suarez. *de fide, diſp.* 20. *ſect.* 4. *n.* 22. 11.

Et ſane ſi hæc obligatio denunciandi arctat filium, & vxorem, patet, quid ſit dicendum de aliis coniunctis, vti de fratre &c.

An autem; quæ dicta ſunt de Patre hæretico habeant locum in Patre, vel Marito ſuſpectis de hæreſi dubitari poteſt, in qua re 12.

Aliqui viri docti tenuerunt ea non militare in Patre, & marito de hæreſi ſuſpectis, ac proinde eos à filio, vel vxore minimè eſſe denunciandos. Mouentur ex pulcherrima traditione Abbatis, *c. inter ſollicitudines de purg. can. n.* 6. quæ etiam communiter approbata eſt a DD. prout atteſtantur Ricciullus *de iure perſonæ extra Eccl. gremium exiſt. lib.* 5. *c.* 19. *n.* 27. & Sanctarellus *de hæreſi, c.* 33. *n.* 6. traditio autem eſt, quod ſtatutum, & diſpoſitio loquens de hæreticis non habet locum in ſuſpectis de hæreſi, at DD. loquentes de filio, & vxore obligatis ad denunciandum, loquuntur de Patre, & viro hæreticis, igitur illorum traditio non debet extendi ad eoſdem tantùm de hæreſi ſuſpectos.

Et quamuis hæc opinio ſit ſatis probabilis, & ſumma æquitate nitatur, attamen contrariam opinionem veriorem eſſe arbitror, tum quia eadem militat ratio in hæreticis ac in ſuſpectis de hæreſi, tum quia edictum noſtrum, loquitur de ſuſpectis de hæreſi denunciandis & dum loquitur de perſonis obligatis ad denunciandum, loquitur per verba generaliſſima, *Commandiamo à tutte, & ciaſcuna* 13.

perſona, &c. di qualunque conditione &c. igitur generaliter eſt intelligendum, vt comprehendat etiam filium, & vxorem, ita in terminis ſimilis edicti Inquiſitoris Brixienſis, quod ob illa verba generalia comprehendat etiam Patrem, & quamlibet aliam perſonam coniunctam, docuit Zecblus *de caſibus reſeruat. caſu* 2. *num.* 2. verſ. *Ampliatur ſecundò.*

Et in terminis noſtris Lazarius *de Blaſphemia, q.* 12. *n.* 57. ſequutos Comitol. *q. moral. lib.* 4. *q.* 8. dixit, filium cogi poſſe ob edicti Inquiſitoris Papienſis generalitatem ad denunciandum Patrem blaſphemum & tamen blaſphemus non eſt hæreticus, ſed de hæreſi ſuſpectus, ad ſummum vehementer, & Lazar. ſequitur Diana, poſt hæc ſcripta viſus *d.*
14. *tract.* 4. *reſol.* 6.

Petrus Binsfeld. *de Confeſſ. Maleſic. membro* 2. *poſt principium* §. pro parte negatiua, dixit, Parentes teneri denunciare filios Maleficos, & è contra, & tamen malefici ſunt tantummodò ſuſpecti de hæreſi, & de filia quod matrem maleficam teneatur denunciare voluerunt, Lazara & Comitolus *vbi ſuprà*, & latiùs, de eadem filia quod Matrem Veneficam teneatur denuntiare, Homob. de Bonis noſter Cremonenſis *diſquiſitionum moralium*, *tom.* 1. *tract.* 7. *de primo præcepto decalogi*, *c.* 3. *quæſt.* 16.
15. *ferè per totum.*

Pegna *ad director. p.* 2. *comm.* 78. verſ. *at non videtur*, Vbi putat vxorem excuſandam, ſi non denunciat maritum ſuum, ex eo quod comedat carnes in diebus prohibitis, ſi eius maritus ſit terribilis, & ſic vt ipſe ait ratione timoris, igitur ſignum eſt, quod ſecluſo timore teneretur denuntiare, ex ſententia huius doctiſſimi viri, Marius Alter. *de cenſuris, tom* 1. *lib.* 5. *diſp.* 2. *cap.* 5. verſ. *Præterea.*

Et ex his patet reſponſio ad rationem in contrarium, nam, & militat eadem ratio, in hæreticis, & ſuſpectis de hæreſi, & DD. in hac materia loquuntur de vtriſque promiſcuè.

§. IV.

An denunciationem debeat præcedere fraterna correctio.

OMiſſis plurimis, quæ circa hanc Quæſtionem videri poſſunt apud Sanctarellum *de hæreſi, cap.* 9. *dub.* 5. *num.* 5. & Suar. *de fide, diſp.* 10 *ſect.* 4. *n.* 11. qui fuſiſſimè quæſtionem hanc examinant.

16. Dicendum eſt hæreticos, etiam occultos ſtatim denunciandos eſſe, omiſſa omnino correctione fraterna, *infr.* enim videbimus quid ſentiendum de ſuſpectis de hæreſi, concluſionem hanc tenent plurimi DD. antiqui, quos latiſſimè allegat, & ſequitur Farin. *de hæreſi, quæſt.* 197. *num.* 39. Suar. & Sanctarellus *vbi ſuprà*, numquam enim ſperandum eſt, eum qui auſus eſt ſe opponere Eccleſiæ vniuerſali corrigendum eſſe per monitionem, latiſſimè etiam Pegna, *p.* 2. *ad Director. comm.* 18. *per tot.* qui quamuis dicat præmittendam correctionem fraternam, cum eo qui protulit blaſphemiam, vel verba hæreticalia, ſi mihi non conſtet hunc eſſe hæreticum, attamen ſubiungit id intelligendum eſſe ſecluſis edictis Inquiſitorum, vigore quorum coguntur præciſè fideles ad denuntiandum, latiſſimè Sanctarellus *vbi ſuprà, n.* 8. *& præcedentibus*, vbi reſpondet ad plures obiectiones, quæ contra concluſionem fieri poſſent.

17. Sed quoniam in concluſione dixi, *etiam occultos*, dubitari poteſt, num ſi ego ſolus ſciam Petrum eſſe hæreticum, nec aliter eius hæreſim probare poſſim teneat illum denunciare Iudicibus fidei, in qua difficultate quidquid dixerit Ioan. Andr. *in cap. nouit. de iudiciis.*

Dicendum eſt talem eſſe vtique denunciandum. 18.
Ratio eſt, quia quamuis delictum probari nequeat, ſuperior vigilabit, & poteſt eſſe quod contra prædictas perſonas adſint aliæ denunciationes ex quibus fortaſſe de facili poſſit deueniri ad torturam, & ad alia iuris remedia; ita Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. c.* 18. *num.* 5. Sanctarell. *vbi ſuprà, n.* 2. Suar. *de fide diſp.* 20. *ſect.* 4. Lælius Zechius, *dicto caſu* 2. *n.* 2. verſ. *ampliatur prædicta concluſio*, Lazar. *de Blaſph. q.* 11. *n.* 54. & alij plurimi, quos allegat. & ſequitur Farin. *de hæreſi*, *dicta q.* 197. *n.* 36. Scacc. *de Iud. lib.* 1. *cap.* 56. *n.* 4. alios *infrà* retuli, *n.* 31.

Atque hæc quo ad hæreticos procedunt de plano. Difficultas eſt, num idem dicendum ſit de ſuſpectis de hæreſi.

In qua re dicendum eſt, quod ſtantibus edictis Inquiſitorum etiam ſuſpecti de hæreſi denunciandi ſunt omiſſa correctione fraterna, ita in blaſphemis; Peg. *p.* 2. *in direct. comm.* 18. *in Confeſſariis ſollicitantibus*, Rodericus à Cugna *de Confeſſ. ſollicitantibus*, *q.* 18. *num.* 11. Freitas *in addit.* poſt Henriquez *in ſumm. lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 4. *ſub litera E*, & Ludouic à Paramo *de orig. S. Inquiſitionis, lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 4. & in ſortilegis, Martin. del Rio, *diſquiſit. Magic. lib* 5 *ſect.* 4. *num.* 6. optimè Turrianos *in ſuis ſelectis diſputationibus*, 1. *p. diſput.* 30. *in Cenſura Propoſitionum, Centuria* 2. *dub.* 24. vbi quod contraria opinio in praxi nullo modo eſt admittenda, benè Freitas videndus ad Roderic. *de Confeſſ. ſollicit. d. q.* 18. *n.* 30. & pluribus ſequentibus, vbi voluit non eſſe præmittendam correctionem fraternam *in Confeſſ. ſollicit.* licèt probabiliter, poſſet quis arbitrari eum ex dicta correctione emendandum, quidquid in contrarium voluerit Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 1. *c.* 34. *num.* 57.

Probatur, quia adſunt edicta Inquiſitorum, id expreſsè præcipientia fundata in communi omnium doctrina, quod correctio fraterna, in delictis tendentibus particulariter contra bonum commune debet omitti, Molfeſ. *in ſum. tract.* 1. *c.* 17. *num.* 14. Roder. *d. q.* 18. *n.* 12. qui alios allegant. At delicta ex quibus oritur hæreſis ſuſpicio particulariter contra bonum commune tendunt.

Secundò, quia non debet audiens aliquem blaſphemantem iudicare ipſe, quod cum illa blaſphemia non ſit coniuncta Hæreſis, quia poteſt eſſe quod talis blaſphemans ſit de aliis blaſpemiis denunciatus ac de aliis etiam criminibus ex quibus vehemens, vel violenta hæreſis oriatur præſumptio, vnde iudicium hoc relinquendum eſt Inquiſitoribus, & taliter audiens omnino denunciare debet.

Tertiò, quia duplex eſt denunciatio, alia Euangelica, alia iudicialis, ante Euangelicam, quæ fit ad emendationem fratris præmittenda eſt correctio, non autem ante iudicialem, quæ tendit ad punitionem, & exemplum aliorum: denunciatio autem in edictis præcepta eſt iudicialis, ita arguit, & bene P. Diana *reſolut. Moral. p. tract.* 4. *reſol.* 2.

Quartò, in ſpecie de Confeſſario ſollicitante ſic arguo, ſi Summus Pontifex, voluit fœminam complicem, quæ ſcilicet ſollicitanti Confeſſario conſenſit, teneri omnino huiuſmodi Confeſſarium denunciare, multò magis voluit Summus Pontifex eam obligare ad denunciandum prætermiſſa correctione fraterna.

Neque

Neque hoc loco in contrarium adduci poſſunt, quæ ſolent in medium afferri contra Regulam Reuerendorum PP. Societatis Iesv, qua ad maiorem humilitatem ſociorum conſeruandam, ſtatutum eſt, vt quiuis peccatum alterius extra confeſſionem ad ſuperiorem deferat omiſſa correctione fraterna, quam latiſſimè vti iuri naturæ, & diuino contrariam Impugnauit Lorca in 2.2. *quæſt.* 33. *art.* 3. *ſect.* 5. *diſp.* 47. *num* 8 *& ſeq.* & quidam M. Angelus Manſique Generalis Ordinis Ciſtercienſis, in peculiari allegatione ſuper hoc confecta, de qua meminit Hieron. Roder. *in quæſt. Regul. Reſol.* 36. *num.* 5. & *num.* 3. vbi quod horum DD. opinio viſa fuit probabilior toti Academiæ Salmaticenſi die 24. Aprilis 1627.

Nam verè falſa eſt illorum DD. ſententia, prout eam latiſſimè impugnarunt vnà cum omnibus rationibus Lorcæ, Coninch videndus *de fide, ſpe, & charitate, diſp.* 28. *dub.* 12. & Suar. *tom.* 4. *de relig. tract.* 10. *lib.* 10. *cap.* 7. *pluribus ſeq.* nullamque difficultatem probabilem habere videtur memorata conſtitutio in ingreſſis poſt eam conditam, & de ea habitam ſpecialem notitiam, Coninch *vbi ſupra*, *num.* 209. & Bann. 2. 2. *q.* 33. *art.* 8. *dub.* 2.

Vlterius conſtitutio illa non loquitur de denunciatione iudiciali, de qua loquuntur edicta Inquiſitorum, neque de delictis tam perniciofis toti Reipublicæ ſicuti ſunt contenta in memoratis edictis.

Ex quibus patet non eſſe curandum de opinione Fagundez, Ioan. de la Cruz. Reginaldi, & Peirini, quos refert Diana *dicta Reſol.* 2. qui voluerunt ante denunciationem Confeſſarij ſollicitantis poſſe præmitti correctionem fraternam.

Nam verè horum DD. opinio penitus omnia edicta Inquiſitorum deſtrueret, non tamen negatem ſtante horum DD. ſententia, poſſe ob non denunciationem huiuſmodi Confeſſarij excuſari non denunciantem ab excommunicatione, de qua in edicto, licet omnino exiſtimem aliis pœnis etiam rigoroſis eum mulctandum. Circa banc materiam Correctionis fraternæ in noſtro Tribunali videat omnino Benignus lector illuſtriſſimum D. meum Traſmieram *in ſuo Doctiſſimo & eruditiſſimo Tractat. de Obligat. Denunciandi Hæreticos & ſuſpectos de Hæreſi quæſt.* 9. *per totam*, vbi per multas ſectiones, & multa capita vniuerſam banc materiam cumulatiſſimè enucleauit. Videatur etiam Pater Alberg. *in Manuali Inquiſitorum c.* 37. *per totum.*

§. V.

An ſi ſub magno ſecreto ſciam, aliquem eſſe hæreticum, tenear illum denunciare.

IN hac re quoniam duplex eſt ſecretum, aliud Sacramentalis confeſſionis, alterum omne aliud ſecretum naturale, duplex quoque poteſt eſſe dubitatio.

19. Et quoad ſecretum Sacramentalis confeſſionis. Albericus *in Rubr. Cod. de hæreticis, num.* 8. & quidam Raineiius, quem allegat Archid. in c. *Sacerdos de pœnitentia, diſtinct.* 6. voluerunt Confeſſarium teneri reuelare hæreticum, quem talem ſcit ex confeſſione ipſius Sacramentali, ſubdit etiam Archid. *eo loco*, quod ſi hæreticus, qui Confeſſario peccata ſua confeſſus eſt ſit impœnitens, tutius erit vt Confeſſarius adeat Epiſcopum, & ei dicat, Vigila ſuper gregem tuum, quia lupus eſt in grege.

Carena de Offic. Inquiſit.

20. Contrarium tamen omnino eſt ſentiendum, & contra eundem Albericum tenuerunt Theologi omnes *in* 4. *ſent. diſt.* 21. Sed maximè Scotus *quæſt.* 2. *in reſponſ. ad ſecundum argumentum*, vbi dixit carmen illud Iuriſtarum eſſe falſum.

Eſt hæreſis crimen, quod nec confeſſio celat.

Magiſter Faber Fauentinus præclariſſimus temporibus noſtris Theologus, & olim meus in Patauino Gymnaſio Præceptor, à quo etiam inſignia Magiſterij in Sacra Theologia in vniuerſitate prædicta Patauina accepi de anno 1616. *in ſuo tractatu de pœnit. diſp.* 34. *cap.* 4. *num.* 72. Suarez *de fide, diſp.* 20. *ſect.* 4. *num.* 16. Simanch. *de Cath. Inſtit. tit.* 42. *num.* 14. *& tit.* 3. *in Rubr. de abſolutione, num.* 5. vbi conſulit Confeſſario, quod vbi non poſſit perſuadere hæretico pœnitenti, quod vadat, ad ſe denunciandum Inquiſitoribus, ipſe Sacerdos vadat ad dictos inquiſitores, vt dent eis facultatem eum abſoluendi; attamen Inquiſitores hoc non poſſunt facere, vt vidimus, cum de excommunicatione lata in hæreticos vbi etiam, quid in hoc caſu facere debeat Confeſſarius, latiſſimè Lud à Paramo *de Orig. S. Inquiſitionis, lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 86. *& ſeq.* Farin. *de hæreſi, quæſt.* 197. *n.* 48. *& de indic. & tortura, quæſt.* 51. *num.* 100. Sanctar. *dicto c.* 9. *n.* 17.

21. Si tamen aliquis hæreticus, accederet ad Confeſſarium non animo confitendi peccata, ſed peruertendi Confeſſarium, & inducendi ad hæreſim, tunc talis Confeſſarius teneretur denunciare illum hæreticum, quia talis non eſt Sacramentalis confeſſio, ſed modus occultè dogmatizandi, ita pulcherrimè tradidit Genuenſ. *in Praxi Archiep. Neapol. cap.* 18. *num.* 16. qui alios allegat.

22. Quod verò ad alias ſpecies, ſeu genera ſecreti, dicendum eſt hæreticum eſſe denunciandum, etiam ſi illius hæreſim ſciam ſub magno ſecreto, etiam iurato, ita Suarez, *de Fide*, *dicta diſp.* 20. *ſect.* 4. *num.* 17. & Sanctarellus, qui alios latiſſimè allegat, *dicto cap. num.* 10. vbi ampliat hoc procedere etiam ſi quis alteri diceret, manifeſto tibi hoc ſub confeſſione, nam hæc confeſſio non eſt Sacramentalis, nec talis manifeſtans, habet animum confitendi, ita Nauar. Caiet. Sot. & alij *ibi* allegati.

Rationem huius concluſionis aſſignat. Suar. *vbi ſuprà*, quia omne aliud ſecretum, excepto ſecreto confeſſionis eſt merè humanum, & ex priuato pacto tacito, vel expreſſo inter loquentem, & audientem naſcitur, & ideo non poteſt obſtare legi ſuperioris præcipienti denunciationem, atque ita etiam docuit Pegna *p.* 1. *com.* 18. & Farin. *dicta quæſt.* 197. *num.* 50. Idem dic de ſuſpectis *de hæreſi*, Diana *reſol. part.* 1. *tract.* 4. *Reſolut.* 24. vbi alios allegat.

§. VI.

An hæreticus emendatus ſit denunciandus.

23. SOtus *de Iuſt. & iure*, *lib.* 3. *quæſt.* 5. *art.* 5. & alij allegati latiſſimè per Sanctarellum *de hæreſi, cap.* 9. *num.* 11. tenuerunt hæreticum emendatum nullo modo eſſe denunciandum, & hoſce auctores, videtur ſequi Genuenſ. *in Praxi*, *cap.* 18. *num.* 6. *dubio* 4. vbi dixit, quod ſi pro certo habeatur hoſce hæreticos eſſe emendatos, non ſunt denunciandi.

24. Attamen verior eſt contraria opinio, (licet prima probabilitate non careat) quam tenent doctiſſimus Suarez *de fide diſp.* 20. *ſect.* 4. *n.* 13. Farin. *d. q.* 197.

n. 52. & Sanctarell. *dicto c.* 9. *n.* 11. Freitas ad Rodet. à Cugna, *de Confeſſ. ſollicit. q.* 18. *num.* 19. qui alios allegat. Ratio huius concluſionis eſt, tum quia tales hæretici poſſunt fingere ſe emendatos, tum qoia fortaſſe alios infecerunt hæretica peſtilentia, vel ab aliis fuerunt infecti, & neceſſarium eſt, vt hoc inooteſcat iudicibus fidei.

§ VII.

De edicto Eminentiſſimi & Reuerendiſsimi D. Cardinalis Epiſcopi noſtri, & Reuerendiſsimi Patris Inquiſitoris.

QVam iuſtè, & ſanctè edicta hæc ab Epiſcopis, Et Inquiſitoribus publicati ſoleant colligi poteſt ex Traditis per Ludouicum à Paramo *de Origine Sancti Officij, lib.* 3. *quaſt.* 5. *Rubr. de edicto fidei*, vbi latiſſimè Simanch. *de Cath. inſtit. tit.* 19. *num.* 12. Lazat. *de blaſph. quaſt.* 12. *num.* 16. *& ſeq.* & aliis infrà allegandis, Nonnulla aotem ad noſtri edicti clariorem intelligentiam circa illios verba notabimus. Sed prius edicti totius formam præmitto eo modo, quo ex S. C. S. Officij de vrbe præſcripto ſolet in Italia publicari.

EDITTO GENERALE DEL S.Officio di Cremona.

Noi Pietro Campori per Diuina Miſericordia Prete Cardinale di Santa Chieſa del Titolo di S. Tomaſo in Parione, Veſcouo di Cremona, & Conte &c. &

Noi Frà Vincenzo Preti da Serraualle del l'Ordine de Predicatori, Maeſtro di Sacra Theologia, & Inquiſitore Generale di Cremona, e ſua Diocesi, dalla S Sede Apoſtolica controll'heretica prauità ſpecialmente Delegato.

DEſiderando come ricerca il carico di queſto S. Officio a Noi impoſto, che la Sacroſanta Fede Catolica ſenza laquale è impoſſibile piacere à Dio, in queſta noſtra Giuridittione da ogni hereticale contagio intatta, & pura ſi conſerui, con auttorità Apoſtolica à Noi conceſſa, in virtù di Santa Obedienza, & ſotto pena di Scommunica di lata ſentenza oltre le altre pene da Sacri Canoni, Decreti, Conſtitutioni, & Bolle de Sommi Pontefici impoſte: Comandiamo à tutto & ciaſcuna perſona di noſtra Giuriditione di qualunque conditione, ſtato, grado, ò dignità coſi Eccleſiaſtica, come ſecolare, ſia quanto ſi voglia grande, che frà dodeci giorni proſſimi, de' quali i primi quattro aſſegnamo per il primo, gl' altri quattro immediati per il ſecondo, & gl'vltimi quattro per terzo vltimo, & perentorio termine, debbano al S. Officio di queſta Città, ò all' ordinario reuelare, & notificare giuridicamente, tutti, & ciaſcuno di quelli, de quali ſappiano, ò habbiano hauuto, ò haueranno notitia.

Che ſiano Heretici, ò ſoſpetti, o diffamati di hereſia, ò credenti, ò fautori, ò ricettatori, ò defenſori loro, ò habbiano adherito, ò adheriſcono à riti de Giudei, ò Mametani, ò de Saraceni, ò de Gentili, ò habbiano Apoſtatato dalla S Fede Chriſtiana ò in qualunque modo eſpreſſamente, ò tacitamente habbiano inuocato, ò inuochino il demonio, ò gli habbiano preſtato ò preſtino honore, o habbiano hauuto parto, ò ſi ſiano ingeriti, ò s'ingeriſcono in qual ſi ſia eſperimento di magia, ò negromantia, incanteſimi ò altre ſimili ſuperſtitioſe attioni, & maſſime con abuſo di coſe Sacre.

Che con Sacrilego ardire, non eſſendo Sacerdoti, s'habbino vſurpato, ò ſi vſurpino di Celebrare Meſſe, ò habbiano preſunto, ò preſumano di Miniſtrare il Sacramento della Penitenza à i Fedeli di Chriſto.

Che habbiano abuſato, ò abuſino il Sacramento della Penitenza contro i Decreti, & Conſtitutioni Apoſtoliche.

Che habbiano Celebrato, ò Celebrino occulte conuenticole in materia di Religione.

Che contro Dio, ò ſuoi Santi, & particolarmente contro la Beatiſſima Vergine Maria preferiſcono beſtemmie hereticali.

Che habbiano impedito, ò impediſcano l'Officio della S. Inquiſitione, ò habbiano offeſo, ò vero offendano alcun teſtimonio, ò Denuntiatore, ò Miniſtri di eſſa.

Che habbiano tenuto, ò tengano libri, ò ſcritti, che contenghinne hereſie, ò libri di Heretici, che trattino di Religione ſenza auttorità della S. Sede Apoſtolica ò che gli habbiano letti ò ſtampati, ò fatti ſtampare, ò difuſi, ò leggano, ſtampino, facciano ſtampare o diffeadano ſotto qual ſi voglia preteſto ò colore o nero libri di negromantia, magia, ò contenenti incantationi ſortilegy, & ſimili ſuperſtitioni maſſime con abuſo di coſe Sacre.

Dichiarando, che per la ſopradetta eſpreſſione de' caſi da Noi ſpecificati da reuelarſi come ſopra non eſcludiamo gl' altri caſi ſpettanti al S. Officio, che per altro ne' i Sacri Canoni, Decreti, Conſtitutioni & Bolle de Sommi Pontefici, ſono compreſi.

Et dalla detta Scommunica, & pene, nellequali i diſubidienti incorreranno, non poſſa alcuno eſſere aſſoluto ſe non da Noi, ò dal Supremo Tribunale del S. Officio di Roma ne ſarà aſſoluto ſe prima giuridicamente riuelando i detti heretici, ò come di ſopra ſoſpetti di hereſia, non hauerà ſodisfatto.

Et perche dall' opera de' Confeſſori in queſti particolari dipende grandemente il ſeruitio di Dio, & il bene priuato, & publico; Comandiamo à tutti li Reu. Confeſſori, che nel Miniſtrare il Sacramento della Penitenza, vſino con gli loro penitenti queſta diligenza d'interrogationi ſopra tutti li ſodetti Capi, che ſtimaranno riſpettiuamente neceſſaria alle perſone coſi de principali delinquenti, come de partecipi & conſapeuoli in qual ſi voglia modo d'eſſi delitti? Et ſotto là detta pena di Scommunica di lata ſentenza come di ſopra, alli medemi Confeſſori commandiamo che non ardiſchano d'aſſoluere quelli, che troueranno delinquenti, ò partecipi, o uero conſapeuoli come ſopra, ne ſupradetti Capi, eſſendo che ſono incorſi nelle Cenſure della S. Sede à ſuoi delegati riſeruate.

Auuertendo, che à queſti noſtri precetti non ſodisfaranno ne s'intendono ſodisfare quelli, che con bolettini, ò lettere ſenza nome, & cognome delli auttori, ò in altra maniera incerta (delle qualli niun conto ſi tiene nel Sant'officio) pretendeſſero riuelare i delinquenti, che ad ogni modo poſſono eſſere ſicuri, che ſaranno tenuti ſecreti conforme al conſueto di queſto S. Officio, ne ſi mettono a neceſſità di prouare quello, che denunciano.

Et accio che il preſente noſtro Editto Generale paſ-

ſi

ſi à notitia di tutti, ne alcuno pretenda ignoranza comandiamo in virtù di S. Obedienza ſotto pena di Scommunica à tutti li RR. Arcipreti Curati, è Rettori delle Chieſe ſoggette alla noſtra giuriſditione, ò à i loro Luogotenenti, che la prima feſta doppo la la riceuuta d'eſſo in qual ſi voglia modo, debbano publicarlo e leggerlo, ò farlo leggere per extenſum al ſuo Popolo in tempo di maggior concorſo nelle dette ſue Chieſe e publicate lo facciano affigere alla Porta Principale delle medeſime Chieſe ò in altro luogo patente, oue da tutti poſſa eſſer veduto e letto il che parimente incharichiamo à tutti i Preſidenti de' Monaſteri.

Et in oltre ſotto le medeſime pene, vogliamo ſiano tenuti ricordarlo al detto ſuo Popolo ogni anno due volte al meno cioè in vna delle Domeniche di Quareſima, & in vna dell' Aduento.

Et perche poſſano obedire come conuiene à queſt' ordine noſtro, anzi della Sacra Congregatione doueranno hauerne vn Tranſunto ſempre affiſſo nella Sacreſtia delle loro Chieſe.

PEr deſiderio che habbiamo, che queſta noſtra Giuriſdittione ſi conſerui in quella purità di fede, nella quale, ſi troua: inherendo al ſopradetto Editto, & ad altri ordini della Sacra Congregatione, comandiamo ſotto pena di Scommunica, & altre arbitrarie.

Che neſſuno Corriere, Barcarolo, Mulattiero, ò altro ardiſca di portare libri dentro, ò fuori della Città, & altri luoghi à noi ſottopoſti (etiam per paſſaggio) ſe non haueranno la liſta de libri, ſottoſcritta dall' Inquiſitore, ò altri, à chi ſpetta, de' luoghi, onde ſaranno partiti. & per doue ſaranno paſſati ſotto pena anco della perdita delli libri. & altre à noi arbitrarie.

Sotto l'iſteſſe pene, & della perdita de i libri, comandiamo che niuno ſia chi ſi voglia, riceua libri portati, o introdotti in qual ſi voglia modo in queſta noſtra giuridìtione, ne apra caſſe, balle ò fagotti doue ſiano libri, ne gli leui di Dogana ſenza licenza noſtra ò de' Noſtri Vicarij, & ſenza hauere prima preſentata la liſta al S. Officio, o auiſandolo, ſe ſaranno capitati ſenza licenza.

Che niuno Mercante ardiſca di ricener libri, ò mandarli fuori, ſotto preteſto di merci o celati in fagotti, balle, ò caſſe ſenza la debita licenza, ſotto pena di Scommunica, della perdita de libri, & delle merci, che ſaranno con eſſi meſcolate. Et quel che ſi dice del portar, o riceuer libri, s'intende anco dell' hiſtoriette, figure, lunarij, & altre ſimili carte.

Et tutte le ſudette coſe comandiamo anco à gli Hebrei, ſotto pena di 50. ſcudi & della perdita de libri, & robbe come ſopra, & altre à noi arbitrarie, reſpettiuamente.

Comandiamo à tutti li Librari della noſtra giuriditione, ſotto l'iſteſſa pena di Scommunica, & altre pene à Noi arbitrarie, che non ardiſcano di vendere libri comperati da Hebrei, ò fuori, ò dentro della Città.

Li Stampatori ſotto le medeſime pene, & altre à Noi arbitrarie, non ſtampino coſa alcuna ſenza noſtra licenza Eccettuando gli Editti, & altre coſe ſimili del foro Epiſcopale, e ſecolare, non eſſendo pregiudiciali al S. Officio.

Li Datiari, Doganieri e Portinari, non laſcino vſcire, ò entrare libri di qual ſi voglia ſorte ſenza le liſte ſottoſcritte come ſopra. Et ſe capitaranno à gli Officij loro ſenza liſte ſottoſcritte, trattenghino i libri, e ſiano obligati à darne auiſo à Noi, ò alli noſtri Vicarij. Et queſto comandiamo ſotto pena di Scommunica, & altre arbitrarie.

Et in fede di ciò habbiamo fatte le preſenti ſottoſcritte di noſtra propria mano.

Dat. dal S. Officio di Cremona à 26. di Ottobre 1639.

P. Cardinalis Comporeus Epiſc. Cremonen.
F. Vincentius Pretus Inquiſitor Cremonen.

Hieronymus Calcioonus Cancell.

Noi Pietro Campori.
Noi Frat. Vincentio.

Forma iſta publicandi edictum ab Epiſcopo, & Inquiſitore ſimul eſt multum laudabilis, & commendata à Sacra Congregatione, vt in Manuſcriptis eiuſdem Eminent. D. Cardinalis Comporei reperitur annotatum occaſione nonnullarum controuerſiarum coram dicta S. Congregatione pendentium inter D. Cardinalem Borromeum Archiepiſcopum Mediolani, & Inquiſitorem Hæc verba die 24. Septembris 1610. *Scribatur Inquiſitori pro informatione eique mandetur, vt agat cum Illuſtriſſimo Cardinali vt edicta fiant ſub nominibus Archiepiſcopi, & Inquiſitoris ab eiſdemque ſubſcribantur, prout fieri conſueuit Cremonæ, & in vniuerſo dominio Veneto.*

Sotto pena di Scommunica di lata ſentenza. Ex his verbis colligitur non denunciantes in caſibus 25.
edicti incidere ipſo iure, & facto in excommunicationem, nam excommunicatio de qua in Conſtitutione Greg. IX. incip. Excommunicamus, non eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ, vti colligitur ex illis verbis, alioquin excommunicationis ſententia procederent, ita Pegna, *comm. 1. par. o.* & Suarez. *de fide, diſput. 20. ſection. 4. num.* 08. Sanchez. *in ſumm. tom. 1. cap. 32. numer. 47.* verſ. *Atque Inquiſitores quotanuis*, Lazar. *de Blaſphem. quæſt. 12. numero* 18. Zechius *de caſibus reſeruatis, caſu 2. numer. 2.* verſ. *Mandat ergo*, Sanctarellus *de hæreſi, d. cap. .. numer.* 10. qui omnes loquuntur de excommunicatione lata per edicta Inquiſitorum, & Epiſcoporum in hac materia.

Commandiamo à tutte, e à ciaſcuna perſona &c. di qualunque conditione, grado, ſtato, ò dignità coſi Eccleſiaſtica, come mondana, ſia quanto ſi voglia grande. Hæc verba iuri communi conſona ſunt, nam
poſſunt Inquiſitores in cauſa fidei, contra quoſcum- 26.
que procedere *cap. vt Inquiſitionis de hæretic. in 6.* & dicta verba comprehendunt etiam Reges, ita vt illi etiam denunciare teneantur, prout latiſſimè ſuper dictis verbis edicti differens probauit Paramus *de Orig. S. Inquiſit. lib. 3 quæſt. 5, num. 24. & plurimis ſequ. & num* 40. vbi refert exemplum Imperatoris Caroli V. æternæ memoriæ, qui iuſſit Ioannæ eius filiæ ab inquiſitorib. vocatæ, vt coram ipſis de nonnullis fidem tangentibus contra quemdam interrogaretur ne rem procelaret, ſed nulla interpoſita mora deponeret, ne excommunicationem incurreret, tam contra alios, quam contra ſe, ſi ſe etiam in minima re culpabilem ſenſiſſet, ſtatimque Sereniſſima Ioanna depoſuit coram Archiepiſcopo Hiſpal. & D. Fernando Valdes tunc Generali Inquiſitore.

Debbiano al Sancto Officio, &c. riuelar, & notificar giuridicamente, de hiſce verbis, *reuelar, & notificar*, videndus eſt Ludouicus Paramo, *loc. cit. dicta quæſt. 5 num.* 33. & cum additur *giuridicamente*, colligitur denunciationem, ſeu reuelationem hanc
debere fieri in ſcriptis cum expreſſione nominis 27.
denunciantis, & ſubſcriptione illius ſi ſciat ſcribere,

& non denuncians hoc modo, non poteſt à Con-
feſſariis abſolui, ita pulcherrimè Genuenſ.*in praxi*
*c.*18.*num.*2.vbi vlterius addit, quod tales denuncia-
tiones non ſolent recipi, niſi denuncians cum iura-
mento examinetur, quam praxim iuſtiſſimis fulciti
rationibus probauit Genuenſ.*ibi*, Zech.*de caſibus*
reſeruatis, *caſu ſecundo*, verſ.*declaratur*, Lazar.*de*
*Blaſph.q.*12.*num.*74.vbi in term.de §.edicti, *Auer-*
tendo che, Ricc. qui bene loquitur in hac materia,
*deciſ.*135.*per totam*, *vol.*2.

Tutti, *& ciaſcuno di quelli*, Hoc decretum, &
28. edictum comprehendit in hac parte, etiam Reges,
Principes, & Duces, vti dixit, Suarez. *de fide*,
*diſp.*20 *ſect.*4. *num.*24 licèt contra hos poſtea, non
ſoleat procedi, niſi conſulto Summo Pontifice,
Pegna.*comm.*80.*tertia partis*, Suar.*vbi ſuprà*.

29. An autem comprehendat hoc decretum Epiſco-
pos conſecratos, & Officiales Papæ, contra quos
non poſſunt procedere, cum à ſolo Summo Pon-
tifice poſſint iudicari iuxta c.*Inquiſitores*, *de hæretic.*
in 6. & extrauag. *cum Matthæus*, *de hæret.* *inter*
communes.

Dic quod ſic, nam Inquiſitores contra hoſce
poſſunt dicta teſtium recipere, vt eorum delicta
poſſint Sedi Apoſtolicæ denunciare, ita aliis rela-
tis, Pegna *p* 3. *comm.* 76.verſ. *Monendi tamen ſu-*
mus Quam tamen Pegnæ, & aliorum doctrinam,
Suar.*d.diſp.*20.*ſect.*4.*n.*25.intelligit, vt procedat tan-
tùm cum periculum eſt in mora.

Sed an vigore huius edicti, quis teneatur de-
30. nunciare ſe ipſum, dic quod non, ita Simanch.*de*
*Cath.Inſtit. titul.*42.*num.*13.Pegn.*p.*3.*comm* 12.Suar.
de fide, *dicta ſect.*4. *num.*18. latiſſimè Sanctarell. *de*
hæreſi, *cap.*9.*num.*18.qui alios allegat, Diana *var.*
*reſol.*1.*p.tract.*4.*reſol.*8.

De quali ſapiano, *ò habbino*, *ò haueranno notitia*
Quid ſi audiuerit quis à perſona fide non digna,
31. aliquem eſſe hæreticum, an ſtantibus dictis verbis,
teneatur illum denunciare? Et reſpondendum quod
non ita Cordub *lib.*1.*q q.*43.*dubio ſecundo*, §.*ſextò*,
quando, Guttier.*canonicarum*, *quæſt. lib.*1.*cap.* 11.*n.*
71.Sanctarell alios allegans *de hæreſi*,*cap.*9.*num.*16.
verſ. *Secundò*, *Si quis audiuit*, vbi idem dixit eſſe
dicendum de eo qui non recordatur a quo audiue-
rit, vel vbi is à quo audiuit nihil certi ſciat, & ita
etiam videtur ſenſiſſe, Farin.qui alios citat *de hære-*
ſi, *q.* 197. *num.* 51.tenetur tamen denunciare, qui
ſcit, licet denunciationem non poſſit probare, Dia-
na qui ad ſaturitatem alios allegat, *reſol.moral.*1.*p.*
*tr.*4.*reſol.*1.vbi quod, ita ſeruatur in Supremo Vr-
bis Tribunali S.Inquiſitionis, ex Farin.*de hæreſi*, *q.*
185.*num.*71.

O S'ingeriſcano in qual ſi voglia eſperimento di
Magia &c. Incanteſimi, *ò ſimili attioni ſuperſtitioſe*,
ſtantibus his verbis,

Dubitari poteſt, an denuncianda ſit mulier, quæ
32. habet malum nomen maleficæ, ad quam plures
concurrunt pro maleficiis, non tamen apparet ipſam
feciſſe, niſi ſimplices ſuperſtitiones? & dicendum
eſt, quod ſic ſi pluries, & paſſim ad quorumcum-
que inſtantiam id faciat, ita Genuenſ.*in praxi*,*cap.*
58.*num.*14.Quid autem dicendum ſit de muliere,
quæ ex ſimplicitate, & ignorantia fecit aliquod
ſortilegium hæreticale. vide Genuenſ.*vbi ſupra*,*n.*4.
vbi dixit veritatem eſſe, & ita à doctiſſimis viris
conſultum fuiſſe hanc mulierem, & ſimiles eſſe
priùs monendas, quod ſi ſe correxerint, abſti-
nendum à denunciatione, aliàs ſunt denunci-
andæ.

33. *Che habbino abuſato*, *ò abuſano il Sacramento*
della Pænitenza. Circa obligationem denunciandi
hos Confeſſarios ſollicitantes ad turpia in Confeſ-
ſione, vide quæ dixi. in tit.*de Confeſſ ſollicit.quæſt.*
*vlt.*vbi DD.allegaui. & Conſtitutiones Apoſtolicas,
& decreta Supremi Tribunalis de hac re.

Quo ad alia delicta de quib.in edicto noſtro vi-
dendi ſunt tituli particulares huius operis.

Dubitari tandem poteſt, an hoc edictum ſit per- 34.
petuum, ita vt obliget mortuo, vel remoto Inqui-
ſitore, & dic quod ſic, ita in terminis noſtrorum
edictorum, Suarez *dicta ſect.*4.*num.*11.rationémque
ibi aſſignat, nam, inquit, licèt præceptum videa-
tur ab homine, tamen quia Tribunal.à quo proce-
dit perpetuum eſt, ideò per modum legis perpetuo
durat, ſicuti tradunt DD.de Bulla Cœnæ Domini,
& hoc idem de his edictis dixit Portel.*in dub.regul.*
in verbo denunciatio. *n.*5.verſ.*Hoc tamen.*

Et in verbo *ſollicitare*, *num.*17.Fagundez.*in ſecun-*
*dum præceptum Eccleſiæ lib.*4.*c.*3.*n.*31.& Ioan.Ange-
lus Boſſius de Iubileo *in appendice de Confeſſ.ſollicit.*
*num.*77.*& ſeq.*

An autem huiuſmodi edicta obligent ad denun-
ciandum, cum denunciare obligatus timet ſibi ex
denunciatione damnum magnum in vita, bonis, &
honore. Dic, quod ſi tractetur de hæretico formali
dogmatizante in perniciem Reipublicæ, tunc de-
nunciatio omnino facienda eſt, ſi verò tractetur
tantummodò de ſuſpecto de hæreſi denunciando,
tunc excuſarem ſic obligatum, ſi non denunciat, ita
Fagundez.*in præcepta Decalogi tract.*1 *lib.*4. *cap.*3.*n.*
31.Genuenſ.*in praxi*,*cap.* 18. *n.* 8. vbi de hæretico
dogmatizante, & de hac materia, vide Lazar. *de*
*Blaſphem.quæſt.*12. *num.*64. vbi docet quomodo ſe
debeat gerere virgo nobilibus parentibus orta, ſi ſit
obligata denunciare, Portel.*in addit. ad Dubia re-*
gularia, verbo *Sollicitare fœminas*, *num.* 22. vbi de
modo, quo Monialis ſe gerere debet ſi a Confeſ-
ſario ſollicitetur.

Et an edictum Inquiſitorum fundatum ſuper
præſumptione obliget ceſſante præſumptione ad
denunciandum? Quamuis vulgata regula ſit, legem
fundatam in præſumptione non obligare; attamen
in hac materia ſemper ante oculos Confeſſariorum
habenda eſt doctrina Freitas *in addit ad tractatum*
*Roder.à Cugna de Confeſſ.ſollicit.*quod in his edictis
Inquiſitorum iudicium diſcernendi circa ſuſpicio-
nem de fide quæ reſultat, ex præſumptione edicti,
non competit Confeſſariis ſed Inquiſitoribus.

§. VIII.

An denuncians ſuſpectum de Hæreſi, Epiſcopo, ſatisfaciat edicto Inquiſitorum.

QVæritur hoc loco quid ſentiendum ſit de eo
qui in Ciuitate in qua, & Epiſcopus adeſt,
& Inquiſitor, Confeſſarium ſollicitantem, blaſ-
phemum, vel quemlibet alium de hæreſi ſuſpectum
denunciat Epiſcopo: an ſatisfaciat edicto Inquiſi-
torum.

In qua re multi tenent neceſſariò denunciationem 35.
hanc fieri debere Inquiſitoribus, & in ſpecie Fer-
dinandus de Caſtro Palao *in ſuo opere Morali*, *tract.*
4.*diſp.* 9. *puncto* 10. *num.* 4. verſ. Cæterum voluit
Confeſſarium ſollicitantem denunciari tantummo-
dò debere Inquiſitoribus. 36.

Verùm ego ſemper de iure contrariam ſenten-
tiam ſequutus fui, quam tenuerunt Fagundez. *in*
ſecundum præceptum Eccleſiæ, *lib.*4.*cap.*3.*num.*31.P.

Diana

Diana *reſolut. Moral. part. 1. tract. 4. reſol.* 28. Boſſ. *de Iubileo in appendice de Confeſſ. ſollicitant. dub.* 30. *num.* 37. qui alios alicgaor.

37. Probatur primò hæc ſententia ex verbis Bullæ Gregorianæ, in materia ſollicit. *mandantes Inquiſitoribus, ſeu locorum ordinariis.*

Secundò probatur, quia pet Bullas Apoſtolicas delegantes cognitionem criminis ſollicitationis Inquiſitoribus, non intelligitur ablata Iuriſdictio, quæ aliàs competebat Ordinariis locorum circa huiuſce delicti cognitionem: ſimul tamen cum Inquiſitoribus, igitur etiam ipſis ordinariis poterit hæc denunciatio fieri.

Tertiò, quia in hac noſtra Prouincia Mediolaneoſi, edicta fidei, quæ publicantur emanant ſub nomine Epiſcoporum, & Inquiſitorum.

38. Conſulto tamen ſemper Epiſcopis, vt huiuſmodi denunciantes mittant ad Inquiſitores, quia in Sancto Officio melius formantur proceſſus ratione ſecreti, quàm in foris Epiſcopalibus.

39. Non obſtat auctoritas Caſtri Palai, quia ipſe loquitur ſecundum conſuetudinem Hiſpaniæ, de qua *in Annot. ad primam quæſt.* Fulcodij.

40. Vbi tamen in praxi, per conſuetudinem receptum eſt, quod proceſſus ad Sanctum Officium ſpectantes fiant per ſolos Inquiſitores pro diſpendiis euitandis, quam conſuetudinem multis Summis Pontificibus, & S.R.Eccleſiæ Cardinal. Supremis Inquiſitoribus ſemper placuiſſe atteſtatur Pegna, in ſuo Tractatu Manuſcripto inſcripto, *Inſtructio ſeu praxis Inquiſitorum, lib. 2. cap.* 65. *num.* 6. Vtique vel hi rei ſunt S.Officio denunciandi, vel ſaltem Epiſcopi ſtatim habita denunciatione eam tranſmittere debent ad Inquiſitores, vt prout libuerit, in cauſa procedant.

§. IX.

An non denuncians hæreticos cum teneatur, ſit ſuſpectus de hæreſi, & quomodo.

41. NOn denunciantes, cum teneantur, hæreticos, vltra alias pœnas ſuſpecti etiam ſunt de hæreſi, fautoreſque io hoc dicuntur hæreticorum, ita Repertor. Inquiſitorum, in verbo, *Fautores*, verſ. *Item in indicatione*, Decian. *in tract. Criminal. lib.* 5. *c.* 51. *num.* 25. Pegna *ad Director. p.* 2. *comm.* 78. verſ. *poſtremè*, Leonard. Duard. *ad Bullam Cœna Domini, lib.* 2. *canon. p. q.* 32. *num.* 12. Farin. *dicta quæſt.* 197. *n.* 38. Sanctarell. *de hæreſi, c.* 9. *num.* 19. *circa medium* qui alios allegat.

42. Quod maximè locum haberet in Cruce ſignatis, ad quos ex officio, & ex proprio iuramento munus denunciandi hoſce hæreticos ſpectat, Lazar. *de Blaſph. quæſt.* 12. *num.* 12. & Farin. *de hæreſi, dicta q.* 197. *num.* 48.

Dubium tamen hoc loco eſſe poteſt, num hæc ſuſpicio, ſit leuis, vehemens, vel violenta, in qua difficultate, Alphonſ. à Caſtro *de iuſt. hæret. punit. c.* 25. *in principio lib.* 2. dixit ſuſpicionem hanc eſſe violentam.

43. Verùm hæc ſententia eſt nimis rigoroſa, vti ex Simancha, & Royas, dixit Pegna *ad Director. p.* 2. *com.* 81. *ſub litera D*, verſ. *illis*, ex Ioanne Royas, poſſetque tantùm locum ſibi vindicare in caſu, in quo vltra non denunciationem, adeſſet inter hæreticum, & non denunciantem, nimia familiaritas, & amicitia, tunc enim contra non denunciantem violenta oriri poterit præſumptio, ita Alphonſus Aluarez, Guerrero *in Theſauro Chriſtian. Relig. titul. de hæret. num.* 9. & Royas qui alios allegat *ſing. fidei* 5. *num.* 18.

Lælius Zechius *in ſumm. tom.* 1. *tit. de fide, Rubr. de hæret. cap.* 11. *num.* 5. verſ. *Tertia ſuſpicio circa principium* voluit ſuſpicionem hanc eſſe vehementem.

Quod locum tunc ſibi vindicare poſſe optimè dixit Pegna in dicto verſ. *Illis* ex Ioan. Royas, cum nulla adeſt probabilis cauſa non reuelandi, vel in iudicio interrogatus eos ſcienter celaret iuxta doct. Zanebini *de hæret. c.* 5. *n.* 4. ex quo colligitur, 44.

Veram eſſe doctrinam Leonardi Duardi *ad Bullam Cœnæ lib.* 2. *canon.* 1. *qu.* 33. *concl.* 1. *n.* 17. qui voluit huiuſmodi non denunciantes regulariter eſſe ſuſpectos dumtaxat de leui, quia tales, vt plurimum omittunt denunciare non in defenſionem hæreſis, ſed ex amicitia, vel aliqua alia cauſa. 45.

His addendum eſt, quod ſi quis ob metum in virum conſtantem cadentem omitteret denunciare, nullo modo eſſet de hæreſi ſuſpectus, ita Sanctarell. *de hæreſi, cap.* 9. *num.* 16. verſ. *Tertiò non tenetur*, Farin. *dicta q.* 197. *num.* 53. 46.

An autem conſanguinei vxor, &c. habendi ſint ſuſpecti de hæreſi? Dicerem, quod ſic, de leui ſaltem, niſi terribilitas viri, vel patris &c. Vxorem, & filium excuſaret, ita in terminis Pegna, *p.* 2. *comm.* 78. verſ. *at non videtur*, cuius dictum ſequitur Scacc. *de Iudic. lib.* 1. *cap.* 56. *num.* 4. & Farin. *vbi ſuprà, num.* 53. Alij *de cenſ. lib.* 5. *diſp.* 2. *cap.* 5. verſ. *Præterea*, quæ autem hucuſque dicta ſunt habent locum in non denunciante hæreticos, ſecus arbitror ergo dicendum in omittente denunciare ſuſpectos de hæreſi, nam ij (ſaluo ſemper ſaniori iudicio) non erunt ſuſpecti de hæreſi, licet poſſint puniri omnibus pœnis ſtatutis in edictis Inquiſitorum.

Moueor ex eo, quod aliàs contra omnes regulas iuris præſumptio oriretur ex præſumptione & ſuſpicio ex ſuſpicione.

An autem rei iſti ſint torquendi cogique poſſint ad abiurandum, dixi in tit. *de Fautoribus.*

§. X.

Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat, cum obligatis ad denunciandum.

IN hac re imprimis animaduertere debet confeſſarius, an obligatus ad denunciandum, ex non denunciatione inciderit in fautoriam hæreticorum, de qua diximus *tit.* 4. §. 1. nam tunc talis, cum vltra excommunicationem latam in edictis Inquiſitorum incidat etiam in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini latam contra fautores hæreticorum, non poterit ab ea excommmunicatione abſolui niſi ab habentibus auctoritatem abſoluendi ab excommunicationibus Bullæ Cœnæ. 47.

Si verò non denuncians, cum teneretur per tantum tempus omiſit denunciare, quod incidit in excommunicationem edicti Inquiſitorum, tunc dubium eſt, an poſſit talis abſolui à Regularibus virtute ſuorum, Priuil. & in ſpecie virtute eorum Priuilegiorum quibus poſſunt abſoluere, à quibuſuis excommunicationibus reſeruatis, etiam Sedi Apoſtolicæ, tam à iure quam ab homine latis, In qua re me remitto ad ea quæ dixi *in tit.* 6. §. 15. *n.* 86. 48.

Vbi verò non denuncians in nullam incidit excommunicationem, tunc quæri poteſt an eum poſſit Confeſſarius abſoluere antequam actu denunciet.

In qua difficultate communiter DD. videntur velle ſufficere firmum propoſitum denunciandi ad obtinendam abſolutionem, ita Peirin. *ad Priuil. Minim.*

*tom.*2.*ad Conſt.*5.*Greg XV*. §.9. *num*. 24. Sanctarell. *de hæreſi*, *c*. 9.*dub. vnico num*. 16. *in fi.*vbi de praxi Sacræ Pœnitentiariæ, Diana *reſolut. Moral.*1.*p.tract.* 4.*de denunt.reſolut*, 27. Hieron. Rodriq. *in compen.q. regul.reſolut*.131.*n*.16.

43. Attamen traditionem hanc iſtorum DD. Ego intelligerem procedere tantommodò in perſonis illis quorum fidea eſt confeſſarius bene nota, nam ſi eſſet pœniteos homo ordinarius, curandum omnino eſt, vt denuociatio præcedat, niſi vrgeat neceſſitas commuoionis. Auila *de cenſuris*, *p*.2. *cap*. 7. *dub*.7.*in fin*.verſ. *In rebus*, Zanard. *in ſumm.diu præcepr.p*.1. *præcept*. 2.*cap*. 15. *in fi.fol*. 184. videatur Lazar. *de Blaſph.qu*.12. *num*.79.verſ. *Poſt autem hæc ſcripta*.

Tandem ad inſtructionem Confeſſarij, vt ſciat caſus in quibus huiuſmodi edicta obligant ad denunciandum, videndus eſt Aloyſ.Riccios., *deciſ*.278. *Curia Archiepiſcopalis Neapol*. *p*.3. qui eam totam deſcripſit de verbo ad verbum, à Ioan. Valer. *de differentiis vtriuſque fori*, in verbo, *hæreſis*, *differentia prima*, ſupreſſo eius nomine.

TITVLVS X.

De retentoribus librorum prohibitorum.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia habet poteſtatem prohibendi libros hæreticorum. & an Principes laici, eandem habeant poteſtatem, vbi de combuſtione librorum Lutheri Romæ, & librorum Marchionis Villenæ in Ciuitate Conchenſi.*

2 *De excommunicatione Bullæ Cœnæ, contra legentes libros hæreticorum.*

3 *Legentes libros infidelium non incurrunt hanc excommunicationem*

4 *Ad eam incurrendam ſufficit librum eſſe hæretici licet nondum damnati.*

5 *Excommunicatio illa ligat legentes libros Schiſmaticorum, ſcolia hæreticorum, & etiam librum hæretici in parte bona, & ſeq. vbi de legente libros Armenorum, & Græcorum.*

7 *De requiſitis ad incurrendam dictam excommunicationem, & ſeq.*

10 *Paruitas materiæ an excuſet ab hac excommunicatione.*

11 *An Bulla Cœnæ comprehendat Epiſcopos. & Cardinales, vbi quid de Generalibus Religionum.*

12 *An etiam Inquiſitores, & eorum Commiſſarios, & ſeq. vbi an reuocatio licentiarum legendi lib. vetitos Sanctiſſimi D. N. Vrbani Papæ VIII. comprehendat licentias quæ emanarunt à Sacra Congregatione, & ibi decretum eiuſdem Eminentiſſimæ Congregat.*

15 *De variis excommunicationibus latis contra legentes libros hæreticorum, & ſeq.*

17 *Inquiſitores ſunt Iudices contra legentes libros prohibitos, ob hæreſim vel ſuſpicionem falſi dogmatis.*

18 *De iure communi Epiſcopi ſunt Iudices contra legentes libros prohibitos ob res laſciuas, &c. ſed in his caſibus etiam Inquiſitores procedunt ex ordine Supremi Tribunalis, & ſeq.*

21 *Legentes, & retinentes libros Hæreticos qualiter ſint de hæreſi ſuſpecti, & pluribus ſequen.*

27 *De libris prohibitis repertis penes hæredem.*

28 *Retinens librum hæretici animo confutandi errores non eſt ſuſpectus de fide.*

29 *Punitur tamen ab Inquiſitoribus, quia ſine licentia retinuerit.*

30 *Eſt etiam abſoluendus ab excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini.*

31 *Hæreticus, qui librum compoſuit hæreticum & mox eum legit vt confutet, ſine licentia duplicem excommunicationem incurrit.*

32 *Lex fundata in præſumptione ea ceſſante quomodo ceſſet, & num.ſeq.*

34 *Perſeuerantia in fide eſt donum Dei.*

35 *Vbi Bulla Cœnæ non eſt vſu recepta non ligat.*

36 *Scriptores, librorum hæreticorum, eoſdem aſportantes ad partes Catholicorum, corrumpentes libros Catholicorum, & imprimentes libros hæreticorum ſunt ſuſpecti de hæreſi, & ſeq.*

40 *Retentio libri hæretici, num ſit indicium ad torturam, & quando, & ſeq.*

44 *Retentores horum librorum debent abiurare, & qualiter.*

46 *Quid, in retinente libros continentes propoſitiones temerarias.*

47 *Quid de negantibus ſe libros hæreticos penes ſe ſe repertos legiſſe.*

48 *Tria in hac materia notanda, vbi deciſ. Sen. Med.*

49 *De pœnis horum reorum latè.*

50 *An Inquiſitores, & Epiſcopi poſſint in ſuis Diœceſibus libros prohibere.*

51 *An licentia conceſſa ab Inquiſitore Cremonæ legendi librum prohibitum, vel ſuſpenſum donec corrigatur ſuffragetur in Diœceſi aliena.*

52 *Quomodo ſe gerere debent Confeſſarij cum huiuſmodi reis.*

53 *Excommunicatio, de qua in Bulla Pij IV. nemini eſt reſeruata.*

54 *Percurrens oculis librum hæreticum an ſit excommunicatus excommunicatione Bullæ Cœnæ.*

55 *Ob lectionem & retentionem librorum, contra bonos mores incurritur peccatum mortale.*

56 *Lex fundata in Præſumptione, an ceſſet in conſcientia ceſſante præſumptione.*

57 *Libri hæretici ſunt S.Officio conſignandi, antequam reus abſoluatur, & ſeq. vbi quid de libris contra bonos mores.*

61 *Pœnitens, an ſatisfaciat conſignando huiuſmodi libros Ordinario loci.*

62 *Monitio Ordinariis locorum.*

63 *Vbi huiuſmodi libri eſſent conſignati Ordinario, tunc Ordinarius ipſe teneretur reconſignare eoſdem S.Officio.*

64 *De quibus eſt pœnitens interrogandus, & ſequ.*

65 *De grauitate huiuſce criminis, & ſeq.*

IN Eccleſia Dei adeſſe poteſtatem prohibendi libros hæreticorum, eamque iuſtiſſimam, & legitimam eſſe conſtat ex perpetuo vſu Eccleſiæ, nam tempore Apoſtolorum multi libri comboſti ſunt coram omnibus, vt patet ex Actis Apoſtolorum, *c*. 19. & Conſtantinus Imperator, ex decreto Concilij Nicæni, iuſſit Arij libros comburi. Item mandato Theodoſij imperatoris combuſti ſunt libri Neſtorij in Concilio Epheſino damnati, hocque idem variis rationibus, & exemplis probarunt, Bellarm. *lib*.3. *de laicis*, *c*.20. Ricciullo *de iure perſon. extra Eccleſiæ gremium exiſt.lib*.5.*c*.21. Suar. *de fide*, *diſp*.20.*ſect*. 3.*n* 4. & Sanctarellus *de hæreſi*, *c*.13. & 14. 1.

Sic libri impij Lutheri Romæ fuerunt cum eius

ſtatuta

ſtatuta combuſti Ludouic. à paramo *de orig. S. Inquiſit. lib. 2. tit. 2. c. 1.* ſic, & libros Marchionis Viglienæ à F. Lopetio Barrientos Epiſcopo Conchenſi fuiſſe coocrematos dixit idem Ludouic. à Paramo *vbi ſuprà, c. 2. n. 4. & lib. 3. q. 5. n. 248.* generaliter dixit Inquiſitores hæreticorum libros ſolere comburere. Atque hæc poteſtas prohibendi libros ob hæreſim, ita propriè conuenit Eccleſiæ, vt ea minimè concedatur Principi ſæculari, ſi loquamor de prohibitione libri ob hæreſim nondum declaratam, nam ſi loqoamur de prohibitione librorum continentium hæreſim, iam omnibus notam, & ſufficienter declaratam, laudabiliter etiam à Principibus laicis damnantur, Ricciull. *vbi ſuprà, c. 12. per totum*, bene Sanctarell. *de hæreſi c. 14. dub. vnico, n. 8.* hoc ſuppoſito ad materiam noſtram accedamus.

§. I.

De excommunicatione Bullæ Cœnæ lata in legentes, & c. libros hæreticorum.

2. IN primo canone Bullæ Cœnæ, excommonicantur, ſcienter legentes, aut retinentes, imprimentes, ſeu qnomodolibet defeodentes libros Hæreticorum, hæreſim continentes, vel de Religione tractantes, abſque licentia &c.

Ex quibos verbis colligitur, quod ad incurrendam banc cenſuram requiritur, Primò quod libri qui legnotur, retinentur, &c. ſint libri hæreticorum.

3. Ex qua prima concluſione ſequitur quod legentes libtos infideliom continentes hæreſes, vt librum Talmuld, &c non incurrunt excommunicationem noſtram, ſed aliam latam, vel à Clem. VIII. in quadam eius Bulla, de qua in tit. *de Iudæis*, vel in Indice librorum probibitorum Reg. 10 ita Duard. *ad Bullam Cœnæ, lib. 2. can. 1. q. 35. num. 5.* Sanch. *in ſum. lib. 2. c. 10. n. 22.* Suar. *de fide diſput 20. ſect. 2. num. 11.* Pater Pueronus Abb. Gen. Oliuetanos *in Bull. Cœn. can. 1. num. 196.* Nald. *in ſum. in verbo libri, num. 9.*

4. Secundò, ſeqnitur ad incurrendam hanc cenſuram, non eſſe neceſſe auctorem libri eſſe damnatum, ſed ſufficere eſſe quomodocumque hæreticum. ita contra Graffium, Sanch. *vbi ſuprà n....* & Suar. *de fide dicta ſect. 2. n. 11.* Pater Pueronus, *ibid. num. 173.*

Teetiò, dicta particula compreheodit libros ſchiſmaticorum, cum verè hi baptizati ſint, ita Suar. *vbi ſuprà*, Sanctar. *de hæreſi, c. 13. num. 17.* & hoc, ſiue libri ſint impreſſi, ſiue manuſcripti, Modern. Barboſ *in cap. fraternitati, num. 3. de hæret.*

5. Quartò, legentes ſcholia hæreticorum ad libros Catholicorum incidunt in excommunicationem noſtram, ita Sanch. *vbi ſupra, n. 25.* & Duard. *ibi q. 43.* Quod ita intellexit P. Pueron. *d. c. 1. n. 176.* vt procedat vbi ſcholia hæretici, adeo ampla eſſent, vt ex ipſis magis quam ex catholica doctrina creſceret volumen, ſecus ſi ſcolia eſſent qoid minimum, nam tunc vere non poſſent dici liber hæretici

Et ſic libros Armenorum, & Græcorum legens ligatur hac cenſura, Caſtro Palao, *in oper. Moral. tom. 1. tract. 4. diſp. 2. §. 1. num. 1.* Quamuis hodie verè Græci, & Armeni vt plurimum ſint hæretici, cum negent Purgatorium, & proceſſionem Spiritus Sancti à Filio, Souſa *in Aphoriſ. Inquiſit. lib. 1. cap. 21. num. 10.*

6. Quintò, excommunicatio noſtra extenditur etiam ad legentem librum in ea parte in qua nulla eſt hæreſis Sanch. ibi *n. 35.* quia totus liber eſt prohibitus, latè Sanctarellus, *d. c. 13. n. 12.*

Secunda conditio eſt, vt liber hæretici, hæreſim contineat, vel de religione tractet, quid autem ſit librum hæreſim continere, vel de religione tractare, videndus eſt Sanch. *d. c.* 10. *n. 33.* & Suar *d. ſect. 2. n.* 18. Duard. *ad dictum Can. primum Bullæ, q. 39.* & 40. Marius Alterius *de Cenſuris, tom. 1. lib. 5. diſp. 2. c. 6.* Sanctarellus *de hæreſi, c. 13. n.* 10. & 11. & P. Pueron. *vbi ſuprà* n. 178. Ferdinandus de Caſt. Palao, *vbi ſuprà, n. 7.* In qua re animaduertendum eſt, quod qui legeret librum hæretici, qui ex profeſſo hæreſim non contineret, nec de religione tractaret, licèt aliquam hæreſim contineret, non ob hoc incideret in banc excommunicationem huiuſce Bullæ, Filliuc. *q. Moral. tom. 2. tract. 22. c. 7. n.* 204. Souſa *in expoſit. huiuſce Bullæ, diſp. 3. cap. 2. concl. 2.* 7.

Tertia conditio eſt, vt ſcienter legantur, retineantur, &c. vnde ſufficit ad euadendam hanc cenſuram, vel ignorare librum eſſe hæretici, vel etiam ſi hoc ſciatur ignorare, qnod hæreſim contineat, vel de religione tractet, Sanch. *vbi ſuprà, num. 38.* & 39. Duard. *quæſt. 36. 37. & 38.* Sanctarell. *d. cap. 13. n. 55.* qui alios allegat. Souſa *in Aphoriſ. Inqu. lib. 1 cap. 21. num. 12.* Nald. *in ſumm.* in verbo, *Bulla Cœnæ, num. 15.* vbi quod in Bullam incidnnt Aromatarij, qni certis vtuntur libri hæretici ad inuoluendum obſonia, Scortia *in ſelect. Pontif. Conſtitutiones Theor,* 410. *verſ. ſeptimò.* 8.

Quarta conditio eſt vt id fiat abſque licentia Papæ qui ſolus poteſt hanc licentiam dare, vt probat Sanch. *dicto cap. 10. n. 43. & ſeq.* & Suar. *dicta ſect. 2. num. 27.* vbi etiam latè probant banc licentiam non poſſe concedi à Collegio Cardinalium ſede vacante, Pater Pueron. *vbi ſuprà, num. 197. verſ. de Collegio Cardinalium* 9.

Duo tamen hnc loco examinanda ſnnt, primum eſt, An paruitas materiæ excuſet ab inc .ıſu huius cenſuræ? In qua re, 10.

Vgulinos in expoſitione præſentis canonis negatiuam tuetur ſententiam, & vult legentes etiam minimam partem dictorum librorum includi in noſtro canone, hoc tamen non obſtante

Contrarium eſt verius, & communius à DD. receptum, tales nimirum regentes non eſſe excommunicatos, ſicuti nec breuiſſimo tempore retinentes, ita Sanch. *dicto cap. 10 num. 31.* & latiſſimè hoc probans Duardus *vbi ſuprà q. 46. per totam*, & Sanctarellus, *dicto c. 13. num. 1.* qui alios allegat, & Marius Alterius, *dicta diſp. 2. cap. 4 col. 7. verſ. Reſpondeo aliquando.* in iudicanda autem hac paruitate materiæ, plurimum poteſt prudentis Iudicis arbitrium, à iure tamen regularum, pro qua re videndus eſt P. Pueronus, *vbi ſuprà, num. 183.* qui enumerat plures opiniones Doctorum explicantium hanc paruitatem materiæ, ſemper tamen in ea diiudicanda Iudex ante oculos ſuos habere debet periculum, coi legens ſe expoſuit, nam ſi periculum ſit notabile, excommunicatio ſine dubio incorritur.

Alterum eſt, an bæc cenſura, & hic canon, comprehendat Epiſcopos, Cardinales, & Inquiſitores, in qua etiam re 11.

Quoad Epiſcopos, & Cardinales dicendum eſt abſolutè quod Bulla noſtra illos comprehendit, ita Sanch. *dicto cap. 10. n. 45.* Suar. *dicta ſect. 2. num. 26.* Pegna *ad director. p. 2. com. 3. verſ. falluntur ergo Epiſcopi*, Sanctarellus *de hæreſi cap. 13. num. 14.* & Ricciullus *de Iure perſon. lib. 5. cap. 25. num. 3.* D. Pueronus, *vbi ſuprà, num. 201.* qui alios allegant,

omnea

omnes namque licentiæ, & priuilegia fuerunt reuocata per Iulium III.in Conſtitutione, incipiente, *Cum meditatio*, inter litteras Apoſtolicas, pro Sancto Officio, idem etiam factum fuit per ſimilem Conſtitutionem Pauli IV. incipientem *Cum futurum*,& Pij IV,*Cum pro munere*, & nouiſſimè per Conſtitutionem Gregor. XV. editam die 30. Decembr. 1623. incip. *Apoſtolatus Officium* impreſſam poſt Flores Bariolæ inter litteras Apoſtolicas pro Sancto Officio.Et vltimo loco, per conſtitutionem S.D.N.Vrbani VIII ſub data 11.Aprilis 1631.

Ex quibus conſtitutionibus arbitror ſatis confutari ea quæ docet Peirin. *ad Priuilegia Minim. tom.2.Conſtitut. 9.Pauli V. §. 2. num.9.& ſeq.*dum voluit, quod Generalis Regularium cum conſilio Collegarum, poteſt dare licentiam legendi libros Hæreticos ſuis fratribus ad hæreſes oppugnandas, nam in dictis conſtitutionibus non ſolum reuocantur licentiæ cum clauſulis ampliſſimis, aptis comprehendere etiam priuilegia regularium, ſed etiam ſtatutum fuit, quod deinceps licentiæ huiuſmodi libros legendi non concedantur niſi à S.C.S.Officij, Hieron.Rodriq.vidend.*in comp.queſt.regul.Reſol.52. num.1.*vbi quod Priuil.Gregor.XIII.conceſſum Societati Ieſu ſuper quo fundatur Peirin. *vbi ſuprà*, hodie eſt reuocatum per Bullam Cœnæ,quod etiam idem auctor *ſuprà* dixerat *reſol.73.num.11.*Portell. *In dubiis regul.*verbo *libri*, *numer.* 3. verſ.*Aduert. Rodriq.*& nouiſſimè P.Lezana *in ſumma quæſtionum regularium* 1.*p.cap.*18.*n.*96.

12. Quoad Inquiſitores verò, Pegn.*loco proximè allegato*, verſ.*Iam hac prohibitio*, Leonard.Duard.ad ad Bullam Cœnæ, *lib.1.can.1.q.35.num.*34.& Fatin. *de hæreſi*, *q.*80.*num.*45.Naldus *in ſumm.*verbo,*Bulla Cœna*, *num.*11. voluerunt Bullam noſtram, non comprehendere Inquiſitores, nec eorum Vicarios, & hoc per Bullam allegatam Iulij III.vbi poſtquam Pontifex reuocauit omnes licentias &c. conceſſas Epiſcopis &c.addit hæc verba, *Inquiſitoribus, ſeu commiſſariis ſuper Heretica prauitate ab Apoſtolica Sede, pro tempore deputatis, durante ipſa deputatione tantummodò exceptis.*&c.Verùm

13. Sanchez, *d.cap.*10.*num.* 45.*in fin.*Suarez *in allegata ſect.*2.*num.* 28. *in fin.* Sanctarellus, *vbi ſuprà*, *num.*14. verſ. *putant nonnulli*, & Ricciulus *de iure perſonarum extra Eccleſia gremium exiſtentium, lib.* 5.*c.*25.*num.*4. contrarium exiſtimarunt, ſcilicet Inquiſitores, & eorum Vicarios ligari canone noſtræ Bullæ,niſi particularem habeant ab Apoſtolica Sede, vel à Congregatione Eminentiſſ.Cardinalium S.Officij facultatem. Ratio eſt quia in dicta Bulla Iulij III.ſicuti etiam in aliis,nihil de nouo Inquiſitoribus conceditur poſitiuè,ſed tantùm facultates, & licentiæ, ſi quas antea habeant, ipſis reſeruantur, nec cum aliorum facultatibus reuocantur,ita etiam Barboſ.*alleg* 90.*num.*8.*de Officio Epiſcopi.*

Si quis tamen magis in ſententiam Pegnæ incli-
14. naret,aduertere omnino deberet Bullam illam Iulij III.comprehendere ſolos Commiſſarios Inquiſitorum, non ab ipſis Inquiſitoribus ſubſtitutos, ſed
15. ab Apoſtolica ſede creatos, vti notauit Marius Alterius *de Cenſuris,l.*5.*diſp.*2.*c.*6.verſ.*Hæc prohibitio*, *tom.* 1. quamuis Pegna contrarium teneat, *vbi ſuprà.*

Quia verò *ſuprà num.*11.mentionem fecimus de reuocatione omnium licentiarum legendi libros vetitos facta, à S.D.N.Vrbano VIII animaduertendum eſt dictam cõſtitutionem non comprehendere licentias conceſſas ab Vniuerſali,& Sacra Congreg. S. Officij de Vrbe, vt ſpecialiter Sanctiſſimum Dominum noſtrum ſe in hac declaraſſe patet ex literis Eminentiſſ.D. Card. S. Onufrij directis Reuerendiſſimo Inquiſitori Genuenſi, quas habui ab Illuſtriſſimo D. Aloyſio Belcredio nunc meritiſſimo Prætore Cremonæ, in hæc verba,

MOLTO REV. PADRE.

Il Vicario Archiepiſcopale, & li Conſultori di coteſta Inquiſitione non hanno biſogno di confirmatione della licenza di legger libri prohibiti altre volte conceſſa loro da queſta Sacra Congregatione come V.R.ſcriue con la ſua delli 17.di Febraro, riceuuta alli 3.del corrente, Atteſo che noſtro Signore con ſuo decreto hà dichiarato non eſſer riuocate tali licenze date da queſta congregatione del S.Officio che è quanto le deuo dire in riſpoſta, & il Signor la conſerui.

Roma 12.Marzo 1633.

Di V.R.

Come Fratello

Il Cardinale S.Honofrio.

De differentiis autem quæ ſunt inter excommu- 16.
nicationem iſtam in canone noſtro, & latam in Reg.10.Iudicis & in Bulla Pij IV. incipiente *Dominici gregis* impreſſa ante indicem librorum prohibitorum, vide Marium Alterium *in proximè alleg. cap.*6.verſ.*Ex his colligi poteſt.*

§. II.

Quis ſit Iudex huius Criminis.

CVm retinere libros hæreticos, & prohibitos, ſit delictum, quæritur hoc loco quis ſit Iudex huius Criminis,

Et quidem diſtinguendum eſt, nam vel libri ſunt 17.
prohibiti ob hæreſim, vel ſuſpicionem falſi dogmatis, & tunc clarum eſt, quod Inquiſitores ſunt Iudices competentes contra hos retentores,hoc probant verba expreſſa Bullæ Pij IV. incip. *Dominici gregis*, ibi ſi quis autem aduerſus eas regulas prohibitionemque fecerit, is quidem qui hæreticorum libros, vel cuiuſuis auctoris ſcripta, propter hæreſim vel falſi dogmatis ſuſpicionem damnata, atque prohibita legerit, habuerítve, ipſo iure in excommunicationis pœnam incidat, eamque ob cauſam in eum vti de hæreſi ſuſpectum inquiri, & procedi liceat, &c.vnde cum ſoli Inquiſitores poſſint punire reos, vti de hæreſi ſuſpectos, ad ipſos quoque dumtaxat ſpectabit huiuſce criminis cognitio.

Si verò libri, ex aliis cauſis ſint prohibiti, pu- 18.
nitio retinentium illos ad Ordinarios Eccleſiaſticos ſpectabit, ita bulla *ſuprà* allegata ibi *qui verò libros alia de cauſa prohibitos legerit, habuerítve, præter peccati mortalis reatum, Epiſcoporum arbitrio ſeuerè ſe noueris puniendum* Ad quod etiam facit, Reg.7. Indicis, & 10.*in §.finali.*

Ex quibus Concilij verbis oriri poterat difficul- 19.
tas, num retinentes libros prohibitos ob obſcenitates, quas continent, poſſint ab inquiſitoribus puniri, nam videbantur huiuſmodi rei remittendi

ad

ad ordinarios locorum. Contrarium tamen decidit Suprema Congregatio Vrbis quod ſcilicet Inquiſitores ſunt Iudices etiam contra retinentes libros prohibitos ob res laſciuas, & contra bonos mores, vt conſtat ex litteris conſcriptis Reuerendiſſim. Pat. Inquiſitori Cremonæ, per Eminentiſſ. tunc. Cardinalem Mellinum, ſub die 6. Februarij 1627.

Vt in litteris tenoris ſequentis.

REV. PADRE.

Eſſendo ſolito che negli Editti del Santo Officio s'impongano pene à chi tiene libri non ſolo heretici, ò ſoſpetti, ma anche di coſe laſciue, & contra bonas mores, poſſono, & deuono gli Inquiſitori proceder all'executione delle pene cominate contro li traſgreſſori, tanto mi accore di dirle in riſpoſta della ſua di 21. di Genaro, & il Sig. la conſerui.

di Roma li 6. Febraro 1627.

Di V.R.

Come fratello

Il Cardinale Mellino

A tergo autem,

Al Rev. Padre, il P. Inquiſitore di Cremona.

Et hæc deciſio S. Congregationis eſt omni Iuri & æquitati congrua, ita enim in indiniduo caſus noſtri docuit Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 45. & 46. Quinimò, qui aſſereret libros ex præſcripto S. Inquiſitionis prohibitos in conſcientia retineri poſſe, quando libri non continent Doctrinam contrariam fidei, aut Sacræ Doctrinæ, vti aſſertor propoſitionis ſcandaloſæ, & temerariæ à S. Officio grauiter eſſet puniendus, vti dixit P. Turrianus *ſelect. diſp. part.* 1. *in cenſura propoſitionum cent.* 4. *dub.* 17. vbi addit talem aſſertorem eſſe S. Offic. denunciandum.

§. III.

An retinens libros damnatos ſit habendus pro hæretico, vel tantum pro ſuſpecto de hæreſi.

22. LOquendo de libris hæreſes continentibus non defuerunt magni nominis Iuriſconſulti, qui voluerunt talem retentorem habendum eſſe pro hæretico, ita namque docuerunt

Archidiaconus, *in c. fin.* 14. *q.* 2. *Rom ſing.* 326. *Incip. Eo ipſo* Io de Anan. in *c. ſi quis Epiſcopus de hæret.* & alij relati per Pegnam *dicto comm.* 3. *verſ. ex ſupradictis*, Decian. *in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 46. *num.* 26 & Farin. *de hæreſ. q.* 180. *n.* 34.

Verùm hæc opinio omnino falſa eſt, tales enim
23. retentores horum librorum verè ex hoc ſolo non iudicantur hæretici, licè verè ſint de hæreſi ſuſpecti, probatur hoc expreſsè ex diſpoſitione Bullæ Pij IV. de qua ſuprà, ibi eamque ob cauſam in eos vti de hæreſi ſuſpectos inquiri, atque ita tenuerunt alios referentes, Pegna, *vbi ſuprà*, verſ. *Horum tamen ſententia*, Decian. *d. cap.* 46. *num.* 26. verſ. *Sed* *ego non puto*. Farin *dicta q.* 180. *n.* 33. Ludouicus à Paramo, *de Orig. S. Inquiſit. lib.* 3. *q.* 9. *num.* 147. *& ſeq.* Azeuedus *ad Regias Hiſpan. Conſt. lib.* 1. *tit.* 7. *lege* 27. *num* 16. Sanctarelli *de hæreſi, cap.* 41. *dub.* 3. *num.* 5. verſ. *Septimò ſunt ſuſpecti*, Leonard. Duard. *ad Bullam Cœnæ Domini, lib.* 1. *can.* 1. *quæſt.* 51. *num.* 21. *& ſeq* & Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neapol. cap.* 18. *num.* 12.

Et latius Didacus Cantera *in ſuis quæſt. crim. c.* 1. *n.* 1. *de hæreſic. num.* 64.

Si quis tamen penes ſe librum haberet à ſe compoſitum, in quo ex profeſſo hæreſes eſſent poſitæ, & Catholicæ veritates toto conatu impugnatæ, certè talis vti hæret. eſſet condemnandus, vt optimè animaduertit Pegn. *loco citat.* verſ. *Hoc tamen dictum*, latè alios cumulans, Farinac. *dicta quæſtion.* 80. *num.* 16. & 17. 24.

Sicuti etiam idem ſentiendum eſſet, ſi cum retentione Incurrerent aliquæ vrgentiſſimæ coniecturæ, Farin *ibid. num.* 35. Duard. *vbi ſuprà, num.* 24.

Hæc tamen limitanda ſunt in eo, qui non ex propoſito ſed quaſi per tranſennam ſcripſit hæreſim. Præſumitur enim talis hoc ex ignorantia potius ſcripſiſſe, præſertim ſi res erat difficilis, & obſcura, & ipſe hab. batur communi opinione vir Catholicus, & pius. Ita Ferdinand. de Caſtr. Palao *tract.* 4. *diſp.* 2. *punct.* 10. §. 4. *n.* 2. verſ. *Quod intelligendum eſt.*

§. IV.

An hæc ſuſpicio ſit leuis, vel vehemens.

ZAnch. *de hæreticis c.* 7. *n.* 7. Repertorium Inquiſitorum, in verbo *libri*. Locatus, *eodem verbo*, voluerunt ex hac retentione librorum Hæreticorum, vel ob hæreſim prohibitorum, oriri vehementem hæreſis ſuſpicionem contra retentorem. 25.

Decianus verò *tract. Crimin. lib.* 5. *cap.* 46. *n.* 26. verſ. *Aut verò apparet*, voluit leuem tantummodò ex dicta retentione oriri præſumptionem.

At verius eſt hoc eſſe Iudici arbitrarium conſideratis omnibus circumſtantiis, & qualitatibus, nam 26.

Si inconſideratè retinuerit, vel legerit, ſi parum, & ſemel ſi reprehendenti ſtatim ob temperauit, ſi ſtatim, ac ſciuit librum eſſe prohibitum illum Inquiſitori detulit, ſi ſollicitè abſolutionem quæſiuit, is leuiter tantummodò ſuſpectus habendus eſt.

Si verò ſtudioſè penes ſe retinuerit, vel legerit totum, aut pluries, ſi inquirat vnde tales libros habere poſſit, & ex longinquis regionibus ſibi curat aſportari, certè talis erit de vehementi ſuſpectus.

Si tandem libri hi ſint reperti penes hæredem qui nondum omnes Angulos domus hæreditariæ luſtrauerit, vtique talis nullam contrahet hæreſis ſuſpicionem. 27.

Ita latiſſimè docuerunt Pegna, *d. comm.* 1. verſ. *Porrò gradus*, Farin. qui alios allegat, *d. q.* 180. *n.* 9. Genuenſ. *d. cap.* 18. *num.* 12. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 6. *num.* 18. Param. *de Orig. S. Inquiſit. lib.* 3. *q.* 9. *num.* 148 Azeued. *ad Regias Conſt. Hiſpan. lib.* 1. *tit.* 7. *lege* 27. *num.* 18. Hieronym à Monte, *quæſt.* 13. Conſt. *de Iuris. & facti ſcientia, & Ignor. Cent.* 1. *diſtinct.* 31. Burſat *conſil.* 90 & *conſ.* 344. *vol.* 4. & Scottia *in Conſt Pontif. Theor.* Bene Decian. *loco alleg.* verſ. *Quæ autem ſupradicta*, *num.* 30. vbi dixit, quod tradita per ipſum *in d. n.* 26. habent locum de iure communi, & quod ſtante Bulla Pij IV. contrarium eſt dicendum, ita tamen vt qualitas ſuſpicionis intelligatur arbitrio iudicantium remiſſa.

Bene omnino videndus Ludouic. à Paramo *dicta
q.9.lib.3.n.248.& ſeq* Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit.
lib.1. cap.21 num.36.& 37.* Inquiſitor Camera *dict.
c.1.de heret.n.64.*P. Diana *reſol.Moral.p.4.tract.7.
reſol.6.*vbi quod hæc qualitas ſuſpicionis reſultans ea
retentione libri hæretici eſt remiſſa religioni iudica-
re debentis, & verſ. *Notn tamen*, ait, quod in In-
quiſitionibus Hiſpaniæ regulariter iſti retentores
librorum prohibitorum abiurant de leui,quod ante
eum notauerat etiam P. Suarez *de fide,diſp.14,ſect.
2.n.4.* latè Ferd. de Caſtro Palao *dicto tract.4.diſp.
2. punct.10.§.4.num.6.*vbi quod quando per indi-
cia manifeſta probatur retinentes libros hæretico-
rum omnino ignotaſſe illorum qualitatem, tunc li-
beri ſunt ab omni hæreſis præsúptione & ſuſpicione.

§. V.

De eo qui retinet librum hæretici, vt errores confutet.

28. BReuiter arbitror legentem, vel retinentem li-
brum hæretici, qui ex profeſſo hæreſim con-
tinet, vel de religione tractet,ſi id faciat animo con-
futandi illius errores, ob commune bonum Reipu-
blicæ Chriſtianæ, idque S.Officio legitimè conſtet,
puta quia in perquiſitione domus dum libri fuerunt
inuenti, inuentæ etiam fuerunt ſcripturæ retinentis
dictos libros in quibus eorum dogmata confutabat,
29. eſſe ab omni hæreſis ſuſpicione immunem, ac pro-
inde puniendum quidem eſſe, quia ſine licentia,
& propria auctoritate dictos libros retinuit, abſti-
nendum tamen ab omni tortura,& abiuratione,Ad-
denes ad Romanum *ſingulari 326. incipiente,eo pro,
quod libri hæreſis*, verſ. *limita niſi reperiantur*,Felin.
Albertin. Decian. & Marcad.apud Ferd. de Caſtro
Palao,*dicto punct.10.§.2.num.8.*
30. Eſt etiam hic abſoluendus ab excommunicatio-
ne lata in Bulla Cœnæ, quia ad quantumuis bo-
num finem libri hæreticorum retineantur, ſemper
incurritur excommunicatio dictæ Bullæ, ita Sanch.
in ſumm.lib.2.c.10.num.53. Suarez *de fide diſp.20.
ſect.2.num.21.*Ricciull. *de Iur.perſon.lib.4 cap.25 n.5.*
Duard. *in primum Canonem Bullæ quæſt,23.n.28.*
Pater Dominus ac conciuis meus Abbas Pueronus
*in dictam Bullam Cœnæ,tom.1.c.1.n.188.*vbi ait quod
qui compoſuit librum hæreticum, & poſtea illum
31. legit, vt eum confutet incidit in duplicem excom-
municationem, & vt hæreticus, quia librum com-
poſuit, & vt lector libri hæretici, quia illum legit,
Ferd. de Caſtro Palao,*dicto punct 10 §.2.num.8.& 9.*

Ratio autem huiuſce rei eſt generalitas Bullæ quæ
non diſtinguit, prohibet enim retentionem, & le-
ctionem abſolutè ob periculum peruerſionis,aliquan
do enim contingit, quod qui in fide firmus eſt, ſæ-
pè cadat, & laqueis, quos exiſtimabat poſſe diſſol-
uere, comprehendatur.

32. Nec obſtat ſi dicatur Canonem illum Bullæ,fun-
dari ſuper præſumptione periculi peruerſionis, qua
præſumptione ceſſante,etiam in aliquo caſu particu-
lari videtur dicendum,quod etiam ceſſare debeat diſ-
poſitio dicti canonis,ad ea quæ notant multi recen-
tiores apud P. Dianam *reſol,Moral.1.p.tract.10. re-
ſolut.27.in princ.*

33. Quia opinio illorum recentiorum poteſt habere
locum vbi lex ſe fundat in præſumptione delicti,
facti, ſecus ſi ſe fundat in periculo delicti, vt benè
explicat Ferdinand. de Caſtro Palao videndus *tract.
3.diſ.1.punct.14.n.12.& 13.* vbi dat exemplum hæ-
redis qui non confecit Inuentarium, tenetur enim
vltra vires hæreditarias ea lege præſumente delictū
factum id eſt occultationem rerum hæreditaria-
rum. In hoc enim caſu ait Caſtro Palao ſi delictum
ab aliquo particulari hærede minimè ſit commiſ-
ſum, vtique ille in conſcientia non tenebitur vltra
vires hæreditarias, Canon autem Bullæ Cœnæ fun-
datur non ſuper præſumptione periculi illius,ſed de
hac re iterum *infra.n.56.*

Addo ego in nullo caſu particulari ceſſare præ- 34.
ſumptionem periculi peruerſionis, quia perſeueran-
tia in fide eſt peculiare donum Dei,iuxta ea quæ di-
xi *titulo ſecundo,§.7.num.54.*

Si tamen huiuſmodi ſic legens, vel retinens li- 35.
bros hæreticorum eos legiſſet, vel retinuiſſet in il-
lis Regionibus, in quibus Bulla Cœnæ non eſt pu-
blicata, nec vſu recepta, quia cenſuram huiuſmodi
Bullæ non incurriſſet, non eſſet à Bullæ excommu-
nicatione abſoluendus, ita Sanchez *vbi ſuprà, n. 4.*
& Beccan.*in ſua ſumm.Theol.Scholaſt.p.1.tract.3.c.6.
q.8.n.4.in fin.* & ratio eſt,quia lex non obligat, niſi
ſit vſu recepta, vt tradunt omnes DD. qui materiam
de legibus pertractarunt

§. VI.

De tranſcribentibus, imprimentibus, &c. huiuſmodi libros.

EA omnia, quæ dicta ſunt de Hæreticorum li-
brorum retentoribus, locum habent, & com-
prehendunt

Primò, Scriptores ſimilium librorum, nam, & 36.
hos eſſe de hæreſi ſuſpectos, eodem modo quo re-
tentores docuerunt,Rimin.Iun. *conſ.414.n.22.&
ſeq.* Pegn. *p.1.comm.17.* verſ. *Sed quæ erit pœna*,vbi
quod ſi ſcienter eos tranſcribunt,puniuntur,vti fau-
tores hæreticorum, Azor. *Inſtit.Moralium, tom.1.
lib.8.cap.17.quæſt.5.* Farinacius *de hæreſi, q.180.
num.18.*

Secundò, Aſportantes hæreticorum libros, ex 37.
hæreticis prouinciis ad Catholicas, ita Azor. *dicto
cap.17.quæſt.6.*dummodò tales aſportantes ſciant ſe
libros hæreticorum aſportare, aliàs ſi illos aſpor-
tarent in faſciculis incluſos, neſcientes, quid ibi
contineatur, vt communiter accidit in proccacio,
ceſſaret omnis ſuſpicio hæreſis, Pegna *dicta comm.
17.* verſ. *Cæterum in ſcriptore*,Farin.*d.q.180.n.15.*

Tertiò, idem dicendum eſt de corrumpentibus li- 38.
bros Catholicorum, & immiſcentibus Catholicæ
Doctrinæ dogmata hæretica, ita Pegn. *vbi ſuprà,*
verſ. *Denique* Menoch. *de arbitr. caſu 549. num. 5.*
Farin.*vbi ſuprà.n.14.*

Quartò, idem quoque ſentiendum, de impreſſo- 39.
ribus librorum hæreticorum,ſi ſcirent illos eſſe hæ-
reticos, ad quod, & de pœnis quibus tales impreſ-
ſores puniendi ſunt, vide Bullam Leonis X. inci-
pientem, *Exurge Domine*, verſ. *Inhibemus præterea*,
impreſſam poſt Director. inter litteras Apoſtolicas
pro Sancto Officio, fol. Mihi 90. Aliam Bullam
Pij IV. incipientem,*Cum pro munere*, ibidem fol.
129.& quoddam Decretum Eminentiſſimorum Car-
dinal. Supremorum Inquiſitorum emanatum de an-
no 1543.impreſſum ibidem fol.122.& inſuper,

Pegnam *dicto loco ferè per tot.commentar.* Azor.
dicto cap.17.q.1.2.3.& 4. Sanch. *in præcepta Deca-
logi,lib.2.c.10.n.57.*Farin.*vbi ſupra,n.19.* & Modern.
Barboſ. in cap.*fraternitati,n.7.de heret.*

Et latiùs Ferd. de Caſtro Palao *loco ſuprà allega-
to.n.3.& ſeq.*

Vt

Vt autem, etiam in iſtis gradu cognoſci poſſit ſuſpicionis, diligenter conſideranda ſunt ea quæ *ſuprà* dixi de hac materia, *in quæſtione proximè præcedenti.*

§. VII.

De tortura huiuſmodi retentoribus danda.

40. Diſputant DD. an ſola retentio libri prohibiti, ſit ſufficiens indicium ad torquendum retentorem, in qua re

Communis noſtrorum traditio fuit vt ſola retentio, in homine bonæ famæ non faciat contra ipſum indicium ad torturam, ita Farin. qui alios allegat, *dicta q.* 180. *num.* 48. quod probant DD. exemplo rei furtiuæ, quæ licet aliàs ſit indicium ſufficiens ad torturam, contra eum penes quem reperitur, tamen ſi ille penes quem reperitur ſit bonæ vitæ, talis inuentio non ſufficit ad torturam, Farin. *de furt. q.* 177. *n.* 1. *&* 5. Arnal Albert. *de Agnoſ. aſſert. Cath.* 41. *quæſt.* 28. *num.* 25. *&* 26.

In homine autem malæ vitæ, maxime concurrentibus aliquibus adminiculis nulli dubium eſt, quin dicta retentio librorum faciat ſufficiens indicium ad eum torquendum, ſuper complicibus, credulitate contentorum in dictis libris, & an alios dictas hæreſes docuerit Burſatus *dicto conſil.* 344. *volum.* 4. Coſta *de iuris, & facti ſcientia, & ignorantia, cent.* 1. *n.* 4. Homobon. de Bonis, *de examin. Eccleſiaſtico, tom.* 1. *tractat.* 7. *cap.* 2. *quæſt.* 13. verſ. *vnde primi.*

Ferd. de Caſtro Palao *loco ſuprà alleg. num.* 6. verſ. *Quocirca*, vbi dixit, quod vt retinens libros hæreticos ex dicta retentione poſſit torqueri, vt ſuſpectus de hæreſi debet eſſe malæ famæ, malæ vitæ, & conditionis, ſecus enim ait ſentiendum eſſe, ſi 42. talis retinens eſſet bonæ vitæ, & famæ, nec vnquam aliàs de hæreſi ſuſpectus.

Si tamen penes aliquem reperiretur liber hæreticorum ſine auctoris nomine, tunc licitè poſſet interrogari retentor de auctore in tortura, & ſi in tortura perſiſtens auctorem non nominaret, tunc haberetur ipſe pro auctore dicti libri, & ſic condemnaretur, vt hæreticus, ita Decianus, *in tract. Crim. lib.* 5. *cap.* 46. *num.* 26. verſ. *Puto autem ego*, Farin. *de hæreſi dicta quæſt.* 180. *num.* 21. Leonard. Duardus *in Bullam Cœnæ, lib.* 2. *canone p. quæſt.* 51. *num.* 5. *&* 6.

In caſu tamen in quo ex retentione librorum quis redderetur ſuſpectus tantum de leui, vel quia libri reperti ſint penes idiotam, vel hominem optimæ famæ, &c. vel quia libri damnati contineant tantummodo ſortilegia ad amorem, non hæreticalia (quo caſu leuem tantum ſuſpicionem inducunt in retentore) tunc regulariter abſtinendum putarem à tortura ſuper intentione, & credulitate, & vtendum eſſet remedio abiurationis de leui, vt latè probaui, tum *in tit. de ſortilegiis, in quæſtione de Abiuratione*, tum *in tit. de Blaſphemis, in quæſt. de tortura*, ad quæ loca lectorem remitto.

43. Tandem pro complemento huius quæſtionis aduertendum, quod in Curia Neapol. dixit reſeruati Genuenſ. *in Praxi Archiepiſcopali illius curiæ, cap.* 69. *num.* 12. verſ. *Item ſeruatur in curia*, quod ſcilicet ob ſolam retentionem librorum hæreticorum, negromanticorum, vel ſimilium ſcripturarum continentium hæreſim, vel apoſtaſiam à fide manifeſtam, ſolet retentor torqueri ſuper intentione, & credulitate contentorum in dictis ſcripturis & ſuper vſu, & complicibus, & vbi in tortura perſiſtat, ſolet ob ſolam retentionem abiurare de leui, quæ tamen ego iuxta ſupradicta intelligerem, vbi ſcilicet

cum retentione concurreret, vel mala fama retentoris vel aliqua alia coniectura; ex qua præſumptio ex retentione oriens, augeretur, ita Decianus & alij *ſuprà* allegati, quibus addo P. Zanardum *in ſumma diuinorum præceptorum, part.* 2. *cap.* 94. *Rubr. de tortura in cauſis fidei*, verſ. *Primò inſpiciendum*, & verſ. *Secundò, hoc venit penſandum.* Et ea quæ hoc loco dicta ſunt de tortura retentoribus librorum danda, proportionaliter applicanda ſunt etiam legentibus, ſcribentibus, & transportantibus dictos libros, conſideratis tamen in hoc omnibus circumſtantiis, & qualitate perſonarum.

§. VIII.

De abiuratione iſtis retentoribus iniungenda.

Quoniam (vt *ſuprà* dixi) retentores librorum hæreticorum ſunt de hæreſi ſuſpecti, modò leuiter, modò vehementer, ideò iſtis, etiam pro modo, & gradu ſuſpicionis, qualitas, & gradus abiurationis iniungendus eſt. 44.

Si namque inquiſiti ex retentione illa reddantur tantum leuiter ſuſpecti, vt quia ſint idiotæ maximè in materiis illis, de quibus tractant libri illi, & ſtatim ab Inquiſitore interrogati veritatem ſincerè fatentur, tam quoad ſe ipſos, quam quoad complices, tunc abiurare debent de leui.

Si verò omnino ignorantes eſſent, ita vt ignorarent penitus latinam linguam illorum librorum, vel etiam neſcirent legere, tunc omitti poteſt omninò abiuratio, quoniam ceſſat etiam in totum ſuſpicio, vti dixerunt Pegn. Zanard. & alij *ſuprà* allegati in materia gradus ſuſpicionis, orientis ex retentione.

Si verò inquiſiti, primo quidem loco homines ſint docti: Secundo, libri hæreſes contineant: Tertiò, ſi eos diutiſſimè retinerint, & legerint; ac cum diligentia, ex longinquis regionibus conquiſitos, ad ſe transportari curauerint, quæ ſunt præcipua conſideranda in hac materia, tunc præuia tortura, vt *præcedenti quæſtione dixi*, ſuper credulitate, & intentione propoſitionum hæreticalium, ſuper complicibus à quibus libros habuerunt, quibus mediantibus ſuper vſu dictarum propoſitionum, an aliquos ea docuerint, vt *ſuprà* dicebam, ſi in ea ſe non grauent, adhuc cogendi ſunt ad abiurationem de vehementi ad ſimilitudinem aliorum ſuſpectorum de hæreſi vehementer, de quibus Pegna *ad director. parte ſecunda, commentar.* 59. verſ. *quod ſi non compareant*, vel ſi eos libros inquiſiti, cum magna diligentia ad ſe transportari minimè curauerint, ſaltem de leui ob ſolam retentionem, vti ſeruari in Curia Archiepiſcopali Neapolitana teſtatur Genuenſ. *in praxi dicta Curia, cap.* 69. *num.* 12. verſ. *Item ſeruatur in curia.*

Si tamen ſtatim ac libros aliquos, quis reperit ſe habere, ſeu ſtatim ac ad manus ſuas perueniunt, illos comburit, vel lacerat, tunc quoniam omnis hæreſis ceſſat præſumptio, ceſſare quoque debet abiuratio, Farinac. *dicta quæſtione* 180. *num.* 40. qui alios allegat. Decian. *tractatu criminum, lib.* 5. *cap. cap.* 46. *num.* 26. verſ. *Limitantur ſecundò.* 45.

An autem ſufficiat libros propria auctoritate comburere, vel neceſſariò ſint Inquiſitoribus conſignandi, diſputant DD. & Zanch. *de hæret. cap.* 7. *num.* 7. & Auctor repertorij Inquiſit. videtur aſſerere ſatis eſſe ſi comburantur, nam per talem combu- 46.

ſtionem ſatisfit fini prohibitionis librorum, qui eſt, vt tales libri ſupprimantur, vnde cum fini ſatisfiat legis, ſatisfacere videtur comburens, &c.

Verum, Pegna *ad Director. p. 2. comm. 3.* verſ. *Praterea* Sanch. *ad Precept. Decalogi, lib. 2. cap. 10. n. 56.* Azor. *inſtit. moralium, lib. 8. cap. 16. quaſt. 11. tom. 1.* Farinac. *d. q. 180. num. 40.* Leonard. Duard. *ad Bullam Cœna, lib. 2. canone 1. quaſt. 51. per totum*, Ricciullus *de iure perſonarum extra Eccleſia gremium exiſtentium, lib. 5. cap. 24. per totum*, & Scortia *in ſelectas Conſt. Pontif. Theor. 169. per totum* voluerunt neceſſariò tales libros eſſe Inquiſitoribus deferendos, quod clariſſimè probatur per Conſtitutionem Iulij III. quæ incipit, *Cum meditatio cordis*, in qua præcipitur, quod tales libri realiter, & cum effectu Inquiſitoribus tradantur.

Si tamen, quis bona fide illos propria auctoritate combuſſiſſet, non ob hoc in hæreſis ſuſpicionem incidiſſet, vti notant Duardus, Ricciullus, & alij *locis indicatis*.

Nec in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini ex Scortia, qui alios allegat *in ſelect. Roman. Pontif. Conſtitut. Epit. 166. Theorem. 410. verſ. 7.* comprehenditur.

Similiter, ſi in libris damnatis penes aliquos repertis non adſunt propoſitiones hæreticæ, nec ad
47. hæreſim ſpectantes ſiue directè, ſiue indirectè, ſed tantummodò in eis reperiuntur propoſitiones temerariæ, & ſcandaloſæ, puniri debent tales retentores pœnis arbitrariis, non tamen abiurare, quoniam vbi non adeſt materia inducens hæreſis ſuſpicionem, vel leuem vel vehementem, non poteſt habere locum abiuratio, Burſat. *conſilio 344. numer. 18. volum. 4.* & latè dicam in titul. *de Propoſitionum ſpeciebus*, in materia propoſitionis ſcandaloſæ, & temerariæ.

48. Et quamvis inquiſiti aliquando negent ſe libros hæreticorum in eorum domibus, vel cubiculis repertos legiſſe, vel ibi adfuiſſe negantes conſtanter affirmant ibi dictos libros appoſitos fuiſſe ab eorum inimicis, attamen ſi hæc non probent, cum tamen teneantur ex iis quæ dicta ſunt in titulo *de confeſſione reorum, in quaſtione qualificata*, & torti ſuper vlteriori veritate, &c. intentione, & complicibus, non ſe grauant, cogendi nihilominus eſſent abiurare ſaltem de leui, ob præſumptionem contra illos militantem, quod dictos libros legerint, ex diuturna retentione eorum deſumptam, ſicuti neque probabile eſt, in alicuius cubiculo hæreticos libros fuiſſe appoſitos inſcio penitus cubiculi domino, niſi hoc aliunde probetur.

49. Tandem in hac materia ſemper cum caſus occurrer, tria ante oculos ſunt habenda. Primò, Qualitas perſonæ, penes quam libri reperiuntur. Secundò, qualitas librorum repertorum. Tertiò, diuturnitas retentionis, vt ex his qualitas ſuſpicionis poſſit apparere, ex his quæ ſupra diximus.

Et quod ex diuturnitate, breuitate, vel momentaneitate retentionis rei prohibitæ retineri, augeatur, minuatur, vel etiam in totum tollatur pœna, probatur ex his quæ longa manu docent de retentione ſclop. rotat. breuioris menſuræ ex proclamat. Excell. L. T. huius Dominij retineri prohibitorum ſub grauiſſimis pœnis, Bellon. Papienſ. *de his qua fiunt incontinenti lib. 2. cap. 24. ferè per totum* & D. Caluinus *de aquitate cap. 4. num. 12. & 13.* Vbi varias pulcherrimáſque deciſiones Excellentiſſimi noſtri Senatus Mediolani, in hac materia adducunt.

Ad idem poteſt adduci, quod cum in ſtatuto Mediolani ſub grauiſſimis pœnis Interdictum ſit Regularibus tenere arma prohibita in ſuis Monaſteriis iuxta Decretum Congregationis Eminentiſſimorum DD. Cardinalium ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium, de quo Nald. *in Summ.* in verbo *Religioſus num. 50.* ſi tamen religioſus aliquia arma prohibita ab aliquo ſæculari reciperet ad momentum retinenda, vtique non incurreret pœnas dicti Decreti, vt docuit P. Peyrin. de ſua Religione benemeritus *tom. 3. ad Conſtitut. ſeu Priuilegia Minimorum, cap. 9. ad Conſtitut. Clement. VIII. num. 77.* verſ. *Sed ego exiſtimo contrarium*, & in individuo excommunicationis latæ in Bulla Cœnæ Domini, quod non comprehendat retinentem librum hæreticum per duos dies, animo tamen eum abſolutè non retinendi, dixit aliis cumulatis Souſa *in Aphoriſm. Inquiſitorum, lib. 1. cap. 21. n. 29.*

§. IX.

De pœnis, & pœnitentijs ſalutaribus huiuſmodi Reis imponendis.

PRo qualitate culpæ, & pœnas imponendas conſtat inter omnes, & teſtatur ad propoſitum no- 49.
ſtrum, Pegna *in ſæpè citato, com. 3.* verſ. *Iam qua pœna.*

Vnde pro qualitate huiuſce criminis, modò maior, modò minor pœna eſt imponenda. Et regulares quidem cum ex dicta retentione ſunt ſuſpecti, vehementer poſſunt priuari voce actiua, & paſſiua, ſuſpendi à diuinis, priuari muneribus legendi, concionandi, &c. & hoc vltra ieiunia, orationes &c. de quibus Pegn. *vbi ſuprà*; non regulares verò vltra pœnitentias ſalutares etiam aliquando poſſunt à Ciuitate banniri, vti teſtis eſt Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neapol. cap. 68. num. 12.* verſ. *Item, ſeruatur in curia.*

Suſpecti autem tantum de leui, poſſunt de iure dimitti cum pœnitentiis ſalutaribus.

Pro totius materiæ complemento videndum eſ- 50.
ſet, an inquiſit. in ſuis Diœceſibus, & ſimiliter Epiſcopi poſſint libros damnare, ſed quoniam Pegna *de hoc pleniſſimè tract. com. 52. p. 2. per tot.* ideo ad eius dicta me remitto.

An autem licentia conceſſa alicui à Reuerendiſ- 51.
ſimo Inquiſitore Cremonæ, legendi librum ſuſpenſum donec corrigatur, ſuſpenſum donec corrigatur ſuffragetur in Diœceſi Mediolan: vide Hieronym. Rodriq. *in compendio quaſtion. regularium, reſolut. 92. n. 2.* vbi contra Suarez *de legibus, lib. 8. cap. 26. num. 8.* & Portell. *in dubiis regularibus*, in verbo *librorum prohibitio, num. 4.* firmat talem poſſe legere librum illum etiam extra Diœceſim. Quia Priuilegium eſt datum perſonæ, & ita etiam ante Rodriquez voluit Nauarr. *de Priuileg. conſil. 6. volum. 2.* & Nald. *in ſumm.* in verbo *libri, num. 6.* & Azor. *Inſtitut. Moral. 1. p. lib. 5. cap. 23. quaſt. 6.* Homob. de Bonis, *in ſuo examine, tract. 7. cap. 2. quaſt. 11. §. Porrò libros interdictos.*

§. X.

Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat cum legentibus, & retinentibus libros hæreticos, vel aliàs prohibitos.

PRimò, animaduertere debet Confeſſarius ex re- 51.
gulis ſuperius traditis, an pœnitens inciderit in excommunicationem Bullæ Cœnæ, nam ab

ea

ea vtique prius à Summo Pontifiee, vel ab babente ab eo auctoritatem erit abſoluendus.

53. Quod verò ad excommunicationem, de qua in Bulla Pij IV. cum illa nemini ſit teſeruata, poterit quilibet Confeſſarius ab ea abſoluere, Homobon. de Bonis, *in examine Eccleſiaſtico, tract. 7. cap. 2. quaſt. 9. §. His ergo ſic ſuppoſitis, tom. 1.*

54. Citca excommunicationem tamen Bullæ Cœnæ, animaduertenda eſt aurea Doctrina Souſæ *in ſua relect in dictam Bullam, diſp. 1. num.* 50. quam ſequotus fuit Portel, *in dubiis regularibus*, 10 verbo *libri prohibiti, num. 15. & 16. 1. p.* quod ſcilicet in excommunicationem Bullæ, incidit oculis percurreos librum bæreticum, cum aduertentia ad illa, quæ ſcripta ſunt, licet nihil ore proferat, nam ſecundum communem vſum loquendi ille talis dicitur legere. Et ſi dicatur, quod cum verba exterius non profetat eius peccatum non videtur externum, & per conſequeos, nec ſubiectum externæ diſpoſitioni Eccleſiæ, & ſic cenſutæ Bullæ reſpondit Portel. quod illius peccatum ſatis dicitur exietnum, ex ſequentibus externis actionibus, ſcilicet ex aperitione libri ad legendum, ex defixione oculorum, & ex reuolutione foliorum.

55. Si verò tractetur de libris prohibitis ex alia cauſa, quam hæreſis, vt quia v. g. ſint contra bonos mores, tunc ex Bulla Pij IV. de qua ſupra eos legentes, & retinentes incurruot peccatum mortale.

Quod intelligo ego etiamſi legens, vel retinens non ſe exponeret periculo peccati mortalis, vt lex poſitiua aliquid addat legi naturali, ſecuodom quam, vbi adeſt periculum, etiam ante Bullam talium librorum lectio, & retentio erat vetita, Homobon. de Bonis, *dicto tract. 7. q.* 10. verſ. *Addo de iure naturali.*

56. Neque obſtat quod lex fundata in præſumptione in conſcientia non obligat, ceſſante præſumptione, Quia hoc eſt verum de præſumptione diffinitiua, non autem ſuppoſitiua, vt declarat Portel *in dubiis regul.* in verbo *lex, n. 9. 1. part.* vbi dat exemplum de lege ſuperioris prohibente ingreſſum cubiculorum intra conuentum quæ obligabit etiam ingredieotem bono animo.

Vel traditio illa non habet locum, vbi lex in præſumptione fundata obligat in conſcientia etiam ceſſante in aliquo particulari caſu præſumptione, ratione vel motalis periculi, vel ſcandali, Rodr. qui alios cumulat, *in comp. q. Reg. reſol.* 90. *num.* 15. *circa finem.* In electione autem buiuſmodi librorum ſemper adeſt, vel ſcandalum, vel motale periculum peccati.

Vel tandem regula illa non habet locum, cum lex fundata in præſumptione fuit lata ad euitaoda mala quæ regulariter oriebantur ex actu à lege prohibito, vti declarat Vaſq. *in part. 2. quaſt. 96. art. 4. diſput.* 163. *cap.* 3. verſ. *Alterum genus præſumptionis eſt.*

57. Secundò aduertat Confeſſarius, quod omnino curare debet libros hæreticos, vel hæreticorum, vel de Religione pertractantium ad Inquiſitores deferri, vt *ſuprà* dicebamus, *num.* 18. nec ante debet pœnitentem abſoluere, quam libros cum effectu S. Officio conſignari curauerit.

58. Si tamen pœnitens libros illos propria auctoritate combuſſiſſet, non ob id in cenſuram aliquam incidiſſet, Homob. de Bonis, *dicto tractatu 7. cap. 2. quaſt.* 12. *in principio*, & propterea, vbi nihil aliud obſtaret abſolui poſſet.

59. Vbi verò libri prohibiti ſint, quia res laſciuas, & contra bonos mores contineant, tunc ſi pœnitentes habeant propoſitum illos retioendi, nullò modo ratione periculi, & peccati mortalis de quo in d. Bulla Pij IV. poterunt abſolui, Homobon. *vbi ſuprà q. 13 in fin.*

Sed hic Confeſſarius probabiliter poſſet de duobus dubitare.

60. Primum eſt, an retinentes buiuſmodi libros probibitos, ob res laſciuas ſint denunciandi S. Officio, in quo (ſalua ſemper declaratione S. M. Eccleſiæ, & S. C. Eminent. Card. Supr. Inquiſitorum) dicerem quod non, niſi huiuſmodi retentores aliàs eſſent de hæreſi ſuſpecti, verba enim edicti Eminentiſſ. D. Cardin. Epiſcopi noſtri, & Reuerendiſſ. P. Inquiſitoris, nullo modo comprehendunt huiuſmodi libros, & aliàs ex diſpoſitione iuris communis, nulla apparet obligatio huiuſce denuntiationis.

61. Secundum eſt, an cùm pœnitentes tenentur conſignare huiuſmodi libros Inquiſitoribus, ſatisfaciant eos conſignando Ordinario loci?

In hac etiam difficultate reſpondetur, quod de rigore iuris pœnitentes ſic ordinario loci libros conſignantes ſatisfaciunt obligationi ſatisfaciunt obligationi ſuæ.

Quamois enim in Bulla Iulij III. incipiente, *Cùm meditatio cordis*, expreſsè præcipiatur buiuſmodi libros conſignari Inquiſitoribus, attamen non ob id legitur, ibi reſtricta facultas Ordinariorum, vt in ſimili probauimus *infrà, titul.* 12. §. 55. *num.* 56.

62. Sanctiſſimè tamen agerent locorum Ordinarij, ſi buiuſmodi retentores remitterent Inquiſitoribus, qui in cauſis fidei melius ob ſilentium formant proceſſus, quam Ordinarij, coram quibus non ſeruatur ſilentium tam arctum, vt in Sancto. Officio, & ita quotidie practicat Eminentiſſimus DD. meus Cardinalis, Camporeus Epiſcopus noſter Cremonen. vnus ex Supremis Generalibus Inquiſitoribus, qui reos Criminum ad S. Officium attinentium ſemper Inquiſitori remittit.

63. Vbi tamen huiuſmodi libri eſſent in aliquo caſu Ordinario conſignati, Ordinarius ipſe tenetur eoſdem S. Offic. reconſignare, vti Sacram Congregationem reſpondiſſe, refert Piaſec. *in Praxi Epiſcop. p. 2. cap. 5. de haret.* & Ioan. Franc. Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſtici p. 3. cap 37 num.* 11.

64. Tertio loco interrogare debet Confeſſarius pœnitentem, an ſciat aliquos legere, vel retinere libros hæreticorum, vel de religione tractantium, vel hæreſes continentium, etiam in alienis domibus, & vbi aliquos huiuſmodi criminis reos agnoſcat eum cogat ad eos S. Officio denunciandos iuxta tradita per nos tit. præcedenti.

65. Quartò, vt ſtatum pœnitentis bene intelligat Confeſſarius, interrogandus erit pœnitẽs à quibus libros illos habuerit, quandiù penes ſe eoſdem retinuerit, quoties legerit, an aliquibus, & quoties, ac quibus commodauerit, an eorum occaſione (ſi ſint ex continentibus res laſciuas) carnaliter peccauerit, ſaltem delectationes ſenſuales paſſus ſit, & ſimilia.

66. Quinto loco, grauitatem huius delicti, quoad libros hæreticorum oſtendere debet Confeſſarius pœnitenti ex multis, ſed præſertim ex eo quo ab initio naſcentis Eccleſiæ, vſque in præſentem diem, quod libri buiuſmodi ſemper fuerunt reprobati, & igni traditi, vt videre eſt ex Deciano *Tractatu criminalium tomo primo, lib. 5. capit. 46. num. 1. & pluribus ſequentibus*, & Sanctarellus *de hæreſi, cap 14. dubio vnico, num. 1. c. & ſequentibus*, & ſi D. Paulus 2. *ad Timoth.* 2. admonet nos euitare colloquia hæreticorum, quanto magis euitandi erunt

erunt eorum libri, qui & ſemper loquuntur, & venena euomunt.

67. Quo verò ad libros res laſciuas continentes, grauitas delicti eos retinentium, & legentium patet euidenter, ex eo quod corrumpunt bonos mores, pueros & adoleſcentes contaminant, curſu temporis totam rempublicam inficiunt, ad libidinem incendunt, & irritant, vti animaduertit Tiraquell. *ad ll. Connub. l. 16. num. 4.*

68. Sexto, & vltimo prudens Confeſſarius pœnitenti proportionatam arbitrio ſuo ſatisfactionem iniunget, ita tamen, vt pro parte dictæ ſatisfactionis lectionem aliquam librorum piorum qualitati pœnitentis accommodatam imponat.

TITVLVS XI.

De Celebrantibus, & adminiſtrantibus Sacramentum Pœnitentiæ, cum non ſint Sacerdotes.

SVMMARIVM.

1 *Celebrantes & Pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrantes, cum Sacerdotes non ſint de hæreſi ſuſpecti, vbi de ſententia hæreticorum, & ſeq.*

3 *Qualis ſit hæc ſuſpicio, & ſeq.*

7 *Quidquid eſſet olim, nunc ex conſtitutionibus Apoſtolicis Inquiſitores ſunt Iudices huiuſce Criminis, & ſequent.*

10 *An Conſtitutio Gregor. XIII. directa Inquiſitoribus Hiſpaniæ habeat locum extra ea loca & ſeq.*

13 *De quodam, qui in partibus Hiſpaniæ ſe gerebat pro Epiſcopo Manfredoniæ.*

14 *In Conſt. Greg. & Clem. VIII. non incidit Sacerdos audiens confeſſiones, ſine Iuriſdictione, nec non Sacerdos non abſoluens, & quid de induente ſe Veſtibus Sacris, ſi non celebrat, & ſeq.*

16 *Quomodo in hoc delicto debeat conſtare de corpore delicti.*

17 *An corpus delicti in hoc Crimine probetur ſufficienter teſtibus Singularibus vbi plura, de teſtibus Singularibus.*

19 *Probato corpore delicti per teſtes ſingulares, an locus ſit condemnationi in pœna Extraor. & ſeq.*

21 *Late de Reo habente penes ſe literas teſtimoniales falſas, & afferente nihilominus ſe Sacerdotem.*

22 *Confeſſus qualificatè quomodo debeat expediri.*

24 *De abiuratione, tortura, & pœnis horum reorum, & ſequent.*

30 *Iudex Secularis cui fuerunt relaxati rei noſtri, an teneatur eos morti tradere, vbi deciſ. S. Concilij Neapol. & Sanctiſſ. D. N. Pauli V.*

31 *Inquiſitores poſſunt procedere contra Iudices laicos ſententias ſuas non exequuntur, & reprobatur Opinio Anguiani Hiſpani.*

32 *Quomodo hi rei puniantur in Hiſpania, vbi deciſio Inquiſitionis Siculæ & litera Eminentiſſ. Card. Milini in hac materia, & ſeq.*

36 *Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat cum huiuſmodi reis.*

37 *Grauitas huius delicti remiſſiuè.*

38 *An huiuſmodi rei ſint irregulares.*

1. NOn infimum locum tenet in hoc S. Officio, illorum enorme delictum, qui cum in ſacro Presbyteratus ordine nequaquam ſint conſtituti, temerario tamen auſu, & Sacroſanctum Miſſæ ſacrificium audent celebrare, & Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtrare, de hiſce ergo nunc in præſenti titulo eſt agendum.

§. I.

An celebrantes cùm Sacerdotes non ſint, Pœnitentiæque Sacramentum adminiſtrantes ſint de hæreſi ſuſpecti, & qualiter.

IN hac re dicendum eſt, eſt reos hoſce eſſe de hæreſi ſuſpectos, & de hoc nunc dubitari non poteſt ſtante Conſtitut. Greg. XIII. incipiente, *Officij noſtri*, quæ impreſſa habetur apud Rodriquez *quæſt. Reg. tom. 2. quæſt. 28. art. 2.* & in Bullar. nouo Cherubini, *tom. 2. conſtitut. 21. inter conſtitutiones Greg. XIII.* in qua hæc verba leguntur. *Nos itaque*, &c. *Animaduertentes eos qui Presbyteratus ordine non ſunt inſigniti, & ſe in adminiſtrandis dictis Sacramentis ingerunt, facto Catholicam veritatem impugnare, quæ ſolos Presbyteros*, &c. Si igitur tales Rei facto impugnant Catholicam fidem, ergo etiam de hæreſi erunt ob id ſuſpecti. 2.

His accedit hæreſis, quæ hiſce noſtris potiſſimùm temporibus graſſatur, quod ſcilicet etiam laici, & ſæculares ſint horum Euchariſtiæ, & Pœnitentiæ Sacramentorum miniſtri, vt patet ex Card. Bellarm. *Controu. fidei tom. 2. Controu. 1. generali, lib. 1. cap. 24. & 25.* vbi latiſſimè hanc hæreſim confutat igitur ſæcularis adminiſtrans huiuſmodi Sacramenta vel Sacerdos non ordinatus erit de hæreſi ſuſpectus. Conſequentiam hanc probat doctrina Soti in *Relect. de hæreſi*, vbi dixit, quod facere opera mala ab hæreticis tamen probata, & laudata inducit hæreſis ſuſpicionem. Quod dictum Soti licèt impugnetur à Paramo *de Orig. S. Inquiſit. lib. 3. quæſt. 10. num. 72. & ſeq.* attamen in caſu noſtro rectè procedit, approbarique videtur à Greg. XIII. in *ſuprà citata conſtitut. ibi*, nam, & ſi multorum ſententia affirmetur, prædictum delictum ab Inquiſitoribus plectendum eſſe, hiſce præſertim temporibus quibus hæretici temerè audent proferre, etiam ſæculares eorum Sacramentorum Miniſtros eſſe poſſe. 3.

Difficultas tantummodo eſſe poteſt, in qualitate & gradu ſuſpicionis, an ſcilicet leuiter, an vehementer ſint de hæreſi ſuſpecti, in qua re

Dicendum hoſce reos eſſe de hæreſi ſuſpectos vehementer, & ratio iſtius concluſionis eſt, quia regulariter abutens Sacramentis redditur de hæreſi ſuſpectus vehementer, vt probaui in tit. *de Polygamis*, & in tit. *de Confeſſariis ſollicitantibus*: At Rei noſtri celebrando, & Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtrando, cum Sacerdotes non ſint, abutuntur hiſce Eccleſiæ Dei Sacramentis, exiſtimantes (ſaltem facto ipſo) alios, præter Sacerdotes, poſſe eſſe illorum Sacramentorum miniſtros: igitur erunt ſuſpecti non leuiter, ſed vehementer.

Et ad hoc probandum facit primò Pegna *ad Director. parte ſecunda, comment. 81. verſ. Ille quoque.* Leon. *in Theſaur. fori Eccleſiaſtici, part. 3. cap. 37. num. 35.* & Bariol. *in ſuis florib. Director. in tit. de Confeſſ. ſollicit.* verſ. *Suſpicio qua vrgentur*, & verſu ſequenti vbi dixerunt Confeſſarium ſollicitantem ad turpia in confeſſione eſſe de hæreſi ſuſpectum vehementer, ratione abuſus Sacramenti.

Secundò

4. Secundò, Martinus Delrius *diſquiſitionum Magic.lib.5.ſectione 15. & lib.3.p.1.quaſt. 3.ſect. 1.* vbi dixit quod Baptizans imagines ad minus eſt ſuſpectus de hæreſi vehementer, ratione abuſus dicti Sacramenti.

5. Tertiò, conclusio probatur ex eo quod vehemens ſuſpicio illa dicitur quæ ſumitur ex ſignis exterioribus operum, aut verborum ex quibus concludi ſolet frequenter, & vtplurimum quod talia agens, vel dicens eſt hæreticus, Martinus Del Rius *diſq.magic.lib.5.ſect.12.* verſ. *Vehemens ſuſpicio* Ricciull. *de iure perſon. extr. Eccleſiæ gremium exiſtentium lib.5.cap.11.num.7.* At ex celebratione Miſſarum huiuſmodi, & adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ aliud colligi non poteſt, quàm tales celebrantes, &c.eſſe hæreticos Lutheranos, igitur, &c.

Atque ita ſeruatur in Sancta Vniuerſali Romana Inquiſitione, quæ hoſce Reos cogere ſolet ad abiurandum de vehementi, vt vbique atteſtantur Doctores.

Quidquid in contrarium ſeruetur in Tribunalibus Hiſpaniæ in quibus habentur iſti Rei ſuſpecti tantummodò de leui, & ob id coguntur tantùm in dictis Regnis abiurare de leui, Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit.lib.1.c.32.num.14.* & Ferd. de Caſtro Palao *part.1.ſui operis Moral.tract.4.diſputat. 8.punct.19. §.9.numer.2.*

§ II.

Quis ſit Iudex, competens horum reorum.

7. Licet antiquis temporibus ſatis controuerſa fuerit quæſtio, quiſnam Iudex eſſet competens in hiſce criminibus, Ordinariuſne Eccleſiaſticus, an Inquiſitor aduerſus prauitatem hæreticam ſpecialiter delegatus, prout colligitur ex Conſtitutione Gregor.XIII.ſupra citata incipiente *Officij Noſtri.*

Nam, quod ad Ordinarios ſpectaret munus puniendi hoſce reos, non obſcurè colligi poſſe videtur ex text.in *cap.ex literis extr.de Clerico non ordinato miniſtrante*, vbi Papa mandat Epiſcopo Legionanſi, vt quendam Diaconum, qui ante Sacerdotij ordinem ſuſceptum Miſſam celebrare præſumpſerat, certis pœnis puniat.

8. Et tantò magis videntur per Ordinarios Eccleſiaſticos puniendi, cum tales Reifacto ſe velint Sacerdotes oſtendere quo caſu clarum eſt, quod incidunt in crimen falſi, vti originaliter dixit Bald. *in leg. Qui ſub prætextu Cod.de ſacroſanct.Eccleſ.* Diaz. *in praxi Crim.Can.cap.12.num.1.* vbi Salcedo, Franc. Leon. *in Theſaur. fori Eccl.cap.35.num.57.* Farin. *de falſit.& ſimulat.quaſt.150. num. 85. & ſeq.* qui alios allegat. Caball. *in ſuis reſolut. Crim. centur.2. caſu 176.num. 3.*& Boniſ. *de furtis, §.corporalis, n.50.* verſ.*& de Laico*, Et de Crimine falſi clarum eſt, in Clerico Ordinarium Eccleſiaſticum eſſe Iudicem competentem, vt patet ex not. per DD. *tot. tit. de Crimine falſi.*

9. Attamen hæc omnia licèt fortaſſis potuerint allegari pro Ordinariorum tuenda iuriſdictione antiquis temporibus, tamen nunc ſublata eſt omnis diſputatio per dictam Conſtitutionem Greg. XIII. per quam præſens quæſtio fuit definita ibi, *Nos itaque vt omnis difficultas, dubitatioque tollatur*, &c. *eorum, qui in preſbiteratus ordine non conſtituti Miſſas celebrant & confeſſiones audiunt cognitionem & punitionem ad Inquiſitionis Officium, & Inquiſitores antedictos pertinere, ita huiuſmodi delicti ratione aduerſus eos inquirere, procedere, ac eu'publiles reportos punire Offi. ium. & Inquiſitores prædicti vnleans, Apoſtolica auctoritate præſentium tenore perpetuo declaramus, & diffinimus.*

Et quamuis aliqui dubitare poſſint an dicta Gregor XIII. conſtitutio, quoniam directa eſt Inquiſitoribus Hiſpaniæ, locum ſibi poſſit viodicare in aliis Inquiſitoribus aliarum prouinciarum; attamen ſine dubio affirmandum eſt vbique locorum dictam Conſtitutionem, licèt Inquiſitoribus, tantum in partibus Hiſpaniarum exiſtentibus fuerit directa, inuiolabiliter obſeruari debere, prout in terminis ſimilium Conſtitutionum docuerunt Bartol.Spin.*in tractat.de Strigi.cap.3.verſ.quod etiam patet*, qui loquitur in Conſtitutione quadam directa ad Inquiſitores Allemaniæ, Pegn.*ad Director. part. 3.comm. 158.verſ.Præterea non arbitror. & in quaſtione de robore Extrauag.in fin. literarum Apoſtolicarum pro Sancto Officio,num.14.* vbi vtrobique reprobat Burſat *in conſ.43.num.52.lib.1.*qui dixit Conſtitutiones Innoc.IV.& Clem.IV. Roman.Pontif. deponentes de bonis Hæreticorum confiſcatis, in Italia ſolum eſſe obſeruandas, quoniam ad Terras Italiæ fuerunt directæ, Flauius Cherub.*in ſuo compend.Bullarij,tom. 2.ſchol. ad dictum Conſtitutionem Greg. XIII. fol.2, mihi 87.* 10.

Et præter Conſtitutionem prædictam Greg.XIII. quæ etiam impreſſa habetur poſt Bariolam *in ſuis floribus,folio 434*,adeſt alia Conſtitutio Clem.VIII. edita de anno 1601 die primo Decembris, incipiens, *Et ſi alias*,quæ impreſſa habetur apud Quarantam *in Summa Bullarij* in verbo *Ordo*, & poſt flores Bariolæ, inter literas Apoſtolicas pro Sancto Officio,*folio mihi 437*.in qua Conſtitutione,inhærendo aliis duabus conſtitutionibus Pauli IV. & Sixti V. de quibus Locat.*in Iudiciali Inquiſit.* inter decreta facta in Congregat. ſancti Officij Romæ *fol 475. & 476.* Mandauit Sanctiſſimus Pontifex Reos hoſce per Iudices ſanctæ Inquiſitionis tradi etiam pro primo lapſu, ſeu potius relaxari br.chio ſæculari. 11.

De quibus conſtitutionibus mentionem faciunt Maiol.*de irregul. lib.4.cap.13. num.1.* Leon.*Theſauro fori Eccleſiaſtici parte 3. cap.35. num. 57. & 58.* vbi refert quemdam filium perditionis in partibus Hiſpaniarum, ſe pro Epiſcopo Manfredoniæ, & Nuntio ſanctæ Sedis geſſiſſe, & tranſmare multas Miſſas etiam Pontificaliter decantaſſe ob id in ſancto Officio detentum laqueo dauratо ſuſpenſum tandem fuiſſe,ipſo vidente, Farin.*de Hereſi quaſt.193. num. 39.* Sanctarellus *in tractatu de Hereſi, cap. 42. num 5.*Aug.Barboſa *de Officio, & Poteſtate Epiſcopi part.3.allegat.116. num 19.* Salcedo, ad Diaz *in Pract. crim.Can. cap.12.ſub litera D*, Scottia *in Select.Rom. Pontif. Conſt. Epit.162. Theorematе,403.* & Modern. Barboſ *in capitulo ex litteris num.2.* De Clerico non ordinato miniſtrante.

§ III.

Duo dubia circa Bullas Gregor. XIII. & Clem.VIII. declarantur.

Circa Summorum illorum Pontificum Conſtitutiones,duo poſſunt oriri dubia.

Primum eſt,an illæ locum ſibi vindicare poſſint, in eo eo, qui confeſſionem alicuius audit, licèt Sacerdos non ſit,at illum non abſoluit? In qua difficultate, 14.

Dicendum eſt, præfatas Conſtitutiones in eo locum non habere, colligitur hoc in conſtitutione quidem Greg. XIII. ex illis verbis, *& confeſſiones audire, & abſolutionem impartiri*, copulatiua enim, & copulatorum requirit concurſum, ſecundum vulgatas iuris regulas; in conſtitutione autem Clem. VIII. ex illis verbis, dum ſcilicet iniquè ſibi aſſumunt gradum Sacerdotalem, & auctoritatem abſoluendi à peccatis.

Ratione quoque poteſt concluſio confirmari, nam ideo in dictis Conſtit. ſupponuntur rei illorum criminum iudicio Inquiſitorum, quia facto (ingetendo ſe in adminiſtratione Sacramentorum, cum Sacerdotes non ſint, Catholicam veritatem impugnant, at qui non abſoluit, nullum adminiſtrat, nec adminiſtrare intendit Sacramentum: igitur talis non erit ſuppoſitus Iuriſdictioni Inquiſitorum, nec pœnis dictarum Conſtitutionum poterit mulctari, Conf. prædict. quia Conſtitutiones hæ ſunt maximè pœnales, ergo ſunt reſtringendæ quantum fieri poteſt.

Atque ita in terminis noſtræ quæſtionis docuerunt Rodriquez *quæſt. regular. tom. 2. quæſt. 18. art. 2. verſ. Hac conſt. habetur*, Rodericus à Cunha *de Confeſſariis ſollicit. quæſt. 13. num. 14.* prout illum refert, & ſequitur Sanctarell. *cap. 42. dub. vnico, num. 5. verſ. Refert hanc conſtitutionem*. Modernus Barboſ. *cap. 1. num. 7. in fin. de Clerico non ord. miniſt.*

Et licèt Freitas, *ad Roderic. loco proximè allegat. num. 31. & ſeq.* voluerit talem audientem Confeſſiones, & non abſoluentem, incurrere pœnas noſtrarum Conſtitutionum, attamen eius opinio, & rationes ex ſupradictis facilè ſoluuntur, quia formalis huius delicti conſiſtit in abuſu Sacramenti, at Sacramentum nullum adeſt, cum non datur abſolutio.

Neque obſtat ratio Freitas, quod etiam ſi ſequatur abſolutio, attamen ibi non adeſt Sacramentum quià ad abuſum Sacramenti ſufficit quod adſint omnia ea, quæ aliàs ad Sacramentum requiruntur, at deficiente abſolutione ea non adeſſent, & in non abſoluente, abeſt animus adminiſtrandi Sacramentum, in quo conſiſtit, in hoc foro formalitas huius delicti.

Secundum dubium eſt, an dictæ Conſtitutiones, extendantur ad illum, qui facto Presbyteratus ordine inſignitus, ſine actuali iuriſdict. fidelium Confeſſiones audiret, eoſque à peccatis mortalibus abſolueret & ad hoc dubium

Reſpondendum eſt negatiuè, nam Conſtitutiones illæ loquuntur expreſsè de iis, qui Sacerdotali Charactere non inſigniti, Sacramentum pœnitentiæ adminiſtrare præſumunt, & ita in terminis noſtrarum Conſtitutionum docuerunt, Rodriguez. *quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 28. art. 2. in fin. verſ. 2. eſt notandum* Rodericus à Cunha *de Confeſſ. ſollicit. quæſt. 13. n. 15.* & Sanctarellus *de Hæreſi cap. 42. dub. 1. num. 5. verſ. Quod antea docuit.*

In has tamen Bullas incurrit Miſſam incipiens licet verba conſecrationis non proferat, ſicuti in eaſdem non incidit non Sacerdos, qui veſtibus Sacerdotalibus induitur celebrare intendens, ſi non celebrat. Souſa *in Aphoriſ. Inquiſit. l. 1. c. 32. n. 5. & 6.*

§. IV.

An & quomodo in hoc crimine debeat conſtare de corpore delicti.

16\. VT rite rectéque contra huiuſce criminis reos procedi poſſit in primis conſtare debet Indicij, & in actis de corpore delicti, hoc enim in omnibus criminibus, de neceſſitate requiritur, maximè verò in his quæ publicè fieri ſolent, vt contingit in hiſce criminibus. Doctrina hæc deſumpta eſt ex *l. 1. §. Item, illud ff. de Syllan.* communiſque eſt etiam omnium omnino DD. vt videre eſt ex Farin. *de Inquiſit. quæſt. 2. per tot.* & Mario Giurba *conſil. crim. deciſion. 37. num. 21.* vbi quod de hoc corpore delicti conſtare debet, etiam in crimine adulterij, & alios DD. plurimos more ſuo cumulat, quibus adde Card. Tuſchum *Pract. concluſ. tom. 2. littera D, concluſion. 171. per tot.* ſed maximè *num. 29.* vbi ex Gomez. 3. *tom var. reſolut. cap. 9 num. 1.* dicitur probatio corporis delicti fundamentum, & baſis totius proceſſus criminalis.

Debet igitur, vt poſſit de hoc crimine procedi, conſtare reum denunciatum celebraſſe tali, & tali die, in tali Eccleſia, & tali Altari.

An autem celebratio hæc, probetur ſufficienter per teſtes ſingulares meritò dubitari poteſt, puta ſi vnus teſtis dicat ſe tali die vidiſſe, in tali Eccleſia, & tali Altari reum dicentem Epiſtolam, alter verò dicat ſe vidiſſe eundem recitare ſuum Euangelium, alter verò Hoſtiam eleuare, in qua difficultate, 17.

Dicendum ſufficienter probari celebrationem Miſſæ per illos teſtes, & ita docuerunt Felin. in *cap. licèt ex quadam, de teſtibus, num. 2. col. penult. verſ. & nititur impugnare*, Abb. *ibid. num. 11. & ſeq.* Simanch. *de de Cath. Inſtit. tit. 64. num. 65.* & Farin. *de teſtibus, quæſt. 65. num. 282.*

Et ſi dicatur quod poteſt eſse, quod reus dixerit principium Miſsæ, & tamen Miſsam non perfecerit; Reſp. Fel. *vbi ſuprà*, quod hoc non obſtat, quoniam ſufficit dictum teſtis concludere à communiter accidentibus, & eandem concluſionem cum Abb. & Fel. probarunt Alexand. *conſil. 72. num. 4. verſ. Idem tenet vol. 1.* vbi allegat Richard de Malumbr. & Bald. Idem Abb. *in conſil. 113. vol. 1. col. 3. verſ. non obſtat*, & Card. Tuſc. *Pract. concluſ. tom. 8. littera T, concl. 265 num. 17.*

Secus fortaſſis videretur dicendum, ſi vnus teſtis deponeret ſe audiuiſse reum celebrantem vno die, & alter altero die, nam celebratio Miſsæ in hoc caſu non videtur plenè probata, ad effectum condemnandi reum in pœnam ordinariam delicti, nam ad effectum condemnandi reum in pœnam ordinariam plenè debet conſtare de corpore delicti, Farin. *dicta quæſt. 1. num. 6. verſ. liquidè autem*, teſtes autem illi cum ſingulares ſint nullo poſsunt modo dici conteſtes, quæ teſtium contextualitas requiritur ad aliquid probandum.

Doctrina hæc colligi videtur ex traditis, per Abb. *in conſil. 42 num. 2. & 3 lib. 1.* vbi quod cum agitur de probanda celebratione Miſsæ, puta in excommunicato ad effectum, concludendi celebrantem Irregularem, tunc celebratio probatur ſi vnus teſtis deponat, de Epiſtola, alter de Euangelio, quia illæ ſunt partes indiuiduæ Miſsæ, ſecus ſi vnus deponat de Miſsa, alter de Veſpetis, quia tunc cum deponant ſuper rebus diuiduis, ſunt ſingulares, nec celebrationem probant, & doctrinam Abb. ibi probauit Cardinal. Tuſcus *in ſuprà citata concluſion. 265. num. 97.* 18.

Et rationem differentiæ inter partes indiuiduas vnius totius, id eſt Epiſtolam, Euangelium, &c. reſpectu Miſsæ, & partes diuiduas, vtpura plures Miſsas aſſignat Abb. *vbi ſuprà num. 3.* quia inquit, omnes teſtes in ſenſo ſunt ſingulares, nam ego video per meum viſum, & tu per tuum, vnde cum dicunt Doctores, quod teſtes debent eſse conteſtes

conteſtea, boc intelligitur reſpectu obiecti, ſuper qno deponunt,ita vt obiectum eodem tempore ſe repreſentans ſenſibus teſtium operetur quod ſint conteſtes, & propterea impoſſibile eſt, vt deponentes ſuper actibus ſeu partibus diuiduis probent, quoniam idem obiectum non poteſt eodem tempote ſe repreſentare ſenſibus teſtium, ex quo vnus deponit ſuper vna parte, alius ſuper alia, ſecus in partibus indiuiduis, vtputa epiſtola, &c. quia moraliter loquendo, & ſecundum communiter accidentia non poteſt quia dixiſſe partem Miſſæ, quin etiam totam dixerit. & hanc pulcherrimam doctrinam Abb. ſequitur Tuſc. *loco ſupra cit num.* 95. *& pluribus ſeq. & num.* 17. vbi quod ratione connexionia, quam habet vna pars cum alia, teſtes dicuntur conteſtes, licèt de diuerſia partibus deponant, ex doctrina Alex.& aliorum de quibus ibi.

19. Dixi ad effectum condemnandi reum in pœnam huiuſce criminis ordinariam, nam ad effectum eum condemnandi in pœnam extraordinariam, vt puta triremium, &c. ſufficienter poteſt dici corpus delicti probatum per teſtes ſingulares, deponentes de diuerſis Miſſis, Cardin. Tuſchus *Pract. concluſ. tom.6. litera P. concluſ.* 236. *num.* 33. *& tom.2. ſub littera D. concluſ.* 171. *num.* 45. vbi quod non conſtito de corpore delicti, reus tamen poteſt in aliquam pœnam extraordinariam puniri, & ad hoc ibi allegat O'drad. *conſ.* 108 *num.* 50. vbi & plures allegat, dicit opinionem hanc eſſe communem.

Confirmari poſſunt hæc, ex deciſione Senatus Sabandiæ, apud Fabrum *in ſuo Cod fabr. lib.* 9. *tit.* 10. *de Sicar def.* . vbi quod ſpeciale eſt in Crimine Aſſaſſinij, quod contra Aſſaſſinum procedatur, licèt non conſtet de corpore delicti. At non eſt minus enorme hoc delictum, quam Aſſaſinium, igitur etiam in hoc crimine, non conſtito plenè de corpore delicti procedi poterit aduerſùs reos ad pœnam extraordinariam, & ita in praxi obſeruatur.

20. Licèt in iure hoc magnam patiatur difficultatem, cum omnes DD. dicant, ante torturam, & condemnationem, imò etiam ante carcerationem conſtare debere plenè, & concludenter, vel per teſtes, vel per euidentiam facti de corpore delicti, ita Farin. qui alios omnes allegat *dicta q.* 2. *num.* 6. *verſ. liquere autem*, quibus addo Felicium, *alleg.* 155. *n.* 2. *p.* 2. vbi quod corpus delicti non probatur per teſtes ſingulares, & Marium Giurbam *deciſ. criminali* 17. *num.* 46. *& ſeq.* mouentúrque omnes DD. ex dicto text. *in l.* 1. §. *Item illud*, ibi, *liquere igitur debet.* Quare tutius eſſet in hac materia prius plenè verificare corpus delicti, quæ verificatio dicitur baſis, & fundamentum totius proceſſus criminalis, quàm contra reum deueniatur ad aliquoa actus Iudiciales.

Niſi eſſemus in reo, qui celebrauerit in partibus longinquis, in quo caſu ob probationis difficultatem lex contenta eſt de probationis genere poſſibili.

§. V.

De reo penes quem reperta ſunt literæ Teſtimoniales falſæ, & nihilominus allegante ſe Sacerdotem.

SI caſus talis contingeret, prout de facili euenire
21. ſolet in S. Officio, ego dicerem talem reum eſſe vehementer ſuſpectum, quod celebrauerit ſine ordinibus, ex eo præcipuè, quod negatiua Clericatus intelligitur probata fauore fiſci hoc ipſo, quod reus contrarium non probat, Calder. *conſ.* 12. *de Iud.* cum aliis latiſſimè allegatis per Carol. de Graffis *de effectibus clericatus in proœmio num.* 194. cum enim qualitas clericatus non inſit homini à natura, vtique illa non præſumitur, ſed eſt per allegantem probanda, Cald. *vbi ſuprà*, & Carol. de Graff. *ibid. num.* 184. maxime ſi reus allegaret ſe ordines ſuſcepiſſe vltra Montes. Quæ omnia augerentur ex litteris teſtimonialibus falſis penes eum repertis.

Ex quibus arbitrarer confeſſionem qualificatam Rei noſtri, celebraui, ſed ſum ſacerdos, eſſe diuidendam, & reiecta qualitate ſacerdotij per fiſcum S. Officij acceptandam, ad notata per Farin. *de reo confeſſo, & conuicto d.* 81. *n.* 10.

Adderem inſuper, quod nos non verſaremur in caſu condemnationis iſtius rei in pœnam ordinariam Bullarum de quibus *ſuprà*. 22.

Primò, quia confeſſus qualificatè numquam punitur pœna ordinaria, ex praxi omnium tribunalium, ſecundum originalem doctrinam Abbatis in cap. *auditis de præſcript.* de qua Farin. *q.* 81. *num.* 157. Maſtrill. *deciſ.* 246. latiſſimè Laderc. omnino videndus 192. *num.* 2. vbi reprobat Boſſ. *ſub tit. de confeſſ. num.* 24. qui voluerat doctrinam Abb non procedere, vbi vltra confeſſionem qualificatam aderant contra reum alia indicia.

Et in foro noſtro S. Officij pulcherrimum adeſt conſilium Rim: Iun. 83. *vol.* 2. *conſ. Crim. diuerſ.* vbi conſuluit, quod quidam Iudæus, qui effectus Chriſtianus ad Iudaiſmum redierat non poterat puniri pœna ordinaria, ob confeſſionem ipſius qualificatam, quod redierat non animo reiudaizandi, ſed vt Iudæos deciperet, donec quotam ſuam fuiſſet conſequutus.

Secundò, quia ex indiciis etiam violentis nullus condemnatur in pœna ordinaria, ſecundum doctrinam Innoc. in cap. *Quia verisimile de præſumpt.* vbi, quod cum Iudex procedit ſuper delicto ex præſumptione debet multum temperare ſententiam ſuam, non condemnando niſi rarò & modicè, latiſſimè Farin. *quæſt.* 86. *n.* 110.

Quare votum meum eſſet, in arbitrio eſſe Epiſcopi & Inquiſitoris, vel reum hunc condemnare in pœna extraordinaria triremium ad tempus.

Vel illum torquere, ſecundum doctrinam Bald. *l.* 1. *num.* 45. de confeſſis, vt ſine qualitate confiteatur, & vbi ex tort. nihil emergat, poterit vlteriùs condemnari in pœna triremium, ſed ad breuius tempus.

Et licèt Farin. de reo confeſſo, & conuicto *quæſt.* 81. *num.* 137. reprobet dictam doctrinam Baldi, attamen illa bis fuit in Senatus Pedem. practicata, teſtibus Oſaſcho *deciſ.* 60. & Theſaur. *deciſ.* 13 & in Regno Siciliæ apud Maſtril. *deciſ.* 146. *l.* 3. & in Rota Lucenſi, *deciſ.* 19. *Ludouici.*

Neque obſtat ratio Farin quod aliàs tortura reo non prodeſſet, & quod tortura tollit, quæcumque indicia etiam indubitata, nam doctrina Farin. procedit, vbi reus duriſſimè torqueretur vt ſeipſum declararet. Far. *de Ind & tortura, quæſt.* 40. *num.* 15. In ſancto autem Officio non datur reis tortura grauiſſima, vt in aliis foris.

Et hæc opinio Baldi paſſim obſeruatur in hoc Tribunali, dum abutentes Sacramentis ſine mala credulitate torquari mandat, & poſtea ad triremes condemnar

§. VI.

§. VI.

De tortura, abiuratione, & pœnis horum reorum.

24. Torquentur rei noſtri, tam pro habenda veritate, quàm pro vlteriore veritate, & ſuper intentione & vbi Cath. reſpondeant, abiurare debent de vehementi iuxta notata §. 1. huius tituli.

25. Condemnantúrque in pœna ordinaria delicti, quæ eſt traditio Brachio ſæculari, vt patet ex alleg. Conſtitutione Clem. VIII. & decretis Congreg. S. Officij, de quibus Locatus *in ſi. Iudicialis*.

26. A pœna autem ordinaria excuſant minor ætas delinquentis, non plena verificatio corporis delicti, leuitas rei, & alia de quibus *ſuprà §. proximo, & per tot. titulum*, quo ad minorem tamen ætatem aduertendum, quod nouiſſimè Sanctiſſimus D. N. Vrbanus Diuina Prouidentia Papa VIII. extendit pœnam ordinariam huiuſce criminis, ad maiorem viginti annis, vt in ſua Conſtitutione 79. Incipiente, *Apoſtolatus* 23. Martij, 1628. Vnde ſacra Congregat. die 20. Ian. 1622. iuſſit quendam Regularem laicum, qui non Sacerdos Miſsas plures celebrauerat, præuia tortura ſuper intentione & abiuratione de vehementi tranſmitti ad triremes perpetuas, quia erat minor. Sic Eminentiſs D. Cardinalis Camporeus in ſuis manuſcriptis, prout in alio caſu in eiſdem manuſcriptis legitur ſub die 3. Iulij 1622. Sanctiſſimum mandaſſe quod quidam reus huius criminis, ſi erat maior, præuia abiuratione de vehementi traderetur brachio ſæculari: ſi verò erat minor tranſmitteretur ad perpetuas triremes

27. Dubitatum autem in hac re, ſcio, in Maiori Inquiſitione Regni Luſitaniæ, quid de huiuſmodi reis facere debeant Iudices laici poſtquam eorum fuerint brachio relaxati, nam cum in illo Regno Iudices laici, nullam pœnam executioni mandare ſoleant, niſi quæ regia ordinatione ſancita eſt, vel ab ea Iudicum arbitrio committatur, aut de Iure Cæſareo recipiatur, facilè continget Reos iſtos ſic relaxatos mortis pœnam euadere

In hac tamen re clariſſimum exiſtimo, quod tales rei ſic ſæculari brachio relaxati, debent à laicis Iudicibus pœna mortis multari.

Nam omiſſa huiuſmodi delicti grauitate, de qua Diaz *in praxi*, *c.* 12. vbi quod ideo Patres illi Antiqui huic Crimini pœnam non ſtatuerunt, quia tantum nefas committi poſſe minimè crediderunt.

Regula generalis eſt, quod cum Iudex Eccleſiaſticus (qui ſanguinis ſententiam ferre non poteſt) aliquem curiæ ſæculari tradit, ille mortis ſupplicio eſt plectendus.

28. Quod in hoc crimine ſine dubio eſt faciendum cum tales ſint falſarij, vt ſupra probaui § 2. vbi ad hoc plures allegaui, quibus addo nunc Piaſec *in Praxi Crim p. 2. cap 4 n. 14.*

Et Hæretici etiam, ex pulcherrima doctrina Diui Thom. 3. *p. q.* 80 *art.* 6. ad ſecundum, vbi expreſsè dixit, quod dans Hoſtiam non conſecratam pro conſecrata, quantum eſt in ſe facit idololatrare illos, qui credunt eſſe Hoſtiam conſecratam.

29. Quibus accedit exemplum de quo Franc. Leo *in Theſaur fori Eccleſiaſtici*, de quo *ſuprà* §. 2. Item exemplum, de quo Roderic. à Cunha *de Confeſſ. ſollicit quaſt.* 13. *num.* 11. vbi ex Paulo *de Irregul. p.* 6. *tit. de Clerico non ordinato miniſtrante*, *num.* 3. refert, de ordine Papæ Alex. VI. quendam fratrem Hiſpanum huiuſce criminis reum traditum brachio ſæculari fuiſſe incineratum, item aliud exemplum de quo Salcedo *ad Diaz. dicto* 12. vbi, quod quidam laicus Tolet. qui duas Miſſas celebrauit perpetua detruſione in monaſterium punitus fuit, mitiùs cum illo agendo ob dementiam.

Atqui ita Supremam Vrbis Sacram Congregationem S. Officij re in Rom. Curia delata cenſuiſſe huiuſmodi reos traditos, & tradendos Curiæ ſæculari, eſſe pœna mortis afficiendos. Neque Iudices ſæculares poſſe examinare ſententias Inquiſitorum, ſed illas omnino exequi debere teſtati mihi fuerunt grauiſſimi viri. Sic de anno 1636. & ſequenti, duo rei noſtrarum conſtitutionum traditi Curiæ ſæculari in ciuitate Neapolitana fuerunt, & ex ordine Sacri Concilij primò ſuſpenſi, mox combuſti, vt meminit Thoro *in comp decis. Regni p. 3. ſect. 2.* Verbo *Pœna quænam ſit contra laicum*, Et in manuſcriptis Eminentiſſimi D. Cardinalis Camporei, reperi ſic ſcriptum die 20. Ian. 1622. Coram Sanctiſſimo torqueatur N. (reus huiuſce Criminis) ſuper intentione abiuret de vehementi, & tranſmittatur ad triremes in perpetuum, attenta minori ætate, quia aliàs iuxta decretum Clem. VIII. erat tradendus Curiæ ſæculari, & in alio caſu in eiſdem manuſcriptis ſic legitur: die 3. Martij 1621. Quia non ſatis conſtat an ſit maior annis 25. Sanctiſſimus decreuit, quod ſi eſt maior, abiuret de vehementi, & Curiæ ſæculari tradatur: ſi ſi verò eſt minor, præmiſſa abiuratione prædicta damnetur ad triremes perpetuò. Sic tres huius Criminis rei in regno Neapolitano ſuſpenſi fuerunt & combuſti, Sanfelic. *deciſ.* 239. *per tot.* p. 2. vbi ponit formam traditionis iſtorum reorum brachio ſæculari & formam obſeruandam à Iudicibus ſæcularibus in executione ſententiæ contra hoſce reos. 30.

In caſu autem, quo Iudices laici ſententias per Inquiſitores latas, tam contra Hæreticos quam contra huiuſmodi reos exequi recuſarent, tunc contra eos poſſent Inquiſitores memorati procedere, Pegn. *in Direct. p. 3. com.* 85. latiſſimè Diana *reſolut. moral. p. 1. tractat. 2. reſol.* 134. vbi reprobat opinionem Chriſtoph. Angriani, *tract. de legibus lib. 5. controu.* 31. *num.* 37. *& ſeq.* volentis in iſto caſu Inquiſitores non poſſe procedere contra Iudices laicos. 31.

§. VII.

Quomodo puniantur hi rei in Hiſpania.

SAnctiſſ. D. noſter Vrbanus Papa VIII. iuſſit medio literarum Eminentiſſimi D. Card. Mellini Inquiſitorem Generalem Regni Luſitaniæ, ſub die 5. Martij 1621. quod rei huiuſce criminis confeſſi, vel conuicti omnino brachio ſæculari relaxarentur vltimo ſuplicio afficiendi, vt atteſtatur Souſa *in Aphor. Inquiſit. lib. 1. c. 32. n. 12.* 32.

Verùm ſicuti ante has litteras in Hiſpania Conſt. Greg. & Clem. quo ad pœnã mortis non ſeruabãtur, vt ait idem Souſa *vbi ſup. num.* 13. puniebantur, enim tunc tantummodo pœnis fuſtigationis, triremium pecuniariis, exilio, & reclusione in monaſterio, vt bene notarunt Souſa *vbi ſuprà*, & Ferd. de Caſtro Palao *tract. 4. diſp. 8. punct. 16. §. 9 num. 2* 33.

Ita nec poſt memoratas litteras Eminentiſſimi Cardin. Mellini, in illis Regni Hiſpaniæ numquam vidiſſe hanc pœnam mortis practicari, atteſtatur idem Souſa *vbi ſuprà*, *num.* 11. vbi ait, *verum poſt declarationem iſtam*, *hoc practicari non vidi* Id certè non alia ratione effectum fuiſſe arbitror, niſi quia fortaſſe in caſibus, qui in illis Regnis acciderunt aderant circumſtantiæ aliquæ minuentes delictum, & per conſequens pœnam ordinariam mortis

tis, quæ rigoroſiſſima eſt.

Si enim nullæ huiuſmodi circumſtantiæ interueniſſent, vtique Decretum Sanctiſſ. Domini, debuiſſet ad vnguem obſeruari, & illud ſine dubio obſeruaſſent Hiſpani, qui ſemper fuerunt, & piſſimi, & Sedi Apoſtolicæ obſequentiſſimi.

34. Hinc ſub die 7. Octobris 1633. in Inquiſitione Siciliæ quidam Religioſus ſubdiaconus, qui pluries confeſſiones excepit abiurauit de leui, & fuit damnatus ad triremes per ſeptennium, vt refert P. Diana *reſolut. Moral. p. 4. tit. 7. reſolut.* 11. vel quia in dicta Sicula Inquiſitione non peruenerunt literæ Eminentiſſ. Card. Mellini, vel quia hæ non ſe extendebant vltra Regnum Luſitaniæ, vel quia in eo caſu aderant circumſtantiæ delictum minuentes.

35. Hinc etiam Caſtro Palao *vbi ſuprà*, *num.* 2. verſ. *& ita vidi*, ait ſe vidiſſe quemdam adoleſcentem ſimplicem, qui annali recluſione in Monaſterium, & pœna pecuniaria damnatus fuit, eo quod fingens ſe Sacerdotem alterius Confeſſionem excepit, vt eum poſtea irrideret. Et meritò in hoc pœna mortis non habuit locum, tum ratione ætatis, tum ratione ſimplicitatis, tum quia non ſeriò, ſed irriſionis gratia alterius Confeſſionem audierat. Idem ſine dubio dicendum de caſu relato à Taſſon. *ſuper pragm. de antefate verſ. 9. obſeru. 3. num.* 22. qui refert de anno 1627. Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam condemnaſſe quendam ad triremes, quod Miſſam celebraſſet, & ordines non haberet, ſine dubio enim in eo caſu debebant adeſſe circunſtantiæ aliquæ minuentes delictum, aliàs debuiſſet Curia illa ſeruare rigorem Bullarum.

§. VIII.

Quomodo cum huiuſmodi reis ſe gerere debeat Confeſſarius.

36. PRimò Confeſſarius conſiderare debet, num talis ſic celebrans, vel pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrans verè in intellectu habuerit errorem, an non, nam in illo caſu reus huiuſce criminis erit innodatus excommunicatione lata in Bulla Cœnæ contra Hæreticos in primo canone.

37. Secundò ex ſupradictis debet confeſſarius ponderare grauitatem huius delicti, vt opportunam poſſit pœnitenti ſatisfactionem iniungere, & ſi ſit reus ſæculari foro relaxandus, debet eum benignè conſolari, vt mortem patienter ſuſtineat, ſic enim mors ei proderit ad ſatisfactionem peccatorum.

Quod ſi reus non ſit ſæculari curiæ tradendus, ſed ob aliquam cauſam minori pœna afficiendus, tunc dubitari poteſt, an talis reus ob talem celebrationem, & adminiſtrationem pœnitentiæ effectus ſit irregularis.

38. In qua difficultate dicendum eſt quod ſi ſumus in Clerico, ſine dubio efficitur irregularis, per text. *in cap.* 1. *de Clerico non ordinato miniſtrante*, vbi Modern. Barboſ. *num.* 7. alios cumulat, quibus addi poteſt Scortia *in Select. Rom. Pontif. Conſt. Theorem.* 403. verſ. *Quæreret, an clericus.*

Sed ſi ſumus in Laico, arbitror ego cum Henriq. *in Summ. lib. 6. de Pœnit. cap.* 2. §. 7. littera H, & Barboſ. *vbi ſuprà*, nullo modo talem laicum reddi irregularem. Ratio eſt, quia irregularitas in caſu noſtro inducitur, ex dicto text. *in cap.* 1. at ille textus loquitur expreſsè de clerico, quia debet intelligi ſecundum Rubricam, ſub qua eſt ſituatus, ſed eſt ſituatus ſub Rubr. de Clerico non ordinato miniſtrante.

TITVLVS XII.

De Sortilegis.

SVMMARIVM.

1 *SOrtilegium quid ſit, quot eius ſpecies, & quid eius nomine veniat, & ſeq.*
4 *Quid poſſit Dæmon circa Elementa.*
5 *Quid poſſit circa corpora hominum, & animalium & ſeq.*
15 *Quid poſſit circa animam corpori iunctam.*
16 *Quid poſſit circa animam ſeparatam, vbi explicatur locus 1. Reg. cap. 28.*
17 *De pacto Sortilegi cum Dæmone tacito, & expreſſo, quid ſit vtrunque & de vtriuſque malitia, & an differant ſpecie, & quid in foro conſcientia, & ſeq.*
23 *Sortilegium hæreticale quid ſit & plura illius exempla, & ſeq.*
29 *Sortilegium non Hæreticale quid ſit, & plura illius exempla*
30 *Sortilegia ad bonum finem illicita.*
31 *Si fiant cum immixtione Sacramentorum ſunt hæreticalia.*
32 *Deciſio in qua quis fuit damnatus vt necromanticus ob huiuſmodi ſortilegium.*
33 *Res ſacra in ſortilegio adhibita Diabolo afferuntur*
34 *Inquiſitores ſunt iudices competentes in iſtis ſortilegiis*
35 *Et ita in Hiſpania practicatur.*
36 *Oratio incipiens,* Crux Chriſti, *ſuperſtitioſa eſt, & vti talis à Sacra Congregatione declarata.*
37 *Huiuſmodi ſortilegia in Inquiſitione Cremonæ ſolent puniri.*
38 *An Papa poſſit errare in Canonizatione Sanctorum.*
39 *Quod non poteſt errare.*
40 *Eccleſia vniuerſalis colit Sanctos canonizatos.*
41 *Declaratur locus D. Aug.* Multa corpora SS.
42 *Hæreticum eſt aſſerere Papam poſſe errare in canonizatione Sanctorum.*
43 *Caietanus exiſtimat ſolum pium eſſe credere Papam non poſſe errare in canonizatione Sanctorum.*
44 *Suarez verò ait temerarium eſſe id aſſerere.*
45 *Papa in pertinentibus ad fidem non poteſt errare*
46 *Nec in ſpectantibus ad mores.*
47 *Sortilegia in quibus miſcentur Orationes cum clauſ.* Si Sanctus eſt, *ſunt hæreticalia.*
48 *Sortilegium amatorium quando ſit hæreticale, & ſeq.*
51 *Sortilegia amatoria committentes interrogandi ſunt an crediderint Dæmonem poſſe cogere voluntatem hominis.*
52 *Sortilegium factum cum hoſtia non conſecrata, an ſit hæreticale, opinio Farin.*
53 *Contraria opinio Scaccia, & Zanardi probatur latè, & ſeq.*
55 *De vtente nominibus, ſignis, & caracteribus ignotis, vbi de nominibus Angelorum & Dæmoniorum, ac in ſpecie an Vriel ſit nomen Angeli, latiſſimè.*
56 *Inuocans dæmonem cum adoratione latriæ vel duliæ eſt hæreticus, & quando habeatur pro ſuſpecto, pluráque ibi exempla.*

58 *Inuocans*

58 *Innocans Dæmonem ad facienda miracula, hæreticale committit ſortilegium, & ſeq.*

61 *Innocans Dæmonem ad ſciendum ea quæ ipſe poteſt naturaliter ſcire, quando hæreticale committat ſortilegium.*

63 *De innocatione Dæmonis ſine cultu.*

64 *De ſortilegio ad includendum dæmonem in vaſe.*

65 *De diuinatione per aſtra, & Bulla Sixti V. contra Aſtrologos, & ſeq.*

68 *De aliis diuinationis ſpeciebus remiſſiuè.*

69 *Quid ſit Aſtronomia.*

70 *Quid ſit Aſtrologia.*

71 *Aſtrologus poteſt ex genitura corporis temperamentum & infirmitates (etiam futuras) prædicere, & illarum tempus.*

72 *Aſtra in corpus agunt directè.*

73 *Prædictio hæc Aſtrologi eſt incerta, & cur?*

74 *Pulcherrima traditio Ptolomæi, de incertitudine Aſtrologiæ, vt in ſe.*

75 *Aſtrologia noſtra eſt valde incerta ex Iunctino.*

76 *Reiicitur P. Hurtado, qui voluit Aſtrologum poſſe prædicere diem vltra quem quis viuere nequit.*

77 *Reiicitur Bonatus, qui voluit neminem poſſe viuere vltra 90. annos ex P. Sanch. in Eccleſ.*

78 *Quid ſentiendum de figura facta hora decubitus ægroti.*

79 *Reiicitur Abulenſis in cap. 19. Leuitici qui voluit Aſtrologum non poſſe prædicere ſano infirmitates.*

80 *Infirmitates ex crapula inuitati ad cœnam non poſſunt ab Aſtrologo prædici ex P. Arriaga.*

81 *Quid ſentiendum de geneſi patris elicita ex geneſi filij.*

82 *Aſtrologus poteſt iudicare de inclinationibus nati.*

83 *Aſtra indirectè agunt in animam, & cur in hoc Aſtrologus ſæpe vera prædicat.*

84 *Iudicium Aſtrologicum eſt medium inter poſſibile, & neceſſarium ſecundum auctorem Centiloquij.*

85 *Iudicium de inclinationibus eſt incertiſſimum & debet eſſe vniuerſale, non particulare.*

86 *Exemplum ex auctore Centiloquij approbatum à D.Thom. de Mercurio in Domo Saturni.*

87 *Impium eſt dicere aſtra inclinare ad delicta.*

88 *Contingentia alia habent connexionem cum temperamento & inclinatione, alia non.*

89 *An Aſtrologus poſſit prædicere ea futura quæ habent aliquam connexionem, cum inclinatione, & declaratur P. Raphael. de la Torre.*

90 *Aſtrologia prædicens futura contingentia ſuperſtitioſa eſt.*

91 *Probatur hoc ex Scriptura, Conciliis, Iure canonico, Ciuili, & Patribus.*

92 *Aſtrologi opprobrio habentur apud omnes ferè nationes.*

93 *Sapientis Alphonſi Regis Arragonum pulcherrimum dictum.*

94 *Aquila Ponticus & Euſebius Emiſenus ab Eccleſia eiecti.*

95 *Aſtra horum futurorum nullo modo ſunt cauſa.*

96 *Aſtrologorum linguas Deus confundit, vt Gigantum, Geneſis 12.*

97 *In nullo concordant Aſtrologi fundamento huiuſce vanitatis.*

98 *Diuiſio Cæli in 12. Domos voluntaria.*

100 *Diſſentiunt Aſtrologi, in formatione figuræ Cœli.*

101 *In ſignificationibus Domorum.*

102 *In modo faciendi directiones.*

103 *In directione partis fortunæ, planetæ retrogradi, & directione Aphetæ exiſtentis inter medium Cæli, & angulum occidentis, & n. 184.*

105 *In elicienda parte fortunæ.*

106 *An admittendæ ſint aliæ Arabum partes.*

107 *In latitudinibus obſeruandis in directionibus.*

108 *In menſura directionum.*

109 *In computandis aſpectibus Planetarum.*

110 *In obſeruando, vel non, capite, & cauda Draconis.*

111 *In viribus Planetæ retrogradi.*

112 *In coniunctione Maleficorum, an ſit bona, vel mala.*

113 *Zodiacus nona ſphæra imaginarius, ad quid inuentus, & à quo.*

114 *Iſte non poteſt realiter influere.*

115 *Ob præciſionem Æquinoxiorum cum Sol eſt in Cancro Octauo eſt in Leone Nona.*

116 *Superſtitioſiſſima eſt ea Aſtrologiæ pars quæ profitetur ſe poſſe prædicere mutationes Regnorum, ex P. Marquez.*

117 *Cur vera prædicant Aſtrologi remiſſiuè.*

118 *Stante Conſt. Vrbani VIII. Aſtrologus nulla omnino Iudicia facere poteſt, neque quoad futuras infirmationes ex malis directibus, ex Geniturís Sum. Pontificum & eius conſanguineorum vſque ad tertium gradum incluſiuè.*

119 *Campanella Aſtrologiæ eliminanda.*

120 *Dies Martis & Veneris Campanellæ infauſti.*

121 *Familia Mendoza obſeruat diem Martis, ex licentia S. Officij & num. 128.*

122 *Non dantur Dies infauſti ex ſe.*

123 *Obſeruatio iſtorum dierum damnatur à Diuo Paulo.*

124 *A ſacris Canonibus.*

125 *A Theologis Scholaſticis.*

126 *A Philippo II. Hiſp. Rege glorioſæ memoriæ.*

128 *Quale peccatum ſit iſtorum dierum obſeruatio.*

129 *Omnes fere dies Hebdomadæ aliquibus nationibus infauſti.*

130 *An dies cretionum à diebus infauſtis originem duxerint, & latè de Intellectu* l. cretionum, Cod. de Iure delib. *& n. 131. vbi examinatur Doctrina Torreblanco.*

132 *Secundum DD. Vltramontanos, quid ſint dies cretionum, & num. 136.*

133 *Tam extraneo heredi, quam ſuo datur Ius deliberandi.*

134 *Cretio quid ſit, quotuplex, & quibus verbis antiquitus fieret, & num. 135. & 136.*

137 *De Paciſcente cum Dæmone expreſſè vel tacitè, & ſeq.*

139 *De Profeſſoribus Magiæ.*

140 *Iudex tam ſortil hæreticalium, quam non hæreticalium eſt Inquiſitor, vbi de remiſſione horum reorum facienda per laïcum, & ſequent. & deciſ. Conſ. Neapol.*

142 *Multa fiunt ſortilegia contra tormenta, quæ vocantur taciturnitatis.*

143 *Conſ. 105. Simonis de Pretis in hac materia, & quomodo intelligendum, n. 149.*

144 *Quæſtio hæc incidit in Ciuitate Cremonæ dum Auctor erat Proiudex Maleficiorum, ſub Illuſtriſſimo Salamanca.*

145 *Honorifica mentio D. Gaſparis de Aliferis tunc meritiſſimi Vicarij Prætorij.*

146 *Sortilegia hæreticalia ſpectant ad Inquiſitores priuatiuè.*

147 *Sortilegium non qualificatum de Iure Antiquo erat mixti fori, num. 148.*

149 *Cum dubitatur de qualitate Sortilegij, quis ſit Iudex.*

150 *Sortilegium poteſt conſiderari vel vt hæreſim continet, vel vt ex eo Status Reipublicæ perturbatur.*
151 *Singularis ad hoc Doctrina Binsfeldij.*
152 *Hæc diſtinctio alias etiam fit in S.Officio.*
153 *Hæc tamen Doctrina non eſt tuta,nec practicanda in ſortilegiis hæreticalibus.*
154 *Scriptura continens ſortilegium taciturnitatis penes aliquem carceratum reperta facit contra eum indicium ad torturam pro delicto, pro quo erat carceratus.*
155 *Remiſſio humillima auctoris determinationi S.C.& ſeq.*
157 *Secundum Bobadill. & Villadiego Inquiſitores procedunt contra Ægyptiacas, & 158.*
159 *Ægyptiacæ ſunt à finibus Chriſtianorum eiicienda.*
160 *Contra eas adſunt proclamata Excellentiſſimorum Gubernatorum huius ſtatus Mediolani.*
161 *Deciſio Senatus contra quinque Ægyptiacas Anno 1626. Die 21.Nouembris.*
162 *Ægyptiaci prædicentes effectus liberos ſubduntur Iuriſdictioni Inquiſitorum.*
163 *Secus ſi vtantur Chiromantia naturali.*
164 *De facto in Inquiſitionibus Italiæ ferè nunquam ſolet procedi contra haſce Ægyptiacas.*
165 *Et quando ſecus.*
166 *Omnia Tribunalia Mundi ſubminiſtrant Sancto officio.*
167 *Sanctum Officium hoc habet peculiare quod nullis aliis Tribunalibus ſubminiſtrat indicia, ſiue ſecularibus,ſiue Eccleſiaſticis.*
168 *Notanda aſſertio P. Maſſini.*
169 *Pulcherrima Doctrina Molini ſuper ritibus Regni Arragonum in hac materia vbi Deciſio Sacræ Congregationis.*
170 *An quoad non hæreticalia intelligatur ſublata facultas Epiſcopis procedendi.*
171 *An Inquiſitores in cauſis Lamiarum ſine Epiſcopis poſſint procedere.*
172 *Quomodo debeat conſtare de corpore delicti, in ſortilegiis facti tranſeuntis, & permanentis, & ſequentib.*
176 *De probando corpore delicti, remiſſiuè.*
177 *De Pentaculis, libris, & aliis Inſtrumentis repertis penes aliquem, & de Praxi procedendi contra iſtum, & ſeq.*
180 *De aliis indiciis contra ſortilegos, & ſeq.*
186 *Sanguis à violenter necatis ſolet exire,& quando.*
187 *Cauſa huius emanationis ſanguinis.*
188 *Indicium hoc in quibus Tribunalibus approbatum.*
189 *Eſt tamen indicium fallaciſſimum, & eo vti non debent indiſtinctè Iudices timentes Deum.*
190 *Honorifica mentio Illuſtriſſimi Viri, D. Don. Conſalui de Salamanca.& ſeq.*
191 *De facto accidit hic caſus in Ciuit. Cremonæ.*
192 *Deciſio Senatus in hac materia, & quomodo intelligenda.*
193 *Clara diſtinctione tota hac materia abſoluitur vbi honorifica mentio D. Merendæ.*
194 *Indicium de Olla plena vngueatis, &c. reperta penes ſagam.*
195 *Loquutio Sagæ cum Dæmone.*
196 *Inuentio alicuius penes patibula.*
197 *Indicium quod quis alios doceat incantationes.*
198 *Subita mors ſequuta ex eo quod ſaga tangat inimicum.*
199 *De nominatione facta à Dæmone.*
200 *De rebus repertis in ceruicali.*
201 *Singula hæc indicia non ſunt ad torturam ſufficientia.*
202 *Quid in hac materia ſentiendum de fama publica.*
203 *Pulcherrima traditio in hac materia Caſtelli Palai, & declaratur quomodo in hoc crimine debeat Index eſſe facilis ad torturam.*
204 *Proceſſus non ſunt inchoandi per* Cum ad Aures *&c.*
205 *Deciſio Senatus Noſtri Mediolanſis in hac materia.*
206 *Quæ conſideranda ante carcerationem Maleficæ.*
207 *Perquiſitio domus Malefici quando, & quomodò facienda.*
208 *Medici qua cautela examinandi.*
209 *Medicorum indicia fallacia.*
210 *Malefica in ſeparatis carceribus cuſtodienda.*
211 *Index eas alloqui non debet niſi iudicialiter.*
212 *Quomodo malefica interroganda, & de toto ordine proceſſus.*
213 *Tortura debet eſſe ſimplex omnino,& ſine ſquaſſis.*
214 *Tortura non repetenda, & quando ſecus.*
215 *Fœminis non abradendi capilli, nec pili ob honeſtatem.*
216 *Index vti debet in tortura ſale ſcientiæ, & conſcientiæ.*
217 *Quomodo ſe debeat gerere Inquiſitor cum mulieribus, quæ à fide apoſtatarunt.*
218 *Index in hoc Crimine debet eſſe facilior ad torturam, à qua dignitas non excuſat, & de praxi torquendi reum.*
220 *Tortura ſuper complicibus quando danda, & an in hoc delicto.*
225 *De tortura ſuper intentione.*
226 *Depoſitiones duarum Sagarum atteſtantium ſe in conuentu aliarum vidiſſe aliquem vel aliquam, an faciant indicium ad torturam vel capturam, & quid de nominatione à Dæmone per exorciſmum facta.*
228 *Socius contra ſocium non facit fidem, niſi deponat cum Iuramento & in tortura.*
229 *Deciſio Senatus Mediolani pulcherrima in hac materia.*
230 *Doct. Blanci reprobata ex Bellono Papienſi.*
231 *Multi tenent hoc etiam in S.Officio habere locum.*
232 *Hic caſus fuit diſputatus in S.Congreg. Vrbis.*
233 *Multi alij tenent Socios in S. Officio admitti ſine tortura, & ſic practicatur in Hiſpania.*
234 *Conſuetudo vniuſcuiuſque Tribunalis ſequenda.*
235 *In Inquiſitione Cremonæ quid obſeruetur.*
236 *Pulcherrima Doctrina Canteræ in materia illius, qui cœpit facere Sortilegium, ſed non perfecit.*
237 *Ceremonia Mahumetana in occidendis Animalibus.*
238 *Incipiens, ſed non perficiens ſortilegium punitur extra ordinem.*
239 *Ex parte maleficij perfecta oritur indicium ad torturam quo ad partem non perfectam.*
240 *Sortilegi ſunt ſuſpecti de hæreſi, & ideo debent abiurare.*
241 *Notabilis Doctrina circa indicendam abiurationem, vbi quod plenè debet conſtare de facto, ob quod indicitur abiuratio.*
242 *Qualiter Sortilegi hæreticales debent abiurare, & ſeq. & qualiter non hæreticales.*
246 *Suſpicio leuis in hoc Crimine an tollenda,& qualiter, latiſſimè.*
254 *Quid ſit obſeruandum circa facientes Natiuitates, vbi Deciſio Inquiſit. Hiſpana in hac materia.*
256 *Qualiter puniantur Sortilegi tam hæreticales, quam non hæreticales, vbi etiam quomodo puniantur mulieres ſtrigæ euntes ad ludos Diabolicos, & quid ſi ſint relapſæ.*

259 *Qualiter puniatur iactans ſe quod ſortilegia commiſerit.*

260 *Indicia indubitata, & violenta quæ ſint.*

261 *Ex indiciis indubitatis an quis poſſit damnari ad mortem, & qui Doctores de hac re agant.*

262 *In delictis atrocibus, & non occulto probationis quis non poteſt damnari, ex indiciis indubitatis pœna corporali, & mortis.*

263 *Quid in delictis occultis, & atrocibus, vbi quid in hoc obſeruetur.*
In Regno Neapolitano.
In Regno Siciliæ.
In Senatu Mediolani.
In Senatu Dolano.
In Senatu Pedemontano.
In Senatu Luſitano.
In Senatu Arragonenſi.
In Senatu Valentino.

264 *Iudices inferiores non poſſunt ex dictis indiciis aliquem ad mortem damnare.*
Et in hoc caſu an Iudices inferiores debeant reum torquere, vel eum pœna extraordinaria punire, vbi reprobatur Fachineus.

265 *Singularis Doct. Bart. ab omnibus approbata.*

266 *Cum ſtatutum loquitur in rem comprehendit mandantem.*

267 *Cum verò loquitur tantummodò in perſonam non comprehendit mandantem.*

268 *Bulla noſtra Gregorij XIV. loquitur in perſonam.*

269 *Mandantes homicidium proditorium, nec ex iure communi. nec ex Bulla Gregorij XIV. excluduntur ab immunitate Eccleſiaſtica.*

270 *Honorifica mentio D. Camilli Careani Iudicis Maleficiorum Cremonæ.*

271 *Quomodo puniendi hi mandantes, remiſſiuè.*

272 *Pueri Malefici quomodo puniendi.*

273 *De puluere, quem diabolus ſolet tradere Maleficis.*

274 *Sola cogitatio non punitur lege humana.*

275 *DD. de quæſtione noſtra tractantes enumerantur.*

276 *In atrociſſimis conatus iunctus cum actu proximo punitur eadem pœna, ac ſi delictum eſſet ſequutum.*

277 *Deciſio Senatus Mediolani in materia mandatariorum.*

278 *Deciſio Senatus Sabaudiæ in materia tentati homicidij cum Robaria.*

279 *Deciſio Senatus Pedemontani in materia vnius qui tentauerat introducere peſtem per vnguenta quamuis inutilia.*

280 *Deciſiones Regni Neapolitani, & Galliæ in materia conatus in Atrociſſimis.*

281 *Conatus in atrociſſimis iunctus cum actu remoto, quomodo puniatur.*

282 *Et quid in delictis non atrocibus.*

283 *Propinans venenum non ſequuto effectu, an puniatur pœna mortis.*

284 *Deciſio Senatus Mediolani in materia veneni propinati.*

285 *Quid cum propinatio aggrauatur ex circumſtantiis.*

286 *Deciſiones Senatus Mediolani & Pedemontani cum propinatio aggrauatur ex circumſtantiis, & 288.*

289 *Sortilegij crimen eſt atrociſſimum.*

290 *Conatus iunctus cum actu proximo non ſequuto effectu in materia maleficij Hortilis, non punitur pœna noſtræ Conſtitutionis.*

291 *Mors in Bulla noſtra enunciatur per modum conditionis.*

292 *Talis conatus punitur pœna extraordinaria.*

293 *Et quid ſi puluis à Dæmone recepta eſſet inutilis, an tunc poſſit puniri reus, ac ſi puluis vtilis fuiſſet,*

294 *Confeſſarius animaduertere debet, an Sortilegus habuerit errorem in intellectu, item an Sortilegium ſit reſeruatum Epiſcopo loci, & 295.*

296 *Abſoluto Sortilego ab Inquiſitore ab excommunicatione, ſi quam, &c. adhuc confiteri debet peccatum ſortilegij Confeſſario.*

297 *Expedit aliquando pro abſolutione à reſeruatis mittere pœnitentem ad ſuperiorem.*

298 *Quæ obſeruanda ad inducendam contritionem in Sortilego.*

299 *Dæmon ſæpe ſortilegos inducit ad deſperationem.*

300 *Circa Sortilegi Confeſſionem, quomodo ſe gerere debeat Confeſſarius.*

301 *De ſpeciebus ſuperſtitionum, remiſſiuè.*

302 *De quadam cartula ſuperſtitioſa.*

303 *Quæ obſeruanda à Confeſſario circa abſolutionem Sortilegi.*

304 *An contra exercentes magicas artes, & ſortilegia ſit lata in iure aliqua Excommunicatio.*

305 *An ante abſolutionem Sortilegi Confeſſarius ab eo exigere debeat iuramentum de ſimilia amplius non perpetrando.*

306 *An ſocius criminis poſſit abſolui à Confeſſario ſocio criminis in terminis iuris communis & ſeq.*

309 *Quid ſtante diſpoſitione Concilij ſeptimi Mediolani, in tit.* de Sacramento pœnitentiæ, §. Qui criminis.

310 *An Confeſſio ſocij criminis facta ſocio ſit licita tempore Iubilei.*

311 *An decretum illud Concilij comprehendat ſola peccata carnis, an etiam alia mortalia.*

312 *An ſtante bona fide pœnitentis valeat abſolutio.*

§. I.

Sortilegium quid ſit.

SOrtilegium diffinitur, vt ſit quædam ſuperſtitio illuſoria, & ſummè noxia, qua homo vtitur dæmonis miniſterio, ita Girlandus *in tract. de Sortileg. q. 1 n. 1.* Farin. *in praxi crim. q. 10. n. 73.* ſed melior mihi videtur deffinitio Bodini, *de Dæmonomania, l. 1. c. 1. in princ.* quem ſequitur Scaccia, *de iud. ciuil. crim. & heret. l. 1. c. 12. n. 20.* qui Sortilegium deffinit, vt ſit, quid ad aliquid conſequendum diabolicis vtitur inſtrumentis. 1.

Sortilegiorum tres enumerauit ſpecies Girlandus *d. tract. de ſortileg. q. 1.* & Farin. *d. q. 20 n. 74.* Prima diuinatiua, per quam ſortilegi futura quædam præſentia, vel præterita nobis ignota vaticinari conantur. Secunda ſpecies eſt ſortilegij amatorij, quod fit ad flectendos animos pudicos mulierum, vel virorum ad libidinem. Tertia ſpecies eſt ſortilegij malefici, per quod fabricantur infirmitates, morbi, calamitates, & ſimilia in hominibus, vel brutis, ex quibus, vel mors maleficiati ſtatim oritur, vel illius corpus paulatim conteritur, virtúſque debilitatur. Sortilegi nomine hoc loco continentur diuinatores, incantatores, ſtrigiæ, ſeu lamiæ, ſortilegi, Idololatræ, Magi, arioli, aruſpices, & alij de quibus Zanchin. *de Heret. c. 22. n. 1. & ſeq.* ita Farin. *de hæreſi, q. 181. n. 3. verſ. Promitto ſecundò,* vbi alios allegat, inter quos Petrum Gregor. *in Syntagm. Iuris, lib. 24. tom. 3. c. 3.* vbi agit de pluribus ſpeciebus diuinatorum, quibus addi poteſt latiſſimè materiam pertractans Martinus Delrio, *diſquiſit. magic. lib. 4. per tot.* & alij in præſenti titulo allegandi. 2. 3.

§. II.

§. II.

De poteſtate Dæmonis.

PRæmittenda eſt hæc quæſtio de neceſſitate, vt poſtea facilius, & melius intelligantur quæ ſumus infrà dicturi de ſortilegio qualificato & hæreticali.

4 Et quidem circa elementa, poſſunt tempeſtates, grandines, tonitrua, ventos, terræmotúſque excitare, iiſque variis modis lædere, vt patet *Iob.* 1. poſſuntque ſegetes ex vno in alium agrum transplantare, &c. Leſſ. *de Iuſt.& iure*, *lib.* 2. *c.* 44. *dub.* 3. *num.*14. Mart. Delrius *diſquiſit. magicarum*, *lib.* 2. *q.*12. Binsfeld. *de confeſſionibus maleficorum*, *& ſagarum*, *p.* 1. *quaſt.concluſ.*10.*fol.mihi* 201.

5. Circa corpora hominum, & animalium, Primo poſſunt illa celerrime de loco ad locum transferre, prout accidit communiter in Sagis ſeu Lamiis, quas Dæmones verè, & realiter, ad nocturnos conuentus transferunt. Quidquid enim aliqui dixerint, quod tranſlatio hæc ſit tantummodo imaginaria, attamen opinio hæc eſt falſa, & reipublicæ pernicioſa, nam licet negari nequeat, quin tranſlatio hæc aliquando ſit imaginaria, attamen negari non poteſt, quod etiam aliquando realis ſit, prout latiſſimè probant Leſſius *vbi ſuprà*, Delrius *loco citato* , *q.* 16. & Sanch. *ad precepta decalogi*, *lib.* 2. *c.* 40. *n.* 6. latè omninò videndus Binsfeld. *de confeſſ. Magorum*, *& Sagarum*, *p.*1 *.q.concluſ.* 12. *per totam* , *fol. mihi* 204. *& concluſ.* 13. *fol.* 219. Leon. *in theſauro fori Eccl.p.* 3. *cap.* 36. *num.* 11. *& ſeq.* Parlador. *quotid. differ. iuris*, *diff* 106. §. 3. *per tot.*

6. Secundò, poſſunt corpora hominum, & animalium transformare, non quidem figuram intrinſecè mutando, ſed aliam ex vaporibus extrinſecus circumponendo, ita Leſſ. *loco cit. num.* 18. qui benè rem hanc explicat, Delrius *diſquiſition. magic. dicto lib.* 2. *quaſt.*18. Binsfeld. *de confeſſ. Magarum. & Sagar. concl.* 3. *fol. mihi* 262. vbi latè explicat *cap.*4. *Danielis.*

7. Tertiò, poſſunt morbos immittere, qui nulla medica arte queant curari, & ſimiliter morbos omnes curare, qui naturaliter queunt ſanari, Leſſ. *dicta dubio* 3.*n.*19. *&* 20. Binsfeld. *vbi ſuprà, concl.*7. *&* 8.

8. Quartò, occultos Theſauros poſſunt eruere, ſicuti etiam poſſunt ſe reddere aliquo modo inuiſibiles, & Dæmones in homines immittere, vt ab ipſis obſideantur, Leſſ. *loco cit. n.*21. *&* 22.

9. Quintò, poſſunt impedire actus matrimoniales, vel refrigerando hominem ab actu illo, adhibendo virtutes rerum occultas, vel prohibendo miſſionem ſpirituum ad membrum, in quo virtus motiua, auctor Lucernæ Inquiſitorum *in tractatu de Strigiis* , *num.* 14. verſ. *quod autem*, Binsfeld. *vbi ſuprà*, *concl.*6. *fol.*192.

10. Sextò actum venereum poſſunt exercere cum viris, exhibendo ſe ſuccubos, & cum mulieribus exhibendo ſe incubos, & hoc caſu poſſunt prolem gignere, deferendo ſemen alicuius in vas mulieris in actu copulæ, & tunc prolis verus pater eſt, non dæmon, ſed ille homo cuius ſemine dæmon fuit abuſus, Delrius *vbi ſupra.q.*15. latè Petrus Thyræus, *de apparitionibus ſpirituum*, *lib.* 1.*cap.*10. *num.* 2. *& pluribus ſequentibus* Binsfeld. *vbi ſuprà* , *concluſ.* 5. *fol.* 172. & vltra exempla varia huiuſce rei à ſupradictis auctoribus adducta, ſupra quinquaginta annos, vt videre eſt votis manuſcriptis D. Amid. *voto* 12. *tom.*1. adfuit in Ciuitate noſtra, quædam mulier, quæ venereè commiſcebatur cum dæmone, credens ſe commiſceri cum quodam ſuo amaſio defuncto, non autem cum dæmone, cum quo tamen nunquam apoſtatauit à fide, nec de hoc vnquam ab eo fuit requiſita, quæque poſtquam fuit carcerata, ei in carceribus apparebat quotidie, licet ſecum non commiſceretur.

Carena de Offic. Inquiſit.

11. Septimò poſſunt facere, vt naſcantur gigantes, quia poſſunt, cum coeunt cum mulieribus eligere ſemen plurimum craſſiſſimum, calidiſſimum, ſpiritibus affluens, & ſeri expers, Delrius *vbi ſuprà*, *q.* 15. verſ. *vltimum in hac quaſtione*, & idem dicendum de Pigmæis.

12. Octauò poſſunt facere beſtias loqui, vt accidit in ſerpente, qui tentauit Euam, Delrius, *q.* 19. Item poſſunt facere vt homo inediam perferat, longiſſimoque tempore dormiat, idem Delrius *quaſt.* 21. ſicuti etiam poſſunt ſeni iuuentam reddere, Delrius, qui id probat variis exemplis *dicta lege ſecunda*, *quaſt.* 23. & producere aliqua mixta ſenſibilia imperfecta, quæ generantur ex putri, Delrius *vbi ſuprà*, *q.* 14.

13. Ex alia parte certum eſt, dæmonem non poſſe facere miracula vera, nam hæc potentiam requirunt infinitam, & ſic dæmon non poteſt ſuſcitare mortuos, viſum reddere cæco nato, facere vt idem corpus ſit in duobus locis, & ſimilia, Delrius *diſquiſitionum magicar. lib.* 2. *quaſt.* 7. latè Binsfeld. *de confeſſ. Magor. & ſagarum* 1.*p.q.concl.*1.*fol.mihi* 157.

14. Nec etiam dæmon poteſt ordinem naturæ, & leges vniuerſi mutare, vel euertere, Delrius *loco citato*, *quaſt.* 10. cum autem effectus, qui à diabolo expectatur potentiam eius ſuperat, tunc effectus illa cenſeri debet præſtigiatorius, Delrius *diſquiſit. magic. lib.*2. *quaſt.* 6. *in fin.* ad quem ſemper recurrendum in ſimilibus materiis.

15. Circa animam humanam coniunctam corpori, dæmon ea omnia poteſt, quæ ex corporis diſpoſitione, & imaginatione pendent, vt inferre amentiam, incitare ad amorem, odium, libidinem, facilè enim eſt dæmoni efficere, vt obiectum aliquod aſſiduè obſeruetur phantaſiæ, in modum vel conuenientis, vel diſconuenientis, & concitare humores, & ſpiritus conſectaneè effectui amoris, vel odij. Leſſ. *de Iuſtitia & Iure*, *lib.* 2. *cap.* 44. *dubio* 3. *n.*23. Delrius *diſquiſitionum magicarum lib.*2.*q.* 24.

16. Circa animam verò ſeparatam nihil poſſunt dæmones, præterquam quod damnatis poſſunt irrogare ſupplicia, & tormenta ſecundum modum, & menſuram à diuina iuſtitia pro meritis conſtitutam, itaque non poſſunt illas ab inferis excitare, & viuis repræſentare, Leſſius *vbi ſuprà*, *num.* 23. verſ. *circa animas ſeparatas*, Delrius *lib.* 1. *quaſt.* 9. & latiſſimè *quaſt.* 26.

Solùm circa hoc difficultatem facit, illud primi Regum, cap. 28. vbi cum Saül petiiſſet excitari Samuelem per Pythoniſſam, ipſe Saul apparuit, vt verior ſententia tenet, quod confirmatur ex cap.46. Eccleſ. vbi Samuel dicitur prophetaſſe poſt mortem, & Regi interitum prædixiſſe, & ipſum Samuelem, verè apparuiſſe Saüli probatunt Galatin. *contra Iudaos*, *lib.* 6. *cap.* 10. Ioſeph. *lib.* 6. *Antiquit. cap.* 14. Lyran. & Abulenſ ibi Petrus Thyræus *de apparit. ſpiritus*, *cap.* 11. *num.*8. *&* 9.

Verum Samuel non vi magica ſuſcitatus prodiit, ſed diuina in pœnam impij regis, cuius rei ſignum eſt, quod magicam incantationem præuenerit, vnde, & turbata eſt Pythoniſſa, & rectus capite ſurſum elato emerſerit è terra, contra morem vmbrarum magicarum, quæ pedibus ſurſum verſis, & capite deorſum prodire dicuntur, ita Leſſius qui rem

hanc fusè explicat *loco citato*, *num.* 24. videatur ad hoc D. Thom. 2.2. *q.* 95. *art.*4. *ad* 1. & eo loco omnes eius commentatores, & Ioan. Marianam Societ. Ieſu, *in dictum cap.*28. *Regum*, *num.* 15. vbi alios DD. ad hoc refert.

§. III.

De pacto Sortilegi cum Dæmone, expreſſo & tacito.

17. INter Sortilegum, & dæmonem duplex pacti genus interuenire ſolet, expreſſum vnum, tacitum alterum, ita Farin. *de hæreſi, quæſt.* 181. *num.* 34. Binsfeld *de Confeſſ. Malef. præludio* 6. *per tot.* Suar. *de relig. tom.*1. *lib* 2. *de ſuperſtitione, cap.*9. Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.*2. *c.* 38. *num.* 3. *& ſeq.* latiſſimè Delrius *diſquiſit. magic. lib.*2. *quæſt.*4. *&* 5.

18. Expreſſum cum dæmone pactum eſt, quod expreſſis verbis à ſortilego fit cum dæmone, aut cum ſciens aliquis dæmonem per aliquod ſignum occulta docere, illud ea docendus vſurpet, ita Sanch. & alij *locis allegatis* videatur Delrius, qui *d. q.* 4. verſ. *Primò ſciendum eſt*, declarat omnes modos, quibus hoc pactum fieri ſolet. Quamuis exiſtimarem ego cum Sanchez dum voluit, vſurpantem ſigna, & characteres, ad quorum vſum dæmon aliquid facit, habere pactum expreſſum cum dæmone cum re vera illud tantummodo ſit pactum tacitum, & implicitum, vt videre eſt ex Delrio, & aliis *vbi ſuprà*.

19. Tacitum pactum eſt cum quis ſuperſtitioſis vtitur ſignis, ad quorum vſum dæmon vigore pacti expreſſi habiti eum primo inſtituente, aliquid facit, & operatur, ita Delrius *vbi ſuprà*, verſ. *Pactum tacitum duplex*, & latiſſimè *vbi ſuprà, tot. cap.* 9.

20. Ex quo colligitur pactum hoc tacitum cum dæmone interuenire poſſe, etiam abſque eo quod ſortilegus intendat opem dæmonis implorare, cum enim ſigna illa à ſortilego vſurpata, ex ſola ſecreta hominis ope effectum ſperatum efficiant, eo ipſo quo, quis hic vacat, tacitè velle videtur dæmonis opem, Sanchez *vbi ſuprà, num.* 4. Et hoc eſt, quod ſubtiliſſimè docuit Caiet. 2.2. *quæſt.* 95. *art.* 2. verſ. *ad euidentiam huius*, quem ſequitur Simanc. *de Cath. Inſtit. tit.*63. *num.*13. & Suar. *loco cit num.*13. *& n.* 7. vbi quod per craſſam ignorantiam, vel inaduertentiam poteſt quis velle contraria, vnum formaliter, aliud virtualiter vt accidit in his Sortilegis, qui formaliter nolunt opem dæmonis, & virtualiter illam volunt, vtendo ſignis, & caracteribus magicis.

21. Malitia vtriuſque pacti, in eo ſita eſt, quippe ab ipſo mundi exordio *Gen.* 3. Deus inter homines, & dæmones inimicitias poſuit eaſque vniuerſi in Baptiſmo ſpondent, quare pacta huiuſmodi cum dæmone ineuntes, fœdus cum Dei inimico, & hoſte iurato ineunt, quamobrem pertinet hoc ad proditionem quandam & Apoſtaſiam, inſtar militum, ad contrariam inimicorum factionem declinantium, ita Sanchez *loco citato, d. c.* 38. *n.* 6 Suar. *de relig. tom.*1. *lib.*2. *de ſuperſtitione, cap.*8. *num.*19. poſt Caietan. 2.2. *q.* 90. *art.*1. optimè Eymericus *in directorio Inquiſitorum p.*2. *q.*43. & ob id D. Paulus 1. *ad Corinth. cap.* 10. dixit; *Nolo vos ſocios fieri dæmoniorum.*

22. Quærit Suarez, *loco ſupra citato*, *cap.* 10. an diuinatio v.g. & ſortilegium factum per pactum tacitum cum dæmone, differat ſpecie à facto cum eodem dæmone per pactum expreſſum? Et omittendo ea, quæ in ſcholis pro vnitate ſpecifica dictorum ſortilegiorum dici poſſent, clarum eſt, quod, quo ad pœnas ac præſumptionem de hæreſi ſortilegia illa habenda ſunt pro diſtinctis ſpecie; ita Suar. *loco citato*, & D. Thom. *in* 2.2. *q.*95. *art.* 3. *ad* 1. vbi ait multo grauius eſſe Dæmones inuocare, quàm aliqua facere quibus dignum ſit, vt ſe dæmones ingerant, licet in foro conſcientiæ *reſol. moral. p.* 1. *tract.* 7. *reſol.* 66. voluerit dicta ſortilegia non differre ſpecie, ac proinde in confeſſione non eſſe neceſſarium, quod in ſpecie exprimantur, certum tamen eſt, quod cum in ſortilegiis factis cum pacto tacito non ſit tam clara eorum malitia ſicuti eſt in aliis ſortilegiis, in foro conſcientiæ ſortilegus ex pacto tacito aliquo euitat culpam mortalem, videatur Portel. *in dubiis regul.* verbo, *ſortilegia, num.*26. & Boſnanleoſ. *in deciſ. totius Theolog. lib.* 3. *c.* 8. *q.* 1. *concluſ.*6.

§. IV.

De Sortilegiis hæreticalibus & non hæreticalibus.

VVlgatiſſima eſt ſortilegiorum diuiſio, in qualificata, ſeu hæreticalia, & non qualificata, ſeu non hæreticalia, de qua latiſſimè Pegna, Scaccia, Farin. & Delrius *locis infrà allegandis*.

Sortilegium hæreticale, & qualificatum eſt, quod 23.
exercetur cum aliquo dicto, ſeu facto hæreticali, vel cum abuſu Sacramentorum, vel rerum quas Theologi vocant Sacramentalium, Olei ſancti, Candelæ Benedictæ, Agnus Dei. &c. vel cum in eo adhibetur Euangelium, Symbolum, Pater noſter, vel aliquis Pſalmus Dauid. vel aliæ orationes, vel verba Scripturæ, maximè ad effectum conſequendum, quod de ſe ſit peccatum mortale, ita Pegna *ad director. part.* 2. *comm.* 67. Farin. *de Hæreſi, quæſt.* 181. *num.* 2. *& pluribus ſequentibus*, Scaccia, *de iud. ciuil. criminalibus, & hæreticalibus, lib.* 1. *cap.* 12. *num.* .. Delrius *diſquiſitionum Magicarum, lib.* 5. *ſection.* 15. *per totum*, Leonardus *in Theſauro fori Eccleſiaſtici part.*3. *cap.*36. *num.* 9. Ex quibus plura in praxi colligi poſſunt.

Primò, ſortilegium hæreticale committi ab iis, 24.
qui à Dæmone petunt ea, quæ ſoli Deo reſeruata ſunt, vt cùm petunt reſurrectionem mortui, veram creationem, illuminationem cæci nati, &c. Farin. *de hæreſi, quæſt.* 181. *num.* 5. vbi alios antiquos DD. allegat.

Secundò, ſortilegium hæreticale committere 25.
baptizantes puerum, vel baptizantes imagines, magnetem, vel hominis mortui cadauer, ita Farinac. *de hæreſi, dicta quæſtione* 181. *num.* 23. *& ſeq.* Scacc. *loco ſuprà citato*, *num.* 36. Pegna *com.* 67. verſ. *Poſtremò generaliter* Leon. *in Theſauro fori Eccleſiaſt. dicto cap.* 36. *num.* 10. & Delrius *diſquiſit. magicar. lib.* 5. *ſect.* 15. verſ. *Dico quartò*, vbi quod iſti, vel ſunt hæretici ſi credunt formam, & materiam Baptiſmi eſſe aliam ab ea quam Chriſtus inſtituit, vel ſi ſic non credunt, ſunt vehementer de hæreſi ſuſpecti.

Tertiò, hæreticale ſortilegium eſt, cùm Dæmoni 26.
tribuitur adoratio vel latriæ, vel duliæ ſoli Deo, & Sanctis eius debita, ita Eymericus *in Directorio p.* 2. *q.* 43. *ferè per totam*, vbi etiam Pegna latiſſimè, Scaccia *dicto cap.* 12. *num.* 15. *& ſequent.* Dicitur autem ſortilegus, latriæ honorem Dæmoni dare, ſi vocaret eum Deum, vel aliis verbis denotantibus diuinitatem, honorem verò Duliæ ſi eum vocaret Sanctum, vel Beatum, ſi ei genuflecteret,

precca

preces funderet, luminaria accenderet, thus, & alia
aromata ei offerret immolaretque ei aliquod ani-
mal, vel ſanguinem proprium, de quibus vide Ey-
meric.*loco cit.* & Scacc. *d. cap.* 12. *num.* 26. *ſeq.* &
Leon. *d c.*36.*num.*9 *&* 10.

17 Quartò, ſortilegium hæreticale eſt, quod fit ad
inuenienda furta, cum puella virgo habens cereum
accenſum in manu ponitur ante phialam plena
aqua, & profert hæc verba, *Angelo bianco, Ange-
lo ſanto, per la tua ſantità, per la mia virginità
moſtra mi, chi hà tolto tal coſa,* ita conſuluit pleniſ-
ſimè Barbat.*conſ.* 5.*lib.*1.Decian.*tract. crim. lib.* 20.
cap. 57.verſ.*Item hæreticus eſt, qui per phialam.* Pe-
gna *parte ſecunda, comm.*68.latiſſimè Farin.*de hæreſi,
quæſt.*181.*num.* 15.

Et licèt Clarus *in §. hæreſis, n.*23.*ad finem*, ex-
preſsè reprobet Barbat provt etiam facit Rim. Iun.
*conſ.*4.14.*n.* 16. *& ſeq.* expreſsè docentes ſortilegia
facta ad inuenienda furta non eſſe hæreticalia.

Attamen veritas eſt, quod huiuſmodi ſortilegia,
tunc ſunt hæreticalia, cum in eis interuenit abuſus
vel Sacramentorum, vel Sacramentalium vel aliquid
aliud ex his quæ *ſuprà* diximus, aliàs ſecus, Farin.
vbi ſuprà num 17.

In caſu autem noſtro negari non poteſt, quin
ſortilegium ſit hæreticale, cum in eo diabolus voce-
tur Sanctus, & ſic duliæ honor ei impendatur.
Idem dicendum de vſu ſpeculi ad ſcienda futura,
cum accenſione candelæ quæ adorationem ſignifi-
cat, Ricc.*deciſ.curiæ Archiep.Neap.*243.*per tot.vol.*2.

18. Quintò quæcumque ſortilegia fiunt a Sortilegis
habentibus pactum expreſſum cum Dæmone reſ-
pectu operantis ſunt hæreticalia, etiamſi talia non
eſſent ratione operis, vt quia à Dæmone peteretur
res ſuam facultatem naturalem non excedens, ita
Mart.Delrius *diſquiſ. magic. lib.* 5. *ſect.* 15. *num.* 2.
verſ. *Secundum axioma,* Zanard. *in ſumm.diuinorum
præceptor.p.*2. *cap.*64.verſ.*ſecundò erit ſortilegus*, ta-
les enim pacta cum Dæmone ineuntes ſunt vehe-
menter ſuſpecti de Apoſtaſia, ita Zanard. ibi ex D.
Thom. 2.*Sent.diſt.* 7. Genuenſ. *in Praxi Curiæ Ar-
chiepiſcop. Neapol. c.*18.*n.*11. verſ.*Item vehementer
ſuſpecti, in nouiſſimis impreſſis, & in antiquis,c.*23.

Sextò, breuiter omnia ſortilegia ſunt hæreticalia,
In quibus ſortilegi Imagines baptizant, pueros re-
baptizant, caput defuncti fumigant Sanctorum Ima-
gines conculcant, ſputis fœdant, Cruces deiiciunt,
vel confringunt, Sacramentis ſacris, vel Sacramen-
talibus nefariè abutuntur, dæmones inuocant, eis
thura adolendo, ſacrificia offerendo, candelas ac-
cendendo, cultum tribuendo, genua flectendo, hu-
mi proſternendo, preces emittendo, adorando, ſe
eis deuouendo, obedientiam promittendo, laudes eo-
rum vel cantus proferendo. caſtitatem, pro eorum
reuerentia, vel admonitu ſeruando, ieiunando, car-
nem ſuam macerando, veſtibus nigris, vel albis,
pro eorum reuerentia, Induendo; per characteres,
ſigna, & ignota nomina obſecrando; Aues, vel alia
ſimilia animalia immolando, ſanguinem proprium
ex ſe emittendo, vel aliquid ſimile in eorũ cultum,
& obſequium peragendo qui eorum ſcripta nomina
honoris, & cultus cauſa ſecum deferunt, vti latiſ-
ſimè hæc omnia proſequitur Beloch. *de caſibus re-
ſeruatis, parte ſecunda, quæſt.* 1. *in primo caſu Ta-
bella Anchonitana, num.*73.& ferè per totum illum
caſum, ex quibus colligitur, quod ſortilegium non
19. hæreticale eſt, in quo nulla ex ſupradictis inter-
ueniunt, ita Doctores *ſuprà* allegati quod pariter
prohibitum, & vetitum eſt, & regulariter exer-
ceri non ſolet, ſine pacto ſaltem implicito cum
Carena de Offic. Inquiſit.

dæmone, & ob id licet ad bonum finem factum;
punitur, ab Inquiſitoribus, vt fuit deciſum in Curiá
Archiepiſcopali Neapolitana in quadam vetula
octuaginta annorum, quæ huiuſmodi ſimplicia ſor-
tilegia faciebat ad ſanandas infirmitates, teſte Ric-
cio *deciſ illius curiæ* 144.*vol.*2.quam deſumpſit à Ca-
rocc. *deciſ.*88. *per tot.* Sic etiam ſimplex ſortilegium
videtur ſuperſtitioſus ille medendi modus, quo vul-
nus breuiſſime curatur, applicando medicamentum
pettis lineis ſanguine vulnerati madefactis, quia
agens naturale naturali actione tranſeunte non po-
teſt agere in diſtans, ita Bonacina *de legibus diſ-
putatione tertia. quæſt.* 5. *punct.* 4. *num.* 18. *& ſe-
quent.* vbi quod ita fuit concluſum in Pœnitentiaria
Mediolani, *& num.* 19. addit huſce ſic medentes
debere denunciari Sancto Officio, & ita in noſtro
Sancto Officio Cremonæ huiuſmodi ſic, vel ſimili-
bus modis medentes, puniuntur grauiſſime, ſi-
militer ſortilegium non qualificatum eſt, quod
fit cum oſſibus mortuorum, deſumptis ex ali-
quo cœmeterio.

Et licet aliqui Viri docti, & Pij voluerint, illud
ſortilegium eſſe qualificatum, quia oſſa illa ſunt
pars corporis humani ſolemni ritu ab Eccleſia be-
nedicti, dum Eccleſ. ſepulturæ traderetur, attamen
opinionem hanc ego ſemper falſam exiſtimaui, quia
oſſa illa non poſſunt dici quid Sacramentale eo mo-
do, quo à DD. Sacramentalia vocantur, præter-
quam quod hinc ſequeretur, quod Sortilegium fa-
ctum cum capillis mulieris eſſet qualificatum, quia
capilli ſunt pars corporis mulieris ab Eccleſia in
Baptiſmo benedicti, & in Confirmatione ab Epiſ-
copo Sacro Chriſmate inuncti, & ita pluries præ-
cticatum fuit in noſtro S. Officio Cremonæ, mè
Conſultore exiſtente.

§ V.

De Sortilegio ſanitatis quando ſit hæreticale.

SOrtilegia quantumuis ad bonum finem facta il- 30.
licita eſſe concedunt omnes quos longa ſerie re-
fert Petr.Binsf.*in l.*4.*q.*5. *concl.* 2. *Cod.de Malef. &
& Mathemat.* quinimo ſortilegia huiuſmodi ali-
quando ſimplicia eſſe, aliquando verò qualificata, &
hæreticalia nequaquam probabiliter poteſt dubitari.

Si enim ſine vlla immixtione Sacramentorum 31.
vel rerum quas Theologi ſacramentales vocant, vel
ſine aliis à nobis ſupra recenſitis, *num.* 23. *& ſeq.*
fiat ſanitatis ſortilegium, certè erit ſimplex, ſed ſi
aliqua ex eis interueniant, non video quare non
debeat dici ſortilegium qualificatum, & ne id pro-
prio marte dicere videamur, allego in terminis Tor-
reblaneam *de Magia lib.* 2. *c.* 49. *num.* 56. vbi ex
Martino del Rio *diſquiſit. magicarum lib.* 3. *cap.* 2.
*q.*4. *ſect.* 7. verſ. *per Chriſtum, & cum Chriſto*, &
verſ. *De hac formula,* narrat, quod quidam ſalutator
Ipri, fuit damnatus, vt Negromanticus ex eo quod 32.
recitatis verbis Sacroſanctæ Conſecrationis, & non-
nullis aliis ſanabat omnia vulnera, & *num.* 55. addit
idem Torreblanca omnino videndus, huiuſmodi ſor-
tilegia ſanitatis, eo ſuperſtitioſiora eſſe, quò ſanctio-
res res in eis permiſcentur, quia res Deo debitæ, &
dedicatæ in ſortilegiis adhibitæ Diabolo eius ho-
ſti offeruntur, vt notat Ioan. Crigil. *de ſuperſtit.* 33.
p. 3. *cap.* 11.

Neque dubitandum eſt quin Inquiſitores ſint Iu- 34.
dices competentes in huiuſmodi ſortilegiis ſanitatis,
quæ paſſim ab Hiſpanis vocantur *Enſalmo*, quod
verbum noſtra lingua ſignificat medicamentum,

quod ſit recitando ſuper infirmos Pſalmos, &
Orationes, vt dixit Laut. Franciofin. *in ſuo elegan-*
tiſſimo Dictionario Hiſpano, & Italico, parte 2. in
35. verbu *Enſalmadera*, ita enim practicatur in Hiſpa-
nia Inquiſitionibus vt atteſtatur P. Diana *reſolut.*
*moral. p.4.tract.8.reſol.*112.*& tract.*3. *reſolut* 62. vbi
etiam reſoluit orationem incipientem *Crux Chri-*
36. *ſti*, &c. ad peſtem euitandam eſſe omnino ſuperſti-
tioſam, & vti talem fuiſſe à Sacra Congregatione
S. Officij declaratam, per literas Eminentiſſ. D.
Cardin. S. Honufrij, datas ad Inquiſitorem Hetru-
riæ, 18. Septembris 1630. vel etiam atteſtatur P.
Marchinus Religioſus Congreg. Clericorum S. Pau-
li Decollatt. *in ſuo eleganti tractatu de peſte in pro-*
*blematibus f.*44 *problemate* 33.

Et in noſtra Inquiſit. Cremonæ poſſum ego at-
teſtari huiuſmodi ſortilegia ſanitatis grauiſſimè pu-
niri, pro facti, & perſonarum qualitate a Reueren-
diſſ. per tempora Inquiſitoribus.

37. Et ita in Congregatione noſtra Sancti Officij
coram Eminentiſſ. D. meo Camporeo die 25. Sep-
tembris 1638. per omnes DD. Conſultores vno
excepto fuit dictum ſortilegium cum Hoſtia non
conſecrata factum ad ſanitatem eſſe hæreticale, &
in ea dicebam, quod licet DD. in hac materia lo-
quantur tantummodò de Hoſtia conſecrata, vel de
Hoſtia ſuper qua celebratæ ſunt Miſſæ, attamen
vltra rationes ſupra allegatas, idem conuincebat ſe-
quens ratiò. Quod forma Sacramenti, Euchariſtiæ
adhibita in ſortilegio in omnium ſententia reddit
illud Qualificatum, igitur idem dicendum eſt de alia
parte integrante eiuſdem Sacramenti id eſt de Hoſtia
non conſecrata, quæ adeo eſt materia Sacramenti,
quod moraliter pro Euchariſtia tantummodò eſt
deſtinata, & non eſt ſicut aqua, & oleum reſpe-
ctu Sacramenti Baptiſmi, & Confirmationis, quæ
de ſe ſunt materiæ communes tam ad Sacra, quàm
ad profana.

Et ſi dicatur quod vtimur Hoſtia non conſecra-
ta aliquando ad literas claudendas, reſpondetur,
quod hoc eſt merè per accidens, & non tollit, quin
Hoſtia moraliter tantummodò pro Sacramento
Euchariſtiæ ſit deſtinata. Et cum hac ſententia vi-
detur tranſire me citato Diuus Traſmieta *de obliga-*
tione denunciandi quæſt. 4. *cap.* 7. *num.* 6. verſ. *Imo*
verò Carena.

§. VI.

An Sortilegium ſit qualificatum in quo Sanctitas alicuius Sancti Canonizati in dubium reuocatur.

SOlent plerumque impij Sortilegi ſacrilegis ora-
tionibus vti in quibus Sancti aliqui inuocantur
cum conditione, *ſi Sanctus es, vel ſi Sancta es*, ideo
opportunè, quæritur an huiuſmodi ſortilegia ex hoc
præciſè ſint qualificata.

In hac re breuiter dicendum eſt, hanc quæſtio-
nem ab alia pendere de qua agunt Theologi, *in* 3.
ſententiarum diſtinct. 25. cum Magiſtro, *& in* 22. *D.*
38. *Thoma in materia de fide*, an Papa poſſit errare in
Canonizatione Sanctorum? hac enim diſcuſſa clarè
patebit ſolutio præſentis difficultatis.

Circa hanc igitur Canonizationis Sanctorum ma-
teriam arbitror ſtatuendas eſſe duas concluſiones.

39. Prima concluſio ſit, Papa non poteſt errare in Ca-
nonizatione Sanctorum, hæc concluſio eſt contra
Ioan. Vviclef, & alios hæreticos apud Thomam
Vvaldenſem *tom.* 3. *de Sacramentalibus, c.* 122. qui
dixerunt totum contrarium, Papam ſcilicet poſſe
errare in Canonizatione Sanctorum.

Probatur autem concluſio, quia Eccleſia vniuerſa- 40.
liter colit Sanctos Canonizatos, at ex D. Auguſtino
inſolentiſſimæ inſaniæ eſt diſputare an ſit facien-
dum, quod tota facit Eccleſia, videatur Bellarm.
tom. 1. *eius controu. diſp.* 7. *generali de Eccleſia*
triumphante, lib. 1. *c.* 9. vbi hoc probat multis argu-
mentis & reſpondet ad locum quem, vt Diui Au-
guſtini multi obiiciunt, *multorum corpora*, hono- 41.
rantur in terris, quorum animæ torquentur in ge-
henna, & dicit quod debet intelligi de impiis qui
honorantur ſuperbiſſimis ſepulchris, vel de Marty-
ribus Donatiſtarum, qui ab hæreticis honorabantur
vt Martyres, cum eorum animæ re vera torqueren-
tur in Inferno.

Secunda concluſio eſt. Propoſitio hæc, Papa po- 42.
teſt errare in Canonizatione SS. eſt hæretica.

Hæc concluſio eſt contra Caietanum. *in primo* 43.
tom. eius tractatuum, tract. de Indulgentiis ad Iu-
lium III. c. 8. & Canum, *lib.* 5. *de locis Theologicis c.*
5. *propè finem*, qui voluerunt ſolum piè credendum
eſſe Papam non errare in canonizatione Sanctorum.

Eſt etiam contra Suarez *de fide diſput.* 5. *ſect.* 8. 44.
num. 8. vbi dixit eam propoſitionem non eſſe de fi-
de, ſed ſolummodò impiam, & temerariam.

Probatur concluſio. Papa in his quæ ad fidem 45.
pertinent, vel rem fidei ſecum trahunt, non poteſt
errare iuxta promiſſionem Chriſti Domini, *Rogaui*
pro te Petre, vt non deficiat fides tua. At Canoni-
zatio Sanctorum rem fidei habet annexam, quia hoc
ipſo, quod Sanctus canonizatus proponitur ab Ec-
cleſia vt colendus, & Deus in eo.

Confirmatur quia de fide eſt, Papam non poſſe 46.
errare in his quæ ad mores ſpectant, igitur multo
minus poterit errare in canonizatione Sanctorum.

Et hanc opinionem contra Caietanum, & alios
latè tenuerunt, & probarunt Pater Valentia, *in* 2.
2. *diſp.* 1. *punct.* 7. *q.* 6. § 40. verſ. *Itaque*, P. Franc. de
Pitigian. *in* 3. *ſententiarum diſtinct.* 25 *q.* 2. *art.* 5. &
P. Ferdinand. de Caſtro Palao *in ſuo opere Moral.*
tom. 1. *tract.* 4. *diſp* 1. *punct.* 5. § 4. qui alios allegant.

His igitur ſic ſtantibus dicendum eſt, Sortilegia
in quibus miſcentur huiuſmodi orationes eſſe hæ- 47.
reticalia ratione illarum conditionum quibus quod
eſt de fide certum, proponitur ſub dubio, & ita plu-
ries deciſum fuit in Inquiſitione Cremonæ.

§ VII.

An præbere pocula Amatoria ſit ſortilegium Hæreticale.

DE hoc Sortilegij Amatorij genere, variiſque 48.
modis, quibus ad illud conficiendum vti ſo-
lent Magi, illiuſque vi, & efficacia, ac tandem de re-
mediis aduerſus illud, latiſſimè videndus eſt Delrius,
diſquiſit. Magicarum lib. 3. *p.* 1. *q.* 30. *per tot.* qui alios
citat, ſed ad rem noſtram.

Dicendum breuiter eſt, ſecluſo pacto expreſſo 49.
cum Dæmone, ſecluſoque etiam abuſu Sacramento-
rum, Sacramentalium, & verborum Sacræ Scripturæ,
ac demum ſecluſa Inuocatione ipſius Dæmonis per
verba deprecatiua, Sortilegium ad tentandam mulie-
ris pudicitiam non eſt hæreticale, ita Eymeric. *in*
Directorio p. 2. *quæſt.* 43. Pegn. *in comm. ad dict.*
quæſt. ſub littera N, §. *Quò dedit pocula* Petr. Binſ-
feld. *in Commentario legis* 4. *Cod. de Malefic. &*
Mathem, quæſt. 3. *concl.* 3. Scaccia *de Iudic. tom.* 1.
cap. 12.

*cap.*11.*num.*39.vbi quod hæc opinio non habet contradictorem. Farin. *de delictis,& pœnis, quæſt.* 10.*num.* 80. Aloyſ. Ricc. *in Praxi fori Epiſc.tit.de Hæreſis crimine.reſol.*414. *num.* 11.verſ. *Si vero*, vbi omnes alios antiquiores citat.

Ratio huiuſce concluſionis eſt, quia per hæc ſortilegia poſtulatur Dæmonis auxilium ad tentandum, quod eſt ipſius proprium cum Matt. 4. tentator dicatur, ita Binsfeld. Ricc. & alij *ſup.* allegati, & de hac ratione nos *infrà* latè, cum de Dæmonis inuocatione loquemur.

49. Dixi ſecluſo pacto expreſſo cum Dæmone, quia tali pacto exiſtente ſortilegium, ſi non ratione, operis ſaltem ratione operantis, eſt hæreticale iuxta ea quæ dixi *ſupr. q. proxima præcedenti* verſ. 5. *Quacumque* ex mart. Delrio, Genuenſe, & Zanardo *locis alleg.*

50. Dixi etiam ſecluſo abuſu Sacramentorũ, rerum Sacramentalium, & verborũ Sacræ Scripturæ, nam ſi in hiſce poculis miſceantur. Hoſtia conſecrata, Sanguis Ieſu Chriſti, Aqua Benedicta, Reliquiæ Sanctorum, Pater noſter, Pſalm. aliquia Dauid. &c. Sortilegium erit Hæreticale, huiuſmodi pocula præbere, Ricc. *loco citato n.* 11 verſ. *& huic prima*. Pegna *loco citato*, verſ. *Rurſus id quoque animaduertendum*, & nos *ſuprà* etiam alios cumulauimus *q. præcedenti*, verſ. *ſortilegium hæreticale & qualificatum*, Binsfeld. *loco proximè alleg. q.* 2. *concluſ.* 5.

Dixi tandem dummodò Dæmon non inuocetur verbis deprecatiuis, propter ea quæ latiſſimè *infrà* dicemus, de inuocantibus Dæmones.

51. In hac tandem materia notandum diligenter eſt, quod ab omnibus ferè aduertitur, in hiſce caſibus, reos amatoria pocula præbentes exactiſſimè examinandos, & interrogandos, an credant maleficia aut Dæmonem poſſe cogere alicuius viri, vel fœminæ voluntatem ad amorem inhoneſtum, nam ſi hoc crederent, vt verè hæretici tractandi eſſent, niſi illos ignorantia excuſaret, ita Alph. à Caſtro *de iuſta hæretic. punit. cap.* 15 *in fin. lib.* 1. Pegn. *d. Commentario* 68. verſ. *Rurſus*. Binsfeld. *d. q.* 2. *concluſ.* 4. Graff. *in ſuis Aureis deciſ.* 1. *p. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 22.

§. VIII.

An ſortilegium factum cum Hoſtia non conſecrata ſit Hæreticale.

52. IN hoc pugnantes ad inuicem ſunt Doctorum ſententiæ, nam aliqui dixerunt hoc caſu ſortilegium minimè poſſe vocari hæreticale, etiam ſi ſuper ea Miſſæ celebratæ ſint, Ita Farin. *de delict. & pœnis, quæſt.* 20. *num.* 84. *& de Hæreſi, quæſt.* 181. *num.* 20. vbi allegat Locatum *in Iudiciali Inquiſit.* verbo *Sacerdos num.* 4. & Delrium *diſqu. Magic. lib.* 5. *ſect.* 15. verſ. *dico quintò, è contrario & melius, vtriuſque.*

53. Scaccia *de Iudic. Ciuil. crim. & hæretic lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 34. verſ *Sortilegus igitur*. dixit ſortilegium eſſe hæreticale, vti in ſortilegis Hoſtis non conſecrata, in qua tamen Miſſæ celebratæ ſint, & ait ſe neſcire quomodo ſaluari poſſint à lapſu, Oldrad. Farin. & Ghirl. qui contrarium tenuerunt, nam cum Sortilegus illa Hoſtia vtatur, quia fuerunt ſuper ea celebratæ Miſſæ, intendit virtutem Miſſarum miſcere in Sortilegio, & quamvis Hoſtia non ſit ſacrata, attamen cum propter Miſſas ſuper ea dictas adhibetur in ſortilegio, negari non poteſt, quin talis Sortilegus re ſacra abutatur, niſi enim crederet Miſſas Hoſtiæ virtutem addere, Miſſas ſuper ea dici non curaſſet, Scaccia *loco citato quinimò vlterius.*

Zanardus *in Summ. diuin. Precept. p.* 2. *cap.* 64. verſ. *Imo teneo, quod vti*, ſubtiliter docuit quod vti Hoſtia non conſecrata, in Sortilegio, & eam in aere ſurſum cum ſpretu proiicere, ſiue apoſtatando à fide, ſiue non, etiam ad effectum bonum in ſe, puta ad ſoluendum maleficium, quamvis in modo malus ſit, etiam ſi ſuper illa Hoſtia non ſint celebratæ Miſſæ, erit actus, facientem reddens de Hæreſi vehementer ſuſpectum, & ita ſe conſuluiſſe, in ſancto Officio Cremonæ atteſtatur, de anno 1611. dum eſſet S. Officij Conſultor. 53.

Mouetur P. Zanardus primò, ex eo quod in quacumque Hoſtia reperitur Crux Chriſti, quæ vbicumque, & in quacumque materia reperiatur ſemper eſt adoranda adoratione Latriæ, vti docuerunt communiter Theologi *in* 3. *ſent. diſt.* 9. *& in* 3. *part. ſumma D. Thom. quæſt.* 25. *art.* 4.

Secundò, quia ſæpè non rem, ſed ſignificatum inſpicimus, at quæcumque Hoſtia, ſiue conſecrata, ſiue non, ſemper repræſentat Sacroſanctum Miſſæ ſacrificium, vnde eam ſpernere, in neceſſarium conſequens eſt ſpernere Sacramentum Altaris.

Tertiò, quia ſi Sortilegus non intellexiſſet derogare Sacramento Altaris, cur potiùs Hoſtiam, quam aliam rem ſelegiſſet.

Et ex his ego quoque ſum in eadem ſententia, cum Scaccia, & Zanardo, ad cuius maiorem declarationem,

Conſidero, quod Diabolus fuit inuentor, & inſtitutor primus omnium Sortilegiorum, qui ad talia ſortilegia, tales res adhiberi voluit, vt eius auxilium Sortilego daret, Diabolus autem inimiciſſimus eſt Dei, & ſacroſancti Sacramenti Altaris, vti continentis Corpus Ieſu Chriſti, & Sacrificij Miſſæ, quod Paſſionem Chriſti repræſentat, per quam regnum Diaboli fuit deſtructum, vnde decernendo, vt in tali ſortilegio, Hoſtia licèt non conſecrata adhibeatur, præſumitur Diabolus hoc feciſſe in odium, ſpretum & contemptum tam Sacramenti Altaris, quam Sacrificij Miſſæ. 54.

Neque in contrarium pro Farin. Oldr. & Girl. ſententia allegari poteſt Martinus Delrius *diſquiſit. magicarum, lib.* 5 *ſect.* 15. verſ. *Dico quinto.*

Primò, quia ſententiam illam tantum probabilem appellat.

Secundò, quia ait illam procedere, dummodò rectè ſentiat Sortilegus de præſentia Corporis Chriſti in Sacram. nec crediderit Hoſtiam, Miſſas, & Sacram. Altaris aliquam vim habere ad effectus Magicos, hæc ſententia (ait Delrius) probabilis eſt, ſi de hac eius intentione, & credulitate conſtat, nam quamdiu non conſtat, Mihi quidem videtur de hæreſi maximè ſuſpectus, ex quo apparet potius Delrium noſtræ, quàm Farin. ſententiæ fauere.

§. IX.

De vtente in ſortilegijs nominibus, & caracteribus, & ſignis ignotis.

AD cognoſcendum, num vtens in ſortilegiis, ſignis. caracteribus, & nominibus incognitis, ſortilegium hæreticale committat, necne, diſcedendum nobis non eſt, à regulis *ſuprà* traditis. 55.

Si enim cum nominibus ignotis, ſignis, &c. miſceatur aliquod factum hæreticale, vel aliquod Sacramentum, vel Sacramentale, ſeu aliqua oratio, vt *Pater noſter*, &c. vel tandem adeſt pactum cum Dæmone expreſſum, tunc non eſt dubium, quin Sortilegium ſit hæreticale, hoc patet ex his

quæ ſuprà diximus *de ſor tileg. haret. in genere.*

Si verò nullum horum interuenist, tunc ſortilegium non eſt hæreticale, ſed ſimplex, prohibita tamen ſuot huiuſmodi ſigna, &c. in lege Domini, *Leuitici.* 19. vbi prohib. ne figuræ, aut ſtigmata fiant, & grauiſſimè peccat vtens hiſce ſignis, Pegn. *comm.* 68 *p.* 2. Azor, *Inſt. Moral lib.* 19 *cap.* 26. *q.* 6. *p.* 1. Simanch. *de Cath. Inſt. tit* 63. *de ſuperſtitionibus n.* 12. vbi quod hiſce figuris tacite Dæmon Inuocatur, & *num.* 33. vbi dixit quod obſeruare nomina, ſigna, & caracteres, & cætera omnia, quæ natura ſua nullam habent virtutem, ſuperſtitioſum eſt, atque adeo vehementer ſuſpectum, latè Farin. *de delict. & pœnis quaſt.* 20 *num.* 97. *& ſeq & de hæreſi*, *q.* 181. *n.* 30. vbi alios allegat.

An autem huiuſmodi ſigna, & caracteres virtutem aliquam naturalem habeant, & quam? vide latiſſimè hac de re diſſerentem Martinum Delrium *diſquiſit. Magic. lib.* 1. *qu* 1. *per totum.*

Quibus adde Torreblancam *de Magia operatrice lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 26. *& ſequ* vbi quod Orationes etiam piiſſimæ damnatæ ſunt ob pactum implicitum cum dæmone ſi permixta habeant nomina incognita, & *num* 27. ait ſuſpectum etiam eſſe eum qui Magicis, & ignotis caracteribus commiſcet ſignum Sanctiſſimæ Crucis.

Ad finem huiuſce §. Notandum primò, nomina inſcripta Gob. Gibet, Gabir, Gadebru, eſſe ſine vlla difficultate nomina Dæmonum Ioan. Laurentius Anania *in ſuo Tractatu de natura Dæmonum lib.* 2. *c.* 6. vbi etiam bene ait generaliter omnia nomina incognita dæmonibus adſcribi.

Notandum ſecundò, quod ex natura vniuſcuiuſque Angeli ſi nobis eſſet perſpecta in ſingulis proprium munus agnoſceremus, quia ait D. Thom. *in parte* 1. *quæſt.* 108. *artic.* 3. ſicut quælibet ſtella habet propriam influentiam, ita multo magis quilibet Angelus proprium munus, quia autem natura ſingulorum Angelorum nobis eſt ignota, ideo ignotamus quoque ſingulorum muneta, ex quibus ſingulis peculiaria nomina imponere poſſemus Iacobus Granado *in* 1. *part. tom.* 3. *de Angelis tract.* 16. *diſp.* 2, *num.* 1.

Notandum tertiò, tria ſolum eſſe nomina propria Angelorum, quæ ex ſcriptura Sacra colliguntur videlicet, *Michael, Gabriel, Raphael*, ita P.P. Concilij Romani, ſub Zacharia Papa, apud Card. Baronium *Annalium Eccleſiaſticorum tom.* 9. *fol. mihi* 132. *impreſſionis Veneta, ſub Anno Domini* 745. *n.* 17. his verbis, *Nos autem vt à S. Apoſtolatu verbo edocemur, & Diuina tradidit auctoritas, non plus quam trium Angelorum nomina agnoſcimus, Michael, Gabriel, Raphael*, Granado *vbi ſuprà*, Serarius *in cap.* 12. *Tobia, quaſt.* 15. & P. Cornelius à Lapide *in caput* 1. *Apocalip.* verſ. 4. 5. *Nota typum, & ſymbolum.*

Notandum quartò, nomina, *Raguel, Tubuel, Adimis, Tubas, Simihel*, applicata Angelis eſſe magis nomina Dæmonum, quam Angelorum, ita dixerunt Patres illius Concilij Romani, dum reprobant orationem quandam compoſitam, à quodam Aldeberto Pſeudo-Epiſcopo Hæretico, vbi ſub memoratis nominibus Angelos inuocabat, & coniurabat, & confirmatur hoc ex eo, quod nulli auctores (quos viderim) inter nomina Angelorum ponunt ſupradicta quinque nomina, vnde ob id magis ſtandum eſt determinationi Patrum illius Concilij ſtante maximè approbatione Zachariæ Summi Pontificis.

Notandum quinto, poſſe eſſe aliquam controuerſiam de nomine *Vriel*, nam inter nomina damnata ab illis Patribus eſt etiam nomen *Vrielis*, ſed in contrarium, quod ſit nomen Angeli probatur ex 3. & 4. *Eſdra*, vbi ſæpe fit mentio *Vriel*, & quamuis libri illi non ſint ex Canonicis, attamen negari nequit quin ab Eccleſia permittantur.

Secundò facit, quod Angeli *Vrielis*, ſæpe mentionem faciunt Patres allegati per Cornelium à Lapide *loco allegato*, vbi addit Panormi adeſſe inſigne Templum dicatum ſeptem Angelis ſæpe ſub ſeptennario numero à Sacra ſcriptura nominatis quorum nomina ſunt *Michael, Gabriel, Raphael, Vriel*, Interpretatus Ignis Dei, *Sealtiel*, interpretatus, oratio Dei, *Iehudiel*, interpretatus laus Dei, & *Barachiel*, interpretatus benedictio Dei, quinimo Granado *loco allegato*, *num.* 3. Ait Romæ huiuſmodi ſeptem Angelos, cum iiſdem nominibus pictos reperiri in Altari S. Mariæ Angelorum, ac In eadem Alma Vrbe impreſſum extare librum ſub anno 1595. in quo aderant eadem ſeptem nomina Angelorum cum ſuis orationibus ad eos inuocandos, quare ex his non audeo aſſerere nomen *Vrielis*, eſſe nomen Angeli, & ad Concilium poteſt reſponderi ſolum voluiſſe nomen *Vrielis*, conſiderata qualitate perſonæ Aldaberti qui erat hæreticus impudentiſſimus, & modo inuocandi per verba, *coniuro vos*, quo modo ſoleot dæmones inuocari, magis dæmonis eſſe, quam boni Angeli.

Quamuis ego orationes in quibus nomina iſtorum quatuor Angelorum inſeruntur non videantur damnandæ, quia tamen nomina illa ex canonica aliqua ſcriptura nobis ſunt reuelata, ait P. Granado *vbi ſuprà*, *n.* 6. hæc formalia verba. *Solum addo oportere in publicis orationibus abſtinere ab omnibus aliis Angelorum nominibus, præter illa tria recepta, imo fortaſſe conſultius eſſe, nullum aliud illorum nomen etiam priuatis deprecationibus vſurpare, id enim erit magis conforme conſuetudini Eccleſia, & decreto Concilij iam citati*, hæc tamen omnia ſubmiſſa ſint determinationi S.M Eccleſiæ, Sanctiſſimi D. N. & Eminentiſſimæ Congregationis S. Officij de Vrbe.

§. X.

De inuocantibus dæmones.

VT breuiter, & diſtinctè, quantum fieri poteſt, in hac materia procedamus, totam hanc rem quatuor concluſionibus explicabimus, ſit ergo

Prima concluſio. Inuocans dæmonem cum adoratione latriæ. vel duliæ, vel eſt hæreticus, vel vehementer de hæreſi ſuſpectus, & loquendo de adoratione latriæ res clariſſima eſt, nam illa inducit apoſtaſiam à fide, dum adorat. Latria ſoli omnipotenti Deo debita, diabolo tribuitur, quo ad adorationem verò duliæ idem eſt dicendum, nam taliter adorans dæmonem videtur credere dæmonem non eſſe talem, qualem ſecundum veram fidem eſſe credimus, vnde contra taliter adorantem, magna ſeu vehemens hæreſis ſuſpicio, oritur ita latiſſimè probauit Eymericus *in Director. Inquiſit. p.* 2. *quaſt.* 43. *num.* 5 *& plur. ſequ.* vbi Pegna, *in comm. dicta quaſtionis ſub litera I*, Symanch. *de Cath. Inſtit. tit.* 21. *Rubr. de diuinatione, & reuelatione num.* 11. *& titul.* 30. *de hæret. num.* 15. verſ. *ſimiliter, & in Enchiridio viol. relig. titul.* 8. *num.* 9. Læl. Zechius *in ſumma, part.* 1. *tit. de Fide, cap.* 15. *rubr. de ſuperſtit. diuinat. num.* 15. Graff *in ſuis deciſ. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. *& ſequ.* Franc. Suarez. *de Relig tom.* 1. *lib.* 2. *de ſuperſtit. cap.* 19. *num.* 10.

*num.*10.verſ.*Et tunc eſt adhibenda*, latiſſimè omnes veteres cumulans,Farin *de hæreſi*, *q*.181. *n*.68.*& ſeq.* Sigiſm.Scaccia *de iud ciuil.& c. lib.* 1. *c*.12.vbi fusè materiam hanc explicat, *n*.25.*& ſeq.*Ex hoc

56. Colligitur, ſortilegium hæreticale committi ab eo qui inuocat dæmonem, primò faciendo circulos in terra, illoſque aliquibus ſignis muniendo, & puerum in medio ponendo, nam talis videtur honorem aliquem diabolo tribuere, maximè cum circuli ſint ſigna diuinitatis, ita Zechius *in ſumm.loco proximè citato*, *num*.5. verſ.3.*modus*, Farinac. *dicta quæſt.* 181. *num.* 7. vbi allegat Zanchini Additionatorem.

57. Colligitur ſecundò, quod ſortilegia omnia in quibus ſortilegus obedientiam præſtat diabolo, in his quæ tendunt in opprobrium fidei Chriſtianæ, ſunt hæreticalia,Declan.*tract.crim.lib*.1.*cap*.17.verſ. 51.Farin.*vbi ſuprà*,*n*.71.

Colligo tertiò, ſortilegium hæreticale eſſe portare cartam appenſam ad collum cum nominibus, Giber, & aliis incognitis, quia nomen illud Giber eſt nomen dæmonis, vt dixit Ioannes Laurentius de Anania, *lib*.2.*de natura dæmonum*, *cap*.6.& delatio illa ad collum, eſt ſignum reuerentiæ & cuiuſdam adorationis exhibitæ Dæmoni,ſicuti ſignum eſt reuerentiæ, & deuotionis erga Sanctos, eorum reliquias,& oſſa ad collum geſtare.

58. Secunda concluſio. Inuocare dæmonem ad efficiendum ea, quæ ſolus Deus poteſt efficere, puta ad ſuſcitandum mortuum, &c. hæreticale eſt, in hac concluſione conueniunt omnes ſuprà allegati pro prima concluſione *locis cit.*quibus adde Martinum Delrium *diſquiſit.magic lib*.5.*ſect*.15. verſ. *Primum axioma*,Zanard. *in ſumm. diuin.precept. tom*.2. *cap* 64.verſ.*Hæreticalia*, *primò ſunt*, quinimò Delrius *loco citato* ſimilia ſortilegia probat non ſolum eſſe hæreticalia, ſed etiam eſſe verè hæretica,Petrus Binsfeld. *in comment. l.eorum Cod. de Malef. & Mathem. quæſt*.1. *concluſ*.2.occaſione tamen huiuſce concluſionis,

59. Dubitari poteſt,an inuocans dæmonem ad ſciendum futura, ſortilegium hæreticale committat: ad quod dubium breuiter

Reſpondendum eſt, quod ſi inuocetur dæmon, ad ſciendum futura,quæ per naturam ſciri non poſſunt, (quæ ſunt triplicis generis, vel enim à Dei voluntate dependent, qualia ſunt myſteria gratiæ, vel à libero noſtro arbitrio, vel determinatam non habent cauſam, prout ſunt regnorum gubernationes, & tunc taliter dæmonem inuocans ſortilegium committit hæreticale, ita Pegna *ad direct. part.* 2. *comm*.68. verſ. *an inquirere futura*, Martin. Delrius *lib*.4. *diſquiſit.Magic.cap*.2.*quæſt*.2.verſ. *Primò nequit dæmon*. & verſ.*Secundò*, *in iſtis*. Azor.*Inſtit.Moral. p*.1.*lib*.9 *cap*.24.*quæſt*.1.*&* 2.Sanch. *in præcept. Decalogi*, *lib*.2.*cap*.38.*num*.7. vbi quod illa futura poteſt dæmon coniectans probabiliter prædicere ob ingenij acumen, longam experientiam, cognitionemque temperamentorum hominum. Zanard. *in ſumm.diuin præcept.p*.2.*cap*.64.verſ.*hæreticalia primò*, latiſſimè Farin.*de hæreſi*, *quæſt*.181. *num* 6. *& ſeq.* vbi omnes DD. hac de re agentes allegat, quibus addendus eſt Scaccia *de iud.ciuil.crimin. & hæretic. lib*.1.*cap*.11.*num*.24.& Franc. Toletus *lib*.4 *ſua ſummæ cap*.15.*num*.2 Cum verò inuocatur ad ſciendum futura quæ poſſunt per illum ſciri, vt ſunt futura, quæ habent determinatam cauſam, & alia futura,de quibus latè Sanch.& Delrius *locis ſuprà citatis*,tunc quid ſit dicendum apparebit ex dicendis *in* 3. *&* 4. *concluſ.*

Tertia concluſio;inuocans dæmonem, ad ſciendum,vel ſciendum ea, quæ naturalem dæmonis facultatem non excedunt,ſi id faciat verbis deprecatiuis, tunc ſortilegium committit hæreticale,ita Eymericus *in direct p*.1.*quæſt*.43.quod etiam approbauit Pegna *in alleg.com*.68 Verſ.*Verùm plurimum referre*,qui, & alios allegat,& atteſtatur ita fuiſſe iudicatum,Zanard.*in ſumm diuin.præcept.tom*.2. *cap*.64.*verſ*.1. *erit ſortilegus*,Praxis Neapol.Gen. *cap*.18.*n*.11.verſ.*Item inuocare.* 60.

Quarta concluſio. Inuocans dæmonem ad faciendum, vel ſciendum ea, quæ naturaliter poteſt dæmon ſcire,vel facere, ſi id faciat verbis imperatiuis non autem deprecatiuis, quibus honor aliquis diabolo exhiberi videtur,vt not.Pegna *loco proximè allegat.* tunc ſortilegium hæreticale non committit, quamvis grauiſſimè peccet, ita Eymer. *d.q.* 43. Pegna, *d. comm*.68.verſ. *Sed hoc*, eam diſtinctionem recipit, Scaccia *de Iud.lib*.1.*cap*.12.*num*.39. Suarez, *de Relig. tom*.1. *lib*.2. *de ſuperſtitione*, *cap*.19. *num*.10. Binsfeld. *in comm. l eorum Cod. de malef. quæſt*.2. *concl*.2.Graff. *in ſuis decis. aureis tom*.1. *lib*.2. *cap*.5. *num*.8. Zanard. *loco proximè alleg.* Farin. qui alios latiſſimè cumulat *de hæreſi*, *quæſt*. 181. *num*. 5.74. 75.*&* 76.quod & ſuppoſuit Delrius *in ſæpe citata*, *ſect*.15.*concl*.6.Praxis Archiepiſcopalis Genuenſ.*cap*. 18.*num*.11 verſ.*Item inuocare dæmones* 61.

Concluſio hæc,vt habeat locum,intelligenda eſt cum illis modificationibus, de quibus Delrius *vbi ſuprà.* 62.

Primò, dummodò non miſceantur in ſortilegio res ſacræ.

Secundò, dummodò dæmon non inuocetur vti amicus Dei.

Tertiò, dummodò non ad ea,quæ facere nequit.

Quartò, dummodò non credat hoc eſſe graue peccatum.

Quintò, dummodò non putet dæmonem poſſe operari etiam Deo non permittente, nam hiſce non concurrentibus talis inuocans, vel eſſet hæreticus reputandus, vel vehementer de hæreſi ſuſpectus.

Solummodò, hac in re difficultatem facere poſſent tradita per Eymericum *d q*.43. verſ.3. *caſus* vbi voluit quod inuocare dæmonem ſimpliciter, ſit actus hæreticus, quoniam,inquit ipſe,inuocatio eſt actus latriæ, nam Pſalm. 49. dicitur, *Inuoca me in die tribulationis*, & Geneſ. 4. *Iſte cœpit inuocare nomen Domini.*

Verùm cum Pegna *in comm*.68.verſ.*tertius caſus*, *ſeu concluſio*, dicendum eſt,inuocationem dæmonum fieri poſſe abſque cultu, vt cum requiritur aliquid ab eis, quod ab ipſis præſtari poſſit abſque vlla reuerentia, ſemota omni cogitatione ſubiiciendi ſe dæmonibus imo etiam cum actu interiori odij in ipſos,ita Caiet.2.2.q.95.*art*.4. 63.

Neque verbum inuocandi ſemper adorationem latriæ in ſcriptura ſignificat, vt pulchrè declarat Pegna *loco citato*, verſiculo *Neque inuocandi verbum.*

Symanch.*de Cathol.Inſtit. tit*.30. *num*.16. affert diſtinctionem inuocantium dæmonem, vel per verba imperatiua, vel deprecatiua, & pro ea diſtinct, multos DD.allegat,ex quo non obſcurè colligi poteſt, diſtinctionem illam communiter à DD. approbari, *num*.autem 17. videtur ipſe eam refellere, ex D.Auguſt. dicente,*lib*.10.*de ciuit.Dei*,*cap*.11.ridiculum eſſe inuocare dæmones per modum imperij, aut eis comminando præcipere, non enim eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur eis, vt dicitur *Iob*.41.

Verum

Verùm quamvis ridiculum ſit inuocare dæmones per modum imperij, cùm dæmones poteſtati hominum non ſubdantur, attamen quoniam cum inuocantur imperatiuè, obediunt aliquando, vel obedire fingunt, vt nos decipiant. Quæſtio noſtra, & concluſio ſupradicta in hoc caſo particulari habet locum, & ſecundum hanc diſtinctionem de inuocante per verba deprecatiua, vel imperatiua fuiſſe aliquando iudicatum, atteſtatur Pegna *dicta com.*68.verſ.*Verùm plurimum*, vnde in praxi ab ea non auderem diſcedere.

64. Ex his omnibus colligitur quid dicendum ſit, de ſortilegio quod fit ad includendum Dæmonem in aliquo vaſe, nam,

Suppoſito primò, quod Dæmones nullo modo compelli poſſunt ad habitandum alligati in hiſce vaſculis, vt tradidit Simaneh.*de Cath.Inſt. tit de ſuperſtit. num.*30.*& ſeq.* & Pegna *dicta comm.*68.verſ. *In hac re ſit hac prima.*

Suppoſito etiam ſecundò nullam artem eſſe, quæ hoc facere poſſit, ſed potius dæmones ibi includi, pactione expreſſa, vel tacita inter ipſos, & ſortilegos, vt dixit idemmet Pegna, *vbi ſupra*, verſ.*ſit ſecunda.*

Dicendum, quod ſi in ſortilegio hoc facto ad effectum includendi dæmones interuenit abuſus alicuius ſacramenti, vel rerum aliquarum ſacramentalium, vel pactio expreſſa Dæmonis, vel vſus aliquorum verborum ſacræ ſcripturæ, vel orationis alicuius, vel tandem inuocatio dæmonis cum cultu, vel per verba deprecatiua, tunc ſortilegium eſt hæreticale aliàs ſecus. Concluſio hæc colligitur ex dictis ſuprà tam in hac q. quàm in præcedentibus.

De hac materia vltra alleg. per Pegnam *loco citat.* vide Farin. *de hæreſi, quæſt.*181.*n.*28. *&* 29.Azor.*Inſtit. Moral.*9.*cap* 36.*quæſt.*2. Graff *p.*1. *ſuarum deciſ. lib.*2.*cap.*5.*num.*17.& Delrium *diſquiſit. Magic.lib.*2. *quæſt* 30.*ſect.*1.*&* 3.

De materia inuocant.Dæmon.Zanard.*in ſum.p.*5. *tit.de fide*, verſ.17.*dico.*

§. XI.

De diuinatione per aſtra.

65. ASTrologia naturalis conijctans, quæ naturaliter contingunt ex aſpectu aſtrorum, puta ſi conſideretur natiuitatis punctum, coniectat ex eo temperamenta, & propenſiones hominis, eſt licita, ita Suarez *De Relig.lib.*2.*de ſuperſtit.cap.*11.*num.*8.*& ſequent.*Sanch. *in Decalog. tom.*1.*lib* 2.*cap.*38.*num.*28. Nec non iudicium damnatur à Sixto V. *in ſua conſtitutione*, optimè Suarez *loco citat.num.*12.Pleniſſimè Scortia *in ſelectas Rom. Pontif.conſtitut. Epitome* 140. Moſeſius *in ſumma*, *tractatu* 11. *capit.* 7. *num.* 106.

Aduertendum tamen hoſce effectus demptis neceſſariis, vt eclipſi, &c. eſſe valde incertos, eo quod à multis aliis cauſis pendeat, ac proinde horum effectuum coniectatio vix coniecturam eam poſſe appellari, teſtatur Caiet.2.2.*quæſt.*95.*artic.*5 *in fin.*aut ſuſpicionem, vt dixit Suar. *loco allegat. num.*11. & Filliuc.*tract.*24.*cap.*4. *num* 81. vbi quod inclinatio pueri naſcentis poteſt prædici, dummodò non prædicatur, vti certa, vel nimium probabilis.

Aſtrologia iudicaria prædicens pendentia ex libero arbitrio, aut caſus fortuitus, eſt ſuperſtitioſa, eaque diuinat ex tacito pacto cum dæmone, vt v. g. cum diuinat matrimonium, liberos, mortem, &c. & de hac loquitur conſtitut. Sixti V. ita Sanch. *vbi ſuprà*, *num.*30. Suar. *num.*13. Delrius *diſquiſit Magic. lib.* 4 *cap.*3. *quæſt.* 1. vbi latiſſimè Farinac. *de hæreſi, quæſt.*181. *num.*57.*& plur.ſequent.*qui alios citat.

Secluſa conſtitutione Sixti V. aſtrologos prædicens aliquos ex hiſce effectibus, non vt certò, aut probabiliter euenturos, ſed ex ſola illa tenuiſſima coniectura, qua ſciri poſſunt per aſtra, licitè hoc facit, ita Sanch. *loco citato num.*34. Suar. *num.* 31. qui alios allegat, & poſtea Moſeſ. *vbi ſuprà*, *num.* 118. 66.

At ſuppoſita dicta conſtitutione Sixti V. illicitum omnino eſt Aſtrologo eo modo, etiam ex illa tenuiſſima coniectura effectus illos prædicere, ita Sanch. *loco citato*, *num.* 34. Salas *part.* 2. *quæſt.*9. *artic.* 5. *tractat.* 2. *diſputat.* 2. *ſection.*3. *num.* 36. id patet ex illis verbis bullæ, etiam ſi id certò ſe non affirmare aſſerant, & proteſtantur, modus namque iſte prædicendi eſt perniciosus reipublicæ, & præſumitur ita proteſtari Aſtrologus, potius ad occultandam malitiam, quam quod ita ſentiat, & hoc quoad forum exterius, videndus eſt Suarez *loco citato*, *num.* 30. Sanch. *loco cit.* Farinac. *num.* 59. verſ.*& quod attinet ad Bullam*, in eo enim probabilior videtur ſententia Suar. quam nouiſſimè ſequutus fuit pluribus relatis Moſeſ.*dicto cap.*7.*n.*110. quod ſcilicet Bulla prædicta non habeat locum in dicto foro, ſed in exteriori tantummodo, vide tamen in hac materia Bonacinam, *de cenſ. in ſpecie tom* 3. *ſuorum operum, diſput* 2.*quæſt.*2.*punct.*38.*num* 30.de modo autem procedendi contra iſtos dicam infra.

Superſtitioſa quoque eſt aſtrologia, pactoque tacito dæmonis innixa prædicens res præteritas, vel præſentes, vt furtum, &c. ita Suarez *dicto capit.*11. *num.* 27. Sanchez *dicto cap.* 37. *num.* 36. qui alios allegat. 67.

Temeraria tandem, erronea, ac hæretica eſt, ea Aſtrologiæ ſpecies quæ myſteria noſtræ fidei prædicere profitetur, ex aſtris, vt quod Chriſtus naſciturus erat ex Virgine, quia in puncto Sanctiſſimæ ipſius Natiuitatis aſcendebat in horoſcopo ſignum Virginis, vt videre eſt ex figura Cœli ab Aliaco erecta, apud Sixtum Senenſ.*lib.* 6. *Bibliot. Annot* 10. Myſteria enim noſtræ fidei ex ſolo Dei decreto pendent, Moſeſ.*dicta* 7.*num.*115.

Et eiuſdem temeritatis notam merentur aſtrologi illi qui de ſtatu Eccleſiæ Dei ex aſtris aliqua prædicere poſſe ſibi pollicentur, & de vita vel morte, ac aſſumptione Summi Pontificis, quaſi hæc non à ſolo Deo, ſed ab aſtris etiam dependeant, contra quos latè diſputat videndus P.Alex. de Angelis Societ.Ieſu *in ſuis erudititiſſimis libris contra Aſtrologos, lib.*4. *cap.*47. *per totum*, hanc propterea temeritatem, vt condignis pœnis Sanctiſſim. D. Noſter Papa Vrbanus VIII. coërcet peculiari conſtitut. Incipiente, *Inſcrutabilis*, edita Kalend. Aprilis 1631. ordinauit, quod Aſtrologi iudiciarij qui de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ, ſeu vita Romani Pontificis, aut eius conſanguineorum, iudicia faciunt, vel facta in poſterum penes ſe retinent vel alicui oſtendunt, aut verbis tractant, vltra excommunicationis pœnam, quam ipſo iure incurrunt, vti læſæ Maieſtatis rei vltimo ſupplicio, confiſcationem bonorum, & ſi clerici fuerint priuatione beneficiorum ſuorum, & officiorum mulctentur.

De aliis diuinationis ſpeciebus videndus Suarez 68. *dicto lib.*2. *de ſuperſtit. cap.* 12. *& ſequent.* Sanchez *per tot. cap.* 38.Delrius *diſquiſit.magic.lib.*4. *cap.*31. *per plures quæſtiones*, Farinac. *de hæreſi*, *quæſt.*18. *num.*56. & Scaccia *de Iud. dicto cap.*82. *num* 42. *& ſequent.*

ſequent. Azot. *Inſtit. Moral. p.1.lib.9.cap....* & omnes ſummiſtas *in primo præcepto decalogi*, videatur etiam Portell. *in dubijs Regul.* verbo *ſortilegia, num.* 57. vbi de diuinatione ſumpta ex phyſionomia, quod ſit licita cum temperamentis, de quibus ibi. Vnde D. Gregor. Nazianz. cum eſſet diſcipulus Iuliani Apoſtatæ, ex praua ipſius phyſionomia probabiliter coniecit malum animum Iuliani, ita D. Gregor. oratione ſecunda in Iulianum in medio, videndus etiam Portell. *vbi ſuprà num.* 58. qui agit de Chiromantia, & de porrigente manum Ægyptiacæ, vt det, vt aiunt, bonam fortunam.

§. XII.

Iterum Aſtrologiæ iudiciariæ vanitas, & ſuperſtitio demonſtratur.

69. VT certa ab incertis in hac materia ſecernamus, animaduertendum eſt, quod nos hoc loco non agimus de aſtronomia, quæ vt ab Aſtrologia contradiſtinguitur, docet cœli motus, ortus, obitus & conuerſionem ſyderum, ſecundum Iſidor. 3. *Etymolog. cap.*26. quem ſequutus fuit doctiſſ. Abulenſ. totius Hiſpanæ nationis decus, & ornamentum ſingulare, *in libros Geneſis tom.1. ad Epiſtolam D. Hieronymi ad Paulinum, cap.6.* in verbo *Aſtronomis, Aſtrologus*, de qua latiſſimè agunt Ptolomeus in ſua magna compoſitione vulgo dicta Almageſtum, Ioan. de Monteregio in ſua Epitome, & quot quot de ſphæra, & theorica planetarum tractatus ediderunt, inter quos inſignes ſunt ex Religioſiſſ. Societ. Ieſu Pater Clauius & P. Ioſeph Blancanus olim in Parmenſi Gymnaſio Mathematico Profeſſor publicus, & meus Præceptor amantiſſimus, hæc enim vnde quoque licita eſt, nec à iure vllo modo vetita reperitur.

Sed loquimur de Aſtrologia, eaque ipſius parte,
70. quæ ex cœli ſitu vniuerſo de tempore natiuitatis obſeruato, & in duodecim partes, quas domos vocant diſtributo, hominis mores, complexionem, infirmitates, inclinationes, diuitias, magiſteria, amicos, carceres, honores, vxores, ac denique mortem, ac eius genus, ſeſe diuinare poſſe profitetur, ad idque regulas, obſeruationes ac præcepta tradit.

Hoc ſuppoſito, prima concluſio ſit, Aſtrologus
71. poteſt ex figura cœli tempore natiuitatis pueri alicuius effor mata temperamentum illius pueri prædicere, & infirmitates futuras & illarum tempus, quod deducere ſolent aſtrologi comm. ex directione aſcendentis, & Lunæ ad corpora radius, vel antiſcia maleficorum

Hæc concluſio certa eſt, nec de ea poteſt aliqua-
72. liter dubitari, quia aſtra in corpus, & illius humores agunt directè, vt bene probauit D. Thom. 3. *contra gentes. cap.* 84. & 85. & permulti alij apud Patres Conimbricenſes, *l. 2. de Cœlo, & Mudo, cap. 3. q. 9. art. 2. concluſ. 2.*

Bene verum eſt, quod hæc prædictio ſiue aſtrologiam in ſe conſideremus, ſiue vt in nobis eſt, valde incerta eſt.

Si enim aſtrologiam vt in ſe eſt ſpectemus, cer-
73. tum eſt, certum pueri temperamentum, & certas ipſi futuras infirmitates, non à ſolis aſtris dependere, pulcherrimus ad hoc eſt locus Ptolomei *in quadripartito, lib. 1. cap. 1.* verſ. *Quod verò ad*
74. *Genethliaca attinet*, & ſecundum verſionem Halij Abenrodan *cap.2.* verſ. *cumque ſuper hominum*, vbi ait temperamentum non à ſolis aſtris, ſed à qualitate ſeminis parentum, & diuerſitate regionis, ac ex ipſa etiam educatione, & conſuetudine dependere ſolere, qui locus latè declaratur ibi ab Halij, & Cardono *textu* 17. *& ſeq* Vbi obſeruat haſce tres cauſas à Ptol. recenſitas eſſe principales in conſtituendo hominis tẽperamentum: videmos enim quotidie plures filios ex diuerſis parentibus ortos ſub eadem cœli conſtitutione pro parentum natura diuerſi eſſe temperamenti, prout quotidiana praxis nos docet ex ipſa regionum diuerſitate, diuerſitatem oriri temperamenti in Italis, Hiſpanis, Gallis, Indis, & Anglis.

Si etiam Aſtrologiam conſideremus, vt in no- 75.
bis, euidentiſſimum eſt, eandem prædictionem valde eſſe incertam, id expreſſe docuit Iunctinus *in cap primum ſphæræ Ioan. de Sacro Boſco, fol. mihi* 11. *paruæ editionis*, vbi ait, *Quod indicare de ſanitate, infirmitate, & alijs quæ ex cœleſti influentia procedere poſſunt, permittitur bonis aſtrologis, quamvis ſæpe errent, quia veram Aſtrologiam non habent.*

Et hanc temperamenti, & infirmitatum prædictionem non eſſe certam dixerunt etiam Conimbric. dicto art. 2. vbi huiuſmodi prædictionem aiunt eſſe admodum probabilem (quod tamen ego conſtanter nego ex ſupra dictis) Ruuius *de Cœlo, lib. 2. cap. 3. quæſt. 6.* verſ. *Quarto infero*, Suar. *de relig. tom. 1. tractat. 3. lib. 2. cap. 11. num. 8. & ſequent.* Leſſius *de Iuſt. & Iure, lib. 2. cap. 43 dub. 6. num.* 54. qui alios allegat.

Hinc falſam omnino arbitror doctrinam, P. Hur- 76.
tado *de cœlo, & mundo, diſput. 2. ſect. 6. §. 70. num. 3*, impreſſionis ſextæ, qui voluit poſſe Aſtrologos certò ſcire diem, vltra quem quis viuere non poſſit, hoc enim bene ex ſupradictis confutatur, quod temperamentum, & vita hominis non à ſolis aſtris dependent, & Bonatum iudiciariorum Principem, quod dixerit neminem poſſe vltra nonageſimum annum viuere ob triplicem reuolutionem Saturni, manifeſti erroris conuincit Mag.
Franciſcus Sanchez olim publicus Aſtrologiæ Pro- 77.
feſſor in Academia Salmanticenſi, in ſuis commentariis *in cap. 8. Eccleſiaſtes*, verſ. 7. ex eo quod ipſe vidit Vliſſippone Æthiopem, qui vltra annum 150. vixerat, additque ille auctor quod etiam ſi dies ille ſciri per Aſtrologiam poſſet, attamen illud nullo modo prædici poteſt ex Aſtrologia, vt in nobis eſt, quia noſtra Aſtrologia, incertiſſima eſt, & incertiſſimis innixa fundamentis, vt infra videbimus.

Et ex his patet, quid dicendum ſit, de figura 78.
Cœli, quam erigit Medicus in initio morbi, & in momento ipſo decubitus, de qua latè Maginus in ſuo tractatu de legitimo vſu Aſtrologiæ in Medicina, ea enim licita eſt, nec vllo iure vetita, quamvis ex ea, ſi de ſe ſola ſumatur non poſſit ſumi iudicium niſi leuiſſimum, vnde dixit Campanella *in medicinalibus ſuis lib. 4. cap. 1. de criſibus, art. 2 num. 2.* quod hæc figura decubitus inſufficiens eſt, niſi conſentiat figura natiuitatis.

Cuius rei illa eſt naturalis ratio, quod iudicium de ægroti morbo, ſupponit iudicium temperamenti ægroti, hoc autem ex geneſi fit, non ex figura decubitus.

Circa hanc tamen concluſionem animaduerten-
dum eſt, quod non contentio Abulenſi, qui *cap. 19.* 79.
Leuitici quæſt. 29. voluit Aſtrologum non poſſe prædicere ſano infirmitatem ei ex aſtris imminere, hinc v. g. ad tres annos, quinimo hoc poteſt facere aſtrologus abſque vlla ſuperſtitione, ex puncto enim geneſis puer ex aſtris ſortitus eſt tale temperamentum, Igitur cum occurret directio oppoſita illi temperamento, poterit Aſtrologus dicere puero imminere

periculum

periculum infirmitatis, at aſtrologus ſcit tempus illius directionis: igitur ſciet tempus quo nato erit pertimeſcendum, & in hoc caſu poteſt habere locum prædictio aſtrologi apud Hurtad. *vbi ſuprà*, qui prædixit eius diſcipulu infirmitatem, quæ ei euenit.

80. Si tamen infirmitas nato ex accidenti non ex aſtris eueniret, puta ex crapula, vel ſimilibus, non poſſet eam aſtrologus prædicere, vt animaduertunt Arriaga *in curſu Philoſophico de cœlo diſputat. vnica ſect. 6. num. 66. & ſeq.*

81. Sed dubitari poteſt an ex geneſi filij poſſit temperamentum patris coniecturari, & breuiter dico, quod ſi de viribus, robore & temperamento patris velimus indicium ſumere ex figura filij, quia ex dicta figura filius appareat, fortis, robuſtus &c. & ex hoc velimus arguere, ergo etiam Pater viribus eſt conſtans. Vtique hoc vndequaque licitum eſt, quia iuxta illud Horatij,

Nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ Columbam.

Sed ſi ex figura filij velis erigere figuram Patris, & Matris, iuxta doctrinas Card. *in tertio quadripartiti, cap. 4. textu* 10. Campanellæ *aſtrologicorum lib. 4. cap. 2. artic. 1. num. 3.* de qua re adeſt integrum Problema 24. Montis regij in ſuis Tabulis, ponendo Solem Filij de die, & Saturnum de nocte in aſcendente Patris. & Lunam de nocte, Venerem verò de die in aſcendente Matris, & hac figura ſic erecta velis Patris, & Matris temperamenta, & infirmitates eis imminentes coniectari, dico, quod hoc (ſi ſuperſtitionis genus non eſt, vt verè puto non eſſe) ſaltem res eſt vana, inutilis, & abſque vllo fundamento; non enim poſſunt aſtrologi oſtendere cur Planetas illos, & non alios in aſcendente ponant, & cur ibi potius, quàm in alia cœli parte, curque potius Saturnum ratione ſuæ frigiditatis, & ſiccitatis infœcundum ſignificatorem Patris ponant, quam Iouem alias ab ipſis planetam beneuolum nuncupatum, & fortunam maiorem.

82. Secunda concluſio, ex hac figura pueri ſic erecta poteſt quidem aſtrologus iudicare de inclinationibus pueri, ſed cum maiori incertitudine, quam *ſuprà* diximus, id eum agere poſſe de temperamento, & dummodo iudicium ſuum ſit generale, non autem ſpeciale & particulare.

83. Probatur concluſio, quoad primam partem, quia cœlum, & aſtra diſpoſitiuè, & per accidens, indirecte, & per quandam redundantiam mouent humanam voluntatem, vt pluribus in locis docuit D. Thom. ſed præſertim *de veritate quaſt. 5. art. vlt. & 3. contra gentes, cap.* 92. Et ſic poterit aſtrologus ex quali coniectura temperamenti nati, coniecturare eiuſdem nati inclinationes, nec mirum, quod vt in pluribus Aſtrologus in hac re vera prædicere videatur, quia, vt ait D. Thom. *in 1. part q. 115. art. 4. ad tertium*, pauci ſunt ſapientes, & plures homines ſequuntur paſſiones, quæ ſunt motus appetitus ſenſitiui, bene P. Nazarius conciuis meus in *1. p. tom. 3. q. 114. art. 4. controu. 1. de Magia naturali, q. 4. per totam*, & P. Raphaël de la Torre *in 2. 2. tom. 2. q. 95. art. 5. diſp. 1. aſſert. 7.* vbi ait, quod Aſtrologus magna cum cautela id prædicere debet, aſſerendo v. g. *Exiſtimo, vel credo has inclinationes portendere huic infantulo cælum, niſi aliunde impediatur*, Suar. *de religione dicto lib. 2. c. 11. n. 8. & ſeq.* Abulenſ. *in c. 19. Leuitici, q. 30.* Martinus Delrius *Diſquiſit. Magia, lib. 4. cap. 3. quaſt. 1. aſſert. 2.* qui alios allegant.

84. Hoc aſtrologicum iudicium vt dicebat Ptolomeus *in Centiloquio*, (ſi tamen Ptolomei eſt, ego enim cum Cardano, & Valentino Nayboda arbitror non eſſe ipſius) *propoſitione prima*, medium teneat inter neceſſarium, & poſſibile, Abulenſ. *dicta qu.* 30. verſ. *tenebimus erga iſta iudicia*, Sequendo DD. probatorum traditiones dicendum eſt, memoratum iudicium, incertiſſimum eſſe, & vix ad ſuſpicionem quandam peruenire, vt dixit Suar. *vbi ſuprà num.* 9. vel eſſe ſuſpicionem tantum, vt voluit *loco citato* Delrius, & vix nomen coniecturæ mereri, vt aiebat Raphaël de la Torre *dicta aſſert. ſeptima, circa finem.*

Et ex his reſultat probatio ſecundæ partis noſtræ concluſionis, nam fortior cauſa eſt ea quæ directè agit, quam ea, quæ indirectè tantum, & per accidens, aſtra autem in corpus directè, & in animam indirectè agunt, igitur maiori cum incertitudine prædicet aſtrologus inclinationes pueri, quam eius naturale corporis temperamentum. 85.

Dixi tertiò, huiuſmodi inclinationum prædictionem debere eſſe vniuerſalem, vnde omnes DD. *ſuprà* citati conſentiunt Aſtrologum poſſe dicere, hunc puerum habiturum inclinationem, ac propenſionem ad manſuetudinem, vel iram, vt ait Suar. vel (vt ait Raph. de la Torre *vbi ſupra in reſponſione ad ſecundã Aſtrologorũ rationem*) puerum inclinationem habere ea ad quæ diſponitur à primis quatuor qualitatibus, vel humoribus, & ſic D. Thom. 3. *contra gentes, c. 84. in fi.* approbat propoſitionem Auctoris centiloquij. Quod Mercurius in aliqua ex domibus Saturni fortis dat bonitatem intelligentiæ, ſic etiam ex Abulenſi *dicta q. 30. in cap. 19. Leuitici, circa medium*, poterit ex aſtris aſtrologus coniecturare talem inclinatum eſſe ad Venerea vel non, ad voracitatem vel parcitatem ciborum, ad ebrietatem, vel ſobrietatem, timiditatem, vel audaciam, quia huiuſmodi propenſiones conſequuntur complexionem, nec vllo modo dependent ex noſtra libertate. 86. 87.

Nullo tamen modo licitum erit, ſed omnino ſuperſtitioſum in indiuiduo aſſerere aliquem, quod v. gr. in geneſi ſua habeant Venerem Marti copulatam in ſignis maſculinis futurum ſodomitam, & mulierem, quod Lunam habeat iunctam Marti futuram impudicam, & adulteram, hoc enim impium eſſe dogma, bene dixit Raphaël de la Torre, *vbi ſuprà loco proximè allegato*, verſ. *Tertiò labuntur.* 88.

Tertia concluſio, Aſtrologia, quæ verſatur circa futura contingentia à noſtra libera voluntate pendentia prædicenda omnino ſuperſtitioſa eſt, ac iudicio noſtri Tribunalis ſubiecta virtute Conſtitutionis Sixti V. de qua *ſuprà proximo* §.

Hæc autem duplex eſt, alia enim verſatur circa ea futura contingentia quæ nullam omnino, vel ferè nullam habent, cum naturalibus nati propenſionibus connexionem, vt quod futurus ſit Rex, Cardinalis, victurus in mari & ſimilia, alia autem verſatur circa ea futura, quæ cum prædictis inclinationibus probabilem habent connexionem, vt quod ad venerea inclinatus ducturus ſit vxorem pulchram, quod propenſus ad iram habiturus ſit rixas, & inimicos, Ita bene diſtinxit Raphaël de la Torre *loco ſuprà allegato diſput. ſecunda aſſert. 3.* verſ. *Pro deciſione notare oportet.* 89.

Aitque is Doctor aſtrologiam, circa hæc vltima futura contingentia verſantem, ſi ex ſuſpicione tantummodò ea prædicat nec ſuperſtitioſam eſſe, nec à Bulla Sixti V. vetitam.

Verùm is Auctor bene dicit, ſed adhuc eius traditio vlterius eſt declaranda, Si enim prædictio hæc ex propenſione præciſè ducatur, optima eſt eius doctrina; ſed illa prædictio non eſt aſtrologica, licet ducta ex propenſione cognita ex principiis aſtrologicis,

ſed

ſed eſt prædictio moralis quam quilibet vir prudens non aſtrologus poteſt facere.

Si verò futura illa etiam leui coniectura ducantur ex propriis aſtrologorum regulis, vt verbi gratia ſtando ex exemplis illis à Raphaële, quod quis ſit pulchram vxorem ducturus, quia in geneſi Luna ſe applicet Veneri, vel quod quis inimicos ſit habiturus, quia quis habeat Aquarij ſignum in aſcendente vel Dominum primæ domus in duodecima, dico tunc, quod traditio Raphaëlis non poteſt locum habere, cum in huc prædicendi genere non militent rationes ab eo ponderatæ.

90. Dico igitur Aſtrologiam circa prædictionem amborum iſtorum futurorum, modo ſuprà declarato de ſe ſuperſtitioſam eſſe, malam, damnatam, pernicioſam Chriſtianæ Reipublicæ, & a Sanctæ memoriæ Sixto Papa V. & nouiſſimè à Sanctiſſ. D.N. Vrbano in Conſtit. de quibus § proximè ſuperiori vetitam, & prohibitam, ſummis quidem cum rationibus.

Probatur concluſio primò ex ſcripturæ Sacræ

91. locis Hieremiæ enim cap. 10. dicitur, *Hæc dicit Dominus iuxta vias gentium nolite diſcedere, & à ſignis cæli nolite metuere, quæ timent gentes*, vbi bene P. Cornelius à Lapide probat hoc loco damnari aſtrologiam iudiciariam ab Eccleſia iam, & ex ſcripturis damnatam, & locum hunc bene explicat Diuus Hieronymus ibi, dum ait, *Propriè aduerſus eos loquitur, qui venerantur cæleſtia, & quæ in ſigna ſunt poſita annorum, & temporum, menſium, & dierum; ab his autem æſtimant regi humanum genus & ex cauſis cæleſtium terrena moderari.*

Ad idem facit locus Actorum cap. 19. v. 19. ibi, *Multi autem ex eis, qui fuerant curioſa ſectati contulerunt libros, & combuſſerunt coram omnibus*, quem etiam locum de hac aſtrologia bene intellexit idem P. Cornel. à Lapide *eo loco verſ. 19 num. 3.* ibi, *Tertiò alij per curioſa*, plura alia loca referunt Suar. Delrius, *locis ſupra allegatis*, Torreblanca *de Magia lib. 1. cap. 7. n. 23. & ſequentib.* & Don Ioſeph. Pellicer. *in ſuis eruditis lectionibus Hiſpano idiomate impreſſis, ſuper Carmina Don Luiſij de Gongora, fol. mihi 798 verſ Fuera de que no han accido.*

Secundò Aſtrologia hæc reprobatur ex Conciliis, & præſertim ex Concilio Toletano primo, capit. vltimo, vbi dicitur, *Si quis Aſtrologiæ, vel Matheſi, credendum eſſe dixerit, Anathema ſit.*

Tertiò idem probatur ex ſacris Canonibus, cap. *Illud*, cap *Sed & illud 26. quæſt. 2.* cap. *Conſuluiſti.* cap. *Sciendum 26 quæſt. 3.* cap. *Ex tuarum*, de Sortilegis vbi communiter Canoniſtæ, & præcipuè modernus Barboſa.

Quartò probatur hæc aſtrologia à Iure Ciuili *l. Item apud Labeonem, §. ſi quis aſtrologos, ff. de iniur. l. ſecunda, Cod. de Malef. & Mathem. & l. nemo aruſpicem eodem titul. & l. Mathematicos. Cod. de Epiſcopali audientia*, vbi communiter interpretes.

Quintò reprobatur à pluribus Patribus, ſed præſertim à Diuo Auguſtino *lib. 2. de Geneſi ad litteram cap. 7. & lib. 2. de doctrina Chriſtiana cap. 21. & ſequentibus, & lib. 5. de Ciuitate Dei, cap. 1.* bene Don Ioſeph Pellicer *loco allegato*, ad quem benignum lectorum remitto, vbi latè probauit huiuſmodi aſtrologiam reprobari Iure Regio, à Canoniſtis, Ciuiliſtis, Hiſtoricis, Theologis, Philoſophis, Poëtis, & Medicis, quos ibi allegat.

Sextò facit, quod apud omnes ferè nationes hu-

92. iuſmodi aſtrologi opprobrio habiti ſunt, & eiecti, vt Reipublicæ pernicioſi, & de his Tacitus ait lib 17 *Genus hominum potentibus infidum, quod in noſtra Ciuitate vitabitur ſemper.*

Vnde legitur de Alphonſo Arragonenſium Rege, quod interrogatus cur ſolos aſtrologos ab eius 93.
aula arceret, reſpondit, *Sidera ſtultos regunt impelluntque, ſapientes verò aſtris imperant, ſtultos ergo Principes honorare aſtrologos conſequens eſt*, vt ex Ænea Syluio narrat Cornel. a Lapide *in dictum c. 19. Actorum v. 19.*

Et ex Baronio circa annum Domini 137. num. 11. 94.
Aquila Ponticus inſignis Scripturæ Sacræ Interpres, quod quotidie impoſitionem natiuitatis ſuæ ſpectaret, ab Eccleſia expulſus eſt, & Iudæus effectus. Et circa annum Domini 341. num. 9. ait idem Baron. Euſebium Emiſſenom, quod huiuſmodi Aſtrologiæ operam daret ab Eccleſia ſua aufugere coactú fuiſſe.

Septimò, idem probatur ratione huiuſmodi, aſtra 95.
nullo modo influunt, nec directè, nec per accidens in huiuſmodi futura contingentia: igitur ex eis, nec cum certitudine, nec ſine ea poſſumus prædicere, & hac ratione vtuntur omnes Philoſophi, ac Theologi.

Sed vt vanitatem iſtius artis oculis ipſis intuea- 96.
mur, ac à mentibus fidelium vana hæc & ſuperſtitioſa curioſitas penitus eradicetur, demonſtrandum eſt, quomodo Deus aſtrologis hiſce in cœlum vſque aſcendere tentantibus, dum futura ſoli Deo reſeruata iuxta illud Iſaiæ 41. *Annunciate nobis quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quia dij eſtis*, ſe prædicere poſſe contendunt, adeo linguas confuderit, vt Gigantibus accidit *Geneſis cap. 11.* quod nulla omnino habeant huiuſce ſuæ diſciplinæ certa fundamenta ſed omnia omnino dubia ſint, quo caſu non eſt dubium eos ex huiuſmodi principiis incertis nullas poſſe conſiderabiles concluſiones deducere.

Et omiſſo, quod ſuæ cæleſtis diuiſionis in duodecim domos nullam rationabilem cauſam poſ- 97.
ſunt adducere, vt latiùs probarunt Picus *in Aſtrolog. lib. 6. capit. 3.* & P. Alex. de Ang. in hoſce coniectores, *lib. 4. cap. 19.* quam enim Franc. Nola Medicus Neapol. in ſua phyſica, ſectione duodecim cœli manſionum conatus fuerit huiuſce diuiſionis phyſicam rationem demonſtrare, attamen verè eius 98.
rationes nihil aliud concludunt, niſi de quatuor Angulis videlicet aſcendentis, occidentis, medij, & imi cæli; quod verò ex poſt quilibet ex hiſce Angulis ſub ſe habere debeat ſuccedentem domum, & cadentem, hoc nulla poteſt probabili ratione demonſtrari.

Omiſſo inquam huc, ſectio hæc quæ baſis eſt totius aſtrologi iudicij penitus incerta eſt. 99.

Nam Arabes, vt videre eſt ex Valentino Naiboda in ſuis Elementis Aſtrologicis in Alcabitium 100.
differentia prima, de eſſe circuli accidentali, folio mihi 135 & Magino *in ſua introductione ad Ephemerides, part. 2. cap. 10.* Diuidunt Zodiacum in 12. partes æquales, & eo modo figuram cæleſti diſtribuunt, vt vnaquæque triginta gradus contineat, & vnde vna finit, & altera incipit.

Alij, vt Abraham Auenezre Iudæus, & Regiomontanus integro Problem. 14. ante eius Tabulas directionum, Maginus *ante Tabulas ſui primi mobilis Canone 23. & in introductione ad Ephemerides, c. 10. part. 2.* non Zodiacum ſed Æquatorem ſecant in duodecim partes æquales.

Alij tandem retentis quatuor Angulis vt in modo ſuperiori, ſpatium inter dictos angulos, ita diuidunt, vt vnaquæque domus ab alia diſtet duabus horis inæqualibus, & hunc modum ſequuntur Stadius in principio ſuarum Ephemeridum Hieronymus Diedus in ſua Anatome Cœleſti, & arbitrantur multi hunc modum eſſe Ptolomei, vt notauit Diedus *vbi*

ſuprà lib.1.c.1.& 2.& Argulus *in ſua introductione in Ephemerides, lib.3. cap.* 24. vbi poſuit Tabulas domorum pro hoc modo formandi figuram, quas Ptolomaicas vocauit, quamvis verè Ptolomeus nihil aliud de huiuſmodi domibus dixerit, niſi quod vnaquæque domus conſtare debet 30. gradibus, & quod inter eas debent eſſe aſpectus, vt prima reſpiciat ſeptimam oppoſitione, & quartam quadrato, &c. ita *lib.3.quadripart.cap.*11. *& lib.3. cap.*15. proponit huiuſce rei exemplum ad eleuationem Poli 30. & 22. in qua maximus dies eſt horarum 14. vt probatur *ex problem.*14.*Montis Regij.*

Modò videat prudens vir quomodo poſſit ea figura cæli aliquid prædici, ſi adhuc ignoratur modus certus eam faciendi, & modi illi tres qui præcipui ſunt (nam Ranzouius in principio ſuæ Aſtrologiæ ponit alios nouem modos fabricandi haſce cœli figuras) inter ſe adeo diſcrepant vt quod ſignum Zodiaci ſecundum vnum modum eſt v.gr. in octaua domo, illud ſecundum alium ſit in nona, & modus prætenſus Ptolomei, quamvis in quatuor angulis conſentiat, cum modo Montis Regij, attamen in aliis octo domibus differunt aliquando inter ſe per quinque gradus, quod ſufficiens eſt ad rollendum ſignum vnum, quod aliàs eſſet in ea domo, & quod plus eſt Dominium planetæ dominij ſigni, & ab illa domo in qua eſt ſignum, vt videre eſt ex tabulis Ptolomaicis Argoli.

101. In ſignificationibus harum cœli ſectionum valde inter ſe diſcrepant Aſtrologi, vt videre eſt ex Pico in Aſtrologos *lib.1.c.3.* ego ſolùm vltra habeo adductas diſcrepantias, animaduerto Arabes ab octaua domo iudicium ſumere mortis, & tamen Gauricus ait id ſumendum aſſe à ſeptima, vnde cecinit,

Prima domus vitæ, ſeptima mortis erit.

102. In directionibus etiam ſignificatorum ad promiſſores ſuos non conſentiunt Aſtrologi, Planetas enim extra angulos exiſtentes dirigunt Arabes, & cum eis Firmicus in Zodiaco ſingulis gradibus ſingulos annos aſſignantes, vt videre eſt ex Naiboda *different.4. tit.de directiu.in principio*, & Campanella *Aſtrolog.lib.5.c.2.art.3.*

Ptolomeus verò eoſdem planetas dirigit per horaria tempora, vt videri poteſt ex Diedo *vbi ſuprà* Naiboda *ibidem*, Argolo *lib.3. Aſtrolog.c.*24. Stadio *in proœmio Ephemeridum.*

Regiomont. verò eoſdem planetas ſignificatores ad ſuos promiſſores deducit per circulos poſitionum, vt videre eſt ex Tabulis primi mobilis Magini, Argoli, & Mangini, & hi tres modi valde inter ſe differunt in effectu, & tempora effectus, & tamen tam Arabes, quàm qui Ptolomeum ſequuntur, & Regſum cum ſuis, ſe tempus ſemper diuinaſſe ad vnguem profitentur, vt ait ipſemet Campanella *vbi ſuprà, n.* 9. qui & ipſe fatetur ingenuè rem hanc certiſſimam eſſe.

Alij cum Ptolomeo quinque tantum aiunt eſſe ſignificatores, Aſcendens Medium cœli, Solem, Lunam, & partem fortunæ, quam horoſcopum nominant lunarem, alij alios etiam planetas, & cuſpides domorum, vt ſignificatores dirigunt, vt videre eſt ex Argolo, *l.3. Aſtrolog.cap.*14.verſ.*Ptolomeus.*

103. Alij partem fortunæ dirigunt directione conuerſa, provt & planetas retrogrados, & Ptolom. ipſa *lib.* 3. *quadripartiti cap.* 10. vtitur directione hac conuerſa cum Apheta, id eſt planeta gubernator vitæ eſt intermedium cœlum, & Angulum occidentis, & cum Ptolom. Card.*ibidem* text. 33. Naibod, *diff.4.de direct.*verſ.*Poſtremò directio conuerſa*, & alij. E contra verò multi alij hanc directionem conuerſam, quæ eſt cum ſignificator deducitur ad promiſſorem per Aſcenſiones obliquas ipſius promiſſoris omnino reiecerunt, vt Argolus *Aſtrolog lib.*3. *cap.*14. verſ.*Duplex eſt*, alij etiam vtendo directione directa in caſu in quo Apheta ſit inter M. C. & Angulum occidentis, ſe veritatem inueniſſe profeſſi ſunt, vt Franciſc. Iunct. primùm religioſus Carmelita, Sacerdos, ac Prouincialis, mox profugus, & apoſtata, vt teſtis de ipſo oculatus atteſtatur Poſſeuinus *Bibliotheca ſelecta, lib.*15.*c.*15. verſ. *De Franciſco Iunctino* in ſuo tract.*de Iudicijs Natiuitatum fol.*27. *cap.*4.verſ.*Eſt etiam notandum.*

Partem fortunæ Ptolom.*lib.3. quadripartiti c.*12 105.
ſumit à Sole in Lunam, Arabes, vt videre eſt ex Iſagoge Carelli *p.* 2. de extractione partium Natiuitatis à Sole in Lunam in diurna, & à Luna in Solem in nocturna Natiuitate.

Partem fortunæ ſolam alij conſiderant, vt Pto- 106.
lomeus, Card.& Campanella, alij innumeras alias partes confingunt, vt videre eſt ex Carell. *vbi ſuprà*, & Guidone Bonato *in tractatu ſpeciali de Proiectionibus partium & eorum ſignificationibus.*

Alij in directionibus latitudines non eſſe obſer- 107.
uandas in planetis voluerunt moti exemplis directionum de quibus Ptolom.*in 3.quadripartiti*, alij ſeruandas eſſe indiſtinctè latitudines voluerunt, alij in ſextili aſpectu, & trino id negarunt, vt videre eſt ex Argulo Aſtrologicorum *lib 3.cap.*16.

In menſa directionum diſcrepant Aſtrolog nam 108.
Card. vnicuique anno aſſignat medium motum Solis, vt ex duodecim eius genituris videri poteſt, & Card.ſequitur Naiboda *loco ſupra allegato*, & canonem Naibodæ, pro directionibus appoſuit Magin. *in ſuo tractatu de vſu Aſtrologia in Medicina, fol. mihi* 104.alij, vt Argolus *vbi ſuprà cap.* 23. annum vnum ſingulis gradibus directionis quam eſſe Ptolomæi ſententiam ipſe contendit.

Aſpectus planetarum alij numerant in Zodiaco, 109.
vt Arabes, alij in æquatore, vt Ptolomeus, qui ob id *lib.3.cap.*14.voluit trinum, & ſextilem deprauatos in æquatore interficere, de qua re videndus eſt Canon 40.Mag.in ſuo primo Mobili.

Alij, vt Abraham Auenezre relatus à Iunct.*de Iud. cap.*4. aiunt ſemper in 120.partes circuli efficere aſpectum trinum alij, vt Campan.*lib.*1. *Aſtrolog.c.*10. *art.*1.*num.*8. & Magin. *in ſua introductione in Ephemerides* 1.*part. cap.*30. diſtinguunt inter ſigna breuium, & longarum aſcenſionum.

Alij caput, & caudam Draconis, vti ſectiones 110.
Lunæ imaginarias in ecliptica reijciunt, vt omnes antiquos Doctores feciſſe atteſtatur Iunctinus *in ſua Iſagoge, cap.* 6. alij conſiderandos cenſent vt moderni.

Alia planetas retrogrados debiliores arbitrantur, 111.
vnde paſſim Ptolomeus Iunctinus *in ſpeculo Aſtrolog. in Iſagoge cap.* 10. & Ranz 3. *part. cap.* 3. ponunt retrogradationem inter debilitates planetarum, alij eos fortiores iudicant, quia tunc ſunt in imo ſui epicicli, & ſic terræ viciniores, Gauricus *tom.* 2. *ſuorum operum fol.* 1372. ibi, *Planeta retrogradi cum ſint terræ proximiores quàm recto tramite progredientes, fortius in hæc inferiora agunt quàm directi.*

Coniunctionem Saturni, & Martis malam dixit 112.
Campanell.*dicto art.* 5. *num.*2. bonum verò aſſe ob temperaturam qualitatum voluit Iunctinus *in Iſagoge, cap.* 4. & Stadius *in introductione, titulo de coniunctionibus Planetarum, fol.* 193. verſicul. *dixit Albumaſar.*

Et vt vno verbo concludam, omnia in hac diſciplina

plina adeo incerta ſunt, vt nullum omnino quan-
tumois leuiſſimum fundamentum poſſit ſuper Aſtro-
logorum iudicis fieri.
113. Ad finem tamen buiuſce §. vt ſuperſtitio huiuſ-
ce vanitatis magis ſcateat, notandum eſt actionem
cæli in corpos, vt ſupra vidimus, eſſe phyſicam, &
realem, ac proinde planetas non ſolum in ſe, ſed
etiam ratione ſignorum in quibus reperiuntur age-
re In hæc inferiora, aliter enim agit Sol in Leone,
aliter in Aquario, igitur hæ actiones in inferiora
tribuendæ ſunt ſignis veris, & realibus, quæ ſunt in
114. octaua ſphæra, non autem ſignis & Zodiaco imagi-
nario nonæ ſpheræ, ab Hipparcho primum ob præ-
ceſſionem æquinoctiorum inuento. Quia enim ve-
tuſtiſſimi Aſtrologi æquinoctia contingere obſer-
uarunt fere in principio arietis, & libræ. Ideo id veri
firmum retinens Hipparchus nouum Zodiachom
adinuenit, quia autem Zodiacus imaginatios eſt, vt
fatentur Aſtrologi, Blanc. *in ſphera lib* 17. *cap.* 7.
nullo modo in iudicijs poteſt baberi in conſidera-
tione, quando enim Aſtrologi pro domo Solis aſſi-
gnarunt Leonem, intellexerunt de eo Leone, cuius
conſtellatio conſpicitur in octaua ſphæra & tamen
cum aſtrologi genituras faciunt, eas formant iuxta
Ephemerides currentes, quæ regulantur iuxta
115. Zodiacum nonæ, & fixum ac immobile, cum tamen
Sole exiſtente in Leone nonæ ſpheræ, verè, & rea-
liter exiſtat in Cancro octauæ.
116. Conſtat igitur ea his ſuperſtitioſam eſſe eam Aſtro-
logiæ partem, quæ de futuris contingentibus vel
ab humana libertate pendentibus actibus prædicit,
& multo magis eam, quæ profiterut ſe poſſe præ-
dicere mutationes Regnorum, quàm latiſſimè con-
futauit Pater Marquez *in ſuo Doctiſſimo gubernato-
re Chriſtiano. lib* 1 *cap.*26.
Eam verò quæ circa hominis temperamentum,
& infirmitates verſatur, adeo incertam eſſe, ſiue In
ſe ob alias cauſas, maximè intrinſecas concurren-
tes, ſiue vt in nobis, ob diſcrepantias Aſtrologo-
rum in primis principiis, vt ſumma cooperatione
diaerint DD. ſupra relati, iudicia ex ea via ad gra-
dum leuiſſimæ coniecturæ, & ſuſpicionis poſſe
aſcendere
117. Quod autem Aſtrologi vera quandoque contin-
genti prædicant, hoc veræ ſuperſtitionis Indicium,
vt videmus in Aſtrologo, qui mortem Henrici IV.
prædixit, qui ob id in Hiſpana Inquiſitione coactus
fuit ad abiurandum de leui, & fuit aliis pœnis mul-
ctatus. vt infrà videbimus, interim videatur Suarez.
Leſſ. & Raphaël de la Torre, qui varias cauſas ex
ſanctis Patribus adducunt, cur aliquando iſti aſtro-
118. logi vera prædicant.
Animaduertunt autem Aſtrologi, quod ſtante
conſtitutione Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrbani
VIII. § ſuperiori relata, mea quidem ſententia
non poſſunt ſuper genituris Summi Pontificis iudi-
cia aliqua facere, neque ſuper infirmitatibus futuris
ex malis directionibus.
Quia conſtitutio generaliter loquitur de iudiciis
ſuper vita, & morte.
Quia rationes conſtitutionis, videlicet ſcandalum
Chriſti fidelium & Reipublicæ conſeruatio, ac
quies hominum, eorum præſertim, qui Inquieti ex
omnibus nouandarum rerum occaſionem accipiunt,
in huiuſce prædictionibus (quamuis aliàs eſſent de
ſe licitæ) infirmitatum æquè militant: quia deni-
que hæc conſtitutio vti fauorabilis animabus, Rei-
publicæ, & toti Eccleſiæ Dei amplianda, & exten-
denda eſt, vt comprehendit quæcumque iudicia,
& prædictiones aſtrologicas.
Carena de Offic. Inquiſit.

§ XIII.

De diebus fauſtis, & infauſtis.

OCcaſione vanitatis prædictionis Aſtrologicæ 119.
breuiter hoc loco pertractare decreui de alia
vana obſeruantia, ſcilicet de diebus fauſtis, & in-
fauſtis, idque ob ea potiſſimum quæ dicit Campa-
nell. *in ſua aſtrologia iudiciaria*, quam ait ſe expur-
gaſſe ab omni ſuperſtitione, cum tamen peſſimus
liber ſit à tota Republica Chriſtiana nominatim
eliminandus plenus enim eſt ſuperſtitionibus Aſtro-
logorum, ita vt meritò dici poſſit quod quidquid
eſt ſuperſtitioſi in tota Aſtrologia iudiciaria id to-
tum in eo tractatu reperitur. Et verè liber ille nil
aliud eſt quàm compendium omnium propoſitio-
num Cardani ſuper quadripartito Ptolomæi.
Hic igitur Campanel. in titulo peculiari de die- 120.
bus infauſtis, dicit quoſdam dies quibuſdam eſſe in-
fauſtos, ob id notat diem Martis, & Veneris ſi-
bi ipſi ſemper infauſtos extitiſſe, ſeptie enim tor-
mentis applicatus fuit, & ſemper id ſibi accidiſſe
ait, in dictis diebus Martis, & Veneris. Addit vlte- 121.
riùs familiam Mendozinam in Hiſpania priuilegium
particulare habere à S. Inquiſitione, vt poſſit abſtine-
re, ne in die Martis opus aliquod inſigne aggrediatur. 122.
Verùm apud Catholicos viros repudianda eſt
hæc ſuperſtitio Campanellæ, nec enim dantur dies
fauſti, & infauſti ex ſe, & huiuſmodi dies ob-
ſeruantes,
Damnantur à D. Paulo ad Galatas 4 *Dies obſer-* 123.
*uatis, & tempora, & menſes, & annos: timeo vos
ne fruſtra laborauerim in vobis*, hunc enim D. Pau-
li locum contra huiuſmodi ſic dies obſeruantes in-
tellexerunt multi Patres, apud Martin. Delrio *diſ-
quiſit Magicarum, l.* 2. *quaeſt.* 4. *ſect.*6.
Damnantur à Sacris Canonibus, vt videre eſt ex 124.
cap. *Illud huius* 26. *quaeſt.* 2. & cap. *non obſeruetis,
cum ſequenti* 26. *quaeſt.* 7.
Damnantur à Theologis Scholaſticis, vt videre 125.
eſt ea D. Thoma *in* 2. 2. *quaeſt.* 96. *art.* 3. *in corpo-
re articul.* vbi Raphaël de la Torre *diſput.* 3. Sua-
rez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *& ſequent.* Delrio
loco ſupra citat. Sanchez *in ſumma lib.* 2. *cap.* 40.
num. 15. *&* 16. Torreblanca *de Magia, lib.* 1. *c.* 27.
Damnauit, & hus dies fœliciſſim. recordationis 126.
Philippus II. Hiſpaniarum Rex, qui vt ſuperſtitio-
nem ſuis temporibus vigentem de non contrahen-
do matrimonium in die Martis (quoniam dies eſt
belli) ſpernendam omnibus fidelibus pro ſua reli-
gione demonſtraret, matrimonium eo ipſo die con-
trahere voluit, vt notant Torreblanca *loco proximè
citato. num.* 14.
Et hinc eſt, quod, obſeruatio horum dierum, quià 127.
certo credantur infauſti, eſt peccatum mortale, quod
ſi obſeruatio fiat tantum ex quodam timore, erit
peccatum veniale, vt pluribus cumulatis notat San-
chez *in allegato, num.* 15 *&* 16.
Et cum obſeruantia hæc dierum ex ſe ſit mala, 128.
parcat mihi Campanella, ego non credo licentiam
obſeruandi diem Martis fuiſſe à S. Offic. conceſſam
familiæ Mendozzinæ, quia ſi dicta obſeruantia eſt
licita, familia prædicta non egebat licentia: ſi illicita,
vtique non potuit concedi.
Ad finem huiuſce appendicis remitto lectorem 126.
ad Torreblancam *loc. cit. n.* 17. vbi ea Alexandro ab
Alexandro *l.* 4. *dierum genialium c.* 20. notat apud Ra-
binos diem Lunæ fuiſſe infauſtum, quia in eo pu-
tabant natum fuiſſe Cain, apud Athenienſes diem

Martis, apud Medos, diem Mercurij, apud Friggios, diem Iouis, apud Troianos, diem Veneris, & apud Perſas, diem Saturni.

130. Animaduertit vlterius, *num.* 31. quod ex hac ſuperſtitione dierum infauſtorum ad negotia peragenda emanarunt dies creationum quibus hæreditas antiquitus non poterat adiri ad quod allegat Petrum Gregorium *in ſyntagmate iuris vniuerſi, lib.* 34. *cap.* 14. (qui tamen *ibi*, nihil de hac re) quos dies vt merè ſuperſtitioſos ſuſtulit Imperator in l. cretionum, C. de iur. deliberandi, *cretionum ſcrupuloſam ſolemnitatem*, ait Imperator, *hac lege amputari decernimus.*

131. Et quia materia hæc pulchra eſt, & digna ſcitu, circa hanc animaduerſionem Torreblancæ de diebus cretionum animaduertendum eſt,

Quod ſi Doctoribus noſtris, & ferè communi opinioni, credamus, verum dicit Torreblanca, dies illos de quibus Imperator ibi, habitos fuiſſe ab antiquis pro infauſtis.

Odofred. enim *in dicta l. cretionum*, ait, quod antiquitus in diebus criticis poterat hæreditas adiri, ſecus in non criticis, ideſt paribus puta die ſexta, octaua, &c.

Bellapertica inſignis Doctor *ibidem* idem dicit, quod ſolum in diebus in quibus natura confortabatur, id eſt criticis, & imparibus (videlicet) *quintus, ſeptimus*, &c. poterat adiri hæreditas, & in fine illius legis ait, quod quidam ſunt, quibus ſi in mane diei Lunæ fieret iniuria, crederent ferè ſe illa die morituros, & aliqui, qui non inciperent aliquod opus in dicto die Lunæ, dicitque iſtam legem eſſe contra omnes iſtorum, dierum obſeruatores.

Alberic *ibidem* ait, nota contra obſeruantes dies, qui non inchoarent aliquid facere in tali die.

Bald. *eodem loco* ait, nota, quod antiqui fuerunt multum beſtiales quia multum colebant dies, & fortè in diebus criticis non poterat hæreditas adiri, quaſi in diebus infortunatis, & infrà, ſed hodie non curamus dies, neque conſtellationes.

Angel. *eodem loco* ait, nota quod hodie, tam in die critico, quàm non critico poteſt adiri hæreditas, ita etiam Iaſon, & alij ibidem.

132. Si autem Iuriſconſultis aliis & præſertim Vltramontanis, veris Romanorum antiquitatum obſeruatoribus adhærere velimus, falſa erit Turrebiancæ obſeruatio, de iſtis diebus cretionum, & aliter lex illa erit intelligenda.

133. Pro qua re notandum quod hæredi extraneo de iure ciuili, ſuo vero, & neceſſario de iure prætorio, datur ius deliberandi, an velit eſſe hæres, necne, §. *ſui autem, & neceſſarij in fin.* ibi, *ſed his Prætor*, Inſtitut. *de heredum qualitate, & differentia*, tempus autem deliberandi, aliquando à Iudice datur, iuxta text. *in lib.* 1. *de iure deliber.* vbi ait Prætor, *ſi tempus ad deliberandum petet dabo*, & tempus hoc erat centum dierum, vnde dies centeſimus, dicitur dies aditionis à Iur. Conſ. *in l. Pannonius, ff. de acquiſit. hereditat.* vbi Gotbofredus *ſub litera D, in tertia editione.*

134. Aliquando etiam illud idem tempus à teſtatore datur; & tunc dicitur, *cretio*, ob antiquam formulam de qua Vlpian. *in tit.* 22. *fragment. num.* 34. *Titius hæres eſto, cernitoque in diebus centum proximis quibus ſciens, poteriſque ſi non crediderit exhæres eſto*, & ſic apparet, quod cretio dicta eſt à cerno, quod idem eſt ac decerno.

135. Cretio autem duplex erat vulgaris quæ fiebat cum illis verbis, *quibus ſciens poteriſque* quo caſu tempus datum hæredi non currebat ignoranti. Et continua quæ fiebat ſine illis verbis, & in qua etiam ignoranti tempus currebat, ob idque continua dicebatur, ex quibus patet, quod dies cretionum dicebantur illi, qui à Teſtatore hæredi ſtatuebantur ad cernendum, ſeu decernendum, an velit eſſe hæres, & cretio ſpatium illud centum dierum quod hæredi ad deliberandum ſtatuebatur, iſtam dierum cretionem vti ſcrupuloſam ſuſtulit Imperator, & pinguius hæredibus prouidit *per l. fin. Cod. de iure deliberandi.*

Ita rem hanc declarant Hugodonell. *in d. l. cretionum*, Herman Vul. Iur. prudent. Rom. *lib.* 1. *c.* 72. *n.* 28. verſ. *A teſtatore definitum*, Veſſembeci, *in Pandectas tit. de iur. delib. n* 1. Pet. Greg *ſyntagmat. iur. vniuerſi, lib.* 46. *cap.* 2. *n.* 5. *& ſeq.* Ant. Gouean. *lib.* 1. *var. lect. cap.* 25. Cuiacius, *lib.* 7. *obſeruat. c.* 4. Briſon *de verb. ſignificat. pag mihi* 670. Couar. *var. reſol. lib.* 4. *c.* 10. Ant. Pichard. *in §. item extraneus, num.* 27. *& ſequent.* Borebolt. *in §. extraneis, num.* 5. *& ſeq. Inſtitut. de heredum qualitate, & differentia*, & Gothofred. *ad Vlpianum dicto tit.* 22. *c.* 17. *& ſeq tom* 5. *ſuarum annotationum ad vniuerſum Ius ciuile, tertia impreſſionis magna* cum aliis allegatis per Nauiſ. *in ſuis remiſſionibus*, & Sebaſtianum Ximenes *in edicta parte* 2. *Concordantiarum iuris, in dicta l. cretionum.* 136.

Atque hæc de hac materia quæ curioſa eſt ſufficiant, interim verò, iterum benignum lectorem moneo, vt abſtineat à Campanel. quia aſtrologia ipſius, quam conformem dicit D. Thomæ, verè ſuperſtitioſiſſima eſt, & contra ſanam doctrinam omnium Sanctorum Patrum & Theologorum Scholaſticorum, & quia titulus libri poteſt multos decipere, expediens fortaſsè eſſet, illum, licet ſub generalibus Indicis regulis comprehenſum, nominatim inter libros vetitos connumerare, me tamen remitto Eminentiſſimæ Congreg. Indicis, & S. Officij.

§. XVI.

De faciente pactum expreſſum, & tacitum cum dæmone, & profeſſoribus Magiæ.

QVoniam pactum, ſeu profeſſio expreſſa cum Dæmone non fit ei, niſi apoſtatando à fide, negando Baptiſma conculcando Chriſtum crucifixum, & adorando dæmonem, vt lariſſimè docuit Delrius *diſquiſit. magic. lib.* 2. *q.* 4. & Farin. *de delictis, & pœnis, quæſt.* 20. *num.* 77. ideo non eſt dubitandum, quin taliter paciſcens hæreticale factum committat. latiſſimè Farin. *de hæreſi, quæſt.* 181. *n.* 54. Suar. *de Relig. l.* 2. *de ſuperſtit. c.* 19. *num.* 10. *in fin.* 137.

At pactum tacitum cum dæmone iniens, alio actu hæreticali non interueniente, Hæreticale factum non committit, Suar. *vbi ſuprà*, Farin. *dicto num.* 34. *in fin.* Zanard. *in ſumma diuinorum præceptorum, part.* 2. *cap.* 64. verſ. *Moueor ad hoc tenendum*, vbi quod ex huiuſmodi pacto oritur tantùm leuis hæreſis ſuſpicio, & ſi dicatur quod paciſcens tacitè cum dæmone init fœdus, & amicitiam cum hoſte Dei, & per conſequens videtur Apoſtata, ad ſimilitudinem ſubditi Regis Hiſpaniæ ineuntis fœdus cum hoſte dicti Regis. 138.

Reſpond. Zanard. ibi, quod duplex eſt fœdus, & amicitia, alia communis, & quoad commercia, vt ſi ſubditus vnius Principis, commercium habeat, cum Principe hoſte ſui Principis, tantum in rebus emendis, &c. & hæc amicitia, licèt ſit prohibenda, attamen non inducit ſuſpicionem ſaltem vehementem rebellionis, alia eſt amicitia ad effectum occidendi

dendi proprium principem, & hæc eſt ſignum rebellionis, & Apoſtaſiæ primam amicitiam cum dæmone contrahit faciens ſortilegia non hæreticalia, ſecundam habens pactum cum dæmone expreſſum, & ſortilegia exercens hæreticalia, & hoc idem videtur ſupponere Peña *in ſæpè citato com.* 68. verſ. *Simancha*.

Quoad Profeſſores Magiæ non naturalis, & dæmoniacæ, an ſint connumerandi inter ſortilegos hæreticales, colligi poteſt ex regulis hucvſque traditis, & ex Farin. *dicta quæſt.* 181. *num.* 36. & Peña 3. *primâ direct. com.* 26. & aliis vtrobique allegatis.

§ XV.

Quis ſit Iudex huius criminis.

140. SEcundum hodierna iura Iudex, tum ſortilegiorum hæreticalium, quàm non hæreticalium eſt Inquiſitor. Et quoad ſortilegia hæreticalia res videtur carere dubitatione, quoad alia verò res eſt deciſa per Bullam Sixti V. incip. *Creator cœli*, ita Scaccia *de Iud. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 51. & Farin. *de hæreſi, quæſt.* 181. *num.*.. Zanard. *in ſumm. diuin. præcept. parte ſecunda*, verſ. *tertiò ergo noto*.

Et licet olim hoc delictum eſſet mixti fori, attamen nunc Inquiſitor de eo cognoſcit priuatiuè, quoad Iudices laïcos, ita Scaccia *loco citato*, *num.* 53. nam quæ delegantur Inquiſitoribus regulariter delegantur eis priuatiuè quo ad Iudices laicos, & ſic Arreſto Franciæ, iudicatum fuit tres mulieres ſortilegas remittendas eſſe ad Epiſcopum Pariſienſem, teſte Papon, *Arreſtorum Franciæ lib.* 22. *tit.* 3. *Arreſto* 2. & in omni caſu Inquiſitor cognoſcit an Iuriſdictio ſit ſua, Freitas *ad Rodericum de Confeſſ. ſollicit. quæſt.* 5. *num.* 39. Quinimo opinio quæ aſſereret, quod Iudex laicus poteſt iudicare, an aliquod delictum ſpectet, vel non ſpectet ad S. Officium dicitur temeraria à Turriano *in ſuis ſelectis diſp. part.* 1. *diſp.* 30. *conc.* 2. *dub.* 5.

Sic vnus reus Inquiſitus in foro ſæculari de ſortilegiis factis cum libro Necromantiæ & ſociis facto verbo in ſacro Conſ. per Regentem Rouitum fuit remiſſus ad Reuerendiſſimum Inquiſitorem, prout ad eundem Inquiſitorem fuit remiſſa rea, quæ fecerat Apocham ſcriptam eius ſanguine, dando corpus, & animam Diabolo, vt teſtis eſt Ioan. Baptiſt. de Thoro *in compend. deciſ. Regni p.* 1. *ſect.* 3. verbo *Remiſſio petita per Iudicem Eccleſiaſticum*, qui videatur, & Regens Sanfelic. *deciſ.* 133.

Taliter autem Inquiſitores, ſoli ſunt Iudices in hiſce criminibus ſortilegiorum, quod ſi in Carceribus curiæ ſæcularis Inueniatur aliqua malefica ob idque vel hæretica, vel ſuſpecta de hæreſi, ſi id S. Officio legitimè innoteſcat, poſſunt Iudices ſæculares per cenſuras ab Inquiſitoribus compelli ad conſignandum S. Officio dictam maleficam, & omnes, & quoſcumque proceſſus, ac ſcripturas, vt de ſortilegiis, & hæreſi, vel illius ſuſpicione legitimè puniatur, ita tamen, vt hiſce finitis S. Officium teneatur maleficam reconſignare Iudici laico, ita Peña videndus *in addit. ad Lucernam Inquiſitorum poſt tractat. de ſtrigibus, fol. mihi* 158. verſ. *ſed ab hac ſententia*, & verſ. *ſcitu dignum eſt*, vbi quod ſtatim dictæ Maleficæ conſignandæ ſunt Inquiſitoribus ex Bulla felic. mem. Pij V. cuius verba *ibi* referuntur.

Bene Ioſeph. Seſſe *de inhibition. Iuſtitiæ Aragonum, cap.* 30 §. 1. *n.* 43. *& ſeq.* vbi, quod hæc remiſſio illico Inquiſitoribus eſt facienda in quacumque parte Iudicij, & *num.* 58. *& ſeq* plura refert exempla Concilij illius regni, de cuius mandato plures Inquiſiti in S. Officio fuerunt Inquiſitoribus ſtatim remiſſi. Dubitari tamen poſſet hoc loco, num facta hac remiſſione Iudex laicus poſſit vlteriùs in cauſa procedere, & pro negatiua ſententia videtur vrgere Conſt. illa Pij V. in illis verbis, *ſuſpenſa aliorum criminum cognitione*.

Verùm ego teneo, quod facta remiſſione perſonæ à laico Iudice Inquiſitoribus, Iudex laicus poteſt, in proceſſu iam per eum formato aſſumere informationes, dummodò cauſa S. Officij non impediatur, ita Seſſe ſemper in hac materia remiſſionis faciendæ S. Officio videndus *loco cit. num.* 11. *& ſeq.* vbi, quod verba illa Pij V. debent intelligi, de ſuſpenſione cognitionis, &c. quæ obeſſe poſſet Sancto Officio.

Et hanc remiſſionem faciendam eſſe non ſolum in crimine hæreſis, ſed etiam in omnibus ab ea dependentibus latiſſimè dixit Seſſe *ibid. fere per totum illud caput*, prout de eadem reconſignatione facienda ab Inquiſitoribus iudicibus laicis etiam virtute dictæ Conſt. Pij V. idem Seſſe erit videndus *num.* 116. *& ſeq.*

Et in caſu petitæ huiuſmodi remiſſionis ab Inquiſitoribus, Iudices laici tenentur credere aſſertioni Inquiſitorum, vti Iudicum competentium in hoc crimine hæreſis, & dependentium, Seſſe *vbi ſuprà num.* 98. *& ſeq.*

Non tenetur tamen S. Officium conſignare aliquos reos in ipſius carceribus exiſtentes pro aliis delictis Iudicibus ſecularibus, quia hoc eſt ſpeciale in caſu in quo à Curia ſeculari ipſi S. Officio reus aliquis fuiſſet conſignatus, nam tunc omnis æquitas ſuadet, vt expedito fidei proceſſu reconſignetur, ita Peñ. *ibid. verſ. ſed nunquid poterit*.

Aduertendum tamen, quod licet nunc Inquiſitores cognoſcant de ſortilegiis non hæreticalibus, ſuperſtitionibus & de retentione librorum prohibitorum, non per hoc tamen ſublata fuit facultas Epiſcopis cognoſcendi, de huiuſmodi cauſis, & illas decidendi etiam ſine interuentu Inquiſitorum, prout faciebant ante Conſt. illam Sixti V. Quoniam quamuis facultas cognoſcendi de illis delictis legatur conceſſa Inquiſitoribus, in dicta conſtitutione, attamen in eadem facultas Epiſcopis conceſſa de iure communi non legitur reſtricta, ita Io. Franciſcus Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſtici p.* 2. *c.* 36. Rubr. *de ſortilegiis, n.* 22. *&* 23 vbi quod ita cenſuit Sacra Generalis Congregatio Sanctæ Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis ſub die 21. Decembr. anni 1602. fundatúrque hoc ex communibus DD. traditionibus, quod Iuriſdictio alicui conceſſa intelligitur cumulatiuè, non autem priuatiuè, vt notatur *in l.* 1. *Cod. de Offic. Præfecti Vrbi.* latè Menoch. *de præſump. lib.* 2. *præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 18. 141.

§. XVI.

Quis ſit Iudex competens in ſortilegijs contra tormenta.

VIdendum nunc eſt de quæſtione quotidiana quæ in iudiciis perſæpè contingit, num ſcilicet Iudex ſecularis ſit competens contra reum quem habet in fortiis, ſi penes eum reperta ſint ſortilegia contra tormentum funis & alias quæſtiones ad reticendum veritatem.

Circa quam rem ſciendum eſt multa ſimilia ſortilegia ſolere ex arte dæmonis ad effectum prædictum 142.

vſurpari, quæ à Doctoribus noſtris ſolent vocari ſortilegia taciturnitatis, de quibus & eorum remediis videndus eſt Martinus Delrio *diſquiſitionum Magicarum lib.5. ſect.9.* verſ. *quoad tertium dubium, fol. mihi* 703. *impreſſionis Venetæ*, Cartar. *in praxi interrogandorum reorum lib.* 4. *c.*1. *num.*122. Ambroſin. *in proceſſu informatiuo lib.* 4. *cap.* 7. vbi Franciſcus Bernardus Portus *in ſuis additionibus*, Batard. *ad Clar. quæſt.*64.*num.* 119. Coſt. Papienſ. *de ign. & fact. ſcientia, & ignorantia, centur.* 2. *diſtinct.* 14. *num.* 13. Binsfeld. *in l. & ſi excepta Cod. de Malef. & Mathematic. quæſt.* 1.*num.*15. & nouiſſimè Torreblanca *de magia, lib.*2.*cap.* 23. *de Malef. taciturnitatis per tot.* & poſt hæc ſcripta viſus Regens Sanfelic. *deciſ.* 265. vbi ponens formam ſchedulæ, quæ à reis ſeu forma ſolet deferri, malè dubitat an contineat ſortilegium qualificatum ea notatis *ſuprà* §. 4. *num.*13. *& ſeq.* & peius ibi fuit totum ſortilegium deſcriptum, hæc enim ſortilegia numquam debent tota imprimi, ne detur occaſio ea diſcendi & eis vtendi, & peſſimè reum illum puniuit magna Curia; cum ratione ſortilegij qualificatiſſimi debuerit prius remitti officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis.

143. Hoc ſuppoſito Simon de Pretis, conſ. ſuo 104. conſuluit, & iudicauit quendam ſortilegum hoc ſortilegij genere vſum ad effectum prædictum, eſſe per Iudicem ſecularem puniendum, prout in effectu fuit damnatus ad triremes.

144. Et cum hæc quæſtio de facto incidiſſet in Ciuitate Cremonæ ſub Prætura fœliciſſima Illuſtriſſimi Don Conſalui de Salamanca Senatoris vndequaque ſpectatiſſimi ac tanti Regis Miniſtri digniſſimi, de Anno 1656. tempore, quo ego eram illius Proludex Maleficiorum, in quatuor illis ſicariis, qui in via publica animo derobandi, homicidium immane perpetrarunt in perſonam Illuſtriſſim. & Reuerendiſſim. D. Don Caroli Gonzagæ Fratris Excellentiſſim. Principis Bozuli, quorum duo penes ſe habebant varias ſcripturas continentes huiuſmodi ſortilegia, cum abuſu nominum Dei, D. N. I. Chriſti Beatæ Virginis Mariæ, Pſalmorum, Orationis Dominicæ, Salutationis Angelicæ, nominibuſque & caracteribus, ignotis, diſputatum fuit in Curia, num punitio horum ſortilegiorum ad nos ſpectare poſſet.

145. Et perilluſtriſſ. D. meus Gaſpar de Aliferis ex ampliſſimo Collegio Iuriſconſultus Mediolani, vir Doctrina, vſu, ac longa præcipuorum regiorum officiorum huiuſce ſtatus experientia ſingularis, & tunc Vicarius Prætorius pro noſtræ Curiæ Iuriſdictione allegauit conſilium illud Simonis de Prætis 105. & Clarum *in §. hæreſis in fin.* vbi atteſtatur Senatum Mediolani iudicaſſe quandam ſortilegam non eſſe puniendam pœna confiſcationis bonorum, his addidi ego Caball. *reſol. crim. centur.* 3. *reſol.* 223. *num.* 71. vbi mentionem faciens de dicta deciſ. Senatus allegata per Clar. addit ſe vidiſſe hos ſortilegos puniri à Magiſtratu laïcali octo virorum guardiæ, & baliæ Ciuitatis Florentiæ.

146. Verum ego in hac materia ſic diſtinguendum eſſe ſecundum communes Doctorum noſtrorum traditiones dicebam.

Vel ſortilegium eſt qualificatum, & hæreticale iuxta ea quæ dixi *ſuprà* §.4. & tunc difficultate cognitio huiuſce ſortilegij pertinet ad Inquiſitores, priuatiuè quoad laicos, idque omni iure, ſiue nouiſſimo, ſiue antiquo. In hac ſortilegiorum ſpecie conueniunt omnes Doctores, ita enim Clar. *loco citato*, verſ. *ſucceſſiuè quæro*, Caball. *vbi ſuprà*, Farinac. *de hæreſi, quæſt.* 181. *num.* 93. vbi alios multos allegat Diana *reſolut. moral. parte quarta, tractatu ſeptimo, reſolut.* 10. *in princip.* cum aliis *ſuprà* per me allegatis, benè Simanch. *de Catholicis Inſtitution. titul.* 62. *de ſortileg. num.* 2. *&* 3. vbi quod Inquiſitor cognoſcit de omnibus ſortilegiis, quæ hæreſim ſapiunt manifeſtam, vel de hæreſi reddunt ſuſpectum, ſortilegum de vehementi, & hoc idem ingenuè faſſus eſt Regens de Ponte in ſuo tractatu manuſcripto de his quæ practicantur in Regno in materia iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, *in cap. particulari de ſortilegiis.*

Vel ſortilegium non eſt qualificatum, ſed ſim- 147.
plex, & tunc verum eſt, quod ſi loquamur de iure antiquo eſt mixti fori, & datur locus præuentioni; inter Eccleſiaſticum, & Laicum Iudices, & in his terminis procedunt tradita per Clar. *vbi ſuprà*, verſ. & hoc 2. caſu, Cabal. *dicta reſolut.* 223. *num.* 71. & per Doctores allegatos à Farinac. *vbi ſuprà num.*91.

Si autem loquamur de iure nouiſſimo poſt Bullam Sixti V. de qua ſuprà Inquiſitores cognoſcunt de omnibus ſortilegiis etiam ſimplicibus, benè poſt hæc ſcripta viſus vltra ſupra allegatos Ioſeph Seſſe *deciſ. Regn. Aragon. tom.*4.*deciſ.* 464.*num.*18. *& ſeq. & deciſ.*466.*num.*16.17. Scortia *in ſelect. Rom. Pontific. conſtitut. Epit.*58. *Theoremat.* 152. Diana *dicta reſolut.*10. qui alios allegat.

Et quamuis Freitas, & Bobad. ll. *locis in proxima appendice allegatis* voluerint iuriſdictionem conceſſam Inquiſitoribus per dictam Bullam Sixti V. non eſſe intelligendam priuatiuè quoad laicos, ſed cumulatiuè, vt Freitas loquitur.

Attamen ego non diſcederem ab opinione contraria quam in tractatu hoc aliàs impreſſo iam firmaui, quia hæc delegantur Inquiſitoribus, & committuntur ratione hæreſis, vel ſuſpicionis ipſius, vnde intelliguntur delegata priuatiuè quoad laicos.

Et ſcio de ordine Sacræ Congregationis Romanæ Inquiſitionis Vniuerſalis, non multis ab hinc annis quendam Prætorem cuiuſdam Terræ Inſignis huius Dominij, eo quod quaſdam ſortilegas, quæ ſortilegia non qualificata commiſerant carcerari fecerat, fuiſſe (quia ſponte in S. Officio comparuerat) benignè receptum, abſolutum tamen ab excommunicatione lata contra turbantes Iuriſdictionem Sancti Officij.

Vel tertiò ſumus in dubio, num ſortilegium ſit 148.
qualificatum necne, & tunc dicebam, quod cognitio huius articuli ſpectabat ad Inquiſitores, & eorum Tribunal, ita communiter Doctores, Freitas *vbi ſuprà, numer.* 39. Diana *dicta reſolut.* 10. *in princip.* Leon. *in Theſaur. for. Eccleſiaſtici, cap.* 36. *de ſortileg. num.* 19. Caball. *dicta reſolutione* 223. *num.*73. quidquid in contrarium dixerint, Reg. de Ponte *vbi ſuprà*, & Mart. *de Iuriſdict. part.* 1. *cap.* 12. *num.* 11. cum enim iſte articulus ſit incidens ſpirituale, Inquiſitor ſolus eſt Iudex competens *l. Titia*, vbi Doctores communiter *ff. ſoluto matrimonio.*

Et ex his omnibus concludebam quod Sicarij illi, qui penes ſe habebant cartam continentem ſortilegium qualificatum cum abuſu multorum verborum Chriſti Domini, & Pſalmorum, & aliarum rerum, quæ ſine dubio ſortilegia illa qualificabant, non poterant vllo modo puniri, nec rei conſtitui de dictis ſortilegiis à Iudicibus ſecularibus, ſed ab ab Inquiſitore tantummodò.

Neque obſtare dicebam conſilium illud Simonis 149.
de Pretis 105. quia non apparet ſortilegium de quo ibi, eſſe qualificatum, licet enim ſortilegus ille

inglutira

inglutire deberet ficum in quo erat moneta quædam, quæ ab vna parte habebat ſignum crucis, attamen non apparet, quod abuti voluerit illo ſigno crucis, nec quod ad illud ſortilegium eſſet neceſſaria illas ſpecies monetæ vti ſignata ſigno ſanctiſſimæ Crucis.

Vlterius addebam indubitatum eſſe Simonem de Pretis, cuius conſilia impreſſa fuerunt Venetiis anno 1575. ſic conſuluiſſe ante editam Bullam Sixti V. contra Aſtrologos quæ promulgata fuit anno 1586. die 9. Ianuarij.

150. Et ſi opponatur quod ſortilegium illud quamvis qualificatum poteſt dupliciter conſiderari, vel vt hæreſim continet manifeſtam vel vt tollendo effectum torturæ, tollit Fiſco, & Iuſtitiæ probationem veritatis, primo modo conſideratum ſpectat ad Inquiſitores, ſecundo verò modo poteſt ſpectare etiam ad Iudices laicos, & hoc modo videtur conſideratum à Simone de Pretis *dicto conſil.* 105.
151. *num* 15. *&* 16.

Pro qua diſtinctione allegari poteſt Doctrina ſingularis Binsfeld. *de confeſſionibus maleficiorum, & ſagarum prælud.* 14. *fol.* 119. *& memb.* 2. *concluſ.* 6. *dub.* 2. *verſ. tertium illatum; fol. mihi* 275. quod ſortilegia poſſunt dupliciter conſiderari, vno modo, vt ſapiunt hæreſim, vel vt hæretica ſunt, & in hoc caſo ſpectat eorum cognitio ad Iudicem Eccleſiaſticum, altero modo conſiderari poſſunt, vt ex eis varia delicta oriuntur contra commune bonum Reipublicæ, vt homicidia, latrocinia damna in vineis, & ſimilia, & in hoc caſu Iudex laicus eſt competens iſtorum ſortilegiorum, & traditionem hanc Binsfeld. ſequutus fuit Ioann. Griuel. *in ſuis deciſ. Senatus Dolani, deciſ.* 33. *num.* 31. verſ. *quod ſine dubio*, & ita etiam in ſortilegiis qualificatis hoc modo conſideratis laicus Iudex ſæpe iudicauit, vt videre eſt ex *dicta deciſ. Griuel. in fin.* & ex *deciſ.* 2. *Antonij Fabri, in ſuo C. Fabr. in tit. de malef. & mathematic. lib.* 9. & Gregor. de Valen. inſigni Theologo religioſiſſimæ Societatis Ieſu *in* 2. 2. *diſputat.* 6. *generali quæſt.* 13. *punct.* 4. *in princ.* verſ. *& quidem tum à ſeculari.*

152. Et quidem non eſt nouum etiam in ſancto Officio aliquando fieri ſimiles diſtinctiones, provt vidémus in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, in qua cum curia ſecularis præuenit aliquem Polygamum, ipſi curiæ Archiepiſcopali petenti conſignatur ille Polygamus quæ torquet eum ſuper intentione, & cogit eum abiurare, poſt quæ ſtatim reconſignat curiæ ſæculari eundem Polygamum puniendum, quoniam ablata per torturam, & abiurationem hæreſis ſuſpicione, delictum Polygamiæ remanet merè laicale, ità Genuenſ. *in ſua praxi Archiepiſc cap.* 84. *num.* 13.

153. Certè huic obiectioni reſponderem, quod in ſortilegiis hæreticalibus nulla ratione ego vti Iudex laicus hanc diſtinctionem practicarem, niſi cum maxima trepidatione conſcientiæ.

Tum quia communiter Doctores, generaliter loquendo dixerunt hæreticalia, & qualificata ſortilegia ad tribunalia Inquiſitorum hæreticæ prauitatis pertinere priuatiuè, quoad Iudices laicos.

Tum quia hac diſtinctione adhibita, facili negotio Iudex laicus poſſet effici Iudex competens etiam in cauſa hæreſis formalis, quatenus ſcilicet ex ea perturbatur ſtatus pacificus Reipub.

Non negarem tamen quin ea ſcripturis huiuſmodi
154. ſortilegia continentibus penes reum repertis poſſit Iudex laicus indicium validum ſumere contra Inquiſitum de delicto pro quo inquiritur, vti ſingulariter obſeruauit Ant Faber. *in ſuo C. Fabrian lib.* 9. *tit.* 21. *d.* 9. *definit.* 3. vbi loquitur in indiuiduo horum ſortilegiorum.

Et ſi hoc eſt verum, provt puto veriſſimum, crêderem etiam licere Iudici laico interrogare talem reum de cauſa, qua ſcripturas illas penes ſe retinebat, & etiam à quibus habuerit & quibus tradiderit ad effectum veniendi in cognitionem mandantium, & aliorum ſociorum criminis, ac reddendi validius indicium illud, & eum magis aggrauandum de delicto principali, pro quo carceratus in curia ſæculari reperitur.

Hæc tamen omnia dicta ſint, ſalua determinatione S. M. Eccleſiæ, & ſupremi Tribunalis Sanctæ 155.
Inquiſitionis de Vrbe, cui hæc, & quæcumque alia mea ſcripta humillimè ſubiicio. Et ſic in caſu illo Rei prædicti mortis dicti Don Caroli, fuerunt Inquiſitori Cremonæ conſignati & ibi de more expediti & remiſſi D. Prætori, qui eſt poſt ex ordine Senatus Mediolani fuerunt furcis ſuſpenſi, & Inquiſitor Cremonæ iuſſit de libro actorum deleri cedulas ſortilegiorum penes dictos reos repertas, provt me Proiudice exiſtente deletæ fuerunt.

§. XVII.

An Inquiſitores cognoſcant de Ægyptiacis chiromantia artem profitentibus.

DVbitari, & iure merito poteſt, an Inquiſito- 156.
res de iure poſſint procedere contra Ægyptiacas vulgo *Zingare* quæ dant, vt vulgò dicitur, *la buena ventura.* 157.

In hac re Villadiego *in ſua Politica*, *cap.* 5. § 20. *num.* 36. ſic ait, *y à las brujas caſtigan los Inquiſidores, y à las Gitanas que dizen la buena ventura*, & in margine ad hoc iura allegat P. Diana *p.* 4. *var. reſolut moral. tract.* 8. *reſolut.* 128. idem tenet allegando Villadiego *vbi ſuprà n.* 30. *per Impreſſorum errorem* Addo ego Bobadill. pariter *in ſua Politica, lib.* 2. *cap.* 17. 158.
Por la Iuridicion Eccleſiaſtica, num. 74 referens ſe tamen ad Nauarr. *in Manuali capite* 11. *num.* 31. verſ. 15. verba Bubadill. ſunt, *Caſo* 39. *es contro las brujas à las quales pueden aſſimiſmo caſtigar los Inquiſidores ſegun Simanca, y otros, y contro las Gitanas que dizen la buena ventura, ſe vea lo que eſcriue* 159.
Nauarro.

Ego autem in hac re infrà ſcriptas concluſiones ſtatuendas arbitror.

Prima concluſio. Ægyptiacæ hæ ſunt à Chriſtianorum finibus exterminandæ, quia vt plurimum ſunt ex genere Turcarum, & in partes Chriſtianorum ab eis mittuntur, vt exploratores, ita Delrius *diſquiſit. magicar. lib.* 4. *quæſt.* 5. P. Nazarius conciuis meus, & hiſce temporibus decus illuſtriſ. Religionis Dominicanæ *in* 1. *part. D. Thom. tom.* 3. *q.* 114. *art.* 4. verſ. *Tertia concluſio Ægyptij quidam*, Torreblanca *de Magia lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 50. *& ſequent*,
& ſic Carolum V. in Germania, & Regem Fer- 160.
dinandum in Hiſpania iuſſiſſe hanc gentem abire,
ex Ferdinando de Corduba notauit Diana *loco al-* 161.
legato, & in noſtro Mediolani Dominio contra hoc hominum genus adſunt proclamationes Excellentiſſimorum Gubernatorum huiuſce ſtatus, vnde merito die 21. Nouembris anno 1626. Senatus Excellentiſſimus noſter Mediolani litteris ſuis directis ad Illuſtriſſim. Prætorem Cremonæ damnauit ad triremes quinquennales quatuor Ægyptios ex eo quod in hoc dominio per dies 5. verſati eſſent contra diſ-

poſitionem proclamationum Excellentiſſimorum L. T. huius Status.

162. Secunda concluſio, huiuſmodi Ægyptiaci, ſi in annunciatione (vt aiunt bonæ venturæ) prædicant futuros effectus liberos, vtique ſubdentur iudicio & foro Inquiſitorum de iure. Ratio eſt, quia vtuntur chiromantia vetita ſuſpectaque de pacto cum Dæmone, Torreblanca *vbi ſuprà, num.* 30. & in hoc caſu procedunt dicta Bobadill. & Villadieg.

163. Tertia concluſio, ſi iſti vtantur tantummodo chiromantia naturali circa temperamenta, & naturales inclinationes non poſſunt, nec ab Inquiſitoribus, nec ab aliis Iudicibus puniri. Ita Torreblanca *vbi ſuprà, cap.* 10 *n.* 12. *& ſeq.* vbi docet quomodo Chiromantia poſſit eſſe licita, ſatis eruditè.

164. Quarta concluſio, de facto numquam vidi in Inquiſitionibus Italiæ procedi contra hoſce Ægyptiacos, ob id præcisè: quod dent, vt aiunt, bonam venturam. Ratio fortaſsè eſſe poteſt, quia datio huiuſce bonæ venturæ fit ſemper in iſtis partibus cum riſu, & ioci cauſa, & nullus eſt quamuis ſimplex, qui præſtet fidem dictis Ægyptiacis.

165. Dixi, ob id præcisè, Quia ſi in iſta datione, vt aiunt bonæ venturæ ex parte Ægyptiaci interueniant aliquæ ſuperſtitiones; vel futura ab eo certitudinaliter annuntietur, exiſtimarem tunc in illis, & ſimilibus caſibus expedire, quod Inquiſitores, & eorum Tribunal. diligenter contra eos inquirat, & pro delicti genere, & modo puniat.

§. XVIII.

De quodam priuilegio ſpeciali huiuſce Tribunalis.

166. ET quia *ſuprà* dixi quod Inquiſitoribus facienda eſt remiſſio ab omnibus Iudicibus laicis, ideò pro clariori intelligentia huiuſce rei animaduertendum eſt diligenter, quod Tribunal hoc S. Officij illud habet peculiare, quod omnia alia mundi Tri-
167. bunalia ipſi ſubminiſtrant indicia, ſcripturas, & perſonas cuiuſcunque generis, vt proceſſus, & cauſæ fidei, quæ maximæ ſunt, expediri poſſint, Tribunal autem S. Officij nulli alij Tribunali pro quibuſque aliis criminibus ſubminiſtrat indicia, neque perſonas, niſi vt *ſuprà* dixi, in caſu in quo
168. ſibi prius eſſent conſignatæ ab aliquibus iudicibus, atque hoc fit vt liberiùs, & ſecuriùs cauſæ fidei poſſint tractari, & ſic Pater Maſſinus *in ſua praxi Sancti Officij part.* 9. *prima impreſſionis, & p.* 10. *ſecunda impreſſionis, aſſert.* 35. habet hæc formalia ver-
169. ba. *Non deuono, ne poſſono gli Inquiſitori per niuna occaſione ſumminiſtrar ad altro Tribunale gia mai, ne indity, ne perſone di qualſiuoglia conditione.* Bene in materia noſtra Molin. *in repert. Rituum & obſeru. Regni Aragonia* in verbo, *Captus.* fol. 57. verſ. *die vigeſimo Septembris* 1497. & in verbo *Manifeſtatio,* fol. 220. verſ. *quidam captus*, quem etiam refert, & ſequitur Seſſe *vbi ſuprà, num.* 58. vbi dixerunt, captum per Inquiſitores ratione hæreſis non poſſe manifeſtari per Curiam Iuſtitiæ Regni Aragonum: Manifeſtatio autem in illo Regno dicitur, ordinatio prouiſionalis, per quam iubetur rem, vel perſonam in publicum iudicium trahi, & ibi ſequeſtrari, vt ius dici poſſit, ſecundum Portules *in tertia parte Scholiorum ſuper repertorio Molini* in verbo *Manifeſtatio, num.* 1. fol. mihi 296. Et ſcio pluries Sacram Congregationem negaſſe Epiſcopis noſtris Cremonæ copias indiciorum contra Clericos in Sancto Officio in aliis delictis, non ſpectantibus ad Inquiſitores reſultantium, non obſtante quod Epiſcopi ſint cum Inquiſitoribus coniudices, vt patet ex literis S. C. in Archiuio noſtræ Inquiſitionis.

§. XIX.

An Inquiſitores in cauſis Lamiarum, ſoli ſine Epiſcopis poßint procedere. 170.

BReuiter reſpondeo, quod in huiuſmodi cauſis, ſoli poſſunt Inquiſitores procedere ſine Ordinariis locorum, eas condemnando, &c. ſic enim cautum eſt per conſtitutionem Adriani VI. Incipit. *Cum acceperimus,* relatam per Pegnam inter litteras pro Sancto Officio, ita Pegna *in addit. ad lucernam Inquiſit. in tract. de ſtrigibus,* verſ. *quod ſi quæras, fol. mihi* 157. qui tamen addit tutius ac decentius eſſe vt Inquiſitores perinde in cauſis lamiarum, ac in cauſis hæreticorum procedant, & proceſſus conficiant requiſitis Ordinariis ſecundum iuris diſpoſitionem.

§. XX.

An, & quomodo in ſortilegiis debeat conſtare de corpore delicti. 171.

COnſtare autem omnia debere Iudici, & in actis, de corpore delicti, decidit I. C. *in l.* 1 *§. item illud ff. ad Sylanianum*, cuius hæc ſunt verba *Item illud ſciendum eſt, niſi conſtet aliquem eſſe occiſum, non haberi de familia quæſtionem, liquere igitur debet ſcelere interemptum, vt ſenatuſconſulto locus ſit, & hoc antequam ad ſpecialem inquiſitionem, & torturam deueniatur.* Farin. *de inquiſitione quæſtione* 2. *num.* 1. *& pluribus ſequentibus* Scaccia *de Iudic. Ciuil. Crimin. & hæretic. lib.* 1. *cap.* 71. *num.* 3. *& cap.* 83. *num* 3. *& ſequent.* Antonius Gomez. *Variar. reſolut. lib.* 3. *tit. de captura reorum, num.* 5. & taliter conſtare debet de corpore delicti, quod niſi de eo conſtet, licet reus fateatur delictum, attamen non poteſt ex illa confeſſione damnari, Andr. Facbin. *controuerſ. Iuris lib.* 1. *cap.* 28. Farin. *vbi ſupra n.* 7. qui alios allegat.

Sed quoniam, alia delicta ſunt merè interna, vt hæreſis, alia etiam externa, & hæc quædam ſunt, quæ aliquod poſt ſe veſtigium relinquunt, vt homicidium, quædam verò, quæ nullum poſt ſe veſtigium relinquunt, ita etiam ſortilegia, quædam ſunt, quæ nullum poſt ſe veſtigium relinquunt, vt ſunt ire ad ludos Dæmonum, coire cum ipſis, &c. alia ſunt, quæ poſt ſe veſtigium relinquunt, vt ſunt Infanticidia, veneficia, &c Ideo tribus concluſionibus rem hanc expediam, ſit ergo 172.

Prima concluſio. Hæreſis lamiarum probatur per confeſſionem ipſarum, nec eſt neceſſe, quod ad procedendum contra ipſas, & ſortilegos ſuper crimine hæreſis, conſtet de crimine hæreſis, ſeu de corpore delicti, nam cum delictum hæreſis, ſola voluntate perficiatur, ex ſola quoque voluntate poteſt quis damnari, ita Albertin. *de agnoſcendis aſſert. Cath. q.* 25. *num.* 1. *& ſeq.* Clar. *in §. ſi, q.* 4. verſ. *ſcias tamen.* Farin. *de Inquiſitione q.* 2. *num.* 25. *&* 26. qui alios allegat, Ludouic. à Paramo *de origine Sanctæ Inquiſitionis, lib.* 3. *quæſtione* 6. *de Inquiſitione in cauſis fidei, n* 28. *& ſeq.*

Secunda concluſio, ſi loquamur de illis ſortilegiis, quæ poſt ſe relinquunt aliquod veſtigium facti, tunc vt iudex rite, recteque procedat, debet ante omnia conſtare de corpore delicti; fundatur hæc concluſio in regula *dicta l.* 1. *§. item illud*, & in com- 173.

muniſſima

muniſſima DD.omnium traditione.Quod ante omnia conſtare debet de corpore delicti, & reliquos omittendo in terminis horum ſortilegiorum ita docuerunt Albertin. *dicta quaſt*. 25. *num*. 24. verſ. *Aut verò dicta mulier malefica*.Lud.à Paramo *loc. cit*. *n*.81 Farin.*n*.26. *loc. cit.in fin*. & latiùs *in additionibus ad dictumlocum* Martinus Delrius *diſquiſit.magicarum lib*.5. *ſect*.2. *in principio*, *&* *latiſſimè*, *ſect*. 16. verſ. *ſi verò Mors ſit alicuius maleficiati*, & verſic. *En Rhodus*, *en ſaltus*. *fol. mihi* 725. Carpzouius *in Iuriſprudentia Romano-Saxonica*, *parte* 4. *conſtit*. 2. *diff*. 5. Sic ergo probandum erit, Infantem occiſum, infirmitatem hominis ex maleficio prouenire, ex atteſtationibus vel Medicorum, vel prudentum Exorciſtarum, ſegetes corruptas, &c. ita Bernard. Comenſ. *in tractatu de ſtrigib. in fin*. *Lucerna Inquiſ*. verſ. *Ita dicimus quod vbi Medici*.

Fachin,videndus *conſil*.12.*num*.17.*lib*.1. & Torreblanca *de Magia ſeu de delictis in quibus tacita vel expreſſa Dæmonis inuocatio interuenit lib*.3.*c*.16. *n*. 16. *& ſequent*.

Et in hac materia corporis delicti animaduertendum eſt quod in ſortilegio v.g. hoſtili non dicitur probatum corpus delicti ſi probetur mors, vel infirmitas, vel debilitatio membri præſertim maleficiati, quia Sanctum Officium non punit homicidia, percuſſiones, & vulnera, ſed neceſſe eſt probare, quod mors, vel infirmitates ex maleficio proceſſerint, vt in caſu noſtro, & ad effectum de quo agitur ſatis dicatur conſtare de corpore delicti.

Et quamvis comm.dicant DD.de corpore delicti
174. debere conſtare plenè & concludenter, vel per teſtes, vel per euidentiam facti, Farin.*in alleg.quæſt. ſecunda*, *num*.6. verſ.*Liquidè autem*, qui alios DD. allegat, attamen hoc fallit in criminibus difficilis probationis, quale eſt ſortilegium, quod ſolet fieri ſecretè, & clam. ita idem Farin. *dicta quaſt*.2. *num*.12. Delrius *dicta ſect*. 16. *loco citato*, nam in talibus delictis ſufficit probare corpus delicti per indicia, quoniam probatio per indicia habetur pro plena probatione in criminibus occultis, ex alleg. per Farin. *vbi ſuprà*, & certè iniquum eſſet (ait Delrius *loco ſuprà citato*) aliam in hoc delicto exigi certitudinem, quam quæ ex natura delicti haberi poteſt, & ſi in furto, & aliis ſimilibus delictis, minor requiritur probatio, ad probandum corpus delicti, vt dixit Farin.*vbi ſuprà*,*num*.14.*& ſeq*. cur non etiam minor in caſu noſtro probatio requiritur in quo agitur de ſortilegio, crimine occulto, & difficillimæ probationis,quæ autem ſint indicia, ad hoc crimen verificandum latiſſimè ponit Binsfeld. videndus *l.fin.Cod.de malef.& Mathem*.& Martinus Delrius *diſquiſit.Magic.lib*.5.*ſect*.3.*&* 4.

175. Tertia concluſio. Loquendo de ſortilegiis quæ non relinquunt poſt ſe veſtigium aliquod facti, tunc ex ſola confeſſione ſortilegi, abſque eo quod conſtet de corpore delicti, (de quo conſtare non poteſt cum nullum de ſortilegis prædictis remaneat veſtigium) poſſunt condemnari,ita in terminis noſtris docuere Delrius *dicta ſect*. 16. Petrus Binsfeld.*in comm.l.nemo Cod.de Malef.& Mathem. quæſt*.1.*concl*.2. Gregor.Valentia 2.1.*diſp*.6. *q*. 13. *punct*.4.verſ.*Porrò tunc punientur*;quos ſequutus fuit Farin.*in ſuis additionibus ad quaſt*.2.*num*.26.*de Inquiſitione*.*fol.mihi* 5.

In aliis autem ſimilibus delictis, cum agitur de
176. probando corpore delicti ſemper recurras ad Farin.*d.quaſt*.2.*num*.13. Clar.§.*fin*. *quaſt*. 4. verſ.*Scias autem*,Scacciam, *de Iud.cap*.83.*num*.51.*part*.1.Giurbam *conſ decíſ*.17.*num*.21.nam Farin. & Giurba cum allegatis ibi per eos tenet abſolutè probandum in hiſce criminibus corpus delicti, eo tamen modo,quo probari poteſt, id eſt per aliquas ſaltem leues coniecturas,Clar. autem, & Scaccia negant probandum corpus delicti in huiuſmodi criminibus quoad inquirendum,fatentur tamen probandum ad effectum inferendi torturam reo delato, vide Fachin. *controu. Iuris*, *lib*.1.*cap*.28.

§. XXI.

De indiciis contra Sortilegos.

Ex pluribus indiciis contra ſortilegos, & maleficas militantibus aliqua ſunt omnibus aliis delictis communia, & de his agemus, in titulo de indiciis, & tortura, vt v. g. mala, vel bona fama ſortilegi, fuga ipſius, dictum Mandatarij, dictum ſocij criminis, & ſimilia alia videntur propria huiuſce criminis, & de his in præſenti breuiter agemus. 177.

Primum indicium eſt, ſi penes ſortilegum reperiantur inſtumenta magica vt pentacula, vel libri ſortilegia continentes, vt Clauicula, quæ vocatur Salomonis, Almadel, centum Regum, opus Mathematicum, Opera Petri de Abano, &c. Nam quoad pentacula, & alia ſimilia inſtrumenta, ſi reperiantur penes aliquem, quod faciant indicium ad torturam, ſi aliqua alia leuiſſima indicia accedant, pulcherrimè docuit Petrus Binsfeld. *l. fin. Cod de Malef. & Mathem. tit.de indiciis criminis malefici*. verſic. *Octauum indicium*.

Quinimo conſtanter teneo, quod etiam ſi nulla alia indicia adſint, hoc ſolum ſufficit ad torturam, prout deciſum fuiſſe à ſacroſancta vniuerſali Romana Inquiſitione de Anno 1599. atteſtatur Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neapolitana*, *c*.18.*num*.13.in quodam Doctore bonæ famæ, quem Sacra Congregatio mandauit torqueri ſuper vſu intentioneque, ſeu credulitate, ſeu incredulitate, qui cum tortus nihil fuiſſet confeſſus, abiurauit de leui ob retentionem.

Et ſanctiſſima hæc huiuſce Supremi Senatus deciſio, confirmari poteſt à ſimili, de eo penes quem reperta ſint inſtrumenta apta ad falſificandam monetam, nam quod talis ex hoc ſolum ſit ſufficienter ad torturam indiciatus, docuerunt Franc. *deciſione* 440. vbi alios allegat, *num*. 1. Riccиullus *in additione ad dictam deciſionem*, vbi atteſtatur ita quotidie practicari, & ita fuit in Curia Archiepiſcopali Neapolitana deciſum, teſte Riccio *deciſione* 43. *parte ſecunda*, Io. Maria Nouar.*in ſuis collect. ſuper Pragm. Regni Collectanea* 136.*num*. 12. Marius Giurba *conſil. deciſione*, 85. *num*. 26. vbi plures more ſuo cumulat, & Marius Muta *deciſ. Regni Siciliæ* 40.*num*.9.

Quoad libros verò dicendum etiam idem 178.
quod de inſtrumentis magicis, nam ex talium librorum retentione, ſi ſortilegia contineant hæreticalia, inſurgit contra retentores vehemens hæreſis præſumptio, ita Petrus Binsfeld. *in Comment. l. culpa Cod.c. de Malef. & Mathem. & leg. fin. loco ſuprà proximè allegato*, Mart. Delrius *diſquiſitionum Magicarum libro quinto*, *ſectione* 17. verſiculo *Sunt etiam tales retinentes*, Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neapolitan. capite* 68. *in nouiſſim. num* 11. verſiculo *Item ſeruatur*, vbi quod in Curia Neapolitan. tales retentores librorum magiæ, & pentaculorum, aliorùmque inſtrumen-

torum

torum ſimilium, torquentur ſuper intentione, complicibus, & vſu, & vbi nihil emergat ex tortura abiurant de leui, ob retentionem ſolam, Zanardus, *in ſumma diuinorum præceptorum tom.2. cap.94 de tortura in cauſis fidei, num 13.*verſ.*Si vero ſunt libri*, qui de ſortilegiis, latiſſimè Pegna generaliter loquens de librorum hæret. retentione *ad Directorium commentario tertio, p.2.* & Farin.*de hæreſi, quæſt.180.n.18.*& alii quos ſuprà retuli in titulo de retentoribus librorum prohibitorum.

179. Si verò libri illi contineant ſortilegia ad amorem, & alias res obtinendas, non tamen hæreticalia, tunc ex tali retentione contra retinentem inſurgit tantùm leuis præſumptio hæreſis, ad quam præſumptionem purgandam leuiter torqueri ſolent, & cum pœnitentiis ſalutaribus dimitti, Zanard.*dict.cap.94.* verſ.*Si verò ſint libri.*

Quæ tamen hoc loco dixi de vehementi, & leui hæreſis præſumptione oriente ex retentione librorum continentium ſortilegia, declaranda ſunt ex his quæ tradit Pegna *in d. comm.* 3. verſ.*An autem hac ſuſpicio p.1.* & Genuenſ.*cap.*18. *num.* 12. *in praxi Epiſcop.Neapol.*

180. Secundum indicium eſt, ſi quis dæmonis nomen ſæpe proferat ore, vt exempli gratia, rapiat te diabolus, exeas in nomine ipſius, &c. Ita Binsfeld. *in comm. d l.fin.* verſ.*Vndecimum ſi quis*, fol. mihi 604. quem ſequitur Delrius *diſquiſ.magic.lib.5.ſect.4. num.14.*

181. Tertium indicium ſumitur ex mala phyſionomia, vt puta ſi terribiles ſint, deformeſque vultus habeant, nam ſicut venam argenti viui tractantes pallidi, tremulique efficiuntur, ita qui horribilem dæmonis viſionem ſequuntur, horribiles & deformes redduntur, Eymeric.*in direct.3.part.in tit.de ſignis exterioribus per quæ Negromantici, hæretici*, &c. Binsfeld. *loco citato*, verſ.13. & Delrius *vbi ſupra num.21.*

182. Quartum indicium ſumitur, ſi appareat in iſtis ſtigma, ſeu nota, quam diabolus ſuis maleficis ſolet in aliqua parte corporis imprimere, Delrius *num* 28. *loco citato* indicium hoc confutat, Binsfeld. verò *verſ* 24. leue illud exiſtimat, attamen approbatur, à Lamberto Danæo *in Dialogo de ſortiariis*. & Ioanne Bodino *lib.2.Dæmonomaniæ cap.4.& lib.4.cap.4.*

183. Quintum indicium ſumitur ex eo, quod Reus ſit natus ex ſortilego, ſeu ſortilega, & quamuis hoc Iudicium ſit leue, attamen ſi aliis iungatur auget contra reum præſumptionem, Binsfeld. *vbi ſupra verſ.15.* Delrius *loco citato num.22.*

184. Sextum indicium ſumitur ex ſinguiſtitate notabili in actibus Religionis, cum enim ſint ſuperſtitioſi, ſingularitate gaudent, Binsfeld.*dicto loco, verſ.*17. Delrius *vbi ſupra num.*27.

185. Septimum indicium ſumitur ex ſæpiſſima mutatione loci, currunt namque huc, illucque, præſertim quando malefici ſibi timent, vt cum iam ſunt diffamati, vel de proximo diffamandi, Binsfeld. *dicta comm. l. fi. verſ.* 18. & Delrius *dicta ſect.* 4. *num.*26.

Octauum Iudicium poteſt ſumi ex commodo, & vtilitate quæ inquiſito ex nocumento alicui facto per maleficium reſultat, nam vel ille præſumitur Maleficus, vel Malef. de illius mandato factum, Cardinalis Tuſcus cum alleg. per eum *pract. concl. num.6.concl.* 624.*n.3.* & 4.*ſub littera P.*

Et hoc indicium, ſeu præſumptio appellari ſolet à Doctoribus noſtris præſumptio Caſſiana quia, teſte Cicerone pro Roſcio, & pro Milone, Lucius Caſſius ſapientiſſimus iudex de commodo eiuſque ratione diligenter ſolitus fuit in omnibus cauſis inquirere, Collegium Colonienſe Iuridicum, *diſput. iuris, tom.2.diſput.33. de delictis priuatis, num.130.* vbi quod ob id imprimis inſpiciendum eſt in quocunque crimine, an delinquens ex tali delicto vtilitatem percipiat, vt v.g. ſucceſſionem, liberationem æris alieni, & ſimilia, Martinus Delrius *diſquiſit.magic.lib.5.q.9 ſect.4.num.*18 vbi dixit diligenter inſpiciendum eſſe an alius aliam cauſam, vel ſimilem vtilitatem haberet, videat benignus lector de hac re Caſſon *de indiciis tract.* 2. *cap.1.& 3.* & Farin *de indiciis, & tortura, quæſtione* 52.*num.*144. *& ſeq.*

Alia ſigna, & indicia huiuſce criminis contra ſagas, & ſortilegos, vide apud Binsfel. & Delrium *ſectione* 3.*&* 4. & Bernardum Comenſ *in tracta u de ſtrigibus in fine Lucernæ Inquiſit. circa finem dicti tractatus*, & Mathiam Berlich *in ſuis practicis concluſionibus ad Saxoniæ elect.conſtitutiones, p.4.concl.4. num.*16.*& ſeq.*

§ XXII.

De ſanguine exeunte à violenter necato ad præſentiam necantis.

SAnguinem è cadaueribus occiſorum ad præſentiam reorum manare ſolere teſtis eſt Ariſtot.*in problem.ſect.7.problem* 6.verſ.*aut quia ex vulnere*, idque accidiſſe poſt ſeptem horas à die necis teſtis eſt Franciſ.Canon.*in tract.de malef in præmiſſ.cap.* 3. *de ſanguine profluente*, quinimo, & poſt biduum, & etiam poſt octo dies, vt atteſtatur Papon. Areſt. Franciæ *l* 24.*titul* 9.*de quæſt. Arreſto* 5. & Theſaur. Sen.*deciſ.Pedemon.*163 *num.*4.

186. Id etiam euenire ſolere non ſolum in vulneribus peremptis, ſed etiam in quibuſcunque aliis violenter necatis, & non tantum ad præſentiam mandatariorum ſed etiam mandantium, & aliorum complicum, dixit idem Theſaur.*vbi ſuprà, num.*5 verſ. *Ampliatur tertiò*, quibus ſtantibus, non eſt dubium, quin etiam hoc indicium ſanguinis poſſit verificari in noſtris maleficis, dum maleficio hoſtili homines perimunt, vnde Martinus Delrius inter huiuſce criminis indicia, de hoc etiam agit *diſquiſit. magic.lib.5.quæſt 5.ſect.4.n.20.*

187. De cauſis huiuſce emanationis ſanguinis non conueniunt ſcribentes, alij enim ad antipathyam, & qualitatem ac motum quendam ab interfectore impreſſum interfecto ex vi imaginationis, & furiæ recurrunt, vt Ariſtot. *loco ſupra citato*, alij autem recurrunt ad occultum Dei iudicium, allegantes illud Pſalm.78. *& innoteſcat in nationibus coram oculis noſtris vltio ſanguinis ſeruorum tuorum qui effuſus eſt.* Binsfeld.*de confeſſ.maleficorum, & ſagarum, præludio* 12. *dub.* 4. *concl.*8. & hanc opinionem arbitror ego veriſſimam, ſi vera ſunt ea, quæ ſupra diximus ex Theſauro, quod ſcilicet huiuſmodi ſanguis ſolet è cadaueribus manare etiam ad præſentiam mandantium, & aliquando etiam poſt octo dies à die mortis, in his enim caſibus manatio illa ſanguinis non poteſt eſſe naturalis, non enim naturale agens agere poteſt in diſtans, nec poſſibile eſt poſt octo dies è cadauere exire ſanguinem.

188. Sed vtcunque ſit, certum eſt in Iudiciis paſſim fuiſſe practicatum indicium iſtud ſanguinis emiſſi ſufficere ad torturam, ſi Doctoribus noſtris credendum eſt.

Ita enim in Senatu Pedemon. fuiſſe iudicatum atteſtatur

teſtatur Theſaur. *vbi ſuprà, numero* 4.

In Coria Burdigal.Boër *deciſ.* 166.*num.* 1.*& ſeq.*

In Ciuitate Venetiarum, & Fanni Nouell.alleg. à Farin. *de indiciis, de tortur.q.*52.*n.*154.

In oppido de Ledeſma, Anton.Gomel.*var reſolut.tom.*3.*cap.*13.*num.*15.

In Senatu Dolano etiam de hoc indicio habitam fuiſſe rationem, conſtat ex Griuell.*deciſ.*93.*in fin.in Areſto illius Senatus.*

Sicque paſſim obſeruati à Magiſtratibus Picardiæ teſtis eſt Leuinus Lemnius *de occultis naturæ miraculis lib.*2.*cap.*7.apud Theſaur.*vbi ſuprà n.*5.

Quinimo, & Chriſternum Daniæ Ducem indiſtinctè paſſum fuiſſe in Regno ſuo obſeruari modum hunc explorandi cædium auctores atteſtatur Henricus Ranzouius in Ducatibus Daniæ Vicarius, in epiſtola ſua reſponſoria ad conſolatoriam Dauidis Chytrei, vbi etiam plura huiuſce rei adducit exempla, prout eum refert Ludouic. Gilhauſem *in ſua arbore iudiciali criminali, c.*6.*p.*7.*de quæſt.& tortur. ſect.*2.*num.*78.*&* 79.

189. Verum indicium hoc incertiſſimum eſſe, ac leuiſſimum ſemper ego ſum arbitratus, & Theſaur. *in dicta deciſ.*173.*num.*1. verſ.*mihi certè*, ait ſe audiuiſſe à Magiſtratibus Patriæ ſuæ, qui cauſas criminales agunt, experientiam hanc fallacem repertam fuiſſe, & non exiuiſſe ſanguinem à cadaueribus occiſorum ad præſentiam eorum, qui poſtea rei, & homicidæ reperti ſunt, Gomez *loco ſupra citato*, ait, indicio ſuo, ex hoc indicio ad torturam non eſſe deueniendum

Quia incertiſſimum, & ex cauſis nobis ignotis.

Quia tortura actus eſt grauiſſimi præiudicij.

Et quia Indicia debent eſſe à iure approbata, nullibi autem indicium hoc à iure approbatur.

Martinus Delrius *vbi ſuprà* dixit nullum Iudicem timentem Deum debere ad torturam deuenire ex hoc indicio

Ioan.Zanger.*de indiciis, & tortur.c.*1.*n.*160.dixit hoc indicium eſſe valde leue, & ex eo non debere Inquiſitum torturæ ſubiici, niſi concurrant alia indicia, & quidem vrgentia, & ſanguis modo omninò præternaturali ex cadauere fluat.

Quod idem prorſus dixit Lodouic.Gilhauſen,*loco ſuprà citato, num.*79.*in fin.*

Godofred.Abauo Præſes Senatus Sabaudiæ *in ſuo tract.Reatuum, quæſt.*19.*num.* 54.vbi ait, quod quidquid dixerit Boer.*dicta deciſ.* 166.numquam ipſe vidit in Senatu Sabaudiæ indicium illud admitti, vel ad torturam ſufficiens niſi aliis indiciis concurrentibus.

Colleg. Colon.Iuridicum *diſp. Iuris tom.*2.*diſp.*4. *concl.*11.vbi ſe remittit ad Treutler.*in ſuis ſelectis diſputationibus vol.*2.*diſp.*4 *theſi* 7.

Matth.Steph.*in ſuis quatuor centuriis quæſt. Iuris cent.*4. *q.* 17. vbi dixit hoc Indicium eſſe incertiſſimum, & leuiſſimum, & ex eo non poſſe ad torturam deueniri, niſi alia vrgentia adſint indicia, & ſanguis ex cadauere fluat omnino præternaturaliter, & in dubio ad effectum torturæ non poſſe curandum de hoc indicio, quia melius eſt peccare in abſoluendo, quam in torquendo, & melius eſt propter miſericordiam, Deo rationem reddere, quàm ob crudelitatem.

190. Et ſanè de anno 1636.ſub Prætura numquam ſatis laudati Illuſt.nobil.ac religioſ.D.mei Don Conſaluit de Salamanca, qui me plurimum debere pro-

191. fiteor, tempore, quo ipſe erat in hac noſtra Ciuitate Prætor, & ego illius Pro Iudex maleficiorum, idem Illuſtriſſ.D.conſuluit Senatum noſtrum Excellentiſſ. Mediolani ſuper hoc Indicio, de quo agimus, à quo æquiſſimo & iuſtiſſimo Ordine emanauit Decretum ſequens.

Philippus IV. Hiſpaniarum Rex, & Mediolani Dux, &c.

Dilectiſſ Noſter! ſatis fuit reſponſum litteris, quas die 28. *Februarij proximè præteriti ſcripſiſtis ad Magnificum Senatus noſtri Præſidem de nece Iulia Belliſella, & Io.Baptiſta Vicecomitis*, cuius ex vulneribus ſanguis exiuit in conſpectu Veſpaſiani Schitij, *non autem Gaſparis Picenardi pariter ſuſpectorum eius facinoris Igitur nouiſſimis literis, quibus petiiſtis vobis dici,quid de ea re ſentiamus,nihil eſt,quod præterea reſpondeamus, niſi vt meliora quæratis indicia, & iuxta ea procedatis ad expeditionem cauſa referendo referenda.* 192.

Mediolani 3.*Iulij* 1636.

A tergo.

Spectabili I.C.Prætori noſtro dilectiſſimo.

Hoc tamen decretum Senatus intelligerem ego, vt loquatur de hoc indicio in ordine ad torturam, vel cum non habet conditiones adiunctas de quibus DD.ſuprà allegati, nam cum vrgentia aliàs adſunt indicia, & cum ſanguis modo præternaturali fluit à cadauere, omnes fere DD.ſuprà pro vtraque ſententia allegati approbant illud pro legitimo indicio, quin imo non obſcurè videntur innuere, quod etiam ſi nulla adſint indicia, adhuc tamen ſaltem ſufficiat ad inquirendum, ſi modo ſaltem præternaturali fluat ſanguis è cadauere, & ad indicium hoc ſanguinis fuit habitus recurſus in Regno Aragonum, in caſu quem refert Seſſe *dec.*111.*l.*1.quem latiùs retuli ego *in* 3.*p. tit.de indic. & tortura*,in caſu autem ab Excellentiſſim.Senatu deciſo ſanguis non fluxit modo præternaturali, cum ſolum duæ vel tres guttæ ſanguinis è cadauere exierint,vt teſtis illius rei fui ego oculatus, me tamen in hoc reuerenter remitto illi Excellentiſſ. Ordini.

Quare recolligendo omnia hucuſque dicta diſtinguendi ſunt in materia de qua agimus tres caſus. 193.

Primus caſus eſt, cum ſanguis exit è cadauere occiſi ad præſentiam prætenſi rei, ſed non modo præternaturali, & in hoc caſu, ſuper hoc ſanguinis exitu nullum poteſt fieri fundamentum nec ad effectum torturæ, nec ad effectum inquirendi.

Secundus caſus eſt, cum ſanguis exit modo omninò præternaturali, ſed nulla alia extant indicia contra reum, præter hoc, & in iſto caſu exitus iſte ſanguinis, poteſt deſeruire pro Indicio ad Inquirendum, non autem ad torturam.

Tertius caſus, eſt cum ſanguis exit modo præternaturali, & vlterius alia adſunt vrgentia Indicia, & in hoc caſu vtique Iudex poterit contra reum deuenire ad torturam, imo aliquando etiam ad condemnationem pro modo, & qualitate indiciorum, vt accidit in caſu deciſ.Seſſe.113.*lib.*1. de quo latiùs *part.*3.*tit.de indiciis, & tortura,§.fin.*

Quod ſi quæras quandonam dici poſſit ſanguinem exire modo præternaturali, dico conſiderandas eſſe circunſtantias omnes, vt bene conſiderauit, poſt hæc ſcripta viſus D. Antonius Merenda meritiſſimus Iuris ciuilis Interpres Primarius in Regio Gymnaſio Papienſi, *controu. Iuris lib.* 7. *cap.* 35. *num.* 7.

Aduerte tamen, benigne lector, quod quamuis exitus ille ſanguinis poſſit eſſe indicium contra reum, attamen quod ad præſentiam prætenſi rei non exierit ſanguis non poteſt ob id allegari pro indicio innocentiæ rei, quia ſi verum eſt exitum illum ſanguinis prouenire ex iudicio Dei, *vt ſuprà* dicebamus

dicebamus, & actiones Dei ad extra ſint liberæ, nec nobis conſtet aliunde quod ſe alligauerit ad hoc peragendum, vt ex ſcripturis conſtat eum ſe alligaſſe Sacramentis, ex eo quod ſanguis de facto non exiecit non poteſt colligi innocentia Rei.

§. XXIII.

De nonnullis aliis indiciis in hoc crimine.

PLura alia indicia in hoc crimine à Doctoribus noſtri enumerantur, quæ vtile erit in præſentiarum recenſere.

Primum eſt ſi penes aliquem ſit inuenta olla ple-
194. na hoſtiis, membris humanis, imaginibus cereis quæ acubus transfixæ ſint & ſimilibus; ita Ioan. Zanger. *in ſuo tract. de quaſt. & tortura, c.2. num.* 200. verſ. *præcipua verò hæc ſunt*. Ludouic. *in arbor. iudic. crimin. cap.6. part.7. ſect. 2. num.* 106. & Torreblanca *de Magia lib.5.c.17.n.36.*

Secundum indicium eſt, ſi ſaga cum dæmone lo-
195. quatur adſtantibus dæmonem reſpondentem audientibus, ſed non videntibus, Gilhauſen, *vbi ſuprà.*

Tertium indicium eſt, ſi quis repertus fuerit cir-
196. ca patibula publicè punitorum expoliando cadauera, Torreblanc. *de Magia lib.2.c.36. & & lib 5.c.17. num.34. & num.35*, vbi ait idem dicendum eſſe, ſi quis in nocte Sancti Ioannis reperiatur colligere grana herbæ Felicis nuncupatæ, qua Magi ad maleficia vti ſolent.

Quartum indicium eſt, ſi quis ſe offerat aliis ad
197. docendum Incantationes, Guilhauſen, *vbi ſuprà, num.*103.

Quintum iudicium, ſi Saga reperiatur inimicum ſuum tangere, & ille ſtatim vel mortuus concidat,
198. vel membrorum diſtortione, apoplexia, alióve ſubito morbo afficiatur, pariterque ſi penes ipſam reperiretur chirographum obligationis inter ſe, & diabolum, Zanger. *vbi ſuprà*, verſ. *eodem modo*, bene Faber *in ſuo Cod. Fabriano, in titul. de maleficis, & mathemat. libro nono, definitione ſecunda*, verſiculo *ſed ſi quod plerumque*, vbi etiam ipſe ponit exemplum de eo, qui ſtatim ab aliqua accepto pomo ſubito morbo corripitur, & in ſuis notis ad dictam definitionem *num.* 11. huiuſce rei rationem reddit philoſophicam, quod naturaliter non poteſt fieri talis, ac tanta mutatio, cum natura (vt aiunt Philoſophi) operetur in tempore.

Sextum indicium poteſt adduci de nominatione facta à Dæmone medio exorciſmo, ſed de hoc
199. diximus *ſuprà* §. 17. *num* 81. verſiculo *dubitari etiam poſſit*, quibus addi poteſt Pater Maſſin. *in praxi Sancti Officij, parte 7. folio mihi* 177. §. *Quindi ſi vede*, ſecundæ impreſſionis, & Rota Romana coram Bucatro inter deciſiones eiuſdem impreſſas, *tomo* 1. *deciſione* 763. *num.* 11. ea quibus colligitur peſſimam eſſe praxim auctoris flagelli dæmonum, qui voluit poſſe in exorcizando energumeno interrogari dæmonem de Auctore illius Maleficij.

Septimum indicium, poteſt deſumi ex rebus,
200. quæ regulariter reperiuntur in ceruicali & puluillis lecti, ad qualitates tamen harum rerum diligenter animaduertere debent Iudices, nam poſſunt fieri multæ fraudes Iuſtitiæ & reis inquiſitis, & aliquando etiam fortaſſis poteſt accidere, quod dæmon ipſe ſimiles res ſupponat, vt videmus accidere in Energumenis, qui dum exorcizantur euomunt acus, & ſimilia.

Hæc tamen indicia omnia ſingulariter ſumpta
clarum eſt, quod non ſunt ſufficientia ad torturam, 201.
niſi cum moderationibus de quibus *ſupra* §.14. *n.64. & ſeq.* Gilhauſen *loco citato, num.*106. verſ. *Ex quibus.*

Solùm hoc loco dubitari poſſet, quid ſentien- 202.
dum ſit de fama publica, puta cum aliquis, vel aliqua in S. Officio carceratur, qui mala fama laborat, quod ſcilicet ſit maleficus, vel malefica. De hac tamen re latiùs agemus *in ſequenti parte*, vbi latè tractabimus, *de indicio famæ.*

Pro nunc dico famam, vbi etiam ſit ſecundum omnia requiſita à iure probata, non ſufficere in hoc crimine ad torturam, niſi alia concurrant, Torreblanca *de magia vbi ſuprà, num* 1. *& ſeq.* Gilhauſen *loco alleg num.*106. verſ. *Verùm fama*,
fama enim in hoc crimine ſortilegij facillimè in- 203.
ſurgit contra mulieres præſertim verò vetulas, & deformes, & Ferdinand. de Caſtro Palao *in ſuo opere morali tom.1. tract.4.diſp.8.punct.16 §.5 num.* 2. ait, quod in his cauſis maleficorum; & ſagarum ob periculum falſitatis liquidiores, & clariores requiruntur probationes, non ſolum ad torturam, ſed etiam ad capturam.

Et quamuis infra dixerim §. 25. *num.* 218. Iudicem in hoc crimine debere eſſe facilem ad torturam, hoc ita intelligendum eſt, vt tamen neceſſe ſit præcedere indicia legitima; & non æquiuoca circa corpus delicti. præterquam quod aſſertio illa Baldi, & Binsfeldij magis procedit in Tribunalibus laicis, quam in Eccleſiaſticis, in quibus cum maxima maturitate in his materiis proceditur. Et circa indicium hoc famæ diligenter in materia noſtra animaduertenda ſunt verba inſtructionis pro formandis proceſſibus in cauſis ſtrigum, & ſortilegiorum, quæ circumfertur in inquiſitionibus Italiæ manuſcripta; ea enim talia ſunt. Non ſint faciles Iudices ad procedendum contra aliquam perſonam vti ſtrigem, vel maleficam ex indicio famæ; quamuis enim fama Indicium ſit aliàs magni momenti, attamen iſta materia ob commune odium, quod habetur in ſtriges, contra quas omnes immaniter clamant, facillimè inſurgit huiuſmodi fama contra aliquam mulierem, præcipuè quando eſt vetula, & turpis formæ, vnde vel modicum fundamentum ſuper tali fama fiat, vel ſaltem diligenter iudex interroget teſtes à quanto tempore circa ortum habuerit, & à quibus, & qua occaſione, hinc enim forſan ſæpè ex proceſſu apparebit famam eſſe indicium modici momenti.

Hinc memini ſuprà vndecim annos in noſtra Inquiſitione Cremonæ, me ibi Conſultore exiſtente, & Inquiſitore Reuerendiſſ. & Religioſiſſimo P. Io. Baptiſta à Sextula, taliter ſuper hoc indicio famæ hæſitaſſe Congregationem huius S. Officij, quod non fuit auſa conſulere poſſe ad capturam deueniri contra duas mulieres cuiuſdam Oppidi, quamuis laborarent fama vehementi, quod eſſent ſtriges.

§. XXIV.

De nonnullis animaduertendis circa carcerationem, examen, & torturam Maleficarum.

PRimò animaduertendum eſt huiuſmodi proceſ- 204.
ſus nullo modo incohandos eſſe in S. Officio, vt

vt in aliquibus aliis Tribunalibus fit, hoc modo videlicet *Cum ad aures peruenerit*, vel *Fama præcedente*, ſemper enim præcedere debet examinatio perſonæ vel perſonarum denonciantium, & ita audiui
105. fuiſſe à Sacra Congregatione ordinatum, prout pariter Senatus noſter Mediolani paſſim mandat Iudicibus, ne proceſſus eo modo incipiant, ſed ſemper ad denunciam, vel querelam certæ perſonæ, ita iuſſit Senatus Prætori Piceleonis ſub die 15. Februarij 1608. his verbis: *Dilecto noſter. Viſa relatione, &c.* & infrà *Verùm vos monemus non eſſe inchoandos proceſſus ab eo, quod deuenerit ad aures Prætoris commiſſum fuiſſe tale delictum ſed querelam, aut denunciam à certa perſona dandam eſſe, & in actis redigendam* ſic nos habemus conſtitutionem in titulo de accuſat. §. nec etiam admittere, vbi declarantur nulli proceſſus facti ſuper delationibus criminum ſine nomine, & cognomine delatoris, & huiuſce Conſt. Mediolani meminit Boſſius *in titul. de denunciat. num.* 18. Clar. *quæſt.* 5. *num.* 4. vbi enumerat varia decreta Senatus, & Franciſcus Porrus, in ſuo faſciculo rerum criminalium fol. 55. verſ. *memini dum puer eſſem*, ſic quod neque in S. Officio poſſit procedi contra haſce maleficas ex notitia habita per libellum, vel Epiſtolam in occulto datam ſine auctore, nec poſſint teſtes in ea nominati examinari dicit Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 3. *cap.* 3. *numer.* 11. de qua tamen ſe videnda ſunt quæ dixi in tertia parte.

106. Secundò, Iudex antequam deueniat ad carcerationem maleficæ diligenter animaduertat, an ſit probatum corpus delicti iuxta ea quæ ſuprà diximus, & an adſint indicia ſufficientia, ne aliàs actione iniuriarum teneatur, benè Gilhauſen *in arbore Iudic. crimin. cap.* 3. *p.* 1. *num.* 29. verſ. *poſt aſſumptas informationes*. latiùs P. Maſſin. *in Praxi S. Officij part.* 7. *in principio* verſ. *Oltre à ciò*, ſecundæ impreſſionis, qui omnia hæc, & alia infra ſcripta notanda deſumpſit ex quodam manuſcripto, quod in Inquiſitionibus Italiæ circumfertur, cui titulus eſt, inſtructio pro formandis proceſſibus in cauſis ſtrigum, ſortileg. & maleficarum, Souſa *in Aphoriſm. Inq. lib.* 2. *cap.* 26 *num.* 5.

107. Tertiò facienda eſt perquiſitio domus maleficæ in actu capturæ, & quidem fideliter, ita vt omnia ſcribantur, tam contra ream, quam pro rea, vt puta in cubiculo prædicto repertæ ſunt imagines Sanctiſſ. aqua benedicta, &c. nec enim in præiudicium rei omittenda ſunt in offenſiuo, quæ pro ipſo faciunt, ſcribendo tantum ea, quæ fiſco fauent, hæc enim eſt peſſima praxis Iudicum criminalium, non timentium Deum, de quibus videndum eſt integrum conſilium criminale Marij Giurbæ 23. & hæc perquiſitio fieri debet in præſentia Notarij, ab Inquiſitore, vel eius Vicario, & omnia deſcribenda ſunt diligenter, nec his interuenire debent conſanguinei, vel familiares maleficiati, ne ſcandala oriantur, & fraudes fiant, Ambroſ. *in ſuo proceſſu informatiuo, cap.* 5. *lib.* 1. *num.* 5. & Porrus *in addit. lib.* 2. *cap* 1. *num.* 24. Et in noſtro Sancto Officio, hæc omnia latius proſequitur P. Maſſin, *in praxi S. Officij, p.* 7. *circa primum fol. mihi* 176. *ſecunda impreſſionis*, §. *Aſſerta il Giudice.*

208. Quartò Medici qui infirmum curarunt ſunt diligenter examinandi de omnibus circumſtantiis, qualitatibus, & accidentibus ſingularibus infirmitatis, vt alij magis periti, qui infirmum non curarunt, videre etiam poſſint, an talis infirmitas eſſe poſſit naturalis, P. Maſſin, *in praxi Sancti Officij part.* 7. in Rubr. *Modo di proceder contra le ſtrege, in princ.* ibi, *& perciò biſogna eſſaminar li Medici*, & Medicorum deponentium qualitas præcipuè eſt attendenda, quia Medicorum iudicia fallacia ſunt, & 209.
in hac materia legatur Porrus *ad Ambroſinum libro primo, cap.* 1. *num.* 15. vbi narrat, quid ſibi acciderit in facto in materia iſtorum Medicorum, cum quibus ingenuè fatetur ſe erraſſe, quia ait, *modò ſpes lucri refulgeat, conſilia iuxta voluntatem petentium reddunt.*

Quintò, Maleficæ hæ in ſeparatis carceribus ſingulæ ſunt cuſtodiendæ, nemini facultate conceſſa ipſas alloquendi, quinimò etiam cuſtos ipſe carceris cautè admodum cum eis ſe gerere debet, nec quidquam eis ſuadere, quod fateri debeant. P. Maſſin, *vbi ſuprà, fol.* 129. §. *Non permettano lè Giudici.* 210.

Sextò, Iudices ipſi numquam eas alloquantur, niſi iudicialiter cum eas examinant Souſa *in Aphoriſm. l.* 2. *c.* 16. *num.* 22. 211.

Septimò, Inquiſitores maleficas maximè in prima audientia interrogare debent an ſciant vel præſumant cauſam ſui examinis, deinde de inimicis, & cauſa 212.
inimicitiarum, quis fuerit earum Confeſſarius, de frequētia Sacramentorum, & ſimilibus, vt earum mores, & vita apparere poſſint. Mox in ſecunda, & alia audientiis an ſciant aliquod ſortilegium, ad quem effectum, an eo vnquam vſi ſint. Et ſi negauerint, poſſunt eis aliàs fieri interrogatoria in genere, paulatim obiiciendo ea quæ conſtant in proceſſu, circumſcriptis tamen ſemper nominibus, & cognominibus teſtium, & circumſtantiis, ex quibus Inquiſitæ poſſent venire in earum cognitionem P. Maſſin, *vbi ſuprà, in examine maleficarum, fol. mihi centeſimo ſeptuageſimo nono.*

Completo proceſſu offenſiuo ſi adhuc in negatiua perſiſtant erunt repetendi teſtes, & hoc etiam ex Officio, vbi malefici rei eſſent pauperes, Maſſin, *in praxi S. Officij part.* 7. *fol.* 181. verſ. *& ſe negarà ogni caſa*, & articulis ex parte fiſci formatis earum copia danda erit Inquiſitis, & earum Aduocato, eiſdem ab Inquiſitoribus, aſſignando, qui tempore à Iudicibus ſtatuto interrogatoria formabit ſecundum quæ fieri debebit repetitio teſtium, & publicato eiſdem proceſſu, ſtatuendus erit terminus Inquiſitis ad faciendas ſuas defenſiones, Pegna *in inſtructione Inquiſitorum manuſcripta, lib.* 2. *cap.* 28. *& pluribus ſeq.* & nos latiùs *in tertia parte huiuſce operis*. Quibus peractis Congregatio Conſultorum congreganda erit, vbi merita proceſſus pro habendis eorum votis proponi debeot, ſuppreſſis ſemper nominibus & cognominibus teſtium, & antequam contra eas ad torturam deueniatur, interrogandæ erunt, & monendæ pluries ſuper his de quibus alias fuerunt interrogatæ.

Octauò tortura ſit ſimplex ſine ſquaſſis, pondere ad pedes, &c. P. Maſſin. *in praxi Sancti Officij part.* 6. 213.
in Rubr. *Modo di dar la corda* §. *e qui pur anco baſſi da notare*, fol. 162. *ſecunda impreſſionis*. Cum ſemper ſolitis, & vſitatis tormentis vti debeant Iudices non inſolitis, Ludouic. Gilhauſen qui alios allegat *in arbore Iudic. crimin. cap.* 6. *pag.* 7. *ſect.* 3. *num.* 22.

Nonò regulariter non eſt repetenda tortura niſi in grauiſſimis caſibus, Maſſin *in praxi S. Officij p.* 8. 214.
de modo repetendi tormenta, circa quam rem videndus erit Martin. Delrius *diſquiſit. magic. lib.* 5, *quæſt.* 31. & Dom. Pegr. olim in Patauino Gymnaſio præceptor meus amantiſſimus *conſil.* 2. *quæſito* 26. *vol.* 2. idem P. Maſſin. *vbi ſuprà fol.* 182. §. *& ſe negarà*, ibi, *ne ſiano facili*, vbi quod huiuſmodi repetitio torturæ non debet fieri, niſi

ptius conſulta ſuprema Congregatione Sancti Offi-
cij de Vrbe, moderata etiam debet eſſe tortura, vt
regulariter horam non exeedat & ad hunc effectum
horologium adhibendum eſt, Gilhauſen *vbi ſuprà,*
*n.*50. P. Maſſin. *in praxi p.*9. *aſſert* 44.

215. Decimò in fœminis ob honeſtatem non abradan-
tur capilli, nec pili, & indicium quod aliqui Do-
ctores allegant ad probandam aliquam eſſe malefi-
cam quod non emittat lachrymas, non debet Iudi-
cem mouere ad credendum dictam inquiſitam verè
eſſe maleficam; indicium enim illud, vt à doctiſſi-
mis viris accepi, in praxi eſt modiciſſimi momenti.
P. Maſſin, *vbi ſuprà*, fol. 181. §. *Non ſi rada-*
no li peli.

216. Vndecimò iudex debet in hac tortura adhibenda
vti ſale ſcientiæ, & conſcientiæ, Gilhauſen *vbi ſu-*
prà, n 34. vbi quod iudex conſiderare debet pro-
poſitionem Saluatoris, *qua in nſura menſi fueritis,*
remetietur vobis.

217. Duodecimò in examinandis maleficis, quæ faten-
tur apoſtaſiam, & quod adiuerunt ad ludos diabo-
licos non debet iudex eſſe contentus ſola earum
confeſſione, ſed diligenter adhuc eas interrogare
debet, ſuper omnibus circunſtantiis, & ſi aliquæ
ex eis ſint in iudicio verificabiles, curare omnino
debet, vt quantum fieri poteſt verificentur P.
Maſſinus *in praxi p.*7 *in fin.* §. *ſupra il tutto hanno,*
ibi *e confeſſando eſſere qualche circonſtanza.*

§ XXV.

De tortura Sortilegis, & Maleficis danda.

DE tortura vltra ſupra incidenter tacta dum
de indiciis loquebamur hoc loco breuiter diſ-
ſerendum nobis eſt, quantum ad hoc crimen atti-
net, nam quoad generalia torturæ agemus *in titulo*
particulari de tortura.

218. Et præmittendum quidem eſt quod iudex in hoe
crimine facilior, & promptior eſſe debet, in pro-
cedendo ad torturam, vt latè probauit Petrus Bins-
feld. *de confeſſ. maleficorum & ſagarum membro* 2.
conclus. 6. *verſ.* 6. in enormibus, quod generale eſt
in omnibus delictis enormibus, & occultis, difficiliſ-
que probationis, Bald. *l. nemo deinceps Cod. de Epi-*
ſcopali Audientia, latiſſimè more ſuo Giurba viden-
dus *conſ. deciſiuo* 91. *num.* 1. vbi infinitos allegat,
quod intellige dummodo conſtet de corpore delicti
per indicia legitima non æquiuoca modo ſupra per
nos declarato. Et in hoc crimine à tortura digni
tas non excuſat, D. Peregrin. olim in Patauino Gym-
naſio præceptor meus *conſ.* 4. *num.* 110. *vol.* 2.
quod conſilium ſemper ante oculos iudicum in hoc
delicto Sortilegiorum, & magiæ procedentium
eſſe deberet.

Primò igitur hoc ſuppoſito ſi reus de ſortilegio
denunciatus, non ſit conuictus, nec confeſſus de
vſu ſortilegij, vel maleficij, vrgeatur tamen aliqui-
bus coniecturis, quod vſus fuerit, vt verbi gratia
ſi penes ipſum reperti ſint libri ſortilegia continen-
tes vel res aptè ad ſortilegia vt *Carta vergine*,
calamita Battezzata, *parte de veſtimenti de morti,*
219. Pentacoli, & ſimilia, tunc vt ſupra dixi in pro-
xima quæſtione in primo indicio, talis torque-
ri debet ſuper vſu, ex quo enim dictas res
penes ſe retinuit, præſumitur illis vſus, vnde
ad dictam præſumptionem tollendam debet tor-
queri, ita Binsfeldius, Genuenſis, & alij, *loco ſu-*
pra allegati.

Et ſi ſuper vſu torquetur ille penes quem reperta 220.
ſunt inſtrumenta apta ad fabricandam falſam mo-
netam, vt tradiderunt, Franeus, Riccius, Giurba,
Mura, & alij, de quibus *ſuprà proxima quæſtione,*
verſ. *& Sanctiſſ. hac*, cur & rei noſtri non torque-
buntur ſuper vſu, ſi penes ſe reperti fuerint habere
aliquid ex magicis inſtrumentis, vel libris.

Et quoniam Doctor ille bonæ f mæ ex manda-
to Sacræ Vniuerſalis Roman. Inquiſitionis ob pen-
taculum penes ſe repertum, fuit tortus ſuper vſu,
vti atteſtatur Genuenſ. *dicto cap.* 18. *num.* 13. Et
*cap.*68. *num.* 12. verſ. Item ſeruatur in curia, vbi
quod ita quotidie practicatur in Curia Archiepiſco-
pali Neapolitan. contra huiuſmodi retentores libro-
rum magicorum, pentaculorum, & ſimilium ſcri-
pturarum, nullus poteſt eſſe in hac re dubitandi
locus.

Modus autem torturæ huiuſce prudentis iudicis
arbitrio eſt relinquendus, vt pro qualitate, & effi-
cacitate indiciorum reum torqueri faciat.

Secundò, torquetur reus huiuſce criminis ſuper 221.
complicibus, quamuis enim regulariter interrogari,
& ſic nec torqueri poſſit reus, ſuper ſociis, *l. repe-*
ti §.1. *de quæſt.* ibi, *is qui de ſe confeſſus eſt in ca-*
put aliorum non torquebitur, lariſſimè Farin. *de in-*
dic. & tortura, quæſt 43. *num.* 1. *& ſeq.* Peguera *de-*
ciſ. crim. 5. *per tot.* & Menoch *de arbitr. Iudi-*
cum caſu 475. *cent.* 5. *per totum*, attamen hoc fallit.

Primò in criminibus exceptis, inter quæ numera- 222.
tur crimen noſtrum ſortilegij, text. eſt *in l. fin. Cod.*
de Malef. & Mathem. & docuerunt Farin. *d.*
quæſt 4. *num.* 67. *limitatione* 9. Peguera *dicta de-*
ciſ. 5. *num* 15. Menoch. *in alleg. caſu* 475. *num....*
Petrus Binsfeld. *de confeſſ. maleficorum. & ſagarum*
membro 2. verſ. *ex quibus omnibus.* Matt. Delrios
diſquiſitionum Magicarum lib. 5. *ſeq.* 3. verſ. *ſecundum*
indicium eſt, bene Fachineus *conſ.* 12. *num.* 10.
& 11. *vol.* 1.

Secundò fallit illa reg. in illis criminibus, quæ 223.
ſunt difficilis probationis, in quibus aliter veritas
haberi non poteſt, quam per ſocius criminis, ita Fa-
rin. qui alios allegat *dicta quæſt.* 43. *num.* 18 *limit.*
10. at noſtrum ſortilegij crimen difficillimè eſſe pro-
bationis nullus dubitat. poteſt, latiſſime Binsfeld.
de confeſſ. ſagarum membro ſecundo, concluſ. 6.
verſ. 5. *omnium.*

In hac tamen interrogatione de ſociis facienda 224.
diligenter aduertendum, vt fiat generatim, ne-
minem ſocium in ſpecie nominando, aliàs non
Iudicis interrogatio, ſed ſuggeſtio eſſet. Ita Pegue-
ra *dicta deciſ.* 5. vbi diligentiſſimè totam hanc ma-
teriam explicat *num.* 20. verſ. *tamen ne Iudex*, Bins-
feld. *de Confeſſ. ſagarum p.* 2. *concluſ.* 1. verſ. *ſed cir-*
ca praedicta. Delrius *dicta ſect.* 3. verſ. 2. requiri-
tur ex parte iudicis, qui latè materiam tractant
in ordine ad hoc crimen ſortilegij.

Et quod in praxi hæc tortura ſuper complicibus
huiuſmodi ſortilegis dari ſoleat atteſtatur Genuenſ.
in praxi Archiepiſcopali Neapol. cap. 68. *num.* 12.
verſ. *Item ſeruatur in Curia.*

Tertiò, interrogari ſolet reus ſuper credulitate, 225.
ſua, & intentione v. g. num crediderit in ſortilegio
ad amorem Dæmonem poſſe cogere voluntatem,
vt ſuprà etiam notaui in quæſtione de Poculis
amatoriis, num crediderit dæmonem poſſe ſuſcita-
re mortuum, ſi inuocauerit dæmonem ad id,
an crediderit licere homini Chriſtiano operam
dare huiuſmodi ſortilegiis, & ſi reus cum per-
tinacia affirmatiuè reſpondeat, habendus eſt vti
hæreticus formalis, quod ſi Catholicè reſpon-
deat,

reſpondeat,& hæreticam intentionem neget torqueri debet ſuper credulitate, & intẽtione ſua,nam cum in facie Eccleſiæ ad ſortilegium redditus ſit eidem Eccleſiæ, vel vehementer, vel leuiter ſuſpectus, delictumque hæreſis occultum ſit ac latent in mente: per tormenta certificanda eſt Eccleſia, an male ſortilegus de fide ſenſerit, Zanard. *in ſumm. diuin. precept. part. 2. cap.* 94. *de tortura in cauſis fidei, num.* 14. Et quod huiuſmodi ſortilegus debeat in praxi taliter torqueri atteſtatur Genuenſ. *locis proximè allegatis*, & nos de hac torturæ ſpecie egimus in titul. *de hæreticis*, in proprio §. *de tortura ſuper intentione*, vbi etiam dixi quanta, & qualis debeat eſſe hæc tortura.

Sed quoniam aliquando contingit maleficas eſſe à dæmone obſeſſas, vt animaduertit P. Thyræus *in diſputat.dæmoniacis*, *part.2.cap.*19. dubitari poſſet, an tunc debeant torqueri? In qua re breuiter dicendum eſt, quod non vt latiſſimè probauit Ruginell. *pract. quæſt.lib.*1 *cap.*38. *per totum*. Et quia, de hac materia maleficæ obſeſſæ à dæmone, adeſt inſignis deciſio Senatus Dolani, Io. Griuel, 33. ideo ad eam benignum lectorem remitto,ibi enim etiam fusè pertractatur, quandonam delicta harum Maleficarum à dæmone obſeſſarum ipſis ſint tribuenda ad effectum eas puniendi pœnis legitimis, an potius dæmoni, de qua re etiam videndus eſt P. Thyreus *in ſuis diſp.dæmoniacis p.*1.*c.*17.*per totum*.

§. XXVI.

An depoſitiones duarum Sagarum atteſtantium ſe in conuentu altarum ſagarum vidiſſe inquiſitam, faciant indicium ad torturam.

IN hac re Binsfeldius *de confeſſionibus ſagarum*
226. *membro 2.poſt 6. concluſionem dubio 2. ferè per totum*, & verſ.7. *illatum*, & Martinus Delrius *diſquiſitionum magicarum*, *lib.*5. *appendice 2. quæſt.* 8. *per totam* latiſſimè ſuſtinent ex depoſitionibus huiuſmodi lamiarum conſurgere vrgentiſſimum indicium ad torturam, quod etiam voluit Gregor. de Valencia 2.*diſp.*6.*q.*12.*punct.*4.§.3.verſ.2.*Regula*.

Verùm quidquid ſit de hac opinione in puncto iuris clarum eſt, quod illa in praxi non ſeruatur in Sanct.Officio, & Praxis hæc fundatur in decreto quodam Sanctæ Supremæ Romanæ Inquiſitionis, de cuius vſu, & obſeruantia Praxique atteſtatur Farin.*de hæreſi,quæſt.*185.*num.*153. verſ.*Aduerte tamen quod vera non eſt.*

Cum enim Sagæ illæ de viſu deponentes potuerint per diabolicam illuſionem eſſe deceptæ, nam licet verè quandoque ad ludum corporaliter transferantur per diabolum, attamen negari non poteſt, quin quandoque etiam decipiantur, ita vt tranſlatio illa imaginaria ſit, provt ſupra notaui *in quæſtione de poteſtate dæmonis* verſ. *circa corpora hominum*, ex Leſſio, Sanch. & Delrio, quibus addo nunc Bernard.Comenſ.*in tract.de ſtrigibus, impreſſo, poſt lucernam Inquiſitorum, num.*6. & Petrum Binsfeld.*de confeſſ.Sagarum,& Maleficorum membro* 1. *concl.*12.*per totam*,ex hoc ſequitur quod earum depoſitio de viſu poteſt eſſe falſa, vnde abſurdum eſſet dicere,quod ex talibus depoſitionibus oriatur indicium ſufficiens ad torturam,cum indicia ad torturam ſufficientia debeant eſſe certa, non dubia, & æquivoca provt latiſſimè docuit pluribus relatus Farin.*de indic.& tortura q.*37.*n.*6.*& ſeq.*

§. XXVII.

An ex depoſitionibus duarum Lamiarum atteſtantium ſe in conuentu aliarum vidiſſe aliquem, contra eum poſſit per Inquiſitores inquiri.

SVprà dixi quod non poſſunt torqueri ſtrigæ, ex atteſtationibus aliarum atteſtantium ſe eas vi- 227.
diſſe in conuentu, nunc addo ita tenuiſse etiam Simanch.*Cath.Inſtit.tit.*37.*de Lamiis,num.*14.& Sigiſmundum Scaccia *de Iud.Ciuil.Crimin.& hæret. lib.*1. *c.*82.*n.*10.vbi atteſtatur,quendam ignarum Commiſſarium tormentis ſubieciſse quandam mulierem ex talibus depoſitionibus, qui propterea ex decreto Sacri Supremi Senatus Inquiſit. vniuerſalis debitas pœnas luit.

Quinimo dico ex eodem Scaccia ibidem earum depoſitiones, nec ſufficere ad inquirendum, provt etiam ita fuit à S.C. S.Officij de vrbe deciſum.

Quod verum eſt niſi deponerent de his quæ viderunt ante conuentum, vt quod ſocia ſe vnxit ad volandum, inuocauit dæmonem, &c. Ita Scaccia, Simanch.*locis citatis*.

Et hæc omnia hic,& §.ſuperiori dicta bene confirmat Ferdinand.de Caſtro Palao *in ſuo opere morali*, 1.*p.tract.*4.*diſp.*8.*punct.*16.§.5.*num.*2.vbi addit, quod de ann.1612.ita ſpeciali Madrilliana inſtruct. 15. & 20. cautum fuit occaſione cuiuſdam actus publici in Logronenſi Ciuitate celebrati,in quo plures damnati fuerant, & poſtea compertum fuit, plures fallacias in condemnatione adfuiſse, ob quas bona eorum, qui fuerant damnati non fuerunt fiſco applicata, neque eorum ſententiæ Eccleſiis affixæ & inſuper declarati fuerunt habiles cuiuſcumque officij S. Inquiſitionis eodem ipſo anno 1612. & Ferdinandum *vbi ſuprà*, ſequitur Diana *part. 4. reſolut. moral. tract. 6. reſol.* 30. poſt Patrem Tannerum inſignem virum Religioſiſſimæ Societatis Ieſu, *in 2.2.D.Thom.4.diſp.4.quæſt.5.dub. 2,per tot.*& Layman *in Theologia morali lib.3.ſect.5. tract.6. cap.15. num* 8. *& ſeq.* Vide etiam Patrem Maſſinum *in praxi S. Officij, part.9. aſſert.*141. *primæ impreſſionis.*

Dubitari etiam poſset, quid ſentiendum ſit de aſsertione dæmonis extorta per exorciſmos, an ſcilicet faciat indicium ad torturam contra nominatum.

In qua re dicendum eſt, quod non, quia Diabolus eſt pater mendacij, ita decidit Faber. *in ſuo Cod. Fabr.lib.9.tit.de malef.& Mathem. def.*1.provt etiam cautiſſimè procedere debent Inquiſitores ex aſſertionibus exorciſtarum, nam in his materiis Exorciſtæ ſæpè falluntur, niſi ſignum aliquod efficax adducerent Homob.de Bonis *de caſibus reſeru. parte 2. capit. 2. folio mihi* 272. verſiculo *Maleficium veneficum.*

§. XXVIII.

An depoſitiones ſagarum contra ſocios valeant ſine tortura.

VVlgatiſſima regula eſt omnibus criminaliſtis 228.
nota, quod vt Socius criminis ſocium ſua depoſitione afficiat debet deponere eum iuramento, & tortura dictum ſuum confirmare, Clar. *quæſt.* 21. verſic. *Scias*, qui alios allegat, & taliter debet torqueri,quod Senatus noſter Mediolani ſub die 5.

Aprilis 1607. reſcripſit Prætori Vogoniæ, quod non
ſufficit Socium criminis prius eſſe examinatum in
tormentis, & quod de nouo iuret, ſed opus eſt,
quod de nouo poſt iuramentum deponat in tortu-
ta, & in ſuo dicto perſeueret, verba reſcripti Se-
natus apud Franciſcum Bernardinum Portum *in ſuo
faſciculo crimin. fol.* 99. hæc ſunt: *Quod autem at-
tinet ad Ferrarium planè cognominus Bugnagam il-
lum teſtem, qui in ſecundo examine Ferrarium ipſum
grauauerat de ſubornatione non potuiſſe interrogari
de ſubornatore, & cum fateatur ſe paſſum ſuborna-
tionem, faciatque propterea ſe infamem, debuiſſet
vlterius tortura ſubyci, vt purgaret infamiam, &
faceret indicium contra ſubornantem, & cum id fa-
ctum non fuerit, non potuiſſe ſuper eius dicto funda-
mentum fieri; nec Ferrarium reum conſtituere, ita-
que mandamus, vt poſt hac diligentius aduertatis, Fer-
rarium autem abſoluatis, Mediolani die* 5. Aprilis
1607. Ex quo Senatus reſcripto vtique apparet non
eſſe totam doctrinam Blanci, *de indiciis homicidij,
ad l. fin. d. quaſt. num.* 180. & 189. vbi vult ſuffi-
230. cere, quod nominatio Socij ſit facta in tortura, vel
ſtatim à reo depoſito à tortura, contra enim eun-
dem Blancum faciunt, quæ allegat Bellon. Pa-
pienſis *de his qua incontenenti fiunt, lib.* 2. *cap.* 116.
num. 3. vbi dixit non ſufficere nominationem So-
cij in tortura, niſi iterum eius nominatio in alia
tortura confirmetur.

Dubium igitur eſt, an præmiſſa habeant locum
231. in S. Officio, nam Genuenſis, & permulti alij al-
legati à P. Diana *parc.* 4. *reſol. moral. tractat.* 6. *reſo-
lut.* 10. & Souſa *in Aphoriſm. Inquiſitorum, lib.* 2.
232. *cap.* 25. *n.* 27. opinionem affirmatiuam tenet. Qui-
bus addi poteſt Hieronymus de Federicis *reſol. cri-
min.* 62 *per tot. poſt ſecundum vol. conſiliorum Farina-
cij*, vbi dicit quid in vniuerſali Romana Inquiſitio-
ne hæc quæſtio incidit in facto, & quod Eminen-
tiſſimus Cardinalis Verallos, qui tunc ſolus erat pro-
feſſionis legalis ex Supremis Inquiſitoribus in di-
cta Congregation. tenebat, quod ſocius criminis in
hoc Tribunali S. Officij non debet torqueri, quod-
que ipſe Federicus erat omnino contrariæ opinio-
nis, rationibus de quibus in dicta ſua reſolutione,
& quod tandem in dicta Congregatione ſuperuenit
Eminentiſſ. Cardin Creſcentius pariter profeſſionis
legalis, qui cum ipſo Federico tenuit eſſe omnino
ſocios criminis torquendos, cuius opinioni acquie-
uit, etiam dictus Eminentiſſimus Cardinal. Verallus.

Contrariam tamen ſententiam, quod imò in ſo-
233. ciis criminis non ſit neceſſaria tortura in hoc tri-
bunali tennerunt Simanch. *de Cath. Inſtit. tit.* 53.
num. 38. Pegna 3. *part. directorij commentario* 113. &
alij quos allegat, & ſequitur Diana *vbi ſuprà*, qui
atteſtatur ita etiam obſeruari in praxi in Sancta In-
quiſitione Hiſpana.

Ego in hac materia ſentio ſequendam eſſe con-
234. ſuetudinem vniuſcuiuſque Tribunalis Sanct. Officij;
multis enim in locis etiam in foro ſæculari de con-
ſuetudine admittuntur ſocij criminis ſine tortura, vt
dixit Cabell. *reſolut. moral. cent.* 1. *caſu* 84. *num.* 11.
& ſequent.

235. Certè in noſtra Inquiſitione Cremonæ, in qua
ſupra quatuordecim annos munere Conſultoris, &
Aduocati Fiſcalis fungor atteſtari poſſum, nunquam
ſocios criminis fuiſſe tortos ad infamiam purgan-
dam. Quod etiam pluries atteſtatus fuit perilluſtris,
& Reuerendiſſ. D. meus Abbas Aymus vir nobilita-
te, Doctrina & morum honeſtate perinſignis, ac
in noſtra Inquiſitione ſupra annos viginti-quinque
verſatiſſimus.

Et noſtra conſuetudo eam optimam habet ra-
tionem, quod cum ſocij criminis abſque vllo ti-
more torturæ admittuntur ad teſtificandum, ma-
iori cum facilitate, & libertate cauſæ fidei agi-
tantur.

§ XXIX.

De eo qui capit ſortilegium facere, ſed non perfecit.

POteſt poni exemplum huiuſce rei in ſortilego,
qui vt furtum inueniret, præparauit phialam ple
nam aqua, adoleſcentem, & candelam benedictam
quam etiam accendit, ſed non perfecit, de quo
ſortilegio ex Barbatia, Deciano & Farin. loquuti ſu-
mus *ſuprà* §. 4. *n.* 27. Ex hoc igitur facto duplex po-
teſt inſurgere quæſtio, vna eſt, an ex eo quod ſortile-
gus iſte partem ſortilegij perfecit contra eum oria-
tur indicium ad torturam quoad partem ſortilegij
non perfectam? Altera eſt, qua pœna iſte ſortile-
gus ſit puniendus? 236.

Ad vtramque quæſtionem reſponderi poteſt, ex
ſimili doctrina Inquiſitoris Canteræ *in ſuis quæſtio-
nibus criminalibus part.* 4. *concernente puniſionem cri-
minum, cap.* 1. *de hæreticis, num.* 62. vbi quærit quo-
modo ſit puniendus, qui in occidendis animalibus
vteretur cæremonia mahumetana, quæ conſiſtit in
quatuor copulatiuè. Primò enim, occiſio debet fie-
ri de aure ad aurem. Secundò, requiritur, quod
animal ponatur ad alquibliam. Tertiò, quod lux re-
maneat in capite. Quartò, quod dicatur, *Vizmele*, &
dicit, quod ſi quis reperiretur occidiſſe animal
de aure ad aurem, ſed non perfeciſſe aliàs ceremo-
nias, vtique non deberet puniri pœna ordinaria 237.
delicti, ſed alia extraordinaria. Quinimò dubitat an
indicium quod reſultat ex illa parte delicti facta ſit
ſufficiens ad torturam, quoad partes delicti non
factas, niſi ait Cantera ille, qui occidit animal
eſſe de genere Maurorum, vel ſi aliundè probare-
tur eam cæremoniam ſic occidendi animalia eſſe
cæremoniam Mahumetanam, & *ibi in fine dicti
numeri* addit ſe vidiſſe ſic obſeruari, prout, & 238.
num. 63. *in finem* verſiculo, *Dixi ſuprà circa cære-
moniam*, ait, quod ſi quis omnes illas cæremo-
nias ſic vt ſupra adhibuiſſet in animali mortuo,
vtique non puniretur pœna ordinaria dicti deli-
cti, quia non eſſet vius dictis ceremoniis in anima-
li viuo, ſed pœna extraordinaria, & ſic in Inqui-
ſitione Murtiæ ipſo ibi Inquiſitore fuiſſe iudicatum,
atteſtatur.

Ego autem, vt in hac materia quantum attinet
ad ſortilegia, & præcipuè ad exemplum ſupra pro-
poſitum liberè dicam quod ſentio circa punitio-
nem iſtius Sortilegi, qui ſortilegium illud non
perfecit: aſſentior Canteræ, ita tamen vt Inquiſi-
tores diligenter animaduertant, an in parte ſorti-
legij perfecta aliquid ſit commiſſum, quod hære-
ſim ſapiat manifeſtam. Nam tunc, quoad torturam
ſuper intentione, & abiurationem expediendus eſſet
ſortilegus eo modo quo diximus expediendos eſſe
ſortilegos hæreticales, ſed de hac re videnda ſunt
quæ infrà diximus. 239.

Quo verò ad alteram quæſtionem, an indicium
reſultans ex dicta parte ſortilegij perfecta ſit ſuf-
ficiens ad torturam, quoad partem ſortilegij
non perfectam? Ego ſine vlla diſtinctione ar-
bitror indicium illud eſſe ſufficiens ad tortu-
ram. Monet me deciſio Sacræ Congregationis
ſæpius

ſæpius *ſuprà* allegata de illo Doctore aliàs bonæ famæ, qui ex eo, quod penes ſe repertus fuit habere pentaculum, tortus fuit ſuper eius vſu, igitur multò magis torquendus erit ſuper vſu totius ſortilegij, qui partem tantum ſortilegij perfecit. Ad hoc idem faciunt quæ dixi §. 14. *num.* 64. & vulgata praxis Sancti Officij ſecundum quam habentes penes ſe libros, & ſcripturas continentes ſortilegia hæreticalia torquentur ſuper vſu, & certè de vna parte intrinſeca vnius totius integralis faciliùs arguitur ad aliam partem, quàm de vna re extrinſeca, vt puta vno pentaculo, vel ſcriptura continente ſortilegium arguatur ad ſortilegij vſum.

§. XXX.

An, & quomodo Sortilegi debeant abiurare.

140. SOrtilegos eſſe de hæreſi ſuſpectus in confeſſo eſt apud omnes DD. Sed an potius de vehementi dubitari poteſt hoc loco, & hoc neceſſariò præmittendum eſt vt ſciatur quænam abiuratio Sortilego ſit iniungenda cum illa ſecundum qualitatem ſuſpicionis iniungi ſolet.

141. Ante omnia tamen ſupponendum eſt Iudices violatæ religionis, non facilè credere debere, hunc, vel illum eſſe vehementer de hæreſi ſuſpectum, quia in hoc, vel illo auctore, reperiant ex tali, vel tali cauſa oriri vehementem ſuſpicionem, nam qualitas perſonarum, & circunſtantiæ cauſarum diligenter ſunt conſiderandæ, ex his namque augetur, & minuitur ſuſpicionis gradus, imo aliquando in totum omnino tollitur hæreſis ſuſpicio. Ita Pegna *in direct. Inquiſit. parte ſecunda, comm.* 81. verſ. *Poſtremò vnum hoc*, & latiùs *comm.* 3. *p.* 2. vbi de præſumptione oriente ex retentione librorum prohibitorum, Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neapol. c.* 18. *num.* 12.

Supponendum eſt ſecundo loco, quod abiurationi ob hæreſis ſuſpicionem non poteſt eſſe locus, niſi conſtito plenè, & concludentes, non autem præſumptiuè ſolum de facto, ex quo prætenditur oriri hæreſis ſuſpicio, aliàs enim præſumptio, ex præſumptione oritetur contra regulam *l.* 1. *Cod. de dot. promiſſ.* Rot. *deciſ.* 800. *num.* 17. *par.* 1. *diu.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 131. *in octaua declaratione*, & hoc bene notandum eſt etiam in omnibus aliis delictis ad hoc Sanctum Tribunal pertinentibus: his ſuppoſitis.

142. Quoad ſortilegia hæreticalia clarum eſt ea regulariter loquendo parere ſolere vehementem hæreſis ſuſpicionem, ita Alphonſ. à Caſtro *de iuſta hæreticorum punitione lib.* 1. *cap.* 15. verſ. *vt autem hoc apertius, fol. mihi* 80. vbi quod adhibere res ſacras in ſortilegiis, apertam, & violentam præbet hæreſis ſuſpicionem, quia nullus illas res ad maleficia adhiberet, niſi crederet, illa ad ſimilia opera exercenda aliquam vim habere, talis autem credulitas aperta eſt hæreſis, optimè Pegna *ad directorium part.* 2. *comm.* 67. verſ. *Item illa ſortilegia* Praxis Archiepiſcopalis Genuenſ. *cap.* 18. *num.* 11. verſ. *Admiſcentes Sacramenta*, & verſ. *Item illa ſortilegia*, & verſ. *Item inuocare dæmones*, Zanardus *in ſumma diuinorum præceptorum part.* 1. *cap.* 5. Rubr. *de fide* verſicul. 16. *dico*, *& part.* 2. *cap.* 64. verſicul. 3. *ſortilegium.*

143. Sed hic dubitari poteſt, an Inuocantes dæmonem, abſque cultu aliquo, imo verbis imperatiuis, ſine abuſu Sacramenti, Sacramentalium, rerum ſacrarum, & verborum ſacræ ſcripturæ ad ea obtinenda quæ eius naturalem poteſtatem non excedunt, ſint de hæreſi vehementer ſuſpecti. In qua re

Simanch. *de Cat. Inſt. tit.* 21. *n.* 13. ait contra hos inuocatores poſſe procedi, vti contra ſuſpectus de vehementi de hæreſi.

At melius Pegna *ad direct. p.* 2. *comm.* 68. verſ. *Simanch.* contrarium ſenſit de inuocationibus illis, in quibus interueniunt ea quæ dixi *in tit. dubij in fin.* tamen multum conſiderandam animaduertit qualitatem perſonæ, ex qua ſuſpicio ſolet augeri, vel minui, & Pegnam ſequuntur *ſuprà* relati *in propria quæſtione de inuocantibus dæmones* verſ. 4. *concluſio.* Quibus nunc addo Leon *in Theſauro fori Eccleſiaſt. p.* 3. *c.* 36. *n.* 10. verſ. *Illa enim Sortilegia.*

Praxis igitur contra hos ſortilegos hæreticales ſeruanda, talis eſt, vt diligenter interrogentur, an crediderint dæmonem v.g. poſſe creare hominem, poſſe cogere hominis voluntatem, &c. vel res ſacras, & ſacramentales, & verba ſcripturæ habere ex ſe vim, ad inueniendum theſaurum, &c. quod ſi cum pertinacia affirmatiuè reſpondeant, vt hæretici ſunt puniendi, ita Alphonſ. à Caſtro *de iuſta hæretic. punitione lib.* 1. *cap.* 15. *circa finem*, Zanardus *dicto c.* 64. verſ. *Et de formali ſi hæc contendant, part.* 2. Pegna *in* 2. *p. comm.* 59. verſ. *quod ſi non comparuerint in fin.* 244.

dixi, cum pertinacia, quia ſi mulier v.g. interrogata, an crediderit dæmonem in ſortilegio ad amorem poſſe amaſiæ cogere voluntatem, reſponderit affirmatiuè, non ob id ſtatim cogenda erit ad abiurandum de formali, ſed ſufficit ſi cogatur ad abiurandum de vehementi, dummodo parata ſit corrigi, quia ſimplicitas mulieres excuſat, ita Alphonſ. à Caſtro *de iuſta hæreticorum punitione lib.* 2. *cap.* 15. maximè cum articulus libertatis arbitrij, non ſit ex articulis notiſſimis omnibus, prout eſt articulus Incarnationis, &c. præterquam quod, illa reſponſio mulieris poſſet exponi de coactione morali, iuxta vulgatum dictum, *cogit ſua quemque voluptas*, non de coactione phyſica.

Quod ſi credulitatem negent, & Catholicam ſeſe intentionem habuiſſe affirment, torturæ ſubiiciuntur, in qua ſi etiam Catholicè reſpondeant, coguntur abiurare de vehementi, Pegna *ad director. p.* 2. *comm.* 67. verſ. *Item illa ſortilegia in fin.* P. Zanard. *dicto capit.* 64. verſicul. *contra ſortilegos enim hæreticantes* Genuenſ. omnino videndus *cap.* 68. *praxis Archiepiſcopalis Neapol. num.* 8. verſ. *Si verò aliquis eſt ſuſpectus*, quam ſequitur Farin. *de hæreſi. q.* 179. *num.* 59. verſ. *Quod ſi factum*, & ad hoc faciunt notata per Pegnam *ad direct.* 2 *p. comm.* 59. verſ. *Quod ſi non comparuerint.* 245.

Et hæc habent locum, quo ad ſortilegos, qui ſortilegiorum vſum faterentur, vel de eo eſſent conuicti; ſed ſi vſum negarent, de illo tamen ſuſpecti, vel ob retentionem librorum, & inſtrumentorum magicorum, vel ſcripturarum ſortilegia hæreticalia continentium, tunc circa iſtos ſeruari debet, quod ſupra dixi *in quæſt. de tortura ſortilegis danda*, verſ. *& ſi ſuper vſu torqueretur, & in quæſt. de indic. contra ſortilegos.* verſ. *Primum indicium.*

Quoad ſortilegos verò ſortilegia non hæreticalia committentes, dicendum hos eſſe ſuſpectos de leui de hæreſi, ita DD. *ſupr.* alleg. quibus adde Zanardum *in ſumma diuinorum præceptorum tom.* 2. *c.* 134. verſ. *de leui verò habebuntur ſuſpecti*, Rubr. *de abiuratione de leui, & de vehementi fol. mihi* 743. 246.

Colligitur etiam hoc ex modo loquendi antiquorum Doctorum ante Bullam Sixti V. iſti enim indiſtinctè docent ante dictam conſtitutionem ad

Inquiſitores ſpectaſſe ſortilegia ſapientia hæreſim manifeſtam, ita Canoniſtæ in capitul. *Accuſatus, §. ſanè de hæreticis in 6.* vbi Modernus Barboſa, ex quo modo loquendi innuere voluut Doctores, dari alia ſortilegia non ſapientia hæreſim manifeſtè, ſed tacitè tantùm, & quæ ad iuriſdictionem Inquiſitorum olim non ſpectabant; huiuſmodi autem ſortilegia vtique ſunt ſortilegia ſimplicia, & hanc opinionem clarè videtur approbare etiam P. Diana *reſolut. moral. part. 4. tract. 7. reſolut.* 10. verſ. *Clarè igitur*, vbi canonizat Zanardum *loco ſuprà citato.*

Non obſtat ſi dicatur quod Aſtrologi iudiciarij non ſunt ſuſpecti de hæreſi, igitur, nec ſortilegi ſimplices, quia in eadem conſtitutione Summus Pontifex concedit facultatem Inquiſitoribus procedendi contra iſtos ſortilegos, & aſtrologos.

Quia Aſtrologi iudiciarij aliquando ſunt ſuſpecti de hæreſi, & aliqui ex eis coacti fuerunt abiurare de leui vt *infrà* videbimus.

247. Sed quoniam ad diluendam hæreſis ſuſpicionem, tria ſunt in Sancto Officio prodita remedia, ſcilicet, purgatio canonica, tortura, & abiuratio vel de leui, vel de vehementi, vti annotauit Pegna *ad Director. parte 3. comm.* 39. verſiculo, *Quare in hoc articulo*, ideo videndum nunc eſt quomodo ſuſpicio hæc tolli debeat, & quidem quo ad purgationem.

248. Leonardus *in Theſauro fori Eccleſiaſtici, parte 3. cap. 37. de Crimine hæreſis, num.* 15. verſ. *& caſu quo*, in ea fuit ſententia, vt diceret, quod vbi nobiles, & probi viri reperiuntur ſuſpecti leuiter de hæreſi, tunc ipſi non ſunt cogendi ad abiurandum de leui, ſed eis debet indici canonica purgatio, & ad hoc allegat Eymericus *in Directorium Inquiſitorum, quæſtione quadrageſima ſexta, num.* 9. qui tamen nihil de hac re.

249. Sed quoniam purgatio canonica fragilis, fallax, & incerta eſt, ideo melius eſt ad alia remedia, & ad alias pœnas arbitrarias confugere, vt notauit Pegna *ad Directorium, parte 2. comm.* 14. verſ. *Cæterùm animaduertendum*, & Farinac. *de hæreſi, quæſt.* 194. *num.* 64. *in fin.* vbi etiam atteſtatur, in Supremo Senatu Sacræ Romanæ Inquiſitionis generalis purgationem hanc ab aula iam fere receſſiſſe, ita vt non niſi rariſſimè indici ſoleat, quod etiam in Hiſpaniis obſeruari colligitur ex quadam Madrilaua Inſtructione anni Domini 1561. cap. 47. cuius verba refert Pegna *loco citato.*

250. Zanardus *in ſumma diuinorum præceptorum tom. 2. cap. 64. de pœna mortis ſortilegorum*, verſicul. *Huic difficultati, fol. mihi* 367. ait (ſaluo ſemper Sanctæ Matris Eccleſiæ iudicio) Hoſce de leui ſuſpectos non eſſe cogendos ad abiurandum de leui, ſed ſuſpicionem illam poſſe, & debere eos purgare leui tortura. Mouetur, tum quia ſortilegium, non hæreticale non eſt factum de ſe hæreticum, ergo non inducit ſuſpicionem hæreſis, quia non entis nullæ ſunt qualitates, tum quia (dato quod pactum tacitum cum dæmone, ratione cuius ſortilegium non hæreticale, reddit ſortilegum de hæreſi leuiter ſuſpectum) id præſtare poſſit, negari tamen non poteſt, quin hæc ſuſpicio ſit remota, & ideo per torturam poſſit purgari.

251. Verùm hæc Zanardi opinio in quantum voluit leuiter ſuſpectum non debere ſuſpicionem purgare, per abiurationem de leui, eſt falſa, tum ex *infrà* dicendis, tum ex diſpoſitione textus capit. *Accuſatus in princip. de hæreticis, in 6.* vbi interrogatus Papa, an qui hæreſim in Iudicio abiurauerat, & poſtea reincidit in ipſa, cenſeri debeat Iuris fictione hæreticus relapſus? Reſpondit quod vel abiurauit vti vehementer ſuſpectus, & tunc cenſeri debet relapſus, vel vti tantummodò leuiter ſuſpectus, & ſic non: ex quo colligitur Papam approbaſſe factum illud, quo abiuratio leuiter ſuſpecto fuit iniuncta, tum denique quia fruſtra abiuratio de leui fuiſſet introducta à Iure, quæ ad nihil aliud deſeruit, niſi ad purgandam leuem hæreſis ſuſpicionem, vt lat iſſimè notauit Pegna 3. *part. direct. comm.* 40.

252. Neque obſtant argumenta Zanardi, nam ſi primum illud eſſet verum, ſequeretur ex ſortilegiis non hæreticalibus nunquam oriri poſſe leuem hæreſis ſuſpicionem, quoniam horum ſortilegiorum natura eſt, quod non contineant, nec dictum, nec factum hæreticale, aliàs eſſent ſortilegia qualificata, quod tamen notoriè falſum eſt.

Neque obſtat ſecundum, nam non nego ſuſpicionem illam non poſſe tolli per torturam, ſed dico poſſe etiam, imo potiùs debere tolli per abiurationem de leui, & ideo

253. Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neapolitana, cap. 68. in nouiſſ. & capit. 84. in antiquis, num. 8.* verſ. *Quando reperitur quis ſuſpectus leuiter*, dixit quod taliter ſuſpecto, ex communi praxi Sancti Officij ſolet imponi pœnitentia ſalutaris, & abiuratio de leui, quoniam regulariter (ait ipſe) talis ſuſpectus non torquetur.

Et licet auctoritas Genuenſ. in hac re maxima ſit, cum *in fin. dict. cap.* atteſtatur totam illam praxim procedendi in cauſis Sancti Officij fuiſſe exceptam ex litteris Sacræ Congregationis Sancti Officij de Vrbe ad Curiam Neapolitanam, in diuerſis cauſis, tranſmiſſis, attamen confirmari etiam poteſt, ex fine ob quem abiuratio de leui fuit introducta, qui eſt, vt tollatur leuis hæreſis ſuſpicio, Eymericus *in Directorio Inquiſitor. parte 3. in quarto modo terminandi proceſſum in cauſa fidei.*

Confirmatur ſecundò, ex text. in dicto cap. *Accuſatus in princip. de Hæretic. in 6.* per quem text. Eymeric. *in Director. part. 2. quæſt.* 55. *num.* 10. dixit quod leuiter ſuſpecto indici debet, vel purgatio canonica, quam *ſuprà* in conſuetudinem abiiſſe probaui, vel abiuratio de leui, quod idem etiam docuit, ex dicto cap. *Accuſatus. in princip.* Scaccia *de Iud. Ciuil. crimin. & hæret. lib. 2. capit. 59. num. 11. in principio*, & Farinac. *de hæreſi, quæſt. 187. num.* 29. & 11.

254. Quo ad facientes verò iudicia circa natiuitates hominum contra Bullam Sixti V. vbi aſtrologia iudiciaria prohibetur, etiam ſi Aſtrologi ſe certò prædictiones illas minimè facere affirment.

Notandum ex Zanardo *in ſumma diuinorum præceptorum tom. 1. cap 5. de Fide*, verſ. *Primò Sortilegus, ſeu diuinator*, quod ſi Aſtrologus dixerit ſe prædixiſſe ſolummodò pro quanto Aſtra poſſunt inclinare, non video quomodo iſte talis poſſit cogi ad abiurationem, nam omnes Philoſophi, & Theologi fatentur Aſtrologiam eſſe ſcientiam corpora cœleſtia agere in hæc inferiora, in corpus quidem directè, in animam verò indirectè, vti tradit etiam Diuus Thomas, *parte 1. quæſt.* 115. vnde cùm ex ſe rem indifferentem geſſerit, non eſt cur ei indici poſſit abiuratio, vel abſolutio ab excommunicatione.

Quia tamen, talis ex facto ſe reddidit ſuſpectum, iudicio Inquiſitoris ſubdetur, quoad inueſtigationem credulitatis.

Si verò interrogatus ſuper credulitate aſſereret ſe tenere cum pertinacia Aſtra poſſe directè agere in voluntatē, tunc vti hæreticus, & hæreticorum pœ-

nis eſſet iudicandus,& puniendus, vide Zanardum *loco citato.*

Vide Souſam *in Aphoriſmis Inquiſitorum, lib.* 1. *cap.*48.*num.*15.vbi ait, quod qui aliquem effectum liberum ab hominum voluntate pendentem prædicit, licet dica ſe id certun non affirmare, attamen ab Inquiſitoribus puniri poteſt,ad eorum arbitrium; vide etiam Dianam *tractat. 7 reſolut.*1-.*parte*, *reſolut.moral.*verſ.*vnde in Inquiſitione Hiſpana*, vbi atteſtatur in ea Inquiſitione quemdam Clericum,qui prædixit tempus, genus, & modum mortis Regis Francorum, vt poſtea euenit abiuraſſe de leui,fuiſſe ſuſpenſum ab Ordinibus, priuatum beneficiis, & à tota Hiſpania exulatum, & eodem tempore (ait) alium etiam Clericum abiuraſſe de leui, fuiſſe reclusum in Monaſterio per annum, & pœna pecuniaria mulctatum.

§ XXXI.

De pœnitentiis ſalutaribus, & aliis pœnis Sortilegis imponendis.

156. QVod pœnitentias ſalutares ſicut in aliis criminibus, ita etiam in hoc crimine ſolent pœnitentiæ ſalutares iniungi, ieiunia, orationes, peregrinationes, &c.

157. Quo verò ad alias pœnas, loquendo de ſortilegiis hæreticalibus ad necem, ex quibus aliquis re vera mortuus ſit, iſti tradendi ſunt brachio ſæculari, ita Martinus Delrius *diſquiſitionum Magicarum libro* 5. *ſectione* 16. verſicul. *Si mors*;& nouiſſime ita decreuit Gregor.XV.in ſua Conſtitutione incipiente *Omnipotentis Dei* ad cuius Conſtitutionis Gregorianæ materiam quo ad traditionem, Brachio ſæculari, quæri poteſt, an ſi conſtet de maleficio, & febre maligna ſubſequente, ac poſtmodum de morte, mors tribuenda ſit maleficio, ad effectum puniendi maleficum pœna dictæ Bullæ. In qua te dico, quod cum habeamus maleficium præcedens, & febrem malignam ſubſequentem (niſi euidenter conſtet febrem ex maleficio ortum habuiſſe) mors febri, vti cauſæ proximiori tribuenda eſt, non remotiori, pulcherrimus ad hoc eſt textus, *in lege huic ſcripturæ*, § *ſi ſeruus. ff ad legem Aquiliam*, vbi conſtabat ſeruum lethaliter vulneratum, & poſt vulnus ſuperuenerat naufragium, dici ibi, Iuris conſult. non poſſe agi de occiſo contra vulnerantem, quia ſeruus præſumitur mortuus ex naufragio, vti ex cauſa proximiori.

Confirmantur prædicta, ex duabus pulcherrimis Rot.deciſ.220 & 229.inter Deciſiones Eminentiſſimi Cardinalis Canal. contracta fuerat ſocietas, ſuper periculo vitæ, cuiuſdam fœminæ, excepto caſu partus, mulier hæc fuit prægnans, deinde in quinto menſe correpta fuit febre maligna cum morbillis, & die decima quarta, quæ critica eſt, fecit abortum cum effuſione magna ſanguinis, & poſt ſeptem horas mortua eſt, decidit ibi Rot. quod mulier cenſetur obiiſſe ex abortu, vt ex cauſa proximiori, & quamuis inquit Rot. *ibi*, *num* 4. potuerit febris eſſe cauſa abortus, cum, vt dicit Zachias *in ſuis quæſt medico-legalibus tit. q* 44. *num.* 85. *l.*1. febris acuta ſoleat partum interimere, vel corrumpere, attamen ait Rota de hoc non eſt curandum quia febris eſt cauſa abortus æquiuoca,igitur idem concludendum erit in caſu noſtro, quod ſcilicet mors intelligitur cauſata à febre acuta, & maligna, cum ex ea, vt plurimum ſoleat mors ſubſequi, non ex maleficio, quod febris cauſam fuiſſe non probatur, & illius cauſa eſſe non poteſt, niſi æquiuoca.

Si verò ex ſortilegio illo infirmitas tantum, impotentia generandi, damnum notabile, in animalibus vel fructibus prouenerit damnantur Sortilegi ex dicta conſtitutione ad pœnam perpetui carceris, quoad alios verò ſortilegos etiam hæreticales, condemnari debent ad triremes per ſeptennium, vel quinquennium ita Zanard.*in ſumma Diuin pracept. p.*1*.cap.*5 *de fide* verſ. *Quintò ſe eis ſubiiciendo*, vide Delrium *diſq. Magic. lib.*5*.cap.*16. & Zanardum.*in ſumm.Diuinor.pracept.cap.*64.verſ.*Ideo aduerte.*

Mulieres verò fuſtigari debent etiam plures,cum exilio perpetuo à Diœceſi, ita Faber, *in ſuo C. Fabr.*19.*tit.*12.*de malef.& mathem.definitione prima, & ſecunda.*

Ita tamen quod relegentur in aliqua Ciuitate, vbi adſit S.Officium cui teneantur ſe ſingulis menſibus præſentare, vt ab eo, & eius officialibus poſſint obſeruari, *an ambulent in luce vel in tenebris*, Quamuis enim publicè interſit Prouincias malis hominibus expurgari, *l.*3 *de officio Præſidis*, ibi, *nam in mandatis Principum eſt, vt curet is qui prouinciæ preeſt, malis hominibus prouinciam purgare, nec diſtinguitur vnde ſint.* Attamen hoc, ita agendum eſt in cauſis ad S. Officium ſpectantibus,vt prouincia purgetur, & animarum ſaluti conſulatur ac aliæ prouinciæ huiuſce delictorum generibus non inficiantur.

Et ex hac perpetua, vel temporali carceratione, occurritur malo, quod ex ſimplici exilio iſtis mulieribus indicto oriri dicebat Præſes Abauo *in ſua praxi Criminali in* §.*Sortilegium*, *n.*98.quod ſcilicet detur occaſio eis maleficia ſua continuandi & alias Catholicas Prouincias peſtifero hoc veneno inficiendi.

Quo verò ad eas mulieres, quæ in ludis diabolicis euntes à fide apoſtatarunt, Imaginem Chriſti conculcauerunt, cum dæmone nefarios coitus habuerunt,iſtæ puniendæ ſunt pœnis Apoſtatarum, & gratias de hoc agere debent Iudicibus violatæ religionis, quia à Iudicibus laicis hæ mulieres, in iis regionibus, in quibus Iudices in huiuſmodi crimine procedunt, ſolent damnari ad mortem, vt plures Senatum Sabaudiæ obſeruaſſe atteſtatur Faber. *in ſuo C.lib.*9*.tit.de malef.*& *mathem. defin.* 2. & Senatum Dolanum docet Griuel.*deciſ.*33.*ſuprà alleg.*

Et in noſtra Ciuitate Cremonæ, quædam talis mulier poſt fuſtigationem fuit perpetuo carceri damnata, cum aliis pœnitentiis, de more huiuſce tribunalis imponi ſolitis, vt conſtat ex votis manuſcriptis Reuerendiſſ. D. Marci Ant.Amid.olim Præp. S.Agathæ Crem & Conſultoris S. Officij *tom.* 1. eius votorum apud me exiſtentium, voto octauo.

Dubitari etiam iure merito poteſt quomodo puniendæ ſint hæ mulieres quæ in ludis diabolicis à fide apoſtatantes abiurauerunt, ſi relabantur.

In qua re Ferdin.de Caſtro Palao *in ſuo opere morali tract* 4.*diſp.*8.*punct.* 16.§.7.*num.*3.ait, quod in Hiſpania, ex inſtructione Madritiana decima quarta edita anno 1613.iſtæ Lamiæ admittuntur ad reconciliationem & bis, & ter, & quod ita fuit practicatum in Inquiſitione Logronenſi.

Verùm ego conſulo occurrente caſu DD. Inquiſitoribus, quod ad Supremum Tribunal Vrbis recurrant, ab eoque reſponſum expectent, quia verè dictæ mulieres de iure iudicandæ eſſent vt relapſæ, ad ea, quæ diximus *ſuprà tit.* 2.§.5.Et quæ tradidit Caſtro Palao procedunt ex ſpeciali conſuetodine Hiſpaniæ.

Sortilegis verò non Hæreticalibus vtplurimum
258. debent tantum dari pœnitentiæ ſalutares, vt dixi
ſuprà ex Genuenſ. *in praxi c.* 68. *num.*8.licet etiam
aliquando ſoleant eis imponi aliquæ pœnæ pecu-
niariæ, vel pœna carceris per aliquot menſes, vel
pœnitentia publica leuis, vt quod ſtet præ foribus
Eccleſiæ in die feſto, Zanard. *in ſumm.diuin. precept.*
*p.*2.*c.*134.verſ.*Tertiò differunt.*

Quid autem ſentiendum ſit de eo qui iactauit ſe
259. plura experimenta, & ſortilegia exercuiſſe, breuiter
dic, quod ſi conſtet de ſola iactantia ob eam ſo-
lam grauiter debet puniri, text.eſt in cap.quam ſit
graue, de excellibus Prælatorum, vbi Canoniſtæ,
& Modern. Barboſ. *num.* 5. arbitrio tamen Iudicis
iuxta in hac materia cumulata per Menoch.*de arbitr.*
*Iudic.Cent.*4.*caſu* 331.diligenter tamen interrogandi
ſunt teſtes, an verè reus dixerit ſe plura ſortilegia
exercuiſſe per modum iactantiæ, nam ſi non per
modum iactantiæ illud dixiſſet, fortaſſe verſaremur
in terminis confeſſionis extraiudicialis Rei quæ
cum regulariter faciat ſemiplenam probationem ſuf-
ficeret ad torturam, Pegn.*comm.* 110.verſ. *ergo præ-*
ter, *p.* 3. Giurba, alios latiſſimè cumulans, *conſ.*
87.*num.*20.

Ex quibus colligitur, quid ſit dicendum de illa
quæſtione ſæpiùs agitata inter Doctores, quam
ſcilicet probationem faciat confeſſio extraiudicialis,
in qua ad ſunt contraria dicti Innocentij in cap.*In-*
quiſitionum de electione, & in cap.*interpoſita de ap-*
pellationibus quæ dicta conſiliare voluit Abbas in
cap.at ſi Clerici, *n.*16.17.de Iudiciis.

Vera enim diſtinctio in hac materia eſt, quod vel
confeſſio extraiudicialis v.g. Adulteria adducitur ad
probandum crimen adulterij, & tunc facit tantum-
modò indicium quod cum ſit à delicto remotum
vtique vt legitimum ſit debet probari per duos te-
ſtes conteſtes omni exceptione maiores iunctis aliis
requiſitis de quibus Menoch.*de præſumption.lib.*1.*q.*
89.& Giurb.*loco allegato*, cum aliis per nos allega-
tis *tertia parte huius operis in peculiari titulo de in-*
diciis, *& tortura.*

Vel confeſſio extraiudicialis allegatur ad proban-
dum nouum delictum, ſcilicet ad probandum ia-
ctantiam de delicto, & tunc illa confeſſione plene
probata illud quoque nouum delictum intelligitur
plenè probatum, & in his terminis procedit text.
in dicto cap. quam ſit graue de exceſſibus Prælato-
rum, vbi Papa ex confeſſione extraiudiciali cuiuſ-
dam Clerici adulteri, eum priuauit omnibus bene-
ficiis Ita bene diſtinxit Rot.*deciſ.*1.*de confeſſ in nouis*,
& late Doctus Cantera *in ſuis quæſt criminalibus*, *cap.*
2.*de probat.per teſtes quæſt.*1.*num.*21.*& ſeq.*

§. XXXII.

An Maleficus virtute Bullæ Gregorij XV. poßit tradi brachio ſæculari, ex indi- ciis indubitatis.

260. SVpponendum hoc loco, illa dici indicia indu-
bitata quæ mouent animum Iudicis ad neceſſa-
riò credendum reum tale delictum commiſiſſe, ita
vt ex illis animus Iudicis violentetur, ac neceſſite-
tur ad ita credendum, nec poſſit ad aliud trahi, ita
Inquiſitor Cantera, qui alios allegat *in ſuis quæſt.*
crimin.titulo de probation. cap. 2. *quæſt.* 6. *num.* 1.
in fin

261. Hoc ſuppoſito, quæſtio propoſita pendet ab
ea inſigni iuris controuerſia, num ex indiciis indu-
bitatis poſſit quis ad mortem damnari circa quam
videndi ſunt Cantera *vbi ſuprà*, Fachin. *controuerſ.*
Iur.lib. 1. *cap.*19. Cæual. *in ſuis communibus contra*
*communes quæſt.*357.Ioan.Matienz.Iun.qui latè arti-
culum pertractat in ſua repetit. cap.*afferte mihi gla-*
*dium.num.*95.*& pluribus ſeqn. de præſumpt.* Gregor.
Lopez qui alios Doctores antiquos allegat *in l.*26.
*titul.*1.*gloſſ.*4 *partit.*7 Franc.*deciſ Regn.Neapol.* 372.
Merlin.*deciſ.Rot.Lucenſ.*14.& D.Ang. Stephan. Ga-
ron, inter I.C. noſtri temporis eruditiſſ.ad titul. no-
ſtrarum Conſtitutionum Mediolani, de iure fiſci *art.*
36.*num.*7.*& ſequent.*

Ego ex omnibus iſtis Doctoribus recolligendo
ea, quæ in Tribunalibus præſertim ſupremis pra-
cticantur, arbitror diſtinguendum eſſe inter delicta
occulta, ac difficilis probationis, & non occulta,
ac facilis probationis, inter Iudices inferiores, &
tribunalia ſuprema, inter pœnam mortis, & alias
pœnas etiam corporales, vt fuſtigationis, & tri-
remium, ac pœnas pecuniarias

In delictis non occultis verior eſt concluſio, 262.
quod ex indiciis etiam indubitatis non poſſit quis
pœna corporali puniri, ita Caſtrenſ.*in vulgato conſ.*
299.*num.* 3.*part.* 2.vbi, quod ita in facto obtinuit,
Gandin. & alij allegati à Gregorio Lopez *loco ci-*
tato.

Cum autem ſumus in delictis atrocibus occultis, 263.
& difficilis probationis, quale eſt crimen ſortilegij,
quod præ manibus habemus adhuc arbitror diſtin-
guendum.

Nam aut ſumus in Iudicibus Supremis, vt eſt
Sacra Cong. Vrbis Romæ, & tunc certum eſt in
hoc delicto, & aliis ſimilibus puta hæreſis &c.poſ-
ſe ex indiciis indubitatis deueniri ad pœnam corpo-
ralem, etiam mortis.

Sic magna curia Regni Siciliæ quendam homi-
cidam, ex indiciis indubitatis poſt grauem torturam,
damnauit ad triremes per ſeptennium apud Marium
Muram *deciſ.*37.*n.*27.*& ſeq.*

Sic Senatus Pedemontanus ex iiſdem indiciis
damnauit matrem ſuſpectam parricidij in pœnam
fuſtigationis, & exilij apud Theſ.*deciſ.*13.*n.*4.

Sic in Regno Neapolitano per Sacrum Conci-
lium damnati fuerunt plures ad triremes ex ſolis vio-
lentis, & indubitatis indiciis, Franc. *deciſ.*372.*&*
*deciſ.*538.*num.*17.bene Ioan.Dominicus Taſſonus *in*
Pragm de antifato verſ 12. *Obſer.*2.*n.*2. vbi, quod de
anno 1606 quædam mulier imputata de homicidio
viri ex indiciis indubitatis fuit damnata ad mortem,
& quod Card. Zapata de anno 1621.decreuit per
pragm.ſpecialem, quod ex iudiciis indubitatis poſ-
ſent Iudicem ad mortem damnare, & ibi allegat P.
Marquez *in ſua Politica deducta ex Hiſt. Moyſis*, *&*
*Ioſue lib.*1.*cap.*17.*circa principium* verſiculo, *deue-*
re notar a qui, *que los Indicios*, qui omnino videa-
tur, quia egregiè loquitur in hac materia.

Sic in Senatu Dolano ex iiſdem indiciis indubi-
tatis, de quibus in Aresto impreſſo in fine illius de-
ciſ. reus homicidij, & latrocinij damnatus fuit ad
mortem naturalem.

Sic Senatus noſter Excellentiſſ. Mediolani ſub
die 16.Nouemb.1618. damnauit ad mortem natura-
lem quendam Paulum de Villa Murinenſem, qui
ſolis indiciis indubitatis de homicidio vrgebatur, vt
refert D.Garon.*vbi ſup.num.*15.verſ.*Certè ſit verum*,
amamus, & de generali obſeruantia eiuſdem Sena-
tus reos in pœnam ordinariam mortis condem-
nandi ex dictis indiciis, atteſtatur Bellon. Papienſ.
eiuſdem ordinis Senator.recolend. mem. *lib.* 2.*de*
*his quæ fiunt incontinenti cap.*115.*num.*10.

Sic

Sic Iudices Regiæ Audientiæ Regni Aragonum in delictis atrocibus, & difficilis probationis ſolere reos ex indiciis indubitatis ad mortem damnare atteſtatur Portoles *ad repertorium Molini, ſuper ritibus, & obſeruantiis Regni Aragonum, tom. 3. §. indicium, num. 7. & ſequentibus*, vbi plures deciſiones illius Senatus refert in hac materia.

Sic tandem in foro Valentino obſeruari ab illo Senatu atteſtatur Morla *in Emporio iuris part. 1. titul. 11. n. 15.* & in toto Regno Portogaliæ, Souſa *in quaſt. vnica de teſtibus ſingularibus in cauſa fidei poſt eius Aphoriſmos Inquiſitorum ſect. 2. num. 21.*

264. Si verò ſimus in Iudicibus inferioribus, tunc verius arbitror eos non poſſe ex indiciis indubitatis damnare quempiam ad pœnam ordinariam mortis naturalis, & ſic neque punire poterunt maleficum de quo nunc agimus virtute d. æ Conſtitutionis Gregorij XV. in pœnam ordinariam vltimi ſupplicij, ſed bene poterunt eum torquere, vel ad aliam pœnam extraordinariam etiam corporalem deuenire. & in hoc caſu ſentio locum habere poſſe traditiones illorum Doctorum qui voluerunt generaliter Iudices ab inere debere ab vltimo ſuplicio, cum reus ſolis violentis præſumptionibus vrgetur, Innocent. in capitulo. *Quia veriſimile, num* 2. verſ. *Nota tamen, de præſumptionibus*, Ludouic. Ghilauſen. *in ſuo arbore iudicial. crimin. capitulo* 6. *parte* 4. *de præſumtio. num.* 1-6. vbi Farinac. & alios allegat Fachin. *conſil.* 1 a *num.* 4. *vol.* 1.

An autem in iſto caſu debeat Iudex ad torturam deuenire, vel potiùs extra ordinem punire, Ludouicus Ghilauſen, *vbi ſuprà, num.* 48. cum Farinac. & aliis ibi allegatis rectè arbitratur poſitum hoe eſſe in arbitrio iudicare debentis contra Fachin. *qui in alleg. uo cap* 29. *ſuarum controuerſiarum lib.* 1. acertime ſuſtinet Iudices in hoc caſu omnino debere reos torquere, plura de hac re videat benignus lector apud Farinac. *qu ſt.* 36. qui tamen ferè nullos, ex auctoribus per nos citatis allegat, videri etiam poteſt Diana *parte* 4. *reſolut moral tractat. vltim. reſolut.* 116. qui aliquid dicit, ſed de hac re vide, quæ dixi *in* 3 *parte titul. de confeſſ reorum* §. *de confeſſ. qualificata.*

§. XXXIII.

An mandans maleficium hoſtile fieri, ſecuto effectu comprehendatur ſub Bulla Gregorij XV.

265. VT clara ſolutio huiuſce quæſtionis habeatur, notanda eſt ſingularis Doctrina Bart. *in l. ſed ſi vnius* §. *ſeruus, num.* 2 *& ſequ. ff. de iniur. & in l. aut qui dicitur* §. *fin. num.* 3. *ff. quod vi aut clam*, quam communiſſimam eſſe omnium Doctorum probauit noſter Clar. *in praxi crimin* §. *fin. quaſt.* 89. verſ. *Sed quaro*. & latiùs Farinac. *de conſultoribus, & mandatoribus queſt.* 135. *part.* 3. *num.* 97 vbi infinitos Doctores allegat.

Quod cum quæritur an ſub ſtatuto aliquo puniente aliquod delictum comprehendatur mandans, diſtinguendum eſt hoc modo.

266. Vel ſtatutum loquitur in rem, puta ſi dicat ſortilegium tale, homicidium hoc modo perpetratum, robbaria cum his circumſtantiis facta, & ſimilia, puniatur pœna mortis, & in hoc caſu ait Bart. ſtatutum comprehendit etiam mandantem, quia mandans, & mandatarius ſunt ex genere correlatiuorum, & mandantis & mandatarij vnicum eſt delictum, vt benè probat Maſtrill. *ad indultum Potentiſſ. Regis noſtri. c.* 3 *a n.* 14. *& ſeq.*

267. Vel ſtatutum loquitur in perſonam, puta mandando, quod qui ſortilegium commiſit h micidium perpetrauerit, & robbariam fecerit, morte puniatur, & tunc mandans non punitur ſecundum Bart. pœna ſtatuti, quia mandans non dicitur facere delictum verè, ſed interpretatiuè, Farinac. *vbi ſupra, n.* 97. *& n.* 100 Et ſecundum hanc diſtinctionem fuiſſe iudicatum in Curia Aragonum atteſtatur Portoles *ad Molinum ſuper ritibus, & obſeruantiis illius Regni, p.* 4. verbo, *mandatum n* 11. *& ſeq.*

268. Modò applicando Doctrinam hinc caſui noſtro, certum eſt Bullam Greg. XV. loqui non in rem, ſed in perſonam ibi, *conſtito, quod aliquis pactum fecerit*, & infrà, *vnam, aut plures perſonas, ita læſerit*, & infra, *qui verò pactum fecerit*, igitur ſecundum dictam Doctrinam Bart. Bulla noſtra nullomodo poterit comprehendere mandantes, quia vere non dicuntur facere ſortilegia, illa, & pacta cum dæmone ſed fictè & interpretatiuè.

269. Confirmari hæc poſſunt ex eo quod homicidium proditorium perpetrantes immunitate Eccleſiaſtica non gaudent, ſed ab ea excluduntur ſiue de iure communi loquamur, capite *inter alia, de immunitate Eccleſiarum*, ſiue ſecundum Bullam fel. recorđ. Gregorij XIV. & quia tam d ctum capitulum, & Ius commune quam memorata Bulla loquuntur in perſonam ibi, *qui proximum ſ. um proditorie occiderit*, Ideo ſiue de iure communi loquamur, ſiue ſecundum Bullam prædictam mandates homicidium proditorium committi gaudere debent Eccleſiaſtica immunitate, ita in indiuiduo huius caſus ex memorata Doctrina Bart. dixit Sanch. omnino videndus *in ſuis conſiliis moralibus tom.* 1. *lib.* 6. *c.* 1. *dub.* 9. *n* 3. *& ſeq* & hæc memini me addux ſſe in Curia noſtra Cremonenſi ſub Prætura Illuſtriſſimi, & ampliſſimi Senatoris, ac D. mei Don Conſalui de Salamancha, dum in ea interuenirem vti L. T. Aduocati Fiſcalis huius Ciuitatis Cremonæ. e iſtente iudice Maleficiorum D. Camillo Careano I. C. Mediolanen. viro in criminalibus iudiciis verſatiſſimo, & in Iuſtitia adminiſtranda conſcientiæ puritate verè integerrimo, occaſione cuiuſdam extracti ab Eccleſia. Confirmantur prædicta ex eo, quod Bulla Gregorij quo ad immunitatem Eccleſiarum latiſſimè interpretanda eſt, ſed quoad caſus exceptos ſtrictiſſimè intelligenda eſt, ita Fertet in obſeruat Senatus Cathaloniæ, *p.* 3. *c.* 18. *n.* 18. vbi in indiuiduo dixit Immunitatis Eccleſiæ regulam, vti fauorabilem ampliari, & caſus fallentes, vti odioſos reſtringi, igitur pari ratione idem concludendum erit in terminis Bullæ noſtræ Gregorij XV. 270.

271. Puniendus ergo erit in caſu noſtro mandans hoſtile Maleficium perpetrari pœnis iuris communis de quibus Torreblanca *de magia, lib.* 2. *cap.* 13. *per tot.* cum aliis allegatis à P. Diana *reſol. moral. p.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 16. verſ. *Nota verò*, & Souſa *in aphoriſmis Inquſitorum lib.* 1. *cap.* 38. *per totum*, ſed maximè, *num.* 14. *& ſeq.*

272. An autem pueris maleficis pœnæ ſint mitigandæ, me remitto ad Petrum Binfeld. qui rem hanc ex profeſſo pertractat, *in commentar. lib.* 9. *Cod. de malefic. & mathemat. q.* 1. *concluſ.* 3. verſ. *Quid dicendum ſit de pueris*, fol. mihi, 519. vbi in ſubſtantia concludit, quod ipſe non conſuleret Iudici, quod arbitrium ſuum in puniendis iſtis pueris maleficis extenderet ad mortem, cum non excedunt annum decimum ſextum.

§. XXIV.

§. XXXIV.

An attentans maleficium hoſtile puniri debeat pœna huius conſtitutionis.

273. NOs ſcimus, & DD. comm. tradiderunt, præſertim verò Gilhauſen *in arbore Iud. Crim.c.2. titul.17.num.*8.dæmonem poſſe fœdus ſibi à maleficis datum, eiſdem ſolere puluerem quandam nigri coloris tradere, qua mortem iis, quos offendere cupiunt, per ſolum veſt.mentorum contactum inferant. Item, & aliam puluerem partim cinericij, partim rubri coloris, qua ad Infirmitates inferendas vtuntur.

Quæritur modò, an ſi maleficus petat à dæmone puluerem atri coloris ad inferendam alicui mortem, eamque accipiat,ac etiam vtatur, ſine tamen optato effectu, puniri poſſit pœna noſtræ conſtitutionis.

274. Et quidem altius materiam hanc repetendo certum eſt, cogitationem ſolam delinquendi, dum ſtat in puris terminis cogitationis non eſſe legibus humanis punibilem, quia vt ait Vulp *in lib.* 18. *ff. de pœnis,Cogitationis pœnam nemo patitur*, vbi pulcherrima notauit more ſuo Gothofred. in verbo, *patitur*, quod etiam latè docuerunt Theol. *in* 1.2. *Diui Thom.q.*90. *art.*4. vbi Vaſquez *diſput.*160.*cap* 2.Becc.*tract* 3.*cap.*6. *quæſt.*5 & Suarez *de legibus, lib.*3.*cap.*13 *per tot.*qui alios allegant.

Difficultas eſt cum cogitatio delicti non ſtat in puris terminis cogitationis, ſed vlterius adeſt tractatus de delicto committendo, vel etiam medium aliquod facti ſiue proximum, ſiue remotum.

275. In hac difficultate mirè inter ſe ſe digladiantur ſcribentes, vt videre eſt ex Farinac. *quæſt.crim.*124. *num* 41.*& ſeq.* Guazzin. *de defenſ. reorum. tom.*2. *defenſ.*33.*cap.*24.Cæual *comm.contra com. quæſt.*540. Gregor Lopez *in l* 2.*tit.* 3. *de las penas partita*7. *gloſ.prima*, *& ſeq.*Gutier.*pract.quæſt lib.*3.*q.*7.Clar. vbi addentes *q* 92.& aliis infra alleg.

Ego diſtinctè procedendo arbitrarer ſic poſſe diſtingui vel ſumus in delictis atrocibus, quæ etiam aliquando atrociſſima vocantur, vel ſumus in delictis non atrocibus.

276. Primo caſu, ſi vltra cogitationem deuentum ſuit ad actum proximum delicto; Exiſtimo tunc eadem pœna puniendum eſſe delictum conſummatum, ac conatum ad illud conſummandum, ita Inquiſitor Cantera *in ſuis quæſtionibus criminalibus tangentibus delicta, c.*7*.de homicidio* , *num.* 26. & plurimi alij DD. apud Farin.*vbi ſuprà num.*8.& quamuis Farin.*ibidem num.* 27. & Giurba *conſ.crim. deciſione* 46.*num.*47.cum aliis apud ipſos voluerint in hoc caſu, etiam quod eſſemus in atrociſſimis non eſſe locum,niſi pœnæ extraordinariæ.

Attamen noſtra opinio ſine dubio in Tribunalibus maximè ſupremis fuit ſemper practicata.

277. Sic in noſtro Excellentiſſimo Mediolani Senatu paſſim Mandatarij qui ad actus proximos pro executione homicidij ipſis mandati deuenerunt,furca ſuſpendi mandantur, ex diſpoſitione Nouæ Conſtitutionis huius Dominij *de pœnis*, §. *Mandantes*, vbi Dom Garronus deciſ. Senatus allegat, quibus addi poteſt, quod idem Senatus, ſic reſcripſit Prætori Cremonæ, 11.Decemb.1598. 7.Nouemb.1616. & 13.Martij 1625.& aliàs ſæpiſſimè Caſſaneus *in conſuet.Burgundiæ rubr.*1.*fol.*53.*n.*7. *verſ.*1. quia vbi refert aliam ſimilem deciſionem Senatus factam anno 1505 ipſo exiſtente Vic. Capitanei Iuſtitiæ Mediolani.

Sic in Senatu Sabaudiæ, quidam fuit furca ſuſpenſus, quod de nocte intrauerit domum cuiuſdam, & cum baculo percuſſerat animo eum occidendi,& eius domum derobandi, licèt effectus non fuerit ſequutus, vt refert Præſes Abauo *in ſua praxi crim* 5.*conatus*, *n.*16 278.

Sic in Senatu Pedemontano quidam, quod cum alio tractaſſet de introducenda peſte in vna Ciuitate medio vnguentorum, licet inutilium ad mortem naturalem fuit damnatus vt atteſtatur Theſaur. Iunior *ad deciſionem Patris ſui* 243. *& in ſua quæſt. forenſi* 25.*num.*7.*in fine* vbi alias ſimiles deciſiones eiuſdem Senatus allegat. 279.

Sic etiam obſeruatum fuiſſe in Regno Neapol atteſtantur tes iudicatæ relatæ per Afflic. *in conſtitut. Regni,lib.*1.*rubr.*12. *num.*11.& Capicc. *deciſ.*155. 280.

Et in Tribunalibus Galliæ, ita quoque fuiſſe in variis particularibus caſibus vſu receptum vnuſquiſque videre poteſt ex deciſionibus relatis à Papon.Areſtorum Franciæ *lib.*23. *tit per totum.*

Si autem verſemur quidem in delictis atrociſſimis attamen non ſit deuentum ad actum delicti proximum, ſed tantum ad actum remotum, vel ſolum tractatum, tunc eſt locus pœnæ tantummodo extraordinariæ, ita Cantera, Farin. & Giurba *locis allegatis*,Caſtill.*deciſ.Regni Siciliæ* 186.*num.*8. & in hoc caſu intelligo text.*in l.*1.*in principio ff.de extraord.Criminibus*, & hoc quidem reſtringi debet in crimine læſæ Majeſtatis, vt dixi *tit.* 13. *num.* 53. *remiſſ.in fine.* 281.

Secundo verò caſu, cum ſumus in delictis non atrocibus, tunc ſi deuentum ſit ad actum proximum, puniri debet conatus pœna extraordinaria, ſi vero ad actum remotum tantum, & reus non perfecit delictum, quia pœnituit, tunc DD. volunt talem conatum non eſſe vlla pœna. puniendum, ita Cantera *vbi ſupr.*verſiculo,*Aut loquitur, in delictis non atrocioribus*, & Theſaur.*dicta quæſt.* 25. *num.* 3. Menoch.*de arbitr. Iudicum, caſu* 360. *num.*9. *&* 10, qui alios referunt. 282.

Dubitant tamen ſcribentes, an crimen veneni tale ſit ob quod poſſit ex conatu ſolo puniri reus cum deuentum fuit ad actus proximos, id eſt, ad ipſam veneni propinationem, ſed mors non eſt ſequuta.in qua re adſunt duo pulcherrima conſ.Horat .Giouagn. videlicet 28. & 29. *vol.*1. vbi bene materiam hanc cum omnibus DD. ad ſua vſque tempora pertractauit. 283.

Ego ſequendo praxim Senatus noſtri Excellentiſſimi Mediolani dico quod, vel veneratio eſt ſimplex delictum non qualificatum aliqua notabili circunſtantia. & tunc non eſt puniendus illius criminis reus eadem pœna, ac ſi mors eſſet ſequuta,ad hoc probandum poſſunt allegari omnia cumulata à Giouagn.*locis citatis.* 284.

Sic Senatus noſter Mediolani literis datis ad Prætorem Cremonæ, ſub die 27. Maj 1627.iuſſit Paulum Quaranam quod braſſicis coctis venenum miſcuerit ad necem vxoris ex quo ipſa & nonnullæ vicinæ mulieres fuerunt in vitæ diſcrimine, damnari in pœnam triremi ſeptennalis,& non eſt dubitandum in eo caſu in facto ſine dubio adfuiſſe multas circunſtantias minuentes delictum.

Et in caſu ſuper quo conſuluit Giouagn.vbi ſupra, reus ille fuit à pœna mortis abſolutus, & ad triremes damnatus.

Vel venenatio aggrauatur ex circumſtantiis facti illius grauitatem augentibus, & tunc etiam effectu non ſequuto mortis pœna reus puniendus eſſet. 285.

Sic

Sic Senatus Mediolani in caſu de quo Boſſ. *de*
286. *homicidio*, *num.* 13. damnauit ad mortem famulam, quod Domino ſuo venenum propinaſſet, ne ſi mitius eam puniri mandaſſet, ſeruis anſa præberetur in necem dominorum conſpirandi, ob quam eandem rationem bis in duobus ſimilibus caſibus iudicaſſe Senatum Pedemontanum atteſtatur Theſ. Iun. *in additionibus ad dictam deciſionem patris ſui* 243. *in fin.* verſ. *& in ſeruo.*

287. Alia ad hoc poteſt allegari deciſio eiuſdem Pedemontani Senatus, de qua ibidem Theſaurus, de eo, qui omnibus vni de familia venenum propinauerat, vt ei ſuccederet, licet enim mors non fuerit ſequuta, attamen fuit in pœnam mortis damnatus.

288. Et pariter caſus relatus à Claro *d. q.* 92. ex Igneo *l. ſi ſequens*, *§. cum ex patre*, *ff. ad Syllan. n.* 20. hanc eandem diſtinctionis partem comprobat, refert enim quendam capite fuiſſe punitum, quod pluries medio veneni conſpiraſſet in mortem agnati ſobole carentis.

In his enim omnibus caſibus non eſt dubium, quin ex circunſtantiis valde augeatur grauitas delicti, ratione reiterationis, ratione propoſiti plures occidendi, & ratione ſcandali.

Quare in hoc crimine veneni, ego arbitrarer non eſſe vllo modo ab hac diſtinctione in praxi recedendum, quam etiam in indiuiduo approbaſſe viſus eſt Theſ. Iun. *vbi ſuprà*, verſiculo, *verum DD. Itali.*

289. His de delictis, in genere præcognitis deueniendo ad Quæſtionem noſtram, dico quod non eſt dubium, quin hoc delicti genus ſit ex atrociſſimis, Præſes Abauo *in prax. in §. Sortilegium n.* 95.

290. Attamen pro conſtanti etiam arbitror, conatum iunctum cum actu proximo, etiamſi per reum non ſteterit, quin mors ſequeretur in materia maleficij hoſtilis non poſſe puniri pœna huiuſce Conſtitut. Gregorianæ.

291. Moueor quia in Bulla requiritur quod mors fuerit ſequuta, & quidem per modum conditionis, id enim indicant illa verba, *ita læſerit*, *vt ex maleficio vel ſortilegio mors ſequuta fuerit*, adnot. per Modern. Barboſ. *dictione* 183. *num.* 9. inter eius tractatus varios, igitur vt illius Bullæ diſpoſitio habeat locum, requiritur purificatio illius conditionis in forma ſpecifica.

Confirmatur hoc idem ex allegat. à Menoch. *dicto caſu* 360. *num.* 96. *& ſeq.* vbi probauit quod ſtatuto puniente delictum non punitur conatus ad illud pœna illius ſtatuti.

292. Bene verum eſt, quod reus ex ſimili conatu in ſortilegio hoſtili deberet pœna alia extraordinaria puniri, vt *&* *ſupra* notauimus, & animaduertit Menoch. *loco citato*, *num.* 110. *& ſeq.*

Sed adhuc dubitari poteſt, quid ſi puluis quam habuit ſortilegus à dæmone ad mortem inferendam eſſet inutilis

293. Ad hoc reſpondendum eſt, eodem modo puniendum eſſe ſortilegum, ac ſi puluis illa vtilis fuiſſet, quia mens, & propoſitum diſtinguunt delicta, *l. Diuus Adrianus*, *ff. ad l. Cornel. de Sicarijs*, & facit deciſio Senatus Pedemontani, de qua ſupra, de eo qui tractauerat cum alio de Peſte introducenda in Ciuitate per vnguenta, quæ tamen reperta fuerunt inutilia.

§. XXXV.

Quomodo Confeſſarij ſe gerere debeant cum Sortilegis.

Imprimis (quod ſæpe monui in aliis titulis) diligenter conſiderare debet Confeſſarius, num Sortilegus habuerit errorem in intellectu, nam in hoc caſu ſortilegus eſſet Hæreticus exterior, excommunicatus excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini, *in primo Canone*, Belloch. *de caſib. reſeru. p.* 2. *q.* 1. *in primo caſu Tabellæ Anconitanæ*, *num.* 72. *&* 73. Homob. de Bonis *de Exam. Eccleſiaſtico*, *p.* 1. *tract.* 7. *cap.* 4. *q.* 19. 294.

Si verò errorem in intellectu minime habuit, tunc animaduertere debet, an Sortilegium ſit reſeruatum Epiſcopo loci, nam, vt plurimum ſortilegia ſolent reſeruari Epiſcopis, maximè ſi fiant cum abuſu rerum ſacrarum, Homob. de Bonis *de caſib. reſeru. p.* 1. *caſu* 1. *in principio*, Belloch *in ſimili tractatu*, *in Tabellis*, *Anchonitana*, *Aſculana*, *Callienſi*, *Feretrana*, *Piſaurienſi*, *& aliis*, & in hoc caſu impetranda eſt auctoritas ab Epiſcopo (cui caſus eſt reſeruatus) Sortilegum abſoluendi, quamuis in hoc prudenter ſe gerere debeat Confeſſarius, aliquando enim magis expedit pœnitenti eum perſonaliter mittere ad ſuperiorem, & Epiſcopum pro abſolutione, vt animaduertit Lazar. *de Blaſph. quæſt.* 11. *num.* 5. *&* 6. 295.

Animaduertendum tamen, quod ſi Sortilegus fuerit ab Inquiſitore præuia abiuratione de vehementi abſolutus in foro exteriori ab excommunicatione in forma, ſi quam contraxit, &c. 296.

Adhuc debet coram Confeſſario confiteri omnia illa ſortilegia, & ſi ſunt reſeruata debet Confeſſarius ſufficientem habere auctoritatem à reſeruatis abſoluendi, ſublata enim excommunicatione remanet adhuc peccatum mortale, ſacramentali confeſſione abolendum, vti de Blaſphemiis, & aliis criminibus ad S. Officium ſpectantibus *ſuprà* pluries docuimus, & aduertit Lazar. *de Blaſph. q.* 32. *num.* 82. 297.

Circa contritionem autem excitandam in ſortilego pœnitente, duo præcipuè animaduertere debet Confeſſarius. 298.

Primum eſt, circa grauitatem delicti, quæ pœnitenti explicanda omnino eſt, tum ex prædictis, tum ex latè pertractatis à Scort. *in ſelectas Rom. Pontif. Conſt. Theor.* 65. *n.* 1. *& ſequent.* & à Delrio *in ſuis magicis diſquiſitionibus*, ad quem in hac materia ſemper recurrere debet Confeſſarius.

Secundum eſt, quod debet oſtendere ſortilego pœnitenti, magnam Dei Omnipotentis miſericordiam, nam Dæmon ſæpe ſolet ſortilegos inducere, vt de ſalute ſua omnino deſperent, Belloch. *vbi ſuprà n.* 65. *& ſequentib.* & Homobonus de Bonis, *loco citato*, *cap.* 5. *quæſt.* 18. 299.

Circa Confeſſionem autem diligenter interrogandi erunt ſortilegi, de qualitate Sortilegiorum, abuſu rerum ſacrarum, & Sacramentorum, de complicibus, de tempore, quo in huiuſmodi ſortilegiis inſorduerunt, de damnis datis medio ſortilegiorum, de qualitate mulierum ad quorum amorem prouocandum facta fuerunt ſortilegia; an adfuerit pactum expreſſum cum Dæmone, an actus Apoſtatici, vt videre eſt ex Bellochio, *vbi ſupr. n.* 70. *& ſeq.* & Homob. de Bonis *ibidem q.* 19. verſ. *Secundo quærendum erit.* 300.

Vlterius Confeſſarius debet animaduertere ad ſingula 301.

ſingula ſuperſtitionum genera & ſingulas generum ſpecies, de quibus latiſſimè Sanch. *in ſum. lib.1. capit.37.& pluribus ſeq.* Portell. *in dubijs regularib.* in verbo *Veneficia,& Incantationes*, & Hier. Llmas *in Meth. Curat. Anim. 3. part. cap.3. §.1. fol. mihi 270 & ſeq.* & circa ſingula earum genera ſortilegum pœnitentem interrogare.

302. Notent autem Confeſſarij ſuperſtitioſam omnino eſſe cartulam quam nonnulli pro doloribus viſcerum ſolent portare, in qua eſt ſcriptum nomen, Pater, & ſtatim Balthaſar nomen filius & ſtatim Gaſpar, & nomen Spiritus Sancti & illico aliud nomen ſimile, & ob id cartula prædicta rumpenda, & auferenda eſt ſub peccato mortali, vt in indiuiduo huiuſce cartulæ cum illis nominibus, dixit Hieron. Llamas, *in Methodo curationis Anim. 3. part. cap. 3. §.1.* verſ. *Quaſcumque autem cartulas.*

303. Tandem circa abſolutionem Confeſſarius pœnitentem vrgere debet, vt dæmoni, & omni pacto cum eo inito abrenuntiet, vt damna per maleficia illata reſarciat, libros ſortilegia continentes ad inquiſitores deferri curet, & alia præſtare, quæ latè proſequitur Beloch. *vbi ſuprà, num. 71. & plurib. ſeq.* & Mart. Delrius. *Diſquiſit. Magic. lib. 6. per totum.*

304. Tantummodò ad finem præſentis § primò videndum eſſet, num contra Magicas artes exercentes ſortilegia, & ſimilia delicta lata ſit aliqua excommunicatio ipſo iure? In qua re, dicendum eſt, quod non, nam nullus canon, qui ſit legitimè receptus, hoc ſtatuit, ita Tolet. *in ſumm. lib. 1. cap 41. n 3.* Filliuc. *quæſt. moral tract. 14. cap. 6. quæſito 11. num. 97.* Bonacin. qui alios allegat. *tom. 3. eius operum de Cenſuris in ſpecie diſp. 1. quæſt. 1. puncto 38. num. 1. & ſeq.* qui omnes reſpondent ad extrauag. Io. Papæ XXII. incipientem *ſuper illius ſpecula*, impreſſam in fine tractatus Binsfeld. *de confeſſ. malef. & Sagarum, & in Bullario to. 1. Conſt. 13. dicti Pontificis* quod non eſt vſu recepta.

305. An autem ante abſolutionem Sortilegi Confeſſarios exigere ab eo debebeat cautionem iuratoriam de ſimilia delicta amplius non committendo, poteſt dubitari, nam in enormibus delictis tale iuramentum eſſe à Confeſſario exigendum, & à pœnitente præſtandum dixit Graff *deciſ. aurearum p. 1. l. 1. c. 32. n. 15.* & in hoc delicto iuramentum illud, & exigi, & præſtari reſpectiuè debere voluit Beloch. *de caſib. reſeru. loco ſæpiſſ. ſuprà alleg. n. 87.* Ego vero in hac difficultate arbitror, totum hoc in prudentis Confeſſarij arbitrio poſitum eſſe, conſiderata qualitate pœnitentium, & reliquis facti circunſtantiis.

306. Secundò examinanda, quoque eſſet alia non minus vtilis, quam neceſſaria quæſtio, num Confeſſarius ſocius criminis ſortilegij, poſſit validè abſoluere ſocium criminis? in qua etiam difficultate breuiter agendo diſtinguendum eſt hoc modo.

307. Aut hæc quæſtio tractatur ſecundum diſpoſitionem Iuris communis, & tunc licet confeſſarius non deberet audire confeſſiones ſocij criminis, nec eum abſoluere ſecundum D. Thom. *in ſupplem. 3. partis, quæſt. 20. art. 2. ad primum,* Sot. *in 4. diſt. 18. quæſt. 4. num. 2.* Homob. de bonis *de exam. Eccl. p. 3. tract. 13. q. 30. reſol. 4.*

308. Attamen ſi confeſſiones Socij criminis audiat, validè eum abſoluit, ita S. Thom. Sot. & Homob. *vbi ſuprà*, P. Io. Ang. Boſſius, vir doctus, & eruditus *in ſuo tract. de Priuil. Iubilei, ſect. caſu 12 num. 2. & 3.* vbi addit talem Sacerdotem, neque peccare mortaliter, ſi ſocium criminis ſacramentaliter audiat, & abſoluat ſecluſo ſcandalo, & periculo ne pœnitens ad nouum peccatum excitaretur.

Si verò tractetur hæc quæſtio in terminis noſtri Concilij Septimi Prouincialis Mediolani, clariſſimum eſt ſocij criminis confeſſionem à ſocio minimè poſſe audiri, verba autem dicti Concilij *in titulo de Sacramento pœnitentia, §. qui criminis,* hæc ſunt: *Qui criminis alicuius culpæve mortalis particeps fuerit, ſciat ſibi interdictum munere audiendi Confeſſiones illorum quos ſocios eius criminis, culpæve habuerit,* quod decretum ad quoſcumque Confeſſarios etiam regulares volumus pertinere. 309.

Ex quibus Concilij verbis colligitur primò, quod eum non reſeruetur caſus, ſed limitetur Confeſſarij iuriſdictio neque tempore Iubilei licita erit talis confeſſio, vel abſolutio, ita Bonac. *de Sacram. diſp. 5. q. 7. punct. 5. §. 5. n. 10.* Io. Ang. Boſs. *in dicto tractat. de priuileg. Iubilei loco ſupra alleg. n. 17. & ſeq.* 310.

Colligitur ſecundò prohibitionem conciliarem comprehendere, quæcumque peccata mortalia, Bonacin. *vbi ſuprà, num. 11.* Homob. de Bonis *de exam. Eccl. part. 2. tractat. 10. quæſt. 30. reſol. 6.* licet hoc videatur nimis rigoroſum, Io. Ang. Boſſio, *vbi ſuprà num. 10.* 311.

Colligitur tertiò, quod ſi pœnitens ſocius criminis bona fide accederet ad Confeſſarium, & vterque ignoraret prohibitionem Concilij, tunc abſolutio teneret, circa quod tamen videndus eſt latè de hac re diſputans Io. Ang. Boſs. *vbi ſuprà, num. 13. & ſect. 3. caſu 2. §. 4. per totum.* 312.

TITVLVS XIII.

De Bulla Sanctiſſimi Pij V. *Si de Protegendis.*

SVMMARIVM.

1. *Conſtitutio continens maiorem pœnam quam ius ciuile imponat, dicitur condita ad terrorem, ſecundum Firm.*
2. *Confutatur Firman.*
3. *Conſtitutio noſtra non eſt condita ad terrorem tantum & eius rationes, & ſeq.*
5. *Conſtitutio noſtra non extenditur ad perſonas non nominatas, & ſeq.*
8. *Conſtitutio noſtra non comprehendit mulierem qua percuſſerat clericum qui indicauerat eius virum curſori S. Officij.*
9. *Perſona qua excommunicantur in Bulla, & actiones quæ puniuntur.*
10. *Perſona & res in quas prohibentur fieri actiones, & pœno, num. 10. & ſeq*
14. *Offendens eum qui fuit Miniſter S. Officij an ligetur Conſtitutione, num. ſeq.*
19. *Quid ſi offendat intuitu officij, & ſeq.*
20. *Pulcherrimus caſus deciſus in magna Curia Neapolitana.*
21. *Noſtra Conſtitutio non comprehendit offendentem miniſtrum S. Officij electum tantummodo.*
23. *Quid de offendente hos miniſtros odio priuato, & ſequent.*
25. *In dubio an huiuſmodi miniſtri intelligantur offenſi odio priuato.*
26. *Ad probandum odium priuatum. qua requirantur.*
27. *Præſumptio Bullæ quando procedat, & ſeq. vbi an offendens Officialem S. Officij ex odio priuato*

ſubda

ſubdatur Iuriſdictioni Inquiſitorum remiſſiuè.

29 *Verba Bullæ per claras probationes an excludant probationem præſumptiuam, & ſeq.*

31 *Præſumptio hominis non leuis, dicitur vera probatio, latéque impugnatur Menoch. & ſeq.*

35 *Omittens obuiare actionibus per Bullam prohibitis an incurrat pœnas illius.*

39 *Quid cum omiſſio non eſt purè negatiua.*

40 *Ratificatio quid ſit, & quotuplex, & ſeq.*

42 *Ratificans delicta hic vetita an puniatur pœnis de quibus in Bulla.*

43 *De non obſtante cum ex iuſtitia teneatur, & quid ſi ex ſola charitate teneatur, & ſeq.*

48 *De verbis Bullæ ibi,* Siue aliàs auxilium, conſilium, vel fauorem, *& ſeq.*

50 *Affectus an puniatur non ſequuto effectu.*

51 *In hoc crimine an ſola machinatio ſufficiat, & ſeq.*

53 *An requirantur actus proximi vel ſufficiant remoti, & ſeq.*

63 *Quid de perterrefaciente teſtem non ſequuto effectu, & qualis debeat eſſe perterrefactio ad effectum Bullæ noſtræ, & n. 66.*

An mandans ſi mandatum reuocauit ſubdatur noſtræ Conſtitut.

54 *Quid quoad Sententiam Excommunicationis, & ſequentibus.*

59 *An talis reuocans mandatum debeat puniri ſaltem pœna extraordinaria.*

64 *De perterrefactione, de qua in Bulla latè.*

65 *An intelligatur de perterrefactione factis vel verbis facta.*

67 *Verba Bullæ in cauſis fidei, an procedant in cauſis ſuſpectorum de hæreſi.*

68 *De illis verbis Bullæ captum eripuerit, vbi quomodo debeat probari ereptio & num ſufficienter probetur per Birruarios, & ſeq.*

82 *Bulla noſtra an comprehendat Iudices, & Magiſtratus, occaſio huius quæſtionis & Regens de Ponte laudatur, & ſeq.*

86 *Minor ætas an excuſet ab incurſu harum pœnarũ.*

87 *De aliis cauſis excuſantibus, remiſſiuè, & 88. vbi de filio eripiente patrem, è manibus Birruariorum S. Officij.*

89 *De Ignorantia Conſtitutionis noſtræ, quando ſuffragatur. & ſeq.*

96 *Rei noſtræ conſtitutionis torquentur, & an etiam ſuper intentione torqueantur, & ſeq.*

97 *An Rei huius conſtitutionis abiurent, vbi quod regulariter non abiurant.*

99 *De ratione latè.*

97 *Reis noſtris Sententia publicè legitur in fine numeri.*

98 *Rei huius Conſtitutionis abſoluuntur ab excommunicatione lata in Bulla.*

101 *Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat cum reis noſtræ Conſtitutionis.*

103 *An excommunicatio Bullæ noſtræ ſit reſeruata Summo Pontifici.*

104 *An excommunicatio Bullæ noſtræ incurratur à Conſulente.*

105 *Rei noſtræ conſtitut. an in conſcientia teneantur ſubire pœnam confiſcationis Bonorum ante ſententiam.*

§ I.

An Bulla noſtra potiùs ad terrorem, quàm ad eius executionem condita ſit?

1. CОnſtitutionem noſtram, potiùs ad terrorem conditam eſſe, quàm vt eius pœnæ executioni mittantur, ſuaderi poteſt, ex his quæ tradit Firman. *in repertorio*, in verbo *Bannum*, *num.* 35. vb ex Bald. quem allegat *in addit. ad ſpecul. in tit. de ſententia*, in verbo *banna*, dixit, bannimenta, & edicta imponentia grauiorem pœnam, ea quam imponit ius commune edita potiùs eſſe ad terrorem quam ad pœnæ executionem, quod idem etiam docuerunt Gram. *deciſ.* 36. *num.* 1. verſ. *Ratio dubitandi*, Riminald. iunior *conſ.* 327. *num.* 2. *vol.* 3. & Maſcard. *de probat. vol.* 1. *concluſ.* 565. *num.* 34. At Bulla noſtra imponit pœnam, impoſitam læſæ Maieſtatis, perterrefacientibus teſtes, &c. quæ certè pœna non punirentur tales de iure communi, ſecluſa noſtra conſtitutione. igitur, &c.

Verùm doctrina illa Firmani non eſt vera, & la- 2.
tiſſimè illam confutauit Grammaticus *dicta deciſ.* 36. *num.* 1. *& ſeq. in primo dubio*, vbi etiam dixit quod in alio ſæculo Baldus ruminabit de veritate ſuæ doctrinæ, & quod quotidie contra Baldum in praxi per Iudices iudicari ſoleat dixit Farin. *in ſuis fragmentis Criminalibus p.* 1. in verbo *Bannimenta imponentia*, *num.* 1. *& ſeq.* Doctrina autem illa Firmani ceſſante, ceſſat omnis ratio dubitandi in noſtra quæſtione, &
ſic dicendum Conſtitutionem noſtram conditam à 3.
Sanctiſſimo Pio V. non ad terrorem, ſed vt dictæ Bullæ pœnæ executioni mittantur, nam quod Summus Pontifex voluerit reos noſtræ conſtitutionis, eiuſdem conſtitutionis pœnis puniri, conſtat clariſſimè ex lect. eiuſdem, & clauſulis in fine poſitis, quod autem potuerit eoſdem reos, talibus pœnis punire, nefas eſt dubitare, maximè ex traditis in magis dubitabilibus terminis, 53. in Prorege Neapolis à Grammatico qui alios allegat *d. deciſ.* 36. *n.* 12. verſ. *& maximè in Illuſtriſſ. Prorege.*

Quod etiam debuerit idem Sanctiſſ. eoſdem reos hiſce grauiſſimis pœnis coërcere colligi poteſt ex grauitate, & enormitate delicti, & ex Summo fidei fauore, ob quem S. Officium, ab omnibus impedimentis liberum eſſe conuenit, vti longa oratione oſtendit Campeg *apud Zanchin de Hæreticis, c.* 31.

Confirmatur concluſio ex eo quod DD. omnes 4.
tractantes materiam impedientium officium S. Inquiſitionis, verberando v. g. vel perterrefaciendo Inquiſitores, conſultores, accuſatores, &c. omnes ſe remittunt, ad Bullam noſtram, prout videre eſt ex Simanch. *de Cath. Inſtit tit.* 41. Rubr. *de Miniſtris, & eorum officiis, n.* 41. verſ. *Pius V.* vbi Conſtitut. noſtram ſanctiſſimam, & iuſtiſſimam appellat Pegna *ad direct. p.* 3. *comm.* 79. verſ. *Cæterùm hodie.* Farin. *de Hæreſi*, *q.* 182. *num.* 80. *& num.* 96. Zanard. *in ſumm. diuin. præcept. lib.* 1. *tit. de fide*, verſ. *Tertium verò genus*, Monaldus, *conſil.* 66. *n.* 23. verſ. *Hunc autem deueniendo ad Tertium*, Io. Franc. Leon. *in Theſauro fori Eccleſiaſtici, p.* 3. *cap.* 37. *de Hæreſi, num.* 37. Aloyſ. Ricc. *in ſuis deciſionibus Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitan. deciſ.* 74. *tom.* 1. & Antonius Sanctarell. *de hæreſi, cap.* 11. *dub.* 1. *n.* 150. verſ. *Item offendentes miniſtros*, & in hac quæſtione nullum poteſt eſſe probabile dubium.

§ II.

An noſtra Conſtitutio poſſit extendi ad perſonas in ea non nominatas.

BReuiter dicendum Conſtitutionem noſtram mi- 5.
nimè extendi poſſe ad perſonas in ea non nominatas, licèt eadem in perſona non nominata militaret ratio, ac in perſona nominata.

Probatur concluſio ex communi DD. traditione,

quod licet explutibus cauſis extenſio, de caſu ad caſum ſoleat concedi, attamen extenſio de perſona, ad perſonam non conceditur, text. *l. ſi quis ita* §. *penultimo, ff. de Teſtament. tutela*, Atet. & alij *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, de lib. & Poſth.* Cæpol. *conſ.* 107. *n.* 18. Rol. à Valle *conſ.* 56. *num.* 14. *vol.* 3. & alij plurimi citati per Villagut. *de extenſ. legum in Rubr. de extenſione legum exorbitantium, num.* 11. & Farin. *in ſuis Fragm. Crim. part.* 1. in verbo *Extenſio, num.* 277. nec enim à verbis Bullæ maximè in materia pœnali, & ardua eſt recedendum, cum talem præſumitur habuiſſe Summus Pontifex voluntatem, qualis ex verbis colligitur vt in puncto Bullæ noſtræ *ſi de protegendis* dixit Riccius *deciſ.* 74. *num.* 8. *&* 9. *vol.* 1.

6. Confirmatur *concluſ.* 1. quia vt bene poſt Bald. Decium, & alios quos allegat, animaduertit Card. Tuſcus *Pract. concl. litera B, concluſ.* 2. *num.* 8. quem ſequutus fuit Farin. *in ſuis fragm. Crimin. p.* 1. verbo *Bannimenta imponentia, n.* 8. edicta maleficiis imponentia maiorem pœnam quam faciat ius commune, ſunt ſtrictiſſimè interpretanda, & quidquid in iis non eſt expreſſum, cenſetur omiſſum, & iuris communis diſpoſitioni relictum, igitur, &c.

7. Confirmatur ſecundò, quia in materia ſtricta qualis eſt conſtitutio noſtra nunquam debet ſubintelligi perſona extrinſeca, Socin. ſenior *conſ.* 175. *col.* 9. verſ. *Confirmatur, etiam hoc*, igitur nec in Bulla noſtra ſubintelligi poteſt perſona in ea non nominata.

8. Et ita in Curia Archiepiſcopali Neapolitana teſte Riccio *in citata deciſ.* 74. *p.* 1. fuit deciſum, Bullam noſtram non comprehendere, mulierem, quæ percuſſerat clericum, qui indicauerat curſori S. Officij vbinam eſſet eius mater, aliàs de hæreticalibus ſuperſtitionibus inquiſita ex eo quod Clericus ille, nec erat Accuſator, nec teſtis, nec denunciator, nec miniſter S. Officij, quæ ſunt perſonæ ſolæ in Bulla expreſſæ.

§. III.

De nonnullis conſiderandis ad Bulla noſtræ intelligentiam.

9. QVatuor ad intelligentiam noſtræ Bullæ nobis duximus conſideranda, primò perſonæ quæ in Bulla noſtra excommunicantur, & pœnis reorum læſæ Maieſtatis puniuntur: ſecundò actiones ob quas puniuntur: tertiò perſonæ, & res in quas actiones ipſæ fieri prohibentur: quartò pœnæ per noſtram Conſtitutionem delinquentibus conſtitutæ.

Circa primum Bulla noſtra generalis eſt, omnes & quaſcunque perſonas comprehendens ipſi Conſtitutioni contrauenientes, & hoc ob dictionem illam *Quicumque* quæ neminẽ excludit *l. Iul. ff. de leg.* maximè ſtantibus verbis ſequentibus ampliatiuis, ſiue cuncta Ciuitas, ſiue Populus, ſiue Dominus, Comes, Marchio, Dux, vel potiore titulo Illuſtris.

10. Circa ſecundum quoad perſonas infra nominandas actiones ſequentes prohibentur. Primò, *occidere*, Secundò, *Verberare*, Tertiò, *Deiicere*, Quartò, *perterrefacere*, quo ad res verò S. Officij, & perſonarum nominatarum in Bulla, & infrà, Quintò, *expugnare* 6. *Inuadere*, 7. *Incendere*, 8. *Expoliare*, 9. *Diripere*, 10. *Interuertere*, 11. *Exportare, Item prohibere ne perſona quæ ex incendio, &c. ſeruari poterant, & defendi ſeruentur, & defendantur*, & quo ad Carceres Sancti Officij, 12. *Effringere*, & quo ad carceratos, 13. *Extrahere*, vel *Emittere*, 14. *Eripere*, vel *recipere*, quo ad carcerandos verò, 15. *prohibere ne carcerentur*, 16. *occultare*, 17. *facultatem fugiendi dare*, 18. *vel id mandare*, 29. *ad quodlibet præmiſſorum auxilium, conſilium, vel fauorem publicè, vel occultè ſcienter præſtare*, 20. Cœtum, & homines ad prædicta facienda *accommodare*.

Quoad tertium plura ſunt genera perſonarum, & rerum in quas actiones prædictæ fieri prohibentur. Et quidem quoad perſonas prohibentur hæ actiones prædictæ fieri. Primò in *Inquiſitores*, 2. *in Aduocatos*, 3. *Procuratores*, 4. *Notarios*, 5. *Miniſtros alios S. Officij.* 6. *Epiſcopus munus Inquiſitorum in ſua Ciuitate, vel Prouincia obeuntes*, 7. *Accuſatorem*, 8. *Denunciatorem*, 9. *Teſtem in cauſa fidei*, 10. *In perſonas quæ ex expugnatione, &c. defendi & ſeruari poterant*, 11. *Carceratum*, 12. *carcerandum.* 11.

Quo ad res verò prohibentur ſimiliter actiones de quibus ſupra fieri, 13. *in Eccleſias, ædes aliáſue res ſiue publicas, ſiue priuatas Officij, ſeu miniſtrorum*, 14. *libros, literas, auctoritates, Exemplaria, Regeſta Protocolla, Exempla, Scripturas, aliáue Inſtrumenta publica, ſiue priuata.* 12.

Quo ad quartum pœnæ ſunt, *Excommunicatio latæ ſententiæ, & omnes pœnæ ſtatutæ in primo capite legis Iuliæ Maieſtatis*, in reos criminis læſæ Maieſtatis, 3. *traditio Brachio ſæculari*, 4. in Clericis, *priuatio omnis benef. & Dignit. &c. & traditio &c.* 5. *Priuatio Aduocatorum*, 6. *confiſc. omnium bonorum, & priuatio ſucceſſionum, &c.* 13.

§. IV.

An offendens eum qui fuit miniſter S. Officij, puta Inquiſitor, comprehendatur in Bulla noſtra.

SImilem quæſtionem ex qua noſtra omnino decidi debet, mouent Doctores in terminis ſtatuti offendenti Antianos grauem pœnam imponenti. In qua.

Albericus *l. ordine de public. iudiciis* tenuit ſtatutum loquens in offendente Antiano, vel alios officiales habere locum etiam in offendente officiales, & Antianos finito officio; idem etiam tenuit *in tract. ſtatut. in ſecunda parte, quæſtione vigeſima*, Moturque per textum *in dict. lib. ord.* quo prouiſum eſt, quod ſublato ordine remanet pœna, allegat etiam ad idem textum *in lib. fin. ff. de Decur. & l. penult. Cod. eodem titulo*, Albericum autem ſequuntur Hypol. de Marſil. *in ſingulari* 179. Viget ſtatutum, Io. Igneus *in l. ſi quis in graui* §. *de his ad Syllanian.* & alij latiſſimè relati per Franc. *deciſ.* 503. *num.* 2. *& ſeq.* 14.

Sed contra Albericum tenuit Romanus *in dict. lib. ſi quis in graui* §. *de his*, & alij etiam Doctores relicto Alberico Romani opinionem ſequuntur quos allegat, & ſequitur Franc *deciſion.* 405. *num.* 5. *&* 6. & Caball. *reſol. crimin. Centuria* 2. *reſol.* 211. vbi opinionem hanc dicit eſſe communem, & Paulus Belton. *de Poteſtate eorum quæ fiunt, incontinenti, lib.* 2. *num.* 6. verſ. *contraria opinio*. Pro reſolutione igitur, 15.

Dico primò ſimpliciter loquendo offendens miniſtrum S. Officij iam officio functum non comprehenditur ſub diſpoſitione noſtræ Conſtitutionis. Hanc concluſionem in neceſſariam conſequentiam tenere debent omnes, qui opinionem Romani ſequuntur, probaturque concluſio iiſdem rationibus quibus comprobatur opinio Rom. &c. 16.

Primò

Primò quidem, quia qualitas dicta à verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi, *l. in delictis §. ſi detracta de noxal. l. quod conſtitutum de militari teſtam.* quem teat. Bald. & Ang. hoc modo ſumunt, cui non conueniat Priuilegium: At verba noſtræ conſtitutionis non conueniunt, eo quod quia actu Officialis non eſt, nam veritati repugnat, finito officio adhuc officialem eſſe, & talem manere, aliud enim eſt officialem, & Miniſtrum eſſe, aliud officio & miniſterio iam functum eſſe, *arg text. in l. ſi verò ſoluto Matrim.* vti etiam dicebat Bell. *vbi ſuprà*, verſ. *Primò ob vulgatam regulam*, igitur, &c.

Secundò concluſionem noſtram mirificè probat text. *in c. t. de Vaſſallo*, qui contra Conſtitut. Lothar. in quo text. dicitur, quod ſi Vaſſall. eſt à Vaſſallagio liberatus, non tenetur Dominum vt prius defendere. Item non offendere, ſi tamen offenderet non punitur ea pœna, qua puniretur ſi Dominum offendiſſet, ſed alia iudicis arbitrio; igitur nec offendens eum qui aliàs fuit Miniſter Sancti Officij puniri debet illa pœna, qua puniretur ſi Officialem, & Miniſtrum S. Officij offendiſſet.

18. Tertiò probatur concluſio ex verbis Bullæ noſtræ, quæ dum de offendente Epiſcopum loquitur, requirit in Epiſcopo actuale miniſterium S. Officij, ibi autem Epiſcoporum id munus, id eſt Inquiſitoris, in ſua diœceſi, aut prouincia obeuntium, igitur idem actuale miniſterium requiritur in Inquiſitoribus, & in aliis Miniſtris Sancti Officij & hoc ob naturam alternatiuæ, aut Epiſcoporum, quæ eſt, vt verba poſita in vna eius parte, interpretentur, & declarent verba alterius partis, vti docuere Iaſ. *l. ſi is qui pro Emptore, num. 49. de vſucap.* Socin. Senior. *conſ. 13. n. 9. lib. 3.* & Decius *conſ. 95. colum. 1.* Menoch. *conſ. 122. n. 3. vol. 2.*

Et ad text. *l. ordine. & l. fin. & pen.* ſupra allegatos pro opinione Alberici reſpondit Franc. *dicta deciſ. 403.* & Bell. *dicto cap. 7. num. 5.* verſ. *Rerum prædicta*, & Caball. *dicta reſol. 111. num. 3.* quod procedunt fauore illius qui ſe Magiſtratu abdicauit, nam illi idem honor debet exhiberi, non autem in odium alterius, præterquam quod illæ leges poſſunt procedere in ſuis caſibus ſingularibus, nec ob id trahendæ ſunt in conſequentias alias.

19. Dico ſecundo, ſi offenſio eſſet facta Miniſtris Sancti Officij iam miniſterio functis intuitu tamen, & contemplatione officij præteriti, vel geſtorum, tunc ſine dubio talis offendẽs incurreret pœnas noſtræ Conſtitutionis. Pro hac concluſione faciunt tradita latiſſimè per Pariſ. de Put. *de Syndicat.* in verbo *remotus ab officio*, verſ. *an ſtatutum de offendente*, vbi, quod offendens officialem ab officio remotum puniri debet, pœnis ſtatuti punientis offendentem officialem, ſi illam offenſam mei faciat occaſione officij præteriti, idem etiam docuit Maſtril. in ſuis comment. ad indultum generale, *c. 36. n. 10.* verſ. *Amplia 3.* & verſ. *& licet contrarium*, vbi quod indultum generale excipiens cædem officialis Regalis habet locum in occidente officialem remotum, ſed intuitu officij.

20. Et cum hæc quæſtio incidiſſet in facto, in quodam qui occiderat quendam actuarium, poſt octo menſes à die officij præteriti, magna Curia iudicauit talem reum non poſſe gaudere beneficio indulti prædicti, teſte Franco, *dicta deciſ. 403. n. 1.* qui licet *in fin.* dicat Sacrum Conſilium iudicaſſe contrarium, attamen etiam ibi dicit, à dicta ſententia pendere reclamationem ad conſilium collaterale, quæ cauſa non fuit, inquit ipſe, expedita ob fugam Rei à carceribus; bene verum eſt quod Francus inclinat in ſententiam magnæ Curiæ, quam latiſſimè defendit à *n. 6.* verſ *Sed quia in præſenti caſu vſque ad finem*, opinionem Pariſ. de Puteo *de qua ſuprà*.

Neque obſtat ſi dicatur quod hoc modo conſtitutio noſtra quæ pœnalis eſt extenderetur contra iuris regulam.

Nam reſpondetur quod cum ratio in conſtitutione noſtra expreſſa *ibi*, qui tantum nefas in odium, & contemptum huius Officij commiſerit, & non expreſſa, quæ eſt libertas S. Inquiſitionis quæ tamen non obſcurè colligitur ex proœmio dictæ conſtitutionis, militent in caſu, & terminis noſtris, concluſio noſtra non dicitur extendere conſtitutionem noſtram, ſed declarare, & ea quæ ſunt ſtricti iuris recipiunt interpretationem declaratiuam. Ita in ſimilibus terminis reſpondit Franc. *d. deciſ. 403. n. 9. in fin.* Et ex hoc etiam reſponderi.

Secundò reſpondetur quod talis offendens dicitur offendere miniſtrum S. Offic. & ſic includitur, &c.

§. V.

An noſtra conſtitutio habeat locum in offendente Miniſtrum Sancti Officij electum tantùm.

QVæſtio hæc formari poteſt in Inquiſitore qui poſt literas à Summo Pontifice, vel Sacra Vniuerſali Romana Inquiſitione obtentas, quibus ſuper hæretica prauitate tali loco delegatur, debet literas ſuæ delegationis præſentare Regi, vel Principi illius loci, Capitulo maioris Eccleſiæ, vel etiam conſiſtorio Ciuitatis, vti tradiderunt Simanch. *de Cath. Inſt. tit. 44. n. 1.* & Pegna *in Director. p. 3. comm. 1. in principio.* Quæritur igitur an talem Inquiſitorem electum ante literas Regi præſentatas offendens Conſtitutionis noſtræ pœnis ſubdatur, qua in re breuiter

Dicendum quod non: Moueor primò ex pul- 21.
cherrima traditione Baldi per illum text. *l. ſed & milites §. Quæſitum de excuſatorum*, vbi dicit quod priuilegium conceſſum ratione officij requirit officium in actu, nec ſufficit habitu tantum, ſed Inquiſitor, ante præſentationem prædictam habet officium habitu tantùm, non actu, igitur.

Secundò Moueor, quia ante commiſſionem, & delegationem ipſius præſentatam commiſſio illius non ſciebatur, igitur non poteſt dici offenſus Inquiſitor.

Tertiò, Quia in terminis, quod in exceptione facta 22.
ab Indulto Generali Philippi III. Hiſpan. Regis de occidente Official. Reg. non includantur occidentes officiales electos, ante literarum ſuarum præſentationem ob ſupradicta fuit deciſum in Sacro Regio Conſilio Neapol. teſte Franco *deciſ. 326. per tot.* & docuerunt Caball. *in ſuis reſol. Crim. Centuria 2. caſu 148. n. 7.* & Maſtrillus latiſſimè ad Indultum Generale eiuſdem Regis, *c. 36. n. 23.* vbi latè alios allegat.

§. VI.

An hoſce Miniſtros offendens non intuitu S. Officij, ſed ex odio priuato incurrat pœnas noſtræ Conſtitutionis.

BReuiter dicendum eſt, quod non. Probatur con-
cluſio primò ex verbis Bullæ noſtræ ibi, qui 23.
tantùm nefas in odium, & contemptum S. Offic. admiſerit, igitur ex priuata inimicitia Miniſtros S. Officij offendens, non incurrit pœnas noſtræ Conſti-

tuiionis quod illis verbis videtur annotaſſe Farin. *de hereſi,q.180.num.80.in fin.*

24. Secundò probatur concluſio ex his quæ docuerunt DD.de offendenta officialem Principis qui licet incurrat Crimen læſæ Maieſtatis, Rol. à Valle *conſil.*88.*n.*2.*lib.*1.& Decian.qui alios allegat *conſ.*18. *num.* 317. *vol.* 1. tamen hoc intelligitur ſi hoc fiat contemplatione Officij, ſecus ſi ex odio, & inimicitia priuata, Ann. *conſ.*97. *num.*1. *lib.*1. Dom. meus Oddus *conſ.*88. *volum.*1. Farin.*de delictis, & pœnis, quaſt.* 17. *num.* 40. & de Crimine læſæ Maieſtatis *quaſt.*112. *num.*150. *& ſeq.* & Honded.*conſ.*105.*&* 108. *vol.*1.

Sic etiam in terminis Regij Generalis Indulti excipientis cædem Officialis Regij, quod in dicta exceptione minimè comprehenditur officialem occidens ex odio priuato docuerunt, pluriéſque deciſum atteſtantur Franc. *deciſ.*326. & Maſtrill. *ad dictum Indult.cap.*36. *num.*21. Similiter etiam excommunicatio Bullæ Cœnæ Domini lata *can.* 9. contra offendentes illos qui ad Romanam Curiam veniunt non vt venientes ad Apoſtolicam Sedem, ſed vt particulares inimicos, vti plura allegando probauit Leonard. Duard. *ad Bullam Cœna, lib.*1.*can.*9.*q.* 32. igitur, &c.

Dubium tantummodò poteſt hîc eſse,an in dubio
25. Miniſtri S.Officij præſumantur offenſi vt tales,& in odium S. Tribunalis? an verò vti particulares inimici,& ex odio particulari? In qua difficultate.

Seclusa diſpoſitione Bullæ noſtræ dicendum eſset, quod in dubio præſumuntur officiales, & miniſtri Offenſi ex odio particulari, & hoc ad excludendum maius delictum vti pluribus aliis cumulatis, docuerunt Farinac. *de crimine laſa Maieſtatis,q.*12.*n.*154. Maſtrillus *ad indultum Regium, c.*36. *num.*21. qui alios allegat, quiquid ex Boſs.in contrarium dixerit Burſat.*conſ.*148 *n.*15.*in fin. vol.*2.

At attenta diſpoſitione Bullæ noſtræ ſi verſemur, in offendente qui fuerit in Sancto Officio indicatus, denunciatus, vel punitus pro aliquo delicto ſpectante ad dictum Tribunal, vel in aliquo conſanguineo, ſeu affine talis inquiſiti, &c. Clariſſimum eſt, quod offenſa prædicta intelligitur, & præſumitur facta intuitu, & in contemptum S.Officij, probant hoc verba textus, ibi: *Nemo autem expurgationem habere, aut cauſam vllam proponere, vel pratendere poſſit qui tantum nefas in contemptum, & odium huius officij admiſerit, niſi contrarium per claras probationes docuerit ſe feciſſe.*

Ex quibus verbis manifeſtiſſimè colligitur præſumptionem in prædictis caſibus eſſe contra reos ſic delinquentes.

Et ſi aliqua cauſa particularis per tales offendentes allegetur ad hoc vt ex illa poſſint pœnas noſtræ Conſtitutionis euitare, tria copulatiuè probare debent.

Primò probari debet, quod cauſa allegata ſit no-
26. ta offendenti, Dom. meus Odd. qui alios allegat *conſ.*88.*n.*96. qui reſpondit in puncto & terminis ſtatuti Lucēſis punientis acriter offendētes Aduocatos.

Secundò, probari debet, quod offendens ex cauſa illa ſit motus ad offendendum, Odd. *vbi ſuprà n.*97. Tertiò denique cauſa non debet eſſe leuis, ſed iuſta, & legalis quamvis enim quælibet cauſa, etiam leuis, ſufficiat ad euadendam pœnam pacis, vel treguæ ruptæ, vti tradidit Nicol. Moron. *de pace, & tregua, c.*153.& Hercol. *de cautione non offendendo cap.* 13. *num.*15. attamen illud procedit, quoad euadendam pœnam conuentionalem inter partes ex conſenſu ſtipulatam, ſecus quoad pœnam à ſtatuto, lege, ve constitutione, qualis noſtra eſt, impoſitam. Ita docuere alios latiſſimè referentes Maſcard. *de probat. concl.*1357.*ſub n.*18.*vol.*3.& Do. meus Odd. *vbi ſupr. num.*98 *&* 99.

Addi etiam poteſt, quod cauſa illa iuſta non debet eſse procurata ab offendente, quia hoc eſset fraudare noſtram conſtitutionem.

Præſumptionem quoque Bullæ exiſtimarem procedere, in offendente tales miniſtros, qui ſit, vel eſse probetur ſuſpectus de fide vehementer vel violenter, & multo magis, ſi ſit hæreticus, nam cum nullus delinquere præſumatur ſine cauſa, hîc autem ex vna parte adſit mala qualitas vitæ offendentis, ex alia miniſterium S. Officij in offenſum, ob quod ſolent tales miniſtri odio haberi ab hæreticis, & de hæreſi ſuſpectis in conſequentiam probabiliſſimam deduci poteſt talem offenſam, non ex odio priuato ſed à contemptu S. Officij proceſſiſse, & Bullam noſtram in tali caſu locum ſibi vindicare. 27.

Si autem verſaremur in aliquo, bonæ vitæ, & famæ in materia fidei, qui nec indiciatus, nec denonciatus, nec punitus vnquam fuiſset in S.Officio, quique nec aliqua affinitate, vel conſanguinitate eſset viri in S.Officio indiciato, &c. coniunctus, & iſte talis aliquem qui fuiſset in hoc Tribunali accuſator, denunciator, vel teſtis, vel etiam aliquē Miniſtrum S. Officij maximè ex inferioribus offendiſset, certè in hoc tali exiſtimarem ceſsare debere præſumptionem Bullæ noſtræ (& hoc ſaluo ſemper ſaniori, ac veriori iudicio maximéque eminentiſſ. DD. Cardin. Suprem. Inquiſit.) & in hoc caſu, ſi Inquiſitor prætenderet talem offendentem punire, & eſſe de foro ſuo exiſtimarem ipſi Inquiſitori onus incumbere probandi talem offenſam fuiſſe factam in contemptum Sanct. Officij, ob vulgatam DD. traditionem quod qualitas tribuens Iuriſdictionem eſt probanda ſaltem ſummariè, Abb. Butrius & Felin. in cap. *ſi clericus de foro compet.* Geminian. in cap. *Romana §. contrahentes, de foro competenti, in 6.* & poſt Curt. iuniorem, & alios quos allegat Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſtici reſol.*546. *num.*1. vbi etiam de communi atteſtatur. 28.

Bene verum eſt, quod ſufficeret probari illam qualitatem ab Inquiſitore per coniecturas, ex traditis per Farin. *de crimine laſa Maieſtatis, quaſt.*112, *num.*154. & Maſtrili. *ad indultum dicto cap.*36. *n.*22. qui alios allegat; An autem offendens miniſtros S. Officij ex odio priuato, poſſit ab Inquiſitoribus puniri, videatur latiſſimè diſputans articulum hunc, Ioſeph. Seſſ. *de inhibit. Iuſtitia Arragonum, cap.*30.*§.*1. *à num.*121. *vſque ad finem.*

§. VII.

De Intellectu Bulla in illis verbis, per claras probationes.

CVm clara probatio dicatur illa, quæ fit per teſtes, vel per facti euidentiam, Maſcardus *de probat. in pralud. quaſtione quarta, num.* 5. dubitari in caſu noſtro poteſt, num per ſuprà ſcripta verba Bullæ excludatur præſumptiua, & coniecturalis probatio? In qua te 29.

Dicendum ſufficere probationem præſumptiuam, & coniecturalem, quod probari poteſt ex eo quod præſumptio ſit vera, & propria probatio, vti poſt DD. *in l. de probat.* demonſtrauit Merenda *controu. Iuris, lib.*5.*cap.*39. *num.*11. *& ſequentibus*, & lex de probat. loquens, debet etiam de præſumptiua intelligi ne dicamus legem ſuam probationem excludere, 30.

dere, vti poſt Bero. *in Rubr. de probat. n.* 47. verſ. *Si vero à lege*, voluit in caſu pulcherrimo Eugen. *conſ.*82.*n.*14 *vol.*1.igitur à verbis Bullæ noſtræ minimè excludi debet probatio præſumptiua, & coniecturalis.

31. Et quamuis hæc videantur procedere in præſumptione legis, & Iuris, & non in præſumptione hominis tantum ex his quæ docuit Menoch. *de præſumpt.lib.*1. *quæſt.*36.*n.*10 *& ſequent.*Attamen quod etiam hominis præſumptio, dummodò leuis non ſit, ſit vera, & propria probatio, docuerunt Bero. *vbi ſuprà, n.*42. & ante eum Bald. *in addit.ad ſpecul. in tit.de præſumpt.* §. *ſpecies*, in verbo *an præſumatur*, verſ. *Præſumptio eſt talis*, quos in terminis decreti Ducalis, pethibentis in fractione treguæ poſſe allegari nouam cauſam, niſi legitimè, & per euidentiam facti probetur, ſequutus fuit Eugen. *in dicto dicto conſ.*81. *n.* 17. *& ſequentib.vol.primo.*

32. Solummodò in hac re duo videntur difficultatem facere, alterum eſt, quod cum probatio requiratur in vim conditionis, tunc appellatione probationis licet venire poſſit præſumptio Iuris, de iure attamen nullo modo veniunt præſumptiones Iuris tantùm, niſi natura rei probanda aliter probari non poſſet, nec præſumptiones hominis vt patet ex traditis latiſſimè per Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 37. *per tot.* Alterum eſt, quod præſumptiua probatio, non videtur habere locum, cum requiratur probatio clara vel euidens, ex traditis per eundem Menoch. *ibid. q.* 38. *per tot.*Alterum eſt, quod præſumptiua probatio, non videtur habere locum, cum requiratur probatio clara, vel euidens, ex traditis per eundem Menoch.*ibid. q.*38.*per tot.*

33. Verum prædicta non obſtant, nam quoad primum falſa omnino eſt Menochij ſententia confutaturque primo per text.*l.licet Imperator de leg.*1. vbi dicitur à regula ibi firmata recedi non poſſe ſi non ſit euidens voluntas teſtatoris, ex quo colligitur probationem requiri in vim conditionis, & tamen I. C. ibi & poſt eum interpretes ſatis eſſe exiſtimant de voluntate per coniecturas conſtare.

Secundò confutatur ſententia Menochij, ex *l.fin. Cod.de Nouat.*vbi Imperator ſtatuit nouationem hodie non fieri, niſi partes ſpecialiter remiſerint priorem obligationem, & expreſſerint ſecundam propriima ſe eligere, & tamen communiter docent Doctores huic legi ſufficienter ſatisfieri per coniecturalem, & præſumptiuam probationem, licet textus loquatur per verba ſpecialiter, & expreſſerint, vti videre eſt apud Menoch.*de præſumpt. lib.* 3. *præſumptione* 135. & Paul. Bellon. *de Poteſt.eorum quæ fiunt incont.lib.*1 *cap.*160 *num.* 2.

Et ita contra Menoch.tam ex prædictis, quàm ex aliis tenuit Merend. *Controuer. Iur. lib.*5. *dict. cap.* 39. *num.*16. *& ſequentib.* & Engen. *in dicto conſ.*82. *num.*24. *& ſequentibus.*

34. Quoad ſecundum verò etiam contra Menochium tenendum eſt, prout etiam contra illum tenuit Merenda *vbi ſuprà*, *num.* 20. *& ſeq.* vbi probat præſumptiuam probationem venire appellatione probationis veræ, legitimæ, & euidentis, quod etiam ex iuribus allegatis clariſſimè colligi poteſt.

§. VIII.

An omittens obuiare actionibus per Bullam noſtram probibitis incurrat pœnas eiuſdem.

35. PRæmittendum eſt, quod duplex eſt omiſſio, altera purè negatiua, quæ nullum habet poſitiuum influxum phyſicum, ſeu moralem in effectum, vt cum quis videt Miniſtrum Sancti Officij offendi, & non impedit. Altera eſt omiſſio, quæ non eſt purè negatiua, ſed poſitiuum habet influxum, vt occultare arma Miniſtrorum, ne ſe poſſint defendere. Hoc ſuppoſito.

36. Dico primò, omittentes obuiare actionibus prohibitis per Bullam omiſſione purè negatiua, non incidunt in Bullæ noſtræ pœnas. Probatur primò, quia Bullæ noſtræ virtute prohibetur actus purè poſitiuus, vt occidere, rapere, retinere, occultare, comburere, &c. at non obuiare criminibus, per Bullam probibitis cum poſſit, & debeat, eſt actus negatiuus purus, ergo non comprehenditur ſub Bulla noſtra, quoniam in pœnalibus verba ſunt ſtrictè interpetanda cap. *odia de reg.Iur.in ſexto.*

37. Neque obſtat, quod qui poteſt hominem à morte liberare, non liberat, illum occidit, cap. *ſicut dignum*, §. *illi etiam, de homicidio*, & indicium ſocietatis occultæ contra illum oritur, qui cum poſſit manifeſto facinori obuiare deſinit cap. *non inferenda* 23. *quæſt.* 3. cap. *qui poteſt*, & cap. *quanta in fin. de ſent. excommun.* non obſtat, inquam, quia iura illa loquuntur imputatiuè, ſeu interpretatiuè, & non ſecundum veritatem, at intellectus interpretatiuus non habet locum in conſtitutione pœnali, ita in parum abſimilibus terminis ad dicta Iura reſpondet Leonard. Duardus *ad Bullam Cœnæ, lib. ſecundo, Can.*9. *quæſtione octaua, num* 14. verſ. *Ad primum.*

38. Secundò probatur principalis concluſio à ſimili, quia in Bulla Cœnæ Canone 9.Excommunicantur, qui venientes, & recedentes à Sede Apoſtolica interficiunt, mutilant, &c. & in prædicto Canone comprehenduntur non obuiantes illis criminibus vti latiſſimè probauit Leonardus Duardus *in dicto Canone,quæſtione octaua,per totam*, igitur nec tales non obuiantes comprehenduntur ſub diſpoſitione Bullæ noſtræ.

38. Dico ſecundò, non obuiantes actionibus prohibitis per Bullam omiſſione non purè negatiua, ſed poſitiuum, vel moralem influxum in actiones prohibitas habente, vt auferendo arma à Miniſtris Sancti Officij ne ſe poſſint defendere, &c. comprehenduntur ſub diſpoſitione noſtræ Bullæ, & pœnis in ea contentis puniri poſſunt. Probatur primò, quia tales ſine dubio ſunt fautores, vel auxiliatores occidentium, &c. vti etiam dixit Duardus *loco proximè allegato num.* 10. at auxiliatores, & fautores comprehenduntur in Bulla, vt ex eius verbis patet, ibi, *ſeu aliàs auxilium, conſilium, vel fauorem*, &c. igitur, &c.

Secundò probatur ex verbis Bullæ, ibi, *ſeu, qui*, &c. *etiam inermis ſiue capiendi, ſiue comburendi, ſiue ſupprimendi cauſa fuerit.* At non obuians per actionem habentem poſitiuum influxum, ſiue phyſicum, ſiue moralem poteſt eſſe cauſa capiendi, &c. igitur, &c. Maximè ſtante illo verbo *inermis*, ex quo Papa videtur innuere, non eſſe neceſſarium influxum, poſitiuum in captionem, combuſtionem, & cætera, ſed ſufficere moralem, qualis influxus inermis delicto aſſiſtentis, & aliquid agentis, quo delinquentes, animoſiores, vel tutiores reddat.

De non obuiante delictis vide Farinac. *de indiciis, & torturis, quæſtione quinquageſima prima per tot.*

§ IX.

An ratum habens crimina per Bullam prohibita ſubdatur pœnis illius.

40. PRæmittendum eſt, quod Ratificatio eſt alicuius facti comprobatio meo nomine geſti: ſed à me noo mandati. Dixi *meo nomine*, quoniam fruſtrà ratum habemus, quod noſtro nomine geſtum non eſt, text. *eſt in Cap. ratum. de reg. Iur. in ſexto*, & notat Bart. *lege prima*, §. *Sed & ſi quis, ff. de vi, & vi armata*, dixi etiam *comprobatio*. quæ duobus modis fieri poteſt, vel verbis, vt ſi quis dicat, rem gratam mibi feciſti, vel factis, vt donando aliquid delinquenti, vide Farin. latiſſimè hæc declarantem *de Conſultoribus, q.135.n.43. & pluribus ſequentibus.*

41. Præmitto ſecundò, quod ratificatio non eſt ſimpliciter mandatum, & in rei veritate, ſed per fictionem Iuris, vti dixit Capra *concluſione* 54. *n.* 5. & Suarius *diſputat.* 44. *ſection.* 3. *num.* 26. *de cenſuris*, & Leonardos Doardus *ad Bullam Cœnæ, lib. canon* 9. *quæſtione ſeptima. num.* 8. & 9. non enim ait Suarez, Ratihabitio habet illum influxum in effectum, & delictum quem habet mandatum, vt conſideranti, cuique apparere poteſt. Hiſce ſuppoſitis,

42. Dicendum, Ratificantem oon comprehendi ſub diſpoſitione Bullæ noſtræ. Probatur ex eo quod in Bulla noſtra verba ſunt propriè intelligenda cum ſit pœnalis vt per ſe patet; at eum in aliqua diſpoſitione, vt verbi gratia, in ſtatuto verba ſunt ſtrictè, & propriè intelligenda, tunc ſtatutum illud, vel illa diſpoſitio de Malef. & mandante loquens, non habet locum io ratificante, vti plurimis cumulatis docuere plurimi DD. quos allegat, & ſequitur Farin. *de Conſultor. quæſt.* 135. *num.* 71. igitur, &c.

Quod maximè habet locum in caſu noſtro, in quo Bulla noſtra auget iuris communis pœnam committentibus delicta ibi prohibita, iuxta allegata per eundem Farin. *dicta quæſt.* 135. *n.* 128.

Et ita etiam in terminis excommunicationis latæ in Bulla Cœnæ, *can.* 9. contra occidentes, &c. venientes ad Sedem Apoſtolicam, quod non comprehendat ratificaotes latè defendit Duardos, *ibi quæſtione ſeptima per totam.*

§. X.

De non obſtante, cum ex iuſtitia teneatur, an in Bulla noſtra comprehendatur.

43. PRæmiſi ſupra dupliciter contingere poſſe aliquem non obſtare, vno modo per omiſſionem purè negatiuam, altero modo per omiſſionem habentem influxum poſitiuum vel moralem in effectum, nunc addo cum Suarez *de cenſuris, diſput.* 45. *ſectione quarta*, & aliis infra citandis, quod iſte oon obſtans omiſſione purè negatiua, vel tenetur ex iuſtitia obuiare delicto, qualis eſt Iudex, filius cum videt Patrem offendi, ſeruus, &c. & ſimiles de quibus latè Farin. *de indic. & tort. q.* 51. *n.* 26. *& plurib. ſeq.* vel non teoetur ex iuſtitia obuiare delicto, ſed tantùm ex charitate, vti loquuntur Theologi, qualis eſt quilibet extraneus dum videt aliquem extraneum offendi. hoc præmiſſo.

44. Dicendom quod oon obuians delicto, cum teneatur ex iuſtitia comprehenditur ſub diſpoſitione Bullæ noſtræ, ſecus de noo obſtante, qui oon tenebatur ex iuſtitia ſed ſolùm ex charitate. Probatur concluſio noſtra, quia talis non obſtans moraliter influit in effectum, & propterea non obſtans homicidio cum poſſit & teneatur ex iuſtitia, efficitur Irregularis, ſecundum communem opinionem DD. de qua Suar. *vbi ſuprà, num.* 5. verſ. *Dico ſecundò*, Henriq. *in ſumm. lib.* 14. *cap.* 12. Sayrus *de Cenſur. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 3. Conioch. *de Sacram. diſput.* 18. *dub.* 7. *num.* 72. & Bonacin. *de cenſur. diſput.* 7. *quæſt.* 4. *punct.* 8. *concl.* 5. *num.* 37. At moraliter influens in effectus, & actiones per Bullam prohibitas, quooiam dicitur fauere actiones illas facientibus, comprehendimr, & ligatur diſpoſitione Bullæ noſtræ, igitur etiam talis non obſtans, &c.

Dixi ſecus eſſe ſi talis non obſtans, oon tenetur 45.
ex iuſtitia obſtare, ſed ex ſola charitate, tunc procedunt dicta *ſuprà in prima concluſ. quæſtione de hac materia*, & *ibi* dicta confirmantur, ex eo quod talis noo obſtans nullum habet influxum, neque phyſicum oeque moralem in actiooes prohibitas, vnde etiam non obſtans homicidio, cui ex ſola charitate obſtare tenetur oon fit irregularis, vti docuerunt Suar, Sayt. Bonac. & alij *locis ſup. alleg.* igitur in Bulla noſtra noo comprehenditur.

Neque obſtat, ſi dicatur, quod non obſtans, qui ex 46.
ſola charitate tenetur, dicitur delinqoenti fauere, *c. quanta de ſent. excomm.* & docuerunt Marius Alterius *de cenſuris, lib.* 5. *diſput.* 12. *cap.* 6. verſ. *De hac quæſt.* & Leonard. Doardus, *ad Bulla Cœnæ, lib.* 1. *canone* 11. quæſt. 19. *per totam*, vbi dixerunt generaliter, non prohibentem Antiſtitem percuti, cum poſſit, incidere in excommunicationem Bullæ Cœnæ, latam illo Canooe 11.

Non obſtat, inquam, quia ad incurrendam cenſuram latam in mandantes, &c. vel præſtantes fauorem auxilium, requiritur moralis, vel phyſicus influxus in actionem prohibitam, vti pulcherrimè, & magiſtraliter docuit Suar. *de cenſur. diſp.* 21. *ſect.* 2. *in vndecima Cenſura, n.* 71. verſ. *Denique ad d. extenſio.* at oon obuians, qui ex iuſtitia non tenetur non influit vt *ſuprà* dixi, igitur, &c. & ad cap. *quanta* reſpondetur, vti etiam *ſuprà* reſpondi, non obuiantem præſtare fauorem, interpretatiuè, qood colligitur ex verbo illius text. ibi *Interpretamur*, noo autem verè, & realiter, at intellectus interpretatiuus oon admittitur in diſpoſitione ſtrictè intelligenda, vt ſupra latè dixi de ratificante, igitur.

Secundò reſpondetur dictum text. intelligi debere de non obſtante obligato ex iuſtitia obuiare percuſſioni clerici, nam talis incurrit cenſuram, Can *ſi quis ſuadente diabolo*, non autem intelligi de non ob 47.
uiante qui obuiare noo tenetur, & ita illũ text. intelligunt Molina *de Iuſt. & Iure, tom.* 4. *diſp.* 33. *membro* 5. *n.* 6. & Bonacina, qui alios allegat, *de Cenſuris. diſp.* 2. *q.* 4. *punct.* 3. *concl.* 2. *n.* 5. verſ. *Neque obſtat, c. quanta.*

Ad traditionem autem Alterij, & Duardi reſpondemr, quod ſi intelligitur de non obſtante, qui ex iuſtitia tenetur obuiare, tunc vera eſt illorum traditio, ſi verò iotelligitur etiam de non obſtante obligato tantùm ex charitate, eorum traditio manifeſtè reprobatur ex dictis *ſuprà*, & ex alleg. *in quæſt. de Ratificante.*

§. XI.

De illis verbis Bullæ, ſiue aliàs auxilium, conſilium, vel fauorem, *&c.*

PRo intellectu horum verborum, & quomodo 48.
inter ſe differant, & etiam à mandato, vide

latè

latè hac de re tractantem Farin. *de Conſultor. &c. q.129. num.1. & plur. ſeq.* vbi de auxiliaroribus, & Conſuitoribus, *& n.41.* vbi de fautoribus, & Leonard. Duardus, *ad Bullam Cœnæ, lib.2.Can.11.q.17.* vbi latè de hac re, & Marium Alterium *de cenſuris, lib.5.diſput.12.cap.6.* verſ. *ſeu præſtantes eis auxilium, fol.629.* & verſ. *conſilium, fol.630.* & verſ. *vel fauorem, fol.mihi 632.*

Notanda tantummodò ſunt verba illa, *auxilium,* &c. *in quolibet prædictorum ſcienter præſtiteris.* Ex quibus colligitur Bullam punire non auxilium ſimpliciter, quo caſu caperetur auxilij nomen largo modo, ſed punire auxilium reſpectu certi actus, in quoliber prædictorum, quo caſu conſtitutio no-

49. ſtra debet intelligi de fautore, & auxiliatore in ipſo delicto, non autem poſt delictum, ita Farin. qui alios allegat. *de conſultor. q.132. num. 41. & 42.* & Leonard. Duard. *loco allegato, n.6.* Alter. *vbi ſuprà verſ. ſecundò quæret aliquis.*

Et ſic Bulla noſtra comprehendit tantùm fautores, & auxiliatores in actionibus in Bulla prohibitis, non autem auxiliatores, &c. poſt actiones prohibitas perpetratas, & ita in Bulla comprehenderetur, opem dans occiſori, vulneratori, &c. in occiſione ipſa, & vulneratione ſecus poſt.

§. XII.

De illis verbis Bullæ, licèt nemo occiſus, nemo verberatus, nemo extractus, emiſſus, vel ereptus, nihil effractum, ſuccenſum direptùmve, nullum denique damnum re ipſa ſit ſequutum, &c.

50. EX his verbis Bullæ noſtræ colligitur, quod in delictis in ea prohibitis punitur affectus, & conatus, non ſequuto effectu quod paſſim admittunt DD. in crimine læſæ Maieſtatis, & in aliis atrociſſimis delictis latiſſimè Farin. *de crimine læſæ Maieſtatis, qu.116.num.147.*

51. Solummodò hoc loco dubitari poteſt an ſola machinatio, & ſolos conatus puniri debeat in hiſce criminibus pœna Bullæ noſtræ, an vlterius etiam requiratur quod ſit deuentum ad aliquem actum exterius; in qua re breuiter

52. Dicendum, quod requiritur aliquis actus externus, vt poſſit conatus, & affectus puniri pœnis noſtræ conſtitutionis. ita in caſu cap. *felicis de pœnis in 6.* qui eſt de inſequentibus, capientibus, &c. Cardinales, docuerunt Archid. *n.10.* & Io. Andr. *in princ.* & Gemin. *ibid. n.5.* & in crimine læſæ Maieſtatis docuerunt Menoch. *de Arbitr. Iudicum caſu 360. n.24. & ſeq.* & Farin. *vbi ſuprà n.152. & 154.* vbi atteſtatur de communi opinione DD.

An autem actus illi exteriores debeant eſſe proximi delicto, an ſufficiat ſi ſint remoti.

53. Dicendum, quod cum ſimus in diſpoſitione odioſa, & pœnali actus illi debent eſſe proximi delicto. Concluſionem hanc probat pulcherrima traditio Baldi *in conſ. 356. Statuto Ciuitatis Placent. vol.1.* vbi voluit Statutum Placentiæ quo punitur qui nixus eſt carnaliter cognoſcere mulierem intelligi de actu proximo, quod & latè probauit Menoch. *de Arbitr. Iudic. dicto caſu 360. n.115. & ſeq. & n.119.* vbi quod illa Baldi traditio non haberet locum ſi ſtatutum prohiberet, attentare delictum per verba negatiua, pro vt faciunt Conſtitutiones Mediol. tit. *de pœnis,* cap. *Mandantes,* quibus cauetur poſſe puniri mandati delicti, ſi modò delictum nec factum, nec attentatum eſt: nam tunc ait Menoch. ſtatutum intelligi debet etiam de actu remoto, nam eum totum negatur, & pars *l. hoc genus de Condit. & demonſtr.*

Quid autem in crim. læſæ Maieſtatis ſit dicendum videndus eſt Farin. *d. q.116.*

§. XIII.

An Mandans qui mandatum reuocauit ſubdatur pœnis noſtræ Bullæ.

COmmunis Regula Doctorum eſt, quod mandans reuocato mandato, non tenetur, etiamſi 54. Mandatarius poſt reuocationem dicti mandati delictum commiſerit, Gomez, *variar. reſol. tom. 3. cap. de homicidio n.40.* Menoch. *de arbitrariis Iudicum caſu 252 num.7.* latiſſimè Farinac. *de conſultor. & mandatoribus quæſt. 135. num. 174. & ſequ.* qui alios allegat.

Quod procedit, ſiue reuocatio ſit expreſſa, ſiue tacita, vtputa quia mandans contraxerint parentelam, cum illo quem occidi mandauerat, vel inimicitias contraxerit de nouo cum Mandatario; ita Gomez. *vbi ſupr. dicta n.40.* & Farin. *loco citato, n.175 & ſeq.* 55.

Hæc tamen intelligenda ſunt, vt procedant & habeant locum, dummodò ratificatio intimetur, & notificetur mandatario, niſi enim Mandatarius ſciat pœnitentiam mandantis non excuſatur mandans, ſi is mandatum ſibi derelictum executus fuit, ita Farin. qui alios allegat. *citat. n.181.* & Cotta *de Re integr. diſt.21. per tot.* 56.

Talis tamen mandans in caſu noſtro, licet non notificauerit reuocationem mandati mandatario, excuſabitur ab incurſu cenſurarum Bullæ noſtræ, ratio eſt quia ad contrahendam cenſuram requiritur dolus at dolus ceſſat per reuocationem mandati, & tantùm adeſt negligentia in non notificatione reuocationis mandati quæ non ſufficit ad incurrendam cenſuram, ita Farin. *loco citat.* qui alios allegat, quibus addo Leonardum Duard. *in Bullam Cœnæ, lib. 2. Can. 11. q. 13. per totum,* vbi de mandante percuti Cardinalem, & Marium Alterium *de cenſuris lib. 5. c. 6. fol. mihi 624.* verſ. *Sed quid dicendum,* & hæc fuit originalis doctrina innoc. in *c. Mulieres in fin. de ſententia excom.* ſed occaſione huc uſque dictorum, vt materia hæc clariùs intelligatur, 57.

Dubitari poteſt an mandans incurrat excommunicationem Bullæ noſtræ, ſtatim ac alteri mandauit, 58. aliquam actionem ex prohibitis per Bullam noſtram, an potiùs vbi mandatarius rem executioni miſit; In qua re

Gloſ. *in Clem. prima* in verbo *mandauerit. de pœnis*, mouet hanc quæſtionem, & arguit pro vtraque parte, & tandem quæſtionem indeciſam relinquit, ſed

Cardinalis *in eadem Clem. num.8.* expreſsè tenet mandantem excommunicationem non incurrere niſi vbi mandatarius delictum mandatum commiſit, & rationem reddit *ibi* Card, quia mandans dicitur facere, id quod alius ſolo nomine fecit, cap. *mulieres de ſent. excommunicationis*, quæ ratio ceſſat, donec mandatarius delictum executioni miſerit, & ita tenet alter qui alios allegat, *loco ſuprà citato, fol.623.* verſ. *Sed ſuperſunt duæ difficultates.*

Vera in hac re reſolutio eſt, quod vel æquè principaliter excommunicatio lata eſt contra facientes, ac contra mandantes, vt in caſu cap.1. *de Homicidio in ſexto*, vel cum in vno canone fertur ex-

communicatio contra facientes, in altero verò contra mandantes, & tune excommunicatio incurritur à Mandante, licèt Mandatarius nondum delictum mandatum executioni miſerit, etiam ſi numquam executioni mittendum eſſet, aut principaliter fertur eacommunicatio contra facientes, & acceſſoriè contra mandantes, conſulentes, &c.& tune eacommunicatio non incurritur, niſi ſequuto effectu, & tempore quo effectus ſequitur, ita diſtinxerunt Valent. *tom.4. diſp.7. q.17. puncto 9. ad finem* Alter. *de cenſuris, lib.3.diſput. 2.c. 2.* verſ. *dubitatur ſecundo*, & Bunacina *de cenſuris diſput. 1. quaſt. 1. punct.3.num.15.* qui alios cumulant.

An autem, & quando æquè principaliter cenſeatur lata excommunicatio in facientes, ac mandantes, & quando tantùm acceſſoriè contra mandantes, videndus eſt Leonardus Duard. *ad Bullam Cœna, lib.2.Can.2.quaſt.6.per totam.*

In dubio tamen eacommunicatio cenſetur lata tantummodo acceſſoriè contra mandantes, ne conſtitutio, & lex pœnalis extendatur; ita Auila *de cenſuris p.1.cap.5.diſp.3.dubio* 6. Bonacina *loco citato*, & alij ab ipſis allegati. Ex quibus patet reſponſio ad propoſitam Quæſtionem,

59. Sed redeundo vnde digreſſi ſumus, obiici nobis poſſunt verba Bullæ noſtræ, ibi, licet nemo occiſus, &c. ex quibus videtur colligi pœnitentiam mandanti non poſſe prodeſſe, cum puniatur à Conſtitutione affectus, etiam non ſequuto effectu.

Verùm *ſuprà* diximus, quod non obſtantibus illis verbis ad incurrendas noſtræ Conſtitutionis pœnas requirebatur, quod eſſet etiam deuentum ad actus aliquos etiam exteriores, & proximos, vnde idem in caſu noſtro dicendum eſt de mandante.

Hoc autem quod dixi procedit quoad pœnam ordinariam, nam quo ad extraordinariam, talis mandans licet mandatum renocaſſet, adhue debe-
60. ret aliqua pœna extraordinaria puniri, ex iis quæ notant DD. de aliis mandantibus in crimine aſſaſſinij, & aliis atrocioribus de quibus Farin. *de homicidio quaſt.23 num.104.& n.119.* maximè ſi mandatum per aliquod tempus durallet Conſtit. *de Re integr diſt.23.in fin.* vbi ad hoc allegat Felin. *in quodam ſuo Tractatu, de Nix. & Conatu*, Gomez. *tom.3.c.3.n.41.*

61. Quæ autem dicta ſunt hoc loco de mandante habent locum etiam in conſulente ea notatis per Farin. qui alios allegat. *de conſultor.q.129.n.90.*

Solummodò, Conſultoribus addi debet, quod ſi poſt reuocatum conſilium, & contrarium conſultum, certi ſunt eum, cui conſilium dederunt amplius delictum conſultum, non eſſe perpetraturum, tune à pari procedunt cum mandatoribus, ſed ſi de illo certi non ſunt, tune vltra mandatores tenentur, denunciare illi, in cuius necem conſilium præbuerunt, vt poſſit mortem euitare, ita Gomez.
62. qui alios allegat, *dicto tom.3.variar.cap.3.de homicidio, num.44.* & Farin. *dicta quaſt. 129. num. 92.& ſeq.* & ratio differentiæ, inter mandantem, & conſulentem, quo ad hoc eſt, quia mandatum fit tantùm gratia mandantis, vnde veriſimile eſt, quod reuocato mandato delictum amplius non fiet. Conſilium verò, fit gratia accipientis, vnde ſi ſemel in animo concepit facere delictum, difficillimè deſiſtet, ita declarant rem hanc Gomez. *loco allegato*, & alij com. apud ipſum.

§ XIV.

De illis verbis Bulla, ſeu Perterrefecerit.

QVæri hoc loco poteſt, num quælibet perterrefactio Miniſtrorum S. Officij, vel accuſatoris, denunciatoris, & teſtis etiam leuis, ſufficiat ad incurrendas pœnas noſtræ Conſtitutionis an verò debeat eſſe grauis?

Et quidem breuiter procedendo,

Dicendum eſt, perterrefactionem debere eſſe de re 63.
graui, quæ poſſit inducere metum, & timorem cadentem in virum conſtantem, vt conſtitutioni noſtræ in perterrefacientem poſſit eſſe locus, ita in terminis Bullæ noſtræ docuit P. Zanard. *in summ. diuinor. precept. tom. 1. capit.5. de fide* verſicul. *Noto autem vnum.*

Ratio fundamentalis noſtræ concluſionis eſt, quod conſtitutio hæc vti pœnalis, de terrore & metu incuſſo loquens, debet intelligi de eo terrore, & metu, qui in iure metus, & terror reputatur, cuiuſmodi non eſt metus, ſeu terror metum leuem inducens *l. non timorem ff. de eo quod metus cauſa*, Vital. *in Clem.1.n.3.de foro competenti*, vbi ait, non haberi rationem in iure metus leuis.

Et ad hoc etiam faciunt gloſ. fi. in *c. Vnico, de iis quæ vi*, &c. & Franc. *ibi in fin.* vbi aiunt excommunicationem in eo c. latam contra cogentes Iudices Eccleſiaſticos ad abſoluendum excommunicatos, non incurri ob metum leuem dictis Iudicibus illatum, & gloſ.& [illegible]ne. ſequitur Suar. *de cenſuris diſp. 23. ſect. 4. num 11.*

Faciunt quoque latè tradita, per Sanchez *in ſum. tom.1.lib.4.cap.4.n.4.* vbi latè probauit excommunicationem latam à Trid. *Seſſ.25.de Regul.c.18.* contra cogentes fœminas ad monaſterij ingreſſum, non comprehendere cogentes per metum leuem.

Ad hoc autem vt metus cadat in conſtantem vi- 64.
rum, quinque requiruntur relata per Sanch. *de matrimonio l.4.diſp.2.n.10.*

Primum eſt, vt malum quod timetur, in ſe ſit graue *l. metum la prima, ff. de eo, quod metus cauſa*, ibi, *ſed maioris mali*, vbi gloſ. explicat id eſt magni mali, quæ autem ſint hæc mala videndus eſt de his latiſſimè agens Sanch. *de matrimonio, lib.4.diſp.5.per totam.*

Secundum eſt, vt malum quod timetur æſtimetur probabiliter aduenturum, ita vt timor dicti mali non ſit vanus, ſed probabilis, ita Sanch. *cum plurimis apud eum alleg. diſp.2.n.15.& ſeq.*

Tertium eſt, vt metum incutiens ſeu perterrefaciens potens ſit minas executioni mandare, Sanch. *vbi ſuprà, n.19.*

Quartum eſt, quod perterrefaciens, minas exequi ſit ſolitus, nec ſit homo facilè minas iactans, Sanchez, *loco allegato, num.20.& ſequ.* qui alios allegat, & explicat quandonam quis dicatur ſolitus minas executioni mandare.

Quintum eſt, quod non poſſit timens malo minato facilè occurrere Sanch. *vbi ſuprà, num. 23. & diſp. ſeq.* vbi optimè declarat totam materiam metus.

§. XV.

An perterrefactio de qua in Bulla, intelligatur de perterrefactione facta factis an etiam verbis.

SVppoſito, quod Bulla noſtra pœnalis ſit, odioſa, & multum à Iure communi exorbitans, ra- 65.
tione

tione pœnarum, de quibus ibi, clariſſimum eſt, quod verba eiuſdem Bullæ debent intelligi ſtrictiſſimè, & propriiſſimè, verbum autem perterreface-re, propriè ſignificat factis timorem inferre, ſicuti comminari ſignificat timorem inferre verbis, vt latè probauit Marius Alterius *de cenſuris, tom.1.lib.5. diſp.14.cap.3.*verſ. *ſupereſt explicandum, ſuper verbis Bulla Cœna Domini.Can.13.*ibi, *ac etiam partes &c.rapiunt, &c.bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt, comminantur per ſe, vel per alios*, &c. Ex quo ſequitur quod Bulla prædicta poteſt commodè intelligi tantum in perterrefactione facta factis.

Atque hoc modo intelligando Bullam, minus exorbitat à Iure communi, & ſicuti ſtatutum correctorium Iuris communis, quodque poteſt Ius commune corrigere in duobus caſibus, intelligendum, & interpretandum eſt, vt tantùm in vno caſu corrigat, etiam impropriando verba, vt latè deduxit, & probauit Honded.*conſ.1.n.33.vol.1.*ita non eſt dubium, quin eodem modo ſit interpretanda conſtitutio pœnaliſſima, à iure communi multum exorbitans, ſaltem vbi talis conſtitutio ſimilem intellectum admittit non impropriando verba, ſed ea accipiendo in potiori ſignificatione.

Confirmatur hoc ex eo, quod cum Papa voluit in conſtitutione pœnali comprehendere etiam perterrefactiones verbis, hoc expreſſit, vt fecit in illo Can.13.Bullæ Cœnæ Domini, ibi perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur.

Neque obſtat quod *ſuprà* Papa nominauerit facta, & poſtea ſubiunxerit verbum perterrefactionis, nam dico, quod ſubiunxit verbum perterrefecerit, præuia dictione, ſeu, quæ eſt particula declaratiua, ſecundum gloſ.*in cap. bona il.primo de poteſt.Pralat.* Gemin.*conſ.115.num.7.circa finem* verſ.*quia dictio, ſeu*, Bald. *conſ.441.n. 2.* verſ. *Item illa dictio l.1. & conſ.118.num.3*verſ.*ſi autem ponitur.vol.2.*plenè Apoſtil.ad Romanum *conſ.179.num.7.* verſ.*Regulariter*, & verſ. *& idcirco.*vbi alius cumulat, Card.Tuſch. *Pract.concluſ.372.num.4.*natura autem dictionis declaratiuæ eſt, non inducere nouam diſpoſitionem *l. heredes palam §.ſi quid poſt factum.ff.de teſtam.*Ioan. Ant.Bellon.*conſ.1.num.21.cent.1.*latè Card.Tuſcus, *tom.2.littera D.Concluſ.86.per totam*, at Bulla *ſuprà* non expreſſerat, niſi facta ibi, *acciderit verberauerit, deiecerit*, igitur ſequens verbum, *ſeu perterrefecerit*, intelligendum eſt de timore illato factis.

Neque obſtat, quod aliquando dictio, ſeu, ſtet augmentatiuè, & augeat diſpoſitionem, vt notauit Octau.Vulpell.*de propoſitionibus & aduerbiis*, in dictione, *ſeu*; nam hoc non vindicat ſibi locum, in diſpoſitione pœnali, ſeu exorbitanti, ſed tantùm in diſpoſitione fauorabili, vt in conceſſionibus Indulgentiarum conceſſis pro ſalute animæ, & in beneficio Principis, Romanus *conſil.363. Petitur à me, num.2.*verſ.2. *demonſtratur*, vbi apoſtilla in verbo *ampliationem*, Alex.*conſ.193.num.3. & 4.vol.2.* vbi addend.Card.Tuſchus *dicta concluſ.372.n.12.*

§ XVI.

An perterrefaciens teſtem, non ſequuto effectu incurrat pœnas noſtra Conſtitutionis.

66. BReuiter reſpondendum eſt negatiuè, tum ob verba Bullæ, perterrefecerit, dictio enim *per*, denotat conſummationem, & perfectionem rei cui adiicitur, *l. Vrbana,§. pernoctare, ff. de verb.ſignificatione*, latiſſimè Barboſa modernus inter ſuos tractatus varios, *Tractatu de dictionibus, & clauſulis, dictione 201.num.3.*qui more ſuo multos ad hoc cumulauit.

Tum quia, quando Summus Pontifex voluit punire affectum non ſequuto effectu, hoc in Bulla expreſſit in illis verbis *licet nemo occiſus, nemo verberatus*, &c.& tamen non addidit, licet nullus teſtis in effectu perterrefactus fuerit, non tamen euitabit iſte perterrefaciens teſtes, etiam non ſequuto effectu, aliàs pœnas, prout in facto ſic pluries fuit obſeruatum in noſtro Sancto Officio licet non ſit puniendus præciſè pœnis grauiſſimis noſtræ Conſtitutionis.

§. XVII.

Circa illa verba Bulla, in cauſa fidei.

QVamuis ſtrictè verba Bullæ noſtræ prædicta, conſideranti, fortaſsè dicendum videretur, conſtitutionem noſtram procedere tantummodò in his qui contra aliquem teſtificati ſint, vel eum denunciauerint, & accuſauerint, tamquam hæreticum, quia hæc propriè,& ſtrictè dicitur cauſa fidei, ſecus autem cum quis aliquem accuſat, vel denunciat de verbis, vel propoſitionibus ſcandaloſis, erroneis.&c. 67.

Attamen in hac re dicendum eſt, cum Zanardo *in ſumma diuinor.pracept.tom. 1.cap.5.*verſ. *Tertium genus defendentium includi*, & noſtræ Conſtit. pœnis ligari non ſolum offendentes teſtes, & in cauſa Hæreſis deponentes, ſed etiam in omni, & quacumque cauſa ad Sanctum Officium ſpectante, quoniam omnis cauſa ad hoc Tribunal pertinens dicitur propriè cauſa fidei, & ad eam ſpectans, notámque aliquam fidei inferens, ſiue directè, ſiue indirectè, & in omnibus cauſis huiuſce S. Officij militat ratio eadem libertatis, huiuſce tribunalis, & ita in practica ſeruandum eſt & hoc anno 1635. de ordine Supremi Tribunalis de Vrbe, quidam miles Neapolitanus, qui è manibus Birruariorum, quendam blaſphemum nomine S. Officij captum eripuerat, fuit condemnatus in omnes pœnas noſtræ Conſtitutionis, licet poſtea ex benignitate eiuſdem ſupremi Tribunalis fuerit ei commutata pœna vitæ, in pœnam remi decennalis, prout ita Crem. fuit publicè executum in aula S.Officij.

§. XVIII.

De aliis verbis Bulla, captúmve, eripuerit, *&c.*

QVoad hæc verba, illud tantummodo in Controuerſiam venire poteſt, num ereptio iſta ſufficienter probetur ad effectum conuincendi reum, ex teſtimonio Birruariorum. 68.

Et quidem, hæc Quæſtio fuit olim diſputata in noſtro S.Officio, ſupra 40.annos vt patet ex voto 18.Reuerendiſsim.Amidani, *tom.1.*& breuiter dicendum eſt, quod non; omiſſo enim an atteſtari ſuper dicta ereptione ſit ex ſpectantibus ad Officium ipſorum Birruariorum, in quo articul.Iaſ. *l. properandum §. & ſiquidem, num.10.C.de Iud.*Alciat *de praſump.reg.3 praſumpt.14.num.6.*& Menoch *de Arbitr.caſu 112.n.15.*negatiuam ſententiam tenuerunt.

Certum eſt in cauſis grauibus, & vbi de maximis pœnis agitur, vt in caſu noſtro non credi Birruariis; etiam numero pluribus, niſi ad effectum torquendi reum, non autem ad effectum eum conuincendi,

oincendi, Iſern. *in Conſt. Regni Siciliæ, humanitate, col.2.* vbi Afflict. *num.* 30. Burſat. *conſ.* 65. *in* 12. bene Franch *deciſ.* 379. vbi Addent. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucenſi*, 1. *num.* 3. latiſſimè alios cumulans, Giuiba *Conſil deciſiuo Criminali* 98. *num.* 10. & 11. vbi loquitur in Birruatiis deponentibus in concernentibus Officium ſuum, & circa ea quæ ſunt difficilis probationis, & in terminis Birruariorum S. Officij, Farinac. *de hæreſi, quæſt.* 188. *num.* 70. *& ſequent.* vbi declarat Conſtit. Innoc. III. Alexandri IV. & Clem. VI. quibus videtur caueri plenam fidem adhibendam eſſe Birruariis S. Officij vt non procedant in his, quæ eorum Officium conſequuntur, vt eum deponunt ſuper Imped. Executionis, nec in cauſa in qua agatur de pœna graui, vt ſic recipiant interpretationem à Iure communi.

69. Si tamen eſſemus in loco, in quo capita Birruatiorum non habentur pro perſonis vilibus, tunc ab his plenè conuinceretur reus, latè Nouar. qui alios cumulat *quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 16 *per tot.*

80. Aduertendum tamen, quod vt reus puniatur pro prædicta ceptione, conſtare debet, quod Birruarij, ipſi oſtenderint mandatum de capiendo, aliàs ipſis impunè reſiſteretur, § fin. auth. vt nulli Iud. Boſſ. *in tit. de Captura, n.* 93. *Repert. Inquiſit.* in verbo, *captura*, verſ. *Nota qualiter.*

§. XIX.

An noſtra Conſtitutio comprehendat Iudices, & Magiſtratus.

8a. QVæſtio hæc poſita eſt hoc loco examinanda ob quandam Doctrinam Regentis de Ponte, in eius tractatu, qui manuſcriptus circumfertur, de his, quæ practicantur in Regno in materia Iuriſdictionis, ſæpè à Danza in ſuo tractatu de Pugna Doctorum allegatus, & ab ipſo Regente de Ponte promiſſus, *in fin. ſui inſignis tractatus de poteſtate Proregis.*

Hic enim Regens, vt ab excommunicatione contra eum virtute dictæ Bullæ, *ſi de protegendis*, ex eo, quod Miniſtrum S. Officij offenderat, ex cauſa S. Officij lata ſeſe tueretur, inter illa allegabat, c. de Polygamis final. quod Bulla prædicta, ne verbum quidem de Iudicibus, & quod vti pœnalis ad eos non poterat extendi.

83. Verùm, licet Bulla prædicta non nominet Iudices in indiuiduo, ſufficienter tamen eos exprimit, in dictione vniuerſali, *quicunque*, quæ nullum ſolet excludere, dummodo diſpoſitionis ratio illi poſſit adaptari, cap. ſolitæ, vbi DD. *de Maioritate, & obedientia*, Marius Anton. *var. reſol. lib.* 2. *reſol* 40. *n.* 1. Menoch. *conſ.* 600. *num.* 5. Caldas *conſ.* 30. *num.* 16. vbi quod illa dictio apta eſt comprehendere quaſcumque perſonas, etiam ſi ſpecialiter eſſent nominandæ.

At materia, ſeu actiones à Bulla noſtra prohibitæ in Miniſtros Sancti Officij indifferens eſt, & adaptari poteſt Iudicibus, ſicuti etiam aliis quibuſcumque, igitur etiam Iudices ligantur dicta conſtitutione.

84. Et hoc multo magis habet locum in caſu noſtro, in quo ex vna parte verſamur in materia fidei, in qua dictio vniuerſalis, neque Reges, neque Imperatores excludit, vti probaui *in titul. nono* §. 7. *n.* 26. ex alia tractatur de dictione vniuerſali, quam ſubſequuntur particulæ ampliatiuæ, ſiue priuatus, &c. Augentur vlterius prædicta, quia conſtitutio noſtra comprehendit Duces, Marchiones, ſeu alio quocumque tit. Illuſtres, ergo multo magis comprehendet Iudices his inferiores, qui in odium S. Officij aliquas ex prohibitis actionibus commiſerint.

Et hinc eſt, quod Scortia *in Selectas Rom. Pontif. Conſtitutiones, ſuper hac conſtitutione noſtra Epit.* 106. *Theorem* 278. dixit, Bullam hanc Pij V. eſſe vniuerſalem, omneſque laicos & Eccleſiaſticos comprehendere, & Bonacina *de Cenſur. in ſpecie diſp.* 2. *q.* 1. *Puncto* 13. *num.* 5. verſ. *Ex quo ſeq.* in indiuiduo dixit, ſub dicta Bulla comprehendi etiam Iudices, Prætores, Gubernatores, &c. Et ideo prædictus Regens, vt ipſe atteſtatur, *loco citato*, petita à Summ. Pontifice humili venia, fuit ab excommunicatione in forma Eccleſiæ conſueta abſolutus.

Et paulò poſt benignus, & miſericors Deus potens de lapidibus ſuſcitare filios Abrabæ, ſecundum magnam charitatem ſuam, qua dilexit nos, vocauit vocatione ſua ſancta eundem Regentem: ſupra ſeptuageſimum tertium annum conſtitutum, ad Inſignem Religionem Clericorum Regularium Theatinorum, in qua per tres annos, maxima cum laude, humilitate, paupertate, obedientia, ſubiectione, modeſtia, & cæteris aliis religioſis virtutibus vixit, adeoque orationi fuit toto illo tempore deditus, vt ſemper ſingulis noctibus ante matutinas vigilias hilariter aſſurgens, per integram horam profuſis ſemper lacrymis coram Auguſtiſſ. Sacramento Altaris, orationi mentali incumberet, prout hæc omnia narrat P. Molfeſ. *ad Conſuetudines Neapolitanas, tom.* 2. *part,* 2. *quæſt.* 2. *à n.* 5. *vſque ad finem.* 85.

§. XX

An minor ætas excuſet tranſgreſſores noſtræ Conſtitutionis.

QVod ad quæſtionem noſtram attinet, licet magis commun. teneant DD. in atrociſſimis minori non eſſe minuendam pœnam, prout videre eſt apud Farinac. *de pœnis temperandis, quæſt.* 92. *num.* 107. & Ruginell. *pract. q.* 4. *cap.* 34. *num.* 46. qui omnes DD. ad hoc allegant.

Attamen in pract. in caſu noſtro, minores 25. annis mitiùs puniri eiſque rigoroſiſſimæ noſtræ Bullæ pœnas omnino minuendas arbitror, ſicut etiam 86.
in aliis atrociſſimis ſæpiſſimè videtur in facti contingentia mitiùs punitos minores, prout atteſtatur varios caſus referens Farinac. *vbi ſuprà, n.* 108. & Menoch. *de Arbitr. Iud. caſu* 356. *n.* 45.

Et Farin. *ibid. num.* 108. addit in caſibus, in quibus minoribus non minuendam pœnam dixerunt DD. numquam ad pœnam ordinariam delicti contra eos veniendum, niſi duobus concurrentibus primum eſt, quod minor excedat annum 14. ſecundum eſt, vt id fiat conſulto Principe.

Sic etiam in crimine Hæreſis minor. 25. qui hæreſim abiurauerit, non eſt puniendus pœna ordinaria, qua puniretur ſi eſſet maior, vti docuerunt Simanch. *de Cath. Inſtit. titul* 29. *num.* 56. Zanardus *in ſumm. diuinor. præceptorum, tom.* 2. *in fin. tract. de pœnis minuendis, c.* 6. verſ. *Quartò fallit*, & Pegna *ad direct. part.* 2. *comm.* 13.

§. XXI.

De aliis cauſis excuſantibus à pœnis noſtræ Conſtitutionis.

EX variis cauſis excuſantur delinquentes, & contrauenientes Bullæ noſtræ à pœnis eiuſdem ordinariis. 87.

Nam

Nam minui debet cum ex cauſa amotis mulierum, contraueotum fuit conſtitutioni noſtræ, dummodo abſit formalis contemptus Sancti Officij, & quod ex hac cauſa minuatur pœna ordinaria, regulare eſt in omni delicto, vti probauit latè Farinac. *de pœnis temperandis quæſt. 98. cauſa 13. num. 77. & & ſeq. & num. 81. &* 83. vbi de Crimine Sortilegij, & hæreſi.

88. Minui etiam deberet pœna, vbi delinquens allegat ſe vulneraſſe Miniſtrum S. Officij, ex odio priuato, & odium priuatum non plenè probat.

Sicuti etiam minuenda eſſet, vbi perterrefactio eſt tantummodo verbalis, nec de re quæ poſſit cauſare metum cadentem in virum conſtantem.

Item ex omnibus cauſis, de quibus latè Farinac. *tot. titul. de pœnis temperandis*, & Zanardus *in ſumma diuinorum præceptorum, tom. 2 in fin. in ſimili tractatu.* & ante eum Tiraquellus, *in eodem tractatu de pœnis temperandis.*

Ad finem huius §. quæri poteſt, quid dicendum ſit de filio, qui Patrem eximit è manibus Birruariorum S. Officij.

In qua re, ego dicerem eum non eſſe mulctandum pœnis noſtræ conſtitutionis ſed bene alia extraordinaria, non tamen admodum graui, niſi aliud circonſtantiæ facti ſuaderent, ita dum talis caſus hic Crem. eueniſſet, ſenſit Reuerendiſſ. D Amid. *tom. 1. votorum ſuorum manuſcript. voto* 18. vbi ad hoc allegauit deciſ. Excellentiſſ. Senatus noſtri Mediolani, apud Clar. *in praxi quæſt. 19. verſ. Quæro etiam*, cum enim quædam mulier è manibus Iuſtitiæ eripuiſſet virum capitaliter damnatum, ille Excellentiſſ. ordo, mulierem illam, nec abſoluit, nec condemnauit, ſed decreuit eam non eſſe moleſtandam, donec aliter fuiſſet ordinatum.

§. XXII.

De ignorantia noſtræ Conſtitutionis.

89. Licet conſtitutio pœnalis regulariter ignorantes non ligat cap. *dixit Sara. 32. quæſt. 4 c. 2. in Conſtit.* cum aliis latiſſimè cumulatis, per Farinac. *in ſuis Fragm. crim. p. 1.* in verbo *Bannimenta. num.* 28. & in verbo *Conſtitutio, n.* 685.

Attamen cum Conſtitutio eſt Papæ, vel alterius Principis non recognoſcentis ſuperiorem, & vlterius eſt perpetua, tunc talis conſtitutio ligat etiam ignorantes. Ita communiter Canoniſtæ *in c. de conſtit.*

90. vbi Boëch. *num.* 6. Ant. de Buttio, *num.* 3. & alij allegati per Fario. *locis citatis* in verbo *Bannimenta*, *n.* 4a & in verbo *Conſtitutio n* 696.

91. Et poſtquam conſtitutiones ſunt publicatæ tunc ignorantia earum non præſumitur, nam quilibet, ſcire præſumitur, quod publicè ſcitur. vt dixit Iaſ. *conſil. 83. num. 2. volum. 1.* Farin. alios allegans in dicto verbo *Bannimenta, num.* 29. & in verbo *Conſtitutio n.* 687.

92. Et quamvis Crauet. *conſil.* 193. *num.* 8. & Sotd. *deciſ. Mantuana* 221. *num.* 14. dixerint, quod hæc ſcientia præſumpta non ſufficit ad imponendam pœnam corporalem.

Attamen Farinac. in dicto verbo *Bannimenta, num.* 30. ait in practica ſe vidiſſe plures in pœnam corporalem condemnari ex ſola hac præſumpta ſcientia, ac proinde dicit poſt publicationem conſtitutionis in locis ſolitis inanem eſſe allegationem ignorantiæ.

93. Propter probabilem tamen Ignorantiam, quæ fortaſſe cadere poſſet in aliquo ruſtico, vel idiota exiſtimarem minui poſſe pœnam ordinariam huius noſtræ conſtitutionis, arbitrio tamen Eminentiſſimorum, & Reuerendiſſimorum Cardin. Supremorum Inquiſitorum.

Ad quos ſemper recurrendum admoneo cum agitur de imponendis, pœnis noſtræ Conſtitutionis, vt animaduertit P. Zanard. *in ſumma diuinor. præceptorum, tom. 1. cap. 5. de Fide*, verſ. *Tertium genus deſcendentium.* 94.

Hodie verò, ac hæc euitanda reis ſolet in expeditione intimari Bulla noſtra, & eis bene declarari illius tenor, ne poſtea ſe poſſint illius ignorantia tueri.

Imò cum timor eſt, ne offendant denunciatores, teſtes &c poſſunt huiuſmodi rei in expeditione poſt Bullam intimatam, cogi ad fideiubendum in ea maiori ſumma, qua poſſunt de non offendendis teſtibus, accuſatoribus, vel denunciatoribus, vt ex pluribus votis manuſcriptis Reuerend. D. Marci Anton. Amidani ſic in noſtro S. Officio practicatum fuiſſe conſtat. 95.

§ XXIII.

An rei noſtræ Conſtitutionis torqueantur, & abiurent.

Quoad Torturam exiſtimo breuiter, Reis noſtris poſſe dari cum negant ſe teſtes, & accuſatores &c offendiſſe, & tamen contra eos extant indicia ſufficientia ad torturam & hoc eſt clarum, nec habet difficultatem. 96.

An autem eis ſit danda tortura ſuper intentione? Dicendum eſt tunc in caſu noſtro locum eſſe torturæ ſuper intentione, cum Rei noſtri ſunt ſuſpecti de hæreſi, quod quando accidere poſſit *infrà* videbimus.

De tortura autem ſuper complicibus, me remitto ad dicta latè in tit. de indiciis, & tortura, in tertia parte operis.

Quoad abiurationem autem aduertendum, quod de ea in Bulla noſtra, nec verbum quidem, ideo in practica tales Rei in Conſtitutionem noſtram incidentes, regulariter non debent abiurare. 97.

An autem eis indicenda ſit in aliquo caſu abiuratio ab illa pendet quæſtione an ſcilicet tales Rei in crimina prohibita à Conſtitutione noſtra incidentes, ſint de hæreſi ſuſpecti, & quomodo, in qua re

Eymericus *in Directorio part. 2. quæſt. 54. n. 1.* ait lacerantes proceſſus Inquiſitionis, & vulnerantes teſtes in cauſa fidei, pro eo, quod teſtificati ſunt directè S. Officium impedire, & *num.* 2. addit, quod hi licèt ſint multum culpabiles, attamen non eſſe hæreticos iudicandos, & *quæſt.* 56 *num.* 2. verſ. *Secundus caſus eſt eadem, part.* 2. ait hoſce eſſe ſuſpectos de hæreſi vehementer.

Probat id Eymericus *ibi* primò, quia, qui impedit Officium Inquiſitionis excommunicatus eſt, & elapſo anno ſit ſuſpectus violenter cap. *vt Inquiſitionis §. fin. de hæret. in* 6. ergo prius vehementer ſuſpectus erit, quoniam præſumptio violenta non conſurgit immediatè ex leui, quoniam ab ea poſſit incipere, ſed ex vehementi.

Secundò, hoc idem probat ex quodam reſcripto Vrbani Papæ, Incip. *præ cunctis noſtræ mentis*, impreſſo *in Direct. 2. p. fol. mihi* 129. In quo Papa ait poſſe animaduerti in impeditores, veluti in fautores hæreticorum & defenſores, at ij ſunt ſuſpecti de hæreſi vehementer, igitur.

Pegna

Pegna autem *in comm.ad quæſt.56.*verſ. *& quam quam*, licèt aſſerat ſententiam Eymerici in terminis iuris eſſe veriſſimam(prout re vera eſt)ait tamen ad iudicandum, an tales impeditores ſint ſuſpecti de hæreſi, nec ne, diligenter eſſe conſiderandam qualitatem perſonarum, cauſam quâ ad impediendum moti fuerunt, &c. nam poteſt, inquit, eſſe quod tales incidentes in Bullam noſtram ſint ruſtici, & idiotæ, vt comm. accidere ſolet, & in his neſcio quomodo poſſit cadere ſuſpicio hæreſis, vel poteſt eſſe quod non ſit idiota, ſed ratio affinitatis cum reo eos mouerit ad ſic delinquendum, &c.& Pegnam ibi ſequitur Farin.*de hæreſi*, *quæſt.* 182.*n.*70.qui alios allegat.

Et in caſu, quo ſint huiuſmodi impeditores ſuſpecti, poſſunt torqueri ſupra cauſa, qua moti ſunt ad Sanctum Officium impediendum, vti dixit Pegna *in director. part.2.q.54. com.79.ſub littera C.* vbi etiam de forma abiurationis, quam talis impeditor Sancti Officij deberet facere, & Farin.*de hæreſi dicta q.*182.*n.*85.qui alios allegat.

98. Omnes tamen rei in noſtram conſtitutionem incidentes ob crimina in ea prohibita perpetrata poſt lectam eis publicè, ad aliorum exemplum ſententiam abſolui debent ab excommunicatione lata in noſtra Bulla quam incurrere eos clariſſimè patet, tum ex ſupradictis, tum ex Barboſa *de Officio,& poteſtate Epiſcopi, allegat.*50 *num.* 121. ſic Sacra Congregatio iuſſit quendam reum huiuſce Bullæ abſolui à Cenſuris ſub die 13. Auguſti 1610. vt reperi notatum in Scripturis Eminentiſſ. D. Cardinalis Camporei, vbi etiam quædam mulier rea percuſſionum pugnis datarum cuidam qui in Sancto Officio denunciauerat, fuit præuia abſolutione à Cenſuris, damnata ad ſtandum præ foribus Eccleſiæ bis & habendam domum pro carcere per 6.menſes.

99. Ratio autem quare in Sancto Officio rei noſtri non ſoleant regulariter abiurare, ſumitur ex Doctrina Bonif. Vitalini *in Clem. prima*, *num.*160. *de hæret.*& Card.Zabar.*ibid in § Verùm, il ſecundò n.*7. verſ. *Quartò, quæro*, vbi dixerunt quod impedientes Officium Sanctæ Inquiſitionis, tunc redduntur ſuſpecti de hæreſi, cum id faciant gratia hæreſis, ſecus autem ſi pretio, aut amore carnali, nam tunc contra eos non poteſt procedi vti ſuſpectos de hæreſi, ſed vti conturbantes iuriſdictionem Sancti Officij,& Doctrinam hanc, quæ veriſſima eſt ſequuti fuerunt Farin. *de hæreſi*, *quæſt.* 182. *num.* 87.& Leonardus Duardus *ad Bullam Cœnæ Domini*, *lib.2.Can.1.quæſtione* 33.*num.*28. *& ſequent.* In hiſce autem noſtris Catholicis regionibus, non præſumit Sanctum Officium regulariter reos noſtræ conſtitutionis impedimentum præſtare S Officio intuitu hæreſis, & in fidei odium, ſed potius ex affectu carnali ſeu ex alia cauſa, & ideo reis huiuſmodi non ſolet S.Officium regulariter abiurationem iniungere vt patet ex ſententiis quæ in hac materia publicè leguntur.

§. XXIV.

De Pœnis horum reorum.

100. POEnæ horum reorum manifeſtè conſtant ex Bulla noſtra bene verum eſt, quod cum rigoroſiſſima ſit, Eminentiſſ. illi PP. Supremi Inquiſitores ad quos caſus horum reorum ſemper referri debent, illius rigorem in omnibus caſibus non ſeruant, æquitatem potiùs ſequentes, quàm iuris rigorem.

Et ita Farin.*de hæreſi*, *quæſt.* 188.*num.*73.atteſtatur, quemdam carceratum in S. Officio, qui præparata fuga vulnerauerat ad mortem cuſtodem carcerum fuiſſe ſuſpenſum, prout & hîc Cremonæ, quidam Hebræus de anno 1614. fuit ſuſpenſus, ex eo quod occiderat quemdam Hebræum, qui contra eum in S.Officio depoſuerat, vt pluries mihi atteſtatus fuit Reuerendiſſ. D. Io. Baptiſta Stanga Abb. S.Anto.qui Conſultoris munus in noſtro S.Officio per quadraginta annos exercuit.

Sic etiam quando vulnus non eſt lethale, ſed leue, vidi tales ſic offendentes aliquando damnari ad triremes perpetuos, vel ſaltem decennales, prout ita hic Cremonæ fuit executum in perſona vnius, qui baculo percuſſerat quendam teſtem, qui in S. Officio depoſuerat contra eius fratrem, publicè illi lecta ſententia in aula magna Epiſcopatus Cremonæ me ibi præſente, exiſtente ibi Epiſcopo Illuſtriſs.Io.Baptiſta Briuio, & Reuerendiſſ. P.Tho. à Tabia Inquiſitore.

Sic etiam perterrefacientes teſtes, (non tamen ſequuto effectu) aliquando dimiſſi fuerunt cum graui obiurgatione, & intimatione Bullæ noſtræ, vti obſeruatum fuiſſe in caſu ſuo, atteſtatur Monald.*conſ.* 66. *num.... in fi.vol.* 2. Sic etiam cum quidam curſorius S.Officij detuliſſet quoddam præceptum Inquiſitoris vxori cuiuſdam ruſtici, quod abſente vxore voluit conſignare eius viro, qui dictum curſorium iniuriis verbalibus affecit, & eum armis inſequutus fuit dicendo *lo ſcirro becco torna in dietro à tor il tuo preceito*, Coram Sanctiſſimo die 15. Iulij 1621.fuit annuente eodem Sanctiſſimo probata ſententia de partibus, quod dictus vir incidiſſet in pœnas noſtræ conſtitutionis & quod erat damnandus ad triremes per quinquennium, addito quod ex Benignitate Sanctiſſimi audiretur ſi gratiam commutationis peteret attenta viri ruſticitate, & affectu maritali, ita annotauit Eminentiſſ.D. Cardinalis Camporeus ſupremus Inquiſitor manu propria in quodam libro rerum ad Sanctùm Officium ſpectantium penes me exiſtente.

Aduerte tamen, benigne Lector, quod ex his exemplis non licebit inquiſitoribus, nec miniſtris Sancti Officij formare ſibi regulam generalem, quod ſcilicet perterrefacientes puniri debent, *vt ſuprà*,& pariter vulnerantes, nam hoc arbitrium in materia huius Bullæ noſtræ, non eſt Inquiſitorum, nec ordinariorum, ſed Eminentiſſ.DD.Card.Supremorum Inquiſitorum ad quos ſpectat declarare, an Rei noſtri inciderint in pœnas noſtræ conſtitutionis, nec ne, & ad quos ob id conſulto quod huiuſmodi cauſæ ſemper referantur.

Ad finem huius §. nolo omittere pulcherrimum caſum de quo Reuerendiſſ.D.Marc. Ant.Amid.*tom.* 1.*eius veterum caſu* 2.qui hic Crem.accidit, vſque de anno 1592 de quodam, qui omnes teſtes contra eum in S. Officio examinatos accuſauerat, & carcerari fecerat per Iudicem ſæcularem ob varia delicta, & damna ab eis, & eorum animalibus in eius prædiis illata.

Circa quem caſum votum D. Amidani, & vt ipſe ibi atteſtatur maioris partis noſtræ Congregationis Cremonæ fuit, quod, licet illa accuſatio non poſſit dici formaliter perterrefactio, de qua in Bulla noſtra, per text. in l. Accuſationis C.de his quæ.vi, metúſve cauſa fiunt, tamen quia viſa fuit calumnioſa, & doloſa, Reus ille teneretur expenſis ſuis liberare teſtes carceratos, & ſoluere omnes expenſas liberatis à Carcere.

§. XXV.

§. XXV.

Quomodo ſe debeat gerere Confeſſarius cum Reis noſtra Conſtitutionis.

101. IMptimis animaduertere debet Confeſſarius an pœnitens reus noſtræ conſtitutionis, faueret hæretico, & quem animum habuerit, iuxta tradita *ſuprà in titulo quarto, de fautoribus*, nam tunc eſſet excommunicatus excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini, In primo Canone, Fillincius *quæſt. moralium, tractatu decimo quinto, capit.* 6, *quæſt.* 10. verſ. *quia vero*

102. Si verò, Rei huiuſmodi non habuerint animum fauendi hæreſi, neque directè, neque indirectè, ſed in Bullam noſtram inciderint ea paſſione, amicitiæ, & cætera, tunc certum eſt eos incidere in excommunicationem memoratæ Conſtitutionis, *Si de protegendis*.

103. Dubium tamen eſt, an dicta excommunicatio ſit reſeruata?

In qua re, communis opinio eſt eam nemini eſſe reſeruatam, ob idque à quocumque Confeſſario approbato poſſe tolli, ita poſt Nauarrum & Viual. tenuit Filliuc. *quæſt. Moralium tractat.* 14. *cap.* 6. *quæſito* 7. *num.* 92. & Bonacina, *de cenſuris, in ſpecie, diſputat.* 2. *quæſt.* 2. *puncto* 13. *num.* 6. in eoque fundatur hæc ſententia quod de reſeruatione dictæ cenſuræ non conſtat.

Hæc tamen opinio, apud me eſt valde dubia, & ſi eſſem Confeſſarius non apponerem manum abſolutioni pœnitentia ab hac Cenſura.

Non enim probabile eſt Sanctiſſimum Pontificem tot pœnas conſtituiſſe in Reos dictæ conſtitutionis, & Excommunicationem in eos latam nemini reſeruaſſe, vt à quocumque Confeſſario poſſet tolli. Et in praxi inquiſitores in expeditione horum reorum abſoluunt eos ab hac cenſura, cum cauſas eorum expediunt, & hinc eſt, quod Sayrus *de cenſuris, libro tertio, capite trigeſimo primo, num.* 7. & Scottia *in ſelectas Conſtitutiones Epitome.* 106. *Theorem.* 278. verſ. *pœna prædictorum*, voluerunt excommunicationem dictæ Bullæ, eſſe reſeruatam Summo Pontifici.

Notare etiam debet Confeſſarius, quod excommunicatio huius Bullæ incurritur à conſulente, etiam nullo effectu ſequuto, ita colligitur ex verbis illis Bullæ, ibi licet nemo occiſu, & cætera in indiuiduo notauit Bonacina *dicto puncto decimo tertio, num.* 4. hoc tamen intelligendum eſt, iuxta *ſuprà* dicta *in quæſt. de mandante*.

105. Similiter dubitare poſſet confeſſarius, quomodo ſe gerere debeat, cum Reo noſtræ Conſtitutionis, qui incidit in pœnam confiſcationis omnium bonorum, an ſcilicet hanc pœnam debeat in conſcientia pati Reus, etiam ante ſententiam ſtantibus verbis Bullæ. Circa quam rem mihi ſemper placuit ſententia Vaſquez *in* 1. 2. *D. Thoma tomo ſecundo, diſputatione centeſima ſeptuageſima, capite tertio*, qui voluit, reum in conſcientia non teneri ſubire pœnam illam confiſcationis bonorum, & hanc eandem ſententiam latiſſimè defendit Mol. videndus *de iuſtitia, & iure, tractatu ſecundo, diſputatione nonageſima quinta, per tot.* vbi de confiſcatione Bonorum hæretici.

***

TITVLVS XIV.

De Iudæis, & aliis Infidelibus.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi infames ſunt, & cur à Regibus noſtris Potentiſſimis expulſi.*
2 *Iudæi an ſint hæretici, & qualiter, & ſeq.*
4 *Inquiſitores iuriſdictionem non habent in Iudæos niſi in caſibus expreſſis à iure.*
5 *Iudæi in delictis Secularibus ſubdūtur iudicibus laicis, quid in delictis ſpiritualibus, vel mixtis, & ſeq.*
8 *Surd. conſ.* 497. *n.* 8. *arbitratur in crimine Iudæi rem habentis cum Chriſtiana eſſe incompetentem.*
9 *Rationes Surdi, & num.* 10.
11 *Contrarium ſenſit Marius Muta ad capit. Regni Siciliæ, vbi reprobat Surdum loco citato.*
12 *Papa licèt non vt Paſtor Iudæorum, ipſi tamen ſunt ſub pedibus eius, & ſub eius dominio, & poteſtate.*
13 *Inquiſitores quomodo poſſint procedere in hac cauſa, vbi deciſio Sac. Congreg. in hac materia.*
14 *An Inquiſitores aliquando iudicent Iudæos, vbi reiicitur Simanch. num.* 15.
16 *Primus caſus Bullæ Greg. XIII. concordat cum iure communi, &* 17. *vbi reprobantur Conrad. & Vaſq. & ſeq.*
18 *Iudæi ad Saracenos tranſeuntes an ſubſint Inquiſitoribus, & quid de Iudæis negantibus Trinitatem.*
19 *Secundus caſus Bullæ, qui olim controuertebatur, num.* 20.
21 *Tertius caſus Bullæ.*
22 *Quartus caſus Bullæ.*
23 *Quis ſit Iudex Iudæi Blaſphemi.*
24 *Iudæi ſubſunt Inquiſitori, ſi delinquunt contra fidem noſtram.*
25 *Quintus caſus Bullæ.*
26 *Sextus caſus Bullæ.*
27 *Septimus caſus Bullæ.*
28 *Octauus caſus Bullæ.*
29 *De duplici Talmud.*
30 *Nonus caſus Bullæ.*
31 *Principes ſeculares in eo non poſſunt diſpenſare & ſequent.*
35 *Iudæi Imagines conſpurcantes an ſubdantur Inquiſitoribus.*
36 *Quid de Iudæis ab eorum bibliis abradentibus teſt, quæ Chriſto poſſunt conuenire.*
37 *De Iudæis facientibus ſibi accendi ignem in die Sabbati à Chriſtianis.*
38 *Iuriſdictio Inquiſitoribus conceſſa in dicta Conſtitutione Greg. XIII. an intelligitur priuatiuè, quo ad laicos, num.* 39.
40 *Qualiter Iudæi torquentur, & abiurent, & ſequent.*
44 *Quibus pœnis Iudæi puniantur, & an poſſint ab Inquiſitoribus ſine Epiſcopis puniri.*
45 *Paruuli Iudæorum an inuitis parentibus poſſint baptizari, vbi caſus deciſus in Congregatione S. Officij Ciuitatis Regienſis.*
46 *Communio cum Iudæis in pertinentibus ad Religionem eſt illicita, & quid in pertinentibus ad alias res, & ſeq. vbi pulcherrimus caſus deciſus in Ciuitate Regij, & ſeq.*
48 *Fidelis communicans cum Iudæo, ſi errorem habet in intellectu, eſt excōmunicatus excōmunicatione Bullæ Cœnæ, vbi quod ſi peccauit ex contemptu.*
49 *De peragendis à Confeſſario circa hoſce communicantes cum Iudæis.*
50 *DD. in hac materia videndi.*

DE Iudæis tractaturi, ea ſolum examinabimus, quæ ad Tribunal S. Officij ſpectare videbuntur, reliqua non niſi illorum occaſione breuiſſimè attingẽtes.

Solummodò antequam hotum Iudæorum materiam pertractemus notandum eſt, quod in toto orbe terrarum non reperitur gens indigoior, infamior & abominabilior, quam gens Iudæorum, vt latè probauit Bobadill. videndus *in ſua polit. lib. 1 c. 4. de lina je del corregidor.* & Caſtill. *deciſ. Regn. Sicil.* 107. *n.* 47. *& ſeq.* Ob idque iuſtiſſimè fuit à Catholicis, & Potentiſſ. Regibus noſtris ab omnibus Regnis ſuis expulſa, iuxta ea quæ tradiderunt DD. *in 2. 1. in materia de fide* ſed præſertim Gammachæns Doctor Sorbonicus *q.* 10. *de infidelitate, c. 31. concl. 2.* cauſas expulſionis prædictæ, & eius modum narrant longa ſerie, Pegna videndus *in ſuo manuſcripto, tract. de temp. gratia, c.* 23. Paſchal. *de patr. poteſt. 1. p c. 7. n. 25. & ſeq.* & Magiſter Gil Gonzalez de Auila *in ſuo libro inſcripto Theatro de las grandezas de la Villa de Madrid. lib. 1. fol. mihi* 89. *in Rubr. expulſion de los moriſcos* anno 1610. An autem per hanc expulſionem Iudæi taliter effecti ſint hoſtes diffidati Regiæ Coronæ, vt bona eorum vti bona hoſtium poſſint capi, & deprædari, videndus eſt Caſtill. *d. deciſ.* 107. *per tot. tom. 2.* & Molfeſ. qui in caſu ſuper quo emananit dicta deciſio conſuluit, *conſ. ſuo* 17. *poſt ſecundum vol. ad conſuet. Neapol.*

§ I.

An Iudæi ſint Hæretici.

1. ANtequam ad ſolutionem quæſt. propoſitæ accedamus ſupponendum eſt Iudæos eſſe extra Eccleſiam Dei, patet hoc ex loco illo Pauli ad Corinth. cap. 5. *Quid enim mihi de his, qui foris ſunt, iudicare,* & de hoc eſt text. in cap. *gaudemus, de diuort.* & in cap. *multi,* 2. *q.* 1. latiſſimèque hoc probarunt Cardin. Bellarm. *lib. 3. cap. 3. controuerſia generali, 3. tomo,* & Ricciullus *de perſonis extra Eccleſia gremium exiſtentibus lib. 2. cap. 1. per tot.* vbi alij allegantur: hoc ſuppoſito, breuiter

2. Dicendum, Iudæos, & ſi contra fidem ſentiant, attamen non eſſe hæreticos, ratio huiuſce concluſionis eſt, quia vt hæreticus dicatur, requiritur quod ſit Baptizatus, vti latiſſimè probaui, *in tit. de hæreſi, & hæreticis,* nec poteſt dici ab Eccleſia Dei diuiſus, qui numquam in ea fuit, vti dicebat Royas *ſing. fidei* 37. *num.* 5.

Concluſionem noſtram docuerunt, Royas, *vbi ſuprà & in tractat. de hæret. p. 2. n.* 471. Albertin. *in rubric. de hæret. in 6. quæſt. num.* 11. Farinac. qui alios plurimos allegat *de hæreſi, quæſt.* 188. *n.* 128. *& in ſuis Fragment. crimin.* in verbo *Iudæus, n.* 655. *part.* 2. Leonardus Duardus *ad Bullam Cœnæ Domini, lib.* 2. *Can. 1. q.* 21. *per tot.*

3. Licèt autem verè, & propriè Iudæi hæretici non ſint, attamen negari non poteſt, quin ſaltem impropriè, & largè vocari poſſint hæretici, ita Ioan. Andr. in cap. *firmiſſimè, de hæreticis, num.* 3. Lopez *in alleg. hæreticalibus impreſſis poſt repetit: ad caput per veſtras text. de donat. Int. Vir. & Vxorem, §. poſt medium,* verſ. *& hinc eſt,* Farin. *dicta quæſt.* 178. *n.* 130. qui alios citat, & Leonard. Duardus *loco cit. n.* 5.

4. Hinc eſt quod Inquiſitores hæreticæ prauitatis nullam habent iuriſdictionem in Iudæos, ex eo tantum quod Iudæi ſunt, enim vt ſic, non ſint verè Hæretici, pulcherrimum ad hoc eſt conſ. Bald. 315. & conſ. 316. *vol.* 1. vbi Roueſcal. *in addit.* & Bald. ſequutus fuit Decian. *in ſuis tract. crim. lib. 5. c. 14. n. 2.* & Farin. *in Fragment. Crim. inal. parte ſecunda,* in verbo *Iudæus num.* 556. an autem in aliquibus caſibus Iudæi Inquiſitorum foro ſubdantur, infrà videbimus.

§. II.

An Iudæi in delictis ſubdantur Iuriſdictioni Iudicis laici, vel Eccleſiaſtici.

IN hac re quoad delicta mera ſæcularia, qualia ſunt homicidia, furta & cætera, clariſſimum eſt, quod Iudæi puniuntur, & ſubſunt Iuriſdictioni Iudicis Laïci, ita Marquar. *de Iudæis, p. 2. capite nono, num.* 4. verſ. *in criminibus verò* Farin. in Fragment. Crimin. in verbo *Iudæus, parte ſecunda, num.* 663. Ricciul. *de iure perſon. ext. Eccleſia grem. exiſt. lib. 2. capite quinquageſimo ſecundo, n.* 5. poſt Decianum *in tractatu Criminum, lib. 5. cap. 14. num. 2. in fin.* 5.

Difficultas eſt quid ſit dicendum, in cauſis merè ſpiritualibus, vel mixtis, in qua re 6.

Quidam Doctor de Valentia conſ. 119. inter conſilia Socini ſenior. *vol.* 4. cui conſ. etiam ipſe Socinus ſe ſubſcripſit Clar. in §. *blaſph u... & §. fin quæſt.* 35. *num.* 25. Alex. *conſ. 99. volumine ſexto,* Anania *in Rubr. de Iudæis, num.* 9. Marr. *de iuriſdictione, p. 2. capite decimo tertio, num. 14. & capite decimo ſexto num.* 20. voluerunt in delictis merè Eccleſiaſticis, vel mixtis ſolos ſæculares Iudices eſſe competentes.

Mouentur omnes ex illo loco Pauli, *Quid enim mihi de iis, qui foris ſunt, iudicare.*

Secundò mouentur per text. in cap. *In nonnullis ext. de Iudæis,* vbi Papa mandat quod ſi Iudæi prorumpant in contumeliam Creatoris, puniantur per Iudices, & Principes ſæculares.

Sed Bald. *in conſilio trecenteſimo decimo quinto, & conſilio trecenteſimo-decimo ſexto,* cui conſ. ſe ſubſcripſerunt Ioan. de Lignano, & quinque alij Canoniſtæ Senatus Pedemontani apud Theſaurum *deciſione ducenteſima quadrageſima prima, num.* 6. verſ. 3. *fuit opinio aliorum.* Marquar. *de Iudæis, parte ſecunda, capite nono per tot.* Decian. *in tract. Crim. lib. 5. cap.* 14 *num.* 2. Burſat. *conſ. 90. n. 1. & ſeq. vol.* 1. Pegn. *ad director. p. 2. conſ.* 51. Card. Tuſcus in verbo *Iudæus, concl. 372. n. 7. & ſeq.* Farin. *in fragm. crim. p.* 2. in verbo *Iudæus n.* 663. & Ricciul. *de iure perſonarum extra Eccleſia gremium exiſtentium lib. 2. c. 52. num.* 6. Quibus non obſtantibus, generaliter docuerunt in criminibus merè Eccleſiaſticis, ſolos Eccleſiaſticos Iudices eſſe competentes, in mixtis verò poſſe vtroſque & Eccleſiaſticos, & laïcos cognoſcere, ita tamen, vt inter eos ſit locus præuentioni, Farin. *vbi ſuprà.* 7.

Probat traditionem hanc DD. text. in cap. *Poſt miſerabilem, de vſuris,* ibi, *Iudæos ad remittendas Chriſtianis vſuras, per Principes, & poteſtates compelli præcipimus,* cap. *autem in his, §. ſecundum, de verborum ſignif.* cap. *quod præcipitur* 14. *quæſt.* 2. *cap.* 2. *de offic. deleg.* ex quibus clarè colligitur, verbum *præcipimus,* importare iuriſdictionem, ſicuti etiam importat neceſſitatem præciſam, ad not. per Doctores *in Rubric. Codice de Mandat. princip.* Quod idem etiam probatur non obſcurè, in cap. *poſtulaſti.* de Iudæis, vbi in crimine mixto laïcus poteſt compelli per Eccleſiaſticum, vt procedat contra Iudæum, neque obſtant oppoſita, nam

Ad primum reſpondetur, quod locus ille Pauli intelligi debet de excommunicatione, & aliis pœnis ſpiritualibus, vt ita intelligit P. Cornel. à Lapide *in dicto loco,* verſ. 12, ita etiam Royas *de hæret. part.* 2 *num.* 563.

*num.*563 vbi, quod aliud dicendum eſt quoad pœnas corporales, & pecuniarias.

Ad ſecundum ex text. in d.c. *in nonnullis.* pluribus modis reſpondetur per Eymeric.*in direct. p.2.q.* 46.*n.*8. quem vide, Abb.verò addit. in cap. *poſtulaſti n. 4. verſ.* Et ad iſtum text. puto reſpondendum quod cum Papa præcipit Domino temporali, vt Iudæum puniat, hoc facit, quia non ita de facili Eccleſiaſt.poteſt Iudæos compellere, ſicuti poteſt iudex laïcus, & ideo Papa id facere intelligitur ad faciliorem executionem iuſtitiæ, non per hoc tamen tollitur, quin Papa iuriſdictionem habeat in ipſos, maximéque hoc colligitur ex verbis, canonum ponderatis a Ricciullo *vbi ſuprà num.8.& ſeq.*

§ III.

De Iudice competente Iudæi rem habentis cum Chriſtiana.

8. SVrdus *in conſ.*497 *num.*8.*& ſeq.*pertractat hanc pulcherrimam quæſtionem an Eccleſiaſticus Iudex, ſit competens in cauſa Iudæi committentis ſimplicem fornicationem cum Chriſtiana, & ibi ipſe concludit negatiuè, ſe tamen remittit in hoc cum
9. maxima humilitate determinationi S. M. E. Mouetur Surdus *num.* 9. ex eo quod Iudæi non ligantur
10. Sacris Canonibus. Secundò mouetur *num.*12. ex eo quod in ſimplici fornicatione nullus poteſt conſiderari in Iudæo contemptus fidei noſtræ.

11. Verùm contra Surdum inſurrexit doctiſſ.& religioſiſſ. I.C. Siculus de noſtra iuriſprudentia optimè meritus Don Marius Muta & de decreto impugnando totum illud conſilium tenet in caſu noſtro etiam Eccleſiaſticum eſſe iudicem competentem huiuſmodi Iudæi, vbi iudicem laïcum in cognitione huiuſce criminis præuenerit, quod idem generaliter dixit in omnibus aliis criminibus mixti fori; Ita enim tenuit *in ſuis com.ad c.Reg.Sicil. vol.* 2. *c.* 68. *Reg. Feder. n.*15 verſ. *Difficule.eſt.*

12. Probat autem Muta hanc ſententiam ſuam, ad *cap.*112.*eiuſdem Regis*, *num.*18.ex eo quod in Eccleſia Romana, & in Summo Pontifice adeſt poteſtas *ſuper oues, & boues, & vniuerſa pecora campi,* ex Pſalm. 8. vbi Gloſſ.ait, quod omnia dixit, quia nec terreſtria, nec cœleſtia dimiſit, per *oues,* intelliguntur Chriſtiani, per *beſtias, & vniuerſa pecora campi,* alij infideles, qui quamuis non ſubſint Rom. Pontifici quoad paſtum, quoniam non eſt eorum paſtor, ſunt tamen pedibus eius ſubiecti quo ad dominium & poteſtatem, quæ ibi latè exornat Muta videndus.Si ergo ſunt ſub Iuriſdictione Summi Pontificis, vtique poterit eos punire. & ita *in dicto cap.*68.*num.*12.atteſtatur in Curia Archiepiſcopali Panormi ſæpè fuiſſe punitos ſimiles Iudæos huiuſce criminis accuſatos, & ex his reſpondet Muta ad rationes Surdi, quod data Iuriſdictione concedenda eſt facultas Ius dicendi, quæ eſt effectus Iuriſdictionis, vt dixit idem Surd. *conſ.* 152. *num.*22. *& ſequent.*

13. Sed quidquid ſit de hac ratione Mutæ, quam nos latè examinauimus in prima parte huius operis tit. primo, de Summ. Pontif. certum eſt, quod ad materiam noſtram ſpectat, quod ſi ex probabilibus circumſtantiis colligi poſſet Iudæum cum Chriſtiana fornicationem ſimplicem habuiſſe, vel in contemptum Religionis, vel vt Synagogam ſuperiorem eſſe oſtenderet Eccleſiæ, ſine dubio Inquiſitores Hæreticæ prauitatis contra éos procederent, ſicuti *Carena de Offic. Inquiſit.* procedunt in omnibus caſibus in quibus noſtram Religionem quoquo modo contemnere præſumunt, vt infrà videbimus in Bulla Gregorij XIII. Et poſt hæc ſcripta vidi D. Io. Baptiſtam Ciarlinum *in ſuis controuerſiis forenſium iudiciorum, cap.* 42. *num.*50. *& plur. ſequens.* vbi latiſſimè firmauit Iudicem Eccleſiaſticum etiam competentem in materia Iudæi ſe commiſcentis cum Chriſtiana, & id melioribus rationibus probat, quam fecerit Muta *vbi ſuprà*, & reſpondet omnibus rationibus Surdi *in allegato conſ.*497. licet eum non alleget, additque non ſolum ita in Curiis Eccleſiaſticis practicari, ſed etiam ſic fuiſſe deciſum à Sacra Congregatione Sancti Officij de Vrbe literis peculiaribus datis ab Eminentiſſimo Domino Cardinali Mellino, æternæ memoriæ, ad Inquiſitorem Regij, ſub die 11. Iunij 1621. Quibus mandauit ei ne nomine Sancti Officij procederet contra huiuſmodi Iudæos carnaliter Chriſtianas cognoſcentes, ſed eas relinqueret Ordinariis locorum puniendos, prout ita etiam practicaſſe Epiſcopum Parienſem qui grauiter puniuit quemdam Iudæum, qui filios ex Chriſtiana ſuſceperat, teſtis eſt Boëtius *deciſion.* 316. *num.* 5. verſ. *Et ita.*

Ego tamen literas Sacræ Congregationis de quibus *ſuprà* intelligo, vt procedant dummodò in dicto coitu non adſit aliquis contemptus noſtræ Religionis ex coniecturis probabilibus præſumptus, quia tunc ſine dubio Inquiſitores poſſent contra huiuſmodi Iudæus procedere, vt *ſupra* dixi.

§. IV.

An Inquiſitores de Iure in aliquibus caſibus poſſint Iudæos punire.

DIcendum breuiter eſt, ſecluſis Pontificiis Conſtitutionibus, & ſolo Iure communi attento, Inquiſitores in multis caſibus poſſe Iudæos, & Saracenos punire, hoſce autem caſus infrà videbimus. Concluſionem noſtram expreſſè docuerunt Eymeric. latiſſimè *in Director. Inquiſitor. parte ſecunda,quæſtione quadrageſima ſexta per totam.* Locatus Auctor repertorij Inquiſitorum, Comenſis *in Lucerna inquiſitorum*, omnes in verbo *Iudæus*, Pegna *in commentario dictæ quæſtionis quadrageſimæ ſextæ*, Royas. *de hæreticis, parte prima, num.* 552. *& ſequentibus.* Farinac.*fragm.* in verbo *Iudæus parte. ſecunda, num.* 657. *& ſequentib.* Decian. *dicto capite* 14. *num.*2. Azeued. *ad Regias Hiſpaniæ Conſtitutiones libro octauo, titulo tertio, lege prima, num.* 20. *& ſequentib. & num.* 23. vbi quod, licèt Inquiſitor, non poſſit Iudæis pœnas ſpirituales, & pœnitentiales imponere, ſicuti Chriſtianis, poteſt tamen priuare eos commercio Chriſtianorum, præcipiendo Chriſtianis ne cum Iudæis tractent, & eos carcere, pœnis pecuniariis, & publicis verberibus, & ſimilibus pœnis coërcere. 14.

Ex quibus patet perperam loquutos Simanch. *de Catholica Inſtitutione, capite trigeſimo quinto,de Iudæis, num.* 11. & Socinus Senior *conſilio centeſimo decimo nono, num.* 18. *volumine quarto*, vbi concludunt Inquiſitores non poſſe procedere contra Iudæum, qui aduerſus Chriſtianum dixerat, *la voſtra fede, è fede da pazzi*, & Ancharan. *in conſilio decimo quinto*, vbi conſuluit, quod Iudex ſæcularis debet Iudæum punire, qui proiecit immunditias ſuper Crucem, quæ in Li- 15.

taniis deferebatur, ſed hæc melius *infrà* declarabitur quæſtio.

§. V.

De Bulla Gregorij XIII, Antiqua Iudæorum.

AD difficultates haſce ſedandas, emanauit à Sanctiſſimo Domino noſtro Gregor. Papa XIII. Conſtitutio, quæ incipit, *Antiqua Iudæorum improbitas*, vbi Papa declarat caſus particulares, in quibus Inquiſitores poſſunt contra Iudæos procedere, eam nos breuiter explicabimus *in ſeq. §.*

§. VI.

De primo caſu Bullæ noſtræ.

PRimus caſus, in quo Inquiſitores liberè procedere poſſunt contra Iudæos, in Bulla noſtra, hiſce verbis explicatur.

Si quis Iudæus aut infidelis ex iis quæ circa fidem cum illis nobis ſunt communia veluti Deum vnum & æternum, omnipotentem, Creatorem, omnium viſibilium, & inuiſibilium, & ſimilia non eſſe aſſeruerit, prædicauerit, vel priuatim alicui inſinuauerit.

16. Caſus hic noſter concordat cum iure communi: ita namque ante Bullam prædictam tenuerunt Direct. Inquiſit. *p. 2. q. 46. n. 4.* Zaneh. *addit. ad cap.* 36. in verbo, *delinquunt circa fidem eorum.* Locatus *in iudiciali Inquiſ.* verbo *Inuocare, n.* 2. verſ. *Quædam alia ſunt*, Decian. *in ſuis tract. Crim. lib. 5. cap.* 14. *n.* 2. verſ. *& inſuper notandum.* Marquar. *de Iudæis. p. 2. c. 9. n.* 2. Burſat. *conſil. 90. n. 1. vol.* 1. & poſt Bull. Gregor. XIII. de eaque mentionem facienses, Pegn. *in comm. d. q. q.* 46. Zanard. *in Summ. Diuinor. præcept p. 1. cap.* 4. verſ. *Vltimo ſubiiciuntur*, Azorius *in Summ. tom. 1. lib. 8. cap. 21. quæſt.* 12. Io. Franc. Leon. *in Theſaur. fori Eccleſiaſtici part. 3. cap. 35. num....* & Farin. qui alios allegat *de hæreſi, q.* 178. *num.* 146. *& in ſuis Fragm. Crimin p.* 2. in verbo *Iudæus n.* 659. latiſſimè Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib. 1. c. 37. n.* 17. qui alios allegat.

Rationem huiuſce rei aſſignant Eymeric. & Locatus locis citatis, nam in iis in quibus nobiſcum conueniunt à Chriſtianis non diſtinguuntur, & in his, nec Iudæi ſunt, nec pro hæreticis habentur, vnde ea impugnando dicuntur directè fidem Chriſtianam impugnare.

17. Contra tamen hanc concluſionem cēſuerunt Conrad. *lib. 4. de hæret. cap.* 42. & Fernandus Vaſquez *Contr. Illuſtr. lib. 1. cap.* 24. quorum ſententiam contra communem opinionem eſſe, & nulla niti ratione probauit Pegn. *d. comm. 71. ſub litera A.*

18. Dubitari tamen hoc loco poteſt, an Iudæus ad ſectam Saracenorum tranſiens poſſit ab Inquiſitore puniri. In qua re Oldradus *conſil. 51. ſi Iudæus*, Albert. *in Rubr.* Cod. de Iudæis, *col.* 1. verſ. *Quæro circa hanc*, Ioan. Andr. *in addit. ad ſpecul. in rubr. de Iudæis circa finem*, verſ. *dubitari vidi.* Ioan. de Anan. *in cap. ex ſpeciali in fin. de Iudæis, & Rom. in Singul.* 687. Incip. *Cras Chriſtus aſcendit*, tenuerunt talem Iudæum nequaquam puniri poſſe. Sed, contrarium quod, & puniri poſſit, ab Inquiſitore ſit talis Iudæus coërcendus melius docuerunt Campegius *ad Zanch. de hæreticis, cap.* 36. verſ. *tandem circa hanc tractationem*, & Decianus *Tract. Criminalium, lib. 5. c.* 12. *num.* 34. & hæc opinio non videtur habere probabilem dubitationem poſt Bullam noſtram, in præcitatis verbis, cum enim Secta Saracenorum multa contineat diſcrepantia à rebus quas com. credunt Iudæi nobiſcum, vt videre eſt ex Eymerico *in Director. p. 2. q. 46. num.* 12. verſ. *Reſpondetur quod Iudæi.* ſi Iudæi ad Saracenorum ſectam tranſeunt, per conſequens neceſſarium in aliquibus, communibus Iudæis, cum Chriſtianis diſcrepant, & ita formaliter ſub verbis noſtræ Bullæ comprehenduntur, & ita etiam tenuit Eymeric. *in cit. quæſt.* 46.

Si tamen Iudæus tranſiret ad aliquam Sectam, quæ nihil contrarium haberet rebus in quibus Iudæi nobiſcum conueniunt tunc iudicarem minimè poſſe Iudæos ab Inquiſitore puniri, & ita rem hanc videntur declarare Campeg. *loco citato in fin.*

Dubitatum etiam ab aliquibus ſcio, an Iudæi negantes Trinitatem incidant in hunc caſum Bullæ, & ratio dubitandi eſt, quod Trinitas perſonarum colligatur ex teſtamento veteri, vt videre ex Mol. 1. *p. quæſt. 27. art. 1. diſput.* 2. vnde tenentes contra Trinitatem dicuntur tenere contra contenta in Bibliis, & ſic huiuſmodi Iudæi videntur ſubiici Sancto Officio ad not. per DD. in cap. *Quod ſuper his de voto & votis.* In contrarium tamen eſt veritas, quia licèt myſterium Trinitatis contineatur in Teſtamento veteri, id tamen eſt implicitè, non explicitè, & myſterium hoc ſemper ignorarunt Iudæi, & ob id dixit Chriſtus *Ioan.* 8. *neque me ſcitis, neque Patrem meum*, & hoc pro Rabiniſmo ordinario ſupponit Cardin. Bellar. *lib. 2. de Chriſto cap.* 9. Quare cum ignorantia hæc toleretur in Iudæis ab Eccleſia, vtique ob eam non poterunt puniri.

§. VII.

De ſecundo caſu Bullæ noſtræ.

SI Dæmones inuocauerit, conſulueritve, aut eorum reſponſa acceperit, ad illoſve ſacrificia, aut preces ob diuinationem aliamve cauſam direxerit, aut quid eis immolauerit, vel thuris, alteriuſve rei fumigationes obtulerit, aut alia quavis impietatis obſequia protulerit.* 19.

Secundus iſte caſus eſt veluti corollarium primi, nam nobiſcum conueniunt Iudæi, ſolum Deum adorandum illique ſoli vti Deo preces fundendas, ipsúmque ſolum futura ſcire, vnde cum Iudæi in caſum noſtrum ſecundum huius Bullæ incidentes, prædicta in quibus nobiſcum conueniunt ſaltem facto negent, ſequitur caſum noſtrum eſſe veluti corollarium primi.

Controuerſa olim fuit quæſtio, quis in caſu hoc Iudæum punire deberet, an Princeps ſæcularis, an Inquiſitor, & tandem quæſt. hæc deducta in Curia Rom. Greg. XI. in publico Conſiſtorio mandauit DD. Card. Bonon. & Mutin. quatenus ſcriberent, & mandarent Epiſcopo Illerdenſi in cuius fortiis Hebræus quidam (qui Dæmones inuocauerat, illis ſacrificauerat, reſponſa expectauerat, & habuerat,) in ſequeſtrum conuocatus erat, quatenus intra certum tempus dictum Hebræum conſignaret Epiſc. Barchinonenſi, & P. Eymerico. Inquiſit. in Aragonia, & litteras dictorum Card. ponit Eymeric. *dict. q.* 46. *n.* 27. ad huius caſus materiam allegari poſſunt, & de Iudæis in caſum incidentibus, Eymericus *d. q.* 46. *n.* 17. Campeg. *ad Zanchin. de hæret cap.* 36. in verbo *delinquunt circa fidem noſtram, in fin* Farin. *de hæreſi, q.* 178. *num.* 146. Io. Franc. Leo. *in Theſaur. fori Eccleſiaſtici*, remiſſiuè ad Bullam noſtram *cap.* 35. *num.* 119. Azor. *loco iam ſupra in primo caſu allegato*, & Zanard. *loco ibidem citato.* 20.

§. VIII.

§. VIII.

De tertio caſu Bullæ noſtra.

21. *SI Chriſtianos verbo, facto, vel exemplo, aut quouis alio modo, nefaria huiuſmodi docuerit, vel ad ea perpetranda perduxerit vel perducere attentauerit.* Et hoc eſt, quod dicit Eymericus *d. q.* 46. *num.* 4. verſ. *Si ergo inueniantur*, ibi, *præſertim in præſentia Chriſtianorum*, vbi Pegna addit, *quia quandoque; ad ſimilia, ſuo malo exemplo Chriſtianos pertrahunt, vel perducere attentant*, circa conatum huiuſmodi, quando debeat puniri, videnda ſunt ea, quæ dixi in materia Bullæ Pij V. *Si de protegendis*, vbi latè de hac re.

§. IX.

De quarto caſu Bullæ.

22. *SI Saluatorem & D N. Ieſum Chriſtum, purum hominem, vel etiam peccatorem fuiſſe. Matrémve Dei non eſſe Virginem, & alias huiuſmodi Blaſphemias quæ per ſe hæretica dici ſolent, in Chriſtianæ fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impiè protulerint.*

Diſtinctionem hanc de blaſphemiis hæreticalibus & non hæreticalibus ad propoſitum noſtrum Iudæorum pulcherrimè atulit Eymericus *dicta queſt.*16. *num.* 10. verſ. *Reſpondetur multipliciter.*

23. In blaſphemiis namque non hæreticalibus, quoniam delictum illud eſt, mixti fori, vti probaui *in tit. de Blaſphemus. in propria quaſt.* de hac re, Iudæos punire poteſt, & Iudex Eccleſiaſticus loci ordinarius, & Iudex ſæcularis, ita vt inter eos ſit locus præuentioni, provt de delictis mixti fori in genere loquens, in materia noſtra Iudæorum, dixit aliis allegatis Farin. *in fragm. crimin. p.* 2. in verb. *Iudæus, num.*664. & de Iudæo blaſph. *al Corpo di Chriſto la ſarà coſſi*, quod poſſit puniri, tam ab Eccleſiaſtico, quàm à ſæculari decidit Senatus Pedem, *apud Theſaur. deciſ.*241.*n.*7. verſ. 3. *fuit opinio aliorum.*

Sed, quoad Blaſphemias hæreticales nominatas in verbis prædictis Bullæ, Iudex erit Inquiſitor, vt in Bulla noſtra, latè Lazar. *de blaſph. quaſt.*6. *n.* 15.

Et licet Alex. & alij allegati per Maſquat. *de Iudæis p.*2.*cap.*9.*n.*5. & Fat. *de delict. & pœnis q.*20.*n.*41. Lazar. *loco ſuprà citato, n.*5. tenuerint, quod Iudex ſæcularis punit Iudæos in crimine blaſphemiæ; attamen illorum doctrina procedit in blaſphemia non hæreticali, ita tamen vt etiam Iudex Eccleſiaſticus in illo blaſphemiæ genere punire poſſit Iudæum, modo ſupradicto, nã in hæreticali ſolus Inquiſitor cognoſcit.

Quod maximè procedit in caſu noſtro, in quo Iudæus præſumitur haſce blaſphemias proferre in contemptum Religionis Chriſtianæ, & clarum eſt, quod Iudæus Chriſti fidem contemnens ſubditur iudicio Inquiſitorum, vt infra dicemus in nono caſu.

24. *In Chriſtianæ fidei ignominiam, contemptum, & corruptionem impiè protulerit*, optimè Decian. *in tract. Crim. lib.*5. *c.*14.*n.*2. *in principio*, vbi quod Iudæi ſubduntur Inquiſitori ſi delinquunt circa fidem noſtram contemnendo, vel vilipendendo eam vel etiam committendo aliquid in contumeliam Chriſti & eius fidei, & Eccleſiæ, ita etiam Royas *in tract. de hæret. p.*1 *num.*557. vbi reprobat Socin. Sen. *in conſ.* 119. *vol.*4. qui conſuluerat quendam Iudæum non poſſe puniri ab Inquiſitoribus, eo quod aduerſus Chriſtianum dixerit (*la voſtra fede, è fede da cazzi*, Maſquat. *de Iudæis part.*2.*c.* 9. *n.* 3. Farin. *in Fragm. Crim. part.*2. in verbo *Iudæus, n.*657 *& de hæreſi q.*178.*n.*133. vbi alios plurimos allegat, quibus adde Bald. *conſ.*110. *vol. ſecundo.*

§. X.

De quinto caſu Bullæ.

SI cuiuſuis eorum opera, aut conſilio vel fauore aliquis Chriſtianus à fide deſciuerit quamque ſemel ſuſceperat abnegauerit, vel ad Iudaeorum ſeu aliorum Infidelium Ritus, Cæremonias, ſuperſtitiones, vel impias ſectas tranſierit vel redierit, ſeu in hæreſim aliquam inciderit aut qui vt Chriſti fidem abneget, ſeu in hæreſim incidat, opem, conſilium, fauorémve quomodocumque præſtiterit, idem etiam erat ante Bullam hanc, vt patet ex annot. per auctor. repert. Inquiſit. in verbo *Iudæus*, verſ. *item Inquiſitor poteſt*, Marquat *de Iudæis, p.*2. *c.*9.*n.*5. verſ. *Sicut etiam de Iudæo.* Auctor *lucerna Inquiſitorum*, in verbo *Iudæus, num.*1. Royas *in tractatu de hæret. part.* 1. *num.* 558. latè Campeg. *ad Zanch. de hæreſi, c.* 36. verſ. *delinquit circa fidem noſtram.* Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *c.*14. *n.* 2. latiſſimè & pulcherrimè Eymericus *in Direct. inquiſit. p.*2.*q.*44.*n.*3. & Pegna *in com.*69 *ſub littera C*, vbi etiam de Ritu quo Iudæi facti Chriſtiani ad Iudaiſmum redeunt, Syluester *in Summ.* in verbo *Hæreticus* 2. *num.* 4. Sanctarellus *de hæreſi, cap.*2. *dub.* 1.*n.*7. Farin. *de hæreſi, q.*178.*num.* 143. vbi alios allegat, *& num.* 145. 25.

Et ratio huiuſce rei eſt, quia ſi Iudæi ratione delicti efficiuntur de foro Inquiſitorum, quibus commiſſa eſt omnimoda fidei defenſio, vti conſiderauit Burſat. *conſ.*90. *n.* 3. *vol* 1. aliàs enim melioris eſſent conditionis, quam Chriſtiani, & ſic ex ſua malitia præmium exemptionis obtinerent, latè Repert. Inquiſit. *vbi ſupra.* verſ. *An, & ex qua eam, circa mediũ.*

Latiſſimè de materia omnino videndus. Surd. *conſ.*498. *volum.* 4. vbi benè probauit iudicem Eccleſiaſticum, & Inquiſitorem poſſe punire quendam Hebræum, ex eo quod inſtigauerat alium Hebræum factum Chriſtianum, vt rediret ad Iudaiſmum, & ibi multa opportunè docuit in hac materia Hebræorum delinquentium.

§ XI.

De ſexto caſu bullæ.

SI quis Cathecumenum, vel quemcumque ex Iudæis, aut Infidelibus, Deo inſpirante ad fidem venire volentem poſt declaratam, nutu, verbo, facto, aut quocumque alio modo, à fide, vel fidei inſtructione, aut ſacri Baptiſmi ſuſceptione retrahere, auertere, vel dehortari, aut ne ad fidem veniat, néve regenerationis lauacro abluatur, quovis modo impediuerit, in hoc caſu etiam ante Bullam Inquiſit. poterant procedere contra Iudæos, optimè Bald. *conſ.*315.*n.*1.*vol.*1. *& conſ. ſeq.* vbi Roueſcal. *in addit.* Marquat. *de Iudæis p.*2.*c.*9. *n.*3. verſ. *Sicut etiam de Iudæo*, Dec. *vbi ſuprà, d.n.*2. *& c.*12.*n.*8. Farin. *de hæreſi, q.*178.*n.*143. qui alios allegat, adde Campeg *ad Zanch de hæret. c.*36. in §. *delinquunt circa fidem noſtram*, verſ. *Hoc idem affirmatur.* 26.

§. XII.

De ſeptimo caſu Bullæ noſtra.

SEptimò Inquiſitores procedere poſſunt contra Iudæos, *Si Apoſtatas, ſeu Hæreticos ſcienter* 27.

domi acceptauerint, aluerint, occultauerint, &c. vel eis quomodolibet opem, auxilium, vel fauorem præſtiterint.

Et ita etiam in hoc caſu poſſe Inquiſitores procedere dixerunt Simanch. *de Cath. Inſtit. 35. de Iudæis, n. 11.* Squilacenſ. *in tract. de fide Catholica cap. 46. num. 1. & 2.* Pegna dicta verba noſtræ Conſtitutionis allegans *2. p. Directorij comm 76.* verſ. *Iudæi verò,* & *comm. 77.* verſ. *Iudæi propterea,* & Farin. qui alios allegat *de hæreſi, q. 178 n. 143. & q. 182. num. 66.*

§. XIII.

De octauo caſu Bullæ.

28. OCtauò Inquiſitores procedere poſſunt contra Iudæos, *Si libros hæreticos, vel Talmudicos, aut alios Iudaicos damnatos, vel aliàs prohibitos retinuerint, &c. diuulgauerint, vel in quæcumque loca detulerint, aut ad eam rem opem ſuam accommodauerint.*

De huiuſce caſus octaui materia, & de prohibita lectione librorum omnium damnatorum etiam Infidelibus, & Iudæis, & quo in caſu contrauentionis poſſint, & debeant ab Inquiſitoribus puniri latè Pegna *in 2. p. direct. ſuper caput fraternitatis de hæreticis comm. 3. in fin.* verſ. *Poſtremo in fine huius commentarij,* Burſat. *conſil. 90. num. 4. & ſeq. volum. 1.* & Farin. *de hæreſi, quæſt. 180. num. 10.* qui alios latiſſimè allegat.

29. *Vel Talmudicorum,* de duplici Hebræorum Talmud, Hieroſolymitano ſcilicet, & Babylonico, vide Decian. *in tract. Crim. lib. 5. cap. 12. num. 3.* Marquar. *de Iudæis p. 3. c. 1. num. 49.* vbi quid in hoc libro contineatur, Flauius Cherub. *Scholio. 2. in Bullam 20. Clem. VIII.* Et de ſpeciali prohibitione illius libri, vide Bullam Innocent. IV. incip. *Impia Iudæorum,* & decretum particulare Illuſtriſſimorum Card. Supremorum Inquiſit. incip. *Cum ſicut nuper,* poſt Direct. Inquiſit. inter litteras Apoſtolicas pro S. Officio, & vltimo loco Bullam Clem. VIII. incip. *Cum Hebræorum malitia,* de qua in Bullar. nouo, *tom. 3.. conſt. 20.*

§. XIV.

De nono caſu Bullæ noſtræ.

30. NOnò poſſunt Inquiſitores procedere contra Iudæos, *Si Chriſtianos deriſerint redemptionisque noſtræ Hoſtiam ſalutarem in ara Crucis immolatam Chriſtum Dominum ludibrio habentes, quandocumque maximè verò in Sacro Paraſceues die, Agnum ſeù ouem, vel quid aliud Cruci affixerint, aut appenderint, in eamve conſpuerint ſeu quomodocumque contra eam fecerint.* Huc ſpectant omnia quæ ſuprà dixi *in 4. caſu Bullæ noſtræ,* verſ. *in Chriſtianæ fidei.*

De hac Memoria Paſſ. D. N. quotannis fieri ſolita à Iudæis in ludibrium Religionis Chriſtianæ, crucifigendo pueros, agnos, &c. plura Marquard. *de Iudæis parte prima, c. 7. n. 2.* ſed quod in iſto caſu puniri debeant per Epiſcopos vel Iudices ſeculares, tenuerunt poſt Oldrad. *conſ. 36.* Repertor. Inquiſitorum in verbo *Iudæus, §. An Inquiſitor poſſit procedere,* & Decian. *in tractat. Crim. lib. 5. cap. 15. num. 18.*

Verum quam malè iſti loquuti ſint, patet ex alleg. ſupra in quarto caſu Bullæ, vbi plurimos allegaui, qui generaliter, & bene docuerunt, Iudæos vilipendentes Eccleſiam, Chriſtum, & Chriſtianam fidem puniri debere ab Inquiſitore, vnde cum iſti Iudæi Cruci affigentes oues, &c. vilipendant Chriſtum non video, quomodo poſſint à Iuriſdictione Inquiſitorum ſubtrahi, ſtante verò diſpoſitione Bullæ noſtræ clariſſimum eſt ceſſare omnes aduerſariorum doctrinas.

§. XV.

De decimo, & vltimo caſu Bullæ.

SI Nutrices Chriſtianas contra Sacrorum Canonum ſtatuta, diuerſorumque Rom. Pontificum, &c. ſanctiones, adhuc retinuerint. 31.

Dubitari hoc loco poteſt, an Iudæis licitum ſit retinere nutrices extra domum, in qua &c.

Cardinalis in cap. *ad hæc, de Iudæis,* verſ. *oppono,* & Abb. *ibid num. 2.* voluerunt id Iudæis licere, nam text. in dicto cap. *ad hæc,* qui illud prohibet, habet hæc verba, *in eorumdem domibus.*

Sed contrarium eſt verius, vti probarunt aliis plurimis relatis, Sanch. *ad præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 31. num. 13.* & Ricciull. *de iure perſonar. lib. 2. cap. 18. num. 17.* nam ſiue in domo propria, ſiue extra retineantur nutrices, ſemper ob familiaritatem adeſt periculum ſubuerſionis, quæ fuit ratio decidendi, in dicto cap. *ad hæc.*

Neque obſtant illa verba, in eorumdem domibus, nam illa non fuerunt appoſita ad reſtringendam prohibitionem, ſed gratia frequentioris vſus, vti bene declarat Sanch. *vbi ſuprà.*

Ratio autem quare hic caſus in bulla noſtra reſeruetur Inquiſitoribus eſt, quia eſt contra decorem Chriſtianæ religionis, quo nos Chriſtiani, qui ſumus filij liberæ, ſeruiamus filij ancillæ, qui ſunt Iudæi, quæ eſt ratio aſſignata à text. in cap. *& ſi Iudæos, de Iudæis,* Sanch. *vbi ſuprà, num. 20.* & Ricciullus *loco allegato, num. 12.* 32.

Ex quibus ſequitur, quod princeps ſæcularis, non poteſt in hoc diſpenſare, cum decori Chriſtianæ Religionis derogari nequeat, ita Ricciull. *d. num. 12.* 33.

Imo nec Epiſcopi ob eandem rationem poterunt in hoc diſpenſare, etiam vt extra domum nutrix retineatur, Ricciull. *vbi ſuprà, num. 18.* Sanch. *d. cap. 31. num 27.*

Aut eas retinens die, qua Sanctiſſ. Eucharistiæ Sacramentum ſumpſerint, lac vno, vel pluribus diebus diebus, in latrinas, cloacas, & alia loca effundere coëgerint, & cum ex hoc maximè Chriſtus D. N. vilipendatur, non eſt dubium quin optimè ſtatutum ſit, vt in hoc quoque caſu procedant Inquiſitores, vt patet ex alleg. ſupra, & de huiuſmodi Iudæis cogentibus nutrices lac in cloacas effundere poſt ſuſceptum corpus D. N. vide text. in cap. *& ſi Iudæos, de Iudæis.* Calder. *conſ. 2.* incip. *Iudæus dolosè, & appenſatè, ſub titulo de Iudæis,* & Campeg. *ad Zanch. de hæret. cap. 36. §. Delinquunt,* cap. *fidem noſtram,* verſ. *Hoc idem affirmatur.* 34.

§. XVI.

De aliis caſibus, in quibus Iudæi ſubſunt foro Inquiſitorum.

ACcuſantur quandoque Iudæi in hoc Tribunali S. Inquiſitionis, quod imagines Sanctorum fregerint, vel conſpurcauerint, & tunc clariſſimum eſt, quod poſſunt contra eos Inquiſitores procedere, tanquam vilipendentes Chriſtianam fidem, & Religionem, ex allegatis *ſuprà, in 4. caſu Bullæ Gregorij XIII.* an autem hoc ſit delictum 35.

mixti

mixti fori, dixi in titul. *de Blaſphemia, in propria quæſtione* & hic caſus videtur in Bulla Greg.comprehenſus, in 9. caſu, vbi de Iudæo conſpuente in Crucem, & ſi in vim 4. caſus Bullæ puniri debent ab Inquiſitoribus Iudæi, verbo *Hæreticales Blaſphemias proferentes*, cur non ab iiſdem puniti debent Iudæi facto blaſphemias committentes, conſputcando ſcilicet imagines, & ita in propoſito arguit Azeued. *Regiar.conſtit.lib.1 tit.1. l.3.n.9.* vt etiam eum allegaui, *in tit de blaſphemia.*

36. Secundò Inquiſitores procedere poſſunt contra Iudæos abradantes in bibliis verba, quæ Chriſto conuenire poſſunt, & tripudiantes, ornatiuſque incedentes in die Veneris ſancti, de quibus Alex. *conſil.*233. *num.* 6. *volum.*6. & Lazar. *de blaſphemia quæſt.*1.*num.*33.

37. Tertiò procedunt Inquiſitores contra Iudæos ſibi accendi facientes ignem in die ſabbati per Chriſtianos, vel eorum opera vtentes in ſeruitiis vilibus, & item contra Chriſtianos Iudæis in ſupradictis inſeruientes, nam omnia hæc tendunt ad decorem cultus Iudaici, & in ludibrium religionis Chriſtianæ, oſtendentes ſeſe Iudæi Chriſtianis ſuperiores, in eo quod poſſunt, ita cautum eſſe peculiari conſtitutione Nicolai V. quæ incipit, *ſuper gregem Dominicum*, § *Nec poſſunt* ſub dat. Romæ Kal. Iulij 1447. Pontificatus anno primo, atteſtatur Ricciull. *de iure perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium lib* 2 *cap.*39. *num.* 18. Sic etiam pluries reſcripſit Sacr. Congregatio Eminenentiſſ.DD.Generalium Inquiſitorum, & Reuerendiſſ. Inquiſitori Cremonæ, vt ex litteris eiuſdem ſacræ Congregationis, quæ conſeruantur in Archiuio noſtræ ciuitatis, prout etiam ſcio plures Hebræos, qui pluries opera Chriſtianorum vſi fuerant in exercitiis vilibus fuiſſe condemnatos ad carceres formales, & alias pœnas arbitrarias ab Ordinariis, & Inquiſitoribus.

§. XVII.

An iuriſdictio conceſſa Inquiſitoribus à Gregor. XIII. in caſibus de quibus ſuprà, an Iudæi ſint Hæretici, intelligitur priuatiuè, quoad laicos.

38. Breuiter dicendum, quod in caſibus de quibus in Bulla, & etiam in præcedentibus Inquiſitores procedunt priuatiuè, quoad Iudices laicos, ita Scaccia *de iudic. ciuilibus. crimin. & hæretica. lib. libro primo, cap.* 12. *num.* 53. vbi dicit, quod ea quæ Inquiſitoribus delegantur, ſemper delegantur priuatiuè, quoad laicos iudices, & ita etiam vt plurimum practicatur in hoc Tribunali, etiam in Iudæis fractoribus imaginum, qui non videtur caſus explicitè comprehenſus in Bulla.

Et in omni caſu, cum Inquiſitores præueniunt in cognitione, ſeu captura, &c. contra Iudæos imaginum fractores, ſine vlla tunc difficultate procedunt, nec laïcus vllo ſe modo intromittit in cognitione illa, & ita ſanctum Officium puniuit grauiter quendam Iudæum, qui in terra Sablonetæ conduxerat domum cuiuſdam Chriſtiani, in qua aderat imago Beatæ Mariæ Virginis, quæ ex poſt reperta fuit conſputcata, & deleta ab eius filiis, ipſo ſciente, & non obſtante, cum facilè poſſet & teneretur, vti mihi ſignificauit Reuerendiſſim. Abb. Sanct. Anton. Crem. in noſtro ſanct. Officio Conſultor, & collega ac affinis meus amantiſſimus.

39. Quoad caſus tamen explicitè in Bulla comprehenſus clariſſima eſt ſupradicta doctrina, quod iuriſdictio ſit Inquiſitorum priuatiuè quoad laicos, Iudices, idque non obſcurè colligi poſſe videtur, ex verbis memoratæ Bullæ Gregorij XIII. ibi, *ſtatuimus, & declaramus Inquiſitores hæreticæ prauitatis liberè procedere poſſe in omnibus cauſis, & caſibus qui, ſequuntur*, verbum enim, *liberè*, multum ampliat diſpoſitionem, & excludit omne impedimentum, & alterius cuiuſcumque contradictionem, vt ſingulariter dixit Decian. *conſilio* 41. *n.*14. *volum* 2. & Cardinal. Tuſchus *Practic. concluſion.summo ſecundo, littera D, concluſ.* 106. *num.* 4. *& ſeq. & tomo quinto, littera L, concluſ.* 331. *num.* 5. *& ſequent.* & liberè non dicerentur in caſibus Bullæ procedere Inquiſitores poſſe, ſi etiam iudices laici de illis poſſent cognoſcere, etiam vbi ipſi præueniſſent, & in omni caſu Inquiſitores ſunt iudices competentes ad cognoſcendum an iuriſdictio ſit ſua, Freitas *ad Roder. de Confeſſ. ſollicit. quæſt.*5. *num.*39.

§. XVIII.

De Tortura, & Abiuratione Iudæis iniungenda.

Diſtinguenda hoc loco ſunt Iudæorum delicta, quæ triplicis generis eſſe ſolent, alia namque ſunt delicta, contra ea quæ nobis, & ipſis ſunt communia qualia ſunt delicta 1. 2. 3. & 8. caſus Bullæ noſtræ Gregorianæ, nam quoad retinentes Talmud, quod dicatur delinquere contra fidem nobis, & ipſis communem, patet, quia licet dictus liber contineat plurimas Blaſphemias contra Chriſtum, & B. V. M. attamen continet etiam plura contraria iis quæ nobis, & ipſis ſunt communia, vt videre eſt apud Marquar. *de Iudæis part.*3. *cap.*1. *num.*49. & hoe reſpectu tantùm, dicuntur Iudæi delinquere modo dicto. 40.

Alia ſunt delicta Iudæorum contra fidem noſtram, qualia ſunt, alia delicta comprehenſa in aliis caſibus Bullæ, & etiam in 8. caſu ratione librorum continentium hæreſes, quoad noſtram fidem tantùm.

Alia ſunt delicta contra eorum fidem propriam, & de his hoc loco non eſt agendum, nam ea non puniuntur, vt ſuprà vidimus in prima quæſtione.

Quoad delicta Iudæorum primi generis, quoniam in his, & quoad eos, & quoad nos ſunt Hæretici, vti dicit Eymericus *in director. Inquiſit.part.*2. *quæſt.*46.*num.*3.*& ſeq.* ideo in his, 41.

Si Iudæi veritatem non fateantur, & adſint indicia ſufficientia ad torturam, iuxta ea, quæ dixi de indic. & tortur. torquentur pro veritate habenda.

Si verò veritatem fateantur, ſe ſcilicet v. g dixiſſe Deum non eſſe omnipotentem interrogatique ſuper intentione, & credulitate reſpondeant, ſe ita etiam credidiſſe, coguntur abiurare de formali, vti verè Hæretici, Eymeric. *in direct. d. quæſt.*46. *in fin.* verſ. *quo Iudæo*, vbi Pegn. *com.*71. *eod.* verſ. *ponit formam abiurationis ab hæretico facienda*, Zanardus *in ſumm. diuinor.precept. cap.*4.*tom.*1.verſ. *ſi igitur in ſupradictis.*

Si autem intentionem negent, ſuper ea torquentur, & in omnibus, & per omnia eodem modo contra eos proceditur, ac contra Chriſtianos, & iiſdem pœnis plectuntur, ac ipſi Chriſtiani, & pro gradu ſuſpicionis, vel leuis vel vehementis abiurare ſolent.

Quoad delicta verò ſecundi generis torquentur tantummodo pro habenda veritate, & ſuper 42.

complicibus, nam in his. verè ipſi hætetici non ſunt, ſed quoniam contrs fidem noſtram grauiſſimè delinquunt, ideo puniri debent grauiſſimis pœnis de quibus in conſtitutione Greg.XIII.& Clem. VIII.nec in iſto caſu coguntur ad abiurstionem, quoniam Eccleſia non cogit eos ad fidem,& eos in ſuis ritibus tolerat.

§. XIX.

Quibus pœnis Iudæi & alij infideles puniantur.

43. INquiſitores punire ſolent Iudæos, delinquentes in caſibus prædictis variis pœnis, priuationis communionis cum Chriſtiania, pecuniariis, carceris etiam perpetui, verberum, & etiam traditionis, brachio ſæculari, & hoc pro modo, & qualitate delictorum, & iuxta Pontificias conſtitutiones, de quibus ſuprà, ita Zanch.*de hæreticis, cap.* 36.*num.*4.vbi Campeg.Syluest. in verbo *Iudæus q.*5. Zanardus *in ſumm.diuinor.præcept.tom.* 1.*cap.*4.verſ. *ſecundò puniatur*, latè Pegna *ad Director. parte ſecunda, quæſt.*44.*comm.*69.*ſub littera C*, Burſat. *conſ.* 90. vbi de Iudæo penes quem reperti fuerunt libri prohibitæ lectionis.

44. Tandem animaduertendum, quod nec Inquiſitor ſine Epiſcopo, nec Epiſcopus ſine Inquiſitore punire poſſunt, Iudæum, cum committit aliquod crimen,pro quo ſint ſubiecti iuriſdictioni Inquiſitorum, ita Pegna.*dicta comm.*69.verſ.*Illud hic non eſt omittendum*, & Farin.*de hæreſi*, *q.*27.§.*n.*147.

§. XX.

An paruuli Iudæorum poſſint baptizari inuitis parentibus.

45. QVamuis maxima de hac re ſit controuerſia,inter D.Th.& Scotum, magis tamen communis opinio eſt negatiua, quam latiſſimè pluribus cumulatis probauit Ricciull.*de iure perſon.*&c.*l.*1.*c.*31.ſufficit tamen, quod adſit conſenſus Aui paterni, licet pater Iudæus inſaniis contradiceret, latiſſimè Gratian. *diſcept.* 977. *tomo quinto*, vbi etiam atteſtatur, quod ita fuit iudicatum, ſi tamen infans Iudæus inuitis parentibus de facto baptizaretur, vtique cogendus eſſet ad obſeruantiã Baptiſmi, Afflict. *deciſ.*151.Ricciull. *vbi ſupra*, *cap.*34. Ex quo patet falſam, & erroneam eſſe opinionem Calder.*conſ.*3. *n.*2.*de Iud.*vbi conſuluit talem infantem ſic baptizatum dèbere ali penes patrem Iudæum, præſtita per patrem cautione de eo reſtit. cum ad legitimam ætatem perueniſſet, Ricciull. *vbi ſuprà. num.*4. vbi etiam, quod ita Romæ 22.Octobris 1587.fuit iudicatum cuius autem ætatis debeant eſſe pueri Iudæorum, vt poſſint inuitis parentibus baptizari, vide Ricciull.*vbi ſupra*, *cap* 33.*per tot.*

Et poſt hæc ſcripta viſus D.Io. Baptiſta Ciarlinus I. C. de noſtra Iuriſprudentia benemeritus, ac Vicarius meritiſſimus Epiſcopi Regenſis *in ſuis controuer. forenſium iudiciorum cap.* 42.*fere per totum*, *& maxime n.*46.vbi atteſtatur in Ciuitate Regij,ſub die 23. Septembris 1629. re etiam participata cum Reuerendiſſ.P. Inquiſitore illius ciuitatis, & in eius Congregatione S. Officij propoſita quendam puerum Iudæorum annorum octo fuiſſe baptizatum, quia inſtanter baptiſmum petierat, non obſtantibus contradictionibus parentum qui prætendebant examinari dictum puerum ipſis etiam præſentibus, & videntibus ac audientibus eum dicentem ſe velle fieri Chriſtianum, vt certi eſſent,de eius voluntate.

Hæc tamen, quæ diximus de Baptiſmo infantium Iudæorum ceſſant in infantibus hæreticorum, ſi enim hæretici cogi poſſunt ad Baptiſmum filiorum ſuorum, quia ex quo in Album Chriſtianorum relati ſunt Eccleſiæ ſubditi effecti ſunt, bene Gamachæus *in* 2. 2. *quæſt.* 10. *de infidelitate*, *capit.* 34. verſ.*de hæreticorum filiis.*

§. XXI.

Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat cum conuerſantibus, cum Iudæis, & aliis Infidelibus

IMprimis animaduertat Confeſſarius, prohibitam eſſe communicationem cum Iudæis in reſpicientibus Religionem,ita D.Thom.*in* 2.2.*quæſt.*169.*art.*2. *ad* 4.Sanch. *in ſum l.*1.*c.* 7.*n.*1. latiſſimè Ricciull. *de iure perſon. extra Eccleſia gremium exiſtentium lib.*2. *c.*19.*per tot. cap.* vbi infert vtiliter ad multa in praxi neceſſaria. 46.

Ex quo infero ad pulcherrimam quæſtionem,quæ de facto accidit in Ciuitate Regij, teſte D.Io. Baptiſta Ciarlino Vicario Generali illius Ciuitatis *in ſupra cit.cap.*42.*ſuarum controuer.num.*72. *& ſeq.* de quodam Iudæo, qui dum Catechizaretur, ex quo eius Vxor numquam voluit à Iudaiſmo recedere ab ea inſtanter requirebatur, vt ei daret libellum repudij more Iudæorum, vt & ipſa poſſet alteri nubere, verùm habito colloquio de hac re in pluribus Congregat.ad hoc factis, & cum Reuerendiſſimo Inquiſitore illius Ciuitatis, ipſemet vti Vicarius Generalis denegauit dicto Iudæo licentiam dandi libellum repudij dictæ eius vxori modo Iudæorum, idque rectiſſimè factum fuit, quia quidquid ſit de tempore, quo legalium obſeruatio cœpit eſſe mortifera, in quo ego ſequor opinionem Scoti *in quarto ſent.diſt.tertia*, *quæſt.quarta*, quam latiſſimè tuetur olim præceptor meus amantiſſimus P. Faber *in quarta diſp.* 10.*cap.*6.certiſſimum eſt, quod nunc obſeruatio legalium, & ſic oblatio repudij ſecundum formam traditam à Moyſe Deuter. 24.vbi Toſtatus & Cornelius à Lapide, omnibus etiam Iudæis eſt mortifera.

Quinimo in rebus etiam politicis ea communio prohibita eſt fideli cum Iudæo, ex qua reſultare 47. poteſt nimia familiaritas, Ricciullus, *vbi ſupra c.* 41. per totum, vnde infert non licere Chriſtiano ſimul habitare cum Iudæo, nec cum eo ſpurciſſimè commiſceri, quod delictum à noſtris Mediol.Conſtitutionibus, in titulo de Iudæis, punitur pœna mortis naturalis, nec vti opera Medici Hæbrei, nec cum eiſdem ad ludos, nuptias, & conuiuia ire, quæ omnia, & alia plura latiſſimè ibi proſequitur Ricciull.videndus *& pluribus capitibus ſeq.*

Secundò conſiderare debet Confeſſarius an Chriſtianus communicando cum Iudæo habuerit in 48. intellectu errorem, credendo ſcilicet Eccleſiam errare prohibendo tale commercium, nam tunc talis eſſet excommunicatus excommun.Bullæ Cœnæ Domini,Belloch.*de caſib.reſeru.p.*2 *q.*9.*in Tabell.Piſaur. num.*143.& ſi non habuerit talem errorem interrogandus eſt Chriſtianus, an ſaltem cum Iudæo communicauerit, ex contemptu Eccleſiæ,vel Epiſcopi, nam ratione huius contemptus formalis,communicatio, quæ aliàs eſſet venialis, euaderet mortalis, Belloch.*vbi ſuprà* 141.*& ſeq.*

Tertiò

Tertiò, conetur Confeſſarius inducere pœnitentem
49. ad contritionem ſuorum peccatorum, oſtendendo ei gravitatem delicti, & periculum cui ſe expoſuit, nam iuxta illud Pſalm. 17. *Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris.*

50. Quartò, iniunget Confeſſarius pœnitenti, & ſatiſfactoriam, & præſeruatoriam pœnitentiam prudenti ipſius arbitrio, qualitati delicti, & illius circumſtantiis accommodatam.

Interim de tota hac Iudæorum materia, videndus eſt, P. Gauant. in Manuali Epiſcoporum in verbo *Iudæi*, & omnes Summiſtæ, *ibid.* Modern. Barboſ. *in Collectan. decretal. toto titulo de Iudæis*, & Aceued. *ad Regias Hiſpan. Conſtitutiones, lib. 8. titul 2. de los Iudios y moros. l. Secunda*, & Concilium noſtrum Prouinciale quintum.

TITVLVS XV.

De edentibus carnes in diebus prohibitis.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſis circa delectum ciborum.*
2 *Dies in quibus quis carnes comedere nequit, vbi de ieiunio Quadrageſimæ.*
3 *Comedens carnes diebus vetitis eſt ſuſpectus de hæreſi, & quando non, ſeq.*
6 *Quis poſſit licentiam concedere, carnes comedendi in diebus prohibitis.*
7 *Qualiter huiuſmodi rei ſint ſuſpecti, & ſequent.*
11 *Inquiſitores ſunt iudices huius criminis.*
12 *Inquiſitores an procedant contra comedentes piſces, & carnes, vbi aliqui licentiam habent comedendi carnes, & ſeq.*
14 *Infirmitas qualiter probetur.*
15 *De tortura, abiuratione, & pœnis horum reorum, & 16.*
17 *Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat cum huiuſmodi reis.*

§. I.

De hæreſibus circa delectum ciborum.

1. PRæmittendum eſt hoc loco, antiquam extare hæreſim, noſtris temporibus, renouatam à Sectariis quibuſdam, improbantem in ieiuniis delectum ciborum, quàm latè (vt alios omittam) reprobauit Gregor. Valentia, *tomo tertio, in Summ. Diu. Thom. diſputatione 9. quæſtione 2. puncto 2. verſicul. 2. controuerſum inter nos, & Sectarios eſt*, vbi plurimis ſcripturæ ſacræ locis, Conciliorum antiquorum, & Sanctorum Patrum auctoritatibus probat, de fide certum eſſe Ieiunium noſtrum, cum delectu ciborum, id eſt cum abſtinentia à carnibus, & aliquando ab ouis, & lactaciniis, vt in Quadrageſima, vtile eſſe & laudabile, quod & nouiſſimè deffinitum à ſacro Tridentino Concilio conſtat apud omnes, *Seſſ. 25. de reformat.* cap. *de delectu ciborum, ieiuniis, &c.* vbi Modernus Barboſ. *in ſuis Collect.* allegat concordantes Doctorum auctoritates.

§. II.

An comedens carnes in diebus prohibitis ſit ſuſpectus de hæreſi.

ANtequam ad quæſtionem noſtram accedamus, 2.
notandi primò ſunt dies quibus prohibitum eſt carnes comedere, de quibus gloſ. in cap. *de eſu*, verbo *feria, de conſecrat. diſtinct. 5.* & ſunt dies Veneris, & Sabbati, Archid. dicto cap. *de eſu num. 3.* latiſſimè Azor. *inſtitut. Moral. tom. 1. lib. 7. cap. 15.* per plures Quæſt. vbi, quid dicendum de ferias quarta, quæ tamen non eſt de præcepto, ſed tantùm de conſilio, gloſ. *vbi ſuprà*, Graff. *de caſibus reſeru. lib. 2. cap. 10. num. 3.* Item omnes dies quadrageſimæ, omnes vigiliæ, dies quatuor temporum de quibus Graff *vbi ſuprà*, & Azor. *loco citato, cap. 12. 13. &* 14. vbi latiſſimè, & eruditiſſimè egit de huſce diebus, & ieiunio in ipſis ſeruando. In Quadrageſ. tamen non licet veſci ouis, nec lacticiniis, non quia tale Ieiunium intrinſecè includat abſtinentiam à lacticiniis, ſed quia diſtincto præcepto præcipitur talis abſtinentia, cap. *denique, diſt. 4.* quod probatur, quia ceſſante præcepto Ieiunij in Quadrageſimo, ſcilicet in diebus Dominicis, non ceſſat tunc præceptum abſtinentiæ à lacticiniis, Sanch. *lib. 4. in præcepta Decalog. cap. 11. num. 53.* & Portel. *in dubijs regularibus*, verbo *Ieiunium num. 8.*

Neque in his partibus curandum eſt, de ſententia Luſitanorum, quam latiſſimè tuetur Fagundez *in præcepta Eccleſiæ, præcepto 4. lib. 1. cap. 1. num. 10. & pluribus ſequentibus*, quod ſecluſa conſuetudine, ex vi ſolius iuris communis, eius lacticiniorum in Quadrageſ. non eſt prohibitus, tum quia Luſitanis exceptis, iiſque non omnibus contraria opinio communiſſima eſt, contra quam attentantes dicuntur natare contra torrentem omnium ferè DD. tum quia in his partibus adeſt conſuetudo ab omnibus recepta, & in omnibus Tribunalibus ferè canonizata, vetans vſum lacticiniorum in Quadrag. & in S. Officio quotidie puniuntur tale præceptum frangentes, Diana poſt hæc ſcripta viſus *reſolut. moral. part. 3. tract. 6. reſol. 80.* vbi latè de hac opinione Fagundez. His ſic præmiſſis.

Dico breuiter comedentem carnes, oua, & lacticinia in diebus vetitis, eſſe de hæreſi ſuſpectum, ita 3.
docuerunt, Repert. Inquiſitor. in verbo *cognoſcere, verſ. ſed an Iudex Inquiſitor*, Pariſ. *conſ. 169. num. 67. volum 4.* Peña *ad director. part. 3. com. 24.* verſ. *Eccleſiaſtica Sacramenta, & part. 2. quæſt. 55. comm. 80.* verſic. *& ob hanc præſumptionem*, Zanch. *de hæreticis cap. 35. num. 2.* ibi, *non abſtinet ab eſu carnium, vtì præcipit Eccleſia.* Farin. *de hæreſi, quæſt. 178. num. 80.* Riminald. Iun. *conſil. 395. num. 20.* verſ. *Quinque teſtes deponunt*, Alex Raudenſis *var. reſol. cap. 5. n. 7. & 10.* Homobonus de Bonis *de caſibus reſeruatis, part. 0. caſu finali*, verſ. *3. vt à carnibus*, Graff. *de caſibus reſeruat. lib. 2. cap. 10. num. 21.* Genuenſ. *in praxi Curiæ Archiepiſcopalis Neapolit. cap. 18. num. 1.* verſ. *comedentes carnes*, Marius Italia *de Immunit. Eccleſiæ, lib. 1. cap. 5. & 6. num. 133.* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſtici impreſſa Neap. de anno 1620. reſol. 423.* verſ. *carnes comedentes.* Zerola (à quo Ricc. totum ſuum reſolut. 423. deſumpſit, ad verbum) in verbo *caſus*, verſ. *carnes comedentes.*

Ratio huius concluſionis deſumi poteſt, ex verbis 4.
D. Gregor. relatis in cap. *ſi qui ſunt, diſt. 82.* peccatum (ait) paganitatis incurrit, quiſquis dum Chriſtianum

ſe aſſerit, Sedi Apoſtolicæ obedire contemnit.

Confirmari hoc poteſt ex traditis per Sotum *in relect.de hæreſi*, vbi dixit, quod facere opera mala, aliquando tamen ab hæreticis laudata,& probata, inducit hæreſis ſuſpicionem, quod dictum licet generaliter non ſit verum, cum illud latè confutauerit Ludouic.à Parsmo *de Orig.S.Inquiſit. l. 3. quæſt.10.n.7.& ſeq.*

Attamen, exiſtimo ego dictum illud procedere poſſe, vbi opus quod ſit, magis communiter ab hæreticis laudaretur, & probaretur, & de illo eſſent plurimæ ſpeciales hæreſes prout adſunt in caſu noſtro, in quo omnes fere noſtri temporis hæretici conueniunt, in reprobando ciborum delectu in ieiuniis, vt videre eſt ex Valent.*ſupra citato*, Bellarm. *in particulari libro de ieiunio*. & Leonard.de Leſſio *de iuſtitia, & iure lib. 4.cap. 2. de ieiunio. dubit. 5. num.25.& ſeq.*

Hæc tamen hæreſis ſuſpicio ceſſat,vbi quis licen-
5. tiam habet comedendi carnes in diebus vetitis,nam tunc licitè carnes comeduntur, & quod lege permittente ſit, pœnam non meretur, l.*Gracchus*, *Cod.ad l.Iul.de Adult.*vel vbi omnis contemptus ceſſaret,& adeſſet infirmitas corporis, & ſine licentia, Pariſ. *conſ.169.num.68.ſeq.vol.4.*

6. Difficultas eſt à quo debeat hæc licentia dari, nam Syluester in verbo *Ieiunium, quæſt.7.*Caiet.2.2. *quæſt.147. art.3. & in ſumm.* in verbo *Ieiunium*, & alij dixerunt licentiam hanc dari poſſe à ſolo parocho ſaltem ex probata conſuetudine.

Hoſtienſ.verò, & Butrius, in cap *conſilium*, *de obſeru. ieiuniorum* tenuerunt, licentiam hanc poſſe dari à ſolo Epiſcopo, mouentur ex eo quod Parochi habent ius tantummodò in iis quæ ad forum pertinent interius, at diſpenſare ab obſeruatione Ieiunij, &c non eſt ex ſpectantibus ad forum interius, ſed exterius, igitur.

Ego breuiter cum Filliucio *quæſt. moral. tom. 2. tract.27.c.6.q.10.n.16 & ſeq.*qui alios allegat,dico

Primò ſi quis iuſtam habeat cauſam, vel non ieiunandi, vel carnes in diebus vetitis comedendi,& cauſa illa ſit certa, talis non eget diſpenſatione.Ratio eſt quia obligatio legis tollitur ſuperueniente cauſa, & neceſſitate,atque ita etiam tenuit Bonacin. *de legibus diſput.10.quæſt.1.punct. 2.num.5.* Quinimo addit Filliucius, *vbi ſuprà*, *num.* 128. quod ſi quis dubitet de cauſa ſufficienti, ſi Medicus iudicet cauſam ſufficientem,nulla vlterius requiritur diſpenſatio Abbas cap.*conſilium §.præterea de obſeru.Ieiun*

Secundò dico, ſi Medicus dubitet de ſufficientia cauſæ, tunc recurrendum eſt ad Epiſcopum, & vbi illius copia haberi non poſſit, vel vbi adeſſet conſuetudo, ad Parochum, ita Bonacina qui alios allegat *vbi ſuprà*, verſ.*dixi modò*, Filliucius*loco citato, num.127.*Azorius *Inſtit.Moral.tom.2.lib.7.c.18. quæſt.8.*Graſſ.*in deciſ.part.2 lib.2.cap.16.n.10.*

Ex quibus colligitur, quod comedens carnes in die ieiunij, etiam ſine licentia ſuperioris, ſi id non faciat in Eccleſiæ contemptum, ſed ex iuſta cauſa, maximè per Medicum approbata, non eſt de hæreſi ſuſpectus, ita etiam in terminis noſtris docuit Pariſ.*conſ.169.num.68.& ſeq.vol.4.*

Vnde in hac re, magna vtendum eſt prudentia, & circumſpectione, ne viros alioquin Catholicos hæreticos iudicemus.

Quæri tamen hoc loco poteſt quid ſentiendum ſit de edente in diebus ieiunij, quædam animalia, de quibus dubitari poteſt, an ſint piſces, vel carnes,vt ſunt ponticus, vulgo lodria camaleones &c.

& breuiter in hac re ſemper recurrendum eſt ad iudicium Medicorum, vt in propoſita quæſtione, dixit Fagundez, *in quartum Eccleſiæ præceptum, leg. ſecunda, cap.2.num.9.*

In omni tamen caſu, tales, meo iudicio eſſent ab inquiſitoribus vocandi, & vti temerarij grauiter ore tenus obiurgandi, quantum enim eſt ex ſe exponunt ſe periculo frangendi Eccleſiæ præceptum, circa delectum ciborum.

§. III.

An Rei noſtri ſint ſuſpecti de hæreſi leuiter, vel vehementer.

COmmuniter DD.ſuſpicionem hæreſis orientem 7.
ex comeſtione carnis, vel ciborum prohibitorum in diebus Ieiunij, vt Quadrageſimæ &c. reſoluunt eſſe ſuſpicionem vehementem, ita namque docuit Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neapol. dicto cap.18.num.11.*verſ.*Comedentes carnes*,Peña *ad director.p.2.comm.80.*verſ.*& ob hanc præſumptionem*, vbi expreſsè dixit, Veſcentem carnibus abſque licentia, & neceſſitate in diebus prohibitis eſſe ſuſpectum de hæreſi vehementer, licèt hoc interdum ab ingluuie, & voracitate prodire poſſit, & idem voluit idem Peña *part.3.comm.24.*verſ. *Eccleſiaſtica Sacramenta.*

Verùm hoc intelligendum eſt, vt procedat,dum- 8.
modò vltra carentiam licentiæ, & defectum cauſæ, concurrant etiam, quod pluries comederit carnes, quod reprehenſus, vel dictam reprehenſionem parui fecerit, vel verba illa hæreticorum propria,quod intrat per os non coinquinat animam, impiè protulerit, & quod Inquiſitus ſit malæ vitæ, & famæ, vtpote, quod Eccleſiæ Sacramentis non vtatur, quod Eccleſias, non frequentet, &c. hiſce namque concurrentibus non eſt vllo modo dubitandum, quin vehemens oriatur ex dicta comeſtione vetita, hæreſis ſuſpicio, aliàs leuis tantummodò ſuſpicio orietur.

Quod comprobari poteſt ex pulcherrime traditis 9.
per Peñam *p.3.comm.14.*verſ.*denique* vbi dicit, *quod omnia opera per quæ quis diſſidet à communi vita fidelium, aut. ab Eccleſia probatis ritibus, & conſuetudinibus aut à receptis Patrum doctrinis, & præceptis, quæ communes magis, quam priuatos reſpiciunt, aut hæreſim inducunt, aut hæreſis ſuſpicionem*, iunctis traditis per eundem Peñam *part.2.comm.80.*verſ. *& ob hanc*, vbi *quod vehemens ſuſpicio hæreſis oritur ex ſignis exterioribus operum, vel verborum, ex quibus capitur argumentum concludens frequenter, quod qui talia facit eſt hæreticus.*

. At comedens carnes modo iam dicto diſſidet à communi vita, &c. & ex tali comeſtione ſumitur argumentum, quod qui talia,facit, ſeu modo prædicto carnes comedit, vtplurimum eſt Hæreticus, igitur, &c.

. Ad cognoſcendam etiam qualitatem ſuſpicionis, 10.
diligenter inſpiciendæ ſunt omnes circunſtantiæ, de quibus Peña *ad direct. part.2. comm.3.* vbi de Præſumptione oriente ex retentione librorum prohibitorum, nec facilè credi debet hunc, vel illum eſſe vehementer de hæreſi ſuſpectum, quia in hoc, vel illo auctore legatur, ex tali, vel tali cauſa oriri vehementem hæreſis ſuſpicionem, vt etiam optimè animaduertit Peña *ad direct.part. 2. comm. 81.*verſ. *Poſtremò vnum hoc.*

§. IV.

§. IV.

Quis ſit Iudex huius criminis.

11. BReuiter dicendum, huiuſce criminis Iudices competentes eſſe Inquiſitores hæreticæ prauitatis, ita Repertor. Inquiſit. in verbo *cognoſcere*, verſ. *Sed an Iudex Inquiſitorum*, Zanch. *de hæret. cap.* 35. *num.* 2. Zerola *in Praxi Epiſcop.* in verbo *caſus*, verſ. *carnes comedentes*, Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſtici reſol.* 423. verſ. *Carnes comedentes.*

Probatur concluſio ex eo, quod ad Inquiſitores pertinet iudicare omnes hæreticos, & de hæreſi ſuſpectos, ſecundum gloſ. communiter receptam, *in Clem. nolentes*, *de hæret.* Ioan. Andr. Gemin. & alij in cap. *ne aliqui de hæret. in* 6. Ludouic. à Paramo, qui alios plurimos allegat *de Orig. S. Officij*, *lib.* 3. *quæſt.* 10. *num.* 97. *& ſeq.* at ex *ſuprà* probatis tales comedentes carnes in diebus prohibitis, ſunt de hæreſi ſuſpecti, igitur, &c.

12. Sed hoc loco pulcherrima ſeſe offert quæſtio diſcutienda, quam quandoque ſcio fuiſſe in Trib. S. Officij agitatam, num ſcilicet habens licentiam comedendi carnes, in diebus prohibitis ſi comedat carnes & etiam piſces, ſubdatur foro Inquiſit. ita vt in illum, vti de hæreſi ſuſpectum poſſint inquirere? In qua re, prius videndum eſt, an illud licitè ſine peccato fiat nam ex hoc faciliur ſequetur reſolutio difficultatis propoſitæ.

Nauarrus *conſ.* 5. *de obſeruat. ieiun. lib.* 3. *in antiq.* quem ſequitur Graff. *de caſibus reſeruatis lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 50. verſ. 18. *Immunem*, voluit diſpenſatum, vt poſſit edere carnes, peccare ſi in eodem prandio, & menſa piſces manducet, licet poſſit fauori ſuo renuncians, vno die comedere carnes, altero piſces, idem dixit Graff. *in ſuis aureis deciſ. p.* 1. *cap.* 37. *lib.* 2. *num.* 59. vbi rationem adducit, nam vel talis comedens poteſt comedere piſces, & ſic cum careat neceſſitate comedendi carnes, non poteſt illas comedere, vel non poteſt comedere piſces, & peccat illos comedendo, niſi ait ipſe, modicitas eum excuſaret, aliàs talis peccaret mortaliter.

Filliucius autem *moral. qq. lib.* 2. *tractat.* 27. *cap.* 4. *quæſt.* 5. primò quidem cum Nauarro & Graffio cenſet licere vno die comedere carnes, & alio piſces, & mane etiam vnum, veſpere autem aliud, ratio iſtius, rei eſt, quia diſpenſatus. vt poſſit edere carnes, dicitur quoddam priuilegium habere, priuilegiatus autem non cogitur ſemper vti priuilegio, ſed aliquando poteſt ſe conformare cum Iure communi, nec ob id dici poteſt diſpenſationis cauſam inanem eſſe, contingit enim pleriſque eſum continuum piſcium nocere, non autem interruptum, & in hoc ait Fillucius omnes conuenire.

Secundò addit Filliucius, *num.* 53. probabilius eſſe, licitè, & abſque culpa licere taliter diſpenſato edere piſces, in eadem menſa. Ratio eſt, quia iam per diſpenſationem ſolutus eſt ab obligatione legis humanæ imperantis abſtinentiam carnis veritis diebus, igitur contra legem illam non peccat, & ad argumentum Graff. de quo *ſuprà*, reſpondetur, quod clarum eſt aliquos adeſſe, quibus continuatus vſus piſcium nocet, non vſus interruptus. Secundò clarum etiam eſt minus nocituros piſces ſimul cum carnibus eſos, quam ſolos. Tertiò ſi peccabit talis, fortaſsè poterit peccare contra temperantiam, ſi piſces ei ſint vehementer nocituri, non contra legem Eccleſiæ abſtinentiam præcipientis, à qua fuit diſpenſatus, cum diſpenſatio in dubio præſumitur iuſta.

Confirmantur huc vſque dicta ad hominem, contra Nauarr. & Graffium, nam ratio illa, vel piſces ei nocent, vel non, militat etiam in comedente piſces diuerſis diebus, vel in diuerſis menſis, nam ſi piſces eis nocent, igitur ſemper peccabit, tam in vna menſa, quam in pluribus comedendo, ſi non nocent, iniuſta eſt diſpenſatio.

Ex his patet, quid ſit dicendum ad quæſtionem propoſitam, nam ſentio, contra diſpenſatum, vt poſſit edere carnes, ſi piſces comedat non poſſe per Sanctum Officium inquiri, vti de hæreſi ſuſpectum, tum quia talis licitè comedit piſces, igitur ob id non debet cenſeri ſuſpectus de hæreſi, tum quia obligatio legis Eccleſiaſticæ abſtinentiam à carnibus præcipientis, iam quoad hunc, fuit per diſpenſationem ſublata, & quatenus etiam talis peccet contra temperantiam, non ob id poteſt dici ſuſpectus de hæreſi Lutheranorum, & aliorum hæreticorum delectum ciborum in ieiuniis improbantium, quinimò addo, quod exiſtente licentia ceſſat contemptus Eccleſiæ, in quo propriè, & formaliter fundatur ſuſpicio hæreſis in hoc crimine.

Si tamen Sanctum Officium, & illius fiſcus pro- 13
baret diſpenſationem obtentam fuiſſe doloſe, arbitrarer poſſe tunc Inquiſitores contra talem inquirere, nec ſufficeret, ſi fiſcus allegaret diſpenſatum comedere etiam piſces, nam poteſt eſſe quod talis comedens peccet tantùm contra temperantiam.

In hac etiam re, vide Comitolum *in ſuis reſponſi moralibus*, *lib.* 4. *q.* 49. *difficult.* 3.

§ V.

Quomodo probetur infirmitas.

QVoniam Rei noſtri, vt plurimum allegant ſe 14
carnes comediſſe ob Infirmitatem, quo caſu clarum eſt ipſis incumbere onus probandi talem infirmitatem, tamquam ſuæ intentionis fundamentum, Maſcard. *de probat concl.* 1295. & Pacian. *de probat. lib.* 1. *titul.* 54. *num.* 8. cum enim morbus qualitas ſit, cum qua homo non naſcitur, non præſumitur, Dec. *conſ.* 522. *num.* 16. Borgnin. *deciſ.* 7. *num.* 19. *vol.* 2. latiſſimè Thom. Actius *de infirmitat. part.* 1. *Rubr.* 38. ideò aliqua de modo probandi infirmitatem (remiſſiuè tamen ad DD.) dicenda ſunt.

Primò igitur Infirmitas probatur per atteſtationem Medicorum, ita Maſcard. *de probat. concl.* 897. *n.* 12. Thom. Actius *in tract. legali de infirmit. rubr.* 37. *num.* 1.

Secundò probatur per teſtes domeſticos, Maſcard. *concl.* 897. *num* 15. *& concl.* 1072. *n* 6. Alex. *conſ.* 248. *lib.* 2. Actius *vbi ſuprà*, *num.* 11. *& ſeq.*

Tertiò probatur per iuramentum infirmi, Decian. *conſ.* 14. *num.* 31. *lib.* 3. circa quod vide Odd. *de reſtit. in integr. q.* 11. *n.* 41.

Quartò probatur per aſpectum corporis ægroti, ita Actius *dicta rubr.* 37. *num.* 28. vt v. g. ſi facies ſit extenuata, triſtis &c. & generaliter, de variis aliis modis probandi infirmitatem, vide Odd. *de reſt. in integrum*, *quæſt.* 11. Maſcardum *in citatis concluſionibus*, vbi alios Doctores allegat.

§. VI.

De tortura, abiuratione & pœnis huiuſmodi Reis imponendis.

QVoad torturam ſuper intentione, illa non 15.
videtur danda regulariter, niſi vehementer ſuſpectis,

ctis, vt dixi in tit. *de Blaſphem. Sortileg.* vnde cum comedentes carnes in diebus prohibitis erunt ſuſpecti vehementer, torqueri debent ſuper intentione, & vbi ſe nun grauent abiurare de vehementi, punitique pœnis quibus vehementer ſuſpecti puniri ſolent, maximè autem debent eis imponi ieiunia, vt in quo peccauerunt puniantur.

Si tamen iſti carnes comedentes non erunt confeſſi, nec conuicti, adſint tamen indicia ad torturam, poterunt turqueri pru veritate habenda.

36. Quoad ſuſpectus verò de leui, hi poſt abiuratiunem de leui videntur dimittendi cum pœnitentiis ſalutaribus, maximè verò ieiuniis, niſi etiam quoad iſtos ſuſpicio ſit talis, quod videatur neceſſarium ante abiurationem eos torquere ſuper intentione, iuxta ea quæ dixi *in tit. de blaſphemis* §. tu. *n.49.& ſeq.* ad quæ in omnibus me remitto.

Qui verò ex tali comeſtiune ſuſpecti nun redduntur, ſed tamen aliqualiter deliquiſſe reperiuntur, vel comedendu in media nocte, in hora illa diuiſoria vnius diei ab aliu, vel ex aliqua infirmitate, ſed ſine licentia, vel etiam inaduertenter, vel eum aliquu ſcandalu, ſed com licentia, in hiſce eaſibus umiſſa abiuratiune, videntur grauiſſimè obiurgandi, & eum aliquorum ieiuniorum impoſitione, vel aliis etiam pœnitentiis ſalutaribus dimittendi.

§. VII.

Quomodo cum Reis noſtris ſe gerere debeat Confeſſarius.

SIcuti in umnibus aliis delictis, ira & in hoe, Confeſſarius pœnitentem monete debet an errorem, in intellectu habuerit, credens Eccleſiam non potuiſſe ſtatis diebus delectum ciborum ordinare, nam in hoe caſu erit pœnitens ligatus excommunicatiune Bullæ Cœnæ Domini, vti notauit Belloch. *de caſibus reſeruatis, part.2. quaſt.9. in Tabell. Piſaur. num.81.& 86.* & ſi non habuit errorem in intellectu, an ſaltem in voluntate prauam habuerit diſpuſitionem, & peccauerit ex contemptu.

Mox interrugabit eum de umnibus peccati huiuſce circunſtantiis, & præſertim de ſcandalo, & demonſtrata ei iſtius criminis grauitate, ex quo ſaltem virtualiter Eccleſiæ claues contemnuntur, ſi peccatum hoc non ſit reſeruatum Epiſcupo loci, vt eſt in multis Ciuitatibus, pœnitentem abſolnet, iniunctis ei ieiuniis, & carnium abſtinentia per tempus bene viſum, vt ſic in eo in quo peccauit, puniatur, ita Belluch. *vbi ſuprà num.*88.

TITVLVS XVI.

De varijs propoſitionum gradibus.

SVMMARIVM.

1 *Varij enumerantur gradus propoſitionum.*
2 *Quid ſit propoſitio hæretica, & an talis ſit, etiamſi proferatur à non hæretico, & ſeq.*
4 *Dicere Tobiam non habuiſſe Canem, an ſit propoſitio hæretica.*
5 *Propoſitio erronea quæ ſit? Exemplum huius propoſitionis, & ſeq.*
7 *Quid ſit propoſitio ſapiens hæreſim.*
8 *Quid ſit propoſitio temeraria, vbi latè de Donatione Conſtantini, & Angelorum Cuſtodia.*
9 *Quid ſit propoſitio ſchiſmatica.*
10 *Quid ſit propoſitio male ſonans, offenſiua piarum aurium, & ſeq.*
12 *Quid ſit propoſitio ſcandaloſa, vbi etiam de propoſitione Blaſphema, & nonnulla notanda de hoc delicto.*
13 *Quid ſit propoſitio iniurioſa.*
14 *Vna propoſitio poteſt habere plures ex prædictis gradibus, & an Eccleſia poſſit errare in qualificatione propoſitionum.*
17 *Inquiſitores procedunt contra aſſertores harum propoſitionum & hæc facultas eis non eſt ſublata per facultatem conceſſam Epiſcopis à Tridentino procedendi contra Concionatores proferentes ſimiles propoſitiones, & ſeq.*
18 *Contra Concionatores antedictos Epiſcopi, & Inquiſitores procedunt vti delegati.*
19 *Contra laicos verò Epiſcopi vti Ordinarij, & inquiſitores vti delegati.*
20 *Praxis procedendi contra aſſertores damnabilium propoſitionum, & ſequent. vbi quid de aſſertore propoſitionis hæretica, ſi ſe eam crediſſe aſſerat, an debeat abiurare de formali, vbi etiam quid de Sortilega ad amorem, quæ credidit Dæmonem poſſe cogere hominis voluntatem.*
21 *Praxis procedendi, contra aſſertores propoſitionum dubiarum.*
22 *Praxis procedendi, contra aſſertorem propoſitionis ſcandaloſa, temeraria, &c.*
23 *Forma reuocationis ſimilium propoſitionum, remiſſiuè.*

VAtios damnabilium prupoſitionum gradus enumerate ſulent DD. quus ipſi videntur deſumpſiſſe ex Cuncilio Conſtantienſi *ſeſſ.8. in ſententia damnationis - Articulorum Ioan. Vuiclef. & ſeſſ. 15. in ſententia damnationis, Ioan. Hus,* in quibus ſententiis Concilium mentionem facit propoſitionis, hæreticæ, erroneæ, hæreſim ſapientis, &c. 1.

§. I.

De propoſitione hæretica.

PRopoſitiu hæretica dicitur, quæ apertè alicui Catholicæ veritati, de fide definitæ contraria eſt, ita Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.54. num.3.* Albertin. *de agnoſc. aſſert. q.6. num.1.* Suar. *de Fide diſp.19. ſect.2. n.2.* & Ricciull. *de Iure perſon. extr. Eccleſiæ gremium exiſtentium, lib.5. cap.8. n.1.* 2.

Atque hæc procedunt, ſiue prupoſitio ab hæretico proferatur, ſiue à Catbolico, nam ſemper prupoſitio contraria alicui veritati de fide definitæ, erit hæretica, ita Suar. *loc. cit. n.3.* & Ricciull. *d. cap.8. n.3.* quidquid in contrarium voluerit Caiet. *in 2. 2. quaſt.11. art.1.* 3.

An autem hæretica ſit prupoſitio, ſi quis aſſereret aliquid contra ea, quæ habentur in ſacra Scriptura, puta ſi diceret Tubiam non habuiſſe canem? Dubitarunt nonnulli.

Verùm non eſt dubitandum, quin talis prupoſitiu ſit hæretica, ita Royas *de hæret. part.1. num. 474.* Et Ricciull. *loco cit. num.4.* vbi etiam, quod ipſe crederet in facti contingentia, aſſerentem talem propoſitiunem eſſe examinandum, & ſi poſt informationem, adhuc in ſua opinione perſiſteret, eſſe contra eum vti hæreticum procedendum, ita Albert. *de agnoſc. propoſit. quaſt.30. num.15.* 4.

§. II.

§ II.

De propoſitione erronea.

LIcet valde contouerſum ſit quid ſit propoſitio erronea, attamen magis communis eorum opinio videtur eſse, qui diaeiuot,

5. Propoſitionem erroneam eſse eam, quæ eſt contra veritatem aliquam ab Eccleſia non definitam, vel non omnibus manifeſtam, vel à profeiente ignoratam, ac proinde propoſitionem erroneam minus conuincere, quam propoſitionem hæreticam, ita Simancha *d. titul.* 54. *num.* 8. Albert. *quæſt.* 6. *num.* 4. Suar. *dicta ſect.* 2. *num.* 11. *& ſequent.* Ricciul. *dict. cap.* 8. *num.* 10. Ludouic. à Paramo *de origine S. Inquiſitionis lib.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 105. Bariol. *in floribus Direct. titulo de varijs propoſitionum gradibus*, §. *quid eſt propoſitio erronea*, vbi quod illa eſt, quæ continet errorem contra veritatem aliquam obſcuram, nondum ab Eccleſia definitam, Molfeſ. *in ſumma tom.* 1. *tract.* 11. *cap.* 2. *num.* 5.

6. Exemplum dat Suar. *loco cit. num.* 13. huiuſce propoſitionis erroneæ, aitque propoſitionem hanc, Beata virgo peccauit venialiter aliquando, ante Concilium Tridentinum fuiſse erroneam tantùm, quoniam cōtraria opinio (licèt ſemper fuerit Cath.) attamen nondum erat definita de fide.

§. III.

De alijs propoſitionum gradibus.

7. PRopoſitio ſapiens hæreſim ea eſt, quæ prima conſideratione habet ſenſum hæreticum, pie tamen intellecta poteſt habere ſenſum Catholicum, vt ſi quis dicat Bibliam eſse falſam, nam prima facie propoſitio eſt hæretica, quia omnia in Biblia contenta ſunt vera, ſed quia poteſt intelligi de Biblia alicuius particularis per fraudem impreſsoris deprauata, propoſitio illa cum hac qualitate efficitur Cathol. ita Simanch. *dict. tit.* 54 *num.* 6. Albert. *vbi ſuprà, n.* 2. Bariol. *loc. alleg.* §. *quid eſt propoſitio ſapiens hæreſim*, vbi quod ea etiam dicitur propoſitio talis, ex qua, cum notorio vero, quod negari non poteſt, ſequitur hæreſis, vt ſi quis diceret, omnis homo exiſtens Romæ eſt in peccato mortali, nam ex hac propoſitione iuncta alia notoriè vera, infantes Romæ exiſtentes ſunt homines, ſequitur hæreſis, ſcillcet infantes nouiter baptizatos, &c. eſse in peccato mortali, atque hic modus hunc propoſitionis gradum explicandi placet Suarez *dicta ſectione ſecunda, num.* 17.

8. Propoſitio temeraria, eſt qua aliquid tanquam certum aſseritur, quod nulla poteſt ratione, vel auctoritate efficaciter probari, vt ſi quis diceret, quod mundus intra 10. annos finietur, ita Albert. *vbi ſuprà, num.* 7. Ricciull. *dicto cap.* 8. *num.* 11. Suar. *dicta ſect.* 2. *num.* 20. Ludouicus à Paramo *dicto lib.* 3. *quæſt.* 3. *n.* 108. Molfeſ. *in ſumm. tom.* 1. *tract.* 11. *cap.* 2. *num.* 61.

Opportunè hoc loco quæri poteſt, quam cenſuram mereantur DD. illi qui negant donationem factam à Conſtantino Eccleſiæ, ſeu B. Sylueſtro, & eius ſucceſſoribus, de qua in cap. *Conſtantinus* 96. *diſtinctione.*

Et quidem præſuppoſito, non poſſe probabiliter dubitari ſaltem hodiernis temporibus non ſolum de veritate, ſed nec etiam de validitate donationis Conſtantini, vt latiſſimè probarunt, Baron. *in ſacris Annalibus*, *Anno Domini* 324. *num.* 117. *& ſeq.* Marta *de iuriſdictione* 1. *part. cap.* 30. *& ſeq.* Azeued. *ad lib primum nouæ recompil. legum Hiſpaniæ tit.* 2. *lib.* 5. Illeſcas *in Hiſtor. Pontif tom.* 1. *in vita Sylueſtri, lib.* 2. *cap.* 1. *fol. mihi* 54. Camil. Borell. *ad ſpeculum Principum Belluga rubr.* 9. in verbo (*Beato Sylueſtro*) Ramirez *de lege Regia*, §. 1. *num.* 45. *& in addit. ſub littera O*, Ioan. de Solorzano *de iure Indiarum, lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 5. *& ſeq.* Burſat. *conſ.* 124. *vol.* 1. *per totum* Rodericus à Cunha latiſſimè in dicto cap. *Conſtantinus*, vbi impugnat omnia contraria argumentis quæ in hoc ab hæreticis, & præſertim ab impio, & temerario Valla, & nunc à Modernis hæreticis, & I.C. Saxoniæ adducuntur.

Dicendum eſt, DD. qui contra donationem hanc ſentiunt ad minus temerarios eſſe cenſendos & vti tales ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis puniendos, quia hæc opinio eſt contra communem ſenſum Summorum Pontificum, Theologorum, Canoniſtarum, & I.C. de quibus Burſat. *vbi ſuprà.*

Dixi ad minus, quia Albert. *de agnoſc. aſſert. Cathol. quæſt.* 17. *num.* 2. Abb. *conſ.* 14. *lib.* 1. & Rol *conſ.* 88 *num.* 28. *lib.* 1. & illos qui hodie tenent donationem Conſtantini non valere non procul eſse ab hæreſi, & Valenzuola *in defenſione Monitorij contra Venetos, part.* 3. *num* 51. ait opinionem illam eſſe damnatam in Concilio Conſtantienſi *ſeſſ.* 8. & Bulla Martini, Couarr. *var. reſol. lib.* 4. *cap.* 16. *n.* 8. ait nulli Catholico licere in hac re aduerſus Apoſtolicam Sedem loqui, & oblatrare,

Et ad ea quæ inculcant Impij Saxones, quod Imperator non poteſt abdicare à ſe ſuperioritatis Ius, quod habet in feudis, & Ciuitatibus ſuis, legat benignus lector integrum conſilium eruditiſſimi D. Spadæ Aduocati Romani *inter conſ. Farin. vol.* 3. *conſ.* 198. vltra Doctores ſupra allegatos.

Interim, quia noſtri inſtituti non eſt hanc materiam plenius pertractare, videantur vltra *ſuprà* allegatos Copin. *de Sacra Politia forenſi lib* 1. *tit.* 7. *num.* 17 Gothofred. *Nouell.* 7. *cap.* 1. Cæual. *quæſt.* 345. Camill. Borel. *de Cath. Regis præſt. cap.* 47. *num.* 20. Ludouic à Paramo *de Orig. S. Inquiſit. lib.* 3. *quæſt.* 1. *opin. num* 42. *& ſeq.* vbi latiſſimè Afflict. *in proœm. Conſt. Regni quæſt.* 2. Card. Tuſchus *tom.* 2. verbo *Donatio, concl.* 689.

Eandem temeritatis notam merentur qui cuſtodiam Angelicam tenentes ex ſacris Scripturis reuelatam multis in locis, de quibus Suar. *de Angelis, l.* 6 *cap.* 17. *per totum*, aſsererent tamen ſingulis hominibus, ſingulos Angelos non eſse deputatos ad cuſtodiam contra illud Matth. 18. *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris*, & contra communem ſenſum omnium Patrum quos allegat Suar. *vbi ſuprà, num.* 8. & alij infra allegandi, quidquid in contrarium oblatrauerint Caluinus, & Centuriatores apud eundem Suarez *eodem loco*, & quod talia aſsertores ad minus temerarij ſint habendi, dixerunt P. Raphaël Aueiſa *in* 1. *part. D. Thom quæſt.* 51. *ſect.* 6. verſ. *Secundò ſingulos homines*, ibi, *adeo vt abſque graui temeritate*, & P. Alarcon eruditiſs. pariter ac doctiſſimus vir Soc. Ieſu *in eadem.* 1. *part. tr.* 6. *diſp.* 10. *c.* 1. vbi quod ſine errore, & temeritate negari nequit ſingulis hominibus, ſingulos eſse Angelos ad cuſtodiam deputatos, idem docuerunt P. Prop. *ibid. q.* 64. *dub.* 3. & Vaſq *diſp.* 245. *c.* 1. qui alios citauit.

In hac etiam materia propoſitionis temerariæ, bene aduertendum eſt ad exempla, quæ tradunt DD. nam aliquando ipſi notant aliquam propoſitionem aliqua nota, quàm verè ea propoſitio non meretur, ſic P. Hieronymus à Taracia *in floribus Theologiæ impreſſis Valentiæ in Hiſpania de*

anno 1622. *in ſuu quaſt. vltima Prologi primi libri ſententiarum*, verſ. *Temeraria propoſitio dicitur*, ait hanc propoſitionem *plures fœminu ſaluantur quàm viri*, eſſe temerariam.

Sed verè fallitur bic anctor non ſolnm enim, ea propoſitio non eſt temeraria,ſed imo probabiliſſima eſt DD.ſententia plures fœminas ſaluari, & prædeſtinatas eſſe, quam maſculos, vt latiſſimè probauit, & rationibus,& auctoritatibus erudiöſſimus P. Ruicius *in tract. de prædeſtinat. diſput.* 56. qui omnino erit videndus,& P.Did.Alarcon.*in* 1. *part. D. Thom. tract.*4. *diſp.* 6.*cap.* 2. verſ. *Quarta difficultas,in fin.*

Propoſitio ſchiſmatica eſt, quæ parit in Eccleſia
9. dioiſionem , vt ſi qnis diceret poſſe dari io Eccleſia duos Pontifices, Simanch *dicto tit.*54 *num.*14.Ludouic.à Paramo *num.*111. Ricciull. *num.* 13. Molfeſ.*in ſumm.tom.*1.*tract.*11.*cap.*1.*num.*62.

Propoſirio malè ſonans eſt, quæ licet nude ſum-
10. pta videatur Cath. tamen innčta cum circunſtantiis loci, temporis, & perſonarum malè ſonat,vt propoſitio hæc , *fides iuſtificat*, nam nunc attentis hæreſibus modernis dicitur male ſonare, ita Ludouic. à Paramo *num.* 107. *loco citato*, & Suar.*in ſæpè citata ſect.* 2.*num.*18.Molfeſ.*vbi ſuprà*, *num.* 59. vbi quod talis etiam eſſet propoſitio illius, qui aſſereret,qnod plures ſaluantur in ſtatu ſæculari , quàm religioſo.

11. Et ab hac propoſitionum ſpecie parum, aut etiam nihil diſtare videtur , propoſitio piarum aurium offenſiua, vti dixit Suar. *loco citat. num.* 19.

12. Propoſitio ſcandaloſa eſt quæ in materia doctrinæ ſolet præbere occaſionem errandi , ita Ricciull. *d.c.*8.*n.*14. & Suar.*ſect.* 2.*n.* 19. *circa medium*,Molfeſ. *vbi ſuprà*, *num.*60

Propoſitio blaſphema eſt, qua Deo , vel Sanctis, maledicta , iniuriæ , & inconuenientia dantur attributa Simanch. *vbi ſupra*, *num.*16.de materia huius propoſitionis videndus eſt totus titulus , *de Blaſphemis* , ibi , *tamen dictis nunc addo* , de qualitate blaſphem.*al ſangue, al Corpo & Puttana*, videndum eſſe Maualdum *conſ.* 10. *&* 11. *vol.* 2. vbi latè de conſtitutione Pij V. & de teſtibus deponentibus contra blaſphemum , Simon de Prætis videndus *conſ.*51. *per totum*, & quod Blaſphem.*Puttana*, *&c.* ſit hæreticalis, vti tenui *in d tit.* vide inſtructionem ad Vicarios Sancti Officij, impreſſam Mutinæ , in tit. *de li Beſtemmiatori*, fol. mihi 13.vbi hæc blaſphemia enumerantur inter hæreticales,& de blaſphemia *Pouerinazzo*. vide Bertazz.*conſ.*553. vbi eius filius *in addit.* verſ. *Ex his.* Et de blaſphemia *Potta della V.& Malanagio il giorno d'oggi*,ſi illo die cadat dies feſtus alicuius , Sancti; vide Viſcont. *in ſuis concl. iuris ſub litera B*, verbo *blaſphemia*,& de verbis *Por vida de Dios*,an ſint blaſphema, & an hæreſim ſapiant , Sanch. *in ſumm lib.* 2. *cap.*32.*n.*36. & de dicta blaſphemia , & de ſequentibus *Deſcreo de Dios*, *Malgrado Aya Dios*, *no hà poder en Dios*, *ni peſa à Dios* , latiſſ. Azeued. *Ad Regias Hiſpaniæ Conſtitutiones noua recompilationis*, *l.* 8. *titul.*4. *l.* 5. *per totam*,vbi etiam de verbis *de Boto à Dios*, *& no le puo far Dios* , & de iurante per membra pudenda Chriſti,B.M V. & Sanctorum , *& n.* 60. *& ſeq.* vbi latè de blaſphemia ad Corpus Dei , & quod etiam Inquiſitores poſſunt procedere contra proferentes hanc blaſphemiam , quod intelligo ego , vbi proferens ea verba crederet Deum habere vere membra. Videatur Sanch. *in ſumm. dict. cap.* 31. *num.* 30. & de verbis *al Corpo di Chriſto* , vide Theſaur. *deciſ.* 241. *per totum* , & de pœnis blaſphemis imponendis , vide Azeued. *vbi ſuprà* , Fernand.de Otero *diu.q. Iuris*, *part.* 3. *quaſt.* 14. Negusant.iun. *conſ.* 496. Ricc. *quotid. rerum fori Eccleſiaſtici*, *part.* 3. *reſol.* 40. *& pluribus ſequentibus*, Pallador. *q. quotid. quotid. quaſtione* 18. *poſt eius tractatum quotid. differentiarum iuris*, Auendan.omnino videndus *de exequendis mandatis Regum Hiſpaniæ*, *part.*2. *cap.* 5. *per totum* Franc. Bernard. Porr. *in faſciculo rerum criminalium* , *fol. mihi* 45. *&* 107. Nouar. *in Pragmat. Regni*, *Collect.* 41. Marchesel. *quæſt.*50. *&* 51. Scottia *in ſelectas Rom.Pontif. conſt. theoremat.* 212. atque hæc incidenter occaſione Propoſitionis Blaſphemæ, de hac materia Blaſphemiarum dicta ſufficiant , ad propoſitum igitur tituli ooſtri redeundo.

Propoſitio iniurioſa eſt, quæ detrahit alicui fide- 13.
lium ſtatui, vt ſunt verba, quæ proferuntur aliquando contra aliquas Religiones , vel contra aliquam perſonam inſignem, ita Albert. *quaſt.*6. *num.* 9. Simanch.*titul.*54 *num.*18. Ricciull.*dicto cap.*8. *num.*15. Bariola *in floribus direct. loco cit.* apud quem etiam habentur alij ſimilium propoſitionum gradus, à ſupra enumeratis tamen parum diſtantes.ideò ad eum lectorem remitto , & ad Ricciull.Molfeſ. Suar. & alios *ſuprà* allegatos , quibus addi poteſt omnino videndus P.Hieron. Tamarit.à Tauaritia *in ſuis floribus Theolog.tom.*1.*quaſt.*17.*ſeu vltima Prologi Magiſtri ſent.*

Tandem in hac materia notandum, qnod omnes animaduertunt , non repugnare , imo ſæpe euenire ſolere, vt vni ſoli propoſitioni plures gradus ex ſupra memoratis conueniant , ita Simanch. *dict. tit.* 54. *num.*19.Alber.*dict. q.*6.*num.* 27. Ricciull. *dict. cap* 8. *num.* 17. verſ.*Cæterùm* Suar. *d ſect.*1.*num* 21. verſ.*aliud eſt obſeruandum*, vbi hoc probat ex Concilio Conſtantienſi *ſeſſ.*22.vbi propoſitio illa,*Chriſtus quotidie peccat* , licet poſſit Catholicè intelligi declarando illam in ſuis membris , attamen nominatur ibi à Concilio , erronea , ſcandaloſa , & piarum aurium offenſiua, de hiſce etiam propoſitionibus videndus eſt P. Zanard. *in ſumm. Diuin. præceptor part.*1. *rubrica de Fide*, *verſ.*26. & Lælius Zechius *part.*1.*ſumma rubr. de fide*, *cap.*11 *num.*3. 14

Solet tamen hoc loco etiam diſputari , num Eccleſia in qualificatione harum propoſitionum poſſit errare,ſtatuendo v.g. hanc propoſitionem eſſe erroneam,illam ſcandaloſam,&c.

In qua re certum eſt Eccleſiam non poſſe errare, & Bannez 2.2.*quaſt.*11.*art.*2 ait erroneum eſſe aut errori proximum aſſerere Eccleſiam poſſe errare.ſed verius eſt eſſe hæreticam. vt cum Maidero, & aliis docuit Coninch.*de fide, ſpe,& charitate diſp.*18.*dub.* 8.*num.*135.aliàs Eccleſia non eſſet columna , & firmamentum veritatis, vt dicit Paulus ad Timoth. 3. Quinimo nec poteſt ſummus Pontifex errare , cum iudicat aliquam propoſitionem eſſe probabilem, vt v.gr.cùm *in Clem vnic.de ſumm. Trinit.* approbat, vt probabiliorem opinionem aſſerentium in Baptiſmo infundi paruulis habitum virtutum Theologicarum, vt peregregiè probauit Turrian. *ſelect. diſp. part.* 1. *diſp.*30.*dubio* 3.verſ. *Peculiaris difficultas*,& de materia propoſitionis illius,de qua *in dict. Clem. vnic.* videatur Vaſq.*in part.*2.*D.Thom.diſp.*86.*tom.*1.

§. IV.

An Inquiſitores poſſint procedere , contra proferentes propoſitiones ſcandaloſas , temerarias,& ſimiles.

PAolos III. in ſua Conſtitutione Incip. *In Apoſtolici culminis ſpecula*, quæ habetur inter literas 15.

Apoſtoli

Apoſtolicas pro ſancto Officio, poſt Direct.facultatem dedit Inquiſitoribus, procedendi contra quoſcumque etiam exemptos, aſſerentes propoſitiones ſuſpectas, ſcandaloſas, periculoſas, errores continentes, ac alias Cathol. fidei minus conſonas, Chriſtianæque pietati, ac bonis moribus minimè conformes vel publicè proponentes, & populis prædicare audentes.

16. Et quamvis Epiſcopi, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, vigore Tridentini *ſeſſ. 5. cap. 2.* verſ. *ſi verò*, poſſint procedere contra concionatores huiuſmodi propoſitiones, in publicis eorum concionibus aſſerentes, vti animaduerterunt Ioan. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſtici, part. 1. cap 8. n. 12.* Flau. Cherub. *Schol. 2. ad dictam Conſtitutionem Pauli III.* & Campanil. *in diuerſ. Iuris Canonici rubr. 12. cap. 13. num. 21.* Attamen non per hoc cenſetur adempta facultas Inquiſitoribus procedendi contra eoſdem reos conceſſa virtute dictæ Conſtitutionis, vti etiam in indiuiduo dixit P. Zanard. *in Summ. Diuinor praeceptorum part. 1. rubr. de Inquiſitore q. 54.* verſ. 2. *Nota quod.*

17. Ex quibus collige, quod Epiſcopus, & Inquiſitor, cum contra concionatores tales propoſitiones in publicis concionibus aſſerentes procedunt, ſunt paris auctoritatis, cùm ambo procedant, vti Sedis Apoſtolicæ delegati.

18. Cum verò procedunt contra laicos eaſdem propoſitiones priuatim aſſerentes, non item, nam tunc Inquiſitor procedit, vti Apoſtolicæ Sedis delegat. vigore memoratæ conſtit. Pauli III. Epiſcopus verò vti ordinarius, ordinaria facultate ſibi de iure communi competente.

§ V.

De praxi procedendi contra hoſce Reos.

19. VBi propoſitiones prolatæ à reis, de quibus agimus ſunt hæreticæ, & earum aſſertores ſint viri docti, tunc contra eos eo modo procedendum eſt, vt ſuprà docuimus *tit. 1. de hæreſi, & hæreticis.* Ita tamen, vt ſemper vbi auditores ſcandalizati fuerunt ſcandalum tollatur, eo modo quo datum fuit, vt Cordubæ factum fuiſſe, videbimus *infrà n. 22.*

20. Et ſi hæreticarum propoſitionum aſſertores, nec viri docti ſint, ſed rudes, nec malæ vitæ, ſed probatæ, tunc videnda etiam ſunt quæ dixi *in d. tit. 1. §. 7. & 8.* & Albertin *de agnoſc. aſſert. Cath. q. vlt per tot.*

Si enim propoſitio hæretica non ſit contra articulos fidei omnibus notiſſimos, vt contra articulum Incarnationis Virginitatis B.M.V. & ſimiles, tunc illius propoſitionis aſſertor, etiamſi ſe eam credidiſſe aſſerat, non eſt, ſi ſit rudis & idiota, ſtatim cogendus ad abiurandum de formali niſi correctus pertinax eſſet illius propoſitionis aſſertione, ſufficit enim, ſi ſit paratus corrigi, quod abiuret, vel de leui, vel vehementi pro modo ſuſpicionis.

Sic ſortilega hæreticalis ad amorem, ſi fateatur ſe credidiſſe dæmonem poſſe cogere hominis voluntatem, ſi hoc cum pertinacia aſſereret, abiurare deberet de formali, ſed ſi ſit parata corrigi, licèt hæreſim crediderit, ſufficit ſi abiuret de vehementi, vti oſtendi *in tit. de ſortileg.* Alf. Caſtr. cui nunc addo videndum Binsfeld. *l. eorum C. de Maleſ. & Mathem. quaſt. 2. concl. 4.*

21. Si verò propoſitiones dubiæ ſint, ſenſumque hæreticum, ac Cath. admittant, illarum aſſertor ab Inquiſitoribus cogendus eſt, vt publicè (ſi publicè, eas protulit) verum ſenſum earum exponat, vt ab eo datum ſcandalum ceſſet, quod ſi his qui talem propoſitionem dixerit, alioqui ſuſpectus erat, vocandus eſt à Iudicibus, atque interrogandus, qui ſi probabilem ſenſum eorumdem verborum attulerit, non eſt cogendus, vt publicè illum explanet, ſi modò nullus ſcandalizatus fuerit, monendus tamen eſt, ne deinceps talia dicere audeat, atque hic eſt modus procedendi contra aſſertores propoſitionum erronearum, vel hæreſim ſapientium, quem doctiſſimè tradidit Alphonſ. à Caſtro *de iuſta hæret. punitione lib. 1. cap. 3.* verſ. *propoſitio hæreſim ſapiens*, ibi, *quo cum igitur hæ propoſitiones*, vbi ſemper ad duo animaduertere debent Iudices in hac materia, alterum eſt ad perſonam aſſerentem, an ſcilicet aliàs, ſit de hæreſi ſuſpecta, alterum eſt an aliquis ex auditoribus, verba illa in ſenſum hæreticum acceperit, ac proinde ſcandalizatus fuerit, doctrinamque hanc Caſtr. ſequuti fuerunt Simanch. *de Cathol. Inſtit. tit. 54 n. 11.* & Ludouic. à Paramo *de Orig S. Inquiſitionis, l. 3. q. 9 n. 174. in fin.*

Quo verò ad aſſertores propoſitionum temerariarum, ſcandaloſarum, offendentium pias aures iniurioſarum, &c. Dicendum eſt quod ex quo non poſſunt cogi ad abiurandum) ſunt ſaltem cogendi ad reuocandum dictas propoſitiones, & ad errorem ſuum deteſtandum, iuxta *Extrauag. Vaſ. elect. de hæret.* & tradita per Ludouicum à Paramo *dicto n. 174.* vbi alios allegat, ſi cum duo Concionatores, Cordubæ, & Murciæ temerè populo prædicaſſent, virtute Bullæ cruciatæ poſſe abſolui, etiam ab hæreſi, coacti ſunt id publicè retractare per cenſores fidei, teſte Henriquez *in ſumm. lib 6. cap. 16. num. 3. in addit.* verſ. *Quare duo prædicatores.* 22

Formam autem reuocationis ſimilium propoſitionum vide apud Maſſinum *in praxi ſancti Officij, part. 7.* ſub Rubr. *forma della reuocatione, ò ritrattatione*, fol. mihi 163. & in altera parte huius operis. 23

TITVLVS XVII.

De varijs delictis ſpectantibus ad S. Officium.

SVMMARIVM.

1 Non Confitentes, & communicantes ſemel in anno an ſint ſuſpecti de hæreſi, & qualiter ſeq.

5 Contemnens cenſuras quando ſubdatur Iuriſdictioni Inquiſitorum, & quid de contemnente Indulgentias & Eccleſiaſticos ritus, & ſeq. vbi deciſio Inquiſitionis Murciæ.

10 Profeſſi, & Sacerdotes Matrimonium contrahentes ſunt vehementer ſuſpecti de hæreſi, & quid ſi tantummodo contrahant ſponſalia.

13 Græci vxorati promouentur ad ordines.

14 Vidua Sacerdotis Græci, an poſſit matrimonium ſine diſpenſatione contrahere,

Vxoratus ordines ſuſcipiẽs eſt ſuſpect. de hæreſi, n. 12

15 Sumentes hoſtiam non conſecratam, & Sacerdotes celebrantes, & non Conſecrantes, an ſint ſuſpecti de hæreſi, & qualiter, ſeq. vbi deciſio Inquiſitionis Mediolani.

19 De Conſtitutionibus Clem. VIII. & Greg. XV. de conuerſantibus cum hæreticis, & de Matrimonijs cum hæreticis, maximè in Anglia vbi etiam quid de vtente opera Medici Hebræi, & quid ob id acciderit Henrico III. Regi Caſtellæ.

20 *Qua conditione permittitur hæreticis venire ad terras Catholicorum cauſa commercij.*
21 *Quomodo hæretici ſcandalum præbuiſſe dicuntur ad effectum de quo agimus.*
22 *Scandalum cum ſit qualitas tribuens Iuriſdictionem S.Officio plenè probandum eſt.*
23 *Sequuto ſcandalo an hæreticus poſſit puniri ratione Scandali præcisè, an etiam ratione hæreſis.*
24 *Permiſſio hæc debet eſſe à Papa approbata, aliàs enim poſſent hæretici puniri, maximè ſi eſſent in S.Officio præuenti.*
25 *Quomodo ſe gerere debeat Inquiſitor cum in ſua Diœceſi hoſpitantur Milites Germani hæretici, ne alios inficiant.*
26 *Regularis vltra mare proficiſcens ſine licentia eſt ſuſpectus de hæreſi.*
27 *Obloquentes de Inquiſitoribus, & S.Officio puniuntur ab Inquiſitoribus.*
28 *Quomodo Senatus noſter Mediolani ſolet huiuſmodi reos de ſuis iudicibus obloquentes punire, & ibi referuntur quatuor illius Tribunalis deciſiones, & aliorum Supremorum Tribunalium exempla remiſſiuè.*
29 *Ratio cur Inquiſitores poſſint punire obloquentes de ſe allegata à Bobadill.*
30 *Iudices inferiores non cognoſcunt de iniuriis ſibi illatis.*
31 *Deciſio Senatus Mediolani in hac materia.*
32 *Cum iniuria eſt facta Iudici pro Tribunali ſedenti, tunc etiam inferior poteſt de ea cognoſcere.*
33 *Hoc tamen non habet locum in omnibus Iudicibus, & in quibus.*
34 *Inquiſitores, & Iudices laici Supremi puniunt iniuriantes ſine proceſſu, vbi iniuria eſt notoria, & ita in Tribunalibus Supremis Hiſpaniarum obſeruatur.*
35 *Quomodo procedendum contra Superiores Regulares procedentes in cauſis fidei contra ſuos ſubditos.*
36 *Quomodo procedatur contra incidentes in Conſtitutiones Pauli V. & Gregor. XV. in materia Conceptionis B. M.V.*
37 *De venerantibus homines mortuos ante eorum Canonizationem, vel Beatificationem ſeq. vbi latiſſimè de Canonizatione, & beatificatione.*
53 *De fingente ſe miniſtrum S. Officij.*
54 *De Iudice laico ſe ingerente in cauſis hæreſis.*
55 *De Teſte falſo, & ſubornatoribus.*
56 *Contra Bertazzolum eſt veritas ab omnibus DD. approbata, & in S. Officio vſu recepta.*
57 *Reus pro quo conſuluit Bertazzolus fuit in S.Officio tortus.*
58 *Deciſio Inquiſitionis Siciliæ de teſte falſo, & ſimilis deciſio Inquiſitionis Cremonæ.*
59 *De teſte, qui primo dixit vnum, & poſtea aliud.*
60 *Deciſio Inquiſitionis Conquenſis in materia teſtis hoc modo varij.*
61 *De teſte propalante eius depoſitionem.*
62 *De vtente verbis Sacræ Scripturæ ad iocum, & turpia.*
63 *De reuelationibus multorum.*
64 *Deferentes arma ad inimicos nominis Chriſtiani ſunt excommunicati excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini.*
65 *Sunt fautores Hæreticorum ſecundum Bobadill. & de foro Inquiſitorum ſecundum Canteram, vbi deciſio Supremi Concilij Hiſpaniæ.*
66 *Alia deciſio eiuſdem Tribunalis in hac materia.*
67 *An hi debeant abiurare.*
68 *De hac materia videndus eſt Azened. remiſ.*
69 *Qui DD. videndi in materia frangentis carceres.*
70 *Fugiens ex carcere de iure habetur pro confeſſo de delicto ob quod fuit carceratus, & abſens in eam pœnam damnatur.*
71 *Deciſio Curiæ Cremonæ ſub Illuſt. Salamanca.*
72 *Fallit hoc in Tribunali S.Officij.*
73 *Ratio huius concluſionis.*
74 *Fugientes ex Carceribus ſi iterum capiantur, quomodo poſſint puniri ratione fugæ, & quid obſeruetur Mediolani.*
75 *Quomodo in S.Officio puniantur.*
76 *Fugiens fracto Carcere an incidat in Bullam* Si de protegendis.
77 *Fugiens fractis carceribus ſi ſtatim ſupremo ſuperiori ſeſe præſentet non punitur.*
78 *Inquiſitor eſt Iudex competens carcerati ab Epiſcopo ſi poſitus loco cuſtodiæ in carceribus S.Officij eos frangat, & ibi deciſio Curiæ Cremonæ.*
79 *Caſus hic accidit Auctori, vti Auditori Caſtri S. Crucis Ciuitatis Cremonæ.*
80 *Caſtellani an habeant Iuriſdictionem, & de Caſtellano Cremonæ, Mediolani, & Neapolis.*
81 *De Caſtellano Manfredoniæ, qui caſtro à Turcis obſeſſo ad eius deditionem deuenit, remiſ.*
82 *In S.Officio Cremonæ quidam ſe occidere tentauit.*
83 *Nullus eſt dominus membrorum ſuorum, nec poteſt ſeſe occidere.*
84 *Carceratus ſeipſum occidens ex conſcientia patrati criminis quomodo puniatur.*
85 *Quid ſi tedio vitæ, vel impatientia carceris.*
86 *Quid ſi dubitetur de cauſa*
87 *Iudices competentes in hiſce cauſis ſunt Inquiſitores.*
88 *Sigillum confeſſionis eſt de Iure diuino naturali & poſitiuo.*
89 *Caſus, qui contigit in Franciſco Rege Galliæ.*
90 *Sigillum, neque de licentia pœnitentis poteſt frangi, ſecundum opinionem Scoti, quam ſequitur auctor.*
91 *Inquiſitores directè de hoc crimine non cognoſcunt.*
92 *De quibus Inquiſitores cognoſcant.*
93 *In quo caſu de hac fractione ſigillò cognoſcunt Inquiſitores & num. 94. 95.*
96 *Deciſio Inquiſitionis Cremonæ.*
97 *Confeſſarius iniungens pœnitenti, vt reuelet complicem in confeſſione, an ſubdatur iuriſdictioni Sancti Officij.*
98 *De ſuperiori regulari incidente in Conſtitutionem Vrbani VIII. editam 14. April. 1633.*
99 *Modus contra hunc procedendi, & caſus deciſus Cremonæ, & num. 10.*

§. I.

De non confitentibus, & communicantibus ſemel in Anno.

OMnes Chriſti fideles teneri ſaltem ſemel in anno peccata ſua confiteri, & Sacratiſſimam Euchariſtiam ſumere, ſancitum eſt, in Lateranenſi Concilio, ſub Innocent. III. vt habetur in cap. *Omnes vtriuſque ſexus, de Pœnit. & remiſ.* & latiſſimè docuerunt materiam huiuſce præcepti Eccleſiæ pertractantes plurimi DD. longa ſerie relati, per Azor. *Inſtit. Moral. part. 1. lib. 7. c. 28. & ſeq* & per Fagund. *in quinque præcepta Eccleſiæ, ſuper hoc præcepto annuæ Confeſſ. & Commun.* 1.

Ex hoc colligunt DD. non ſumentem Euchariſtiam, & non confitentem ſemel in anno cenſeri debere ſuſpectum de hæreſi, & contra talem Inquiſitores poſſe procedere, vti firmarunt Royas *Sing. 98. n. 6.* Zanch. *de hæretic. cap. 35. num. 1. & 2.* vbi Campeg. 2.

&c

& alij allegati per Fatin. *de hæreſi, q. 178. n. 79.* & Sanctarell. *de hæreſi, c. 41. dub. 3. n. 5.* quoniam iſti tales deuiant à communi fidelium conſuetudine, & vita.

Attamen Peña *in Annot. ad Ambroſ. de Vignato, in tract. de hæret. q. 2. ſub n.* 32 tenet quod ex hac ſo-
3. la omiſſione Communionis & Confeſſionis non poteſt quis reddi ſuſpectus de hæreſi, quoniam omnes DD. contrarium aſſerentes, ſed maximè Fel. *in rubr. de hæret. num. 4.* mouentur ex diſpoſitione, text. *in Auth. de Priuil. dot. hæret. mulier. non præſt.* qui tamen text nihil ad hanc rem facit, nam inſtitutum Iuſtin, erat eo loci docere, qui nam eſſent dicendi hæretici, atque eos eſſe putandos hæreticos, qui diuerſarum ſunt Sectarum, & poſtquam diuerſas ſectas enumeraſſet ſubiungit hæc verba, *Igitur ſacram. Communionem in Cathol. Eccleſia non percipientes à Deo amabilibus Sacerdotibus hæreticos iuſtè vocamus, nam licet nomen Chriſtianorum ſibi impoſuerint, verumtamen à Chriſtianorum ſe fide, & communione ſeparant.* Ex quo patet ibi tractari de Communione recipienda ſingulo anno, ſed de Communione Catholicorum, & de his, qui ab ea diſcedunt, hæc Peña *ibi* verſ. *huic verò ſententia*, vbi addit hunc intellectum illius text. magis comprobari, ex verſione illius text. græca.

Quare in hac re, licet magis communis opinio DD. ſit ex omiſſione Confeſſionis, & Communio-
4. nis ſemel in anno oriri hæreſis ſuſpicionem, attamen magis vera videtur opinio Peñæ, quam ſequutus fuit Fatin. *de hæreſi, dict. quæſt. 178. num. 79.* verſ. *ex quibus*, vbi quod ſeclusſo contemptu omittens illa Sacramenta ſuſcipere, nec poteſt dici hæreticus, nec ſuſpectus de hæreſi, quod etiam repetiit, idem Peña *in addit. ad Lucernam Inq.* in verbo *hæreſis, num. 10.*

Si tamen verſaremur in perſona, alias de hæreſi ſuſpecta ageretur que de dicta omiſſione per plurimos annos, ſine vlla legitima, vel colorata cauſa, & de obſtinata voluntate non communicandi, tunc poſſet omittens inquiri, & puniri vti ſuſpectus de hæreſi, ſtante maximè diſpoſit. Concilij Tridentini *Seſſ. 13. de Sacramento Euchariſt. can. 9.*

Et eſſet interrogandus, etiam in tormentis, ſuper virtute, neceſſitatéque Sacramentorum, & ſuper poteſtate clauium Eccleſiæ, & cogendus etiam ad abiurandum ſecundum modum, & gradum ſuſpicionis.

§ II.

De contemnente cenſuras.

5. CONtemptus cenſurarum eſt duplex, alter negatiuus, alter poſitiuus. Negatiuus contemptus, qui, & impropriè contemptus dicitur, eſt cum quis de re aliqua nullam curam habet, ei tamen nullam facit iniuriam, ſic cenſuras contemnere dicitur inſordeſcens in eis: contemptus poſitiuus eſt, cum quis cenſuris infert aliquem actum irreuerentiæ, & iniuriæ, vel verbis vilificando eas, vel facto, Syluеſter *in ſumm. in verbo contemptus, num. 1.* & in propoſito noſtro Menoch. *de Arbitr. Iudic. Cent. 5. Caſ. 416. num. 27.*

6. Quatuor autem modis dicitur cenſura poſitiuè contemni, ſecundum magiſtralem doctrinam Gemin. *in cap. dilecto, n. 8. de ſent. Excomm. in 6.*

Primò, cùm excommunicatus accumulat culpam culpæ.

Secundo, cùm ex certa ſcientia intrat Eccleſiam, etiam cum officia diuina non recitantur *cap. primò, 21. diſt. cap. clericus 24. quæſt. 3.*

Tertiò cùm non intrat Eccleſiam, ſed ad valuas audit officium, quod eſt contra Iura, c. *quod in te de Pœnit. & remiſſ.* c. *permittimus de ſent. excomm in 6.*

Quartò cùm communioni Catholicorum, quoad poteſt euitare, ſe ingerit, c. *illud, de clerico excommunicato miniſtrante.* Quibus addi poteſt, quintus modus, cum quis verbo vilipendit cenſuras.

Hoſce poſitiuè cenſuras contemnentes eſſe de hæ- 7.
reſi ſuſpectos iudicioque ſubdi Inquiſitorum, dicit Marc. Anton. Columba relatus à Peña *comm. 24. part. 3. direct.* vbi, quod ſub nomine ſancti Officij debeat procedi contra nonnullos, qui deturpauerant, & lacerauerant cedulones excommunicationis, ratione contemptus cenſurarum, & clauium Eccleſiæ, quod idem dixit Genuenſ. *in Praxi Archiep. Neapol. c. 7. num. 6.* vbi quod non ſolùm contra illos deturpante. cedulones Curia Neapol. procedit, ſed etiam contra illos qui in contemptum excommunicationis audent dicere, *che Scomunica? che Scomunica?* & *n. 8.* vbi atteſtatur, quod ob illa verba, quidam laicus de anno 1609. de ordine Curiæ Epiſcopalis Montismarani fuit fuſtigatus, idem docuerunt Lazar. *de Blaſphemis quæſt.... num....* & Menoch. *d. caſ. 416. num. 27.*

Qualitatem autem ſuſpicionis hæreſis, metiri debent Inquiſitores à qualitate perſonæ, & quantitate contemptus iunctis aliis circumſtantiis.

Certè ſupra quinquaginta annos, quidam homo 8.
peſſimæ vitæ, de pluribus Blaſphemiis, & aliis Criminibus Cremonæ in Sancto Officio Inquiſitus, ſed maximè de contemptu cenſurarum, & in ſpecie quod dixerit, *anco li Scommunicati mang ano*, & quod non obſtante cenſura Miſſam audierit, ex voto Congregationis noſtræ habitus fuit pro ſuſpecto, quoad articulum cenſurarum, & clauium de vehementi de hæreſi vti atteſtatur Reuerendiſſ. M. Ant. Amid. *in ſuis votis redditis in S. Officio apud me exiſtentibus manuſcriptis, tom. 1. caſ. 34. num. 8. fol* 171.

Quod dictum eſt, de cenſurarum contemptoribus
idem dicendum eſt de contemptoribus indulgentiarum, campanarum, perſonarum Eccleſiaſticarum, & 9.
ſimilium.

Prout de contemptore campanarum, atteſtatur Zerola *in praxi Epiſcopali*, in verbo *caſus, in quibus* &c. verſ. *campanarum*, vbi quod hic caſus ſibi accidit in facto, in quodam, qui nocte Sabbati Sancti abſtulit martellos, à quibuſdam campanis, & illos appendit in arbore nucis, quique propterea poſt longam carcerationem abiurauit, ita etiam Ricc. verba ſupradicta Zerolæ de verbo tranſcribens, *in praxi fori Eccleſiaſtici. reſolut. 423. verſ. campanarum.*

Idem etiam dicendum eſt de contemptore aliarum Ceremoniarum, & Rituum Eccleſiæ, vnde in noſtra Congregatione Cremonæ ſexaginta annos, vt apparet ex votis manuſcriptis Reuerendiſſ. D. Amidani, *tom. 2. voto 7.* fuit concluſum potuiſſe S. Officium procedere contra quoſdam Religioſos, qui ioci cauſa induerunt quendam fratrem idiotam, veſtibus Pontificalibus, mitram capiti eius imponendo, & ei honorem vti Epiſcopo deferendo, eum imponentes ſuper aſinum, qui ſic ſedens dabat benedictionem per clauſtra Monaſterij, aliis fratribus vario modo eum irridentibus.

Eodem modo puniri debent in S. Officio, per locum alterius Confeſſiones audientes negari enim nequit quin iſti magnam iniuriam faciant Sacramento, maximè ſtante hæreſi Lutheri, qui voluit laicum poſſe adminiſtrare Sacramentum pœnitentiæ, de quo videndus erit Roffenſ. *contra Lutherum, art. 13.* & ita in noſtro Sancto Officio ſemper fuiſſe ob-

Carena de Offic. Inquiſit.

ſeruatum, teſtis eſt Reuerendiſſimus Amid. *tom.* 3. *toto* 21. *&* 57.

Et de contemptore ſuſpenſionis à diuinis habemus exemplum Inquiſitionis Murciæ, de qua eius Ciuitatis Inquiſitor Cantera *cap.* 1. *de hæret. n.* 60. *in fin.* de quodam qui fuit à Summo Pontif. & Eminentiſſ. Cardinalibus ſuſpenſus, & quia cum magno populi ſcandalo viſus fuit Murciæ adminiſtrare in Sacris Ordinibus (non obſtante ſuſpenſione) fuit damnatus ad triremes.

§. III.

De profeſſis, & Clericis in Sacris Matrimonium contrahentibus, & vxoratis ſuſcipientibus ordines Sacros.

10. SVſpecti quoque ſunt de hæreſi, & quidem regulariter de vehementi, Religioſi illi profeſſi, clericique ſæculares in Sacris tamen ordinibus conſtituti, qui matrimonium contrahere audent, idque ſiue palam contrahant, ſiue clam, prout diſtinctionem hanc reprobantes tenuerunt Simanch. *de Cathol. Inſtitut. tit.* 40. *num.* 9. *& ſeq. & in Enchirid. tit.* 12. *num.* 1. Peña *comm.* 74. *part.* 2. verſ. *Iam apoſtata,* Decian. *lib.* 5. *cap.* 22. *num.* 40. Menoch. *caſu* 546. *num.* 49. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 21. *quæſt.* 10. *&* 11. latè Farin. *de hæreſi, quæſt.* 183. *num.* 72. *& ſeq.* Tranſm. *de obligat. denunciandi quæſt.* 4. *cap. vlt. num.* 5.

Ratio huius ſuſpicionis prudenter in eo, quod hodiernis temporibus ab omnibus ferè hæreticis improbantur vota Monachorum, comm. docentes licere Monachis quibuſque vxores ducere, etiam eas, quæ Deo perpetuam virginitatem deuouerunt ita Simanch. *vbi ſuprà, titul.* 40. *num.* 10. facere autem opera mala ex genere ſuo, ab omnibus, ab omnibus ferè hæreticis laudata inducit ſuſpicionem hæreſis, vt cum Soto diximus *ſupra titulo* 15. §. 2. *num.* 4.

Ex qua ratione patet, in eandem hæreſis ſuſpicionem incidere Religioſos Soc. Ieſu, qui matrimonium contrahunt, licet emiſerint tantummodò vota biennij, quia hoc non obſtante ſunt veri Religioſi, & matrimonium eorum ob dicta vota irritantur, vti declarauit Gregor. XIII. In Bulla ſua, *Aſcendente Domino in Nauiculam*, ad quam materiam vide Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *diſput.* 25. *num.* 15. *& in ſum. l.* 5. *cap.* 1. & Vaſq. *part.* 2. *quæſt.* 96. *diſp.* 65. vbi latiſſimè de ſtatu horum Patrum, qui vota biennij tantummodò emiſerunt.

Ita poſt hæc impreſſa viſus P. Diana *reſolut. moral. p.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 2. verſ. *Notandum etiam*, cum quo tamen non aſſentior in qualitate abiurationis, quia ipſe loquitur ſecundum conſuetudinem S. Officij Hiſpaniæ, ſecundum quam contrahentes binas nuptias abiurant tantummodo de leui, vnde non mirum ibi, ſi iſti monachi contrahentes matrimonium abiurant tantum de leui, cum puniantur pœnis contrahentium binas nuptias, vt *ibi* obſeruat Diana, verſ. *verùm, hodie* ex Caſtro Palao *tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 16. §. 8. *n.* 4.

In hac tamen materia aduertendum, quod licet identitas perſonæ profeſſi, vel Clerici ſic delinquentis ſufficienter probetur per confeſſionem ipſius, hoc debet intelligi, quoad præiudicium ipſius confitentis, & ad effectum eum puniendi, nam ad effectum declarandi Matrimonium nullum de identitate perſonæ profeſſi, &c. ſic delinquentis, debet conſtare per recognitionem perſonæ, modo de iure debito, de quo Scaccia *de Iudic. l.* 1. *c.* 87. *num.* 19. quod idem obſeruari debet in Polygamis. 11.

Quid autem dicendum ſit, vbi dicti religioſi non Matrimonium de facto contraxerint, ſed tantùm ſponſalia? Dic vt in ſimili dixi, in tit. de Polygamis, & vxorato, viuente coniuge, cum alia ſponſalia contrahente. 12.

Occaſione iſtorum Matrimonium contrahentium tractant DD. quid ſentiendum ſit de vxorato, ordines viua vxore ſuſcipiente? In qua te communis, & vera eſt Sententia Simanch. *d. tit.* 40. *n.* 14. quam ſequuntur Farin. *d. q.* 183. *n.* 74. quod iiſdem omnino regulis iudicandus eſt in Sanctæ Inquiſitionis Officio, ac regularis profeſſus, & clericus in Sacris Matrimonium contrahens.

13. Hæc tamen non habent locum in Græcis vxoratis, cum vnica tantum, & virgine, nam hi poſſunt ſine vllo impedimento ad ordines Sacros promoueri, licet mortua poſtea vxore cum alia matrimonium contrahere nequeant.

14. An autem vidua relicta presbyteri Græci poſſit cum alio matrimonium contrahere ſine diſpenſatione, dubitari poteſt.

In qua difficultate, opinio negatiua quæ etiam mihi magis probatur, quod ſcilicet ſine diſpenſatione relicta Presbyteri Græci non poſſit ad aliud Matrimonium tranſire probari poteſt.

Primò ex diſpoſitione Canonis 22. Concilij Altiſiodorenſ. cuius hæc ſunt verba, *Non licere relictæ Presbyteri, nec relictæ Diaconi, nec Subdiaconi; poſt eius mortem maritum accipere*, Hoc tamen Concilium non fuit generale, nec prouinciale, ſed Diœceſanum, & celebratum fuit anno 590. ſub Greg. I.

Secundò videtur probari hoc ex Apoſtolo, prima ad Timoth. capitulo quinto, ibi *viduas autem iuniores reprehende, quæ cum luxuriatæ fuerint in Chriſto nubere volunt*, circa cuius loci intelligentiam videndus eſt Bellar. *tom.* 1. *contr.* 5. *l.* 2. *c.* 24.

Tertiò probatur ex diſpoſitione, *c. ſi qua Vidua*, &c. *præcedenti, diſt.* 28.

Quartò probatur ex eo, quod id abſolutè non licere dictæ relictæ presbyteri voluerunt in terminis noſtris, Palud. *in quartum, diſt.* 37. §. *quantum ad primum*, verſ. *dicta Concl.* & Steph. de Gaieta, *de Sacramento Matrimonij quæſito* 195. *verſus finem.*

Quamuis D. Thom. 3 *parte, in ſupplemento quæſt.* 53. *art.* 4. *ad quartum*, & Azor. *Inſt. Moral. lib.* 13. *cap.* 14. *quæſito* 7. verſ. *ſed dub a quæſtionis eſt*, 1. *par. diſtinxerint*, num Presbyter Græcus de conſenſu vxoris, ad ordines Sacros aſcenderit, an non? nam inquiunt primo caſu non poteſt mulier relicta ad ſecundas nuptias tranſire. 2. verò caſu ſic, de hac etiam re videndus eſt D. Bonauent. *in* 4. *diſt.* 37. *in expoſitione literæ.*

Ex quibus omnibus apparet, huiuſmodi viduas egere diſpenſatione, ſaltem ad cautelam ad effectum contrahendi ſecundum Matrimonium.

§. IV.

De Sacerdote celebrante, & non conſecrante, & ſumente Hoſtiam non conſecratam.

LAicus ſumens, maximè tempore mortis Hoſtiam non conſecratam, eſt de hæreſi vehementer ſuſpectus, niſi manifeſtè conſtet ipſum id feciſſe ex magna reuerentia, quam habet erga Sacram. Euchariſtiæ, ita Albertio. *in rubr. de hæret. in* 6. *quæſt.* 13. *n.* 66. 69. & *ſequent.* Menoch. *de præſumpt. l.* 5. *præſumptione* 15.

ptione ſexta. n. 22. & 25. Farin. plures cumulans *de hæreſi, quæſt.* 178. *n.* 49. Symanch. *de Cath. Inſtit. tit.* 30. *n.* 29. atque hæc eſt communiſſima opinio.

16. Sacerdos quoque qui celebrando Miſſam fingit ſe Hoſtiam conſecrare, & non conſecrat, ſed illam non conſecratam ſumit, de quo eſt caſus, in cap. de homine, de celebratione Miſſarum, eſt de hæreſi ſuſpectus, maximè ſi eſſet aſſuetus hoc facere, poſſetque ab Inquiſitoribus, & interrogari, quid ſentiat de Sacramento Altaris, & etiam puniri, ita Lucerna Inquiſit. in verbo *Sacerdos celebrans*, vbi Pegn. *in annot.* Decian *in tract. crim. l.* 5. *cap.* 17. *num.* 43. Locatus *in Iudiciali*, in verbo *Sacerdos n.* 4. Grill. *de Sortil quæſt.* 11. verſ. *Quæro quid dicendum.*

Atque hoc nullam poteſt habere probabilem dubitandi rationem in contrarium, nam negari non poteſt, quin talis Sacerdos abutatur Sacramento Altaris, ſacratiſſimóque Miſſæ ſacrificio, ſitque etiam in cauſa, vt Chriſti fideles Hoſtiam non conſecratam adorantes in Idololatriam, ſaltem materialiter incidant, Graff. *in ſuis varis deciſion. p.* 1. *l.* 3. *c.* 15. *de celebratione Miſſarum, n.* 6. 7. *& ſeq.*

Et ſic Bariola olim Conſultor, S. Officij Mediolani in ſuis Aphoriſ. vtriuſque iuris in verbo *Sacerdos ſic celebrando* atteſtatur, ſub die 30. Aprilis 1627. fuiſſe per Congregationem S. Officij Mediolani deciſum, quod poterat S. Officium procedere contra quemdam Sacerdotem, eo quod cum in peccato mortali eſſet non conſecrauit hoſtiam, ſed verba conſecrationis protulit ſuper particula vulgo *Communichino*, quàm è Tabernaculo extraxit.

17. In qualem autem ſuſpicionem hæreſis incidat ſacerdos hoc crimen committens, non poteſt ſic in abſtracto certo determinari, ſed ſingulæ circunſtantiæ facti debent conſiderari, & præcipuè propoſitum, ſeu intentio delinquentis diligenter eſt exploranda, vt inde criminis qualitate aucta, vel diminuta pro maiori, vel minori hæreſis ſuſpicione, pœna grauior, aut leuior imponatur.

Opportunè hoc loco agendum eſſet de dicente Miſſam ſiccam, verum benignum lectorem, quo ad hoc remitto ad Durand. *de ritibus Eccleſiæ, lib.* 2. *cap* 4. *ad fin.* Henriq. *lib.* 9. *ſumm. c.* 27. *n.* 2. *in gloſ ſub litera A*, & Portell. *in ſuis reſponſ. moral p.* 3. *caſu n.* 2. *& ſequent.* vbi plenè de hac materia ſatis eruditè ſcripſit.

18. Quid autem dicendum ſit, de Sacerdote celebrante ſuper rebus aptis ad faciendum ſortilegia, videndus eſt Menoch. *de Arbitr. caſu* 188. vbi etiam de ſacerdote dicente Miſſas defunctorum, pro viuis vt citò moriantur, & Diaz *in praxi Crim. can. c.* 40. & 44. vbi latiſſimè more ſuo, Salcedo.

§. V.

De incidentibus in Conſtitutionem Clement. VIII. incipientem, Cum ſicut, *& Conſtitutionem Greg. XV. incipientem* Romani Pontificis, *editam Anno* 1622. 2. *Iulij.*

19. FElicis Record. Clemens Papa VIII. in Conſtitutione, ſua peculiari incipiente, *Cum ſicut*, edita anno 1596. die 26. Iulij, ſtatuit

Primò, ne Itali cuiuſcumque ſint ſtatus, & conditionis ſub quouis prætextu habitent, vel domicilium teneant in loco, in quo aliqua Eccleſia, cum Parocho, vel ſacerdote Cath. non exiſtat, vbi liberè audiri poſſint Miſſæ, & alia diuina Officia, &c. fieri, iuxta ritum ſanctæ Matris Eccleſiæ.

Gregor. XV. in ſupra memorata Conſtitutione confirmatoria Bullæ Clem. VIII. addidit ac prohibuit, quibuſcunque hæreticis ne, ſub quouis quæſito colore, etiam mercimonij teneant domum apertam, propriam, vel conductam domicilliumque contrahant in Italia, lociſque, adiacentibus, mandauitque tam ipſos prædictæ Conſtitutioni contrafacientes, quam eorum receptatores, ſecundùm formam Iuris puniri.

Atque hoc idem, quod hoc loco prohibet Clem. VIII. erat etiam iam de Iure communi prohibitum, vt latè probaui in titul. *de Fauterib. hæret.* §. *de conuerſantib cum hæreticis.*

Secundo loco ſtatuit idem Clem. VIII. vt Itali abſtineant à Matrimoniis, cum mulierib. hæreticis, ab hæreticorum ſepulturis, ac ne filios ſuos de ſacro Baptiſmi fonte per hæreticos leuari permittant, nec ipſi illos, niſi per ſacerdotem Cat. more baptizatos leuent.

Et hoc idem etiam iam de iure prohibitum erat Catholicis, vt de Catholicis Matrimonium contrahentibus cum hæreticis latiſſimè docuit Symanch. *de Cath. Inſtit. tit. de matrim. num...* & generaliter de contrahentibus parentelam cum hæret. Pegn *comm.* 81. verſ. *Iam, vt vno, p.* 2. & nos *loco ſuprà citato*, ex quo colligitur, quod in Anglia non poſſunt Parochi aſſiſtere Matrimoniis huiuſmodi, niſi adſit certa ſpes conuerſionis hæretici, & vlterius ſubſit cauſa à Sancta Sede Apoſtolica approbanda, quamuis enim non leuis controuerſia ſit inter DD. num matrimonia huiuſmodi ſic contracta, ſint valida; attamen verior communiorq; eſt ſententia affirmatiua, vt videre eſt apud Sanch. de matrimonio *diſp.* 72. *l.* 7. & Gutier. *in ſimili tractat. c.* 104. maximè accedente auctorit. Sedis Apoſtolicæ.

De hac materia videndus P. Becc. *in comp. controu. huius temp. lib.* 1. *c.* 9. & not. Gothofred. *in l. ne quis in verbo, in matrimonium C. de Iudæis, & cœlicolis.*

Tertio loco vetatur, ne Catholici opera Medicorum hæreticorum vtantur, niſi ex neceſſitate, neve Catholici ad hæreticorum loca accedant, niſi id priùs ſignificent ſuis Ordinariis, vel Inquiſitoribus, quod tamen attinet ad vſum Medici hæretici animaduertendum eſt, quod prohibitio Clem. VIII. ceſſat vrgente neceſſitate, vt quia v. g. Catholicus graui vrgetur infirmitate, & non adeſt, niſi vnus Medicus hæreticus, & ita fuit deciſum *in Curia Archiep. Neapol. apud Ricc. deciſ.* 268. *vol.* 4.

Sic cum Chriſtianis prohibitum ſit, ſub pœna excommunicationis accipere medicinam à Iudæis, c. *Nullus* 28. *quæſt.* 1. Si tamen neceſſitas vrgeat, vtique licitum erit Chriſtianis, etiam à Iudæis medicinam accipere, *arg c. qualitas temporis* 27. *qu.* 1. ita originaliter dixit Marian. Socin. *in cap.* 1. *extra de Iudæis*, Paulus Duran, *de condit. & modis impoſſibilibus* 1. *p. c.* 1. *n.* 39. Eberhard. Speckhan, *in ſuis quæſtionibus Iuris Cæſarei Pontificij, & Saxonici, quæſt.* 14. *per totum, ſed maximè, num.* 6. caueant tamen quantum fieri poteſt Chriſtiani à Medicis Iudæis. Quia, vt refert Bobadill. *in ſua Politica, libro primo, cap.* 4. *num.* 27. Henricus III. Rex Caſtellæ, obiit opera Don Mayr Iudæi ſui Medici, in quo plurimum fiduciam habebat.

Tandemque contra facientes, tamquam de hæreſi ſuſpectos puniri ab Inquiſitoribus, & ordinariis mandat.

Ex quibus patet, quod conſtitutiones prædictæ ſunt Iuri communi conformes, ac proinde fauorabiles, ac ab eodem Iure communi recipere debere interpretationem.

De hiſce conſtitutionibus videndi ſunt Naldus *in Summ.* in verbo, *Chriſtianus ſecundò, num.* 8. & Bariol. *poſt flores Direct. fol.* 471. vbi verba harum Bullarum ad verbum referunt, & Homobonus de Bonis *in ſuis diſquiſit. Moral. Theol. Tract.* 11. *cap.* 7. *quæſt.* 1. *in tertio ſuppoſito*, Becanus *in Manuali controuerſ. aduerſus hæreticos noſtri temporis, & in ſua ſumma parte tertia, in Tractatu de fide.*

De modo autem procedendi contra reos incidentes in has conſtitutiones, maximè, quoad torturam, & abiurationem plenè dixi, *in tit. de Fautoribus, &c. in §. de conuerſantibus cum hæreticis,*

§. VI.

De hæreticis venientibus ad terras Catholicorum cauſa commercij.

20. QVis aliquando contingit vt mercaturæ cauſa hæretici ad Terras Chriſtianorum veniant, & hoc à Principibus permittitur, vt factum fuit aliquando inter Regem Noſtrum Potentiſſ. Hiſpaniæ, & Angliæ Regem, ea tamen lege appoſita in hac permiſſione, vt in his quæ ad Fidem, & Religionem ſpectant non moleſtentur, niſi dato ſcandalo, & tunc ratione illius pro vt iuris fuerit puniantur, vt atteſtatur Souſa *in Aphoriſ. inquiſit. lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 1.

21. Ideò circa hanc rem notandum, quod dicti hæretici tunc in caſu noſtro, & ad effectum de quo agitur ſcandalum præbere dicuntur, cum præbent Catholicis occaſionem ruinæ, vel cum ſuadent tranſitum ad ſuam ſectam, Souſa *vbi ſuprà, n.* 15. 16.

22. Notandum ſecundò, quod vt poſſint Inquiſitores in hoc crimine procedere, debet imprimis conſtare de ſcandalo plenè, quia qualitas tribuens iuriſdictionem imprimis eſt probanda, Caſtill. *deciſ. Regni Siciliæ* 156. *num.* 5. *reſol.* 2. & in indiuiduo caſus noſtri Souſa *vbi ſuprà, n.* 8.

23. An autem dato ſcandalo poſſint puniri, vt hæretici ratione hæreſis, dic quod non, ſed puniuntur tantùm ratione ſcandali, ita verius eſſe dixit Souſa *ibid. num.* 5. *& ſeq.* verſ. *Probabilius.*

24. In duobus tamen caſibus poſſunt moleſtari hæretici prædicti non obſtante tali permiſſione, etiam non dato ſcandalo. Primus eſt cum illa permiſſio non eſt à Papa approbata. Secundus eſt, cum eſſent ante permiſſionem datam præuenti in S. Officio, ita Souſa *vbi ſuprà, num.* 3. *&* 13.

25. Quomodo autem ſe gerere debeant Inquiſitores occaſione militum Germanorum, qui aliquando in eorum prouincia hoſpitij cauſa ſub fide publica commorantur, dicendum eſt Inquiſitores curare debere diligenter vt monita Diui Caroli in quinta Synodo Prouinciali Mediolani, cap. primo, obſeruentur, ita enim audiui ſæpè in his caſibus reſcripſiſſe Inquiſitori Cremonæ.

§. VII.

De Regulari vltra mare proficiſcente ſine licentia ſuperioris.

6. INter caſus vehementis ſuſpicionis hæreſis non infimum locum tenet, ille de quo Ioannes XXII. *in extrauag. ad noſtrum ſub titulo de regularibus.*

De Regularibus, qui ſine ſuperioris licentia in partibus vltramarinis commorantes detrahunt Sanctæ Romanæ Eccleſiæ conſtitutionibus, & alia multa à fide deuia in ſuis ſermonibus, & ſecretis collocutionibus euomere inſanis auſibus non verentur, hoſce enim de hæreſi eſſe vehementer ſuſpectos decidit ibi Pontifex, & tradidit Pegn. *part.* 2. *comm.* 81. verſ. *In extrauaganti.*

De excommunicatione verò contra iſtos regulares lata, videndus eſt Bonacina *de clauſura q.* 2. *puncto* 4.

§. VIII.

De obloquentibus de Inquiſitore, & S. Officio.

SPeciale eſt in S. Officio, quod Inquiſitor poſſit procedere contra iniuria afficientes verbali ſe, & Sanctum Officium, & eius Miniſtros, vti notauit Zanch. *de hæret cap.* 31. vbi latè Campeg. Simanch. *de Cath. Inſt. titul.* 34. *num.* 18. & Farin. *de hæreſi. quæſt.* 182 *num.* 79. & 80. Scoreia *in ſelectas Conſtitutiones Epitome* 106. *Theorem.* 178. verſ. *quærenti.* Ideo autem mentionem feci de iniuria verbali, quia quoad iniurias reales habemus Bullam Pij V. *Si de protegendis.* 27.

Obloquentes igitur de S. Officio, ſi honeſti ſint poſſunt condemnari ad petendam veniam P. Inquiſitori, coram plena Congregatione genibus flexis, & vbi iniuria grauis ſit, etiam mulctari deberet aliqua pœna pecuniaria.

Si autem viles ſint, loco pœnæ pecuniariæ, poſſunt fuſtigari.

Atque ita cum aliàs Cremonæ inquiſitus fuiſſet in S. Officio, quidam Hæbræus ob libellum famoſum factum contra P. Inquiſitorem, & S. Officium, Congregatio Crem fuit in voto, quod ſi iſte Hebræus delictum in tortura fateretur, condemnari deberet, vt publicè per Ciuitatem fuſtigaretur, cum mulcta pecuniaria, die 28. Auguſti 1576. vti atteſtatur Reuerendiſſimus D. Marc. Ant. Amid *in ſuis votis manuſcriptis in cauſis S. Officij, penes me exiſtentibus tom.* 1. *voto* 20. *n.* 5.

§ IX.

In qua idem magis confirmatur.

VT videamus quam iuſtè in S. hoc Tribunali puniantur huiuſmodi obloquentes, quæ dicta ſunt *in §. ſuperiori* confirmanda etiam ſunt exemplis Supremorum Tribunalium.

Sic enim Senatus noſter Mediolani, numquam ſatis ob eius religionem, & prudentiam laudatus 28.
ſimili modo punire ſolet obloquentes de Prætoribus, Iudicibus, & aliis Magiſtratibus, ſic Ioan. Franciſcus Bruſcolonus quod temerè adiectis etiam minis obloquutus fuerit de DD. Protectoribus carceratorum huiuſce Ciuitatis Cremonæ ex ordine Senatus, vt ex eius litteris ſub die 9. Decembris 1620. directis Sp. Prætori Cremonæ punitus fuit publicè tribus ictibus funis, & coram Curia genibus flexis hora populi frequentioris veniam petiit DD. Protectoribus, ſic pariter quidam Franciſcus de Fenſſebis, quod de Curia obloquutus fuerit ex ordine Senatus, vt ex eius literis ſub die 17. Iunij 1620. punitus fuit tribus ictibus funis publicè, & genibus flexis veniam petiit Curiæ hora frequentioris populi, cum præcepto, vt à ſimilibus abſtineret ſub pœna remi.

Sic etiam antiquis temporibus obſeruauit idem Senatus, vt ex literis ſequentis tenoris directis Sp. Prætori Cremonæ.

Dilectiſſ. noſter. Benè factum eſt à vobis cum Co.

Ioan.

Ioan. Baptiſta Perſico , vt Prætorium , & Senatoria dignitas debitam retineant reuerentiam. Verùm poſtquam ille carceris paſſus eſt moleſtiam , & quid ſibi faciendum ſit ab vno ex Senatoribus in mandatis habuit , eis adimpletis eum & eius fideiuſſorem vlterius non moleſtabitis, Dat. Mediolani 26. Maij 1573. Pro cuius decreti exequutione præfatus Comes veniam petiit à Prætore Cremonæ de verbis coram eo prolatis , coram Iudice , & duobus teſtibus. Eiuſdem tenoris ſunt literæ ſequentes eidem Prætori directæ. Viſa relatione quam nobis Iudex , ac L.T. veſter fecit de Eliſeo piſcio , nobili , aliquid nobilitati condonandum duximus , propterea attenta etiam ipſius Eliſei carceratione, & partium compoſitione , volumus vt petita per præfatum Piſcium D.Iudici venia, hora qua frequens populus in Prætorio eſſe ſolet , illum abſoluatis; & has literas recollegi ego ex Archiuio Cremonæ criminali tempore quo eram huiuſce ciuitatis Proiudex, ſub Illuſtriſſ. Don Conſaluo Salamanca Prætore.

Exempla autem aliorum Supremorum Tribunalium , vide apud Godofredum Abano *in ſua praxi reatuum , quæſt.7.num.* 60.vbi ponit Aſſertum Senatus Sabaudiæ , & Hier.Portules *ad repert. Molini ſuper ritibus . & obſeruan. Regni Arragonum , p.3.* in verbo *Iniuria num. 36. & ſeq.* vbi ponit modum quo Senatus illius Regni procedit in hiſce iniuriis, & quando poſſit ſupra eis , procedi vt in notorio,& Don.Thom.Carleual *in ſuo tract.de foro competenti, lib.1.tit.1.diſp. 2.q.7.ſect. 1.n.798.& ſeq.* vbi quod in iniuria facta iudici ſedenti pro Tribunali.

De materia autem hac videatur Bobadill. *in ſua*
29. *Polit.tom.1.lib.2.c.17.n.114.& ibidem , eiuſdem Gloſ-*
ſam ſub litera D. vbi quod Inquiſitores debent obloquentes de ſe punire . *porque no ſolamente ſon ellos los ofendidos ſino tambien el officio de la Inquiſicion y la Ygleſia , y la fè* , bene Greg. Lopez 1. *p. titul.1. l.48.in gloſſ.magnam.*

30. Et aduertendum quod *in d.§.7.* dixi ſpeciale eſſe
in Inquiſitore , quod poteſt punire iniuriantes ſe,& ſuum Tribunal , quia id agere nequeunt extra forum S.Officij Iudices inferiores , ſed tantummodò Supremi , Don.Th.Carleual.*loco proximè alleg n.785. & ſeq.* qui alios multos allegat , & de hoc eſt text. *in Auth de Defenſ.Ciuitatum , collat. 3. tit 2. Nouell. 15.cap.5.* ibi *, ſi verò egerint aliquid iniurioſum, circa defenſiones Officiales tunc Prouinciarum Præſides vlciſci , & caſtigare Officiales poſſint* , ſic Senatus noſter Mediolani , die 19 Auguſti 1621. iuſſit Prætori Terræ Sorexinæ . qui proceſſum formauerat contra deputatos dictæ Terræ ſuper nonnullis iniuriis ipſi, & iuſtitiæ ab eis factis , quod proceſſum remitteret Prætori Cremonæ , cui etiam iniunxit quod teſtes repeteret , & in cauſa ſeruatis ſeruandis procederet.

Limitat tamen hoc Carleual.*vbi ſuprà , n.798.* vt
31. non procedat cum iniuria eſt facta Iudici pro Tri-
bunali ſedenti , & ſic notoriè , quod ego intellige-
32. rem procedere tantummodo in Officialibus Regiis,
& quidem non omnibus, ſed maioribus licet, non
33. ſupremis , non autem , vt procedat in quocumque
Officiali , Feudatarij , quia hi , vt experientia patet in noſtro Senatu Mediolani,ſunt nullius, vel leuiſſimæ conſiderationis.

Bene verum eſt , quod tam Inquiſitor , quam
34. Iudices laici Supremi, cum iniuria eſt ipſis facta
notoriè , puta in actu publico fidei , vel in loco vbi pro Tribunali laici Iudices ſedent , tunc poteſt iniurians puniri etiam ſine proceſſu,& ſententia in ſcriptis lata cum ſolo decreto oretenus lato , Carleual. *vbi ſupra num.799.* qui addit ſe ita vidiſſe ſæpiùs practicari in Tribunalibus Supremis Hiſpaniarum , & ibi multos DD.allegat , quibus addo , Ego Hier. Portules in dicto verbo, *Iniuria , n.39. & ſeq*

§. X.

De ſuperioribus Regularium procedentibus contra regulares ſubditos in cauſis hæreſis.

FElicis recordationis Pius Papa IV.in quadam ſua 35.
Conſtitutione incipiente *Paſtoris æterni* , telata inter literas Apoſtolicas pro S. Officio , poſt Director.facultatem conceſſit Inquiſitoribus procedendi in cauſis S.Officij , contra quoſcumque regulares , quantumuis exemptos , dummodo à ſuis ſuperioribus non eſſent præuenti.

Verùm memorata Conſtitutio , quo ad vltimam eius particulam numquam fuit vſu recepta , vt teſtatur Pegn.*Comm.77.verſ.Tametſi verò , p.3.*

Et Paulus V.in ſua Conſtitutione Incipiente *Romanus Pontifex* , edita anno 1606 expreſsè declarauit , & prohibuit ne ſuperiores regularium in cauſis S.Officij procedant , cauſas etiam coram ipſis pendentes ad Sanctum Officium auocando , &c. ſub pœna inhabilitationis , priuationis vocis actiuæ,& paſſiuæ , & omnium aliarum pœnarum à Iure impoſitarum contra fautores hæreticorum , & impedientes Sanctum Officium , & excommunicationis ſibi reſeruatæ , verba autem memoratæ conſtitutionis habentur apud Campan.*in diuerſ Iuris Canonici, Rubr.11.c.13.n.138.* & apud BarTol. *poſt Flor. Direct.ſol.447.*

Quoniam autem multories Regularium ſuperiores in memoratam Pauli V.Conſtitutionẽ incidunt,

Ideo Sanctum Officium contra ipſos debet procedere , ita tamen vt mitius agat , cum ſuperioribus illis , qui ignoranter ſed cum aliquali culpa repetiuntur deliquiſſe , ſemper tamen debent ſuperiores abſolui ab excommunicatione dictæ Bullæ,quia eſt reſeruata Summo Pontifici, Bonacin. *de Cenſuris in ſpecie . diſp.2.q.9.punct.7.* vbi latiſſimè agit de excommunicatione huius Bullæ.

Vbi tamen dicti ſuperiores regularium in aliquibus locis haberent Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem , tunc ſine dubio non obſtante dicta Bulla, poſſent procedere contra regulares ſuos ſubditos , ita tamen , vt ſimul cum Inquiſitore procedant , quoad illos actus , quos aliàs Epiſcopi , & Inquiſitores ſimul debent exercere , ne tamen ex hoc aperiatur via fraudibus conſulo ſuperioribus regularium Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus , vt ſtatim accepta denuncia , de ea certiorem reddant Supremum Tribunal Vrbis.

Pari modo procedi debet contra ſuperiores Regularium , ſi quoquo modo impedirent regularem ſubditum , ne ſtatim hæreticos , vel de hæreſi ſuſpectos denunciaret , vt *in dicta Bulla, verſ.ſimili auctoritate* , Bonacina *vbi ſuprà , dicto punct.7.num.4.* in cuius num.fine animaduertit , quod vt incurratur cenſura , ad actionem impediendi requiritur audacia , ſeu præſumptio , ob illa verba Bullæ, quoquo modo id impedire , vel retardare audeant, vel præſumant , verbum enim præſumant , denotat temeritatem , Bald.*conſ.486.num 5.vol.* 4.Menoch. *conſ. 763.num.10.*Cochier.*de Iuriſdictione ordin. in exemptos l. 4. quæſt. 75.num.4.* & diſpoſitio puniens aliquem

quem præſumentem &e non cnmprehendit eum, qui agit bnna fide, ignnranter & inaduertenter, Cened. *ad Decret. Collect.* 45 *n.* 3. Auend. *de exeq. Mand. Regum l.* 1. *cap.* 4. *num.* 38. Nauar cap. *accepta, de reſt. ſpol. oppoſit.* 8. *num.* 33. *& in extrauag. de dat. & promiſſ. n.* 35.

§. XI.

De incidentibus in Conſtitutiones Pauli V. Gregor. XV. editas, in materia Conceptionis B. M. V.

36. VAriis tempnribus in hac materia Cnnceptionis B. M. V. à diuerſis ſummis Pnntificibus nnnnulla emanarunt Conſtiutinnes, nam in hac re adeſt

Primò Conſtitutio Sixti IV. in Extrauaganti *Graue nimis de reliquiis, & veneratione Sanctorum.*

Secundò, adeſt Conſtitutin Pij V. incipiens, *ſuper ſpecula* quæ eſt Conſtitutio 114. *in Bullario nouo, tom.* 2.

Tertiò adeſt, Cnnſtitutin Pauli V. incipiens, *Regis Pacifici* edita annn 1616.

Quartò adeſt, Decretum factum ab eodem Sanctiſſimo D. N. Paulo Papa V. in Congregatione ſancti Officij, ſub die 31. Auguſt. 1617. relatum per Campanil. *in Diuerſorio Iuris Canonici Rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 140. in quo decretn de nnun ſtatuitur, qund in poſterum dnnec articulus huiuſmndi Cnnception. B. M. V. fuerit definitns, vel per Sanctitatem ſuam, & Sedem Apnſtolicam fuerit aliter nrdinatum, nulli audeant in publicis concinnibus, lectinnibus, conluſionibus, & aliis quibuſcumque actibus publicis aſſerere, quod eadem Beatiſſima Virg. fuerit concepta cum peccatn originali. Et qund etiam npinionem negatiuam videlicet quod B. V. non fuerit concepta, cum peccatn originali in publicis actibus aſſerentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modn agant, ſeu tractent, ſub cenſuris, & pœnis, de quibus in *ſuprà* allegatis Apoſtnlicis Cnnſtitutinnibus.

Tribuens inſuper, tam Epiſcnpis, & Prælatis ſuperinrib. aliiſque ordinariis locnrum, quam hæreticæ prauitatis vbique locorum depnatis Inquiſitoribus poteſtatem ſeuerè animaduertendi contra tranſgreſſnres, etiam regulares, & alias quaſcumque perſnnas, &c.

Quintò adeſt aliud decretum Sanctiſſimi D. N. Greg. Papæ XV. factum in Congregatione ſancti Officij, ſub die 24. Maij 1625. relatum per Flauium Cherubinum *in compend. Bull. tom.* 3. *in Appendice, fol. mihi* 18. In quò Sanctiſſimus extendit decretum memnratum Pauli V. etiam ad actus, & cnllnquia priuata, & vetat ne in Officin Cnnceptinnis, alin quàm Conceptionis nomine vti poſſint, tribuens etiam facultatem Epiſcnpis, & Inquiſitnribus tranſgreſſnres, puniendi.

Tandem ſub die 28. Iulij 1622. idem Greg. XV. conceſſit Fratribus Prædicatoribus, vt in quibuſcumque priuatis eorum colloquiis, & cnnferentiis, inter ſe duntaxat, & non inter alios aut cum aliis, de materia eiuſdem Conceptinnis B. M. V. diſſerere, & tractare poſſent.

In hac materia nntandum, qun qui crederet Conceptionem Immaculatam, vti articulum fidei eſſet Hæreticus, vti animaduertit Alf. à Caſtro *de Iuſta hæreticorum punitione l.* 1. *cap.* 8. *dub.* 4.

Vnde etiam propoſitin cuiuſdam, qui dixerat, quod licet articulus Cnnceptinnis non eſſet de fide, erat tamen de pertinentibus ad fidem, quodque qui pro en mnreretur eſſet verè martyr, fuit damnata à ſupremis Inquiſitoribus in Portugalia, annuente Sanctiſſimo Pauln V. de annn 1619. teſte Pnrtel. *in dubijs regul.* in verbo *Conceptio Deiparæ, num.* 6.

Valeret tamen vntum, vel iuramentum defendendi Cnnceptinnem Immaculatam, vt latè probauit idem Portell. *vbi ſuprà n.* 1.

Et latius *in ſuis reſponſionibus caſ. moral. p.* 1. *caſu* 32. *per* tot. vbi pleniſſimè reſpondet decem, & nouem prnpoſitinnibus in hac materia Conceptinnis cuiuſdam Doctnris Gaſparis Vrbis Cæſaraugustanæ verè ſcandaloſis, & erga Deiparæ Matris Immaculatam Cnnceptionem in deuotis, temerariis, ac piarum aurium nffenſiuis, vbi latè de pluribus miraculis factis ob defenſinnem Deiparæ Virginis à peccato nriginali, & inter cætera ſufficiat mihi adducere illud, quod refert Petrus Nnnez *in Sanct. Seraphic. folio* 39. Quod ſcilicet Scotus cum Pariſiis pergeret ad aulam publicam defenſurus publicè puritatem Conceptinnis B. M. V. & præteriret Imaginem lapideam eiuſdem Virginis, & Scotus eidem Imagini caput inclinaret, petens ei auxilium ad difficilem futuram diſputationem, Imago lapidea, Scoto caput inclinauit quaſi annuens & auxilium promittens quod ſcriptum ſit in gratiam deditorum doctrinæ Scoti, & mei ipſius qui in Patauinn Gymnaſio Thenlogiæ operam dans eius dnctrinam didici, & poſt eam ſemper ſectatus fui.

De hac materia videndi ſunt, Naldus *in Summ.* in verbo *Conceptio*, Rndriquez, *in comp. quæſtion. regular. reſolution.* 30. *per totam*, Barbnſa *de Officio Epiſcop. allegat.* 105. Comitnl. *quæſtion. Moral. lib.* 6. *quæſt.* 40. & Fillucius *quæſtion. moral. tomo ſecundo, tractatu vigeſimo-ſeptimo, capite* 3. *num.* 51. & Bnnacina *de cenſuris in ſpecie, diſputation* 2. *quæſt.* 3. *puncto* 34. *& diſputat.* 3. *quæſt.* 6. *puncto* 4. & idem Barboſ. *in collect. ad Concil. Trident. Seſſ. quinta, n.* 16.

Praxis autem cnntra hoſce tranſgreſſores noſtrarum conſtitutionum eſſet, vt acceptata denunciatione in ſancto nfficin, vel ad ſupremam Romanam Inquiſitinnem mittatur denunciatin, ab enque ſupremo Tribunali expectentur iuſſa ab Inquiſitoribus in partibus exequenda.

Vel ſi denunciatin commode Rnmam mitti non pnteſt, fieri debet ab Inquiſitnribus diligens perquiſitin ſcripturarum, & cnncionum in dnmn Inquiſiti, & teſtes ſuper cnntrauentione diligenter examinandi, quibus peractis, ſi de cnntrauentione conſtat, declarare debent Inquiſitnres, & Ordinarij reos incidiſſe in pœnas, & cenſuras comminatas in Cnnſtitutinnibus.

Occaſione tamen harum conſtitutinnum, ſæpius in praxi occurrit dubitare, num Conſtitutio Pauli V. & Greg. XV. in illis verbis, *nec de opinione affirmatiua aliquo modo agatur*, comprehendat etiam caſus, quibus de opininne affirmatiua indirectè pertractetur, vt verbi gratia, cum npinin negatiua probatur à Concionatore, argumento ducto ab incnnuenienti, in qua re licet npinin negatiua videatur fortaſſis ſuaderi ex en, quod verba intelligenda ſint in potentiori ſignificatu *l.* 1. *§. qui in perpetuum ff ſi ager. vectigal.*

Attamen, quod virtute memoratarum Bullarum, nec directè, nec indirectè poſſit de opinione affirmatiua

firmatiua tractari, probatur euidentèr ex formula verborum, aliquo mddo, quæ includunt omnem modum poſſibilem, maximè quando negatiuè, vt in caſu noſtro ponuntur, Card. Tuſch *Pract. conclu. tom. 2. litera D, Concluſ. 143 num. 2.* vbi alios allegat, & proprium eſt illorum verborum diminuere de proprio ſignificatu, ad ſaturitatem Tiraquell. *l. ſi vnquam*, verbo *omnia*, *num.* 14. verſ. *ſed & eam*, *gloſ. Cod. de reuoc. donationibus*, & propriè verificatur etiam in minimo, *gloſ. in clement. prima*, in verbo *aut earum parte*, *de foro compet.* cum allegatis per Bertazol. *de Clauſulis inſtrumentorum*, *Clauſula 26. gloſ. 12 num. 2.* & operantur propterea, vt in diſpoſitione ea veniant, quæ aliàs non venirent, Barboſ. Modernus, *de dictionibus, & clauſ. dictione 13. num. 2.* Igitur etiam modus de opinione affirmatiua tractandi indirectus prohibetur a Bullis memoratis.

Intelligenda tamen hæc ſunt de modo indirecto, ex quo ſequitur damnatio opinionis affirmatiuæ, ita vt ea excludatur à terminis opinionis, nam mens ſummorum Pontificum fuit opinionem affirmatiuam manere debere ſub terminis opinionis, donec aliter à Sancta Sede fuerit iudicatum.

Propterea concionatores qui de opinione affirmatiua ei detrahendo, etiam indirectè loquuntur arbitror incidere in pœnas memoratarum conſtitutionum, nec puto eſſe in facultate Inquiſitorum, & Ordinariorum, in eo caſu minuere dictas pœnas, cum ipſis per dictas conſtitutiones fuerit impoſita lex, in his tamen caſibus conſulo Inquiſitoribus quod referant cauſas horum reorum Eminentiſſimis Supremis Inquiſitoribus, qui ſemper in hiſce cauſis benignè reos tractare ſolent, & multum de rigore Bullarum diminuere.

§. XII.

De venerantibus homines mortuos ante illorum canonizationem. vel beatificationem.

37. QVoniam grauiter ab Inquiſitoribus puniendi ſunt, qui inconſulto Rom. Pontif. publicè defunctos nondum canonizatos vel beatificatos venerati audent, publicè eos inuocando, campanas in die eorum obitus pulſando, altaria erigendo, in litaniis eorum nomina ponendo, aut in Martyrologio, Imagines eorum cum diademate, vel miraculis pingendo, prout ita ſpeciali Conſtitutione cautum eſt a Sanctiſſimo D.N. Gregorio XV. lata in S. Officio Vniuerſalis Romanæ Inquiſitionis, ſub die 15. Martij 1625. quæ impreſſa habetur *poſt flores Directorij Bariola, fol. mihi* 482. & prius notatum fuerat a Zaneh. in *de heret. c. 22. num.* 8. quoniam redduntur ſuſpecti de auctoritate Summi Pontificis qui iuſtis de cauſis reſeruauit ſibi facultatem proponendi Sanctos Eccleſiæ colendos, ideo nonnulla de hac re, & decanonizatione Sanctorum dicenda ſunt, quæ multis per me additis excerpta ſunt ex quodam ſcripto, Doctiſſimi quondam Franciſci Pegnæ olim Sac. Rotæ Romanæ Decani, quod manuſcriptum habui ab Eminentiſſimo & Reuerendiſſimo Domino meo Cardinali Campor'o, quodque poſtea repereri impreſſum, apud Turrian. *in ſuis ſelectis, diſput. Theolog. part. 1. diſput.* 33. *poſt dub.* 5. ſit ergo in hac materia

38. Prima concluſio Numquam fuit mos in Eccleſia Catholica venerari homines mortuos, tamquam Sanctos, antequam publica auctoritate legitimorum Iudicum Eccleſiaſticorum eſſent recepti, & approbati, hoc probatur teſtimonio D. Aug. *to. 7. in breuiculo collationum cum Donatiſtis in collatione tertia diei, c.* 13. & Optati Mileuitani *l. 1. contra Donatiſtas.*

Legitimi autem Iudices erant Romæ Pontifices Romani, in prouinciis autem Epiſcopi, & Concilia prouincialia, & ob hanc cauſam, Romæ Clemens Papa I. Anther. & Fabianus ſalubriter conſtituerunt 7. Notarios, qui acta Martyrum inquirerent, vt ea poſſent Romani Pontifices perſcrutari, vt poſtea probanda probarent. Hæc colliguntur ex Sancto Auguſt. & Optato *locis allegat.* & ex Fabiano *epiſtola 1. ad Eccleſiæ comminiſtros*, latè addentes *ad concluſ. 262. Maſcardi ſub n.* 50. vbi allegant Cyprian. *epiſt. 57. lib. 1. & epiſt. 6. lib. 3.* 39.

Prætérea illud etiam omnino certum putamus probatos tantum publica auctoritate Eccleſ. Martyres, & Confeſſores fuiſſe in Catalogo Sanctorum, & in Martyrologia Eccleſiaſtica S. R. E. relatos vti probarunt Card. Baronius ad Martyrolog ſub die 4. Martij, & Ioan. Molanus in lib. de Martyrologiis, quidquid aſſuerit Card. Bellarm. *tom. 1. controu. lib. 1. de Sanctis, cap. 8. in fin.* circa hanc tamen rem videnda eſt reſponſio Eminentiſſ. D. Card. Bellar. de qua Turrian. *vbi ſupra*, verſ. *minus (inquit) probabile*, & pulcherrime, ac eruditè tradita per Molfeſ. *conſ. 46. n. 10 & ſeq. poſt ſecundum vol. ad conſuet. Neapol.* 40.

Secunda concluſio ſit. ſemper in Eccleſia Dei viguit hæc doctrina de præcauenda falſorum Sanctorum veneratione, pluraque Concilia de hac materia ſalubres leges tulerunt, & imprimis 41.

Concilium Carthaginenſe Primum, cap. 2. Concilium Laodicenum, cap. 9. & 34.

Concilium Gangrenſe, cap. 20. relatum à Grat. cap. *ſi quis per ſuperbiam* 30. diſtinctione.

Concilium Carthaginenſe quintum, cap. 14. relatum à Grat cap. *placuit* de Conſecratione, diſt. 1.

Concilium Bracharenſe, cap. 5. aliàs 6.

Concilium Moguntinum, cap. 51.

Concilium Lateranenſe ſub Innoc. III. relatum in cap. 2. *de reliq. & veneratione Sanctorum.*

Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. tit. de Innocatione, Veneratione, & Reliquiis Sanctorum.*

Tertia concluſio, in Confeſſoribus referendis in numerum Sanctorum, ſemper Eccleſia maiorem adhibuit diligentiam, quam in Martyribus, vt notant DD. communiter *in cap. 1. de reliq. & veneratione Sanctorum*, vbi Inno. *num.* 1 Hoſt *num.* 6 *in fin.* verſ *licet autem* Ioann. Andreas *num.* 4. *in fin.* verſicul. *licet autem vita*, Abb. & alij qui propterea concludunt Confeſſores non eſſe canonizandos, ob ſolam apparentem vitæ Sanctitatem, ſed præterea miracula per eorum interceſſionem facta probare oportere, latiſſimè addentes *ad concluſ. Maſcardi* 262. *ſub num.* 1. non ſic in canonizandis Martyribus in quibus non eſt neceſſaria probatio miraculorum, Flau. Cherub. *Schol. 2. ad conſt. 4.* Alex. III. *ſchol. 1. ad conſtitutionem* 2. Innoc. IV. vbi tamen, quod neceſſaria eſt probatio cauſæ propter quam martyrium paſſi ſunt, Roce. *de canoniz. Sanctorum. c.* 35. bene D. Hiero. *in Pſalm.* 115. ſuper illis verbis *Calicem ſalutaris* ait, *Grandis res eſt Martyrium, quamodo grandis Res? quoniam retribuit D. quod accepit a Domino, Chriſtus pro ipſo paſſus eſt & ipſe pro eius nomine patitur*, & ob id idem D. Hier. ſuper ſubſequentibus verbis Pſal. *Dirupiſti Domino*, ait, *quicumque Sanctus moritur ſua morte, licet ſit Sancta, qui miſericordias operatus ſit, fecerit ſigna, Dæmones vicerit non vadit ad Dominum ſecurus, horreſcit eius conſcientia, quando videt Dominum, Martyr autem,* 42.

&.

& ſi poſt Baptiſmum peccauerit, tamen ſecundo martyrij Baptiſmate abluens, ſecurus vadit ad Dominum.

43. Quarta concluſio, ſancta Eccleſia antequam Confeſſores canonizet præter vitæ ſanctitatem, & miracula, requirit etiam & exigit multiplicatas preces magnorum virorum pro canonizatione intercedentium, conſtantem famam de ſanctitate illius, continuationem miraculorum, & plura alia de quibus Canoniſtæ *locis cit.* & Iacob. Caſtell. *de canonizatione ſanctorum, quæſt.* 8. Caſſan. *in Catalogo Glor. mundi, p.* 3. *conſid.* 50. Maluetius *de canonizatione Sanctorum, dub* 4. & Pegna *in vita Sancti Didaci, lib.* 2. *c.* 2. *& in vita Sancti Raymundi. lib.* 3. *c.* 1.

44. Secunda concluſio quoniam veneratio hæc Sanctorum eſt vna de maioribus cauſis, ideo Papa canonizationem Sanctorum ſibi ſpecialiter reſeruauit, *c.* 1 *de reliq. & vener. Sanctorum*, vbi innoc. *num.* 2. Hoſt. *num.* 7. Io. Andr. *num.* 5. Caſtell. *de canonizatione Sanctorum q.* 3. & Maluet. *in ſimili tractatu. dubio* 2. Barboſ. *de Officio Epiſcop. alleg.* 50 *n.* 43. *tom.* 3. & Card. Tuſch. *Pract. concluſ. tom* 1. *littera C, concl.* 41. vide Maſcard. *de probat. tom.* 1. *concl.* 262. & taliter cauſa hæc eſt propria Summi Pontificis, vt nullo modo competat, neque legato ipſius de latere, etiam ex commiſſione ſpeciali ipſius Papæ, Caſtell *de canon. Sanctorum, q.* 3 *art.* 2. Modern. Barboſ. *cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanctorum. num* 6. *&* 7. quia Papa non poteſt delegare poteſtatem definiendi res fidei, quinimo, nec collegium Cardinalium, nec ipſum Concilium generale poſſunt Sanctos canonizare, Barboſ *ibid.* qui alios cumulat, *n.* 8.

45. Sexta concluſio, Epiſcopi in ſuis Diœceſibus non poſſunt inducere celebrationem feſti alicuius Sancti non canonizati per Papam; ita Gemin. *in c.* 1. *de reliq. & veneratione Sanctorum, num.* 12. vbi etiam Franc. *num.* 3 *lib.* 6. latè Sanch. *in ſumma, lib.* 2. *c.* 43. *num.* 9. *& ſeq.* qui plures cumulat.

46. Septima concluſio poſt canonizationem alicuius Sancti factam per Rom. Pontificem, Sanctus ille ab vniuerſali Eccleſia colitur, & inuocatur, feſtum de eo fit, & Officium diuinum ſolemniter in die obitus eiuſdem celebratur, eius imago pingitur cum diademate, &c. & plures alios honores conſequitur, de quibus Pegna, *lib.* 3. *c.* 41. *vita Diui Raymondi*, & Canoniſtæ *locis citatis*, ac Caſtell. *de canonizat. Sanctorum, quæſt.* 9.

47. Octaua concluſio, non licet alicui defuncto nondum canonizato preces ſolemnes, aut publicas fundere, aut eius reliquias venerari *cap.* 2. *de reliq. & ven. Sanctorum, & canon in cap.* 1. *eod. tit.* Hoſt. *n.* 11. & Abb. *n.* 3. latè Sanch. *loco ſuprà allegato.*

48. Nona concluſio, quamuis, nondum canonizati, non poſſint publicè, & ſolemniter coli, ac venerari, attamen in ſecreto licet fundere preces ei, quem, quis credit virum probum, & ſanctum, vt pro ipſo ad Dominum intercedat, *gloſ. in c.* 1. *de Reliq. & veneratione Sanctorum in* 6. in verbo *Sedis Apoſtolicæ*, & in verbo *dicimus enim*, Abb. *cap.* 1. *eod. tit. num.* 3. *notab.* 2. vbi id colligit à textu *cap.* 2. *eod. tit.* arguendo à contrario ſenſu, nam ibi prohibetur expreſsè publicus cultus, igitur priuatus videtur permiſſus, latè Bellarm. *lib.* 1. *de Sanctis cap.* 10. Azor. *Inſt. Moralium, part.* 1. *lib.* 9. *cap.* 8. *q.* 8. Sanch. qui alios cumulat *in ſumm. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 43. *n.* 4.

49. Hinc colligitur licitum eſſe, etiam aliis audientibus aliquem appellare Sanctum, licèt nondum ſit canonizatus, prout fecerunt D. Greg. Nazianzenus, in vita Diui Athanaſij, & D. Baſilij, Sanctus Hieron. in vita Sanctæ Paulæ, & Sanctus Bernardus, in vita Sancti Malachiæ, ita Bellarm. *dicto lib.* 1. *de Sanctis, cap.* 10. Sanch. *in ſumm. d. c.* 43. *n.* 5. latiſſimè Moiſeſ. videndus, *conſ.* 45. *n.* 22. *& ſeq. poſt ſecundum vol. Comm ad conſuetud. Neapol.*

An autem in Oratoriis priuatis pingi poſſit Imago alicuius defuncti, nondum canonizati cum radiis vel diademate, dic quod non, Sanchez *loco citato n.* 7. & hoc expreſsè deciſum reperitur à ſuprà citata conſtitutione, & decreto Gregor. XV. in principio, prout, & ab eadem conſtitutione prohibetur affixio tabellarum votiuarum ſepulcro alicuius defuncti, niſi modo declarato per eundem Grego. XV. die 30. Octobris, anni 1625. quod decretum impreſſum habetur apud Barboſ. *c.* 2. *de reliq. & vener. Sanctorum.*

An verò hæc conſtitutio habeat locum, vbi imago illius, ſic cum radiis picta, teneretur in angulo domus ſecreto, vel in proprio cubiculo? Dicerem ego quod ſic, ob verba ſupra memorati decreti ibi, *aliiſque locis publicis, ac etiam priuatis, cum laureolis aut radiis, ſeu ſplendoribus proponuntur*, & infrà, *Ne quorumuis hominum, &c. Imagines, aliáque prædicta, &c. in Oratoriis, aut locis publicis, ſeu priuatis apponantur* Quibus conſtitutionibus ſtantibus patet cauendum eſſe ab Andr. Moiſeſ. *d. conſ.* 45 *n.* 33. *& ſeq.* vbi voluit ad ſepulchra, & imagines non canonizatorum poſſe deferri Tabellas, ac alia dona receptarum gratiarum indicia. 50.

Decima concluſio, quæ dicta ſunt de canonizatione Sanctorum intelligenda ſunt etiam de beatificatione, quæ cum ſit quædam ſpecies veræ canonizationis à ſolo Pontifice Romano poteſt concedi, & ſicuti contra hoſce publice homines mortuos venerantes ante eorum canonizationem, vel beatificationem, poterant procedere Inquiſitores, vt teſtis eſt Zanch. *de hæret. cap.* 22. *n.* 8. & Pegna in eius ſcriptura ſuper hoc confectu impreſſa apud Torrian. *vbi ſuprà*, verſ. *poſtremò*, vbi quod tales poſſunt interrogari, quid ſentiant de Rom. Pontificis poteſtate. 51.

Ita nunc circa hoſce reos Iuriſdictio Inquiſitorum redditur euidentiſſima, ex conſtitutionibus *ſuprà* allegatis Greg. XV.

Plura de canonizatione, & beatificatione Sanctorum, vide apud Graff *in ſuis deciſ. Aureis, p.* 2. *lib.* 1 *cap.* 13. *num.* 35. *& ſequentibus*, Maſcard. *de probat. concluſ.* 62. vbi addentes, Zerol. *in praxi Epiſcop. p* 2. in verbo *canonizatio*, & Summiſtas in eodem verbo, Moiſeſ. *conſ.* 45. *&* 46. *poſt ſecundum vol. ad conſuet. Neapol.* vbi de probatione Miraculorum, de qualitate teſtium, & formatione proceſſus latiſſimè, & ad memoratas conſtitutiones Gregorij XV. videatur Peirin. *ad priuilegia Minimorum, tom.* 2. *ad conſtitutionem tertiam Leonis X.* 52.

§. XIII.

De fingente ſe miniſtrum Sancti Officij.

Fingens ſe miniſtrum S. Officij, cum non ſit, non ſemel ſolet in S. Officio puniri, vt autem pœna, qua tales mulctandi ſunt Iudicibus violatæ religionis innoteſcat, 52.

Notanda eſt doctrina Alexandr. *in addit. ad Bart. in l eos §. qui ſe pro milite, ff. ad l. Corneliam, de falſis.*

Quod ſcilicet, vel fingens ſe miniſtrum, ſe talem fingit, verbotenus, & tunc, cum hoc delictum ſonet in iactantiam meram, debet puniri pœna extraordinaria, iuxta dicta in tit. *de Sortilegis, §.* 19. *num.* 101.

Vel

Vel fingens ſe miniſtrum, fecit aliquos actus concernentes ſolos miniſtros, & tunc talis puniri debet pœna falſi, ad quod etiam faciunt tradita per Menoch. *de arbitr. Iud. Cent.4. caſu 318. n. 21. & ſeq.* Azeued. *ad Reg. Hiſpaniæ conſtitutiones tom. 1. lib 2. tit.11 l.9 in principio*, & alij allegati per Ximenez *in concord. totius Iuris, ad dictum §. qui ſe pro milite.*

De hac materia videndus eſt Ferdin. de Caſtro Palao *in 1.p.operis moral.tract.4.diſput.8.punct. 16. §.7.num. 4.* vbi dixit, quod qui ſe finxit miniſtrum S.Officij, vt ſe ab aliquo periculo liberaret, vtique mitius eſt puniendus, ſed ſi id egit vt alios terreret, & concuteret, vtique grauiſſimè puniendus eſt, in actu publico producendus, & ad triremes damnandus.

Poteſt etiam ad hoc allegari hiſtoria, quam refert Lud. à Paramo *de orig. S. Officij, lib. 2. tit. 2. cap.15.* de Sahabedra, qui fingens ſe Cardinalem, & Supremum Inquiſitorem introduxit Officium S.Inquiſitionis in Luſitania, quæ hiſtoria ſi vera eſt, verè dici debet admirabilis, vt vnicuique eam legenti facilè apparebit. Dixi, (ſi vera eſt,) quia de illius hiſtoriæ veritate multi dubitant, & eam impugnant omnes ferè iuriſconſulti Luſitani, & præcipuè Freitas *ad Rodericum, de confeſſ. ſollicit. q.21.n. 53. & pluribus ſequentibus.*

§. XIV.

De Iudice laico in cauſis hæreſis ſe ingerente.

54 VLtra ea, quæ dixi *in tit. 3. de Apoſtaſia*, & dicam *in tertia parte huius operis*, ſæpè contingit, quod Iudices laici capere faciunt hæreticos, eos interrogant, & contra eos proceſſus formant, & ob id S.Officium contra hos procedit, & meritò, nam vltra dicta *in locis allegatis*, Iudices incurrunt excommunicationem, cap. *vt Inquiſitionis. de hæreticis in 6. §. prohibemus*, hæc tamen excommunicatio non eſt reſeruata Papæ, vnde Bonac. *de Cenſuris in ſpecie, diſp.2. quæſt. 10. punct. 8.* ponit hanc cenſuram, inter non reſerv.

Huiuſmodi autem Iudices ſic ſe in crimine hæreſis ingerentes incurrunt aliam excommunicationem, de qua Iul. III. in Bulla ſua incip. *licet à diuerſis*, relata per Pegnam inter literas Apoſtolicas pro S.Officio *fol. mihi* 128. & hæc eſt cenſura reſeruata, vt patet in Bulla ibi, *Ita vt nemo vmquam in præmiſſis delinquens, niſi à nobis, &c.* & differentiam hane inter cenſuram latam in dicto cap. *prohibemus*, & latam in Bulla noſtra, notauit Scottia *in ſelect. Rom. Pontif. conſtitutiones, Theor.172.* verſ. *Porrò, quoad pœnas*, & de hac materia videantur Farin. *de hæreſi, q.186. num. 151.* & Sanctarell. *in ſimili tract. cap.40. dub.4. n.22.* Solummodò hoc loco notandum eſt Iudices laïcos de hoc crimine cognoſcentes, etiam incidenter, incurrere excommunicationes prædictas, ob verba dicti §. *prohibemus*, ibi, *quoque modo*, Ita Bonacina *dict. punct. 8. n. 6.* verſ. *Amplia etiam ſi*, & Sanctarell. *vbi ſuprà*, verſ. *& non ſolum illis interdicitur*, reliqua ad hanc materiam ſpectantia latè pertractantur *in 3.p. huius operis.*

§. XV.

De Teſtibus falſis, & eorum ſubornatoribus.

55 DE hac materia latè agam in 3.parte huius operis, ſolummodo hoc loco aliqua dicam de pœna horum teſtium, & imprimis quidem ad horum teſtium punitionem concurrere debent Epiſcopus, & Inquiſitor ſimul; ita Pegn. *3. part. comm. 122.* vbi refert conſtitutionem Leon. X. ex qua hoc ipſum colligitur.

Et ratio huiuſce rei eſt, quia licet teſtis depoſuerit coram Epiſcopo, attamen cum in cauſis hæreſis Epiſcopus ſit iudex, ſed ſimul cum Inquiſitore, maieſtas vtriuſque Iudicis dicitur læſa.

Secundò notandum, quod falſus teſtis dicitur, non ſolùm, qui falſum deponit, ſed etiam qui veritatem tacet, vt latè probauit Farin. qui alios cumulauit, *de hæreſi, q. 185. n. 42.*

Tertio loco, circa pœnas falſi teſtis, diſtinguendum eſt hoc modo.

Aut ſententia ex falſis teſtibus lata, fuit executa contra reum, vel non in primo caſu, ſi reus fuit ad mortem damnatus, etiam teſtes falſi debent ad mortem damnari, ſi verò fuit ad triremes damnatus, ſimiliter, & ipſi erunt ad triremes damnandi, ita Farin. *vbi ſuprà, n.51.* P. Zanardus, qui per plures annos fuit Conſultor noſtri S.Officij Cremonæ, *in ſumm. diuin. præcept. p. 1. rubr. de teſtibus in cauſis fidei, §. ſed notandum eſt primò.*

In ſecundo caſu, ſtylus S. Officij eſt non punire teſtem falſum pœna talionis, ſed alia extraordinaria, ſcilicet fuſtigationis, & triremium, Simanch. *de Cath. Inſt. tit.64. n.91.* Farin. *vbi ſuprà, n.39.* vbi de praxi ſupremi Tribunal.

In puniendis tamen hiſce falſis teſtibus, ad tria potiſſime Iudices animaduertere debent, videlicet, damnum illatum, vel tentatum, qualitatem perſonæ teſtificantis, & illius contra quam teſtatur, & cauſam falſi teſtimonij dicti, ita P. Zanardus, *vbi ſuprà, §. quartò nota*, vbi, quod mitius punitur falſum teſtificans, vel quia cum ſit ſimplex fuerit deceptus, vel ex aliqua vehementi paſſione, vt quum qui falſum deponit pecunia præſente fuit corruptus.

Quartò ſciendum eſt, quod licet teſtis deponens falſum ad defenſam, vel ſuper generalibus non videatur puniendus pœna triremium, attamen puniri debebit alia pœna graui, P.Maſſin. *in praxi S.Offic. p. 10. aſſert.4.* prout etiam graui pœna extraordinaria puniendum eſſe teſtem, qui verum dixit, ſed cum ſibi eſſet ignotum, falsò atteſtatur, Farin. *de Teſtibus, q.67. n.70.* Marius Giurba *conſ.64. n 29.*

Quintò notandum eſt iiſdem pœnis puniendos eſſe ſubornatores falſorum teſtium, imò etiam maioribus cum ſint in maiori culpa Bart. *l. non ſolùm, §. ſi mandato meo, ff. de iniuriis.* Bald. *l. presbyteri, num. 10. C. de Epiſcopis, & Cler.* Simanch. *dicto tit. 64. in fin.* Farin. *vbi ſupra, num.44.*

Sextò, & vltimo animaduertant Inquiſitores, ſententias contra falſos teſtes, & eorum ſubornatores ferendas eſſe in loco publico, vti notabiliter dixit Simanch. *dicto tit. 64. n.91. circa medium.*

§. XVI.

De quodam Conſ. Bertazzoli 73. in Criminalibus.

ET ex his omnibus patet non eſſe curandum de Bertazzol. *conſ.73. lib. 1. crim.* vbi voluit Inquiſitores non poſſe procedere contra ſubornantes teſtes falſos.

Quia in contrarium eſt veritas deciſa ex Bulla Leo X. ſub data diei 14. Decembr. 1518. inter literas Apoſtolicas pro S.Officio poſt Directorium, approbata communiter à DD. longa ſerie relatis à P.Diana, 56

p 4 reſolut. moralium, tract. 7. reſol. 16. verſ. *reſtat modò,* quibus addo ego Ferdinand à Caſtro Palao, *in ſuo oper. moral tom. 1. tract. 4. diſp. 8. punct. 15. § 6. n. 14.* & per longum vſum in S. Officio & eius Tribunalib. iam dici practicata, Farin. *de hæreſ. q. 188. n. 4.* vbi in ſpecie reprobat, Bertazz. *in alleg. conſ. 73.* & reſpondet omnibus eius rationibus.

57. Et vlterius eo loco obſeruat in caſu etiam ſuper quo ſcripſit Bertazz. *in alleg. conſ.* contrarium fuiſſe obſeruatum, nam ille ſubornator fuit in S. Officio tortus, & quoniam torturam ſuſtinuit abſolutus, vt in fine eiuſdem conſilij dixit idem Bertazzol. & *ibidem* P. Diana atteſtatur, quod in Tribunali Sancti

58. Officij Regni Siciliæ, quidam Regularis, qui erat falſus teſtis, & alios induxerat ad falſum teſtandum fuit damnatus ad triremes per decem annos, cum hoc etiam quod reus innocens duceretur in publico ſpectaculo cum honore, & ramo oliuæ in manu, ſubditque alias ſic fuiſſe obſeruatum in Inquiſitione Conquenſi, & in noſtra Inquiſitione Cremonæ ſimilis teſtis falſus anno elapſo fuit damnatus ad triremes quinquennales.

59. Occaſione iſtorum falſorum teſtium aliquid dicendum eſſet de eo teſte, qui in S. Officio in prima eius depoſitione vnum dicit, & in ſecunda aliud, ſed quia quæſtio hæc propriè pertinet ad materiam de teſtibus, ideò de hac re agendum nobis erit in tertia parte huius operis, hic ſolummodo eſt adnotanda deciſio Sanctæ Inquiſitionis Ciuitatis Conquenſis, de qua Cantera *ſuarum quæſt. crim p. 2. q. 12. de Reo, n. 5.* verſ. *Et idem dicerem* vbi dixit quod ex

60. ordine illius Inquiſitionis quidam teſtis, qui ſic variauerat fuit punitus, vt actu publico fidei ſtaret cum quadam mordaca, & vt ducentum flagellis cæderetur.

§. XVII.

De teſte in Sancto Officio reuelante ſuam depoſitionem.

61. BReuiter dicendum teſtem cui in S. Officio ſolet ſub pœnis arbitrariis iniungi ſilentium, ſi ſuam depoſitionem reuelet, poſſe in hoc Tribunali puniri arbitrio iudicantium, inſpectis ſingulis circunſtantiis facti, Simanch. *de Cath. Inſtit. tit 63. n. 83.* vbi quod poſſunt huiuſmodi teſtes damnari in pœnam pecuniariam, exilij. fuſtium, & etiam triremium, ſi id facti qualitas depoſuit, videatur de hac materia Abb. cap. *Fraternitatis n. 21. de teſtibus,* Farin. *de teſtibus, q. 67. n. 29.* qui alios allegat.

§. XVIII.

De vtente verbis Sacræ Scripturæ ad iocum, & res turpes.

62. IAm vidimus *in tit. de Blaſphemis, num. 36.* quod trahentes verba Sacræ Scripturæ ad iocum ſubduntur Iuriſdictioni huiuſce Sancti Officij, nunc idem aſſeuerans, addo de ordine Supremi Tribunalis Sanctæ Inquiſitionis de Vrbe, quendam profeſſum cuiuſdam approbatæ Religionis, quod res turpes, & ſcandaloſas Hymno, *Iam lucis orto ſydere,* immiſcuiſſet, fuiſſe in palatio S. Officij fuſtigatum, voce actiuá, & paſſiua, per decennium priuatum, ita quod per triennium ſingulis ſextis feriis ieiunaret, vti teſtis eſt Locat. *poſt Iudiciale Inquiſit. in caſibus Romæ deciſ. caſu 1. folio mihi 417.*

§. XXI.

De reuelationibus mulierum.

QVo ad mulieres, quæ ſe reuelationes à Deo, Sanctis, & Angelis habere profitentur, hæ ſi in reuelationibus ſuis, nihil habeant ſuperſtitioſi, erronei, temerarij, & hæretici, ſubduntur iudicio Ordinariorum, vt paſſim practicari in Curiis Eccleſiaſticis videmus: vbi verò occaſione reuelationum aliquid credunt, vel docent hæretici, ſapientis hæreſim, temerarij, ſcandaloſi, erronei, & blaſphemi, tunc ſine dubio tales mulieres ſubduntur iuriſdictioni Inquiſitorum, prout ita in facti contingentia, in Peruenſi Regno accidiſſe teſtis eſt Martinus Del-rius, *diſquiſit. magicarum lib. 4. quæſt. 3. ſect. 3. de reuelationibus mulierum non ſanctarum, folio mihi 594. in impreſſis Venetiis anno* 1616. qui omnino videatur. 63.

Diana poſt primam huiuſce operis impreſſionem viſus *reſol. moral. p 4. tract. 8. reſol.* 125. vbi pariter concludit poſſe Inquiſitores huiuſmodi reuelationes mulierum examinare, & ad hoc allegat Simanch. *Cath. Inſtit. tit.* 21. *n.* 25. *&* 29. Emanuel de Valle de Moura, *in Opuſculo ſecundo, de Incant. & Enſal ſect. 2. c. 3. n. 19.* & Raphaël. de la Torre *in 2. 2. D. Thoma, tom. 2. q. 95. art. 2. diſp. 3.*

Interim verò locorum ordinarij, mulieres has, & earum reuelationes, & viſiones examinantes ſemper præ oculis habeant Ioan. Gerſon. Cancellarium Pariſienſem *in ſuo perutili tractatu de probat. ſpirituum per totum.* qui impreſſus habetur *in Malleo Maleficarum. tom. 2 part. 2. fol. 71.* vbi inter alia monet Ordinarios, in *§. Hoc præcipuè conſiderare neceſſe eſt in fin. Tractatus,* vt diligentiſſimè animaduertant, qualiter hæ mulieres cum ſuis Confeſſariis conuerſentur, quod monitum ab eo tranſcripſit Delrius *vbi ſuprà, in fin. illius ſectionis,* vbi addit dignum eſſe quod ſcribatur aureis litteris.

§ II.

De portante arma Infidelibus.

CErtum eſt deferentes arma ad inimicos Chriſtiani nominis, & hæreticos declararos excommunicat excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini in 7. Canone, vbi videndi erunt Duard. Alterius, Souſa, Suar. Bonacina, *de cenſ. in ſpecie, diſp. 1. q. 8.* Nald. *in ſumm* verbo *Bulla Cœnæ, num. 35. & ſeq.* Scort. *in ſelectas Roman. Pontif conſtitutiones epitom. 166. Theorem. 416. per totum,* qui alios allegant. 64.

Difficultas eſt an hi vti hæreticorum fautores ſint de foro Inquiſitorum, in qua te dico, quod ſic, ita Bobadill. *in ſua Politica, tom. 1. lib. 1. cap. 17 n. 69. Caſo 35. es contra los que lleuan armas, dineros, ò cauallos ò otros pertrechos de guerra a los enemigos de la fee, ò tienen con ellos trato y confederacion en tiempo de guerra como quiera que eſte delito concerne à toda la Chriſtiandad y à los que le cometen eſtan eſcomulgados por ſolo hecho, y aſſi entiende que en los Reynos de Aragon procede el S. Officio de la Inquiſicion contra los tales,* ſed meliùs reos, iſtos eſſe de foro Inquiſitorum, & ab ipſis puniendos etiam probanit Inquiſitor Cantera, *in ſuis quæſt. comm. in 4. parte* concernente punitionem delictorum, *cap. 1. de hæret n. 67. & 68.* vbi etiam *in fin.* atteſtatur ita fuiſſe iudicatum in Inquiſitione Murciæ, & approbatam fuiſſe hanc eandem opinionem à Supremo Conſilio Inquiſitionis Hiſpaniæ, verè enim delictum hoc tendit 65.

reodit in detrimentum Status totius Religonis Chri-
ſtianæ, & vix huiuſce criminis Rei excuſari poſ-
ſunt ab eo, quod dicantur fauere infidelibus, Apo-
ſtatis, & hæreticis, ac proinde ſumma cum ratione,
vt conſiderauit Canera *vbi ſupra*, huiuſce criminis
66 rei ſubduntur foro & Iudicio Inquiſitorum, bene
etiam Ferd. de Caſtro Palao, *in ſuo opere moral. tra-
ctatu 4. diſp 8 punct.* 16 §. 10. vbi ait, quod Inquiſi-
tores Hiſpani indiſtinctè procedunt in hoc crimi-
ne, & atteſtatur quemdam Religioſum fuiſſe à ſan-
cto Officio ob huiuſce criminis ſuſpicionem à
Supremo Hiſpaniarum Inquiſitionis Concilio in
aureis 600. vna cum ſuſpenſione à diuinis, & annua
reclusione in eius conuentu, addit vlterius, quod ho-
die huiuſce criminis rei non abiurant, cum tamen
antea abiurarent de leui.

67. Verùm circa hæc vltima verba Caſtri Palai, ego
animaduertendum puto diligenter ad duo videlicet
ad perſonam, quæ huiuſce criminis rea dicitur, &
ad cauſam tranſportationis dictorum armorum ad
infideles.

68. Si enim perſona, vel aliàs de hæreſi ſit ſuſpecta,
vel de genere Maurorum, & Turcarum ſine diffi-
cultate ex dicta tranſportatione orietur ſuſpicio
fautoria, qua probata eo modo, quod ex dicta fau-
toria orietur ſuſpicio hæreſis, erit per abiurationem
tollenda, quod idem dicendum eſt ſi appareret cau-
ſam dictæ tranſmiſſionis fuiſſe odium Catholicæ
Religionis, quod ſi è contra reus qui huiuſce cri-
minis arguitur ſit mercator aliàs de fide non ſuſpe-
ctus, & appareat eum non fuiſſe motum niſi lucri &
negotiationis gratia, in hoc caſu arbitrarer ceſſare
omnem ſuſpicionem fautoriæ, & hæreſis, & ſic in
effectu fuit ſenſus P. Dianæ *reſol moral. p. 4. tract. 7.
reſol.* 19. verſ. *non deſinam tamen*, ſed de tota hac ma-
teria videatur doctiſſ. Azeued. *ad leges noua recompi-
lationis, lib.* 8. *tit.* 2. *de los Iudios, y Moros, l.* 10. *per tot.*
qui rem hanc optimè declarat.

§. XXI.

De frangente carceres S. Officij.

DE materia fugientis, è carcere tam ſibi aſſig-
nato ad cuſtodiam quàm ad pœnitentiam, ali-
qua *ſuprà* diximus, nunc eadem latius ſunt explican-
da, & aliqua vlterius addenda de frangente carceres
S. Officij.

69. Ad hanc igitur materiam videndi ſunt Zanch. vbi
Campeg. *de hæreticis*, Souſa *in Aphor. Inq. lib.* 2. *cap.*
26. *num* 32 & 37. Paramus *lib.* 3. *de Orig. S. Inquiſitio-
nis*, *q.* 4. *num* 72. *& ſeq.* Seſſe *deciſ.* 471. *num.* 6. *tom.* 4.
cum aliis allegatis per nos, *tit.* 1. §. .. .. *num.* .. *& ſeq.*
& P. Dianam *reſolut. moral. tom.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 15.
Ego ex dictis iſtorum, & aliorum DD. colligo in-
fra ſcriptas concluſiones.

70. Prima concluſio eſt fugientes fracto carcere ha-
bentur in Iure pro confeſſis de criminibus ob quæ
detinebantur, & abſentes in eorum pœnas condem-
nantur. Ita dicunt omnes ferè DD. qui de hac mate-
ria tractarunt, Godofred. Abauo *in praxi*, *& Theo-
rica crim.* §. *fuga carceribus effractis*, *num.* 2. *& ſeq.*
& in praxi reatuum *q.* 13. *& ſeq.* Gram. *voto crim.* 37.
num. 1. Viu. *lib.* 1. *comm. opinionum opin.* 119. *& ſequent.*
Clarus § *fin. quæſt.* 12. verſ. *Tertio autem modo*, Por-
tules *ad repertorium Molini ſuper ritibus*, *& obſer-
uantiis Regni Arragonum* in verbo *Fractor*, *num.* 8.
& ſequentib. parte 2. vbi id ampliat, vt procedat
etiam in carceratis qui cœperunt frangere carceres,
ſed non potuerunt aufugere, ſed hoc ego non credo

verum, & ita ſecundum dicta in hac concluſione
practicauit Curia Cremonenſis, ſub Illuſtriſſimo, 71.
& religioſiſſimo viro nunquam ſatis laudato D.
Conſaluo de Salamancha Prætore, me illius Pro-
iudice exiſtente, nam omnes carcerati qui aufuge-
runt fracto carcere dicto *le communi*, fuerunt de an-
no 1636. damnati in contumaciam in pœnas illorum
delictorum ordinarias, ob quem fuerant carcerati, ex
obſeruantia huiuſce Status Mediolani, de qua Clarus
loco cit.

Et quamvis contra hanc concluſionem ſenſerit
ex parte Fernandez de Otero, *diuerſ. q. Iuris part.* 54
q. 119. verſ. *Ego verò indiſtinctè*, attamen à concluſio-
ne per nos firmata non eſt vllo modo in iudicando
diſcedendum, vt dixit Godofred. Abauo *in praxi
crim. loco alleg. n.* 7. verſ. *Atque ab hac ſententia.*

Secunda concluſio, in noſtro Tribunali S. Offi- 72.
cij, hæreticus ob hæreſim carceribus mancipatus, ſi
fractis carceribus aufugiat, abſens non ſtatim, vt
hæreticus condemnandus eſt, niſi de hæreſi eſſet
in proceſſu conuictus, ſed citatur, & vbi non
compareat, excommunicatur, & per annum inſor-
deſcens hæreticus declaratur, & eius ſtatua de mo-
re comburitur, hanc concluſionem probat Souſa
in Aphoriſm. Inquiſit. lib. 2. *cap.* 26. *num* 37. qui alios
allegat, ſed eam etiam mirificè declarauit Paulus
Garzia in ſuo tractatu, Hiſpana lingua conſcri-
pto, *Orden de proceſſar en el S. Officio*, ex ordine
Supremi Concilij Sanct. Inquiſitionis Hiſpaniarum
impreſſi fol. 63. his verbis, *Haſe de aduertir que
à los reconciliados, ò penitenciados con abiuracion
de vehementi que eſtando recluſos quebrantan ſus
penitencias y ſe auſentan, no auiendo contra ellos
otra informacion ſaluo de la fuga, ſe les deuen hazer
ſus proceſſos conforme al Capitulo con contumacia
de hæret. in* 6. *porque la ſoſpecha que reſulta de la
fuga junto con la de hauerſe dejado eſtar eſcomul-
gados mas tiempo de vn año hazen entera prouança
para poderlo declarar por hereges relapſos, y relaxar
ſus eſtatuas al brazo ſeglar, pero hauiendo informacion
por laqual eſtan conuencidos de auer cometido nue-
uos delitos de heregia, y auſentadoſe ſe les podran
hazer los proceſſos en la via Ordinaria conforme al
ſegundo modo que diſpone la inſtrucion de Seuilla* 19.
del ano 1484. *Mas eſto no ſe deue hazer con ſola la
informacion de la fuga como algunos los han acoſtum-
brado porque aquella no baſta para condenarlos por
relapſos como ſe determino en el Conſejo en eſta cauſa
que auiendoſe procedido en auſencia con ſola la in-
formacion de la fuga contra cierta perſona reconci-
liada auſente, y relaxadola en ſtatua al brazo ſeglar
como relapſa ſe reuoco la ſentencia per no eſtar con-
uencida de nueuos delitos, y ſe mandaron reſtituir y re-
ſtituyeron los bienes que por ella ſe le auian cõfiſcado.*

Et quamvis Garzia videatur loqui de eo qui au-
fugit è carcere ſibi aſſignato ad adimplendas pœ-
nitentias, attamen eadem eſt ratio de aufugiente ab
eo carcere ac de aufugiente è carcere ſibi dato ad
cuſtodiam, quoad effectum declarandi fugientem
relapſum in primo caſu, & hæreticorum in ſecun-
do, Idem docuit aliis allegatis Pater Diana *dicta* 73.
reſol. 15. verſ. *Notandum eſt etiam*, Ratio huius con-
cluſionis deducitur ex benignitate huiuſce Tribu-
nalis, quod non ſtatim præſumit fugientem Hære-
ticum formalem, cum poſſit eſſe quod aufugerit,
vel tædio carceris, vel metu carceris, vel ex ſimili-
bus cauſis, ita Ludouicus à Paramo *loco infrà al-
legando*, & ſecundum ea quæ in hac concluſione di-
ximus intelligenda ſunt ea quæ *ſuprà* dixi in hac
materia *tit.* 2. §. 4. *num.* 21.

Tertia concluſio, cum fugientes è carceribus eis fractis iterum à Miniſtris capiuntur, tunc ratione fracturæ, & fugæ ſolent regulariter puniri tribus ictibus funis in Dominio Mediolani, prout etiam eodem modo ſolent puniri ſi carceres frangere tentauerint, ita Clar. *loco ſuprà citato*, vbi atteſtatur de obſeruantia noſtri Senatus, ſi tamen ſponte aufugientes redierint, arbitror eſſe poſſe locum benignitati Ius dicentium, & hos ſic aufugientes in poteſtate Iuſtitiæ reuerſos puniri poſſe pœna extraordinaria dixit Ferd. de Otero *vbi ſup.* Canter. *in ſuis q crim.p.4.c.9.de furtis num.*37. vbi quod viles perſonæ flagellantur, Farin. *quaſt.* 30. *num.* 8. *& ſeq.* Souſa *loco alleg.num.*32.

75. Quarta concluſio. In hoc S. Officio huiuſmodi carcerum effractores, ſi perſonæ ſint viles, fuſtigantur; ſi nobiles, duriùs cuſtodiuntur, Ita Cantera *loco alleg. proximè*, verſ. *In S. Officio Inquiſitionis*, Souſa *vbi ſuprà* Ludou. à Paramo *de origine S. Inquiſitionis lib.* 3. *quaſt.*4. *num.*72.*&* 73. Ioſeph Seſſe *deciſ.* 471.*num.*6.*part.*4.addit vlteriùs Cantera, quod in hoc caſu ipſe crederet etiam nobiles perſonas eſſe ſaltem in carcere flagellandas, & quod ipſe vidit Clericum flagellari publicè per vias, licèt honeſtius ſit quod hoc fiat in carcere P. Maſſin. *in praxi S. Officij.part.*9. *aſſert.*15.

76. Concluſio, an quæ dicta ſunt in præcedentibus concluſionibus habeant locum ſtante Bulla Pij V. *Si de protegendis*, quæſtio eſt remittenda potius Eminentiſſ. DD. Cardinalibus Supremis Inquiſitoribus, quam à me nunc decidenda.

Quod enim fracto carcere fugiens è carceribus pœna dictæ conſtitutionis teneatur, videtur tenere Farin. *de hareſi,quaſt.* 193 §. 2. *num.* 138. verſ. *Et rurſus vide Bullam Pij V.* vbi ait, quod non erit abſurdum dicere talem fugientem fracto carcere ligari conſtitutione prædicta.

Ad idem facit Inſignis Doctrina Boſij. *in tit. de de captura*, *n.* 17. *& ſeq.* vbi voluit conſtitutionem noſtram Mediolani, *ſub titulo de pœnis § prohibitum eſt omnibus*, quæ certam pœnam imponit impedienti executionem in quacunque cauſa criminali, comprehendere, non ſolum eximentem carceratum de manibus iuſtitiæ, ſed etiam ipſummet carceratum ſe ipſum eximentem, & *ibi* latius hoc probat, additque ita iudicaſſe Senatum Mediolani, dum in hac noſtra Ciuitate Cremonæ ſederet.

In contrarium verò facit, quod verè verba Bullæ prædictæ non videntur poſſe accommodari huic caſui, quòd multò grauior eſt caſus eximentis alium è manibus Iuſtitiæ quam eximentis ſe ipſum, cum vnicuique licitum ſit ſuum ſanguinem redimere, *l. prima,de his qui ſibi mortem*, &c. §. Quod ſimilis bulla Sixti V. contra reſiſtentes Iuſtitiæ numquam fuit in vrbe Romana in praxi reducta ab illius Iudicibus in eximente ſe à manibus Iuſtitiæ vt notat ipſemet Farin. *de carcer. & carcerat.quaſt.*33.*n.* 23. verſ. *Sed quidquid ſit de mero iure.*

Quidquid tandem DD. qui de materiis ad S. Officium ſpectantibus ſcripſerint poſt Bullam prædictam de qua etiam pluries in tract. mentionem fecerunt, nullus (quod viderim) eius rigorem applicat frangenti carceres S. Officij, vt inde aufugiat, in hoc igitur caſu Inquiſitoris partes erunt Supremum Tribunal conſulere, & ab eo congruum reſponſum expectare.

77. Concluſio. Fugiens fractis carceribus, & ſtatim ſe ſe præſentans Iudicibus ſupremis ſeu ſupremo Tribunali nulla pœna eſt, mea ſententia afficiendus, bene Franciſcus de Auiles *in ſuis Comm.ad cap. ſeu legos Pretorum,c.*18.*in gloſſ.* Carcell.*n.*50. vbi plures DD. allegat & bene concluſionem firmat, quia qui vadit ad ſuperiores non dicitur frangere carceres, Iacob. à Sancto Gregorio *in l.*1.*n.*9. *Cod. de ſeruis fugitiuis*, latiſſimè alios cumulans Marius Giurba *conſ. deciſiuo* 69.*n.*19. eandem concluſionem cum Franciſco Auiles tenet Fernandez de Otero, *dicta q.* 19. *num fin.* qui allegat Griland. *in tract. de haret. & ſortileg. tit. de fuga carcerat.n.*10. quando autem dicatur illicò ad ſuperiores Iudices confugiſſe declarat idem Franciſcus Auiles *vbi ſup. in fin* verſ. *Sed ego teneo*, vbi ait totum hoc remiſſum eſſe prudenti arbitrio Iudicis.

Ad finem huius quæſtionis videndum eſt de vna quæſtione, quæ aliquando in facto poteſt contingere, & talis eſt, ponamus quod Epiſcopus non habeat tutos carceres, & roget Inquiſitorem vt quendam reum grauiſſimi criminis in ſuis carceribus recipiat, Inquiſitor roganti Epiſcopo annuit (quamuis hoc vel nunquam, vel rariſſimè agere debeat) carceratus frangit carceres S. Officij, & vult aufugere, verùm non poteſt, quæritur, quis ſit Iudex competens ad puniendum hunc carceratum ob fracturam carcerum S. Officij, & videtur dicendum Epiſcopum ſolùm eſſe Iudicem competentem huiuſce carcerati, quia licet eſſet in carceribus S. Officij, attamen erat carceratus Epiſcopi, igitur per fracturam, & tentatam fugam dicti carcerati Iuriſdictio Epiſcopi fuit læſa, igitur etiam ipſe ſolus erit Iudex competens. 78.

Ego dicerem Inquiſitorem poſſe hunc carceratum punire, quia carceres ſunt S. Officij, & delictum fractionis carcerum eſt ſpeciale delictum ſpeciali pœna punibile.

Neque obſtat ſi dicatur, quod iſte non fregit carceres vt S. Officij, quia ſi hoc egiſſet, ſub illa redoplicatione, vt ſunt carceres S. Officij, tunc talis reus eſſet ſubiectus pœnis conſt. Pij V. *Si de protegendis*, & eſſet de hæreſi ſuſpectus, quia in odium S. Officij id egiſſet, præterquam quod illa diſtinctio videtur metaphyſica, nam qualitas illa, quod ſint carceres S. Officij eſt inſeparabilis ab illis carceribus pro illo tunc, vt in ſimili de offendente Officialem S. Officij ex odio priuato dixit Seſſe *de inhibit.pat. Reg. Arag.cap.*20.§.1 *n.*194.

Hanc concluſionem noſtram confirmare videtur doctrina Capibl. *de Baron. Regni Prag.* 8. §.1. *n.*225. vbi ait, quod ſubditus Baronis carceratus in Regia audientia ob carcerum violationem efficitur de foro Regiæ audientiæ, nec in hoc caſu remittitur ad Baronem, niſi cum delictum, pro quo Baro petit remiſſionem, maiorem pœnam quam violatio carceris mereatur, & ſic cum clauſula, quod reſtituatur ad Carceres Regiæ audientiæ, vbi remaneat locus pœnæ ob violationem carceris, quidquid in caſu ſuo prætenderet Eliſeus Danza *in ſuo tractat. de pugna doctorum, titul. de carcererio, & carceribus,n.*14. *& ſeq.*

Et in praxi in hoc noſtro Dom. Mediol. Curia Cremonæ ſemper damnauit ſubditos Feudatariorum detentos in carceribus prætoriis, nomine Feudatarij, ſi carceres frangant relicto iure Feudatariis eos puniendi pro delicto pro quo erant carcerati, ita enim accidit ſub Prætura Illuſtriſſimi Domini Salamancæ qui de anno milleſimo ſexenteſimo trigeſimo ſexto, dum eram L. T. Aduocati Fiſcalis huius Ciuitatis Cremonæ condemnauit ob fractionem carceris, & fugam Baptiſtinum de Allodis, & Ludouic. de Valentinis, qui tunc in carceribus prætoriis detinebantur nomine Prætoria Caſtelletti Pouzonum ſub die decima quinta Februarij.

Et

Et mihi accidit etiam alius caſus, nam cum quidam miles Hiſpanus nomine Franciſcus Caſalis fuiſſet carceratus in Caſtro S. Crucis, huius Ciuitatis, (cuius ego ſum Auditor) de ordine D. Gubernatoris armorum in hac noſtra ditione Cremonenſi, iſque fracto carcere dicti Caſtri aufugiſſet, & poſtea captus fuiſſet, & iterum in eodem Caſtro carceratus, dixi iuriſdictionem meam eſſe, non autem L. T. Auditoris Generalis Exercitus, qui etiam acquieuit. Et ſic ego de eo feci relationem Excellentiſſ. Gubernatori huiuſce Status, à quo ex huius ordine fuit ad triremes tranſmiſſus.

80. Et quamvis Caſtellani regulariter non habeant Iuriſdict. cum tantummodo deputentur ad cuſtodiam Caſtri, vt ſupponit Franc. *deciſ. 458. in principio*, & per conſequens nec eam habeant eorum Auditores.

Attamen ex priuilegio Regis ac D. N. Caſtellanus Arcis S. Crucis Ciuit. Crem. & eius Auditor habent Iuriſd. Crim. & ciuilem priuatiuè quoad quoſcumque milites Caſtri, & omnes inſeruientes dicto Caſtro, & ego cognoui cauſas criminales ſanguinis dictorum militum etiam extra Caſtrum ipſum delinquentium, & de ſimili Priuil. Caſtellani arcis Iouis Mediol. mentionem facit Berſ. *de foro compet. n. 4.* & idem de tribus aliis Caſtellanis Ciuit. Neap. dixit Taſſon *ad prag. de antefato*, verſ. 3. *obſeru. 3. n. 373.* & Ioan. Baptiſta *de Thoro in addit. ad Regent. de Ponte de poteſt. Proregis, tit. 7. §. 7. num. 21.* & generaliter de Caſtel. à S. M. creatis videatur Carolus Tapia *deciſ. 13. Sup. Conſ. Italia num. 4. & ſeq.* In qua deciſione latiſſimè agitur de cauſa Caſtellani Manfredoniæ qui eius Caſtro vi à Turcis obſeſſo, eiuſque muris pluries tormentis bellicis percuſſis, ac capta ex improuiſo Ciuitate ad Caſtri deditionem deuenit.

§. XXII.

De carcerato in Sancto Officio ſeipſum occidere tentanti.

82. QVia caſus hic accidit in S. Officio noſtro iam ſupra annos 60. vt ex votis Dom. Amidani Voto 3. *vol.* 2. Ideo operæ pretium hoc loco breuiter aliqua de hac re dicere.

Clarum eſt quod nullus eſt Dominus membrorum ſuorum, ob idque nemini licet ſe ipſum occidere, nec vulnerare, ita Balth. Gomez *de poteſt. hominis in ſeipſum lib. 1. c. 1. & c. 5. per tot.* vbi latiſſimè materiam hanc pertractat, bene etiam Farinac. qui alios cumulat *de homicidio, q. 128. per totam*, quia tamen occiſio, vel vulneratio ſui ipſius in carcerato poteſt prouenire, vel ex conſcientia criminis ob quod in carcerem coniectus eſt, vel tædio vitæ, & doloris impatientia.

83. Ideò ſi ex prima cauſa contingat occiſio, vel vulneratio in carcerato, & quidem ſi carceratus remanſit occiſus, eius bona fiſco applicantur, vt latiſſimè probauit Farin. *vbi ſup. n. 47. & ſeq.* Gomez *vbi ſup. c. 23. n. 26.* vbi quod vt hæc pœna habeat locum requiritur de neceſſitate quod delictum ob quod, qui ſe occidit in carcere, ſit à iure punitum confiſcatione bonorum, bene etiam Cantera *in ſuis q. crim. p. 4. tit. de homicid. n. 54.* verſ. *Primo caſu*, vbi addit, quod vlterius requiritur, vt confiſcatio habeat locum, quod delictum ſit ſaltem ſemiplenè probatum vnà cum occiſione.

Si verò carceratus ex conſcientia criminis ſeipſum tantùm vulnerauit tunc puniendum eſſe, ſed pœna extraordinaria, non autem mortis, ſaltem ex generali conſuetudine dixit Farin. *vbi ſup. num. 35. & ſeq.* & Gomez *ibid. c. 21. n. 1. & ſeq.* vbi bene omnino in hac materia plures caſus diſtinguit.

84. Si verò carceratus, ſe ipſum occidit, vel vulnerauit animo occidendi tædio vitæ, vel doloris impatientia, vel etiam ex impatientia carceris, tunc talis non ponitur, ita expreſsè dicit text. *l. fin. § Si quis autem, ff. de bonis eorum qui ſibi mortem, &c.* ibi, *niſi tadio vita, vel impatientia alicuius doloris coactus eſt hoc facere*, vbi Gothofred. *in ſuis votis* plura exempla refert eorum qui ex huiuſmodi tædio vitæ, vel doloris impatientia, vel alio modo ſibi mortem conſciuerunt, ita Farin. *loco citat. num. 39.* Clar. *in praxi, § fin. quaſt. 68.* verſ. *ſeipſum occidens* ibi, *caterum ſi quis tadio vita.*

85. Si verò dubium eſt an ſe occiderit, vel vulnerauerit ex conſcientia criminis, vel tædio vitæ, Canter. *loco vbi ſuprà alleg.* bene diſtinguit, quod ſi Carceratus ſe occidit poſtquam contra eum in Iudicio facta eſt ſemiplena probatio delicti, & ipſe ſcit ſe in carcerem coniectum ob illud delictum, certè præſumitur ſe occidiſſe ad fauorem fiſci ex conſcientia criminis, aliàs ſecus.

86. Modò certum eſt, quod hæreticæ prauitatis Inquiſitores ſunt Iudices competentes aduerſus hoſce carceratos in S. Officio ſeipſos occidentes, vel animo occidendi vulnerantes cum id faciunt ex conſcientia patrati criminis ad ſanctum Officium ſpectantis.

87. Sed ſi tædio tantùm vitæ id egiſſent, arbitratur D. Amidanus cognitionem huiuſce delicti ſpectare ad Iudices ordinarios dicti carcerati. Ego dicerem poſſe ſpectare ad Inquiſitores, quia tunc carceratus eſt in carceribus S. Officij, & ſubditus Inquiſitori quoad delictum pro quo reperitur carceratus; attamen in hac re me remitto deciſioni Supremi Tribunalis quod in hoc, & ſimilibus caſibus ſemper ab Inquiſitoribus erit conſulendum.

§. XXIII.

De Sacerdote reuelante Confeſſionem.

88. COnfeſſarios teneri ad ſigillum ſecreti eorum quæ habuit in Confeſſione indubitatum eſt apud omnes, ſicuti etiam pari modo clarum eſt hoc ſigillum eſſe de iure naturali, diuino, & humano, vt probant Becc. *de Sacrament. cap 39. num. 2.* & latius Suares *tom. 4. in 3. part. diſputatione 38. ſection. 1. per tot.* Coninch. *de Sacrament. tom. 2. diſputat. 9. dub. 1.* Gaſpar Hurtado *de Sacrament. tom. 1. de pœn. diſputat. 12. diff. 1.* Nugnus *in 3. part. quaſt. 81. artic. 1. dub. 1.* P. Faber olim in Patauino Gymnaſio præceptor meus amantiſſimus *de pœn. diſputat. 34.* & Petigian. *in 4. ſentent. tomo ſecundo, diſtinct. 21. quaſt. 2. artic. 1.* qui alios allegant, bene Godofr. Abauo *in ſua praxi reatuum quaſt. 6. num. 17. & ſeq.* vbi ait, quod Sacerdos potius debet mori millies, quam peccata pœnitentis reuelare, *& num. 22.* refert caſum cuiuſdam Fratris Franciſcani, qui audito in confeſſione cuiuſdam Pœnitentis, quod ipſe machinatus erat in mortem Franciſci I. Regis Franciæ, eo Sacramentaliter abſoluto, ſtatim Regem adiit & ei auditum in confeſſione facinus reuelauit, quo audito Rex pœnitentem coram Parlamento Pariſienſi ſiſti iubet, & lite contra eum agitata tandem morte mulctatus remanſit, certè quidquid ſit de Canoniſtis allegatis ibi à Gotofred. peſſimè egit iſte confeſſarius, & male etiam Rex, cum etiam ipſe-

met Ptinceps qui aliquid accepit de pœnitente à confeſſario non poſſit vti dicta ſcientia contra reum abſque ſacrilegio, & fractione ſigilli, Abb. Gilin. *in reſol. caſuum conſcientia* in verbo *ſigillum confeſſionis Sacramentalis,n.*2.

90. Et taliter ligat hoc ſigilli ſecretum, vt neque poſſit frangi de licentia pœnitentis, vt latè probauit Scotus *in* 4. *diſt.* 21. *q.* 2. cuius opinio, quamuis ſit contra PP. Dominicanos, & PP. Societatis Ieſu, attamen bene defenditur à Fabro præceptore meo *in ſuo tract.de pœnis diſp.*34.*c.*5.*per tot.* Pitig. *dicta. diſt.* 21.*q.*2. *art.*13.Tatar.*in dict. loc. Scoti* §. *Ad argumenta*, & eam veriſſimam exiſtimo ex rationibus adductis à Fabro, *vbi ſuprà* & ab vno I. C. Hiſpano maximi nominis, videlicet à Didaco Cantera *in ſuis quæſtionibus crim.quæſtione* 4.*de re num.* 7. verſ. *ſupradicta regula*,ibi, *contrarium imo*, &c.

Sed vtrumque ſit, an hoc delictum ſpectet ad S. Officium quæritur hoc loco, in qua re Alph. de Leone *de offic.Confeſſarij, tom.*1.*reſol.*22.*n.* 12. *caſu* 2.dicit hos confeſſores fractores ſigilli denunciandos eſſe S. Officio, & ita etiam communis vulgi opinio arbitratur.

91. Contrariam autem ſententiam veriſſimam eſſe arbitror, quam tenet Molfeſ. *in ſua ſumm. tripl. Iuris*, *tom.*1.*tract.*7.*c.*23.*n.*68.& P.Diana 4.*p reſolut.moral. tract* 8.*reſol.*95.& poſſum ego atteſtari me numquam vidiſſe ſimiles proceſſus agitari in S. Officio prout
92. vidi quandoque eoſdem agitari in foro Epiſcopali.

Ratio huius ſententiæ eſt, quod Inquiſitores cognoſcunt tantummodo de hæreticis ſuſpectis de hæreſi,& turbatoribus S. Officij, & ſi aliquando cognoſcunt etiam de criminibus, ex quibus hæreſis ſuſpicio non oritur,id eſt ex ſpecialibus decretis Summ. Pont.vt accidit in Sodomia, de qua cognoſcunt Inquiſitores Luſitaniæ, ex particularibus reſcriptis Pij IV. Greg. XIII. & Vrb. VIII. de quibus Souſa *in Apho.Inq.lib.*1.*cap.*59.*n.*10.

At ex hac fractione ſigilli neque oritur hæreſis, neque hæreſis ſuſpicio, nec ex ea impeditur Tribunal Sancti Officij, nec vlla Pontificia lege cautum reperitur, quod Inquiſitores de ea procedant, igitur in eius criminis cognitione nullo modo ſe ſe ingerere poſſunt Inquiſitores.

Minor in omnibus ſuis partibus eſt manifeſta, ſi enim ex dicta fractione ſigilli oriretur hæreſis ſuſpicio, cum ex natura fractionis ea non poſſit oriri, quia fractio prædicta non eſt actus hæreticus, vtique debet oriri ex iure poſitiuo, at nullum tale ius
93. legitur in toto corpore Iuris.

In vno tamen caſu ait Molfeſ. *vbi ſup.*talis Confeſſarius ſubderetur foro Inquiſitorum, ſi videlicet crederet licitam eſſe reuelationem ſecreti Sacramentalis, & fractionem ſigilli, male enim tunc ſentiret de Sacramento pœnitentiæ, & ſic poſſet ab hæreticæ prauitatis Iudicibus puniri.

Sed an ſaltem poſſint Inquiſitores interrogare hunc confeſſarium, quid ſenôat de Sacramento pœnitentiæ, probabiliter poteſt controuerti. In qua
94. etiam re ego diſtinguendum puto hoc modo.

Vel ſumus in Confeſſario omninò aliàs probatæ vitæ, nec conſuetudinario in hoc delicti genere, & tunc arbitrarer nullo modo poſſe Inquiſitores reum hunc citare, nec interrogare de fide circa Sacramentum pœnitentiæ. Ratio eſt quia ex vna parte delictum hoc fractionis ſigilli ex natura ſua non ſpectat ad S.Officium,vt *ſuprà* vidimus,& ex alia parte Cõfeſſarius eſt omnino integræ vitæ,igitur Inquiſitor non poterit Confeſſarium hunc interrogare, &c.

95. Vel ſumus in Confeſſario malæ vitæ, & aliàs de hæreſi ſuſpecto, & tunc eſſem in voto, quod poſſet Inquiſitor eum citare, & interrogare quid ſenôat de hoc Pœnitentiæ Sacramento, quia cum ſimus in perſona aliàs de hæreſi ſuſpecta, & circa hoc pœnitentiæ Sacramentum ſpeciales adſint modernorum hæreticorum hæreſes, non ſine ratione in hoc caſu S. Officium poteſt dubitare, quod talis Confeſſarius ſit de hæreſi ſuſpectus.

Et ita in effectu in caſu ſimili video ſenſiſſe no- 96.
ſtram Congregaoonem S. Officij Cremonæ, ſub die 9. Nouembris 1587. apud Reuerendiſſimum Marcum Antonium Amidanum *in eius votis manuſcriptis, apud me exiſtentibus voto* 34.*num.*9.*tom.*2. cum enim in S. Officio tunc adeſſet quidam homo perditæ vitæ grauatus de horrendis blaſphemiis, de contemptu cenſurarum, de non ſeruato delectu ciborum, de non auditione Miſſarum diebus feſtis,& etiam de adulterio, & concubinatu, ex conſuetudine, Congregatio cenſuit per omnes attenta eius peſſima vita, & aliis delictis, ex quibus aliàs iſte erat de hæreſi ſuſpectus, poſſe eum interrogari in tormentis, quid ſentiat de Sacramento Matrimonij,cuius fidem (cum coniugatus eſſet) per adulteria violauit.

Poteſt etiam hoc loco commodè dubitari de alia
quæſtione, de qua idem P. Diana *loco ſupra alleg.* 97.
reſolut. 97.An ſubdatur foro Inquiſitorum confeſſarius, qui non vult abſoluere pœnitentem niſi ſibi in confeſſione complicem delicti reuelet, in qua re bene Diana ait hunc Confeſſarium non poſſe ab Inquiſitoribus puniri, & *ibi* hanc ſuam ſententiam probat ex Villalobos *in ſumma*, cuius ſcripta nondum in has regiones peruenerunt.

Ratio huiuſce Rei eadem eſt cum ſuperiori,quod nullo iure cautum reperitur ex hac re oriri hæreſis ſuſpicionem.

Quamuis enim dicere licitum eſſe proximum infamare, ſit hæreſis, attamen quod ex reuelatione complicis in confeſſione ſequatur infamatio complicis, eſt valde inter DD. controuerſum, nam multi tenent in confeſſione aperiendam eſſe circumſtantiam manifeſtantem complicem, etiam ſi ſequatur infamia complicis apud ſolum Confeſſarium,dummodò nullum aliud damnum complici ſequatur, ità enim docuerunt Bonacin. *de controuerſ. diſput.* 2. *quæſt.* 4. *punct.* 4. *num.* 2. Conink. *de Sacrament. tom.* 2. *diſput.* 7. *dub.* 9. *num.* 89. Vaſquez *in tertia parte D. Thom. tom.* 4. *quæſt.* 91. *articul.* 2. *dub.* 3. *num.* 28. Reginald. *in praxi fori pœnitentialis, tom.* 1. *lib.* 6.*cap.*4.*num.*156. bene Gaſpar Hurtado *de Sacram.tom.*1.*de pœnis.diſput.*9.*difficult.* 11. vbi allegat illud D. Bernardi de formula honeſtæ vitæ in fine, *De nullo ſiniſtrè loquaris niſi in confeſſione, & hoc vbi non potes aliter peccatum tuum manifeſtare*, & ratio iſtius opinionis eſt, quia per reuelaoonem complicis vni tantum confeſſario, qui eam notitiam habet ſub ſigillo Sacramentali non poteſt dici,quod complex infametur.

§. XXIV.

De ſuperiori regulari incidente in Conſtitutionem Sanctiſſimi D.N. Papæ Vrbani VIII. edita 14. *Aprilis* 1633.

SAnctiſſimus D. N. Vrbanos Octauns mandauit
in Generali Congregationo Sanctæ Inquiſitio- 98.
nis Romanæ, quod quilibet ſuperior regularium cuiuſuis ordinis, in perpetuum ſemel in

anno

anno videlicet feria 6. poſt octauam Aſſumptionis B.M.V. in publica menſa, vel Capitulo, & inſuper in quocumque generali, vel prouinciali capitulo, dicta, & capitulari congreſſu teneatur, ſuos ſubditos commonere de iniuncta omnibus obſeruantia, & executione infraſcriptarum literarum Apoſtolicarum ad S. Inquiſitionis munus attinentium ſub pœna priuationis officii, & vocis actiuæ, & paſſiuæ. conſtitutiones autem ſunt,

Conſt. Iulij III. prima *licet à diuerſis.*

Conſt. Pij V. 82 *ſi de protegendis.*

Conſt. Pij IV. 31. *cum ſicut nuper*, & Gregor. XV. 34. *vniuerſi Dominici gregis.*

Conſt. Greg. XIII. 22. *Officij Noſtri*, Clem. VIII 81. *& ſi alias*, & Sanctitatis ſuæ 79. *Apoſtolatus Officium.*

Conſt. Sixti V. 17. *Cæli, & Terræ Creator*, & Sanctitatis ſuæ 113. *Inſcrutabilia.*

Conſt Clem. VIII. 42. *cum ſicut*, & Gregor. XV. 28. *Romani Pontificis.*

Conſt Pauli V. 26. *Romanus Pontifex*, eiuſdem 97. *Regis pacifici*, & Greg 29. Sanctiſſ. D.N.

Conſt. Greg. XV. 27. *Rom. Pontifex*, eiuſdem conſt. 40. *Apoſtolatus officium*, & ſanctitatis ſuæ 114. *& modo.*

Conſt. Sanctiſſimi D N. Vrbani VIII. 37. Sanctiſſ. D.N. *ſollicitæ*, 50. Sanctiſſ. D. N *pro delicto*, & alia eiuſdem conſt. 5. Nouembr. 1631. *cum ſicut accepimus*, & omnes hæ conſtitutiones habentur impreſſæ penes P. Dianam 4. *part. reſol. moralium.*

9. Non eſt dubium quin ſuperiores, non parentes memoratæ conſt. ſubſint Iudicio Inq.

10. Vnde cum in noſtra Inquiſitione Cremonæ quidam ſuperior ſponte ſe denunciaſſet quod iuxta Conſtitutionem prædictam ſtatuta die memoratas in ea bullas publicari non feciſſet; re ad Supremum Vniuerſalis Inquiſitionis Tribunal delata fuit benignè tractatus, tum monitus, vt in poſterum diligentèr obſeruationem dictæ noſtræ conſtitutionis curaret.

Accepta igitur ab Inquiſitore denonciatione ſuperioris in noſtram Conſtitutionem delinquentis non ſtatim contra eum procedere debet, ſed prius re communicata cum ſuprema Congregatione omnia ex eius iuſſu peraget conſiderata qualitate perſonæ, & omnium aliarum circumſtantiarum, quæ ſolent omiſſionem hanc, vel augere vel minuere.

TITVLVS XVIII.

De ſponte comparentibus, & tempore gratiæ.

SVMMARIVM.

1 *Sponte comparentes, qui dicantur.*
2 *An ſponte comparentes cenſeantur, qui non vocati veniunt, licet indiciis ſint præuenti n. 3.*
4 *Quid ſi talis comparens, quo ad aliquas propoſitiones ſit præuentus, quoad alias non.*
7 *Requiſita vt quis ſponte comparentium benef. gaudeat.*
8 *Heretici ſponte comparentes quomodo tractandi.*
9 *Praxis obſeruanda circa ipſos, vbi plura notatu digna, & ſeq.*
13 *Relapſus ſponte comparens, an brachio ſæculari relaxand. & ſeq.*
16 *De ſuſpectis de hæreſi ſponte comparentibus, vbi latiſſimè de Poligamo ſponte comparente.*
17 *Quid ſit tempus gratiæ.*
18 *In quibus caſibus ſit, vel nō ſit locus tēpori gratiæ.*
19 *Quibus perſonis proſit, vel non, tempus gratiæ.*
20 *De praxi obſeruanda in concedendo, & publicando tempore gratiæ.*
21 *Qui auctores de eo tractent.*

§. I.

Quinam dicantur, & haberi debeant, pro ſponte comparentibus.

OMiſſis multis, quæ de ſignificatione huiuſce particulæ, ſponte, dici poſſent, breuiter dicendum eſt

Eos dicendos eſſe ſponte comparuiſſe in Sancto 1.
Officio, qui nullis præuenti indiciis coram fidei Iudicibus comparent, plenámque ac meram, tam de ſe, quam de aliis veritatem dicunt ac de ſuis delictis humiliter veniam petunt, colligitur hoc ex *l. ſponte, de Muneribus, & Honoribus, l. 4. §. fin. Cod. de Sicar. l. 2 Cod. de his qui latron*, atque ita docuit Archid. in cap. *vt commiſſi*, verbo *obedientes, de hæret. in 6.* Pegna *ad Direct. p. 3. comm.* 12 & Farin. *de hæreſi, q. 193. n. 28.* vbi quod tales propriè in Supremo Tribunali habentur pro ſponte comparentibus.

Dubitari autem hoc loco poteſt, quid ſit dicendum, de eo, qui indiciis præuentus, in S. Officio comparet non citatus, nec vocatus, in qua re diſtinguendi ſunt duo caſus.

Primus caſus eſt, de eo, qui ſcit vel ſuſpicatur ſe præuentum, & ſic metu probationum in S. Officio comparuit, & confeſſus eſt, & in hoc caſu, licet mitius iſte comparens ſit tractandus, Locat. *poſt Iudic. Inquiſit. inter caſus deciſ. Placentiæ Caſu 7.* vbi quod tales mitius ſunt tractandi, & cum eis mitiori eſt agendum abiuratione, attamen non debet gaudere beneficio ſponte comparentium colligitur hoc ex *ſuprà* alleg. doct. nam, & eſt præuentus, & ſcit, vel ſuſpicatur ſe præuentum, Farin. *vbi ſuprà num.* 17.

Secundus caſus eſt, cum ignorat talis comparens ſe ſe præuentum, & in hoc caſu debet gaudere beneficio ſponte comparentium, ita Farin. *loco cit. n.* 28. verſ. *niſi fortè indiciorum.*

An autem comparens, ſciuerit ſe præuentum vel 3.
ignorauerit, conſideratis omnibus circumſtantiis, prudentiæ, & arbitrio Iudicum relinquitur conſiderandum.

Quæri tamen poteſt, an etiam comparens, non 4.
citatus, nec vocatus, tamen præuentus, quoad aliquas v.g. Blaſph. ſi alias etiam de quibus nullomodo eſt indiciatus fateatur, quoad has habendus ſit pro ſpontaneo comparente? In qua difficultate

Dicendum eſt, quod ſi dubitat ſe, quoad illas 5.
eſſe præuentum, quamuis non ſit, attamen non poteſt haberi pro ſponte comparente, quia ſemper eius confeſſio dicitur facta metu probationis, Farin. *de hæreſi, q.* 193. *n.* 37.

Si verò ſcit ſe non præuentum, vt quia dicat v.g. 6.
ſe ſolum nullis præſentibus illas blaſph. protuliſſe tunc crederem illum eſſe habendum pro ſponte comparente, quia quo ad has blaſph. non eſt indiciis præuentus, nec de eis poterat Iurid. interrogari iuxta trad. per Pegnam, *p. 3. comm.* 18. *ſub litera B,* vbi, quod rei non poſſunt interrogari, niſi de his de quibus ſunt indiciati.

Debent quoque tales comparentes, vt ſponte
7. comparentium beneficio gaudeant, plene tam de ſe, quam de aliis confiteri, aliàs habendi ſunt tamquam diminuti confitentes, ita Concil. Bitterrenſe cap. 2. ibi *infra quem terminum venientes, pœnitentes, & dicentes plenam de ſe, & de aliis veritatem habeant impunitatem, &c.*

§. II.

De hæreticis ſponte comparentibus.

8. HÆreticis ſponte comparentes mitiſſimè ſunt tractandi, pœna aliqua ſalutari, vel etiam aliquando (ſi id caſus exigat) pecuniaria plectendi, Pegna *dicto comm.* 12. *ſub litera* G, vbi quod tales ſponte comparentes habent impunitatem mortis, immurationis, exilij & confiſcationis bonorum ex Conc. Bitter. *cap.* 2. cuius ibi verba refert.

9. Cogendi tamen ſunt hi hæretici ſponte comparentes ad abiurandum formaliter hæreſes, licet abiuratio in hoc caſu debeat eſſe non publica, ſed ſecreta, Simanch. *de Cath. Inſt. tit.* 1. *n.* 24. Royas *Sing.* 23. *n.* 8. *& tract. de hæret. p.* 2. *n.* 172. *& ſeq.* Farin. *de hæreſi*, *q.* 194 *n.* 8.

10. Interrogari etiam huiuſmodi ſponte comparentes debent, an erroribus ſuis adhæſerint, vel de illis dubitauerint.

Quanto tempore in illis erroribus permanſerint.

A quibus eos didicerint, & quomodo.

An libros prohibitos legerint, & quos & à quibus habuerint.

Super complicibus, & an alios cognoſcant hæreticos, vel de hæreſi ſuſpectos.

An in aliquo Tribunali ſint de prædictis erroribus præuenti, vel indiciati.

An ipſos pœniteat in huiuſmodi errores incidiſſe, & an hos, & omnes alias hæreſes abiurare ſint parati, de cetero Catholicè viuere, & pœnitentiam ſibi iniungendam adimplere.

Moneri etiam debent, ad dicendam integram veritatem, aliàs quod habebuntur vti diminuti confitentes, & ficte conuerſi.

11. In praxi etiam aduertendum, quod in admiſſione, vel dimiſſione alicuius pœnitentis ſponte ſe deferentis in S. Officio, ſolet in ſententia apponi clauſula, dummodò in aliquo S. Officio non ſit præuentus, vti animaduertit Farin. *de hæreſi*, *q.* 193. *n.* 18. verſ. *& ſcias.*

12. Et vbi ſponte comparens ſit hæreticus minor 25. annis, videtur admittendus ad abiurandum de formali, cum clauſula citra pœnam relapſi, vbi autem ſit maior 25. annis ſine dicta clauſula, nam minoribus 25. annis multa conceduntur, quæ maioribus omnino deneg. & ita in praxi obſeruari atteſtati mihi fuerunt viri docti pij, & in hoc Tribunali verſatiſſimi.

13. Sed dubitari hoc loco poteſt, an hæreticus relapſus ſponte comparens, beneficio ſponte comparentium gaudere debeat, in qua re

Dicendum relapſum ſine dubio in tali caſu eſſe ad pœnitentiam admittendum, ita Alph. à Caſtro *de iuſta Hæret. punitione l.* 2. *c.* 2. latè Pegn. *dicta com.* 12. verſ. *ſed quid ſi relapſus*, & Farin. *de hæreſi, quæſt.* 193. *n.* 36.

Quamuis in hac re, tutiſſimum ſit Supremum Tribunal conſulere, vt animaduertit Simanch. *in enchirid. tit.* 60. *num.* 6. & Pegn. *loco alleg.* verſ. *quia tamen* benè P. Maſſinus. *in praxi S. Officij*, *part.* 9. *aſſert.* 8. *prima impreſſionis.*

Hæc tamen intelligenda ſunt vbi relapſus, verè eſſet ſponte comparens, & ſecus dicendum, vbi metu probationum in Sancto Officio comparuiſſet, vt quia ſciuit, v. gr. quod aliquis ſe præparabat ad eum accuſandum, vel quia rumor erat, quod erat accuſandus, nam tunc nullo modo talis relapſus eſt ad miſericordiam recipiendus, Decian. *libro quinto, tractat. Crim. c.* 56. *num.* 12. poſt Alph. à Caſtro loco per eum relato, quos ſequutus Farin. *de hæreſi q.* 193. *num.* 37. de hac re vide Epiſtolam Cornelij, de qua *infrà.* 15.

§. III.

De ſuſpectis de hæreſi ſponte comparentibus.

CIrca ſuſpectos de hæreſi ſponte comparentes, eodem omnino modo proceditur, quo contra hæreticos ſimiliter ſponte comparentes procedi debet, vt ſup. diximus §. proximo. 16.

Solummodo circa hos eſt aduertendum, quod ſi confiteantur ſe v. g. hæreticali ſortilegio vſos eſſe, abſque tamen hæretica intentione, nullo modo ſuper hac intentione ſunt torquendi, ſed ſtandum omnino eſt eorum ſpontaneæ depoſitioni, & cogendi ſunt ad abiurandum pro modo ſuſpicionis, vti animaduertit Pegn. *p.* 2. *comm.* 59. verſ. *ſed videam.*

Interrogari etiam, & moneri debent, *vt ſuprà*, & dimitti cum clauſula, dummodò non ſint præuenti in aliquo S. Officio, de qua dixi *in tit. de confeſſariis ſollicit.* §. *fin.* De his ſponte comparentibus videnda eſt Epiſtola Cornelij ad Cyprianum *lib.* 3. *Epiſt.* 11. alias ſecundum ordinationem Pamelij, & 46. incip. *Quantam ſollicitudinem.*

Ad finem, huiuſce §. videndum eſt de Polygamo ſponte comparente, quomodo de Iure poſſit expediri, in qua re dico, maxima cum circumſpectione procedendum eſſe, nec ſine verificatione iudiciali vtriuſque Matrimonij inhibenda eſſet huic ſponte comparenti cohabitatio cum ſecunda coniuge, quæ cum ſit in poſſ. præſenſ. polygami, non debet ex ſola ſua confeſſione ſpoliari, cum confeſſio ſoli confitenti, non tertio præiudicare poſſit, Sanch. *de Matrim. lib.* 10. *diſput.* 11. *n.* 50. & notant omnes Canoniſtæ *in cap.* 1 *de frig. & Malef.* & ſi ad ſolam ſeparationem thori ſequuntur plenæ probationes, vt videre eſt ex deciſ. Buratti 815. vbi Ferentili. allegat alias deciſ. concord. multo magis legitimæ probationes erunt neceſſariæ cum agitur de nullitate Matrimonij, confeſſ. enim coniugum, vbi agitur de diſſolutione matrimonij regulariter non creditur Genuenſ. *in praxi cap.* 37. *num* 10.

Hinc videmus Sacram Congregationem Supremæ Inquiſitionis paſſim iubere, quod cum adeſt ſuſpenſio ident. perſonæ Polygami fiat illius Iudicialis recognitio per rimulam oſtij.

Ego igitur ſi eſſem Inquiſitor reciperem ſpontaneam Polygami denunciationem nec circa ipſum, vel eius ſecundam coniugem quidquam decernerem, niſi plenè Polygamia in proceſſu probata, donec enim hæc ſit probata, ſemper ſecunda mulier habet ius ad copulam iuncta not. in *c. laudabilem*, vt lite pendente, vbi Canon. & ita in indiuiduo cum Polygamis ſponte comparentibus agendum eſſe docuit Garz. in praxi Hiſpanica S. Officij, fol. 7. his verbis *contra las perſonas, que ſe caſan dos ò mas vezes, &c. aunque ellas meſmas expontaneamente ſe vengan à denunciar, y confeſſar ſu delitto, no ſe puede ni deue proceder, ſin primiero verificar todos los Matrimonios,*

nias, &c. Sic igitur ego practicarem vel eueniente caſu Sacram Congregationem conſulerem.

§. IV.

De tempore Gratiæ.

QVoniam apud grauiſſ.auctores, & nonnulla vetuſta Concilia prouincialia celebrata in Gallia, frequens mentio habetur temporis gratiæ, nonnulla hoc loco explicare de eo neceſſarium duxi.

Tempus itaque gratiæ eſt, quidam dierum terminus, infrà, quem ſponte venientibus ad confitendum delicta ſua, contra fidem commiſſa, auctoritate Apoſtolica conceditur impunitas mortis immurationis, exilij, & confiſcationis bonorum, ita

17. fere Eymeric.*p.3.n.56.*vbi Pegna.

Et licet Albertin.*in repet.c.1.de hæret.q.12.n.4.*differentiam conſtituerit, inter hoc gratiæ tempus, quod ipſe vocat miſericordiæ, attamen verè inter vtrumque tempus nulla eſt probabilis, & realis differentia.

Hoc tempus gratiæ à ſolo ſummo Pontif.concedi poteſt, quoniam pœnæ illæ mortis, &c.in hæreticos conſtitutæ ſunt à Papa, *cap. ad abolendam §. illos de hæret.cap.ſuper eo, de hæret.in* 6.vbi de pœna mortis *cap.excommunic.2.§.qui autem, de hæret.*vbi de pœna perpetui carceris, Leo Primus *Epiſtola 45.ad Pulcheriam Auguſtam*, vbi de pœna exilij, &c. ſecundum leges. *de hæret.in* 6.vbi de pœna confiſcationis bonorum.

Cum igitur hæ pœnæ à nullo alio hæreticis poſſint remitti, niſi à Papa, nulius quoque præter eum, poterit tempus gratiæ, per quod hæ pœnæ remittuntur hæreticis concedere.

Ex quo patet, quod tempus hoc gratiæ introductum eſt ex Apoſtol. Sedis benignitate, non autem conſuetudine, vt dicebat Alber.*d.q.12.n.4. circa fin.*

Quot autem dies continere debeat hoc tempus puto Inquiſitoribus eſſe arbitrarium, Pegna *dicta comm.12.ſub litera C.*

§ V.

In quibus caſibus, ſit locus, vel non ſit, tempori Gratiæ.

PRimò clarum eſt, quod locus eſt tempori gra-

18. tiæ, cum in aliquo loco de nouo conſtituitur Officium S.Inquiſitionis, ita Pegna *comm. 12. p. 3. verſ. ſed animaduertat*, de qua re pulcherrimus locus eſt in Concilio Biterrenſi, celebrato anno Domini 1246.apud Biteras coram Archiepiſc. Narbonenſi, & aliis Epiſcopis Prouincialibus *c.1.& 2.*

Secundò locus eſt tempori gratiæ, cum in aliquo loco Officium Inquiſitionis, ob aliquas cauſas intermiſſum renouatur, Albert. *in repet.cap. 1. de hæret.in ſexto, d.q.52.n.4.*

Tertiò, cum totum aliquod regnum hæretic. ad fidem conuerteretur.

Quartò, cum in aliqua Ciuitate hæretici latenter multos Catholicos decipiant, tunc ad ſubueniendum deceptis, licet Officium Inquiſitionis ibi non introduceretur, tempus tamen gratiæ eſſet concedendum, ita Card. Alban *in quadam Inſtructione ad Fratr Prædicatores, in Lombardia ſuper modo procedendi contra hæreticos.*

Quintò, tempus gratiæ trium menſium conceſſit Paul. IV. in ſua conſtitutione, incip. *cum quorumdam*, Reis illorum criminum de quibus *in dicta conſtitutione.*

Sextò videtur eſſe locus tempori gratiæ, vbi vniuerſus populus delinquit *c.comeſſationes, diſt.44.c.quoties vbi gl.1.q.4.*ſed hæc doctrina duas patitur exceptiones.

Prima eſt, vbi multitudinis peccatum eſſet grauiſſimum, Tiraq.*de pœnis temperandis,cauſ. 47. num. 13.*Luc.de Penna *l.fine num. 6.& 12.verſ. In Apoſtaſia verò,C.de Exac.lib.11* Hæreſis autem Crimen grauiſſimum eſt,*cap.vrgenti de hæret.*

Altera exceptio eſt, vt non habeat locum, vbi peccatum magis nocet multitudini, quam ſcandalum, quod ex punitione orirerur, ita D.Th. 2.2.q. 108 *art.1. ad tertium*, Fel.*cap. dilecte num.7.de except.*Exemplum habemus, de hac re Moyſis, *Exodi* 32.quare in hoc caſu non erit locus conceſſioni dicti temporis gratiæ.

§. VI.

Quibus competat, vel non competat tempus gratiæ.

BEneficium hoc temporis gratiæ competit omnibus, tam maſculis, quam fœminis, qui ſe culpabiles inuenerint, in vnoquoque peccato Hæreſis, vel Apoſtaſiæ, vel ſuſpicionis eiuſdem. 19.

Dummodo tamen, primò aliàs beneficio huius temporis non ſint vſi, Concil. Biter. *dicto cap. ſecundo*, ibi *quibus aliàs huiuſmodi gratia non eſt facta ſecundum veritatem plenam, tam de ſe quam de aliis dicant*, vt ſupra dixi §. 1. & 3. ſponte comparent, id eſt, non nominatim vocati.

Hoc tempus gratiæ, non ſuffragatur iis, qui dum tempus gratiæ cœpit concedi, iam erant præuenti; ita Archid.*cap.vt commiſſi, in verbo, obedientes,n.3.* & ibi, Io.Andr.n.4. *de hæret.in* 6. & Guid. Fulcod. *q.2.in Conſultat.ad Inquiſitores*, niſi forte ſic indiciati ignoraſſent ſe præuentos, nam tunc vtique beneficio dicti temporis fruerentur.

Gaudere tamen debent benef huius temporis gratiæ, primò, qui nec citati, nec vocati nec præuenti comparent ſtatim poſt tempus gratiæ elapſum, ita Guido Fulcod. *loco citato*. verſ. *certè ſi poſt tempus.*

Secundò ille, qui probat ſe pendente dicto tempore gratiæ fuiſſe legitimè impeditum, probatur autem impedimentum per Iuramentum ipſius, Rot. *deciſ.4.de Iureiur in antiq* Bart.Rom. Iaſ.& alij *l.2.§. quod diximus,ff ſi quis caut.*

Tertiò, etiam relapſus debet gaudere hoc beneficio temporis gratiæ, vt dixi *ſupra* §.2.quod intelligendum eſt, etiam in relapſis fictè de quibus Paul: IV *in ſua conſt.*incip.*cum quorumdam.*

Quartò quæri poſſet, quid eſſet dicendum de hæreſiarchis, & Dogmatiſtis, ſed de his dixi *in titulo de hæret:*

§. VII.

De Praxi obſeruanda in tempore gratiæ publicando, & applicando illis quibus competere poteſt.

EX Conciliis Narbonenſi, & Biterrenſi, *d. c.* 1: praxis hæc videtur obſeruanda. 20.

Primò namque Inquiſitores accedentes ad aliquam Ciuitatem populum admonere debent, vt ad talem locum certa die ſe conferant, Peg. *comm. 1 in principio, & comm.11.3.parte.*

Secundò, conuocato populo Inquiſitor de fide ſermonem habere debet Eymeric.*in direct.p.3.n.* 47

vbi,

vbi Pegna *num.49.* 50.*&* 51.& mandatum Apoſtol. explicat.

Tertiò, publicatur monitorium contra inobedientes, Eymeric. *d.3.p.n.52.*& Pegn. *comm.12.litera B.*& edictum temporis gratiæ, Pegn *ibid.*

Quartò, Confeſſiones redeuntium in tempore gratiæ recipiuntur.

Quintò, reconciliatis, & abſolutis dantur literæ patentes obtentæ abſolutionis.

§. VIII.

Quinam auctores de hoc tempore gratia potiſſimùm mentionem fecerunt.

21. DE hoc tempore Gratiæ præclara fit mentio, in ſequentibus, & auctoribus, & Manuſcrip.&c.

Et Primò quidem de eo mentionem facit Concil. Bitterenſe *cap.1.&* 2.quod apud Bitterras fuit celebratum anno 1246.

Secundò, Guido Fulcodius qui fuit Clemens IV.in ſuis conſultationibus ad Inquiſitores *q.2.*

Tertiò, Cardinalis Albanenſis Eccleſiæ Rom. legatus, *in Inſtruct.ad Prouincialem Priorem Prædicatorum Lombardia*, ſuper modo procedendi contra Hæreticos.

Quartò, periti quidam Auenionenſes, in Reſp. quodam incip. *notum ſit omnibus*, reddito Fratri Guliel.de Valentia, anno 1135.*cap.3.*

Quintò, Archid.in c.*vt commiſſi*, in verbo *obedientes, de hæret.in 6.*

Sextò, Io And.*ibid* verſ.*Quærit Archid.*

Septimò, Gemin.*ibid.§.nec non*, *n.3.*verſ.*qui dicantur ſponte redire.*

Octauò, Franc.*ibid.num.2.notab.4.*

Nonò, Direct.Inquiſit.*p.3.n.56.*

Decimò, Repertor. Inqu.in verbo *gratia*, verſ. *nota quod*, & in verbo *tempus gratia*, & in verbo *remiſſio.*

Vndecimò, Albert.*cap.de hæret.in 6.q 12.num 3. & ſeq.*

Duodecimò, Puteus *deciſ.* 517. incip. *In vna Hyſpal.l.1.*

Decimo-tertiò, Veral. *deciſ.* 69. *hæreticorum condemnatorum, p.3.*

Decimo-quartò, Simanch.*de Cath.Inſtit.tit.4.n.3.*

Decimo-quintò, Inſtructio Hiſpalen. *anni* 1484. *cap.1.&c.*

Decimo ſextò, Pegna *ad Direct.p.3. comm.11.*& in peculiari tractatu *de tempore gratia*, qui manuſcrip.circumfertur.

Decimo-ſeptimò, Lud.à Paramo *de Orig Sanctæ Inquiſit.l.3.q.4.rubrica de forma, & ord. proced. num. ...*

Decimo-octauò, Farin.*de hæreſi*, *q.* 195. *n.28.*

Decimo-nonò, Souſa *lib.4. Aphoriſmorum*, à quibus omnibus auctoribus plura habebit, qui voluerit de hoc tempore gratiæ.

TITVLVS XIX.

De modo procedenti contra defunctos.

SVMMARIVM.

1 *Delicta extinguuntur Morte, fallit in Crimine hæreſis, & ſequenti.*
3 *Intra quantum tempus memoria defuncti poſſit damnari, & ſeq.*
7 *Suſpecti de hæreſi.an poſt mortem poſſint inquiri.*
8 *Memoria ſe ipſum in carcere occidentis, an damnetur.*
9 *De probatione contra defunctum in hac cauſa requiſita & ſeq.*
11 *De ordine proceſſus latè & ſeq.*
15 *Opiniones DD.circa præſcriptionem Iuris procedendi contra defunctos referuntur, & n. 16.*
17 *Verior opinio, quod hoc Ius præſcribitur 40.annis, quoad bona, ſecus autem quoad damnandam perſonam defuncti, remiſſiuo.*

§. I.

LIcet in omnibus communiter criminibus extinguantur morte delicta,vt inquit Vulp. *l.vltima ad l.Iul. Maieſt.*& Modeſtinus *l.ex Iudiciorum,ff.de accuſat.* & ibi, per illos textus hoc notant omnes, quia mortui diuino iudicio ſubiecti ab humano ſunt exempti,vt dicitur,*in cap.quorumdam diſt.* 23.& cap. *ex epiſtola, ibid.* præuenti enim à Summ. iudice Deo ſunt, & vocati ad maius Tribunal, vt latè hæc exornantes probant Simanch. *in Enchir. Iud. Viol.relig.tit.62.n.1.*& Dec.*tract. crim.lib. 5.cap. 67. num.1.* 1.

Attamen in crimine hæreſis ob eius immanitatem hæc non procedunt, & in hæreticos etiam poſt mortem inquiritur, Simanch.*de Cath. Inſtit.tit.* 18. *num.1.& ſeq.*Decian *loco citato*, Pegna *parte tertia, comm.*91.Ludouic.à Paramo *de Orig.S. Inquiſit.lib.3. q.4.n.78. & ſeq.* cum aliis cumul.per Farin.*de hæreſi, quæſt.*197. *num.*66. 2.

§ II.

Intra quantum tempus poſſit contra defunctos hæreticos agi.

PEgna *in alleg comm.* 92.verſ. *his poſitis*, diſtinctione vtitur in hac difficultate, nam aut agitur contra hæreticum defunctum ad effectum eius bona confiſcandi, & tunc hæc actio non durat, niſi per annos 40.aut ad effectum damnandi eius memoriam, & ſemper durat, hancque dictionem Pegnæ plurimos more ſuo cumulans ſequutus fuit Sanch. omnino videndus *in Summ.tom.1.l. 2.cap.* 22. *num.* 38.*& pluribus ſeq.* 3.

Decianus *in alleg c.*57.*n.*12.quo ad caput bonorum conſentiens cum Pegna, quo ad alias pœnas voluit actionem quinquennio finiri, *per text. in l. 2.Cod.de Apoſt.*atque hanc Deciani opinionem ſequutus fuit Baiard.ad Clarum *in § Hæreſis num.*27. 4.

Verùm hæc opinio confutatur à Farin. *dicta q.* 197.*num.*116.ex eo, quod confiſcatio bonorum venit acceſſoriè ad damnationem memoriæ defuncti, ergo ſi hæc damnari non poteſt, niſi etiam intra illud idem quinquennium, locus erit condemnationi in bonorum confiſcatione. 5.

Alij tandem diſtinxerunt, an confiſcata bona ſint applicanda fiſco ſæculari, vel Eccleſiæ de qua diſtinctione, plura Pegn.*loco cit.*verſ. *Hæc tamen diſtinct.*

In hac difficult. certè non crederem poſſe diſcedi ab opinione Pegnæ, quæ ſicuti in iure verior eſt, ita etiam magis comm. à DD. videtur probata, eam namque tenuerunt Simanch. *de Cath.Inſt. tit.* 18.*n.14.& in Enchiridio tit.62.n.7.* Lud.à Paramo *de orig.S.Inquiſit.q.4.n.83.*& Sanch.*loco iam allegato.* 6.

Neque

Neque obſtat.text.*in lib.2. Cod. de Apoſt.*quia ille text.procedit de Iure Ciuili, ſecus de Iure Canon. vti reſp. Pegn. *loco alleg.*verſ.*Neque obſtat.*

§. III.

An ſuſpecti de hæreſi poſt mortem poſſint inquiri.

IN hac difficultate Lud.à Paramo *de Orig.S.Inquiſit.*l.3.*rubr.de ordine Iudic.*&c. *num.*84. tenet contra fautores, &c. Hæreticorum poſſe poſt mortem procedi, allegátque pro ſe Simanch. *de Cath.Inſt.tit.* 46.*n.*77.

7. Verùm in contrarium eſt communis opinio, quod ſcilicet poſt mortem non poſſit procedi, niſi contra hæreticos formales, & eorum hæreſibus credentes, ita Simanch.male à Paramo alleg.loco citato, vbi quod ſuſpiciones, quantumuis vehementes, morte reorum extinguuntur, Pegna *dicta com.* 92. verſ. *alterum caput*, & Farin. *dicta quaſt.* 197. *num.*104.

Bene Acunha Archiepiſcopus Brachatenſis *in c.* 14. *diſt.* 23.*n.* 6. vbi quod non poteſt poſt mortem procedi contra fautores hæreticorum vti ſuſpectos de hæreſi ad damnandam eorum memoriam.

§. IV.

An memoria ſe ipſum in Carcere occidentis poſſit, & debeat damnari.

8. AFfirmatiuè ad hoc dubium reſpondendum eſt, nam reus ob hæreſim in carcere detentus, ſe ipſum ocidens, præſumitur id feciſſe ex conſcientia patrati criminis, ac proinde puniri debet, ac ſi eius hæreſis plenè eſſet probata, ita Simanch. *dicto tit.*18.*n.*31.Pegn.*comm.* 92.verſ. *de illo*, Farin. *d.q.*197.*num.*9.

Admittentur tamen filij ad eius defenſionem, & probationem, quod non ex conſcientia criminis mortem ſibi conſciuerit, ſed ex tædio carceris, metúque tormentorum, Simanch. Peg. & Farin.*locis cit.*

§ V.

De probatione requiſita contra defunctum, ad eius memoriam damnandam.

9. AD defuncti hæretici memoriam damnandam plena requiritur probatio, nec ſolæ ſufficiunt ſuſpiciones, vt dixi ſupra, & longa ſerie probauit Farin.*q.*197.*n.*105.qui alios allegat.

Quinimo ſecundum tradita per Pegnam *dicta comm.*92.verſ.*In hac cauſa*, contra defunctum plenior, & clarior probatio requiritur, quam contra viuentem, Sim.*in enchir.tit.*62.*n.*5.& Farin. *d.q.*197. *n.*120.

Quare ſi de hæreſi inquiſitus pendente proceſſu
10. obierit, cauſam Inquiſitores proſequi debent, vt eum, vel abſoluant, vel eius memoriam damnent, ſi ipſius hæreſis plenè probetur, nam ſi ſolummodo de hæreſi ex probationibus ſuſpectus redditur, non poterit eius memoria damnari, vt ſupra dicebam, & Farin plures alios cumulans tradidit *vbi ſuprà*, *n.*99.bene tamen poterit declarari ſuſpectus de hæreſi ex dictis præſumpt.& probationibus, vti animaduertit Simanch *in enchir. dicto tit* 62. *num.* 6. & Decian, *dicto lib.*5.*c.*57.*n.* 6.verſ. *quo intelligit verum*, non tamen poterunt hæreticæ prauitatis Iudices ob ſuſpicionem illam pœnam pecuniariam imponere hæredibus ſuſpecti, vt conſiderauit Simanch.*de Cath.Inſtit.tit.*118.*n.*13.& Royas *de hæret. p.*2.*num.*107.

§. VI.

De ordine procedendi contra defunctos.

SVppoſita prius hoc loco doctrina ſing. Ang. *in* §. *Interdum Inſtit. de hæredit.quæ ab Inteſt.* quam ſeq.Pegn. *comm.*92. verſ. *obſeruatione dignum*, quod ſcilicet proceſſus hic, non eſt inſtituendus contra defunctum, quoniam non extat, ſed contra illius memoriam. 11.

Præcedentibus probationibus de quibus dixi, Promotor fiſcalis accuſationem proponet inſtantérque petet contra rei memoriam procedi, propoſito libello, de quo Repert. Inqu. in verbo *libellus*, verſ.*forma libell.* ita Pegna *dicta comm.*92. verſ.*cum itaque*, & Lud.à Paramo *d.q* 4.*num.*85. 12.

Intimabitur poſtea hic libellus omnibus, quorum intereſt defuncti memoriam non damnari.Pegna *loco cit.*verſ *Hac accuſatio* Aret *dicto*.§. *Interdum*, Paramus *n.*186. Farin *q.* 197.*n.* 106.P. Zanardus *in ſumm.diuin.precept.p* 2.*c.*142.verſ.6.*poſt bene* Cald.*in l.vnica C.ex delicto defuncti*, *p.*4.*n.*5.vbi, quod ſunt citandi filij, & hæredes, ſi illius memoria damnatur.

Proponetur quoque edictum, quo quiuis admittatur ad defuncti defenſionem ſtatuto eis termino competenti 30.vel 40.dierum Pegna, verſ.*ne quis autem*, P.Zanardus *vbi ſuprà*

Quod ſi in termino præfixo nullus comparuerit Iudices ex Officio, Procuratorem, & Aduocatum defuncti conſtituent, Pegna, *vbi ſuprà* & Zanard. *ibid.*verſ.6.*ſi poſt definitum.*

Tandem vbi defuncti memoria nullo modo poterit defendi, deueniendum eſt ad ſententiam contra eum, cuius formulam habes in Concilio Conſtant.*ſeſſ.*8. *in ſententia damnationis Io. Vviclephi.* & apud Repert.Inqu.verbo *Sententia*, Decian. *dicto.* c.57 *num.*16.& Pegnam *loco relato.*

Antequam autem ſententia proferatur, ſtatua defuncti, in publicum producenda eſt, (in qua maioribus caracteribus deſcriptum ſit nomen illius defuncti cuius memoria damnanda eſt) & coram illa, ac ſi defunctus eſſet viuens, legendi ſunt errores rei & promulganda ſententia, & tandem relaxanda brachio ſæculari, vt comburatur, obſeruando diligentiſſimè omnia, de quibus Concil. Conſtantienſe *d. ſeſſ.*8.ita Pegna latiſſimè, *loco citato* & Lud. à Paramo *de orig.* &c. *l.* 3. *q.*4. *rubrica de ord. procedendi*, *n.*87.*& ſeq.*

Damnata ſic hæretici memoria dummodo hæreticus pœnitens non ſit, nam tunc illius memoria non eſt damnanda, vt animaduertit Farin.*q.* 93. *n.*21.)Eius oſſa, vbi ab oſſibus fidelium diſcerni poſſint, ſunt exhumanda, bona confiſcanda, ac eorum filij declarandi inhabiles, &c iuxta iura in hac materia loq.de quibus Pegna *dicta comm.*92.verſ. *& ex hoc capite*, & Sanchez latiſſimè *in ſumm. l.*7. *cap.*27.*& ſeq.*

Et quandoque etiam domus rei defuncti euertitur, area dirutæ domus ſale conſpergitur & in eadem area columnella erigitur totam rem geſtam indicans, ita Pegn.*d comm* 92.verſ.*quoniam vero* Vbi etiam ponit formulam Sententiæ ferendæ in euerſione domus hæretici, cuius memoria damnanda eſt,

ex

ex Zanch.c.41.& Repert. Inqu. in verbo *Sententia*, verſ. *Aliud genus ſententia*, de qua re vide Farin. *de hereſi.q.* 190.*n.*40.*& ſeq.*

Dubitari tamen hoc loco poſset, an ſtatua minoris ſit comburenda, in qua re dicendum eſt quod ſic dummodo minor ſit maior annis 14. in hac enim ætate, & abiurare coguntur minores, & ſi pertinaces ſint curiæ ſæculari comburendi traduntur, Simanch. *Inſt. de minoribus, num.*58. & ita in Congregatione noſtra Cremonæ fuiſſe concluſum, & ſucceſſiue eueniurum, de anno 1588. atteſtatur Reuerendiſ. D. Amid. *tom.*3. Voto 45. *num.*6. *&* 7.

§. VII.

An cum agitur de damnanda memoria defuncti nomina teſtium ſint edenda.

13. MEnoch. *conſ.*383. *vol.*4 *per totum*, latiſſimè nititur probare, nomina teſtium & denunciantium, cum agitur de damnanda memoria defuncti eſse defenſoribus legitimis damnanda edenda.

Mouetúrque Menoch. arg. ducto à fortiori, nam inquit, ſi reo viuenti, vbi teſtibus, & denuncianti periculum non imminet alicuius grauis mali, eorum nomina ſunt ipſimet reo edenda, iuxta diſpoſita *in cap. vlt.* §. 1. §. *ceſſante de heret. in* 6. igitur.

Attamen, quidquid ſit de hac Menochij ſententia, ego nullo modo ederem nomina teſtium, & denunciantium, neque etiam in caſu noſtro, quo de damnanda ageretur memoria defuncti.

14. Nam hodiernis temporibus ſemper præſumitur teſtibus, & denunciatoribus imminere periculum propter potentiam reorum quæ tripliciter ſolet conſiderari, nam alia eſt potentia generis, & familiæ, alia eſt potentia pecuniæ, alia eſt potentia malitiæ, & hæ duæ potentiæ ſpecies, & ſi in caſu noſtro non poſſint in reo defuncto reperiri, poteſt tamen eſſe, quod reperiantur in hæredibus, & filiis illius, de cuius memoria damnanda, agitur de quorum hæredum ac filiorum grauiſſimo damno tractatur, ita Pegn. *in director.* 3. *p. com.*124. verſ. *& certè ſemper*, Ludou. à Paramo, *de Orig. S. Inquiſit. lib.* 3. *q.* 4. *rubr. de exped. proceſſus in cauſis fidei, num.*50. vbi etiam quod ſi à non publicatione nominum appelletur reiici debet appellatio vti friuola (reprobato Pariſ. qui *conſil.*2. *vol* 4. in caſu cuiuſdam Hebræi contrarium conſuluerat) late Farin. *de hereſi q.*188. *num.*12. vbi, quod quidquid ſit de iure, certè de conſuetudine indiſtinctè etiam vbi non adeſt potentia inquiſiti non dantur nec publicantur nomina teſtium nec denunciantium, & ita ait, in S. Rom. Inquiſit. Tribunali ſupremo inuiolabiliter obſeruari.

Neque obſtat text. *in d. cap. vltimo*, §. *ceſſante*, Primò qui aperpetuò cenſetur adeſſe nunc periculum grauis damni in teſtibus & denunciatoribus, atque ita ad hunc text. reſpond. Lud. à Paramo *loco alleg.* verſ. *Nec obſtat text.*

Secundò, quia quidquid ſit de Iure, contrarium ſeruatur de conſuetudine indiſtinctè, vt dicebat Farin. *loco ſuprà citato.*

Tertiò, quia per diſpoſitionem Conſtitut. Pij IV. incip. *cum ſicut.* quæ impreſſa habetur poſt direct. inter literas pro S. Offic videtur derogatũ diſpoſitioni d.c.ſi. vti reſp. Pegna *d. com* 124. verſ. *Tametſi verè*

§. VIII.

An ius procedendi contra defunctos aliquo tempore præſcribatur.

IN hac quæſtione multi multa dixerunt, alij enim voluerunt ius hoc procedendi ad damnandam memoriam defuncti præſcribi quinquennio, alij nullo vnquam tempore, vt Souſ. *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.*2. *cap.*50. *n.*1. & P. Diana *tract.*7. *part.*4. *reſol. moral. reſol.*28. verſ. *Vnum mihi contrarium.* Alij autem media via incedentes voluerunt hoc ius præſcribi 15. ſpatio quadraginta annorum, & hanc opinionem vti æquiorem, & veriorem tenet Ferd. de Caſtro Palao *in ſuo opere morali* 1. *p. tract.*4. *diſp.*8. *puncto* 16. §. 4. *num.*18. qui, & alios allegat, & concluſionem firmat ea eo quod ius confiſcandi bona hæretici durat tantummodo per quadraginta annos, ergo etiam ius procedendi contra defunctum durare debet tantummodò per 40. annos, cum nulla differentia poſſit aſſignari inter vnum caſum, & alium, vt reprobando Felin. & Baiard. ad Clarum proſequitur Caſtro Palao, *vbi ſupra* verſ. *Neque audiendi ſunt DD.* 16.

17. Sed verè (quamvis hæc opinio quoad ius præſcribendi bona mihi magnopere arrideat) attamen quoad ius procedendi ad memoriam damnandam defuncti arbitror nullo modo poſse ſubſiſtere, vt latiùs probaui *in* 3. *p. tit.*9. §. *de præſcriptione.*

Finis Secundæ Partis.

CÆSARIS

CÆSARIS CARENÆ

I.C. S. THEOLOGIÆ DOCTORIS, &c.

TRACTATVS
DE OFFICIO SANCTISSIMÆ
INQVISITIONIS,
ET
MODO PROCEDENDI IN CAVSIS FIDEI.

PARS TERTIA.

In qua tota Theorica, & Practica Criminalis breuiſsimè abſoluitur, Maximè in ordine ad hoc Sacroſanctum Tribunal.

TITVLVS I.

De tribus modis procedendi in Iudicio, & probatione corporis delicti.

SVMMARIVM.

1 *Tribus modis in crimine hæreſis proceditur, ſicuti & in aliis delictis.*
2 *Inquiſitores in hoc crimine procedunt ſimpliciter de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij.*
3 *Clauſula* ſimpliciter, *&c. quid importet.*
4 *Modus procedendi per accuſationem in S. Officio ferè abiit in deſuetudinem.*
5 *Inhabilis in cauſis fidei admittitur ad accuſandum.*
6 *Valet argumentum de teſte ad accuſatorem.*
7 *Pœna talionis receſſit ab aula.*
8 *Accuſatione ſuperueniente ceſſat Inquiſitio præcedens.*
9 *Accuſator calumnioſus punitur eo modo quo falſus teſtis.*
10 *Accuſator & denunciator habentur in hoc foro loco teſtis.*
11 *Loco accuſatoris in S. Officio ſucceſſit fiſcus.*
12 *In multis Prouincijs munus accuſatoris ſubeunt fiſcales, & quid ſeruetur in Dominio Mediolani.*
13 *Inquiſitio duplex eſt generalis, & ſpecialis.*
14 *Ad Inquiſitionem ſpecialem in delictis relinquentibus veſtigia poſt ſe requiritur, quod conſtet de corpore delicti.*
15 *Requiruntur etiam indicia ſufficientia.*
16 *Requiritur etiam, quod inquiſitio ſit clara, contineátque omnes circumſtantias, quidque ſeruandum ſit in S. Officio.*

17 *Ex lenibus ſuſpicionibus poteſt in S.Officio contra Reos procedi, & quomodo DD. contrarium ſentientes ſint intelligendi.*

18 *Suſpicio probabilis quæ ſit.*

19 *Modus procedendi per denunciationem eſt in S.Officio frequentiſſimus.*

20 *Denunciator, quoad reum habetur loco teſtis.*

21 *Denunciatio quomodo facienda.*

22 *Reiicitur Paramus* de origine S. Inquiſit. lib. 3. q. 6. num. 91. *vbi voluit poſſe recipi denunciationem in ſcriptis ſine ſubſcriptione, modò teſtes in ea nominentur, contrarium enim ſeruat Supremum Vrbis Tribunal.*

23 *De corpore delicti plenè conſtare debet.*

24 *In delictis occultis ſufficit probatio corporis per coniecturas.*

25 *In homicidio cum cadauer non reperitur ſufficit probatio corporis delicti per famam.*

26 *Deciſio excellentiſſ. Senatus Mediolani.*

27 *Indubitatum eſt ſufficienter probari corpus delicti per famam cũ adſunt alia adminicula, & ſeq. n.*

28 *Deciſiones Senatus plures, n. 29 & 31.*

32 *Quid ſeruet Senatus noſter Mediolani, cum de corpore delicti non conſtat per coniecturas, ſed per ſolas ſuſpiciones, vbi plures deciſiones illius Excellentiſſimi Ordinis.*

33 *Sub prætura Illuſtr. D. Don. Conſalui de Salamanca tempore quo Auctor erat L.T. Aduocatus Fiſcalis Ciuitatis Cremonæ in curia fuit tractatum de probatione corporis delicti in crimine veneni.*

34 *Corpus delicti probatur in veneno ex atteſtationibus Medicorum.*

35 *Etiam ſi deponerent Medici de crudelitate dummodò deponant in indiuiduo de veneno propinato.*

36 *Spuma, Vomitus, Liquor, &c. ſunt ſigna veneni æquiuoca.*

37 *Quamvis probatio corporis delicti in hoc crimine ſit difficillima, attamen non facile Rei in hoc crimine ex deficientia huius probationis ſunt abſoluendi, ſed conſulendus eſt Princeps, & eius Senatus.*

38 *Deciſio Senatus Mediolani. & Curiæ Cremonæ.*

39 *In crimine furti quomodo probatur corpus delicti.*

40 *De probatione corporis delicti in ſtupro, adulterio, & falſi crimine remiſſiuè.*

41 *In crimine hæreſis non ſequitur probatio corporis delicti.*

42 *Prout nec in crimine ſollicitationis & alijs ad S. Officium ſpectantibus cum non relinquunt veſtigia poſt ſe.*

43 *Secus cum delicta relinquunt veſtigia poſt ſe vt in fractione, Comiſſixi necatione infantium &c.*

44 *Confeſſio delicti non ſupplet defectum probationis corporis delicti.*

1. SIcuti in aliis criminibus, ita & in hoc hæreſis delicto tribus modis procedi comm. dixerunt ſcribentes per accuſationem, Inquiſitionem, & denunciationem, Pegn. *com.* 12. *in* 3. *part.* Farin. *de hæreſi. q.* 185. *n.* 21. *& ſeq.* Souſa *In Aphoriſm. Inquiſit. l.* 2. *c.* 1. *n.* 1. & Ferd. de Caſtro Palao *in opere Morali* 1. *p. tract.* 4. *diſp.* 7 *punct.* 2. *n.* 1. *& ſeq.* qui alios antiquos allegat.

2. Quocumque tamen ex iſtis modis procedant Inquiſitores ſemper procedunt ſummariè, ſimpliciter de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vt ad literam dixit text. *in cap. ſtatuta in principio, de hæreticis in* 6. & conſt. Alexandr. IV. incipiens, *cupientes*, & Vrbani IV. incipiens, *licet ex omnibus*, inter litteras pro S. Officio poſt directorium Inquiſitorum, text. autem
in Clement. 2. *de verborum ſignificatione* explicat clau-
ſulam illam, *Summariè*, &c. vt per eam intelligitur 3.
remiſſa ſolemnitas libelli, litis conteſtationis, *feria-*
rum, ac amputatæ dilationis, appellationes fruſtrato-
riæ, & ſuperflua teſtium multitudo, & latiùs de viri-
bus huius clauſulæ videndi ſunt, quantum ad pro-
poſitum noſtrum attinet, Farin. *de hæreſi, q.* 185. *n.* 14.
& ſeq. Souſa *in Aphoriſm. d. c.* 1. *n.* 2 *& ſeq.* & Ferd.
de Caſtro Palao, *vbi ſup. punct.* 1. *per totum*, & gene-
raliter Barboſ. Modern. qui alios lauſſime cumulauit
inter eius tractatus varios de clauſulis, in peculiari
clauſula *Summaria*, &c.

§ I.

De Accuſatione.

QVamvis modus hic per accuſationem proce- 4.
dendi in hoc crimine in S.Officio iam ferè in
deſuetudinem abierit, Pegna *dict. com.* 13. verſ. *in hoc*
Sacro Tribunali, Caſtro Palao *dict. punct.* 2. *n.* 1. qui
alios allegant, olimque etiam, rarò admodum modus
hic eſſet vſurpandus, vt animaduertit Eymeric. *in* 3. *p.*
n. 67. verſ. *Et attendat Inquiſitor.*

Attamen non inutile erit aliqua annotare in hac
materia, quæ ad alia etiam deſeruire poterunt. Pri- 5.
mò igitur notandum quod ſicuti inhabiles in cau-
ſis fidei poſſunt teſtimonium ferre, vt videbimus
infrà, ita etiam poterunt accuſare, ita Farin. *n.* 23. *&*
ſeq. Caſtro Palao *n.* 6. *& ſeq.* Souſa *in Aphor lib.* 2. *c.* 2. 6.
n. 6. Ratio eſt, quia valet argumentum de teſte ad ac-
cuſatorem, *c. ſuper prudentia* 11. *q.* 2. *l. qui cum maior*
§. 1. *ff. de bonis libertorum*, ſolum diſputant DD. de
inimico capitali de quo dixi, *de teſtibus, quoad per-*
ſonas §. verſ. *Verum hæc ratio.*

Secundò, notandum, quòd quamvis olim in anti-
quis formulis harum accuſationum, ſoleret accuſa-
tor ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, vt videre eſt 7.
ex Eymerico *vbi ſuprà*, attamen nunc non dicta pœ-
na eſt in vſu, & ſi accuſator ſe ſub pœna ſubſcribe-
ret adhuc ad eam non teneretur, vt benè probauit
Doctiſſ. Pegn. 3 *p direct. com.* 14. Farin. *vbi ſuprà, n.* 13.
Caſtro Palao, *n* 1. *&* 3. & Souſa *d. c.* 2 *num.* 4. ac Lud.
à Paramo *de orig. S. Inq. l.* 3. *q.* 4. *in Rubr. de forma &*
ordinatione, &c n. 16. *& ſeq.*

Tertiò notandum, quod ſi pendente Inquiſitione 8.
in hoc crimine ſuperueniat accuſator, in accuſa-
tione procedendum eſt ceſſante Inquiſitione, Fa-
rin. *n.* 11 Præſes Abauo *in §. Inquiſitio n* 38. vbi hoc
limitat, niſi Iudex de colluſione dubitet, quo in ca-
ſu arbitror poſſe procedere opinionem Souſæ, quod
ſuperueniente accuſatore non ceſſet inquiſitio, *lib.* 2.
cap. 2. *num.* 11.

Notandum quartò, accuſatorem calumnioſum in 9.
hoc puniendum eſſe eo modo, quo ſolent puniri
falſi teſtes, Pegn. Farin. Souſa, & Caſtro Palao *locis*
ſuprà indicatis, plura contra hoſce calumniatores vi-
de apud Præſidem Abayo *q.* 1 *ferè per tot. de reati-*
bus & in ſua praxi verbo *accuſatio, n.* 28. 10.

Notandum quintò, quod in hoc foro accuſator,
prout, & denunciator habetur loco teſtis, niſi ſit
inimicus, Royas *ſing.* 7. Farin. *vbi ſuprà*, *num.* 32. &
Souſa, *n.* 8. qui alios allegant.

Notandum ſextò, quod quia in Supremo Vrbis
Tribunali hic modus procedendi receſſit ab aula, 11.
Farin. *num.* 40. *in fin.* loco accuſatoris ſucceſſit fiſcus,
qui in Inquiſitionibus Hiſpaniæ proponit contra
reos accuſationem, & eam proſequitur Pegn. *di-*
cta comm. 14. vbi formulam huius accuſationis de-
ſcribit Farin. *n.* 42. Caſtro Palao, *punct.* 2. *n.* 11. Lud.

à

Lud. à Paramo *de orig. S.Inquiſitionis, lib. 3.quaſt 9.* vbi libellum accuſatorium proponit,& ſingulas eius clauſulas declarat Souſa *n.* 10.

12. Sic in multis etiam prouinciis fiſcales munus accuſatoris ſubeunt, vt in Ducatu Sabaudiæ, Præſes Abauo *de reatibus, quaſt.* 2.*num.* 1.*& ſeq.q.* 5.*n.*1.*& in praxi* §. *Inquiſitio,* n.4. *& ſeq.* vbi etiam de praxi ſimili Regni Galliæ. Certè in noſtro fœliciſſimo Statu Mediolani Fiſcales non poſſunt accuſare licet facta, & porrecta accuſatione teneantur accuſatori aſſiſtere, vt notat Clarus *in* §. *fin. q.*10.*verſ.ſcias igitur*, ſed vide *in tit. de Officio Aduocati fiſcalis.*

§ II.

De Inquiſitione.

FRequentior eſt hic modus procedendi in S.Officio per Inquiſitionem, & obſeruauit Pegna *dicto comm.ſuprà alleg.*

Et ideò, & in hoc modo procedendi infra ſcripta
13. ſunt notanda.

Et primò quidem, quod Inquiſitio eſt duplex,vna generalis, altera ſpecialis, Clarus, *in praxi,*§.*fin.q.* 5. verſ. *Poterit*, *& q.*20. *& q.* 50. verſ. *Item quia,* Gilhauſ. *in arbore iudiciali criminali, cap.*3. 1.*p n.* 3. Præſes Abauo *in* § *Inquiſitio.n.* 9 & in foro noſtro S.Officij Pegna,*comm.* 10.Farin.*q.*181 *num.* 43.Souſa *lib.*1.*c.*3. & Caſtro Palao,*vbi ſupra.punct.*4. *num.* 1. Generalis fit cum delinquens quæritur,Clar.& Gilhauſ.*vbi ſuprà.* & Caſtro Palao *vbi ſuprà,* vbi quod hæc fit ab Inquiſitoribus cum ſingulis annis edicta proponunt obligantia fideles ad denunciationem : ſpecialis fit non ad inueſtigandum delinquentem puniendum, Clar. cum omnibus aliis *ſuprà* allegatis, formulas autem vtriuſque Inquiſitionis in S.Officio, vide apud Pegn.Farin. & alios *vbi ſuprà.*

Notandum ſecundò, quod Inquiſitio ſpecialis non poteſt in S. Officio fieri cum ſumus in deli-
14. ctis relinquentibus veſtigia poſt ſe, niſi conſtiterit prius de corpore delicti, *l.* 1. §. *item illud, ad Syll.* Gilhauſ *vbi ſuprà num* 6.qui alios allegat. Farin. *de*
15. *Inq q* 1.*num.*6. Secundum eſt, quod legitima indicia præcedant, aliàs erit vtique nulla Boſſ. *de Inquiſitione n.*11 Gilhauſ. *n.*25 Souſa *in aphor.d.cap.*3.*n.*6.

16. Tertium requiſitum eſt in aliis criminibus, vt ſit clara, & ſpecifica continens omnes circumſtantias, locum, tempus, annum, & menſem, ne auferatur Reo defenſio, Farin. *d.q.*1.*n.*11.Gilhauſ.*n.*18.in foro tamen S. Officij omnes illæ circumſtantiæ in Inquiſitione ſubticendæ ſunt, ex quibus poſſet reus venire in cognitionem teſtium Pegn. *comm.* 14. *in fin* vnde Lud. à Paramo *dicta q.* 7.*n.*93. & Caſtro Palao,*punct.*2.*num.*4.aiunt in Inquiſitione, & libello accuſatorio non eſſe apponendum locum loci, alij autem ad huius Inquiſit.formationem præcedentem famam requirunt,ſed perperam, nam ſufficiunt indicia, Pegn.*comm.*16.*in fin* & Farin. *n.*48.

17. Notandum tertiò, quod cum DD. quærunt num poſſit procedi contra aliquem, vt Hæreticum, ex ſuſpicionibus leuibus, tea hæc caret dubitatione, quia paſſim ex S. Officio puniuntur delinquentes, etiam ſuſpecti leuiter de hæreſi, vt patet in Hiſpania in confeſſ.ſollicit. & polyg. & in Italia in blaſphemis non ex conſuetudine,& aliis de quibus *in ſecunda parte huius operis*, vnde ego intelligo,DD.qui dicunt, ex leui ſuſpicione non poſſe contra aliquem procedi in hoc crimine,de quibus Farin.*num.*16. vt nomine ſuſpicionis leuis velint loqui de ſuſpicione improbabili, non autem de ſuſpicione probabili, licet in genere ſuſpicionis, leui, Simanch. *de Cath. Inſt.tit.n.*58. *n.*27 Royas *de hæret p.*2 *n.*21. Farin. *n.* 58.*& q.*194. *n.* 56. qui alios allegat, alias namque DD.illi loquerentur, vnde cauſam praxim S.Officij, 18.
ſuſpicionem autem probabilem voco, quæ licet leuis ſit,attamen ex aliquo facto, oritur vel ea diſpoſitione legis, vel conſuetudinis ſiue vniuerſalis, ſiuè particularis alicuius, Inquiſit. Caſtro Palao,*tract.*4. *diſp.*7.*punct.*1.*n.*7.Suar.*de fide diſp.*24 *ſect.*2.*n.*4.

§ III.

De denunciatione.

FRequentiſſimus eſt, hic procedendi modus in S. 19.
Officio quia denuncianti non eſt ita periculoſus, cum non ſubeat onus in ſe probandi delictum, qui denunciat, ſed Iudici omne onus remittat, Pegn. *comm.* 15.verſ. *His peractis*, Farin. *num.* 71. Ludouicus à Paramo *q.*8.*n.*22.Caſtro Palao,*punct.* 3. *num.*1. Souſa, *lib.*1.*cap.*4.*num.*9.

Habetur autem hic denunciator, quoad reum lo- 20.
co teſtis,vt dixi *ſuprà,* & in titulo *de teſtibus quoad perſonas*,vnde ſi calumniator appareat puniendus erit vti falſus teſtis puniri ſolet, Caſtro Palao *vbi ſuprà,* vbi,& ex Simancha, *tit.*19. *n.*17.*& tit.*64. *n.*55. *Cathol. Inſtit.*notat denunciatorem hæretici loco teſtis ex generaliſſima conſuetudine Sanctiſſimæ Inquiſitionis.

Denunciatio autem hæc in ſcriptis,vel oretenus, 21.
& iurata notario ſcribente facienda eſt,vt notat Eymericus,*num.*78.Farin *n.*67.*& ſeq.*Caſtro Palao,*n.* 2. *&* 4.Quidquid voluerit in contrarium Ludouicus à
Paramo *de origine S.Inquiſitionis, lib.*3.*quaſt.*6.*n* 91. 22.
& ſeq. vbi voluit poſſe recipi denunciationem in ſcriptis ſine ſubſcriptione, modò teſtes in ea nominentur, poſſeque teſtes nominatos, ibi examinari, nam nunquam vidi hoc ab vllis Inquiſitoribus obſeruari, quinimò Farin.*n.*68.atteſtatur conſtitutum ſeruari in Supremo Vrbis totiúſque Chriſtianæ Reipublicæ Sanctæ & Generalis Inquiſitionis Tribunali, ſed de hac re memini me dixiſſe *in Addit.ad tit. de ſortilegiis,& in hac parte tit.de teſtibus quo ad examen,& in ſecunda parte,tit. de obligatione denunciandi*, vbi omnes alias quæſtiones ad hanc materiam ſpectantes latius proſequutus ſum.

§. IV.

De probatione corporis delicti.

DE corpore delicti conſtare debere antequam 23.
contra aliquem procedatur dix *in* 1.*p tit.*12.§. 53. & quidem per probationes planas.& liquidas,*l.*1. §. *Item illud,*ibi, *liquere igitur debet ff. ad Silan.* Fa-
rin. *de Inquiſit.q* 2.*n.* 6. Niſi eſſemus in delictis oc- 24.
cultis, & difficilis probationis, in quibus corpus delicti ſufficienter probatur per coniecturas, & indicia, Boſſ.*de delict n.* 20. Farin. *n.*12.Guazzin. *de defenſ.reorum defenſione* 3.*c.*2.*n.* 4. quod etiam habere locum in iis delictis, quæ non relinquunt veſtigia poſt ſe, vt in percuſſione facta manu vacua dixit Boſſ.*vbi ſupra,n* 23. Clarus *in praxi q.*4. verſ. *ſciat tamen,*& Farin.*n.*13.qui cæteros referunt.

In criminali homicidij, cum cadauer non reperi- 25.
tur puta alicuius teſtis,vel denunciatoris In S.Officio ſufficienter videtur probari corpus delicti per Famam Farin.*conſ.*127.*n.*4.*lib.*3 Gintha *conſ.deciſiuo crim.*43. *n.*19.& de eo qui confeſſus eſt ſe hominem occidiſſe, & in mare proieciſſe, quod forma ſufficiat dixit

Farin. *vbi ſuprà , dicta quaſtione ſecunda , num.9.*
26. Vnde cum Clarus §.*fin quaſt.*64.verſ. *debet autem*
Iudex, miraretur , quod Senatus noſter Mediolani
1555. iuſſerit torqueri quemdam Hebræum grauatum
quod Chriſtianam puellam vitiaſſet, & mox ad
occultandum delictum eam occidiſſet , licet de cadauere
non conſtaret, Portus *in addit.ad Ambroſ.l.*1.
*cap.*1. *n.*1. ait quod Clarus non debet mirari , quia
poterit Senatus ſic proceſſiſſe ex informationibus
ſumptis ea fama.
27. Si verò cùm fama alia Indicia concurrerent res
eſſet indubitata, vtputa ſi occiſus viſus fuiſſet cum
homicida , vt in caſu illorum de Longiuis deciſo
28. à Senatu apud Clarum *dicta quaſt.*4. verſ. *quomodo*
verò, & ſimilem deciſ. eiuſdem ordinis de Dionyſio
Perego, vide apud Portum *vbi ſuprà* , verſ. *Rurſus*
in ea cauſa, hic enim cum imputatus fuiſſet de nece
cuiuſdam Monteſini, ne vi ſalui conductus pandetet ,
quoddam mandatum ab ipſo Perego habentem,
nec cadauer Monteſini vnquam fuerit repertum,
adeſset tamen fama pubica, & viſus fuiſset Peregus
cum Monteſino, fuit per Senatum damnatus ad triremes
quinquennales , vt videre eſt ea eodem Porto
in faſciculo rerum crimin.§. *Parricidium,fol. mihi*
740 ibi, *Ideoque iure merito.*
29. Idem dicendum ſi cum fama concurrerent minæ,
ſic enim iuſſit Senatus procedi contra quendam,
qui minatus fuerat puero cuiuſdam Pauperculæ vbi
in ſuo depaſceret beſtias , his enim minis ſtantibus
vna cum fama , quod puer fuerat proiectus in
flumen Abduæ ad vlteriora fuit proceſsum non obſtanti,
quod cadauer nunquam fuerat repertum , vt
30. teſt.idem Portus de Ambroſ *vbi ſuprà.*
Idem quoque dicendum ſi cum fama concurreret
quod in domò ſuſpecti viſæ ſeu repertæ fuerint
guttæ ſanguinis,ita enim ſuperioribus annis decidit
31. idem Senatus Mediolani in illo nobili viro criminali
imputato in Ciuitate Mediolani de nece cuiuſdam
cuius cadauer cum non reperiretur, & adeſset fama
publica de nece illius,& in domo dicti nobilis repertæ
fuiſsent nonnullæ guttæ ſanguinis ſuper quadam
ſcala,Senatus in hoc crimine occulto habuit pro ſufficienter
probato corpus delicti, & fuit ille nobilis
ad mortem damnatus, & tortus denunciata morte,
cum antea fuiſset negatiuus, omnia faſsus fuit , &
cadauer ipſo indicante fuit repertum.
Atque hæc procedunt cum corpus delicti in homicidio
probatur per coniecturas , & indicia , ſed
quid eſſet dicendum cum probaretur tantùm per
ſuſpiciones.
32. Senatus noſter Mediolani,qui nullos indebitè,&
contra iuris ordinem grauat,nec tamen delicta quantum
fieri poteſt impunita relinquit,ſolet cogere ſuſpectos
ad fideiubendum de ſe corrigendo toties
quoties,ſub graui pœna,Clar.*d.q.*4.verſ. *Quando verò*,
ibi *Ego quandoque.* & ſic die 2. Octobris 1610.
Senatus in hæc verba reſcripſit Prætori Cremonæ,
Audita in Senatu relatione ſtatus cauſa, quam nobis
feceras predeceſſor veſter 9. Iulij 1609. requirendo
quomodo procedendum contra Andreum Baleonum
quarelatum de homicidio Honorij Campi. qui à trien-
nio citra non reperitur , vobis mandamus, vt dictum
Baleonum pro nunc reum non conſtituatis,ſed fid.au-
31. *reorum* 500.*adſtrictum retineatis.*
In crimine veneni cum agitur de probando corpore
delicti in caſu occurrenti de anno 1637. ſub
illoſtriſſ.viro D.Don. Conſaluo de Salamanca, dum
ego eſſem L.T.Aduocati Fiſcalis noſtræ inclytæ Ciuitatis
Cremonæ plura in curia conſiderabamus.
34. Et primò quidem quod corpus delicti probatur
ea atteſtatione Medicorum, Car. *conſil.99.inter conſ.*
*crim.diu lib.*1.Alea. ad quem omnes recurrunt *con-*
*ſil.*115.*l.*3. 35.
Secundò,quod depoſitiones Medicorum licèt ſint
de credulitate tamen probant, ſi ſint iuratæ,& deponant
de veneno propinato non ingenito, & quidem
expreſsè Farin.*q.*2 *n.*30 Farin.*conſ.*19.*vol.*1.Rot.
Auenion. ſemper in hac materia videnda *deciſ.* 20.
per totam,Giouag.*conſil.*28.*n.*22.*ſeq.lib.*2. 36.
Tertiò , animaduertebamus ſigna quæ in corpore
illius mulieris, quam præ manibus habebamus,dicebantur
ea,videlicet ſpumam ea ore,vomitum , liquorem
totius corporis, eſse æquiuoca, & communia,
tam veneno propinato quam ingenito. Præſca
Abauo *in praxi criminali* in verbo *Venenum,num.*7.
*& ſeq.*Zach *in quaſtion.Medico-legalibus* ad quem in
hac materia ſemper recurrere debet prudens Iudex,
*l.*2.*tit.*2.*q.*7.vbi latiſſimè diſserit de ſignis propinati,
& ingeniti veneni,déque eorum fallacia. & validitate,
bene Decius Turrian.*inter deciſ.Viuij l.*3.*dec.*487.
qui omnino videatur, quia cum ſit Medicus ea ſuæ
artis principiis probar quod diximus. 37.
Quartò conſiderabamus,quod quia probatio corporis
delicti in hoc crimine difficilis erat attamen
non ita facilè abſoluendi ſunt Rei ea defectu huius
probationis,ſed res tota cum Principe,& eius Sena- 38.
tu conſulenda,eſt vt Papiæ factum fuiſſe atteſtatur
Clar.*q.*4.*in fin.* vbi ait Curiam illius ciuitatis contra
quendam nobilem imputatum ſe veneuaſſe propriam
vxorem ſeuerè admodum proceſſiſse, re tamen cum
Senatu participata,licet vix delicti indicia adeſsent,
ac proinde Curia noſtra in illo ſibi occurrenti caſu
fuit in voto conſulendum eſse ea officio Senatum.
Atque hæc latius in his criminibus explicaui, quia
de facili ea poſsunt contingere in S.Officio, in ter-
minis Bullæ *Si de protegendis.* 36.
In crimine furti , Faber *l.*6. *Cod. defen.*2. videtur
voluiſſe conſtare debere de corpore delicti aliter,
quàm per querelam partis hoc tamen dictum intelligo
ego in furto cum fractura , aliàs enim ea ſola
querela proceditur, & perficitur proceſſus Clar *q.*8.
verſ. *ſcias* vbi addit Farin. *n.*16 & de indiciis furti
videtur Farin *n.*1-*ſeq.*& Menoch *conſil.*351. 40.
In crimine autem ſtupri falſi,& adulterij quomodo
corpus delicti ſit probandum videndi ſunt Farin.
dicta q. .Guaazin. *dicta defenſ.*4.*cap.*6.*&* 9. qui
alios allegant. 41.
In crimine tamen hæreſis. quod in animo conſiſtit
nulla requiritur probatio corporis delicti,ita Fatin
*vbi ſup.*25.& alij apud ipſum , & *n. ſequenti* addit
idem dicendum eſse de confeſſionibus Lamiarum
quando apoſtaſiam confitentur , non quando
confiterentur neca infantium , vt dixi pluribus al-
leg *in* 1.*p.tract.*12.§.11. 42.
Et ſic in crimine hæreſis, ſicuti in aliis omnibus
ad S.Officium ſpectantibus in quibus nulla poſt ſe
manent veſtigia,vt in ſollicitatione in confeſſione,
blaſphemia,& ſimilibus, Iudex habita denunciatione
ſtatim debet aſsumere debitas informationes , &
contra reum procedere,Clar. *dicta quaſt.*4. verſ *ſcias*
tamen vbi additiones. 43.
Secus ſi delicta relinquunt veſtigium poſt ſe, vt
accidit in crimine fractionis Crucifixi, & vulnerationis
Sacræ Imaginis, In hoc enim caſu Inquiſitores
debent curare,quid in proceſsu conſtet de corpore
delicti ante omnem actum iudicialem contra
reum,Honded *conſ.*88.*vol.*2.
Confeſſio enim delicti minimè ſupplet defe- 44.
ctum probationis corporis delicti,Guazzin.*vbi ſuprà*,
*c.*3.Farin.*n.*7.& Præſca Abauo,§.*venenum,n.*15.

TITVLVS

TITVLVS II.

De citatione, captura, & examinatione reorum.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit citatio, eius origo, n. 2. & requiſita n. 4.*
3 *Citatio alia verbalis, alia realis.*
5 *Rei in hoc foro ſunt citandi, num. 6. vbi quod citatio eſt de ſubſtantia iudicij.*
7 *Cum ſuſpectus de hæreſi non eſt contumax, ſed de facili poteſt inueniri, non eſt cauſa in citatione exprimenda, alias ſecus, n. 8.*
9 *Vnica citatio ſufficit in hæretico præſente, & quid in contumace, n. 10. & ſeq. vbi opiniones referuntur.*
14 *Citatio debet perſonaliter intimari. quid ſi hæreticus lateat, n. 15. & quando dicatur latitare, n. 16.*
17 *Relatio nuncij de citatione in actis eſt redigenda.*
18 *In criminibus a captura non eſt inchoandum, ſed debet conſtare de delicto, & delinquente ex legitimis indiciis, n. 19. niſi reus eſſet de fuga ſuſpectus, n. 20. & quid in hoc caſu ſeruandum n. 21.*
22 *Indicia, quæ ad capturam ſufficiunt remittuntur arbitrio Iudicis, qui in Sancto Officio multum debet temperare arbitrium ſuum num. 23.*
24 *In crimine hæreſis non eſt deueniendum ad torturam, niſi cum adſunt indicia ad torturam, niſi perſona carceranda eſſet inſignis, nam aliàs maiora adhuc requiruntur indicia, num. 25.*
26 *Prout minora indicia ſufficerent ſi perſona aliàs eſſet ſuſpecta.*
27 *Deciſio Supremæ Inquiſitionis Hiſpaniæ.*
28 *Inquiſitores an poſſint reum capere in alieno territorio.*
29 *Plura mandata executiua ſunt executori contingenda cum plures ſunt capiendi, non vnum pro omnibus.*
30 *Aliquando in actu capturæ fit perquiſitio Domus.*
31 *A captura non datur appellatio.*
32 *Cum agitur de hæreſi formali fit deſcriptio bonorũ.*
33 *In actu capturæ executor debet oſtendere mandatum executiuum capiendo.*
34 *Carceratio fit vt captus cuſtodiatur.*
35 *Examen reorum eſt prudentiæ potiùs quam artis.*
36 *In arbitrio eſt Inquiſitorum quoties reos examinent, & conſtituant.*
37 *Inquiſitores in examine moleſti eſſe non debent ſed humaniſſimè ſe gerere, n. 38. Exemplum Inquiſitorum Hiſpaniæ, n. 39.*
40 *Reus non eſt interrumpendus cum incipit fateri, nec ei danda dilatio ad reſpondendum, num. 41. nec promittere impunitatem, num. 42.*
43 *Inquiſitor poteſt dicere Reo, quòd ſecum miſericorditer agatur niſi eſſet relapſus, num. 44.*
45 *Si de facto Inquiſitor relapſo promitteret impunitatem, an ea ſit obſeruanda.*
46 *Deciſio Supremæ Inquiſitionis Hiſpaniæ.*
47 *Deciſio Senatus Sabaudiæ, in materia impunitatis.*
48 *Ex confeſſione emanata ſub ſpe impunitionis an poſſit Reus damnari, & quid ſi eſſet Relapſ. n. 49.*
50 *An Iudici liceat ad eruendam veritatem, vti ſimulationibus.*
51 *Abſtinere debet Inquiſitor ab Interrogatoriis ſuggeſtiuis.*
52 *Interrogandi rei non ſunt extra ea in quibus grauantur.*
53 *Modus Reos interrogandi remiſſiuè.*
54 *Examina teſtium debent ſcribi à Notario nam aliàs ſcripta à Iudice non probant.*
55 *Notarij ferè nunquam ſeruant ſecretum.*

QVia poſt aſſumptas ab Inquiſitoribus informationes contra aliquem, is inauditus condemnari nequit, ideo hoc loco de citatione agendum eſt cum ea ſit actus totius futuri iudicij præparatorius.

§. I.

Quid, & quotuplex ſit citatio.

OMiſſa defenſione Socini *in tract. de citat. art. 1.* cum ea vberior ſit, quam definitioni conueniat, Ego cum Vueſemb. *in paratit. Pandectarum, lib. 2. tit. de in ius vocando, n. 11.* eam ſic definitio. *Citatio eſt actus iudicialis ſeu iudicij præparatorius, quo is, quem coram iudice ſiſti opus eſt, eiuſdem Iudicis mandato legitimè vocatur, iuris experiundi cauſa.* 1.

Huius citationis origo eſt ex iure Diuino, quo Gen. 2. Deus antequam Adam condemnarat eum citando vocauit, *Adam vbi es,* & ex iure ipſo naturæ, cum ſit defenſionis ſpecies, *Clem. Paſtoralis, de re iud.* Abb. *in cap. cum olim, de re indic.* Maranta *in praxi p. 6. cap de citat num. 3.* 2.

Duplex autem quantum ad propoſitum noſtrum attinet eſt citatio, alia verbalis, quæ fit, verbo, vel ſcriptis & realis quæ fit per apprehenſionem perſonæ, Vueſemb. *vbi ſuprà verſ. ſpecies citationum,* Inquiſitor Cantera, *in ſuis quæſt. Crim. Præludio 3. n. 2.* & alij *infra* allegandi. 3.

Vtraque autem citatio ad eius validitatem tria ſubſtantialia requirit, mandatum Iudicis de citando, citationem ipſam, ſeu mandatum Iudicis ſcriptum executori conſignatum, & relationem executoris, ſeu nuncij, Maranta *in praxi loco citato, num. 51. & ſequent.* & latiùs citationis requiſita declarans collegium Colonienſe Iuridicum, *in ſelect. diſp. tit. 1. diſp. 4. n. 1. & ſeq.* 4.

Ex his duo conſequitur, vnum eſt, quod hæretici, vel de hæreſi ſuſpecti in hoc Tribunali citandi ſunt, iudicium enim contra eos inſtituendũ ſine actu præparatorio ſubſiſtere nequit, Ludouicus à Paramo *de orig. S. Inquiſit. lib. 2. q. 4. in rubr. de forma, & ordine, num. 62. & ſeq* Farin. *de hæreſi, q. 185. n. 154.* Souſa *Aphoriſm Inq. lib. 2. c. 27. per totum,* Ferd. de Caſtro Palao, *in opere Morali, 1. p. tract. 4. diſp. 8. punct 5 n. 1.* qui alios citant. 5.

Alterum eſt Inquiſitores non poſſe hanc citationem omittere, ſub eo prætextu, quod vt *ſuprà tractatu præcedenti* diximus, habeant facultatem procedendi ſummariè de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, quia citatio eſt de iure naturæ, & quæ à dicto iure proueniunt, non intelliguntur ex vi dictæ clauſulæ ſublata, ita in indiuiduo Pegna *in 3. p. Directorij comm. 104. in fin.* Souſa *in Aphoriſm. lib. 2. c. 1. n. 5.* Farin. *vbi ſuprà n. 16.* & Barboſ. *de clauſ. inter eius tract. variet clauſul.. n..* 6.

§. II.

An in citatione verbali debeat inſeri cauſa.

IN hac re breuiter procedendo diſtinguendi ſunt duo caſus. 7.

Primus caſus eſt, cum hæreticus, vel ſuſpectus

de hæreſi, citandus non eſt contumax, aut facile capi poteſt, & tunc tantummodò generaliter eſt citandus, vt ſe coram Inquiſitoribus ſiſtat, Simanch. *de Cath inſtit. tit. 44. num.* 12. Pegna *in ſecundam partem Directorij, comm.* 2. *ſub litera G*, Lud. à Paramo *de origine S. Inquiſitionis loco ſupra citato*, *num.* 24. & Ferd. de Caſtro Palao *dicto puncto* 5 *n.* 2. qui alios allegant.

8. Secundus caſus eſt cum hæreticus, vel ſuſpectus de hæreſi citandus eſt contumax, vel capi nequit, vel latitat, & ſui copiam non facit, & tunc in verbali hac citatione inſerenda eſt cauſa apponendo in ea ſolitam clauſulam, *Reſponſurus de fide compareas*, aliàs non poſſet contra eum procedi iuxta formam *c. cum contumacia, de hæreticis in* 6. ita Pegn. *vbi ſuprà, & 3. p. comm.* 33. verſ. *Fit tamen interdum*, & alij ſupra allegati, Sigiſm. Scaccia. *de iudic. lib.* 1. *c.* 47. *n.* 9. P. Diana *reſol. moral. tom.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 42. verſ. *Notandum eſt hic*, & Farin *dicta q.* 185. *n.* 112. *& ſeq.* Souſa *in aphoriſm. lib.* 1. *cap.* 27. *num* 5.

§. III.

An vna vel multiplex citatio requiritur.

QVæritur hôc loco an ad contumacis condemnationem vnica ſufficere poſſit citatio, vel multiplex requiratur, nam quoad hæreticum præſentem, & non contumacem vtique vnica ſufficit
9. citatio, Farin. *vbi ſuprà, num.* 158. & Souſa *dicto c.* 27. *num.* 11.

10. Aliqui igitur voluerunt vnicam ſufficere citationem continentem tempus 30. dierum, quorum decem pro primo, decem pro ſecundo, & decem pro tertio, termino peremptorio aſſignentur. Ita Scaccia, *de ind. lib.* 1. *c* 43. *n* 10. qui alios allegat.

11. Alij voluerunt ad minus requiri duas citationes ita Alph. à Caſtro *de iuſta hæreticorum puniſione, lib.* 2. *cap.* 1. & Carer. *de hæreticis, num.* 128.

12. Alij tandem in ea fuerunt ſententia, quod requirantur tres citationes, & monitiones, ita Simanch. *de Cath Inſtit. tit.* 14. *num.* 6. *& Enchirid. ind. violatæ Religionis, tit.* 45. *de abſentibus, num.* 3. *ſeq.* Lud. à Paramo *de orig. S. Inquiſitionis dicta q.* 4. *num.* 65. Royas *ſing.* 19. *num* 2. Farin. *num.* 117. verſ. *verius tamen eſt.* Souſa *dicto c.* 27 *n.* 10. Caſtro Palao *dicto puncto* 5 *n.* 2. & P. Diana *part.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 41. *in fin* & ita paſſim in Tribunalibus Hiſpaniæ obſeruari atteſtantur ſupradicti omnes Doctores.

13. Ego hanc opinionem veriorem arbitror, nam tutior eſt in materia hac quæ grauiſſima eſt, & magis congruit cum text. *l. conſentaneum C. quomodo, & quando Iudex. & l. contumacia*, §. 1. *ff. de re iudicat.* & hinc videmus, quod trina citatio facta domi æquiparatur citationi perſonali, ſecundum ſpecialem ritum Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, de quo Ricc. *deciſ.* 204 *lib.* 1. ſecundum quem domi citatus habetur pro perſonaliter citato, ad effectum vt poſſit excommunicari.

In hac tamen re praxis vniuſcuiuſque Inquiſitionis, & Tribunalis erit diligenter obſeruanda.

§. IV.

De executione citationis verbalis.

14. CItatio verbalis vbi citandus, nec abſens ſit, nec latitet ſine difficultate perſonaliter citando intimari debet ita Farin. *in d. quæſt.* 285. *n.* 116. poſt Simanch. *de Cath. Inſtit. tit.* 14. *de contumacibus, n.* 5. & 6. & *in Enchiridio, tit.* 145. *n.* 7. *& ſeq.* bene Souſa *in Aphoriſm dicto c* 27. *num.* 9.

Cum autem abſens eſt, vel latitat, tunc citandus eſt, vel domi ſuæ ſolitæ habitationis cauſam quæ de dolo, & contumacia, ibi ad domum, vbi Modern. Barboſa, *num.* 3. *& ſeq.* & hoc vbi conſuetudo Tribunalis alter non repugnet. 15.

Vel per edictum ad valuas Cathedralis Eccleſiæ, quod in Tribunalibus S. Inquiſitionis videtur frequentius, Scaccia, *de iud. lib.* 1. *cap.* 98. *num.* 32. Simanch. *loco alleg.* Farin. *vbi ſuprà, n.* 116. Modern. Barboſa *in c. fin. n.* 2. *& ſeq. de dolo, & contumacia*, vbi omnes, DD. de hac citatione tractantes refert.

Latitare autem Reus dicitur, vbi in domo vbi vxor, & filij habitant non inuenitur, Barboſ. *in d. n* 4. 16.

Executa citatione nuncius in actis Cancellarij S. Officij cum iuramento referre debet, ſe talem citaſſe eo modo, quo Inquiſitoris mandatum fuit executus, & in hoc plenè ei creditur iuxta ea quæ dixi, de teſte Birtuario, quibus addo nunc, Modern. Barb. *in c. cum dilecti, n.* 4. *de dolo, & contumacia*, & Bobadill. *lib.* 1. *c.* 13. *n.* 44. vbi bene notat, non credi nuncio aſſerenti, citatum ſibi dixiſſe ſe nolle comparere. 17.

§. V.

An indicia debeant capturam præcedere. 18.

IN criminalibus nunquam à captura inchoandum eſſe peruulgatum eſt in iure noſtro axioma, quod in omnium ore vagatur, *l. nullus in carcerem, & l. ſi C. de reis exhibendis*, & ibi Bart. Bald. Salicet. & alij.

Conſtare igitur prius debet de delicto, & ex ſecretis indiciis deſumptis etiam de delinquente, antequam ad ipſius capturam deueniatur, Clar. §. *fin. q.* 18. Royas *de hæret. p.* 2. *aſſert.* 1. *n.* 2. *ſeq.* Pegn. *in* 3. *p. comm.* 17. verſ. *Ergo in hoc articulo*, Farin. *de carceribus, & carceratis, q.* 27. *n.* 111. *ſeq.* Souſa *in Aphoriſm. Inquiſitorum lib* 2. *c.* 16. *n.* 5. Paulus Garzias, *in ſua praxi S. Officij, fol mihi* 5. Præſes Abauo *in praxi*, §. *captura n.* 1. *& ſeq.* 19.

Si tamen reus ſit de fuga ſuſpectus, conſtito Inquiſitori ſaltem ſummariè, de hac ſuſpicione fugæ (Præſes Abauo *vbi ſuprà, n.* 6. verſ. *Si tamen de fuga*, vbi ponit pulchrum Arreſtum ſui Senatus Sa- 20.
baudiæ) vtique poterit Inquiſitor mandare, quod 21.
reus capiatur, ex ſola informatione extraiudiciali nondum in ſcriptis redacta, dummodò moraliter ſit certus, quod poſt capturam venient teſtes ad ſe examinandum, Clar *d. quæſt.* 18. verſ. *Sciat autem*, Farin. *d. quæſt.* 27. *num.* 130. Souſa *cap.* 16. *num.* 6. & idem Præſes Abauo *in tractatu reatuum, quæſtione quinta, num.* 1. *& ſequent.* vbi allegat vulgatum dictum Poëtæ, nocuit differre paratis, in hac autem re plurimum poteſt arbitrium prudentis Inquiſitoris, cui hoc munus incumbit æqua lance decernere, quid magis minuſve conducat, Præſes Abauo *dicta quæſtione tertia*, verſ. *Verùm id Iudicis.*

§. VI.

Qualia indicia requirantur ad capturam in crimine hæreſis.

INdicia ad capturam ſufficientia quæ ſint, videtur in prudentis Iudicis arbitrio poſitum, *lib.* 1. *ff. de cuſtodia reorum* Præſes Abauo *in Praxi* §. *captura, num.* 7. Farin *quæſt.* 27. *num.* 126. *& ſeq.* Souſa *in* 22.
Aphoriſm.

Aphoriſm. Inquiſit.lib.2. cap. 26.num.7.

In hoc tamen crimine hæreſis, prout & in
13. aliis ad hoc Tribunal ſpectantibus, debent Inquiſitores in decernenda contra aliquem captura multum temperare arbitrium ſuum, & magno cum conſilio ad eam procedere, Pegna *comm.*17.verſ. *Hæc res*, vbi ait, ex inſtructione quadam Madriliana anni 1561.cap.1.cuius verba ibi refert, quod ſi Inquiſitores cum conſilio peritorum, & conſultorum procederent ad huiuſmodi capturas, vtrique cautius agerent, quamuis autem huiuſmodi Indicia ſint vt dixi arbitraria, tamen vt Iudex ſciat quomodo ex Iure regulare debeat arbitrium ſuum,

14. Dicendum eſt non eſſe deueniendum in hoc crimine ad capturam niſi adſint indicia ſufficientia ad torturam, & ſic ſaltem ſemiplena probatio, ita obſeruari in Inquiſit. Hiſpaniæ atteſtatur Cantera, *c.1. de probatione per teſtes, rubr. de in lic.ad torturam, num.*60. verſ. *Verùm tamen tene menti*, idque id ex ſpecialibus inſtructionibus Supremæ Inquiſitionis illius Regni, & in Inquiſitionibus Italiæ, vt atteſtatur Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neapol. c.* 68.*num* 5.verſ.*cum carcerat.c.*2. *impreſſionis, & cap.* 84. *num.* 1. *primæ impreſſionis*, cum quibus tranſit P. Diana *dicto tract.*8.*reſol.*11.

15. Si tamen perſona carceranda aliàs eſſet optimæ famæ, & inſignis nobilitatis, conſulunt DD. quod maiora indicia requirantur, Royas *de heret. p* 2.*aſſert.*1.*num.*22.Souſa, *numer.*11.,Farin.*dicta quæſt.*181. *num.*7.qui alios allegant, adduntque ex Pegna *com.* 108.verſ.*Primam ergo* quod non eſt deueniendum ad capturam alicuius officialis, vel perſonæ inſignis, niſi conſulto Supremo Tribunali, prout nec ſolere Inquiſitores particulares in Hiſpania carceri mancipare in materia ſollicitationis aliquem Sacerdotem, ſine conſilio Supremi Senatus illius Regni, atteſtatur Caſtro Palao *tract.*4.*diſp.*11.*puncto* 11. *num.*1.

16. Si tamen perſona eſſet aliàs ſuſpecta, vt quia eſſet de genere Maurorum, & eſſet denunciata apud Inquiſitores, de aliquibus cæremoniis illius gentis, fortaſſe etiam ex dicto vnius teſtis aliquam exceptionem patientis poſſet carcerari, quia ex præſumptione oriente ex illius origine, iuncta depoſitione illius teſtis coaleſceret ſemiplena probatio, & ita in Supremo conſilio Inquiſitionis Hiſpaniæ ex dicto vnius Mulieris minoris annis 18.capti fuerunt duo homines pro hæreſi, ex eo quod duo illi erant
17. de genere Maurorum, & cæremoniæ de quibus illa mulier teſtabatur erant Mahometanæ; & ſic contra eos erat præſumptio, quod eſſent de illo genere, nam ex malis parentibus præſumitur contra filios, *cap.quia veriſimile. de præſumpt* vt atteſtatur Cantera *cap.* 2. *de prob.per teſtes, rubr de indic.ad torturam*, *n.*27.verſ.*Vnum tamen vidi practicari.*

§ VII.

An Inquiſitores poſſint capere reum in alieno territorio.

18. BReuiter hanc quæſtionem reſoluit Simancb. *de Cath.Inſt. tit.*2.*num.* 14 *ſequ.* & Scaccia *de iud. lib.*1.*cap.*23.*num* 4.*& ſeqq.*& poſt hos Diana *reſolut. moralium. tom.*4.*tract.* 8.*reſolut* 7. qui dixerunt Inquiſitores ſine vllis literis Requiſitoriis Dominorum temporalium poſſe exequi mandata ſua in eorum territorio, & quod idem poſſunt ſine requiſitione aliorum Inquiſitorum, & Epiſcoporum, quia omnes ſubſunt eidem Pontifici, in praxi tamen Inquiſitores Inquiſitoribus, & Epiſcopis literas requiſitorias mittere ſolent.

§. VIII.

De animaduertendis circa capturam in hoc foro.

NOnnulla eáque non leuis momenti circa capturam, & carcerationem Reorum in S. Officio animaduertenda ſunt.

Et primò quidem ſi ex eodem proceſſu reſultent 29.
plures Rei, & contra omnes ſit captura decernenda, non eſt conſignandum executori vnum mandatum executiuum contra omnes, ſed contra ſingulos ſingulare mandatum relaxandum eſt, ita Paulus Garzia *in praxi* his verbis fol.5. *Si huuiere muchos complices contra cada vno ſe ha de hazer vn mandamiento, y no todos iuntos porque ſi el alguazil huuieſſe de monſtar por algun caſo el mandamiento, no ſe ſepan los demas*, Pegna *comm.*108.*tertia partis* verſ. *Iam ubi captura*, Souſa *dicta c.*26.*n.*17.

Animaduertendum ſecundò, iuxta ea quæ diximus in additionibus ad primam partem in titulo 30.
de ſortilegis, ſolet in actu capturæ fieri perquiſitio domus capti, quæ facienda eſt, vt ibi monuimus, interim tamen notat Paulus Garzias, *vbi ſuprà fol.* 8 quod in proceſſu notanda ſunt omnia, quæ in actu capturæ erant apud captum. 31.

Tertiò notandum, quod quantumcumque captus à captura appellet, detinetur Guido Pap.*decis.*335. Præſes Abaun *in praxi* § *captura*, *n.*31 & hoc maximè procedit in hoc Tribunali, in quo cum maxima maturitate conceduntur capturæ, vt *ſuprà* vidimus.

Quartò notandum, quod cum captura conceditur ob hæreſim formalem, tunc ex ordine S. Officij fit deſcriptio bonorum Rei, & ſequeſtratio penes idoneam perſonam quæ ea cuſtodiat, Royas *de heres p.*2. *num.* 46. Paulus Garzias *in praxi fol.*6.ibi *No ſe manda prender con ſeereſtro, ſaluo quando es por heregia formal.* Diana *vbi ſupra reſolut.* 86. vbi plures Hiſpaniæ inſtructiones in hac materia omnino videndas refert. 32

Quintò, executor in actu capturæ debet Reo oſtendere mandatum executiuum Inquiſitorum, aliàs enim non teneretur credere ei, quod habet mandatum text.eſt *in l.prohibitum*, vbi Bart. & alij *Cod. de iure fiſci*, Farin.*de teſtibus q.* 56 *n* 374.*& ſeq. & de carcer.& carceratis q* 52.*n.*31.Clar *in praxi* §. *fi. q.*28.verſ.*Dictum eſt*, vbi addentes, aliàs enim impunè ei poſſet reſiſti. 33.

Poſt capturam ſequitur carceratio, ad eum enim finem fit, vt captus cuſtodiatur *l. aut damnum* §.*ſolens*,*ff.de pœnis*. circa carcerationem autem notanda ſunt ea, quæ diximus *in additionibus ad titulum de ſortilegis*, vltra ea quæ notat Pegna *dicto comm.* 108. & Souſa *lib.*2.*c.*26. 34.

§. IX.

De examine reorum.

IN examine quoque reorum multa notanda ſunt, quæ valdè vtilia erunt in facti contingentia, quamuis alia permulta notabimus in peculiari praxi ſancti Officij, vbi exempla huius examinis ſubijciemus.

Primò igitur notandum, examen in S. Officio 35.
potius eſſe prudentiæ, quàm artis, vt monet nos

Pegna *in 3.part direct.comment.* 21. *num.* 85 *in principio.*

36. Secundò notandum, in arbitrio poſitum eſſe Inquiſitorum quoties reos examinet, & conſtituat, nam certè vnica tantummodo audientia contenti eſſe non debent, Simancha *de Cath.Inſtit.tit.*43 *de ordine procedendi,num.*14.*& ſeq & in enchirid.ind.violata Religionis,tit.*28.*rubr de monitionibus per totam.* *& rubr. de Interrogationibus tit.* 27. Pegna *in praxi Inquiſitorum lib.*2. *cap.*9. *& comm.* 18.*tertia partis, littera D*, Paulus Garzias *in praxi S. Officij, fol.* 8. *à tergo.*

37. Tertiò notandum, quod Inquiſitores non debent eſſe nimis reis moleſti in interrogationibus, ea percunctantes, quæ parum ad rem faciunt, ſed omnes eorum interrogationes ad cauſam vel ſubſtantiam delicti pertinere debent, Pegn. *comm.* 18. *tertia partis*, verſ. *Hoc autem præ cæteris.*

38. Quartò notandum, quod in examinandis Reis Inquiſitores humaniſſime ſe gerere debent, non autem nimis rigoroſè, & acerbè, memores ſe homines eſſe, qui & in ſimilia, & peiora cecidiſſent, niſi Omnipotentis Dei gratia adiuti fuiſſent, vt de ſe ipſo dicebat D.Franciſcus, ita Pegna *vbi ſuprà.* verſ. *Dum hæc omnia geruntur.* P. Zanardus *in Direct. Theolog. part.*3.verſ. *Secundò intra primos dies*, P.Diana *reſol. moral.tom.*4.*tract.*8.*reſol.*88.vbi aiunt, poſſe Inquiſitores dum reos examinant concedere eis humile ſedile, ad hoc vt magis quietum animum habeant.

39. Et vt Inquiſitores Italiæ videant, quàm benignè Inquiſitores Hiſpaniæ reos examinent, ſubiicio verba ipſorum, quibus eos monent, ex Paulo Garzia, *vbi ſuprà* fol.10.à tergo, *Fue lo dicho que en eſto Santo Officio no ſe acoſtumbra prender perſona alguna, ſin baſtante informacion &c. Por tanto que por reuerencia de Dios Nueſtro Señor y de ſu Glorioſa, y bendita Madre nueſtra Señora la virgen Maria ſe le amoneſta y encarga, recorra ſu memoria, y diga y confieſſe enteramente la verdad de lo que ſe ſentiere culpado, ò ſupiere de otras perſonas, que lo ſean. Sin encubrir de ſi ni dellas coſa alguna ni leuantar à ſi, ni a otro falſo teſtimonio porque haziendolo aſſi deſcargara ſu conſiencia como Catolico Chriſtiano, y ſaluara ſu anima y ſu cauſa ſara deſpachada, con toda la breuedad y miſericordia, que huuiere lugar &c.*

Quintò notandum, quod ſi reus veritatem fateri cœperit ullo modo eſt interrumpendus, niſi ad aliena à cauſa vagetur, Pegn. *dicto comm.* 18. verſ. *Quod ſi delinqueas.*

Sextò, ſi reus petat dilationem ad reſpondendum, tunc quidquid voluerit Alex. *l. prima in principio num.*6.*ff de edendo*, cum aliis *ibidem* vtique Inquiſitor non debet ei eam concedere, reus enim ex quo ſuper facto proprio interrogatur, ſtatim debet reſpondere, Bald.*l.cum falſam, num* 2. *ff.de acq. hæred.* Clarus *in praxi* §.*fin. quæſt.*41. *num.*7. Gilbauſen *in arbore iudiciali criminali, cap.*5. *ramuſculo* 2.*num.*9. *& ſequent.* qui de communi iudiciorum praxi atteſtantur.

Septimò, nullo modo debet reis ſi fateantur pro-
42. mittere impunitatem, ſed tantummodo Inquiſitor poterit dicere reo, quod ſecum vtetur miſericordia, ita Pegna *in tertiam partem comm* 23.*num.*106.verſ.
43. *Verum tamen in hoc Tribunali*, Paulus Garzias *in ſuo ordine proceſſus in Sancto Officio,fol.*11.ibi, *y ſu cauſa ſara deſpachada con toda Miſericordia, que huuiere lugar*, Scacc.*de iudicijs lib.*1.*cap.*87.*num.*25. Vbi ta-
44. men hæreticus eſſet relapſus non debet Inquiſitor dicere reo, quod ſecum miſericorditer aget, ita DD. *ſuprà* allegati & præcipuè Garzia, vbi ſic ait, *y ha ſe de aduertir, que ſi es relapſo no ſo le ha deçir, que ſe harà con el de Miſericordia pues no ſe le puede conceder ſolo ſo le ha de dezir, que diga verdad, y deſcargue ſu conſciencia, y ſe procedera Iuſticia.*

Sed quid ſi de facto Inquiſitor promiſit relapſo 45.
Miſericordiam, an ei promiſſa impunitas ſit obſeruanda? Contrariæ ſunt inter ſe ſententiæ vt videre eſt apud Pegnam *dicto comm.*23. verſ. *quantum ad ſecundum*, & Farin *de reo confeſſo, & conuicto, q.* 81.*cap* 8 *per totum*, ac Ludouicum Gilhauſ.*in arbore iudiciali criminali cap.* 6. *part.*2. *de confeſſ. num.* 38.& 39.

Bene verum eſt, quod Inquiſitor Cantera *quæſt.* 46.
*Crim.c.*1.*de vera confeſſione, n.*9.verſ. *Secundò intelligo*, ibi *ſed rectè in hoc Crimine*, Atteſtatur per ſupremum conſilium Inquiſitionis Hiſpaniæ fuiſſe deciſum non eſſe relaxandum, quendam relapſum ex eo quod Inquiſitor promiſerat ei miſericordiam.

Et cum hac deciſione huiuſce Supremi Tribuna- 47.
lis, videntur conſonare deciſiones Senatus Sabaudiæ, apud Præſidem Abauo *in ſua praxi, & theorica criminali in* §. *confeſſio,num.*32.*& ſeq.* Vbi ait, ex tali confeſſione non poſſe reum damnari, cum inſufficiens omnino ſit, niſi reus aliis probationibus vrgeatur, vel teſtibus fide dignis ſit conuictus, additque quid niſi prædicta concurrant, & reus dictam confeſſionem reuocauerit, erit locus torturæ, in qua ſi adhuc in negatiua perſeuerauerit erit abſoluendus, & ita *in fi.num.*35 ſæpiùs in dicto Sabaudiæ Senatu fuiſſe iudicatum atteſtatur.

Si tamen dicta confeſſio ſit ſub ſpe impunitatis
promiſſæ emanata, & poſt ratificetur, vtique ex ea 49.
poterit relapſus pœna ordinaria puniri dummodò ratificatio ſit expreſſa, & cum ſpecificatione quod promiſſionis impunitatis nulla habetur ratio, Pegn. *vbi ſuprà* verſ. *Poſtremò*, Menoch. *de arbitr.caſu* 367.*num.*6.Souſa *in Aphoriſm.Inquiſ.lib.* 2.*cap.* 20.*n.* 45.videatur de hac re erudiriſſ.Bobadill. *in ſua Politica, tom.*2 *lib.*3.*cap.* 13. *num.*10.*& pluribus ſeq.* vbi lariſſimè materiam hanc more ſuo pertractat.

An autem, & quando liceat Iudici ad eruendam 50.
veritatem, vti ſimulationibus, videndus eſt Azened. *in l.*1.*num.*14.*titul.*2 *noua recompil lib.*1. Barboſ.*in c. afferte mihi gladium, num.*1.*& ſeq. de præſumpt.* vbi adducit exempla Caroli Magni, & Alphonſi Regis Aragoniæ bene etiam Matienz. Iun. *in eod cap. afferte*, vbi doctiſſimè.

Octauò notandum, quod debet Inquiſitor abſti- 51.
nere ab interrogatoriis ſuggeſtiuis, de quibus habemus text. *in l.prima*, §.*In cauſa* vbi bene Godofred. *in notis,ff.de quæſt.*

Qui quæſtionem habiturus eſt, (ait I.C.) *non debet ſpecialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit, ſed generaliter quis id fecerit, alterum enim magis ſuggerentis, quàm requirentis videtur*, & ad hoc maxime inuigilare debent Inquiſitores, quia confeſſio rei ex vi ſimilis ſuggeſtionis extorta non ſufficit ad eum condemnandum, Farin.*de reo confeſſo, & conuicto, quæſt.*83.*&* 884.*& ſequent.*Souſa *in Aphoriſmis, lib.*2.*cap.*20.*num.* 60.alia in hac materia ſuggeſtiuæ interrogationis ex Pegna Ambroſ. Cattar. Farin. & aliis dicam *in ſpeciali praxi Sancti Officij in annotationibus ad examen rei.*

Nonò notandum, quod Inquiſitores dum reos 52.
interrogant non debent eos interrogare extra id de quo ſunt Inquiſiti, vel delati, niſi rei dum reſpondent dederint occaſionem ad alia interrogatoria deueniendi, Pegn. *dicto comm* 18. verſ. *& ſic prudens Inquiſitor*, & Paulus Garzia, *en la orden. de*

proceſſar,

proceſſar fol. 12. à tergo ibi, ſin interrogar les coſa, de que no eſten teſtificados ò indiciados ò que ellos per ſus confeſſiones noyan dado cauſa a ello.

33. Quod autem ad modum in particulari interrogandi reos in hoc Tribunali, videndus eſt P. Maſſinus, in ſua praxi S. Officij, interim tamen benignus lector videat Bullam Martini V. incipientem, *Inter cunctas, inter literas pro S. Officio poſt directorium, §. ſuper præmiſſis, fol. mihi 74.* vbi per extenſum ponuntur plures Interrogationes hæreticis faciendas.

34. Decimò notandum, quod examina reorum debent ſcribi per Notarium, nam ſi Iudex ipſe, vel Inquiſitor ſcriberet illud examen non probaret, Did. Perez, ad Ordinamenta Regni Caſtellæ, *lib. 3. tit. 8. l. 1. gloſſ. 1. pag. 641. verſ. Ex quo deducitur*, Modern. Barboſ. *cap quoniam contra num. 14. de probat.* quod aliqui notabant in cauſa Marchioniſſæ Piamenæ, in qua examina teſtium fuerunt ſcripta à DD. Vicario, & Iudice, ne ſi ſcriberentur a Notariis eorum dicta panderentur, quia vt notat Cantera, *q. ſexta, de reo, num 9.* dum fuit Vicarius Pampilon. nunquam potuit facere, quod Notarij ſeruarent ſecretum, & licet eis multoties pœnam impoſuerit, id minimè profuit, ſed de hac re videndi ſunt DD. in cap. *Quoniam contra, de probat.* vbi Sanabria, & Bobadill. videndus omnino *in ſua politica. lib. 2. c. 5. num. 39. & cap. 13. num 47. & ſeq.*

TITVLVS III.

De Probationibus, & Præſumptionibus.

SVMMARIVM.

1 *In Criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores. n. 2. & ſeq.*
4 *Ex præſumptionibus nullus criminaliter eſt damnandus.*
5 *Ordo Senatus Mediolani, quod ex ſuſpicionibus nullus reus conſtituatur deſumptus ex* l. abſentem de pœnis, *declaratur.*
6 *Imperfectæ probationes an coniungantur, remiſſiuè.*
7 *In Crimine hæreſis requiruntur probationes clariſſimæ, n 7 vbi reprobatur Clarus.*
8 *In atrociſſimis an leuiores probationes ſufficiant. num. 11.*
10 *Intellectus* l. 2. C. de hæreticis.
12 *Cum agitur de damnando hæretico, vti hæretico non ſufficiunt præſumptiones, ſecus ſi ageretur de eo damnando vti ſuſpecto de hæreſi, 13.*
14 *Ex patria bene, vel male ſolet præſumi, licet hæc præſumptio ſit generalis, n. 15.*
16 *De præſumptione deſumpta ex parentibus maximè in S. Officio n. 8*
17 *Cur filij hæreticorum puniantur.*
19 *Deciſio Supremi Tribunalis Inquiſitionis Hiſpanæ.*
20 *De præſumptione deſumpta ex educatione, & conuerſatione, n. 21.*
22 *Semel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali, n. 23. vbi de ratione.*
24 *Malè dicta præſumuntur malè præmeditata.*
25 *Proferens verba hæretica præſumitur hæreticus.*
26 *In huiuſmodi proferentibus verba hæretica quid Inquiſitores debeant animaduertere.*
27 *Ex malè factis oritur coniectura mala credulitatis, n. 28. vbi quod eſt fortis.*
29 *De propoſitione habente duplicē ſenſum qui agat.*
30 *In dubio dubia propoſitio intelligitur in ſenſu Catholico dummodo interpretatio ſit veriſimilis, n. 31. & niſi perſona alias ſit ſuſpecta, n. 32.*
33 *Caſus deciſus in Inquiſitione Cremonæ.*
34 *Appellatione Concubina in Sacris Canonibus antiquis qua veniant.*
35 *Vna præſumptio tollit aliam.*
36 *Plures vincunt unam. Excluſiua delicti præfertur illud includenti, num. 37. Veriſimilior, n 38. Fortior, n. 39. Specialis, n 40. & deſumpta ex facto vincunt deſumptas ex non facto n. 41.*
42 *In arbitrio Iudicis ſitum eſt, quanam præſumptiones alias vincant.*

TOtus criminalis Iudicij neruus in probationibus conſiſtit, & ideo de his, & earum ſpeciebus nunc agendum eſt.

§. I.

An, & quomodo, in criminibus probationes debeant eſſe luce meridiana clariores.

CRiminaliſtæ omnes clamant, in criminalibus iudiciis probationes debere eſſe luce meridiana clariores. Colligunt hoc ex text. *l. ſciant cuncti*, ibi, vel *indiciis ad probationem indubitatis, & luce clarioribus, Cod. de probat.* Hunc loquendi modum eſſe Imperatoris hyperbolen, ait Gothofred. ad enim locum, eo modo quo *in l. ſecunda, C. de fabricenſibus, lib 11.* dicitur, *Adoranda Imperatoris æternitas, & l. nemo, ad Rhodiam*, dicitur *Imperator totius Mundi Dominus.* 1. 2.

Sed vtcumque ſit, illud certum eſt, quod cum in criminalibus, vt plurimum de vita hominis agatur, probationes clariſſimæ eſſe debent, vt ex eis ſequi de Iure poſſit condemnatio, Farin. *de Reo confeſſo, & conuicto, qu. 86. num 1. & ſeq.* Guarain. *de defenſ. reorum tom. 2. defenſ. 33 cap. 14. num. 1. & ſeq.* Caſtil. *deciſ. regni Siciliæ, 167. num. 18. part. 2.* Ioan Dominicus Taſſon *in pragmat. regni de anteſato, verſ. 12. obſer. 1. num. 49.* Marienz Iun. *in cap. 2. de præſumpt. num. 99* qui omnes alios DD. antiquos, & moderniores allegant, aliàs enim poſſet Iudex procedere per emendicata ſuffragia, Maldonat. *reſpon. 9. 1. punct. num 4.* 3.

Ex hoc inferunt ſcribentes neminem ex indiciis, præſumptionibus, & coniecturis eſſe damnandum criminaliter *l. Abſentem, de pœnis*, Antonius Gomez, qui bene loquitur in hac materia, *tom. 3. variarum, cap. 12 num. 25.* Farin. *vbi ſuprà, num. 1.* Guazzin. *dicta defenſ. 33. cap 14.* 4.

Et ex dicto text. *in l. abſentem*, ibi, *ſed nec ex ſuſpicionibus debere aliquem damnari*, deſumptus videtur Ordo Excellentiſſimi Senatus noſtri Mediolani inter ordines impreſſos, *Quod nullus ex ſuſpicionibus Reus de delicto conſtituatur*, quem ordinem Senatus, cum de condemnatione non loquatur, ſed tantum agat de collocando inter Reos Inquiſito arbitraretur eſſe intelligendum, de ſuſpicione leui, ita enim, etiam text. *in dicta l. Abſentem* declarauit Gothofr. ibi, in verbo *ſuſpicionibus.* 5.

An autem quomodo indicia ſint indubitata ſufficiant ad condemnationem, in pœnam delicti ordinariam dixi latè *in addit. ad tit. de ſortilegis.*

Colligunt vlteriùs ex hac eadem regula DD. quod plures imperfectæ probationes non coniunguntur ad effectum conficiendi vnam probationem plenam in 6.

in criminalibus, ita Farin.& Guarzin.cum aliis per me allegatis *infr.de indiciis, & tortura*,ad quæ benignum lectorem remitto.

§. II.

An in crimine hæreſis ſufficiant probationes leuiores.

CLarus *in § hæreſis*, verſ. *habet etiam hoc crimen.*
7 in ea fuit ſententia, quod in hoc delicto leuiores ſufficerent probationes quam in aliis, idque non ſolum ad inquirendum, ſed etiam ad condemnandum, & huic opinioni, cauſam fortaſſe præbuiſſe videtur text.*l.* 2.*C. de hæreticis*, ibi, *vel leui argumento à Iudicio Catholicæ Religionis, & tramite detecti fuerint deuiare*, huc etiam ſpectare vi-
8. detur eorum DD.opinio de quibus Marſil.*in praxi* §. *Si conſtante*, *n* 157. qui voluerunt propter enormitatem criminis non requiri indicia, ita ſolemnia, ſed ſufficere leuiores probationes.

Sed contraria ſententia, & verior, quod imo
9. etiam in Crimine hæreſis pleniſſimæ, & clariſſimæ requirantur probationes ſicut in aliis delictis, ita Simanch.*de Cath.Inſt. tit.*51.*n.* 11. & in Enchirid Iudicum *violatæ Relig.tit.*14. *n.*6. & 7.Pegna latiſſime *in annot.ad Ambroſ. de Vignate, de hæreticis, quæſt.*11.*art.*2.*num.*146 Ludouicus a Paramo *de origine Sanctæ Inquiſitionis*, *lib.*3 *quæſt.*6.*num.* 88. Farin.*de hæreſi*, *q.*187.*n.*6. Ferdinandus de Caſtro Palao *in opere morali tom.*1. *tract.*4. *diſput.*8.*puncto* 10. *n.*1.vbi ex eo, quod in aliis delictis probationes requirantur luce meridiana clariores arguit à maiori, ergo etiam in delicto hæreſis, quod eſt omnium grauiſſimum eædem probationes requiri debent.
10. Neque obſtat text.*in dicta l ſecunda*, quia gloſſ. ibi exponit leui argumento pro leui articulo, & vt Pegna, & Simancha *vbi ſupra* aiunt, Photius Patriarcha præfata verba ita vertit, *Qui, vel pantatim ab orthodoxa declinat fide.*

Non obſtat etiam, quod in atrocioribus mino-
11. res probationes ſufficere videantur, quia vt bene notat Cantera in ſuis quæſtionibus criminalibus, de probat.per teſtes *cap.*2. *quæſt. prima num.*60. ea opinio eſt falſa, non enim valet hoc argumentum, *aliquis eſt accuſatus de enormi crimine,ergo vel commiſit illud, vel præſumitur commiſiſſe*, & in fi.ibi, reprehendit Iudices præſertim ſupremos, qui ſeruant contrarium, cum inter leuia, & atrocia delicta nulla ſit differentia reſpectu probationum, ſed ſolùm reſpectu pœnæ.

§. III.

An in cauſis hæreſis ex præſumptione poſſit ſequi condemnatio.

VEra diſtinctio in hac materia eſt, quod vel agitur de condemnando hæretico, vel de con-
12. demnando hæretico vti ſuſpecto de hæreſi.

Si agamus, de damnando Hæretico, vti hæretico, vtique non ex præſumptionibus ſed ex plenis probationibus eſt condemnandus, vt *ſuprà* vidimus, quinimo D.Guido Fulcodius *in ſua quæſt.* 15.*ad Inquiſitores* ait *quod ſibi durum videtur ad voces duorum hominum bona fama de tanto crimine damnare*,& ibi ego in Annot.vnde in hoc crimine, hic inſignis Doctor videtur requirere maiorem probationem,
13. quàm in aliis.

Si verò agatur de damnando aliquo vti ſuſpecto de hæreſi, tunc bene poterit ex ſuſpicionibus, & præſumptionibus vti ſuſpectus pro ſuſpicionum modo damnari, ita Caſtro Palao *in dicto puncto* 10. *n.*1.& latiſſimè Riec. *de Iure preſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium lib.* 5.*c.* 11.*per totum*, & apud Eymericum 3 *p.directorij*, in modis terminandi proceſſus per abiurationem de leui, & de vehementi conſtat has abiurationes indici cū hæreſis nō eſt plenè probata, ſed tantùm per præſumptiones reddentes Reum ſuſpectū de leui,vel de vehementi.

§. IV.

De præſumptione deſumpta ex Patria. 14

EX patria vel bene, vel male aliquando præſumi teſtantur DD.text.eſt *in lege quod ſi nolit*, §. *qui mancipia*, *de ædilitio edicto*, ibi *Qui mancipia, vendunt nationem cuiuſque in venditione pronunciare debent, plerumque enim natio ſerui aut prouocat, aut deterret emptorem, & infra,præſumptum etenim eſt, quoſdam ſeruos bonos eſſe, quia natione ſunt non infamata, quoſdam malos, quia natione ſunt, quæ magis infamis eſt*, & ex hoc textu à patria ſumi coniecturam, & præſumptionem deduxerunt Menoch. *de præſumpt.libro primo*, *quæſt.* 15. *num.* 28. *& lib. ſexto*, *præſumpt.*58.*num.* 1.*& ſequentibus* Tiraquell. *ad leges connubiales*, *lege ſeptima*, *gloſ prima*, *n.* 17. & Pontan. & Cerda in illud primi Æneidos,

Quippe domum timet ambiguam, Tyrioſque bilingues.

Vnde Epiſcopus ordinandorum patriam inueſtigare debere ſanxerunt antiqui Canones, cap. *Quando*, *diſtinct.* 24. ibi *Patriam*, Et de materia huiuſce præſumptionis a Patria deſumptæ videndi ſunt DD. *in cap.*1.Epiſtolæ Pauli ad Titum, verſ.12 ibi,*Cretenſes ſemper mendaces*, & præſertim ibi Coſm.Magalian *ſect.*10.*annot.* 3.*num.* 3. & Mendoz *in librum primum Regum*, *cap.*1. *num.* 1.*annot.*4. *ſect.*4.*n.*21. *& ſequent.*

Et quamuis vt ait Simanch. *de Cath. Inſtit. titulo*
50.*num.*9.hæc præſumptio generalis ſit, attamen, vt 15.
idem auctor notat, negari nequit, quin facilius hodiernis temporibus præſumatur hæreticus Anglus, & Germanus quam Italus, & Hiſpanus, & ſic Anglus edens carnes in die Veneris, magis de hæreſi præſumitur ſuſpectus quàm Italus, quia in illo Regno vigent peſtilentes Hæreſes Lutheri, & Caluini, quæ in Deo dilecta Italia ſpeciali tamen, ipſius Omnipotentis gratia, nec vigent, nec vnquam vigebunt.

§. V.

De præſumptione deſumpta ex parentibus.

TAlis præſumitur filius, qualis Pater, quia vt 16.
dicitur Ezechiel.16.verſ.44. *ſicut mater, ita & filia eius*, vbi D.Hier. & P.Cornel.à Lapide, latiſſimè, Bobadill.*in ſua politica lib.*1.*cap.* 4.*per totum*, Tiraq.*l.*7. *connubiali gl.*1.*n.*2.*& ſeq* Menoch.*de præſumpt.l.*6.*præſumpt* 58.*per totam*, Caſſan.*in Catalogo gloriæ mundi*, parte ſecunda conſideratione 24.Didacus Perez, ad Ordinamenta Regni Caſtellæ *lib.* 4 *l prima*, *titul.primo*, *gloſſ. prima*,*pagina mihi* 766. *col.ſecunda* verſ.*Quæritur*.Et Aaened.*conſ.* 28.*n.*34. qui alios allegat.

Et ex hac præſumptione iuris oriuntur pœnæ à 17.
Sacris Canonibus in hæreticorum filios latæ, & à legibus ciuilibus in filios eorum, qui Crimen læſæ

ſæ Maieſtatis perpetrarunt promulgatæ, de quibus in cap. *quicumque § hæreti. i, de Hæreticis in ſexto. l. quiſquis §. filij*, ibi, *In quibus paterni, hoc eſt hæreditarij criminis exempla metuuntur*, & bene ibi explicet Gothofr. ob præſumptionem Iuris, quod talis futurus ſit filius, qualis fuit Pater.

18. Et in foro noſtro S. Officij ea paterna origine non leuem, vel pro filio, vel contra filium deſumi præſumptionem dixit, & bene Simancha *de Cath. Inſt. tit.* 50. *num.* 11. *& ſequent.* & Ludouicus à Paramo *de origine Sanctæ Inquiſitionis, libro tertio, quæſt.* 9. *num.* 56. *& ſequentibus.*

19. Vide ex ordine Supremi Conſilij Hiſpaniæ, Inquiſitionis capti fuerunt duo homines grauati quod nonnullas cæremonias Maurorum exercuiſſent ex dicto vnius ſolius Mulieris, & quidem minoris annis 18. vt refert Cantera *in ſuis quæſt. crim. c.* 2. *de prob per teſtes quæſt.* 1. *n.* 27. quia ipſi erant de genere Maurorum qui certè ex dicto ſolius illius Mulieris non fuiſſent capti, ſi de dicto genere non fuiſſent, vt ibi animaduertit Cantera.

§. VI.

De præſumptione oriente ex educatione & conuerſatione.

20. EX educatione pariter, & conuerſatione oriri validas in foro noſtro præſumptiones dixit, & pluribus probauit Simanch. *vbi ſuprà, num.* 11. *& ſeq.* Vide Azeued. *conſ.* 28. *num.* 31. ex Baldo, quem ibi refert, ait ex mala conuerſatione, & malo Magiſtro iunctis aliis adminiculis præſumi contra delinquentem ad torturam, latiſſimè Farin. *de indiciis & tortura, quæſt.* 52. *n.* 85. *& pluribus ſequent.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 89. *num* 125. vbi varia loca Sacræ Scripturæ allegat, & inter cætera illud Prouerb. 22. *Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum furioſo, ne fortè diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ.*

21. In terminis noſtris in cauſis hæreſis de ſumendo validum argumentum ab educatione, & conuerſatione adeſt punctuale conſilium Baldi 95. incipiens *regula iuris eſt*, per errorem allegatum, ab Azeued. *vbi ſupra num* 81. voluminis tertij, cum ſit ſituatum in vol. primo vbi ex conuerſatione cum hæretico iunctis aliis adminiculis dixit Epiſcupum poſſe ad torturam deuenire, & ibi Roueſeal. *in addit.*

Et ad hæc faciunt, quæ latè dixi *in ſecunda parte huius operis in tit.* 4. §. 5. vbi de conuerſantibus cum hæreticis, benè etiam de materia Ludouic. à Paramo *de origine Sanctæ Inquiſitionis lib.* 3. *q.* 9. *n.* 8.

§. VII.

De præſumptione oriente ex vita ante acta.

22. VBique clamant DD. quod ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali, *l. filius § primo* vbi Bart. *ff. de accuſat. & l. Caſſius in fi.* vbi etiam Bart. *ff. de Senatoribus*, Gregor. Lopez, *in l.* 1. in verbu *Procnrado, tit.* 18. *partis* 6 Grammat. *deciſ.* 15. *num.* 7. Aloyſ. Ricc. *deciſ.* 4 Curiæ Archiepiſcopali Neapol *vol.* 2. cum aliis per me adductis *in tit. de defenſionibus reorum in § de conſuetudine delinquendi* Et in S. Officio idem firmauit Simancha *vbi ſuprà, num.* 25. & *ſequ.* Ludouicus à Paramo *de orig. S. Inquiſ. lib.* 3. *quæſt.* 9. *num* 60. *& eodem lib.* 3. *quæſt.* 8. *n.* 93. vbi, quod de eo qui ſemel fuit hæreticus ſemper timendum eſt, ſecundum Albertinum *de agnoſc. aſſert. Cath. q.* 25. *num.* 14.

Et ratio huiuſce præſumptionis deducitur ex eo, 23.
quod cum quis malus ſemel apparuit, nec bonus poterit aliter fieri, quàm per pœnitentiam, cap. *peccatum. de Reg. Iuris in* 6. donec pœnitentia probetur, quæ cum ſit quid facti, non poteſt præſumi, merito contra eum qui ſemel malus fuit in eadem mali ſpecie ſemper erit præſumendum.

Et ſanè ratio ipſa naturalis dictat, vt *ſuprà* etiam ſæpiùs 2. *p.* indi. animus, quod magis præſumitur contra eum qui aliàs fuit de ſortilegiis inquiſitus, quàm de eo qui ſemel tantùm ea perpetraſſe, compertus eſt.

§. VIII.

De præſumptione oriente ex male dictis.

VEſba male dicta præſumuntur male præmeditata vt notant DD. *in cap.* 1. *de Præſumptionibus*, Lupus in allegatione *in materia hæreſis Paragrapho ſeptimo*, Simancha *de Catholica Inſtit. tit.* 50. *num.* 18. & verborum qualitas eſt mentis, & fidei noſtræ teſtimonium, Ludouicus à Paramo *de Orig. S. Inquiſit. lib.* 1 *quæſt* 9. *num.* 119. 24.

Vide Royas Inquiſitor Valentinus *in tractatu de hæreticis parte* 1. *num.* 602. & Ludouicus à Paramo *loco proximè allegato, num.* 117. cum aliis apud ipſos dixerunt, ex verbis hæreticis ab aliquo prolatis cenſeri debere, quem hæreticum, cum in eis violentiſſima iuris præſumptione malus animus, peruerſa, atque impia intentio, & credulitas præſumatur, cap. *Humanæ aures* 22. *quæſt.* 4. nec enim præſumendus eſt quiſquam dicere, quod prius mente non cogitauit Tiraquell. *in l ſi vmquam* in verbo *libertis, n.* 17. *& ſeqn. Cod. de renoc. donationibus.* 25

In hac tamen verborum malorum probatione, vt proferentis mentem & credulitatem rectius nanciſcantur Inquiſitores diligenter animaduertere debent ad modum proferendi, vt notauit Pegna *in tertia parte, comm.* 17. ferè per totum, an videlicet dicta verba prolata ſint ex animo, an recitatiuè, an per iocum, an ex ira, an ignoranter, ſeu inaduertenter, an ex certa ſcientia, de quare late, dixi *in p.* 2. *tit.* 1. §. 7. *& ſeq.* & ibi etiam in additionibus. 26.

§. IX.

De Præſumptione oriente ex malis factis.

EX malis factis fortior oritur coniectura malæ credulitatis, Archidiaconus in cap. *quicumque. num.* 6. *de hæreticis, in ſexto*, Albertin. *de agnoſc. aſſert. Cathol. quæſtione octaua, num* 12. *& quæſt.* 34. *n.* 53. Royas *de hæreticis parte prima, num.* 276. *& pluribus ſequentibus* Pegna *in ſecundam partem Directorij, quæſt.* 50. *comm.* 73. verſ. *Magis enim ſtandum*, vbi allegat pulcherrimum locum Chriſti Domini. Matth. 21. ibi, *Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum dixit. Fili, vade, hodie operare in vineam meam, ille autem reſpondens ait, nolo poſtea autem pœnitentia motus abiit, accedens autem ad alterum dixit ſimiliter, at ille reſpondens ait eo Domine, & non iuit, quis ex duobus fecit voluntatem patris dicunt ei primus.* Cantera *de hæreticis cap.* 1. *num.* 69. Ludouicus à Paramo *de origine Sanctæ Inquiſitionis lib.* 3. *quæſt.* 9 *num* 128. qui alios allegant. 27.

Et ſanè negari minimè poterit, quin ex eo quod

quis

quis repertus, & conuictus fuit feciſſe cæremonias Mauiorum, non præſum.tur, & quidem violentiſſima præſumptione eum eſſe hæreticum, Cantera, *vbi ſuprà.*

28. Quinimò adeò fortem nonnulli DD. voluerunt eſſe coniecturam hanc, vt exiſtimauerint eam ſufficientiſſimam eſſe per ſe ſolam ad condemnandum, quem in pœna ordinaria etiam ſi ille, huiuſmodi cæremonias feciſſe grauatur, conſtāter profiteretur ſe intentionem habuiſſe Catholicam, Royas *de hæreticis, par.1. Regula octaua*, cuius tamen opinionem ſic indiſtinctè ſumptam non probauit Cantera *vbi ſuprà*, de hac tamen materia me remitto ad ea quæ dixi *in 1. p. tit.1.§.15.*

§. X.

De Propoſitione habente duplicem ſenſum.

QVæritur hoc loco in quo ſenſu intelligi debeat propoſitio duplicem ſenſum habens, Catholicum, & hæreticum, & poteſt poni exemplum in hac propoſitione, Deus non fecit malum, quæ ſi intelligitur de malo pœnæ eſt Hæretica, ſi de malo culpæ, eſt Catholica.

29. De hac re agunt Albertin. *de Agnoſ. aſſert. quæſt. 34. num 48. & ſequens.* Decian *lib.5. cap.37. num.6.* Royas *de Hæret. part.1. num.200.* Simanch. *de Catholic. Inſtit. titul.54 num.21. & ſequ.* Pegn. *comm.111. partis tertia* Diana *reſolut.8. tract.8. part.4. reſol. moral.* Farin. *de hæreſi quæſt.187. num.13. & ſequ.* Ricciull. *de iure perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium, lib.5. cap. ſexto num. ſeptimo, & octauo* Ferdinandus de Caſtro Palao *in opere morali 1. part. tract. 4. diſp. 8. puncto 10. num.2.*

30. Ex quorum dictis colligi breuiter poteſt, quod propoſitio dubia intelligitur prolata in ſenſu Catholico, quia ſemper ſumenda eſt coniectura excluſiua delicti, Alea *conſ.188. l.7.* & Crauet. *conſ. n.20.*

id tamen cum duplici moderatione eſt intelligendum.

31. Prima eſt, quod interpretatio Catholica ſit veriſimilis, & credibilis, ita Simanch. *de Catholic. Inſt d. tit.54 n.21.* Farin. *d.q 187 n.15.* Defectu huius moderationis, cum quidam in noſtra Inquiſit. Cremonæ fuiſſet grauatus quod dixiſſet, ſe credere in Deum, B.V & Sanctos, ſed non in Papam, interrogatuſque dixiſſet, quod intelligebat non de Sanctiſſ. D. N. ſed de quodam, qui in Diœceſi cuiuſdam Ciuitatis vicinæ vocabatur, (il Papa,) fuit tortus ſuper credulitate ſua, & abiurauit de leui, quia perſona erat ita idiota, & interpretatio illa ſuæ propoſitioni data non erat veriſimilis, ſed inueriſimilis, & incredibilis.

32. Secunda moderatio eſt, niſi perſona aliàs ſit ſuſpecta, quia eſſet de genere Maurorum, Iudæorum, &c. & de Ciuitate aliàs hæretica, ita Parin. *vbi ſup. n.14.* cum aliis *ſuprà* allegatis.

33. Et ſic cum quidam vir doctus, aliàs haberet concubinam, & in villa vbi habitabat diceret licitum eſſe habere concubinam, non habenti vxorem, ea tcat. in cap. *Is qui, & cap. ſequ. 34. diſt.* & in S. Officio interrogatus ſuam propoſitionem explicaſſet iuxta intellectum dictorum Iurium, ad quæ etiam ſe ſe referebat expreſsè cum propoſitionem illam proferebat fuit dictum, quod non erat ſuſpectus de hæreſi, quia erat perſona nobilis, & aliàs proba, & quia relatum erat in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, quia tamen propoſitio erat ſcandaloſa, fuit grauiſſimè obiurgatus, & ei iniunctum, quod in dicta villa coram aliquibus ex illis ruſticis, & Parocho declararet ſenſum ſuæ propoſitionis, de intellectu autem dictorum Iurium, & quid ibi veniat appellatione Concubinæ videatur Anaſtaſ. Germon. *l.1 Animad. c.11.* Greg Lopez *p.4. tit.14 in Proœmio*, Soto maior, *in c.6. canticorum, n.7.* & Abulenſis *in c.19. Iudicum q.4.*

§. XI.

De concurſu contrariarum præſumptionum.

PRæſumptionem vnam aliam tollere, in omnium DD. ore peruulgatum eſt axioma, in hac tamen re maximè iudicis arbitrium ſolet verſari, regulis nonnullis à ſcribentibus noſtris coarctatum, quæ nec perpetuò veræ ſunt, nec ſemper practicandæ, ſed vt plurimum tantum pro loci, temporis, & aliarum circunſtantiarum modo. 35.

Prima igitur regula eſt, quod ex contrariis præſumptionibus plures vnam vincunt, Crauet. *conſil. 145. n.11.* Rim. Iun. *conſil 183. n.19.* cum aliis allegatis à Guazzin *de defenſ. reorum, Defenſ.39 c.2. n.7.* Menoch. *de præſumpt. l.1. q.30. n.4. verſ. Quæ hactenus.* 36.

Secunda regula eſt, quod præſumptio excluſiua delicti præfertur præſumptioni delictum includenti Rom. *conſil.68. n.8.* vbi Mandoſ. *in addit.* Giamat. *conſil Crimin 31. n.12.* Bertazzol. *conſ 261. n 11. vol.1. in Crimin.* latiſſimè Farin. *de reo confeſſo q.85. n.1. ſeq.* 37.

Tertia regula eſt, quod coniectura veriſimilior tollit coniecturam minus veriſimilem Crauet. *conſ. 245. n 11.* & Bertazzol. *conſil 412. n. 8.* 38.

Quarta regula eſt, quod fortiores præſumptiones tollunt præſumptiones minus fortes, Decian *conſil. 3. n.42. vol.2.* Mathienz. iunior *in repet. cap ſecundi de præſumpt n.189.* Menoch. *de præſumpt. lib.1. q.30. num.1. & ſeq.* 39.

Quinta regula eſt, quod præſumptio ſpecialis eſt fortior, & tollit præſumptionem generalem, & magis ſpecialis minus ſpecialem, ita Menoch *de arbitr. Iudicum cent.5. caſu 472. n.14. & ſeq.* 40.

Sexta regula eſt, quod præſumptio, quæ ducitur ex facto tollit præſumptionem, quæ ducitur ex non facto, Abb. *in cap. Veniens, de filijs Presbyterorum, n.7.* Menoch. *d. lib. q 2. n.17.* 41.

Atque hæ ſunt principaliores Regulæ, quæ in hac materia tradi ſolent à DD. noſtris, qui tamen illud ſemper nos monent, in prudentis Iudicis arbitrio ſitum eſſe quænam præſumptiones alias vincant, vt & nos ſupra diximus in principio, Menoch. *dict. caſu 472 in principio cent.5.* ad quem in hac materia benignum lectorem remitto. 42.

§. XII.

De triplici præſumptionum ſpecie.

IN foro noſtro S. Officij triplicem DD. diſtinguunt præſumptionum ſpeciem, leuem, vehementem, & violentam, ſed hoc loco non eſt, quod de his ſpeciebus ſigillatim verba faciamus, quia de his ſæpiſſimè actum fuit *in p.2. huius operis, & in hac 3 part. tit. de ſentent. & abiurationib.* ex quibus locis benignus lector colligere poterit non ſolùm in genere, quid ſint illæ præſumptiones, ſed etiam omnes caſus particulares in quibus locum ſibi vendicare poteſt vnaquæque ſpecies dictarum præſumptionum.

Alia ad probationes, & præſumptiones ſpectantia

tia latè à nobis tum *in part.*1.tum *in addit.*fuerunt pertractata.

TITVLVS IV.

De Inſtrumentis, & Scripturis priuatis.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſis probatur per Inſtrumenta, & ſcripturas.*
2 *Quæ delicta probantur per ſcripturas, & quæ non, & num.*3.
4 *De Sodomia probatione ex ſcriptura priuata ab inquiſito recognita cum qualitate, quod per iocum eam fecit.*
5 *De modo recognoſcendi ſcripturas priuatas.*
6 *Ex ſola comparatione literarum non oritur indicium ſufficiens ad torturam.*
7 *Conſilium Nauarri VI. de hæret declaratur.*
7 *Hæreſis probatur ex inſtrumentis, etiam ad effectum condemnationis.*

VIſum fuit de probationibus, & præſumptionibus, in genere, nunc ad ſingulas probationum ſpecies deſcendendum eſt, quia autem delicta, vt notauit Cantera in ſuis quæſt. criminalibus tangentibus probationem delictorũ, in proœmio in fine probantur, vel per ſcripturas, vel per teſtes, vel per confeſſionem, ideo primo loco de modo probandi crimina per ſcripturas agemus, mox de teſtibus, & vltimò de confeſſione reorum tractabimus.

§. I.

An Crimen hæreſis probetur per Inſtrumentum, & per ſcripturas priuatas.

1. INdubitatum eſt delictum hæreſis bene probari per Inſtrumenta, & ſcripturas priuatas recognitas continentes hæreſes, ita Clar. *quæſt.*54. *in princip.* §. *fin.*Farin *de reo confeſſo, & conuicto quæſt.*84. *n.* 6. Genua *de ſcriptura priuata, lib.*1 *q.*15.*n.*1. Lud. à Paramo *de orig. S. Inquiſit lib.* 3. *q.*6 *n.*84.Farin, *q.*157 *n.*10.& Ferd.de Caſtro Palao, *tract.*4. *diſp.*8. *puncto* 10.*num.*1.

2. Generalis enim regula DD. eſt *in l. fin. Cod. de probat.* quod delicta, quæ in animo conſiſtunt, vel contrahendo committuntur, bene per ſcripturam probantur; Clar. *vbi ſuprà,* Farin *n.*7. Genua *n.*4. & alij locis allegatis.

3. Secus enim dicunt ſcribentes eſſe in delictis, quæ conſiſtunt in facto ſeparato ab ipſo Inſtrumento, vel ſcriptura, tunc enim ea minime probantur per ſcripturam, etiam ſi Notarius diceretur rogatus de Inſtrumento illius delicti in ſui præſentia perpetrati ita DD *in d. l. fin. C. de prob.* Farin. *n.*1. & Genua *n.* 1. *& ſeq.* Souſa *in Aphoriſm. Inq. lib.*2.*c.*21.*n.*1. Cantera *in ſuis quæſt. criminalibus, c* 3. *de probatione delictorum per ſcripturam, n.*2. vbi quod adminicula in hiſce delictis bene probantur per ſcripturam.

4. Et ad hanc materiam probationis Sodomiæ per ſcripturam priuatam recognitam ab Inquiſito aſſerente tamen ſe eam ſcripſiſſe per iocum, videatur pulcherrimum conſilium Farin. 25.*vol.*1.*vbi in fin.* atteſtatur Parochum illum fuiſſe beneficio priuatum & perpetuo exilio à toto Eccleſiaſtico ſtatu mulctatũ.

Vbi autem agatur de hæreſi probanda ex ſcriptura priuata dixi eam debere eſſe recognitam, addo *Carena de Offic. Inquiſit.* nunc ſaltem debere eſſe probatum quod conſcripta fuerit manu propria Rei grauati de crimine hæreſis, de modo autem verificandi ſcripturam priuatam, 5.
vel per teſtes qui viderunt reum eam ſcribere vel per teſtes habentes notam manum Inquiſiti, vel tandem per comparationem literarum, videndi ſunt Genua *de ſcriptura priuata, lib.*2. *tot. titul. de Apocha manu debitoris conſcripta*, & Ioan. Dominicus Gayt. *de credito c.*2 *tit.*8.*n.*2617.*& pluribus ſeq.*

An verò ex ſola comparatione litterarum oriatur indicium ſufficiens ad torturam, dic quod non, 6.
niſi alia adminicola adſint, ita Farin. *conſil.* 0.*n.*14. Treuiſ. *deciſ. crim* 52.*n.*8 *lib.* 2. Genua *loco ſupra allegato, n.*118. niſi eſſemus in homine malæ famæ, nam tunc ipſæ ſolæ ſine vllis aliis adminiculis facerent indicium ſufficiens ad torturam, vt obſeruat Farin. *Fragm. crim. tom.* 1. verbo *comparatio, n.*147. *& ſequ.* de materia vide Portum *ad Ambroſ. lib.*2.*cap.*10. & Vulpel. *conſil.* 15 *& conſ.* 135.

Circa hanc tamen probationem hæreſis ex ſcripturis omnes ferè DD. ſolent allegare conſilium 7.
Nauarri, 6. *n.* 2. *& ſeq. ſub titul de hæret.* vbi voluit Nauar. Hæreſim alicuius non probari ex ſcriptura eiuſdem continenti hæreſim in quadam cartula, ſeu memoriali imperfecto, & hanc Nauarri traditionem ſequitur Farin. & Caſtro Palao *vbi ſupra* qui alios allegant.

Verùm ego hanc doctrinam Nauarri ſic in abſtracto ſumptam generaliter veram eſſe non crederem, Sed Inquiſitoribus diligenter conſiderandam iudico, qualitatem perſonæ. an aliàs ſit ſuſpectus, necne, an ſit doctus vir, vel idiota, vel ſcholaris, qui de recenti Sacræ Theologiæ operam nauare cœperit, qualitatem hæreſis, an ſit ex notioribus an ex abſtruſioribus & denique modum ſcripturæ, & quo ea hæreſis concepta eſt aliàs enim bona eſſet hæc Nauarri cautela ad euitandum debitas pœnas ab hæreticis, ſi hæreſes ſuas in hiſce cartulis imperfectis conſcriberent.

Et quamuis vt *ſuprà* vidimus per ſcripturam non probetur delictum conſiſtens in facto ſeparato ab ipſa ſcriptura.

Attamen ex ea ſcriptura ſæpè oritur Indicium ad 8.
torturam, & etiam ad condemnationem extraordinariam vt conſtat ex dicto conſ. 15. Farin. vbi ille Parochus, & fuit tortus, & vlterius priuatus beneficio, & exilio mulctatus, idem quotidie practicamus in his, penes quos repertæ ſunt ſcripturæ continentes ſortilegia qualificata, indiſtinctè enim torquetur ſuper vſu. Et ſi ſcriptura contineat confeſſionem delicti ab ea ſeparati, vtique ex ea confeſſione vt extraiudiciali, nihil vetat eum torqueri, vt patet ex dictis de indiciis, & tortura.

TITVLVS V.

De teſtibus quoad Perſonas.

SVMMARIVM.

1 *Omnes poſſunt teſtes eſſe, qui à iure non reperiuntur prohibiti.*
2 *In cauſis fidei omnes admittantur exceptis inimicis.*
3 *Inimicus repellitur à teſtimonio dicendo etiam in cauſis S. Officij num.*4.
5 *Inimicus non admittitur ad accuſandam, in San-*

Cto tamen Officio hoc arbitrio Inquiſitorum remittitur num.6.

7 *Inimi us non capitalis non repellitur à teſtimonio.*
8 *Quid de inimico reconciliato*
9 *Amicus, vel conſanguineus inimici an repelluntur.*
10 *Quid de inimico inimicitia procurata.*
11 *Qui contra me in cauſa criminali teſtimonium dixit, an ſit Inimicus.*
12 *Probata cauſa inimicitia intelligitur probata inimicitia.*
13 *Inquiſitores ex Officio tam reos, quam teſtes Interrogare debent ſuper inimicitia.*
14 *In crimine hæreſis, & alys exceptis mulieres admittuntur in teſtes.*
15 *De teſte conſanguineo.*
16 *Frater contra fratrem extra caſum hæreſis non admittuntur in teſtem niſi Conſulto Principe.*
17 *De vxore affinibus. & amaſio n.18. & ſeq.*
20 *Domeſtici repelluntur niſi agatur de probando delicto domi commiſſo.*
21 *In S.Officio conſanguinei, affines, domeſtici, & aly admittuntur in teſtes, at non vti integi teſtes, num.22.*
23 *Excommunicatus non admittitur, niſi in cauſis hæreſis, num.24.*
25 *Iudeus hæreticus, & infidelis non poſſunt eſſe teſtes, niſi in criminibus exceptis, n.26.*
27 *Quomodo in hoc caſu iurare debeant Iudai, & Saraceni, n.28. vbi quid obſeruetur in Hiſpania ex legibus partitarum.*
29 *Meretrix, & leno vti infames repelluntur à teſtimonio, admittuntur tamen in criminibus exceptis, num.30.*
31 *Birruary non ſunt idonei teſtes, niſi in concernentibus officium ſuum, n.32. vbi quid in S.Officio.*
33 *Quando dicatur deponere de concernentibus officium ſuum*
34 *Birruarys in delictis grauibus etiam in ſpectantib. ad eorum munus plena fides non eſt adhibenda.*
35 *Deciſio Suprema Inquiſit. Romana.*
36 *Banniti an poſſint eſſe teſtes, n.37. vbi quid in S. Officio.*
38 *Inquiſitores poſſunt dare ſaluum conductum Bannitis à Principe ſeculari, vt poſſint teſtificari in S.Officio.*
39 *Vſurary an ſint idonei teſtes, n.40. vbi de ſpurys, n.41. vbi de ebrys, n.42. vbi de hiſtrionibus, n.43 vbi de Apoſtatu à Religione, n.44. vbi de fuſtigatis, n.45. vbi de decoctis, n.46. vbi de accuſato pendente accuſatione.*
47 *Minor 25. & maior 20. annis eſt idoneus teſtis.*
48 *Minor 20. annis regulariter arcetur à teſtimonio provt, & minores 14. annis, licet proximi pubertati n.49. Hoc tamen limitatur in caſibus in quibus veritas aliter non poteſt haberi, n.50. Et quid in caſibus probet depoſitio minoris, n.51. & ſeq.*
54 *Impuberes examinantur ſine iuramento.*
55 *In crimine hæreſis omnes etiam impuberes examinantur.*
56 *Reperto vno occiſo in domo, omnes etiam impuberes examinantur.*
57 *Infans neque in criminibus exceptis poteſt examinari niſi eſſet doli capax.*
58 *Teſtis pubes an ſit idoneus in his qua vidit tempore pupillaris ætatis.*
59 *De teſte de vniuerſitate n.59. Proxeneta, n.60. Socio itineris, n.61. ſollicitatore cauſa, n.62. Iudice, & arbitro, n.63. Eo qui vſuras recepit, & perſoluit, n.64. Accuſatore, n.65. Reportante commodum, n.66. Sacerdote deponente de auditis in confeſſione, n.67. Paupere, n.68. Furioſo, n.69.*
70 *De Muto, & Surdo.*
71 *Muti, & ſurdi deponentes quomodo recipiantur.*
72 *De Teste Monacho, & Clerico contra laicos.*
73 *Teſtes inhabiles admittuntur in S.Officio ſed cum ſua inhabilitate.*
74 *Cantera ipſi contrarius.*
75 *Teſtes inhabiles an admittuntur ad probanda adminicula hæreſis.*
76 *Inhabilitas in teſte conſideratur de tempore Iuramenti, & depoſitionis.*
77 *Numerus teſtium quando ſupplet eorum defectum.*
78 *Fides exuberans vnius quando ſuppleat defectum alterius teſtis.*
79 *Producens teſtem ad defenſam, an poſſit illius perſonam vel dictum reprobare, & quid in S.Officio num.80.*
81 *In cauſis fidei teſtes inhabiles admittuntur etiam cum adſunt alij habiles.*
82 *Ad defenſam admittuntur teſtes inhabiles in S. Officio, ſed cum ſua inhabilitate, vbi pulcherrimus locus Pauli Garzia in praxi S.Officij.*
83 *De teſte vnico.*

QVoniam præcipuum probationis genus, quod fit non ſolum in hoc Tribunali, ſed etiam in omnibus aliis, eſt probatio, quæ fit per teſtes, ideo hoc loco de teſtibus agendum, quis autem in teſtibus conſiderari poſſunt perſonæ, dicta, & examen, Primò de teſtium perſonis à nobis erit pertractandū. 1.

Præmittendū igitur eſt primo loco, quod titulus de teſtibus prohibitorius, eſt gloſſ. *l. quoniam. C. de hæret. & Manichæis* ex quo ſequitur, quod omnes teſtes eſſe poſſunt in cauſis ciuilibus, & criminalibus, qui expreſsè non prohibentur *l.1. §.1. ff. de teſtibus, l. Mutus, §.1. de procurat.*

Præmittendum ſecundò, quod licet de iure plures à teſtimonio ferendo arceantur, de quibus Vueſem. *in paratitlis ff. de teſtibus num.2.* Collegium Colonienſe Iuridicum *in ſ. is ſelectis diſputationibus Iuris Ciuilis, p.2 diſp. . num. . & ſeq.* cum aliis in progreſſu huius tractatus allegandis, attamen in cauſis fidei, ob eius fauorem omnes in teſt. s admittuntur exceptis inimicis, Caſtro Palao *In opere morali tom. 1 tract 4. diſp 8. punct. 13. §. 1. n. 1.* Quia tamen teſtes admittuntur, ſed cum ſuis exceptionibus, vt ſciamus, quanta ſit fides eorum dictis in hoc Tribunali adhibenda, de ſingulis teſtium perſonis à iure ad perhibendum teſtimonium admiſſis, vel prohibitis, à nobis agendum eſt. 2.

§. I.

De Teſte inimico.

OMnes vbique clamant, inimicum capitalem a teſtimonio ferendo arceri, cap. *Repellantur,* & cap. *cum oporteat, de Accuſat. l. ſi quis Cod. de teſt. l. 5. ibi, an ei inimicus ſit aduerſus quem teſtimonium fert. ff. eod.* Farin. *q. 53. in princip.* Lud. Gilhauſ. *in arbore Iudicia. in Crimin. c.6. p.3. n.4. & ſeq.* Quod habet locum etiam in cauſa hæreſis, & in foro S. Officij Gilhauſ. *n.5.* Farin *de hæreſi, q.188. n.101. & ſeq.* Caſtro Palao *dicto §.1. num. 9.* Cantera *in quaſt. tangentibus probationes, capit. 2. de plena probatione num 49.* verſic. *& etiam loquendo in crimine hæreſis.* 3. 4.

Communiter DD. huiuſce rei reddunt rationem ex eo, quod huiuſmodi inimicus, neque admittitur ad accuſandum cap *per tua,* & cap. *licet Heli de Simonia*, Ludouic. Gilhauſ. qui alios allegat. *in* 5.

Arbore.Ind.Crim cap.3 p.2.de Accuſat. num. 6. verſ. *Inimicus etiam*, igitur multo magis repellendus eſt a teſtimonio ferendo, quia valet argumentum de teſte ad accuſatorem, & è contra, cap *ſuper prudentia 12.q. 2.l.qui cum maior,§.1.ff.de bonis libertorum.*

6. Verùm hæc ratio non habet locum in S.Officio, & in cauſa hæreſis, in qua inimicus admittitur ad accuſandum inimicum etiam capitalem ob immunitatem criminis, & fauorem fidei, in arbitrio tamen ſemper Inquiſitorum, Farin.*de hæreſi,quæſt.* 185 §.3. *num.*25.*& ſeq.* vbi quod pleruſque inimici dicunt veritatem & quod Campeg. *ad Zanch. de hæreticis, c.*13.in verbo *omnes,ſub littera D*, hoc pluries habuit in facto, Gilhauſ. *d.c.3.p.2.loco allegato*, verſ. *Secundò, temperatur non procedere in crimine hæreſis,* Ferd. de Caſtro Palao, *tract.*4.*diſp.*8 *punct.*2.*num.* 7. Souſa *in Aphoriſm. lib.*2.*cap.*2.*num.* 7. P. Diana *reſolut.moral.p.*4.*tract.*4.*reſol.*42.

Vera igitur ratio noſtræ concluſionis eſt, quod
7. lex de inimico capitali omnia mala præſumit. Dixi inimicum capitalem repelli à teſtimonio dicendo: nam non capitalis non reiicitur, ſed admittitur tamquam maior omni exceptione, Farin. *d.q.*188.*n.*110. Pegna *in tertiam partem Directorij,comm* 110.Souſa *in Aphoriſmis,lib.*2.*cap.*10 *num.*2.Caſtro Palao *dicto puncto* 15. §.2.*num.*... & Cantera *loco allegato*, Inimicitiæ autem capitales debentur quæ ex lite capitali agitata ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter modo ex ea aliqua infamiæ labes naſcatur: Item ex lite de omnibus vel maiori parte bonorum ? Item de Statu, Collegium Colonienſe, *diſput* 7.*ſupra allegata,n.*28. Cantera *vbi ſuprà, num.*48. Farin. *dicto num.* 110. Pegn. *eodem comm.*116.verſ. *Prima ergo*, & Souſa *in Aphoriſmis Inquiſit lib.*2 *tit.c* 34.*num* 11.

8. De inimico reconciliato DD.diſtinguunt, vti diximus *de indicijs & tortura*, inter reconciliationem de recenti, & antiquam, ex illa enim repellitur teſtis, ex hac admittitur, ſed cum aliqua diminutione, vt ex Couar, *cap.*18.*pract.quæſt.num.*3.dixit Canter. *loco allegato n.*50. ita diſtinguunt Farin. *dicta q.*188. *num.* 105.Souſa *dicto cap* 10. *num.* 6. Caſtro Palao, §.2.*num.*11.vbi quod in arbitrio poſitum eſt indicare debentis, quæ ſit antiqua, & recens reconciliatio.

9. An autem conſanguineus, vel amicus inimici capitalis repellatur, dic quod ſic regulariter, Pegna *vbi ſuprà*, verſ. *Item præſumuntur*, Caſtro Palao *vbi ſupra. num.*10. Quamuis aliquando prudens Inquiſitor poſſit teſtem amicum inimici recipere, vt notat Cantera videndus in hac materia *loco allegato, num.* 52.vbi probat, ſolam amicitiam cum inimico, non ſufficere ad repellendum teſtem in totum, licèt poſtea concludat hoc poſitum eſſe in arbitrio Iudicum.

10. Si tamen aliquis cum aliquo Inimicitiam procuraret, vt eum à teſtimonio dicendo arceret, idque veriſimilibus coniecturis appareret, vnque Inquiſitores ſciant iuſtum non eſſe, vt quis ex ſuo dolo commodum reportet, & ſic teſtis hic nullo modo erit repellendus in totum, Farin. *de teſtibus, quæſt.* 53 *num.*64.Cantera *vbi ſuprà*,53.Caſtro Palao *n.* 12. Souſa *cap.*10.*n.*9.

11. Ex eo verò, quod quis contra me in cauſa criminali teſtimonium dixit, num moriatur talis inimicitia, quæ ſit apta ad eum repellendum in teſtem in alia cauſa criminali contra me, benè Cantera *vbi ſuprà, num.* 54. diſtinguit, cum Abb. in cap. *cum oporteat de accuſat.* vbi Anan & alij, quod ſi talis teſtis ſponte, & non compulſus depoſuit, vtique repellitur, ſecus ſi compulſus, vnde ex hac diſtinctione infert, quod huiuſmodi teſtis in Sancto

Officio nunquam repellitur, quia licèt ſponte veniat ad denunciandum, dicitur denunciare compulſus tam ex cap.*excommunicamus, de hæreticis*, quàm vigore edictorum ab Inquiſitoribus proponi ſolitorum, videatur Farin. *de teſtibus dicta quæſt.*53. *n.* 47. *&* 47. *&* 49.*& ſeq.*

Probata autem cauſa inimicitiæ capitalis, ſatis intelligitur probata inimicitia, vt docet Farin. cum allegatis ab eo *loco citato, num.* 27. *& ſeq.* vbi cum Baiardo *ad Clar. quæſt.* 14.*n.*42. bene declarat, vt non procedat, cum cauſa Inimicitiæ eſt ignota ipſi teſti. 12.

Ex hucuſque dictis colligi poteſt, quod cum inimici capitales omnino in hoc foro repellantur & non capitales admittantur ſed cum ſuis exceptionibus nominaque teſtium Reis non pandantur, partes Inquiſitorum erunt, tam teſtes quam Reos ſuper hac inimicitia, & eius cauſis diligenter interrogare, Farin. *q.*188. *num.*106. & Souſa *dicto cap.* 10. 13.
*num.*13.qui alios allegant, & ita quotidie in Sancto Officio practicatur.

§. II.

De teſtimonio mulieris.

OMiſſa quæſtione, quam longa manu tractat Inquiſitor Cantera *in tit.de plena probatione, n.* 46. *fol. mihi* 188. an de iure Canonico mulier admittatur in teſtem in criminibus.

Certiſſima eſt ſententia affirmatiua, quod admittitur in crimine hæreſis, & alijs exceptis, Farin, 14.
*de teſtibus, q.*59. *num* 11. Cantera *vbi ſuprà, & de hæreſi, q.*188.*num.*76. Gilhauſ. *cap.* 5 *p.* 3. *de teſtibus, num.* 66. Caſtro Palao, *dicto puncto* 15. §.1. *num.*7.& Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit.lib.* 2. *cap.* 13. *num.*16.qui omnes concludunt mulieres in hoc caſu non eſſe teſtes omni exceptione maiores, & ſic duas fœminas, quinimo nec tres conuincere, Farin, *d. q.*59. *n.* 36.*& ſeq.*Fab.*in ſuo Cod. lib.*4.*tit.*15 *deſ.*58. cum alijs adductis à me *in* 2. *p. in tit.de confeſſ.Sollicitantibus.*

§. III.

De teſte conſanguineo, vel affine, vel domeſtico.

IN criminalibus teſtes conſanguinei in linea recta
non admittuntur, nec legi poſſunt ad teſtificandum 15.
contra alium conſanguineum in eadem linea vſque in Infinitum, Collegium Colonienſe Iuridicum *tom.* 5.*ſuarum diſput in Pandectas,diſp.*7.*num.*24 Lariſſimè Farin.*de teſtibus q.*54.*per tot.* Gilhauſ. *in Arbore Criminali,cap.*6.*p.*3.*n.*10 *ſeq.* Cantera *in ſæpe citato. tit. de plena probatione, num.*10. In linea verò tranſuerſali, frater non poteſt cogi ad teſtificandum contra fratrem, quod in hac linea obtinet locum vſque ad quartum gradum, Farin. *loco cit.n.*22.Cantera, & alij, *vbi ſuprà.*

Et licet aliqui velint, quod conſanguinei hi, etiam fratres admittuntur in teſtes, & cogi poſſint cum veritas aliter haberi nequit ex allegatis à Farinacio
num. 103. Gilhauſ. *num.* 23. attamen hoc nun- 16.
quam in praxi recipiendum eſt, niſi conſulto Principe, & in Statu noſtro Mediolani Senatu Excellentiſſimo, Clarus *in praxi* §. *fin. quæſt.* 24. verſ. *Scias etiam.*

Pari modo nec vxor contra maritum, nec è contra, nec pro marito vxor, nec è contra admittitur ad teſtimonium ferendum, Farin, *vbi ſuprà, num.* 110. 17.

& ſeq. Gilhauſ. *num* 38. Collegium Colonienſe *lo. co citato,num.*22.vbi rationem reddit, quod maritus, & vxor ſunt vna caro,ſecundum Bald.*l.ſi cum Dotem §.ſi Maritus ff.ſ.l.Matrimonio.*

28. Idem dicunt DD. de affinibus, Farin.& alij, de quibus ſupra Præſes Abauo *in praxi criminali §.Teſtes cogendi, num.*4.*& ſeq.* quod DD. ſupradicti declarant de affinibus affinitate præſenti,non præterita,& per mortem diſſoluta vxoris,vel viri.

19. Idem dicit Farin.de Amaſio,& Amaſia *dicta q.*53. *num.* 217. vbi allegat Cyn. *in l.* 2. *Cod.de teſtibus* Collegium Colonienſ.omnino videndum,*vbi ſuprà, n.* 23. vbi huius rei hanc allegat rationem, quod Amaſius pro Amaſia, fas atque nefas committeret, *lib.* 2.*§.cum placuiſſet, ff.de orig.Iuris*, ibi, *capiumque amore virginis omne fas,atque nefas miſcuiſſe.*

20. Domeſtici etiam regulariter repelluntur, niſi agatur de probando delicto commiſſo domi,vel cum veritas aliter nequit haberi,*l.etiam Cod.de teſt.*ibi, *domeſtica teſtimonij fides improbatur*,cum alijs alleg. à Farin.*q.*53.*n.*1.*& ſeq.*Collegium Colonienſe, *n.* 21. Gilhauſ.*n.*30.Modern.Barboſ. qui alios latiſſimè cumulat *in cap.literis,num.*2.*de teſtibus*,& Cantera *loco citato,num.*17.*& ſeq.*qui etiam bene declarant qui non veniant in hac materia appellatione domeſticorum, quod egregiè etiam præſtitit Pegna *in tertiam partem Directory*, *comm.* 119. verſ. *Doctores quos initio.*

21. In foro noſtro S.Officij, conſanguinei omnes contra conſanguineos examinantur,pro ipſis autem minimè,text.eſt *in cap filij de hæreticis in ſexto*,& ſic filij contra parentes, & è contra, frater contra fratrem, vxor contra virum,domeſtici contra domeſticum examinantur, & ad examen coguntur in cauſis fidei, Pegna *dicto comm.*119.*per totum*.Farin.*de hæreſi,quæſt.*188.*num.*149. *& de teſtibus.quæſt.*54.*n.* 29. Cantera *loco citato,n.*10.*in fin. & n.* 22. Gilhauſen. *n.* 9.Souſa *in Aphoriſm.Inq lib.*1.*cap.* 11.*num.* 1. *& ſeq* Modern Barboſ. in cap *ſuper eo,il*,1.*n.*11. & c. *in literis num.*13 *de teſtibus*, Ferdinandus de Caſtro Palao *in opere morali dicta diſput octaua,puncto* 15. §.1.*num.* 6. & nos latè de hoc diximus *in ſecunda parte in titulo de obligatione denunciandi.*

An autem huiuſmodi teſtes in S. Officio ſic admiſſi ſint omni exceptione maiores,DD.noſtri non inutiliter diſputant.

22. Et quidem vniuerſaliter loquendo, quod quoties conſanguineus, contra conſanguineum admittitur ſemper habeatur pro teſte non integro dixit Farin. qui alios more ſuo cumulat,*quæſt.*56.*num.*80. *& ſeq.* In cauſis autem Hæreſis,idem tenet Cantera *vbi ſuprà,num.*13.verſ.*dixi ſupra, quod conſanguineus*, vbi articulum hunc plenè examinat,& allegat text.in c. *per tuas*, de ſimonia, vbi teſtes inhabiles, qui ibi fuerunt admiſſi,vti in crimine excepto, habentur pro teſtibus non integris.

Si tamen teſtis conſanguineus,vel domeſticus eſſet vir ſpectatæ probitatis,vtique poſſet etiam in S. Officio admitti ad deponendum pro conſanguinei innocentia probanda, ita Pegna, *vbi ſuprà*, verſ. *& quamuis*, Farin.*q.*188.*n.*151.qui alios cumulant.

§. IV.

De teſte excommunicato.

23. EXcommunicatum maiori excommunicatione non poſſe admitti ad teſtimonium ferendum,docent DD.in cap.*veniens il ſecundo de teſtibus*, & in cap.*excommunicatum,§.credentes de hæret. in ſexto*,& Farin.qui alios citat,*de teſtibus, quæſt.*56 *num.* 240. & Modern.Barboſ.in dicto cap.*veniens, num* 9.Ricciull.*de iure perſon. extra Eccleſia gremium exiſtentium, lib.*4.*t.*30.*n.*14.

In cauſis tamen hæreſis admittitur,cap.*in fidei fauorem*,ibi, *excommunicati,de hæret.in* 6.Eymer. 3. *p. Directorij, quæſt.*64.& ibi Pegn. *comm.*113. Farin. *de hæreſi. q.*188.*num.*68.Caſtro Palao *vbi ſupra,n.*2. Idem Farin. *de teſtibus,q.*56 *num.*175. vbi ait, quod hæc concluſio non habet contradictorem, & Ricciull.*de iure perſonarum extra Eccleſia gremium*,&c. *loco ſuprà allegato, n.*14. 24.

§ V.

De teſte Hæretico, Iudæo, & Infideli.

TEſtes Hæreticos, Iudæos, & Infideles à Teſtimonio ferendo arceri tam pro Catholico quã contra, conſtat inter omnes, & latè probauit Farin.*de teſtibus,quæſt.*56.*num* 205.vbi iura, & DD.auctoritates allegat.& ad hoc ſunt text.expreſſi.in cap. *ſi hæreticus; ſecunda queſt.* 7. *& in l.quoniam*, *Cod. de hæreticis.* 25.

Hoc tamen ceſſare in criminibus exceptis cum communi ſententia dixit Idem Far.*vbi ſupra, n.* 227. Et in indiuiduo criminis hæreſis,quod hæreticus admittitur contra hæreticum,& etiam contra fidelem, reprobato Eymerico, *tertia parte directorij. quæſt* 68. dixit Pegna,*ibid comm.*117. vbi, quod Inquiſitor ex tali diſpoſitione poteſt ſecretas ſumere informationes contra fidelem, Farin. *de hæreſi.q.* 188. 111. *& pluribus ſequentibus*, vbi latiſſimè Caſtro Palao,*vbi ſupra,dicto* §.1 *n.*4.*&* 5. Souſa *in Aphoriſm.Inquiſitorum lib* 2.*c.*12.*n.*1 *& ſeq.* 26.

Cum autem huiuſmodi in teſtes accipiuntur,vtique iurare debent,ſed Iudæus,& infidelis,ſecundum leges ſuas,vt animaduertit Farin. *dict.q.*56. *n* 238. Pegna *in ſecunda parte director comm.*13. verſ. *denique* 27.
illud monere, & pulcherrimas formulas iuramenti 28.
tam Iudæorum,quam Saracenorum quæ in Hiſpania obſeruantur,videat omnino benignus lector *in legibus Partitarum tit.*11 *part.*3.*l.*20.*& l.* 21. & vtrobique Doctiſſ. Gregor.Lopez.

§. VI.

De teſte meretrice.

MEretria infamis eſt, & leno, *l.palam §.non ſolum ff.de ritu nup.& in l. Athletas§. Ait Prætor.ff. de his qui notantur infamia*, & ibi Gotofred. vnde in criminalibus à teſtificando repelluntur, Farin *q.*56.*num.*358.*& ſeq.*Gilhauſ.*vbi ſupra num.* 50. qui alios allegant, & hoc ampliant etiam in Meretrice quæ deſiit meretricari,per text.expreſſum,*in d. l.palam § non ſolum*, admittitur tamen meretrix, & leno ad teſtandum de geſtis in Lupanari,vt not.Farin.*vbi ſuprà,num.*52.& Gilhauſ.*num.*34. 29.

Prout in etiam Criminibus exceptis, Farinac. *num.* 366. vbi ex Gigante *de Crimine læſæ Maieſtatis*, animaduertit,Iuliam, quæ meretrix erat coniurationem Catilinæ deteaiſſe, vnde etiam in crimine hæreſis, tam meretrix, quam leno admittendi erunt, Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 6. Illud tamen certum arbitror meretricem, & lenonem cum admittuntur in teſtes, in hoc crimine, etiam de geſtis in lupanari non eſſe omni exceptione maiores, Farinac. *quæſt.* 56. *num.* 368.& latius idem Farin. *de hæreſi, q.*188.*num.* 83. 30.

qui

qui alios latiſſimè cumolat,& nos *ſuprà* cum de teſte conſanguineo.

§. VII.

De teſte Birruario.

31. CVm Birruarij communiter apud omnes reputentur infames, Clar. §. *fin quaſt*. 7. verſ. *habes igitur*, ideo eos nec idoneos teſtes eſſe, nec admittendos pro regula conſtituit Farin. *de teſtibus, quaſt*. 56. *num*. 370. *& ſeq*. qui eam bene declarat, vt procedat cum deponnnt in non concernentibus eius Officium, etiam in antecedentibus,& ſubſequentibus. vt cum atteſtantur ſe fuiſſe in captura impeditoa, ioiuria affectos, &c. ſecus ſi deponant de concarneotibus officium ſuum, vt eom referunt ſe aliquem citaſſe, Præſes Abauo *de Reatibus*, *q*. 13. *in fin*. verſ. *Ego autem dico*, Faber. *in ſuo Cod. lib*. 4. *tit*. 15. *def*. 26.

32. In S. Offic. adſunt Conſt. Innoc. IV. incipiens, *Ad extirpanda*, §. *Officialibus verò prædictis*, & Alexaod. IV. incipiens *Ad extirpanda*, vbi de verbo ad verbnm confirma:ur Conſt. Iunocentij, In quibus expreſsè hæc verba leguntur, *Officialibus verò prædictis plena fides in his omnibus habeatur, qua ad eorum Officium pertinere noſcuntur.*

33. Ex quibus colligit Farin. *de hæreſi*, *q*. 188. *num*. 71. quod cum dictæ conſtitutionea loquantur de his, quæ pertinent ad officium ſeruitorum, vtique ſi deponerent de impedimento eis dato in executione, vel captura, memoratæ conſtitutiones non procederent, cum etiam ipſæ recipere debeant interpretationem paſſiuam à iure communi, de qua re memini me dixiſſe aliqua in ſecunda parte huiua operis.

34. Secundò colligit Farinae. quod neque his ſeruitoribns plena adhiberi debet fides, in delictis grauibus vbi agitur de Imponenda pœoa corporali graui etiam in ſpectantibus ad eorum munus, niſi eorum depoſitiones eſſent adminiculatæ, vnde ait, quod de anno 1614. quidam carceratus io S. Officio fuit furca ſuſpenſus, ex eo quod præparata fuga duos cuſtodes carcerum vulnerauerat ad mortem, idque ea depoſitionibus vulneratorum, & aliorum Cuſtodum, concurrentibus tamen aliia vehementibus coniecturis, & præſertim, quod dicti vulnerati fuerunt reperti ſic vulnerati in eius carcere.

§. VIII.

De teſte bannito.

36. BAnniti in contumaciam ob delictum, ſi loquamur in terminis Iuris communis vtique non ſunt prohibiti ferre teſtimonium ſecus ſtante diſpoſitione ſtatutorum, quod contumaces habeantur pro confeſſis, prima pars concluſionis probatur ea Baldo in cap. *ſuper eo, il primo de teſtibus* quia contumacia non infamat, ſecunda verò pars probatur ex Farin. *dicta quaſt*. 56. *num*. 330. Notandum tamen ea Claro, *quaſt*. 71. verſ. *Præterea quæro*, quod Banniti aliquando à Senatu noſtro Excellentiſſ. Mediolani admittitur ad teſtimonium ferendum, & eis ob id concedit ſaluos conductus, vt poſſint tutò ſe examini ſubiicere, & formulam horum teſcriptorum Senatus habemus in formulario Senatus manuſcripto, Oldradus de teſcriptis in ſuis formulis.

37. In foro noſtro S. Officij, ſiue loquitur de iure communi, ſiue ſtantibus ſtatutis prædictis, quæ non attñant perſonas Eccleſiaſticas, Surd. *conſ*. 301. *vol*. 1. DD. communiter in cap. *Eccleſia Sancta Maria, de Conſt*. Banniti poſſunt eaaminari ab Inquiſitoribus, ſicuti enim banniti eaaminantur extra locum Banni, cum delictum non eſt aliter probatum, quam per contumaciam, Farin. *n*. 334. ita poterunt examinari in S. Officio quod cum Tribunalibus ſæcularibus nihil habet commune.

Nec vllo modo dubitari poteſt, quin Inquiſitores poſſint validum ſaluum conductum concedere cuicumque Bannito à Principe ſeculari, vt poſſit ſe expurgare in S. Officio, vel vt valeat vti teſtis examinari, tum quia de Iure communi id poteſt quilibet Iudea inferior, (quidquid ſit de conſuetudine, Clar. *q*. 32. verſ. *Sed hic quæro*, Farin. *quaſt*. 29. *num*. 82. Guazzin. *de defenſ. reorum*, *tom*. 1. *defenſ*. 12. *num*. 58. verſ. *Iudex*, igitur id multo magis concedendum eſt Inquiſitori in cauſis fidei, qui, & maior eſt, quocumque Iudice ſupremo ſæculari, & in cauſis fidei liberè, & omni omnino impedimento iuris. & facti ſublato procedere poteſt, tum quia Iudea debet aſsecurare teſtes quos vocat Foler. *in pract*. verbo *capiat infor*. *num*. 52. & Baiard. *dict*. *q*. 32. *num*. 36. Atque hoc iure vtimur, & de hoc eſt text. in cap. *Hortamur*, 3. *q*. 9. vbi Gloſs. & Turrecrem. latiſſimè de materia videndus Poitules ad repertorinm Molini *ſuper ritibus, & obſeruantiis Regni Aragon. tom*. 1. verbo *accuſatio num*. 118 *& plurib. ſeq*. vbi de hac ſecuritate teſtibus per quoſcumque Iudices concedenda, & Selſe *de inhibit*. *cap*. 8. §. 5. *n*. 67. *ſequent*. 38.

§. IX.

De aliis teſtibus infamia laborantibus.

CErtiſſimum eſt in cauſa hæreſis Infamiam ſiue iuris, ſiue facti non repellere teſtem in totum, iuxta ſæpe citatum cap. *in fidei fauorem de hæretic. in ſexto*, quamvis de fide teſtis aliqualiter diminuat.

Inter hos infames enumerantur Vſurarij, *l. Improbum*, vbi Bald. Caſtr. & alij. Cod. *ex quibus cauſis interrogetur*, Peguer. *deciſ* 31. *num*. 1. Ideo extra forum noſtrum S. Officij à teſtificando repelluntur, Clar. *in* §. *vſura* verſ. *punitur etiam, in fin*. & Farin. *de teſtib*. *q*. 56. *n*. 352 *& ſeq*. 39.

Spurij, qui niſi ſint probatiſſimæ vitæ, Religioſi, vel oobiles, & magnæ cooditionis, vel infames ioſamia facti, licet non repelluntur, in totum, non ſunt tamen teſtes omni exceptione maiores, Farin. *num*. 400. *& ſeq*. 40.

Blaſphematores conſuetudinarij, non ex Ira ſolum, vel publici ante etiam condemnationem, Farin. *ibid*. *num*. 414. *& ſeq*. 41.

Luſores conſuetudinarij, in ludis prohibitis. niſi ageretur de probandis geſtis io ludo, Farin. *vbi ſuprà, num* 427. *& ſeq*. 42. 43.

Ebrij penitus, noo autem taotum vino exhilarati, Farin. *num* 434.

Hiſtriones Arenarij, vel beſtiarij, Farin. *n*. 439.

Apoſtatæ à Religione, quia infamis periurus, & excom. Farin. 444 *ſeq* Ricciull. *de iure perſonarum extra Eccleſia gremium exiſtentium, lib de Apoſtatis*. 44.

Fuſtigati, qui etiam ſi viuerent mille annis nunquam poſsent eſse teſtes, vt ait Maſcard. *de probat: concl*. 1156. *num*. 33. & Farinac. *vbi ſuprà, num*. 456.

Decocti, ſeu falliti, proditores, calumoiatores, prodigi, & alij de quibus apud Farin. *loc. cit*. *n*. 446. *& ſeq*. & Modernus Barboſ. *in cap*. 2. in verbo, *etiam*

viliſſimi.num 3. *& pluribus ſeq.*vbi alphabetico ordine omnes iſtos enumerat, qui ratione infamiæ à teſtimonio repelluntur.

46. Accuſatus autem, vel carceratus pro aliquo delicto, accuſatione pendente à teſtimonio repellitur, præterquam in caſibus exceptuatis *cap. fin.de teſtibus, l. in teſtimonium,ff.ibid.tit.*Farin *q.*56. *n.*167. *& ſeq.* Gilhauſ. *d.c.*6. *p.*3. *n.*46. Moretrit. Barboſ. *d.c.fin.n.*2. *& c.* 5. *n.* 7. verſ. *Carceratus*, Souſa *in Aphoriſm. Inq. lib.*2.*c.*13 *n.*18.

§. X.

De teſte minore.

47. Minor vigintiquinque annis, & maior viginti in criminalibus eſt teſtis idoneus, nec patitur exceptionem ætatis, teat.eſt *in l.in teſtimonium, in ſecunda ff de teſtibus*, vbi dicitur, quod accuſator non debet adducere in teſtem illum, qui minor eſt viginti annis, igitur à contrario ſenſu poterit accuſator maiorem viginti annis in teſtimonium adducere, ita Farin. cum allegatis ab eo *de teſtibus, q.* 58.*n.*10. *&* 19.*& ſeq.* Gil.*d.c.*6 *p.* 3.*de teſtib. n.* 59. Gregor. Lopez *l.*9.*tit.*16 *p.*3. & Inquiſitor Cantera, *dicto cap* 2 *de plena probatione n.*40.

48. Minor 20.annis, & maior 14.in criminalibus regulariter à ferendo teſtimonio prohibetur, Farin. *vbi ſuprà. n.*10 enim allegab eo, quibus addo Vueſemb. *in Paratitlis Pandectarum tit.de teſt.b. num.*3. Gilhauſ. *n.*58. Cantera *loco citato*, hoc tamen limitatur, vt non procedat, in caſibus de quibus *infrà.*

49. Minores 14. annis proximi pubertati habentes ſcilicet annos decem cum dimidio iuxta uor.à DD. *in Auth. Sacramenta puberum, Cod ſi aduerſ. vendit.* vtique regulariter eſſe nequeunt, quia impuberes regulariter lubricum habent conſilium, quia ætas illa faci is eſt ad mentiendum, & quia eis iuramentum deferri nequit, *l. qui iuraſſe de iure iur* quæ ſunt rationes addnctæ à Voeſemb.*vbi ſuprà.* & Barin.*ibid. num.*5.ita I.C. *l.*3.*§.lege Iulia.ff de teſtibus*, & Lud. Gilhauſ. *num.*57.

50. Suprad ſta tamen non procedunt cum ſumus in caſibus in quibus veritas aliter haberi nequit, ita Farin.*num.* 29.*& ſeq* Gilhauſ *num.*60. Cantera,*n.*41. qui alios allegant, & loquountur, etiam in impubete doli capace.

51. An autem in hoc caſu impuberes aliquid probent, dico certum eſſe hos impuberes non eſſe omni exceptione maiores, vt latè probauit Farin. *num.* 14. vbi reprobat Marſilium, qui *in l.Infans,num.*45.*Cod. ad l. Corneliam de Sicar.* ait in praxi ea dicto duorum impuberum fuiſſe occiſorem eorum matris punitum, & Igneum *l.excipiuntur*, *n.*17.*ad Syllan.* vbi ait dictum filij annorum 15.profuiſſe, & ſufficiens fuiſſe ad torturam Patris ſui qui ipſo præſente vxorem ſuam occiderat.

52. Dico ſecundò, regulariter dictum huiuſmodi impuberis non admittitur ad probandum ſed tantùm vt proſit ad veritatem indagandam ita Clar. *in praxi §.fin. q.*24.*n.*17.Fabet. *in ſuo Cod. lib.*4 *tit* 15 *def.* 13.*in annot n.*2.Farin.*vbi ſuprà,n.*43.44.*&* 48. *& n.* 52.vbi hoc limitat, vt non procedat cum adſunt adminicula, & præſumptiones.

53. Dico tertiò, aliquando dicta iſtorum impuberum admittuntur etiam ad aliquid probandum, & ad torturam cum ſint adminiculata præſumptionibus, & coniecturis, arbitrio Iudicis validis, ita Farin. *n.* 52. Sic Faber *dicta definitione in fin.* habet hæc formalia verba, *ſed & in cauſa homicidij filio impuberi adverſus Patrem à Senatu noſtro pridem creditum fuiſſe relatum eſt*, & in add t. *n.* 8. ait ſimile quid referri à Paponio *Areſtorum Franciæ l.*24 *tit.*15.*§.*7 *de quæſt.*

Nec dubito, quin in caſibus relatis à Marſilio, & Igneo *vbi ſuprà*, adeſſent alia adminicula, & præſumptiones ex quibus iuncto dicto impuberis coaleſcere potuerit indicium non ad inquirendum ſolum, ſed ad torquendum.

54. Vnum tamen notandum eſt in hac materia, quod iſti impuberes dum examinantur, id fit ſine iuramento in Curiis ſecularibus & ita pluries, me Proinde exiſtente ſub Illuſtriſſimo Salamanca Cremonæ Prætore anno 16.6.in Curia fuit practicatum.

55. Secundò, ſupradicta limitantur in Crimine hæreſis, & in omnibus cauſis ad Sanctum Officium ſpectantibus, nam in his etiam impuberes admittuntur, recipiuntur, & coguntur teſtari, ita Cantera *vbi ſuprà n.*45.verſ.*Tertiò fallit in crimine hæreſis*, vbi à minori ad maius arguendo ait, quod ſi in crimine læſæ Maieſtatis humanæ impuberes admittuntur ſecundum diſpoſitionem expreſſam *l. de minore.ff. de quæſt.* multo magis admittendi erunt in crimine hæreſis, Far *de hæreſ.q.*188.*n.*75.*amplia.*5.qui alios allegant, & ſi reperto vno occiſo in domo omnes de familia, etiam impuberes admittuntur ad ferendum teſt monium, iuxta allegata à Farin. *n.*2. *&* 44.ig tur arguo ego multo magis idem dicendum erit in crimine hære ſis, & quid in hoc crimine probent impubetes dixi *ſuprà proximè*, quibus, ibi dictis addo Canter. *vbi ſuprà n.*42.verſ.*Secundò fallit*, ibi *ſed certè in hoc.*

57. Infans, ſeu proximus infantiæ, nec examinari poteſt, nec examinatus aliquod proſſus facit indicium, Far.*n.*4. Gilhauſ *n* 56.qui alios allegant, & hoc procedit, licèt eſſemus in criminibus excepţis, & in caſu in quo aliàs veritas haberi nequit, quia ſemper militat ratio, quod infans quidquid videt, vel aud t ignorat, niſi infans eſſet ſupra ſep imum annum, & eſſet doli capax, quod Iudex arbitrabitur ea modo dicendi & qualitate impuberis, Cantera, *n.*45.verſ. *& mihi hinc placet*, nam tunc arbitratur in hoc crimine recte facere Inquiſitores ſi illum examinarent, an autem teſtis pubes ſit integer ſi deponat de h:s quæ vidit tempore ætatis pupillaris, videndi ſunt Far.*n* 53. 58.
Canter.*n.*44.Collegium Colon.Iurid.*diſp.*7 *n.*7.*p.*2.

§. XI.

De aliis teſtibus qui integri non ſunt.

59. Teſtis de vniuerſitate (quidquid ſit in ciuilibus,in quibus videndus eſt Beltran. *ad deciſ. S. mem. Greg XV* 340 *ſub.n.*14.) non admittitur pro integro teſte, ad fauorem alterius de d cta vniuerſitate contra extraneum, niſi in defectum aliorum teſtium, Farin. *de teſtibus,q.*60.*n.*51. Colleg. Colon.*d.diſp.*7.*n.*35.& Canon.in cap. *ſuper* 14.*q* 2.cap. *accuſatoribus, cappellatur*, c. *Olim de accuſat.*Gilh.*n.*75. Ferecill. *ad ad deciſ.*214 Buratti.

60. Proxeneta non eſt maximè in criminibus integer teſtis in negotio in quo fuit mediator, Far.*q.*60 *num.* 406.*& ſeq.*& idem dicendum de mediatoribus inter aliquos, vt eos ad concordiá adducát, hi enim admitti nó debét, & admiſſi nó probant confeſſiones quas partes ipſis fecerunt, nó enim debent ſecretú ſibi cómiſſum euulgare, Fab.*in ſuo Cod.lib.*4.*tit.*15.*def.* 56.

61. Socius itineris, non eſt integer teſtis ſuper iniuria ſocio illata, ſi eam etiam ſibi illatam eſſe putauerit, quod ſignis, & coniecturis cognoſcitur, Farin. *vbi ſuprà num.* 402.

62. Sollicitator in cauſa in qua ſollicitat non eſt idoneus

idoneus teſtis, ſecus in alia, Farin. *num.* 244. *& ſeq.* Idem dicendum de negotiorum geſtore, Farin. *num.* 261. & de Aduocato, Farin. *num.* 155. *& ſeq.* Faber *loco cit. def.* 19. vbi etiam de procuratore Colleg. Colon. *vbi ſuprà num.* 41. Gilhauſ. *num.* 74.

63. Iudex pariter, & arbiter, in cauſa in qua indicanti ſunt ſuſpecti teſtes, prout & Aſſeſſor. Colleg. Colonienſe *loco citato*, *num* 42 Farin. *n.* 89.

64. Qui Titio ſe vſuras perſoluiſſe deponunt non probant Titium vſurarium, etiam ſi agatur ad fauorem tertij, nam ratione affectionis quam habent ad propriam cauſam, vel illi ſimilem nunquam cenſentur integræ fidei, Farin. *n.* 77. *& ſeq.* Portoles *ad repert. Molini ſuper obſeruationes Regni Arag.* in verbo *vſura*, *tom.* 4. *num.* 37.

65. Accuſator non eſt idoneus teſtis contra accuſatum, nec qui de domo accuſatoris ſunt, Farin. *n.* 64. Gilhauſ. *num.* 73. hoc tamen fallit in cauſa hæreſis, in qua accuſator, & denunciator, ſi aliam exceptionem non patiantur, ſunt idonei teſtes, Farin. qui alios allegat *de hæreſi*, *q.* 185. *num.* 32. quia in cauſa hæreſis accuſator proſequitur cauſam Religionis Chriſtianæ, & ſic ceſſat ratio repellens accuſatorem à teſtimonio ferendo, quæ eſt intereſſe cauſæ propriæ, Farin. *vbi ſuprà*.

66. Nec idonei teſtes ſunt, qui ex teſtimonio lato vel ferendo, aliquod commodum, vel laudem reportare poſſunt vt latiſſimè dixit Farin. *q.* 60. *num.* 1. *& ſeq.* prout, & magis credendum eſſe teſti contra ſuum commodum teſtanti, decidit Sen. Sabau apud Fabrum *vbi ſuprà*, *def.* 42. quia (ait Senatus) non eſt credendum eos peierare velle, vt ſibi noceant.

67. Sacerdoti reuelanti crimen ſibi in confeſſione ſuo feſtatum non debet Iudex in foro exteriori credere, & ex tali reuelatione nullum omnino oritur indicium contra reum, Præſes Abauo in praxi in verſ. *teſtes cogendi*, *num.* 42. Præſes Ant. Faber. *loco citato*, *dif.* 38.

68. Pauper ſi non ſit probatæ vitæ non eſt integer teſtis, ſecus ſi ſit honeſtæ vitæ, quia ob paupertatem ſolam præciſè nihil ei diminuitur de fide ſecundum d. ſtruct. Clari *q.* 24. verſ. *quæro etiam nunquid*, Farin. *q.* 57. *num.* 15. *&* 17. Cantera, vbi bene probat, in criminalibus ob paupertatem ſolam nihil diminui de fide teſtis, niſi vltra paupertatem aliquid aliud adſit ob quod contra pauperem ſit præſumendum, vel niſi quis ex aliquo vitio in paupertatem deuenerit, *loco ſup. alleg. n.* 55.

69. Furioſi à teſtimonio repelluntur, niſi dilucida interualla habentes dèponant tempore ſanæ mentis, Farin *q.* 61 *num* 1. *ſeq.* Colleg. Colon *vbi ſupr. num.* 4. In dubio autem depoſitio iſtius teſtis præſumitur facta tempore ſanæ mentis, quia actus habentis dilucida interualla præſumitur geſtus tempore ſanæ mentis non furoris, Lambert. *de contract. Mulierum*, *gloſ.* 8. *num.* 40. *& ſeq.*

70. Muti, vel ſurdi regulariter in teſtes non admittuntur, Farin. *q.* 61. *num.* 36. *& ſeq.* Colleg. Colonienſe *num.* 10. maximè in criminalibus Gilhauſ. *num.* 77. Sicuti tamen in ciuilibus admittuntur cum deponunt per ſenſus in quibus impediti non reperiuntur DD *ſuprà* alleg. locis indicatis, ita arbitror poſſe eos recipi in crimine hæreſis, in omnibus caſibus in quibus in ciuilibus poſſent teſtari, bene Souſa *in Aphoriſm. Inqu. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 26.

71. Horum autem depoſitiones recipi debent, vel per ſcripturam ſi ſciant ſcribere, vel per interpretem, Notario ſcil. ſcribente interrogationem, mox ſigna, & nutus muti, & deinde conſanguineorum, vel domeſticorum interpretationem, Igneus *in l.* 3. *§ Ignoſcitur*, *num.* 16. verſ. *dicit enim Bal. ff. ad Syllan.* Farin. *num* 51. *&* 52.

Teſtes Clerici, & Monachi quamuis regulariter contra laicos nequeant ferre teſtimonium, cap. *teſtimonium* 11. *quæſt.* 1. *cap. de cætero*, vbi modernus Barboſ. *n.* 2. omnes DD. allegat, attamen in crimine hæreſis cùm admittuntur ſunt fide digniores, quam laici, Farin. *n.* 80. 72.

In aliis verò cauſis criminalibus, & ciuilibus in quibus Clerici, & Monachi admittuntur ad teſtimonium ferendum requiritur licentia ſuperioris, ſi tamen ſine ea ſint examinati adhuc probant, Farin. qui alios allegat, *num.* 83. *&* 84. *& n.* 134.

§ XII.

De teſtibus inhabilibus nonnulla notanda.

Circa hos teſtes inhabiles, primo loco notandum eſt, quod etiam *ſupra* ſæpe monuimus, hos teſtes in caſibus exceptis admitti, ſed cum ſua inhabilitate, ita Farin *de hæreſi*, *quæſt.* 188. *num.* 84. Cantera *num.* 13. *loco ſæpius ſup alleg.* Et confirmatur hoc euidenter ex eo, quod vnica fœmina honeſta denuncians Confeſſarium de ſollicitatione non facit Indicium contra eum ad torturam, nec ad capturam, vt pluribus probaui *in tit. de Confeſſ. ſollicit. & in additionibus ad dictum locum*, vbi adduxi decretum S. C. Eminentiſſ. DD. Supremorum inquiſit. igitur euidens ſignum eſt fœminam honeſtam in hoc crimine excepto admitti, ſed cum ſua exceptione ſexus, quia in hoc crimine hæreſis dictum vnius teſtis omni exceptione maioris ſufficit ad torturam, nedum ad capturam, Farin *de hæreſi*, *q.* 185 *n.* 119. qui alios allegat, de quibus addo ego, Caſtro Palao *in opere morali tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 9. *n.* 5. Canteram *de Iudic. & tortura*, *num.* 5. & P. Dianam *reſolut. moralium*, *part.* 4 *tract.* 6. *Reſol.* 6. & nos latè *in titulo de indiciis*, *& tortura*. 73.

Nec in hac re curandum eſt de Doctrina Canteræ *in quæſt. criminalib. tangentibus probationes*, *titulo de plena probatione*, *n.* 27. verſ. *Pono exemplum*, vbi probare conatur, quod (cum delictum ſollicitationis non poſſit, nec actu, nec habitu probari, niſi per mulierem ſollicitatam) vtique per dictum ipſius poterit Confeſſarius torqueri. 74.

Quia hanc opinionem latè confutaui *in addit. ad tit. de confeſſ. ſollicitantibus*. Præterquam quod Cantera eſt ſibi ipſi contrarius dum *ſuprà eodem tit. num.* 16. loquens de dicto mulieris ſollicitatæ dicit, *ego certè in hoc crederem intrepidè tenendum, quod tales teſtes licet vocentur idonei, non tamen taliter quod ſint omni exceptione maiores, nec cum duobus ex talibus teſtibus daretur pœna ordinaria, nec ex vno daretur tortura.*

Notandum ſecundò, quod teſtes inhabiles ſine dubio admittuntur ad probandam hæreſim, an autem admittantur ad probanda adminicula illius valdè controuertunt DD loquendo de delictis exceptis in genere; Nam Bart. *in l. quæſt. ff. ad l. Iul. Maieſt.* ait teſtes inhabiles admitti ad probandum Rectorem prouinciæ, ſucceſſorem in Regno non admiſiſſe, & ſic ſubſtantiam delicti, non autem ad probandum ſucceſſorem eſſe legitimum ſucceſſorem in Regno. Pariter Bald. *auth. ſi teſtis productus*, *n.* 7. *C. de teſtibus*, ait, quod ſtante ſtatuto quo inhabiles admittuntur ad probandum adulterium vtique non admittentur ad probandum matrimonium, contrarium videntur ſenſiſſe Gig. *de crim. læſæ Maieſt. lib.* 2. ſubt. *quomodo & per quos*, *quæſtione quin-* 75.

ta,& Boſſ.*de crimin.leſa Maieſt.numer.* 114

Vera ſolutio eſt quod adminicula ſubſtantialia delicti probantur per teſtes inhabiles, & hæc dicuntur quæ inferunt ad ſubſtantiam delicti, vt puta amplexus, munera, colloquia ſecreta ſunt adminicula ſubſtantialia adulterij, quia tendunt ad illud, & illius probationem inferunt, ſimiliter familiaritas cum hæreticis conuenticulæ ſecretæ, & ſimilia ſunt adminicula ſubſtantia hæreſis, ita Farin.*de teſtibus quæſt.*56.*num,*78.& Ferd.de Caſtro Palao *in ſæpe cit. diſp.*8.*punct.*1 §.2.*n.*1.Souſa *in Aphoriſm.Inquiſ. lib.* 2.*cap.*13.*num.*8.

Adminicula autẽ extrilecè neceſſariò prærequiſita ad delictum non tamen illatiua illius, vt in adulterio matrimonium, & in hæreſi Baptiſmus, quæ ad illa duo delicta prærequiruntur, ſed non tamquam illatiua illius, vtique per teſtes inhabiles non probantur, ita DD.omnes ſup.alleg.ex quibus apparet quod in praxi non eſt diſcedendum ab opinione Bartol.& Baldi,quam etiam pluribus relatis ſequitur Rendin.*in prompt.recept.ſent.tom.*1.*tit.*115.*n.*5.

76. Notandum tertiò, quod inhabilitas in teſte conſideratur ſolùm tempore Iuramenti, & depoſitionis Farin.*quæſtione* 62.*num.*166 *& ſeq.*Souſa *cap.*13.*n.*11.

77. Notandum quartò, quod ex numero teſtium ſuppletur eorum inhabilitas etiam ſi omnes eſſent inhabiles Farin. *vbi ſup. n.* 305. *ſeq.* quod intelligo ètiam ad Imponendam pœnam ordinariam, ſi numerus ſit magnus, Pena 3.*p comm.*113. verſ. *nec refert.*Farin.*de hæreſi.q.*188.*n.*83. Souſa *cap.* 13 *n.* 13. Diana *part.*4 *reſol.moral.tract.*8.*reſol.*123.& Ferd. de Caſtro Palao *vbi ſuprà*, § 4.*n.* 1. qui aiunt ex quatuor teſtibus Inhabilibus poſſe quem damnari in pœnam ordinariam, quod tamen dictum arbitror ego relictum eſſe in arbitrio rectè iudicantis.

78. Et eodem modo depoſitionem huiuſmodi teſtis inhabilis ſuppleri ex maxima fide alterius conteſtis, atteſtatur idem Farin.*loco alleg. n.*128 quod intelligendum eſt, quoad torturam, non quoad condemnationem in hoc crimine hæreſis, Peña *dict.comm.* 113. verſ. *Sit iam tertium*, & Souſa *dict. cap.* 13. *num.*12,

9 Notandum quintò, quod producens teſtem inhabilem ad defenſam in S.Officio non poteſt illius perſonam reprobare Farin. *d.q.*62.*n.* 211. attamen non per hoc intelligitur approbare illius dictum Farin.*num.* 242. bene Rot.apud ſanctæ mem.Greg. XV. *deciſ.*255. *n.*16.vbi latè Beltram *in addit.*& hæc eſt originalis doctrina Batt.*l.ſi quis teſtibus*, *C. de teſtibus*, ibi,*ſed contra dicta ſic*, Souſa *cap.* 13.*n.*14. & ſic apparet falſa illorum DD.ſententia qui voluerunt teſtem de credulitate plenè probare contra producentem, hoc enim verum eſt, ſi vltra productionem teſtia, produceretur etiam illius examen publicatum, vt bene declarant Farin. *n.*277.*& ſeq.* & Beltram.*loco alleg n.*16. *& ſeq.* Ferentill.*ad deciſ.* 298.*Buratti.*

0. In S. autem Officio In quo numquam publicantur reis dicta teſtium examinatorum, & productorum ab ipſis ad eorum defenſam, Paulus Garzias *in praxi S.Officij*, *fol.mihi* 26. vbi ait, *Al reo ſe le noticia, que eſtan recebidas lus defenſas, no ſe le han de leer ni dar traſlado dellus aunque el reo lo pida, inſtrucien.*39.ſemper poterit reus excipere contra examen, ſeu dicta teſtium, quia cum ſibi non pandantur, numquam poteſt dici, quod ea producat, vel illis vtatur.

81. Notandum ſextò, teſtes inhabiles admitti debere, etiamſi adſint alij teſtes habiles in cauſis fidei, aliàs ſequeretur, quod in d. c. in fidei fauorem, nullum ſpeciale inductum eſſet fauore fidei, quia etiam in aliis cauſis criminalibus in ſubſidium teſtium habilium admittuntur Inhabiles ita, & bene Ferd. de Caſtro Palao *d.*§.2 *n.*7.

Notandum ſeptimò, quod etiam teſtes inhabiles admittuntur ad probandam innocentiam Rei in S. Officio, ſed cum ſuis exceptionibus, Caſtro Palao *vbi ſup.num.*8.Souſa *d.cap.*13.*num.*9. contrarium tamen tenent Farin.*de hæreſi,quæſt.*188 *num.*81.P.Diana *tract.*8.*reſol.*57.verſ. *dico tertio*, vnde in arbitrio poſitum eſt iudicare debentis, an & qui teſtes Inhabiles ſint admittendi, & quantum probent,Clarus *quæſt.*14.verſ.*Item ſcias.* 82.

Subijcienda tamen hoc loco arbitror verba Pauli Garziæ *in margine ſuæ praxis S.Offic.fol.mihi* 25.vbi loquens de teſtibus à reo ad defenſam producendis ait, *los teſtiges han de ſer Chriſtianos Viejos, y no parientes ni criados del Reo, ſaluo quando las preguntas ſon tales, que por otras perſonas no ſe pueden prouar veriſimilmente, y hu ſe de aduertir al reo deſto, y que nombre para prouar ſus preguntas mucho numero de teſtigos para que dellos ſe examinen los idoneos, y fide dignos.*

De teſte periuro, & falſo videnda ſunt quæ diximus titulo ſequenti de teſtibus,quoad dicta.

§ XIII.

De teſte vnico.

Teſtis vnicus in criminalibus non plenè probat, maxime in hoc crimine, etiamſi eſſet Cardinalis,vel Rex, vel Papa, Farin.*q.*65 *per tot* Gilhauſen. *loco cit.num.*87.*ſeq.*Souſa *in Aphoriſm.Inquiſit. lib.*2. *c.*14.& Cantera *de plena probatione*,*n.*3. 84.

Bene verum eſt, quod teſti vnico deponenti de facto proprio magis creditur, quam ſi non deponeret de facto proprio, vt animaduertit Farinac. *vbi ſuprà*, *n.* 207. *& ſequent.* Souſa *num* 3. & Faber. *in ſuo Cod lib.*4.*definitione* & Gilhauſ. *n.*9. qui alios allegant *num.*45.

In foro tamen noſtro S.Officij, & etiam in alijs paſſim videmus credi vnico teſti perito, cum iuramento deponenti, ad fauorem rei, v g.eum non poſſe torqueri tormento funis, eum eſſe infirmum, & ſimilia, Cantera *loco citato*,verſic. *ſecundo vnus teſtis.*

TITVLVS VI.

De teſtibus quoad dicta.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis depoſitio obſcura nihil probat.*
2 *Dubia probatio non releuat probantem.*
3 *Teſtis non probat ſi eius dictum non concludit de neceſſitate.*
4 *Teſtes deponentes de iudicio ſuo non probant.*
5 *De teſte deponente per verba,in, circa,& an plures teſtes hoc modo deponentes poſſint concordari,num.*7.
7 *De teſte de credulitate.*
8 *Teſtis deponens de auditu proprio probat, ſecus ſi deponat de auditu auditus,n.*9.
10 *Teſtis de auditu auditus facit aliqualem probationem ſed admodum leuem, n.* 11. *maximè ad defenſam*

feuſam rei n.12.& in delictis occultis n.13.

14 Ex teſtibus de auditu auditus deuenitur ad torturam in crimine aſſaſini.

15 In teſtibus de auditu diligenter conſiderandum à quibus audierint.

16 De teſte qui alium cognouit ad vocem, num.17.vbi quod in omni caſu non eſt omni maior exceptione.

18 De de auditu ex interiecto pariete.

19 Teſtis debet deponere per vnum ex quinque ſenſib.

20 Teſtis depoſitio de geſtis noctis tempore, ſuſpectus eſt niſi teſtis dicat adfuiſſe lumen, n.21.vbi hoc fallit in noctibus autumnalibus, & num.22.vbi, quod fallit etiam ſtante maxima vicinitate inter teſtem,& reum.

23 Deciſio Senatus Mediolani.

24 Teſtis præſens delicto poteſt torqueri ſi nolit teſtem manifeſtare.

25 Vt valeat depoſitio teſtis de noctis tempore geſtis,ſufficit adfuiſſe quodcunque lumen,n.27.vbi quod ſufficit ſi ex dictis aliorum teſtium conſtet adfuiſſe lumen.

26 Deciſio Curiæ Cremonæ ſub Illuſtriſſ.Salamanca.

28 Si teſtis dicat, cognoui, &c.quia luna lucebat , & factis ab Aſtrologo calculis appareat tunc Lunam non potuiſſe lucere nihil probat.

29 In materia fidei reus non conuincitur ex teſtibus ſingularibus,num.30.vbi de pluribus teſtibus ſingularibus concludentibus de eadem ſpecie hæreſis Lutheranæ,& ſeq.

31 Teſtes ſingulares probant cum agitur de eodem actu ſucceſſiuo, num.32.vbi de teſtibus, qui per rimulam viderunt adulterum.

33 Quomodo ex teſtibus ſingularibus poſſit confeſſarius ſollicitans damnari.

34 Quomodo hæreſes ſint inter ſe connexæ, n.35. vbi de loco & tempore quomodo ſint circumſtantiæ extraordinariæ hæreſis.

36 Ex quatuor teſtibus ſingularibus omni exceptione maioribus eiuſdem ſpecies hæreſis,ſed non indiuidualis ,num reus ſit conuictus.

37 Quid ſi teſtes diſcordarent in ſolis verbis n.38.vbi quid in blaſphemia.

39 In dubio teſtes præſumuntur conteſtes.

40 Cur teſtes ſingulares non coniunguntur ad reum conuincendum.

41 An,& quomodo teſtes ſingulares coniungantur in S.Officio ad effectum torturæ, vel pœnæ extraordinariæ.

42 Teſtis nominans alium in conteſtem qui negat nibil probat.& n.43.vbi latè, an in hoc caſu ſit locus torturæ.

44 De teſte qui dixit talem blaſphemaſſe præſente tali,& tali qui negant.

45 Teſtes contrarij in ſubſtantialibus nihil probant, n.46.ſeq. vbi quando dicantur contrarij in ſubſtantialibus.

48 Dicta teſtium non ſunt cauillanda,ſed adiuuanda.

49 Teſtes euidenter contrarij non concordantur,Prout nec ſi ſint ſuſpecti de falſo,n.50.

51 Concordia teſtium quomodo facienda.

52 In ciuilibus teſtes concordantur etiam ad probationem faciendam , & in criminalibus ad euitandum periurium num.53

54 In foro S. Officij plus probant ,teſtes concordati, quam non concordati,& minus concordati probant quàm teſtes qui concordia non egent n.55.

56 Quanta fides ſit danda teſtibus concordatis arbitrio Iudicis relictum eſt.

57 Ex pluribus teſtibus variis quibus magis credendum.

58 Teſtis inter ſe varius nihil probat. num. 59. vbi quando,& quomodo teſtis poſſit eius dictum corrigere.

60 Intellectus text.cap. Accuſatus §.licèt de hæret. in ſexto vbi latè in S. Officio , cui depoſitioni ſit ſtandum ex duabus contrarijs eiuſdem teſtis.

61 An diſpoſitio dicti §.habeat locum cum teſtis in ſecunda diſpoſitione ſe,& alios exgrauat.

62 An teſtis varius in S.Officio poſſit puniri,vbi deciſio Inquiſitionis Conchenſis.

63 Teſtis deponens ,ſupra negatiua vaga non probat, n 64. vbi quod ſecus eſt in negatiua coarctata ad breue tempus,n.65.vbi quomodo debeat huiuſmodi teſtis deponere.

66 De alio modo probandi negatiuam indirectè.

67 De grauato a duobus teſtibus quod tali die , &c. Blaſphemauit præſentib alijs duobus,qui negant.

68 Teſtes falſi pœna extraordinaria ſunt puniendi cum atteſtationes ſunt nullæ,n.6 .vbi idem de teſtibus falſis in circumſtantijs n.,0.vbi de teſtibus falſis ſupra generalibus.

71 Teſtis falſus ſuper generalibus an aliquid probet.

72 Teſtis falſus in vno articulo nihil probat in alio.

73 Ad puniendum teſtem falſum pœna ordinaria requiruntur probationes euidentes.

74 De teſte qui recepit pecuniam,latè.

75 Quæ conſideranda in puniendis falſis teſtibus.

76 Pœna ordinaria horum teſtium eſt triremium.

77 Deciſio Inquiſitionis Siculæ.

78 De teſte vacillante.

79 Teſtes rationem ſui dicti reddere debent.

80 Qua ratione teſtis dici poſſit legitim.

81 An teſtes rationem reddere debeant etiam non interrogati.

82 De ratione teſtis , ſcio quia conſanguineus , vel vicinus.

83 Ratio teſtis dictum ſaluat, vel deſtruit, & in ea probatio teſtis conſiſtit.

84 Deciſio Congregationis Cremonæ in materia teſtium de credulitate in cauſa Polygamiæ.

85 Teſtes de credulitate, an poſſint redargui de falſo.

Viſo de teſtibus quoad eorum perſonas , conſequens eſt,vt nunc de eis agamus, quoad dicta.

§. I.

De obſcura teſtis depoſitione.

Teſtis obſcura depoſitio nihil probat, Farin. *de teſtibus.q 65.num.1.& ſeq* Maſcard. *concl.*1569. 1.
n 6.vbi addent.Souſa *in Aphoriſm.Inquiſitorum,lib.*2. *c.*7.*n.*1.quia dubia probatio regulariter intelligitur contra probantem,nec eum vllo modo iuuat, Surd. 2.
*conſ.*5 *n.*47.*&* 48.*& conſ.*127.*n.*40. & teſtis obſcorè deponens æquiparatur non reſpondenti . Rulant.*de Commiſſ.Cam Imperialis, p.*2.*lib.*2.*c.*17.*lib.*1.

Ex hoc colligitur primò , quod teſtis qui deponit per verba , quæ de neceſſitate non concludunt, 3.
non probat , & exempla huius depoſitionis dant Maſcard.*de prob.concluſ.*12.*q.*9 *n.*6.Farin. *vbi ſuprà, n.*3.*& ſeq.*Souſa *ibid n.*2.Rulant.*loco cit.c* 19.*& ſeq.* ſi fiat per verba , *poſſibile eſt , dubito forſan , prima fronte, ſi bene memini,ni fallor,ſalua veritate.*

Colligitur ſecundò, teſtes deponentes de iudicio 4.
ſuo regulariter non probare , quia teſtis munus eſt non iudicare , ſed factum ſimpliciter narrare, Farin.*vbi ſuprà,n.*32.Souſa,*num.*4. niſi eorum dictum eſſet coniunctum cum ſenſu viſus , Rot. coram

Sanctæ

verbo ad verbum deſumpſit Riccius *in ſua Collect.*
*deciſ.p. 7.Collect.*1097.Et hinc colligit idem B.rell.
quod cum ſenſus viſus, vt poſſit operari egeat luce,
ſuſpectiſſima eſt depoſitio teſtis deponentis de ge-
ſtis noctis tempore, niſi addat teſtis, *quod vel lu-*
na lucebat, vel aliquod aliud lumen artificiale adera-
ita Clar.*quæſt.*21.*verſ.ſed quid ſi teſtis, in fine*, vbi
addentes Farinac.*de teſtibus, quæſt.*61 *n.* . *& plu-*
ribus ſeq. latiſſimè omnium Ripa *de Nocturno tem-*
*pore, cap.*57. *per totum*, vbi quod teſtes deponen-
20. tes de rebus geſtis nocturno tempore, ſi ad offen-
ſam, & pro fiſco examinentur nihil omnino pro-
bant, niſi etiam non interrogati rationem reddant,
quod vel Luna lucebat, vel aliud lumen aderat, ſe-
21. cus verò ſi ſint examinati ad defenſam.
Vbi tamen, vel noctes eſſent autumnales, quia
ſolent eſſe clariores, Ripa *vbi ſuprà num.* 14 vel
maxima adeſſet viciniras inter teſtem, & reum de
22. quo deponit, vtique in arbitrio poſitum eſt iudi-
care debentis, an talis teſtis probet, necne, quam-
uis nec Luna luceret ea nocte, nec aliud lumen
adeſſet, ita Ripa qui alios allegat *vbi ſupra, n.*
14.*& ſequent.vol.*2.
23. Et ex his quæ hucvſque dicta ſunt colligitur ra-
tio deciſionis Senatus noſtri Mediolani, qui Præ-
tori Cremonæ, anno 1602. die 25. Martij in hæc
verba reſpondit. *dilectiſſime Noſter*, & infrà, *Sene-*
rius verò actum fuit contra Cæſarem. Principalium,
qui fuit tortus, quod noctu excubias agens ſuper cam-
panili, dixerit neminem ſe ex armatis occurren-
tibus cognouiſſe, cum ſi contrarium dixiſſet tan-
24. *quam inuerisſimilia deponens fuiſſet torquendus.* Id-
eo, &c.
Quamuis enim teſtis præſens delicto poſſit tor-
queri, ſi delinquentes nolit manifeſtare, iuxta de-
ciſ. Theſauri 42.vbi Gaſp. Ant.eius filius, attamen
hoc fallit ex mente Senatus ſi noctis tempore com-
miſſo delicto dicat ſe neminem cognouiſſe, quo-
niam cum deponat ſecundum naturam eius, depo-
ſitio veriſimilis eſt, aliter facta omnino inueriſimilis
25. redderetur
In hac tamen teſtis depoſitione animaduerten-
dum eſt primò, quod ſufficit vt valeat, adfuiſſe
quodcumque lumen artificiale, ſiue fuerit candela,
ſiue ignis accenſus, vt in caſu deciſ. Caſtill. *vbi ſu-*
26. *prà*. ſiue tandem ignis ſit ex tormentario puluere
accenſus occaſione exploſionis ſclopi torati, vt de-
ciſum fuit in Coria noſtra Cremonæ anno 1637.
ſub illuſtriſſimo Viro ac Domino meo Don Con-
ſaluo de Salamanca Nobiliſſimo huiuſce inclytæ
Vrbis Prætore, me exiſtente L. T. Aduocati fiſca-
27. lis, nam teſtes, qui depoſuerant ſe reum cogno-
uiſſe, *al fuoco della poluere del fogone*, habiti fue-
runt, quod legitimè depoſuerint, provt etiam ſuf-
ficere huiuſce teſtis depoſitionem, licèt non dicat
ſe cognouiſſe, quia aderat lumen, vel Luna luce-
bat, ſi hoc ex depoſitionibus aliorum teſtium ap-
paret, bene notauit Guerba *conſil. crimin.* 37. *nu-*
28. *mer.* 41. & Ioſeph. Seſſ. *deciſion. Arragon.* 107.
*num.*1.*&* 4.
Secundò animaduertendum eſt, quod ſi teſtis
dicat talem cognoui, quia Luna lucebat, & ad
calculum reuocatis diebus Lunæ, appareat Lunam
ea nocte non effulſiſſe, vel pluiſſe, vtique nihil
probabit, imò teſtis ille de falſo poterit puniri, vt
ita etiam iudicatum fuiſſe atteſtatur Ripa *vbi ſuprà,*
n. 47.verſ. *Quartò.*

§. V.

De teſtibus ſingularibus, maximè in cauſis fidei.

TRiplicem ſpeciem ſingularitatis, cum DD. 29.
noſtris communiter diſtinximus *in 2. part.hu-*
*ius operis tit.*6.§. 6. vnde huc loco, quæ ibi dixi,
non repeto.
Animaduertendum, eſt, quod in materia fidei
regulariter reus non conuincitur ex teſtibus ſingu-
laribus, ita Farin.*quæſt.*64. *n.* 202.*de teſtibus, & de*
hæreſi, q. 188. *num.* 152. & hoc generale eſt in
omni etiam alia materia, Lud. Gilhauſ.*in arbore iud.*
*Criminali, cap.*6.*part.*3.*de teſtibus, num.*92.*& ſeq.*
bene Inquiſitor Cantera *in ſuis quæſt. criminalibus*
*cap.*1.*de prob.per teſtes, num.*17. vbi ex Bald.*l. Iuſiu-*
randi.Cod de teſtibus, ait quod teſtes ſingulares ſunt,
qui deponunt de diuerſitate factorum, vel rerum;
& quod ex his tantum probant vnus quantum mil-
le, ac propterea non poſſunt hi teſtes ſingulares
ſi de indiciis à delicto remotis deponant coniungi,
neque ad effectum torturæ iuxta ea quæ dicam *in-*
fra in tit de indic.& torſura.
Solummodo controuertunt DD de teſtibus ſin- 30.
gularibus concludentibus plures ſpecies hæreſis
puta Lutheranæ, an probent, quem eſſe Luthe-
ranum, in qua re conſtanter teneo quod non, &
ratio concludentiſſima, & demonſtratiua eſt, quia
non poteſt eſſe aliquod genus, niſi in aliqua ſpe-
cie, neque aliqua ſpecies, niſi in aliquo indiui-
duo, igitur non poteſt probari quis in genere Lu-
theranus, niſi in indiuiduo probetur aliquis ſpe-
cialis actus hæreſis Lutheranæ, at de nullo actu
in indiuiduo conſtat legitimè per duos teſtes, ſed
tantùm per teſtes ſingulares, ergo ex dictis teſtibus
numquam poterit dici probatum, quem eſſe hære-
ticum Lutheranum, & hanc ſententiam tenue-
runt Simancha *de Cath. Inſt.tit.* 64.*n.*70.*& ſeq.* Peña
*comm.*121.verſ.*cæterum omiſſa*, cum aliis late alle-
gatis à Farin.*de teſtibus, quæſt.*64. *n.*207.*& de hæ-*
reſi, quæſt. 188.*num.* 156. quibus addo ego, Mor-
lam *in Emporio Iuris, tom.* .*tit.*11 *in Prælud. num.*
51. Maldonat. omnino videndum *conſ.*9.1.*p.n.* 18.
& ſeq. Inquiſitorem Canteram *de prob. per teſtes,*
*cap.*1.*n.*17.verſ.*vnum tamen hic tractabo*, & Ferdi-
nandum de Caſtro Palao *in ſuo opere morali, tom.*
1.*tract.*4.*diſp.*8.*punct.*15.§.4 *num* 8.*& ſeq.*
Si tamen ageretur de probatione alicuius actus 31.
ſucceſſiui, & indiuidui ſaltem moraliter, tunc arbi-
trarer poſſe ſuſtineri ex teſtibus ſingularibus poſſe
reſultare probationem plenam. Exemplum poteſt
poni, in vno teſte qui vidit Titium laicum in Sa-
crario Sacris veſtibus indutum, & in alio; qui
eodem mane vidit eundem ad altare recitantem
Epiſtolam, ac demum in alio, qui eundem eodem
mane vidit eleuantem Hoſtiam, hi enim teſtes vi-
dentur ſufficere, ad conuincendum Titium, quod
Sacrum celebrauerit, ita DD. per me allegati *in di-*
*cto tit.*11.§.4.*num.* 17. cum aliis cumulatis à Souſa
in ſua quæſt.vnica de teſtibus ſingularibus, ſect 2.
num. 10.poſt Aphoriſmos Inquiſitorum, & faciunt
tradita à Caſtro Palao *vbi ſuprà, num.*11. verſ. *ad*
ſecundam confirmationem, ſic etiam ſi duos teſtes
dicant ſe vidiſſe vnus poſt alium immediatè per
rimulam Titium ſe carnaliter cum Berta commiſ-
centem vtique erunt conteſtes, quia deponunt de
vnico actu indiuiduo, & ſucceſſiuo, ita communi-
ter DD. longa ſerie allegati per Rendinam *in promp-*
tuario recept.ſent.tom 1.*tit.*115.*n.*29. & per Aloyſ.
Riccium

Riccium *in praxi fori Eccleſ. reſolut.* 408. Eliſeum Danxam *in ſuo tract. de Pugna DD. tit. de teſtibus, num* 18 & Viuium *deciſ.* 14 *num.* 27.

Et ex his vnà cum notatis per DD. hic allegatos patet reſponſio ad rationes Souſæ *in dicta diſput. de teſtibus ſingularibus, ſect.* 8. *per tot.*

33. Neque enim obſtat ex Bulla Gregor. XV. contra ſollicitantes in confeſſione Sacramentali apparere poſſe reos illius criminis conuinci ex teſtibus ſingularibus.

Quia arbitrium damnandi hoſce reos ex teſtibus ſingularibus in pœnam ordinariam relictum eſt Supremis Inquiſitoribus, qui ex quo ſupremam habent poteſtatem, laxas etiam dicuntur habere habenas, præterquam quod agitur de delicto, quod nec actu, nec habitu poteſt aliter probari, quam per teſtes ſingulares, in quo propterea non eſt mirum ſi Iuris regulæ non habeant locum, Azeued. *ad Regias Hiſpaniæ conſtit. lib.* 4 *titul.* 6. *l. ſexta n.* 8.

34. Non obſtat quod hæreſes ſint inuicem connexæ quia ad hoc reſpondit Cantera *vbi ſuprà* quod cum ex facto non probato non poſſit oriri Ius, neque vllus poterit dici hæreticus niſi plenè probatis actibus, hæreſim inferentibus.

35. Non obſtat etiam, quod locus, & tempus ſunt circumſtantiæ extrinſecæ hæreſis, vt arguit idem Souſa *num.* 16. quia certum eſt hæreſim in indiuiduo probandam, diuerſitas autem loci, vel temporis diuerſificat actum indiuiduum hæreſis, Caſtro Palao *vbi ſuprà num.* 11. *verſ. ad rationem dubitandi*, vbi vlterius etiam, & bene addit, quod licet locus, & tempus eſſent circumſtantiæ extrinſecæ hæreſis, non ſunt tamen circumſtantiæ extrinſecæ depoſitionis, cum faciant diuerſas depoſitiones, cum enim teſtes deponunt de diuerſo loco, & tempore, licet deponant de eadem hæreſi, dicuntur ſingulares, vt notauit idem Peña *loco allegato* cum omnibus *ſuprà* cumulatis, Maldonat. *vbi ſuprà, num.* 42. *& ſeq.* & Inquiſit. Cantera *in ſuis quæſt. crimin. cap.* 1. *de probat. per teſtes, quæſt.* 5. *n* 4. *verſ. Primò quando illi teſtes.*

Colligitur etiam ex ſupradictis, quid dicendum ſit, ſi contra vnum adſint quatuor teſtes omni maiores exceptione, ſingulares tamen in ſuis dictis, & deponentes de diuerſis actibus eiuſdem ſpeciei hæreſis.

36. Nam neque ex his Reum poſſe dici conuictum conſtantiſſimè teneo ratione de qua *ſuprà*, & ita docuerunt Peña *dict. comm* 121. *verſ. atque vt in hac quoque cauſa*, vbi pulcherrima loca Narbonenſis, & Bitter. Concilij allegat, Caſtro Palao *vbi ſuprà*, *n.* 11. & Royas *de hæret. p.* 2. *n.* 146. *& ſeq.*

37. Colligitur ſecundò, quid dicendum ſit, ſi huiuſmodi teſtes ſint concordes in ſubſtantia hæreſis, & in loco, ac tempore, ſed non in verbis formalibus, puta quia vnus teſtis dixit, Seium dixiſſe vſum ſacrarum Imaginum eſſe abolendum, alius verò dicat Seium dixiſſe Sacras Imagines non eſſe adorandas, communis enim reſolutio eſt hos teſtes eſſe conteſtes, ita Farin. *d. q.* 64. *n.* 116. cum aliis allegatis à Caſtro Palao, *loco ſupra citato, n.* 13. vbi huiuſce rei pulcherrimam rationem adducit quod illa verba formaliter ſunt eadem, licet materialiter ſint diuerſa, & quod ob id teſtes non poſſunt dici formaliter diuerſi.

38. Si verò ageretur de probanda blaſphemia, quæ conſiſtit in formalitate verborum, vtique teſtes eſſent ſingulares, ſi in ſolo cortice verborum diſcreparent, ita Farin. & Caſtro Palao *vbi ſuprà* latiſſimè videndus Maldonat. *in Sylua reſponſ. lib.* 1. *reſp.* 9. *in* 1. *part. num.* 50. *& ſeq.* vbi quod ſi vnus deponat Titium dixiſſe Seio quod erat *vn Cabron*, alius verò, quod erat *vn Cornudo*, & tertius quod erat *Cuco*, vtique ſunt ſingulares licet illæ voces Hiſpano idiomate idem ſignificent, videatur hic auctor, quia certe in hac materia egregiè loquitur, & Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 2. *cap* 6 §. 1. *n.* 4. quicquid in contrarium dixerit Cantera *in quæſt. crim. de prob. per teſtes quæſt.* 1. *tit. de plena probatione num.* 8. *fol.* 150. vbi voluit, quod duo teſtes ſint conteſtes, licet vnus eorum dicat, Seium dixiſſe *reniego Dios*, alius verò *reniego Ieſu Chriſto.*

In dubio teſtes non ſingulares, ſed conteſtes præſumuntur, Farin. *dicta quæſt.* 64 *n.* 1. 1-. *& ſeq.* Et ſi vnus deponat Seium tali loco, & tempore adoraſſe Idola, alius, verò idem dicat, ſed de tempore non recordetur, vtique, & ſi ſimpliciter videantur conteſtes, tamen non poſſunt tales dici conteſtes integrè, vt bene probauit Caſtro Palao *vbi ſuprà, num.* 12. *poſt Petram de fid ex prob. alien. reſolut. quæſt.* 12 *num.* 493. *& num.* 756. 758. *&* 877. Maldonat *dict. reſp.* 9. *num.* 42. *& ſequentibus, ſed maxime num.* 45.

Firma igitur ex his ſtat concluſio, quod teſtes ſingulares in materia fidei non coniunguntur ad reum conuincendum.

Nec obſtaret ſi diceretur, vnum teſtem ſingularem adminiculare depoſitionem alterius, & ſic tot poſſe eſſe teſtes ſingulares, & adminicula, quæ reum planè conuincant. 40.

Nam depoſitiones teſtium ſingularium quamuis, ex mutuo conſortio magis firmæ reddantur, attamen, quia iſta maior firmitas cum à cauſa extrinſeca, & accidentaria procedat, ſcilicet ex depoſitione alterius teſtis ſingularis, non extrahit primi teſtis ſingularis depoſitionem à probatione imperfecta quam habet, ſed eam relinquit in ſuo modo probandi, vt perbelle ratiocinatur Caſtro Palao *dict. punct.* 15. §. 4 *num.* 16.

Si tamen ageretur de hiſce teſtibus ſingularibus maximè numero pluribus, & valde dignis coniungendis ad effectum torturæ, vel pœnæ extraordinariæ imponendæ, vtique licitè id fieri poſſe commun. concludunt DD. & præcipuè D. Guido Fulcodius *in ſuis quæſt ad Inquiſitores, quæſt.* 14. vbi latè dixi in meis annotationibus, Maldonat. *dict. reſponſ. num.* 56. vbi, quod ita paſſim ſeruatur in Tribunalibus S. Officij in Regnis Hiſpaniarum. 41.

§. VI.

De teſte alium in conteſtem nominante.

DE hac re egregiè more ſolito pertractat Giurba *conſ.* 23. *fere per tot. & conſ.* 37. *num.* 26. *& ſeq.*

Breuiter igitur dicendum eſt, quod teſtis vocans alium in conteſtem, qui contrarium dicit, nihil probat, & neutri in hoc caſu creditur, Rot. *deciſ.* 337. *num.* 5 *poſt ſecundum vol. conſ. Farin.* Giurba, qui alios latiſſimè cumulat *dicto conſ.* 37 *num.* 26. vbi hoc intelligit; niſi diſpar eſſet vtriuſque teſtis conditio, Caſtill. *deciſ. Regni Siciliæ* 161. *num.* 19. vbi quod ille teſtis redditur ſuſpectus de falſo, an autem in hoc caſu ſit locus torturæ, diſtinguendum eſt hoc modo, vel teſtis nominatus conuincitur à duobus teſtibus, & tunc poteſt torqueri, Maſtril. *deciſion.* 198. *num.* 1. Giurba, *dicto conſilio vigeſimo tertio, num.* 8. vel conuincitur ab vno tantummodo, & quidem ſi agatur de probando indicio remoto 42. 43.

nullo

nullo modo deueniri poteſt ad torturam, Maſtril. *vbi ſuprà num.* 7. & Giutba, *n.* 10. ſi verò agatur de probando indicio propinquo, tunc ſi teſtis conuincitur ab vno digniore, locus erit torturæ. Maſtrill. & Giutb *ibid.* Farin. *de teſtibus, quæſt.* 9. *num.* 1 1. Si verò teſtes ſint dignitate pares, neutri creditur, Giutba, *vbi ſuprà, num.* 15. qui & alios allegat, *&* *n.* 9. bene aduertit, quod ſi à duobus nominatus in negatiua tortus perſiſtat, tunc, nec ipſi, nec aliis teſtibus, qui eum nominatunt credendum erit.

Si verò teſtis minus dignus alium nominet digniorem, qui neget, tunc bene etiam notat Giutba *vbi ſuprà*, quod credi debet digniori, niſi indicium aliàs abſque dignioris depoſitione ſit plene probatum, nam aliàs iſtius dignioris teſtis depoſitio vtique prætermitti deberet, & ita plures in M.C.V. deciſum fuiſſe, ac obſeruatum atteſtatur.

44. Quid autem dicendum ſit de teſte, qui ait talem blaſphemaſſe præſenti tali, qui negat fuiſſe præſentem, breuiter cum Farin. *de teſtibus, quæſtione* 65. *num.* 272. *& ſeq.* dicendum eſt illum teſtem, & nihil probare, & de falſo eſſe ſuſpectum, niſi aliter videretur ex facti circumſtantiis indicare debentis religioni arbitrandum, & cum Baldo *in leg. teſtium num.* 9. *Cod. de teſt.* diſtinguendum inter præſentiam corporalem, & intellectualem, quis enim aliud mente cogitans, poteſt localiter in aliquo loco præſens eſſe.

§. VII.

De teſtibus variis, & contrariis.

PAragraphus iſte in duas partes eſt diuidendus, in prima agemus de pluribus teſtibus inter ſe contrariis, in ſecunda de vnico teſte ſibi ipſi contrario.

45. Quoad primam partem indubitata eſt concluſio DD. quod teſtes plures inter ſe contrarij nihil probant, & ſe inuicem eolludunt, Farin. *de teſtibus, q.* 65. *num.* 2 *& ſeq.* Gilhauſen. *in arbore criminali, cap.* 6. *p.* 3. *de teſtibus n.* 99. Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 2. *cap.* 6. §. 1 *num.* 12

46. Et tunc proprie contrarij habentur, cum in ſubſtantialibus ad inuicem ſibi ipſis contrariantur, ſecus enim eſſet ſi tantum modo varij eſſent in accidentalibus, & in circumſtantiis extrinſecis omnino, Farin. *vbi ſuprà n.* 16 Gilhauſ. *num.* 99. Souſa *n.* 13. & Camill. Borell. qui alios latiſſimè cumulat *in ſumma deciſ. tom.* 1. *tit.* 12. *num.* 9.

47. In ſubſtantialibus autem contrarij habentur, cum diſcordant in loco, & in tempore, vt accidit in teſtibus Suſannæ, *Daniel. cap.* 13. Borell. alios cumulans *num.* 5.

Item quando in verbis diſcordant, ſi agatur de probanda verborum formalitate puta blaſphemia, Souſa *dict.* § 1 *num.* 15. & Farin. *num.* 28. & nos *ſuprà*, ſi tamen in formalitate verborum concordent teſtes, licet vnus plus alio deponat non habentur varij, nec contrarij, vt bene probauit Giutba *conſ. deciſiuo* 63. *num.* 19.

48. Et quia DD. noſtri in hac materia nihil habent in ore frequentius, quam quod dicta teſtium non ſunt cauillanda, Pariſ. *conſ.* 87. *n.* 41. *volumine tertio*, Rot. *deciſ. num.* 321. *num.* 4. *p.* 2 *in recent.* ſed potiùs coadunanda, Farin. *dicta quæſt.* 65. *num.* 74. & vbi fieri poſſit concordanda, cap. *cum tu*, vbi Canoniſtæ *de teſtibus*, Alex. *conſ.* 1 .0 *num.* 1. *lib.* 7. Clar. *q.* 57. *verſ. quartus caſus*, Cæſar de Graſſis *deciſ.* 4. *de teſtib.* Rot. *deciſ.* 259. *num.* 12. *poſt ſecundum volumen conſiliorum* Farin. *& deciſ.* 167. *num.* 15. 1. *part.* *in recentioribus*, ideò vtile admodum erit videre quomodo prædicta intelligantur.

49. Et imprimis quidem animaduertendum eſt, quod vbi in teſtibus contrarietas ſit euidens, vel patens, tunc non eſt locus concordiæ in teſtibus, ſiue etiam in vnico teſte ſibi ipſi contrario, ita Bald. *l. ſed. & ſi poſſ.* §. *ſed, & ſi reum, ff. de iureiur.* Fel. *dicto cap. cum tu, n.* 1. verſ. *Et procedit ſecundum iſtos*, inquiſitor Cantera *cap.* 2. *de vera confeſſ. num.* 25. *in fin. fol. mihi* 86. Farin. *quæſt.* 66. *num.* 520. Prout nec fieri concordiam in teſte, nec teſtibus ſuſpectis de falſo paſſim docuerunt ſcribentes, Alex. *conſ.* 154 *num.* 7. *lib.* 5. Natt *conſ.* 315. *num.* 10. *&* 11. & Crauet. *conſ.* 665 *num.* 17. Clar. §. *fin. quæſt.* 53. *in principio*, qui omnes concludunt iſtos teſtes diligentiſſimè interrogandos, etiam ſuper circumſtantiis impertinentibus, vt puta ſi tempus erat clarum, vel nebuloſum, quibus veſtibus reus erat indutus, cuius coloris, &c. vt eos in verbis iudex capiat, & ad veritatem indagandam meliùs deueniat.

50. Vbi autem concordiæ ſit locus ſanè illam fieri poſſe per multiplicationem actuum dixit originaliter, Abb. dicto capite *cum tu*, *num.* 2. Farin. *quæſt.* 65. *n.* 38 per diſtinctiones, & diuiſiones, Bart. *in prima conſt. Cod.* Peña *in praxi Inquiſitorum lib.* 2. *cap.* 45. *n.* 1. per verborum improprietatem, & ſubauditos intellectus, Rim. Sen. *conſ.* 53. *num.* 11 *lib.* 1 *& conſ.* 16. *n.* 6. Petra *de fid. ex prohibita alienatione reſultantibus q.* 1 2. *num* 956. Peña *ibid. n.* 2. 3. Farin. *d. q.* 65. *num.* 44. 48. *& ſeq.* per principium, & finem actus, ac generaliter omnibus illis modis quibus contraria iura, & leges ſolent concordari, Farin *vbi ſuprà*, alios latiſſime allegans, *n* 55. *&* 59. *& ſeq.*

51. An autem in teſtibus hæc concordia ſit facienda non ſolum, vt euitetur periurium, ſed etiã vt contra reum probent, inſignis eſt DD. noſtror. controuerſia.

52. In qua quidquid ſit in ciuilibus, in quibus Rota magis comm. ſequi ur opinionem Bart. *l. Gallus* §. *ille caſus, ff. de lib. & Poſt.* quod teſtes concordentur, etiam ad effectum probationis, vt videre eſt, ex Verall. *deciſ.* 270. *n.* 7. *p* 3. Puteo *deciſ.* 28 *lib.* 3. *in margine verſ quoad Bernardinum*, Sanctæ mem. Greg. XV. *deciſ* 354 *num.* 14. & Rota *deciſ.* 688. *num.* 5. *par.* 2. *in recent.*

53. Quidquid etiam ſit in foro ſæculari in criminalibus in quo communiter ferè conſenſerunt ſcribentes in contrariam ſententiam, quod ſcilicet fauore Rei, concordia fiat in teſtibus, vt euitetur periurium, non vt contra eum probent, vt videre eſt ex DD. allegat. à Farin *d. q.* 65. *n.* 77. Gilhauſen *loco ſuprà cit. num* 10. Camill. Borell. *dict. titul.* 12. *num.* 13. & Souſa *capite ſexto, num* 21. qui alios allegant.

Me reſtringendo ad ius Canonicum, & forum noſtrum S. Officij, ſic diſtinguendum arbitror.

54. Vel quæritur, an teſtes ad concordiam reducti tantum probent, quantum facerent alij teſtes, qui non paterentur hanc exceptionem, & tunc dicendum eſt, quod ſine difficultate non tantum probant ita Peña *d. c.* 45. *n.* 11. ſicut Cantera *d. loco alleg. proximè n.* 27. *in fin. verſ. ſed circa opinionem*, vbi huiuſce rei eam euidentem rationem adducit, quod huiuſmodi teſtes ſic concordati non ſunt conteſtes de ſe, cum de ſe non conteſtentur, ſed per interpretationem, & concordiam, vnde ex eis non poteſt reſultare probatio luce meridiana clarior, in criminalibus de neceſſitate requiſita.

Vel quæritur, num ratione concordiæ probent aliquid plus quam non probarent, ſi non eſſent concordati, & in hoc caſu arbitror omnino reſpondendum affirmatiuè, ex eodem Can-

tera *vbi ſuprà*, verſ. *non ex concordia*, tum quia ex concordia aliqua probatio reſultat, quæ non reſultaret ſine ea, ex eo, quod tunc teſtes ſe ipſos colliderent, (vt ibidem ait Cantera) tum quia de iure Canonico, verior eſt opinio, quod concordenter teſtes etiam ad effectum probandi, vt animaduertit Farinac. *vbi ſuprà*,
56. *num.79.* Et Souſa *n.59.* verſ. *Secundum ius Canonic.*

Quanta autem fides iſtis teſtibus concordatis ſit adhibenda, vtique in arbitrio poſitum eſt iudicantis, vt notabiliter obſeruauit Boſſ. *de oppoſit.contra teſtes*, *num.11.* verſ. *vbi tandem*, qui alios allegat.

57. Teſtibus verò inter ſe ſe contrariis, ſeu variis exiſtentibus, quibus magis credendum ſit benignum lectorem remitto ad Farinac. *dicta quæſt.65. p.3.per totam.*

58. Quoad alteram autem huiuſce §. partem de vnico teſte ſibi ipſi contrario ſeu vario, regula pariter negatiua conſtituenda eſt, quod huiuſmodi teſti nullo modo eſt fides adhibenda. Ita Farin. *de teſtibus*, *quæſt.* 66. *num.* 11. Cantera *loco proxime alleg num.* 25. verſ. *ſit inquam primus caſus.* Souſa *in Aphoriſm.Inquiſit.lib 2.cap.* 6. §.7. *n.* 54. *& ſeq.* Gilhauſen *dict.cap.6.p.3.num.*107. *& ſeq.* Hæc tamen regula intelligenda eſt, & declaranda eo modo, quo *ſuprà* declarauimus contrarietatem ſeu variationem plurium teſtium.

59. Quia tamen ſæpè numero teſtis variationem ſuam tegit ſub velo correctionis, ideo ſciendum eſt teſtem poſſe incontinenti dictum ſuum corrigere id eſt antequam exeat à præſentia Iudicis eum examinantis, ita Souſa *dict cap.6.§.4.num.* 66. Bellon Papienſ. *de his, quæ fiunt incontinenti*, *lib.* 1. *cap.*20.*ferè per totum*, Rutger. Rulant.*de commiſſariis, & commiſſionibus Cameræ Imperialis*, *p.* 2. *lib.*2. *cap.* 27. *per totum*, vbi ex Sicardo *in l. optimam. num.*32.*Cod.de contrah. & comit.ſtipulat.* obſeruat partes maximas eſſe Iudicis in hac materia in conſideranda qualitate, fide, & dignitate teſtis ſe ipſum corrigentis, Cantera *loco alleg.n.*25.vbi, quod talis correctio incontinenti facta admittitur etiam ſine ratione.

Vbi verò correctio hæc incontinenti non ſequitur non admittitur, niſi allegata aliqua ſufficienti ratione correctionis, Souſa *num.65.* Cantera Bellon.& alij *ſuprà* allegati *locis indicatis.*

60. In foro noſtro S. Officij habemus textum, in cap. *accuſatus*, *de hæreticis in 6.§ licèt*, quo cauetur, teſtem in hæreſis cauſa deponentem, qui primò veritatem celauit Iuratus, poſſe poſtmodum dictum ſuum corrigere deponendo contra ſe, & contra alios. Si (ait Papa) *manifeſtis indiciis, appareat talem non animi leuitate, ſeu corruptione pecuniæ, ſed zelo fidei orthodoxæ dictum ſuum velle corrigere, ac quæ priùs tacuerat reuelare in fidei fauorem (niſi aliud obſiſtat) ſtari debet tam contra ſe, quàm contra alios atteſtationibus eiuſdem.*

Ex hoc texto colligunt DD. ſpeciale eſſe in hoc Tribunali, quod in fauorem fidei ſecundæ teſtis depoſitioni ſtetur, ita Barboſa Modern. *ibi*, qui alios cumulat, P. Sanctar. *de hæreſi*, *c* 38.*dub vnic.n.*12. P. Diana *p.4.reſol mor.tract.*7.*reſol.*12.verſ.*ſed quia dictum eſt*, poſt Peñam *in* 3.*p.Direct.com.*114.& Farin. *de hæreſi*, *q.*188 *n.*87.

Et verè hoc eſt ſpeciale in S.Officio, quia regulariter ſtatur primæ teſtis depoſitioni, ſecundum doctrinam Innoc. in cap. *præterea*, *de teſtibus cog.* & Abb. in cap. *veniens*, *il ſecundo de teſtibus*, quam ſequutus fuit Declus *conſ.*174.*num.*7.& in ſtatu noſtro Mediolani ex duobus contrariis eiuſdem teſtis depoſitionibus illi ſtatur, quam confirmat teſtis in tortura, vt dixit Clarus.§.*fi.q.*53.verſ *ſed quid ſi teſtis* ibi, *in hoc tamen Ducatus.*

Bene verum eſt, quod diſpoſitio dicti §.*licèt* vti ſpecialis intelligenda eſt, vt procedat in ſuo caſu, in quo præcisè loquitur, videlicet cum teſtis primò hæreſim tam contra ſe, quam contra alios negauit, mox zelo fidei eandem reuelat, ſecus enim dicendum eſſet, ſi primo contra ſe, & alios depoſuiſſet, & poſtea depoſitionem vellet reuocare, ita enim commun.DD.text.illum intellexerunt, vt videre eſt, ex Barboſa *ibid num* 17. Treuiſan *deciſ.* 39.*n.* 13. *lib.*2. P. Diana *vbi ſuprà*, verſ.*verùm his non obſtantibus*, Sanctarell.*d c.*38.*num.*22.verſ.*præterea ſtatur ſecundo dicto*, & Caſtro Palao *in ope-*
re morali tom. 1.*tract.*4.*diſp* 8.*punct* 15.§.1.*num.*3. & 65
hoc idem manifeſtè etiam colligitur ex hoc eodem textu, ibi, *contra ſe, & alios ſuos complices deponendo*, & ibi, *ſtari debet tam contra ſe, quàm contra alios.*

Et quamuis contrarium ſentiant, Simanch. *de Cath.Inſt.tit.*64.*n.*56 *& ſeq.*& *in Enchirid.Iud. violat Religionis*, *tit.*36. *n.*4. Mart. Delrius *diſquiſit. Magicarum*, *lib.*5 *ſect.*5.verſ. Sextò, *Maleſici.* Farin *dicta quæſt.*188 *n.*95.*& ſeq.*& Souſa *in Aphoriſ. Inquiſit.lib.*2.*cap.*9.*num.*4.

Attamen horum DD. opiniones facili negotio conciliari poſſunt, vt prima procedat etiam ſi teſtis in ſecunda depoſitione reuelando ſe, & alios, nullam allegat, vel probat cauſam reuocationis ſuæ depoſitionis ex interuallo factæ, vt enim huic ſecundæ depoſitioni ſtetur ſolus fidei noſtræ fauor attenditur.

Secunda verò procedat cum reuocans ſuam depoſitionem, qua ſe, & alios hæreſis crimine grauauerat, non ſolum allegat, ſed etiam probat errorem, & alias iuſtas ſuæ reuocationis cauſas, vt enim ſupra vidimus, teſtis quandocumque etiam ex interuallo allegata, & probata iuſta cauſa poteſt reuocare ſuam depoſitionem.

An autem teſtis, qui in prima depoſitione 62.
vnum dicit, in ſecunda verò aliud, puniri debeat, & quomodo ab Inquiſitoribus, dixi *in additionibus ad ſecundam partem huius operis*, *tit.* 17 *append. poſt* §.13.vbi ex Cantera *quæſt. crim.p.* 2. *q.* 12. *de Reo*, *n.*5.verſ.*Et idem dicerem*, poſui deciſionem Inquiſit.Concheuſis in hac materia ſatis inſignem.

§. VIII.

De teſte deponente ſuper negatiua.

NEgatiua alia eſt vaga, alia coarctata loco, & tempore: vaga dicitur cum reus generaliter intendit probare ſe non blaſphemaſſe: coarctata verò cum vult probare ſe tali die, & loco, & hora non blaſphemaſſe.

Hoc ſuppoſito, communis DD.opinio eſt, quod 63.
teſtis ſuper negatiua vaga nihil probet, quia negatiua vaga non cadit ſub ſenſu, & de ſui natura eſt improbabilis, ita Farin.*de teſt q.*65.*n.*221. Bobadill. *in ſua Politica*, *c.*2.*l.*5.*c.*1.*n.*114. Vetal *deciſ* 283.*p.*3. Franc.Marcus *deciſ.Parlamenti Delphinalis* 266.vbi quod talis teſtis non caret ſuſpicione falſitatis, S. mem Gregor.XV.*deciſ.*325.*n.*9. qui loquitur de negatiua non admodum coarctata, vt puta ad tempus vnius menſis.

Si verò agatur de probanda negatiua coarctata 64.
ad breue tempus (in quo iudicando multum poteſt religio iudicantis,) vtique teſtes ſuper ea inducti

bene

bene eam poſſunt probare, ita DD.omnes ſupra allegati, Maſcard. *de probat concl* 1091. vbi addentes Afflict *deciſ.*324.vbi pariter addentes Marius Muta *deciſ.*58.*n.*8.qui alios cumulant.

65. Animaduertunt tamen DD.in hoc caſu teſtes deponendo ſuper hac negatiua non ſolum debere remouere ſenſum ab actu dicendo talem tali die,hora,loco, &c.non blaſphemaſſe, ſed etiam vlterius debere remouere actum a ſeoſu, dicendo quod non poteſt eſſe quod blaſphemauerit,quin ipſe audiuiſſet Far *d.q.*65.*n.* 21.Lud. Gilhauſ. *in arbore Iud. ciuili, cap.*4.1.*p.de probat* §.327.verſ. *negatiua tempore,& loco*,Modern,Barboſ. *in cap.*3.*loco,n.*4.de teſtibus,qui alios allegant

66. Eſt tamen alius modus ad reorum defenſam,probandi negatiuam indirectè, probando ſcilicet die commiſſi criminis, in hac noſtra Ciuitate Cremonæ, Reum fuiſſe Medioiani, & tota illa die ſecum fuiſſe teſtes Farin.*vbi ſup n* 215.*& ſeq.*Gilhauſ.*ibid.* verſ.*Secundò indirectè*, & Portules,qui bene loquitur in hac materia ad repertorium Molini ſuper ritibus, & obſeruantiis Regni Aragonum, 1. *part.* verbo *accuſatio,n.*337.*& ſeq.fol.*79.iſte tamen modus probandi negatiuam non reuelaret maleficum, & ſolitum conuerſari cum Dæmonibus,vt bene notat Cantera *de Reo,q.*12.*n.*2. verſ. *& ibi tractani quando perſona eſſet malefica.*

Occaſione tamen huiuſce negatiuæ, quæri poteſt de pulchertima quæſtione de qua agit Bobadil. *lo-*

67. *co allegat*

Quid nempe dicendum ſit de eo, qui à duobus teſtibus grauatur, quod tali die, loco, & hora, & præſentibus aliis duobus blaſphemauerit, ſi alij duo in conteſtes dicti illi negent addendo, quod non poteſt eſſe, quod ille blaſphemauerit, quin ipſi audiuiſſent, In quare Bobadill. bene concludit, quod ex quo teſtes deponunt ſuper negatiua coarcta, & remouent actum à ſenſu, Botell *in ſumma deciſ. tom* 2 *tit.*14 *n.* 68. & fauent reo, vtique iſti teſtes erunt præferendi teſtibus affirmantibus, quod etiam generaliter de his teſtibus ſuper hac negatiua coarcta deponentibus dixit Farinac. cum allegatis ab eo *d.q.*65 *num* 124.

Ego tamen in hoc foro Sancti Officij ſi ſimilis caſus contingeret nec aliæ prubationes poſſent haberi,reum ſi carceratus eſſet fideiuſſori relaxarem,de ſe conſignando Inquiſitori ſing menſe per aliquod tempus, puta per biennium, vel vbi fideiuſſorem inuenire nun poſſet ſub ſimili præcepto, longo enim vſu compertum eſt in hoc foro aliquando curſu aliquo temporis delictorum veritatem patefieri, quæ per quaſcunque diligentias in actu formationis proceſſus factas minimè potuit haberi.

§. IX.

De teſtibus falſis.

PRæter ea quæ dixi In hac materia *in* 2. *p. huius ope is. tit. de variis delictis ad forum S. Officij ſpectantibus*, §.13.*& in addit.ibidem* §.*ſequenti.*

Animaduertendum eſt primo loco. quod DD. non leuiter controuertunt, num teſtes falſi puniendi ſint etiam ſi eorum atteſtationes ſint nullæ,

68. & quidem verior ſententia eſt, quod extraordinaria pœna puniri debeant,non ordinaria, verè enim Iudicem offendunt Farin. *de teſtibus, quaſt.* 67. *n.* 193.219.*& ſequentibus*,Ferd.de Caſtro Palao *in opere morali tractat.*4. *diſputat.* 8. *punct.*15. §. 6.*n.*13.

Secundò notandum, teſtem deponentem falſum non in ſubſtantia negotij, ſed in circunſtantiis extrinſecis, non eſſe puniendum pœna falſi ordinaria, 69.

ſed extraordinaria arbitrio Iudicis, & Inquiſitoris, ita Auend. *de exequendis mandatis Regum Hiſpaniæ, lib.*2 *cap.*27.*n.*19.Portuies *ad repert. Molini,ſuper ritibus, & obſer Regni Arragonum, p.*4.in verbo *teſtis, n.*56.qui alios allegat Vnde dicebam *in* 2.*p tit.*17. §. 13 *n.*42.verſ. *Quartò ſciendum*, eadem pœna extraordinaria quamuis grau puniendum eſſe teſtem,qui 70.

ſuper generalibus interrogationibus, puta an ſit affinis, negatiuè reſpondet. quod idem docuerunt Gramat.*deciſ.*43.*num.* 5. & Eliſeus Danza alios cumulans *de pugna Doctorum, tit.de teſtibus,n.* 27. *&* 28. An autem talis teſtis aliquid probet, dicendum 71.

eſt, quod non ſi negatio illius,vel affirmatio tribuit, vel minuit fidem teſti, Farin.*d.q.*67. *n.* 126. *& ſeq.* Souſa *in Aphoriſ.Inquiſit.lib.*2.*c.*8 *n.*13.

Quia tamen caſus hic teſtis falſi ſuper generalibus frequenter poteſt accidere cum examinatur ad defenſam ideò diligenter animaduertere debent Inquiſitores in hac materia an talis teſtis inciderit in fautoriam,fauendo hæretico carcerato.

Tertiò notandum teſtem falsò deponentem in vno capitulo,& articulo nihil probare,neque in alio arti- 72.

culo,ita Portuies *ad repert. Molini loco ſuprà allegato n.*6. Far.*q.*67.*n.*111.Souſa *cap* 8 *n.*1. & ratio eſt quia depoſitio teſtis ratione Iuramenti eſt indiuidua.

Quartò notandum, tunc demum eſſe locum pœnæ ordinariæ in crimine falſi,cum probationes ſunt 73.

euidentes, & neceſſariæ,nam ſi tales non ſint,locus ſolummodò erit pœnæ extraordinariæ, Farin. *n.* 74. *& ſeq.*Souſa *dicto cap.*8.*n.*9.

Quintò falſi iudicantur teſtes, qui pecuniam receperunt, vel pro teſtificanda veritate, vel pro ſub- 74.

trahendo ſe à teſtimonio ferendo, Cantera latè *in ſuis quæſt.criminalibus, p.*4. c.8.*de falſitate,num.* 40. verſ. *Quartus caſus eſt*,Farin. *d.q.*67.*n.* 136. *& ſeq.* vbi quod iſte teſtis præſumitur corruptus, niſi pecunias accepiſſet pro expenſis propriis,puta, quia gratia teſtimonij ferendi longum iter eſſet ſuſcepturus, quamuis enim munus teſtis ſit gratis veritatem deponere,Præſes Abauo *in praxi* §. *falſum, n.* 135. attamen verum quoque eſt, quod munus teſtis non debet ipſi teſti eſſe damnoſum, & ſic non debet ad locum longinquom examinis venire ſuis expenſis, ſed expenſis partis petentis illum examinari, & quidem cum expenſis correſpondentibus qualitati ipſius teſtis, Danza *dicto tit. de teſtibus*, *n.* 29 *& ſeq.*vbi addit, quod nobiles,ſenes, vel valetudinarij venire debent equeſtres, & non pedeſtres, prout ita deciſum fuiſſe in Sacro Conſilio refert Vrſill *ad deciſ.* 237. *Afflict.*

Si tamen teſtis in veritate depoſuerit ſed id fecerit mediante pecunia iſte teſtis non poterit dici falſus, quia verum depoſuit, extra ordinem tamen erit puniendus ad ſimilitudinem Iudicis, qui pecuniam accipit,vt iuſtam ſententiam ferat, Præſes Abauo *vbi ſuprà n.*132.*& ſeq.*quia quidquid gratis fieri debet ſi per pecuniam fiat,vtique turpiter fit,*l.ſi ob ſtuprum,* §.*ſi tibi vbi gloſ.ff.de condict.ob turpem cauſam.*

Sextò, in his teſtibus falſis puniendis in Sancto Officio multa animaduertenda ſunt de quibus 75.

Peña *in director. parte tertia, comment.* 112. an eorum dicta ſint nulla, inualida, iniurata, an &c. quantum parti nocuerint, an falſum depoſuerint, an verum. ſed falsò, quia ſibi ignotum, cuius qualitatis ſint ipſi teſtes, an ruſtici, an nobiles, an ſagaces, an ſimplices, an probationibus claris conuicti, an præſumptionibus ſolis grauati,an ſponte ſe in Sancto Officio detulerint, an potiùs con-

nicti, vel grauati Indiciis comparuerint, vel capti
fuerint, ea his enim vel augent, vel minuitur
ordinaria eorum pœna, bene Peña *vbi ſuprà*. Ca-
ſtro Palao *dicto puncto* 15.§.6.*num.* 11. vbi de falſo
teſte ſponte comparente mitius puniendo, San-
ctarellus *cap.*39 *dub.*1.*n.*20.*in fi.*qui alios allegant.
Septimò notandum, quod pœna ordinaria ho-
76. rum teſtium corruptorum, ſubornatorum, man-
dantium, & conſulentium, ex ſtylo Supremi Tri-
bunalis de Vrbe eſt triremium, ad tempus, vt di-
xi in ſæpè *cit.*§.13. & notant Bariola *in Aphoriſm.*
in verbo *teſtes*, §.8.& Diana *reſol.moral p.*4. *tract.*
7.*reſol.*16.qui, & alios allegat, & atteſtatur in ſua
Sicula Inquiſitione quendam regularem falſum te-
ſtem, & qui alios ad falſum deponendum, in S.
Officio ſubornauerat fuiſſe damnatum ad triremes
77. decennales, & fœminas complices fuiſſe fuſtiga-
tas.& ſex annorum exilio mulctatas, & generali-
ter de punitione falſorum teſtium videatur Erudi-
tiſſ.& Doctiſſ.Bobadill.*in ſua Politica l.*5.*c.* 2.*num.*
75.*& ſeq.*vbi more ſuo peregregiè loquitur.
78. Teſtis vacillans, licèt falſus non ſit, attamen eſt
de falſitate ſuſpectus, & vacillans dicitur qui dubi-
tatiuè, vel cum timore loquitur, quique duo propo-
nit variè, & neſcit eligere, quod verius ſit ex illis
duobus, ita Peña *in praxi Inquiſit.lib.*2.*c.*43.*n.*1 *&*
2.vbi ex Zanch *de hæret.c.*14.*n.* 3. quod huiuſmodi
teſtis poteſt ab Inquiſitore torqueri, bene Rut-
ger.Rulant.*de Commiſſ.Cam.Imp.p.*2 *lib.*2. 26 *n.* 2.*&*
*ſeq.*vbi, quod in hoc caſu Iudex obiicere debet te-
ſti vacillanti errorem ſuum, pœnas Iuris in quas
Incurrit, & contrarietatem in ſuis dictis, mox-
que eum hortari, vt rectius deponat, comminata
etiam ei pœna pecuniaria carceris, & torturæ.

§ X.

De ratione per teſtes in eorum dictis allegandæ.

PRudentis Iudicis partes eſſe à teſte rationem ſui
dicti exquirere docuerunt Rutger. Rulant. *de*
79. *Commiſſ.Cam.Imp p.*2.*l.* 3.*c.*12.*n.*1.vbi ait hoc pro-
cedere, niſi dictum teſtis in ſe rationem contine-
ret, Farin.*q.*70.*num.*1.vbi, & alios allegat, & con-
cluſionem firmat regulariter teſtes ſine ratione de-
ponentes nequaquam probare, l. ſola teſtatione
Co.i de teſtibus, vbi hoc notant ſcribentes, ratio
autem legitima teſtis deſumi præcipuè debet à ſen-
80. ſibus viſus, vel auditus, vt & *ſupra in principio*
tituli dicebamus, & latiſſimè tradidit Farin. *d.q.*70.
*num.*12.*& ſeq.* & Rutger. Rulant. *dict.cap.*12.*n.*12.
Controuertunt tamen ſcribentes an teſtes etiam
non interrogati debeant rationem dicti ſui reddere,
81. in qua re ne longior ſim pluſquam inſtituti no-
ſtri ratio requirit, dico, quod in criminalibus, dum
teſtes deponunt de his quæ Iudicio tantum intelle-
ctus præcipiuntur, vtique etiam non interrogati
debent rationem dicti ſui reddere, Farin.*num.*6.*&*
ſeq & Rutger.*num.*17.qui alios allegant, & latiſſi-
mè enumerant caſus, in quibus teſtes etiam non
interrogati debent rationem reddere dicti ſui vel
non & in quibus eam non reddentes probent vel
non, bene Canteta videndus *in ſuis quæſt.crim.tan-*
*gentibus probat.cap.*1.*de probat.per teſtes,dub.*8.*n.*14
An autem ſit bona ratio teſtis, *ſcio*, *quia vici-*
nus, vel, *quia conſanguineus*, quia ſecundum do-
ctrinam Bart.*in l.*1.*n.*15 *ff.ſi cert.petatur*, vicinus, &
82. conſanguineus præſumitur ſcire facta vicini, &
conſanguinei.
Dicendum eſt quod quidquid ſit in ciuilibus cer-
te in iudiciis criminalibus cum teſtis cum dicta ra-
tione deponens non probet, niſi præſumptiuè, Fa-
rin.*dicta quæſt.*70.*n.*185.tantum enim probat teſtis,
quantum ratio per eum adducta, Souſa *in Aphoriſ.*
*lib.*1.*c.*6 *num.*77.& Farin.*num.*14. vtique reus ex di-
ctis teſtibus numquam poterit puniri pœna deli-
cti ordinaria, ſed extraordinaria tantummodò,
idem Farin.*dict.q.*70.*n.*189 & Lud.Gilhauſen.*in ar-*
*bore Iudic.crimin cap.*6.*p.*3.*n.*134.
Et in hac materia rationis allegandæ per teſtes
aduerte, quod ex ratione iudicatur probatio teſtis,
vnde ſi teſtis dicat, credo, quia vidi, teſtis erit
de viſu, ſi autem dicat ſciò certò, vel hoc eſt ve- 83.
rum, quia ſic credo teſtis erit de credulitate iuxta
allegat.à Farin.*de teſtib.q.*68 *num.*72 & Rutger.Ru-
lant, *vbi ſup. num* 4. ait quod ratio teſtis, Ipſius
dictum ſaluat, vel deſtruit, vnde in contingentia
facti in noſtra Congregatione Cremonæ duo teſtes,
qui depoſuerant Titium non eſſe coniugatum, quia
ſi fuiſſet coniugatus ipſi, id vel ab ipſo, vel ab
eius affinibus intellexiſſent, habiti fuerunt pro te- 84.
ſtibus de credulitate ex ratione per ipſos adducta,
quamuis in dicto principali depoſuerint per verba,
ſon ſicuro, & ſic dicebatur iſtos teſtes non poſſe
redargui de falſo, niſi ex ipſorum confeſſione,
quia ſemper poſſent dicere, nos ſic credebamus,
vt bene conſiderauit Farin. *quæſt.* 67.*n.*60. verſ. *ſed* 85.
certè, bene verum eſt, quod cum Titius Reus ex
poſt repertus fuerit Polygamus, & ipſi duo teſtes
in Polygamiam influxerint deſeruiendo pro admi-
niculis iuxta Deciſ. Buratti. 10. alteri teſti defuncto,
qui depoſuerat de morte primæ coniugis, quæ etiam
verè mortua erat, ſed ea poſt aliam duxerat, habiti
fuerunt pro temerariis, in modo depoſitionis di-
cendo, *ſon ſicuro*, & ex eorum depoſitione di-
ſuper negatiua vaga tredecim annorum depoſuerat
enim quod toto illo tempore Titius nunquam duxe-
rat aliam vxorem præter primam, quæ iam mor-
tua erat. & ſic concluſum fuit hos teſtes excuſan-
dos à pœna falſi, verùm aliqua pœna extraordina-
ria arbitrio iuſdicentium ratione temeritatis eſſe pu-
niendos.

TITVLVS VII.

De teſtibus quoad examen.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes iurare debent, & ſine iuramento non pro-*
*bant, num.*2.
3 *Iuramentum præſtandum eſt tactis Euangeliis,*
etiam à Clericis, qui aliàs iurant tacto pecto-
*re, num.*4.*&* 5.
6 *Qui manus non habent quomodo iurare debeant.*
7 *Si teſtis in S Offi. le nollet deponere, quid agendum.*
8 *Monendi teſtes de importantia iuramenti.*
9 *Examen faciendum ab Inquiſitoribus & in lo-*
*co Iudicij, num.*10.
11 *Quid agendum cum examinari debet teſtis cuius*
linguam nec Notarius, nec Iudex intelligit.
12 *Teſtes examinandi in loco ſecreto num.*13. *vbi &*
quibus examen inchoandum.
14 *Solemnitas duarum perſonarum, quæ examini de*
iure antiquo intereſſe ſolebant non ſeruatur hodie.
15 *Quomodo Iuramento à Notario ſcribendum.*
16 *Primo examinandi, qui plenius ſunt informati.*
17 *Leues perſonæ exactius ſunt examinandæ.*

18 De

18 *De quibus teſtes interrogandi.*
19 *Examen teſtium non interrumpendum.*
20 *Conſilium Auctoris non ſpernendum.*
21 *Teſtes ore, & non ſcriptis deponere debent, niſi neſciant loqui,num.22.*
23 *Quid facere debeant Inquiſitores cum ad eos mittuntur denunciationes in ſcriptis.*
24 *De vultu teſtis diligenter intuendo cum deponit vbi quid agendum cum teſte trepidante,& ſeſe turbante.*
25 *De conſiderando modo loquendi, & reſpondendi teſtium.*
26 *Verba teſtium ſcribenda ſunt à Notario,vt à teſte formaliter proferuntur.*
27 *Integra teſtis interrogatio ſcribenda à Notario.*
28 *Teſtis ſubſcribere debet ſuam depoſitionem, & de vtilitatibus huius ſubſcriptionis. & quid ſi teſtis neſciat ſcribere,n.29.& 30. vbi quid obſeruatur in Inquiſitionibus Italiæ,& Hiſpaniæ.*
31 *Secretum teſti iniungendum.*
32 *De teſtis declaratione.*
33 *Teſtes examinati in iudicio ſummario non probant niſi repetantur,n.34. niſi Reus renunciauerit repetitioni.*
35 *Pro teſtimonio de habendo teſtes pro repetitione poteſt re integra reuocari.*
36 *Deciſio Senatus Mediolani.*
37 *Teſtis repetitio requirit eaſdem ſolemnitates quas examen.*
38 *Num teſtis repetendus poſſit ſe referre ad primum examen,& quæ obſeruanda in hac relatiua repetitione teſtis ab Inquiſitoribus,n.39 & ſeq.*
41 *Quam cautè primæ depoſitiones in S Offic.ſint teſtibus legendæ,& quæ praxis obſeruanda,n.42.*
43 *Cum Iudex arbitratur non eſſe locum lecturæ primæ depoſitionis, & teſtis obſtinate eam petit, quid agendum.*
43 *Deciſio Senatus Sabaudiæ.*
44 *Repetitio ab Inquiſitore facienda.*
45 *Ante litem conteſtatã quando ſit locus repetitioni.*
46 *De teſte qui in repetitione dixit contrarium eius quod dixit in primo examine, vbi quando ſit locus torturæ.*
47 *De clauſula ſaluo iure opponendi contra perſonas & dicta, & an mortui non repetiti probent.*
48 *Deciſio Senatus Mediolani, quod mortui probent non repetiti.*
49 *In praxi ſæpè fiunt confrontationes.*
50 *In S.Officio rariſſimè,& ferè nunquam.*
51 *Quomodo reus in S.Officio recognoſcendus,& quid Cremonæ fuerit obſeruatum ex ordine S.C.n.52*
53 *Quæ ſeruanda in confrontationibus remiſſiuè.*
54 *Tortura teſti datur a ſolo Inquiſitore,cum contra reum adſunt indicia, n.55.*
56 *A tortura teſtis abſtinendum cum aliqua bona ratio teſtem excuſat.*
57 *Teſtis præſens delicto ſi nolit delinquentem propalare torquetur, n.59.vbi idem de eo,qui ait ſe non recordari de his de quibus probabiliter poteſt recordari.*
58 *In ſubſidium tantum teſtis torquetur.*
60 *Dictum teſtis in tortura non eſt neceſſe quod extra torturam ratificetur contra Baiardum.*
61 *De examine teſtium per turbam ſecundum ſtylum Franciæ,& Sabaudiæ.*
62 *Hic ſtylus eſt contra ius.*
63 *Publicatis atteſtationibus regulariter ſuper iiſdem non admittuntur noui teſtes,fallit in cauſa hæreſis.n.64 vbi Dec.Senat.noſtri in hac materia.*
65 *Quomodo edendus reo proceſſus in S. Officio, vbi* Carena de Offic. Inquiſit. *quod nunquam nomina teſtium eduntur, & de ratione.*
66 *Inquiſitores etiam reo non opponente debent Inquirere de qualitate teſtium,n.67. vbi quid ſeruatur in Inquiſitione Hiſpaniæ.*
68 *Quomodo in Hiſpania reo publicentur atteſtationes.*
69 *Interrogatoria in multis regionibus non admittitur in criminibus,& in ſpecie Mediolani.*
70 *Ea reiecit auctor dum erat Proiudex Maleficiorum Cremonæ.*
71 *In S Officio indiſtinctè interrogatoria admittuntur tam fiſci,quam rei, & ita ſeruat Suprema Inquiſitio Romæ.n.72.vbi de ratione.*
73 *An teſtis teneatur reſpondere interrogationi criminoſæ.*
74 *Obſeruantia Hiſpaniæ Inquiſitionis.*
75 *Teſtis è laico Iudice examinatus repetendus eſt ab Inquiſitore.*
76 *De coactione teſtium ad ſe examinandum.*
77 *Inquiſitores Illuſtriſſimas mulieres debent examinare domi.*

VIſo de perſonis,& dictis teſtium,reliquum eſt, vt aliqua etiam de eorum examine adnotentur.

§. I.

De animaduertendis,& obſeruandis ab Inquiſitoribus ante examen teſtium.

MVlta eáque non leuis momenti obſeruanda
ſunt ab Inquiſitoribus ante examen teſtium. 1.
Et primò quidem antequam teſtes examinentur
debent Inquiſitore deferente iurare tactis ſacroſan-
ctis Euangeliis ſe veritatem omnino reuelaturos,
tam contra ſe,quam contra alios,ita Did. Cantera,
in q crim.de tangentibus probationes c.2.de prob per
*teſtes n.1.*Gilh.*in arbore Iud.Crim.c* 2. *part.* . *n* 139.
Gayl.*pract.obſer.*101. *n.*1. latiſſimè DD *in cap tuis*
*de teſtibus,*vbi moder.Barboſa alios cumulat,& hoc
extendit ad omnes teſtes quacumque dignitate pol- 2.
lentes,Roder.à Cunha in *c.multis,diſt.*44 *n.*1.Rutg.
Rulant.*de Commiſſ Cam.Imp.p.*2.*l.*2.*c.* 1.qui omnes
concludunt teſtes ſine iuramento examinatos nihil
probare, & non ſufficere ad validitatem examinis,
quod teſtis poſt examen peractum iuret, per text.l.
iuſiurandi,ibi *priuſquam perhibeant teſtimonium* ff.de
teſtibus, cum allegatis à Barboſ. *in cap fraternitatis,*
*n.*6.*eod tit.*& Roderic. à Cunha *loco prox. alleg.* &
Bellono Papienſi *de his quæ incont.lib.*1.*c.*115.

Dixi hoc iuramentum præſtandum eſſe tactis 3.
ſacroſanctis Euangeliis, id enim expreſſe docuit
Gloſſ.in cap.*fraternitatis* in verbo *Iuramenti de te-*
*ſtibus,*cum aliis allegatis à Barboſ *ibi, n.*7.& quam-
vis Clerici in Sacris ſoleant iurare tacto pectore, 4.
Caroll.*de Graſſ.de effectibus Clericatus,effectu* 36.*per*
totum.

Attamen hoc non habet locum in cauſis gra- 5.
uibus, & ſic in S. Officio in quo cauſæ ſunt gra-
uiſſimæ, ex doctrina Abb. *in cap. vltimo de iura-*
mento calumniæ, quam ſequutus fuit Couarr *in cap.*
*quamuis pactum,*1.*p.*§.1.*num.*3. & Carol.de Graſſis
in dicto tractatu effectu 10. *n.* 45. & ita in S.Officio
paſſim practicatur, quod etiam Sacerdotes iurent
tactis ſacroſanctis Euangeliis.

Ex hac iuramenti ſtatione per tactum ſcripturarum, & Euangeliorum facienda, colligit Bald. in cap. *cum cauſam*, *col.* 10. *de teſtibus*, quem ſequuti fuerunt Campeg. *de teſtibus R.g.* 131. & Maſcard.*de prob.tom.*3 *concl.*1358.*num* 41.quod qui

non habet manus,quia ei ſunt inciſæ non poteſt te-
6. ſtimonium dicere.

Ego tamen ſi talis caſus occurreret in S. Officio,
7. conſuletem Ioquiſitoribus, quod reciperent iuramentum iſtius teſtis per procuratorem ſpecialiter ab eo conſtitutum ad iurandum,ita enim obſeruari in Camera Imperiali non obſcurè innuit Rutger. Rulant. *de Commiſſ. Camera Imperialis*, *pars.2. lib.2. cap.11. num.51.* poteſt enim quis etiam per procuratorem iurare vt probat Rom. *Sing.8. totum*, & vlterius cogerem etiam ipſum teſtem ad iurandum viua voce de veritate dicenda, quoniam cum iuramenti ſubſtantia conſiſtat in inuocatione Diuini nominis, vt benè explicat Sanchez *in præcepta Decalogi*, *lib.3. cap.1. num.1.* ad illius eſſentiam vtique non requiritur tactus ſacræ rei, ſed ad maiorem tantummodo ſolemnitatem, & teſtimonij firmitatem, ita Sanch. *vbi ſuprà*, *num.3.* qui alios allegat.

Quod ſi teſtis nollet iurare,vtique in foro noſtro S.Officij cogendus eſſet pœna pecuniaria captis pignoribus comminata, & inflicta ei tortura, ac excommunicatione,capitulo primo,cum ibi not. per Canouiſtas de teſtibus cogendis, Collegium Colonienſe *Iuridicum*, *tom 1.diſput. 7. de teſtibus*, *num. 43.* qui alios allegat, & ita ſcio in ſuprema Rom.inquiſitione quendam reum fuiſſe coactum ad præſtandum iuramentum, quod ſuſcipere recuſauerat media tortura,provt idem etiam in Senatu noſtro Mediolani actum fuiſſe cum ſimili reo, qui recuſabat iurare atteſtatur Clar.*§.fin. quæſt.45.* verſicul. *ſed penè*, vbi quod talis reus fuit punitus tribus ictibus funis publicè, & reductus ad carceres iurauit, & interrogationibus reſpondit, & quamvis in R. A. Regni ex ſpeciali prouiſione cautum ſit teſtes non eſſe media tortura cogendos ad deponendum, attamen eadem prouiſio Regia hoc limitat, vt non procedat in cauſis grauibus, vt videre eſt ex Eliſeo Danza *de Pugna Doctorum titulo de teſtibus cap 3. num.* 16. cauſæ autem hæreſis grauiſſimæ habentur.

8. Secundo loco monendi ſunt teſtes de importantia iuramenti in hoc foro, & de pœna qua falſi teſtes ſolent puniri, Rutger. Rulant. *de commiſſar. Camera Imperialis parte 2. lib. cap. 12. num. 10. & ſeq.*

9. Tertiò ipſemet Inquiſitor (quantum fieri poteſt) debet teſtes examinare, in arduis enim cauſis criminalibus examina teſtium fieri debent coram Iudice ipſo, Bobadill. *in ſua Politica lib.4. cap. 16. num.* 104. & in indiuiduo caſus noſtri in foro ſancti Officij, Scaccia de Iudic. *lib. 1.cap.87. num 15.* Paulus Garzia, *in ſua praxi Sancti Officij*, *Hiſpano idiomate conſcripta,fol.2 à tergo in margine*, vbi ſic legitur *los Inquiſidores conforme à la inſtrucion 17. de año 1484. deuen examinar los teſtigos por ſi miſmos ,ſin cometerlo à otro ſaluo en los caſos,que alli refiere.*

10. Et quidem hoc examen debet fieri in loco Iudicij, niſi aliud qualitas perſonæ ſuaderet, puta quia eſſent moniales vel aliæ fœminæ honeſtiores, Simanch. *de Cath. Inſtitut. titul 64. num. 13.* Pegna *in Praxi ſancti Officij*, *ſeu Inquiſitorum*, *lib.1.cap.3. num. 5.*

11. Quartò cum examinandus eſt teſtis,cuius linguam nec Iudex,nec Notarius intelligunt,tunc adhibendus eſt interpres, cui ab inquiſitore dandum eſt Iuramentum,quod bene,& fideliter munus ſuum exercebit punctaliter referendo teſti omnea interrogationes Inquiſitoris, & inquiſitori ac Notario omnes reſponſiones teſtis Ambroſ. *de modo formandi proceſſum lib. 6. cap. 3 num 12.* Flam. Cartar. *de executione ſententia capro bannito*, *cap.2. num 56.& pluribus ſeq.* vbi quod iſti interpretes ad minus debent eſſe duo, vbi inueniantur, aliàs ſufficit vnus,& plus dicit Cartar. *num.53.* quod ſi notarius linguam teſtis intelligat ipſe ſolus poteſt interpretari, & ſcribere eius reſponſiones, ſi tamen Notarius eius linguam non intelligat, ſed ſolus Iudex vtique id ei nequaquam licebit,ex doct.Bart. *l.1. §. eadem*, vbi Iaſ. *num.* 10 *ff. de verborum oblig.* quod vtique maximè mirum videtur,Franc.Bernard. Porro *in addit.ad dictum cap.tertium* Ambroſ.quia perſona Iudicis, eſt dignior perſona Notarij de huiuſmodi Iuramento præſtando interpreti,in S.Officio benè Paulus Garzia *in ſua praxi huiuſce Tribunalis*, fol.4.à tergo, §. *quando alguna perſona ſe examina con interprete.*

Quintò non ſolum in hoc tribunali,ſed etiam in 12.
omni alio foro examen debet fieri in loco ſecreto, & clauſis ianuis,provt & Iuramenti delatio teſtibus in criminalibus,ita Rutger.*de Commiſſ.Camera Imperialis,part.1.lib.2 cap.12.n.3.*

Sextò examen inchoari debet à teſtibus qui ma- 13.
gis diſtant à loco in quo examinari debent,ne fortè ſe abſentent, & fugiant,Rutger. Rulant. *vbi ſuprà*, *num.4.* vbi huiuſce rei illam addit rationem,quia teſtes de iure communi non tenentur manere in loco examinis vltra quindecim dies ſecundum pulcherrimum textum *l.ſi quando 19. Cod.de teſtibus*, verum textus ille, *vt ibi ſub littera D*, bene obſeruat Gothofredus habet locum ſolum in cauſis ciuilibus. Vnde vera ratio noſtræ aſſertionis erit naturalis æquitas.

Septimò, quando de iure hoc examen debeat 14.
fieri in S. Officio coram Inquiſitore, Notario, & duabus perſonis Religioſis, cap. *Vt Officium §. Verum de heret.in ſexto*, attamen hæc ſolemnitas non eſt in vſu, ſed examen fit coram Inquiſitore, Aduocato fiſcali, & Notario, Caſtro Palao, qui alios cumulat, *prima parte*, *tract.4. diſputat. 8. puncto 15. §. 3. num. 6.* & ita etiam obſeruatur nunc in Inquiſitionibus Hiſpaniæ, vt videre eſt ex praxi Pauli Garziæ ſæpè allegata in forma examinandi teſtes.

Octauò, Notarius debet ſcriptis mandare iura- 15.
mentum teſtium, & interpretum, non tamen eſt neceſſe,quod id fiat per extenſum,ſed ſufficit,ſi ſcribatur hoc modo *comparuit &c.& medio Iuramento*, *&c. quod præſtitit tactis*, *&c.* Paulus Garzias, *vbi ſupra*, quamvis tutius ſit ſi addatur tactis ſacroſanctis Euangeliis, vt obſeruauit Pegna *in praxi Inquiſit lib.2. cap.1. num.* 4. de qua re videndus erit Farin. *q.88.de teſtibus,n.74.ſeq.*

§. II.

De animaduertendis in ipſo teſtium examine.

NOnnulla etiam notanda ab Inquiſitoribus ſunt in ipſomet teſtium examine.

Et primò, quidem ea teſtibus qui de longin- 16.
quis partibus non venerunt eos prius eſſe examinandos, qui de facti veritate plenius ſunt edocti, Rutger.Rulant.*de Commiſſ.Cam.Imper.p.2.lib.2.cap.14 num.11.*

Secundò leues perſonæ exactiùs ſunt examinan- 17.
dæ,quàm graues, idem Rutger.*vbi ſupra,n.10.* 18.

Tertiò diligenter ſunt interrogandi, ſuper delicto, delinquente, complicibus, loco, tempore, occaſione

occaſione , modo , quot vicibus delictum fuerit
commiſſum , & ad quorum præſentiam. P. Maſſin.
*in praxi S. Officij , p.2.fol.17.prima impreſſ.*poſt Ey-
mericum *in direct.* .*p.*in forma examinandi teſtem,
*num.*72.vbi Pegna *comm* 17.
19. Tertiò examen teſtis vna vice perficiet,Inq. nec
illud interrumpat,Rutg.Rulant.*d c.*14.*ſub litera D.*
Quartò conſulo Inquiſitoribus , quod ego pra-
20. cticabant dum eram proiudex Maleficiorum Cre-
monæ anno 1636.ſub illuſtriſſimo, & laudatiſſimo
Viro Don Conſaluo de Salamanca Equite Diui
Iacobi , Senatore , & tunc iſtius Ciuitatis Cremo-
næ Præt.vt ſcilicet prius ſcribere à Notario faciat
interrogationem , ita vt reus eam nequeat intelli-
gere , antequam teſtem , vel reum ore interroget,
hoc enim modo minus tempus habebit teſtis , &
reus ad cogitandum ſuper reſponſione danda, &
veritate celanda , quod fortaſſe voluit innuere Rut-
ger , *vbi ſup ſub n.*2.*litera E.*
21. Animaduertat etiam Inquiſitor depoſitionem te-
ſtis ab ipſo teſte ore , & voce , non autem ſcriptis
eſſe faciendam,cap.*relatum* , 5.*quæſt.* 2.Langleus *in*
*otio ſemeſtri , cap.*1.*lib*.4.Manent *conſil.* 24.Faber *in*
22. *ſuo Cod.lib* 2.*tit.*15.*def* 52. & ante hos Farin.*q.*80.
*num.*2..Niſi eſſemus in eo teſte qui loqui nequit,
huius enim depoſitio in ſcriptis recipi poteſt , ita
Langleus *vbi ſuprà* , vbi de teſte muto,Rutger.*c.*15.
& Farin. *vbi ſuprà*, *n.*19. ac Cattar. *de executione*
23. *ſententiæ capto Bannito , cap.*2. *num* 43.*& ſeq.*
Quid verò facere debeant Inquiſitores cum ad
eos mittuntur denunciationes in ſcriptis bene de-
clarat Pegna *in praxi Inquiſitorum lib.*2. *cap.* 3.*per*
totum , vbi ait , quod licet ex huiuſmodi denun-
ciationibus poſſint Inquiſitores inchoare proceſſus
ſi ſint factæ à viris fide dignis , Iuramento muni-
tæ , vel à perſonis impeditis accedere ad Inquiſi-
tores , vt ſunt moniales , & aliæ fœminæ hone-
ſtæ , attamen tutius erit , quod Inquiſitor ipſe vel
aliquis eius Commiſſarius accedat ad denuncian-
tem abſentem vel impeditum , vnà cum Notario,
& ibi eum iudicialiter examinet , ita enim euitabi-
tur difficultas orta ex cap.*Inquiſit.*§.*tertia dubitatio-*
nis de accuſationibus , vbi Papa iubet non eſſe pro-
cedendum contra aliquem ad petitionem eorum
qui Iudicibus cedulas proponunt , de qua decretali
videndus erit Simanca *de Cath Inſtit tit* 44 *num* 10.
& Hieron. Cæual.*comm.contra comm.quæſt* 811.*n.*20.
& ſeq & ita in S. Officio practicari teſtatur Can-
tera *quæſt.crim probationes concernentium, cap* 2. *de*
prob.per teſtes , *num* 8.verſ. *vnum tamen conſidera.*
24. Sextò dum teſtis examinatur diligenter Iudex in-
tueri debet, vultum, & frontem ipſius,vultus enim
mutatio trepidatio , & ſimilia in actis ſunt redi-
genda , & à Notario ſigillatim ſcribenda, Cartar.
*in praxi interrog.reorum , lib.*1 *cap.*2.*num.*73. *& ſe-*
*qu.*Rutger.Rulant.videndus in hac materia *loco ſu-*
*prà alleg.cap.*14. vbi allegat illud Prouerb. cap. 10.
Pauor. his quis operantur malum , & illud Demo-
ſthenis in Oratione de falſa legatione , *conſcientia*
ſcelerum eripit audaciam , linguam reprimit obturba-
*tos angit , ſilentium imponit.*Egregiè Bobadil *in ſua*
Politica , *lib* 2.*c.*16.*n* 104.vbi allegat illud Cicero-
nis in Topicis , *Pallor, vultus , Rubor, & ſitubatio,*
faciunt vt minus fidei alicui adhibeatur ; & melius
*tom.*2 *lib.*5.*cap.*2 *num* 43.verſ.*y aduierta el Iuez* , &
*num.*4 ex Io.de Piatea *l.quoties* 2. *Cod. de naufra-*
giis , lib. 11. animaduertit Iudicem , vt hoſce teſtes
ſe ſe turbantes diligenter interroget etiam de cir-
cumſtantiis non ita ad negotium facientibus,vt de
habitu delinquentis , & ſimilibus , & quod cum
vacillant eos torqueat , rationem hiſce verbis ſub-
iungens , *por que es muy decente , y honeſto eſpan-*
tar algunas vezes à los teſtigos para que digan me-
jor la verdad, & teſtem ſuſpectum verbis illaqueta-
ri poſſe ait Rutget.*cap.*12.*n.*14.*loco allegato.*
Septimò debet Inquiſitor modum loquendi , & 25.
reſpondendi teſtium diligenter conſiderare, an om-
nes per eundem præmeditatum ſermonem depo-
nant , an verboſi ſint an plus æquo animoſiores,
an cum maxima celeritate deponant ,an reſponſio-
nes qualitati teſtium conueniant , puta quia ruſti-
cus dicat , quæ peritis conueniunt , & an nimis
affectatè deponant ;in his enim caſibus , & ipſi te-
ſtes , & eorum dicta maximè ſuſpecta redduntur,
Rutger.Rulant. *de Comiſſ.Cam. Imper.loco alleg. c.*
23.*per totum* , Pegna *in praxi Inquiſitorum , lib.*2.
*c.*44.vbi de teſte animosè deponente , Præſes Aba-
uo *in quæſtionibus reatuum* , *q* 18. *n.* 9. vbi de teſte
accelerante reſponſionem , Farin.*de teſtib q.* 60. *n.*
33.vbi de teſte nimis affectatè deponente , *n.* 27.
vbi de teſte verboſo,*& n.* 38. *& ſeq.*vbi de teſte ni-
mis citò reſpondente , & repentinè loquente , ante
lectum ſibi articulum.
Octauò verba teſtium ſunt à Notario ſcriben- 26.
da , prout formaliter ab eis proferuntur,Commiſ-
ſario ipſorum reſponſionem dictante , Rutger Ru-
lant.*loco ſupra cit.capit.*28.*num.*1.*&* 5.
Nonò , Inquiſitor curare debet , vt à Notario 27.
integra interrogatio ſcribatur , vt ex mox ſcripta
reſponſione teſtis videri poſſit , an ſit interrogatio-
ni congrua vt obſeruauit Pegn *in praxi Inquiſito-*
rum , *lib.*2.*cap.*2.*num.*3. vbi abuſum illorum Nota-
riorum reprehendit , qui in proceſſu ſic ſcribunt,
Interrogatus &c.& mox reſponſionem teſtis ſcri-
bunt , & Paulus Garzias *in praxi S. Officij , fol.*
13. & *in margine* , ibi , *eſcrinaſe la pregunta ente-*
ra como ſe hizieſſe , & ita pluries mandauit Sacra
Congregatio.

§. III.

De obſeruandis poſt examen teſtium.

Poſt perfectum examen teſtis , Primò Inquiſi-
tor debet facere , quod teſtis ſuam depoſitio- 28.
nem ſubſcribat , ita enim iam diu in praxi vſu re-
ceptum eſt in S. Officio , Scaccia *de Iud. lib.*2.*c.*
1.*num.*6. & Paulus Garzia *in praxi S Officij , fol.*
3.*à tergo* , ibi , *han da firmar los teſtigos ſus di-*
chos ſabiendo , & de vtilitatibus huiuſce ſubſcrip-
tionis teſtium videndus eſt Farin.*de falſitate* , *quæſt.*
158.*n* 192.vbi bene declarat non teneri teſtem ſe
ſubſcribere , niſi ei legatur tota ipſius depoſitio
ſubſcribenda , & Franc.Bernard.Portus *ad Ambro-*
*ſin.lib.*1.*cap.*2.*num* 41.vbi ait , quod in cauſis Re-
giæ viſitæ teſtes ſe ſubſcribunt eorum depoſitioni,
& multa ibi dicit de rigore illius Tribunalis.
Quod ſi teſtis neſciat ſcribere, ſolet in Sancto
Officio in his noſtris Italiæ partibus poſt eius de- 29.
poſitionem apponere ſignum Crucis, Pegna *vbi*
*ſuprà num.*6.qui mos deſumptus videtur ex Auth.
de teſtibus in princ in §.*licere* , Gotofredus, in ver-
bo , *item per cartam* , & in Nouella 72. Imperato-
ris Leonis , in verbo , *Sancta Crucis*, oſtendit mo-
rem hunc ſe ſubſcribendi medio ſigno ſanctiſſimæ
Crucis eſſe antiquiſſimum , maxime , quoad te-
ſtes litterarum imperitos.
In Hiſpania tamen hic ſubſcribendi modus non

 eſt 30.

eſt in vſu, ſed loco teſtis literas ignorantis ſubſcribit vnus ex Inquiſitoribus, Paulus Garzias, *vbi ſuprà*, ibi, *y no, ſabiendo vn Inquiſidor, ò el Comiſſario examinandoſe el teſtigo fuera del Tribunal.*

31. Secundò loco Inquiſitor debet teſti iniungere ſecretum ſub pœna ſibi arbitraria etiam excommunicationis, & ita teſtes iurare debent ſe ſecretum ſeruaturos, P.Maſſin.*in praxi parte ſecunda,fol.*25. verſ. *Et cum nihil aliud*, primæ impreſſionis, Paulus Garzias *vbi ſuprà f.*2.ibi,*y de guardar ſecreto de todo*, & de pœnis huiuſce teſtis in S.Officio reuelantis ſuam depoſitionem dixi *in ſecunda parte, titulo* 17.§.14.

§ IV.

De teſtis declaratione.

32. QVia poſt perfectum teſtis examen aliquando apparere poteſt teſtis depoſitio ambigua, vel ex aliis capitibus manca, ideo in hoc caſu Inquiſitor iterum vocare debet teſtem ſub præceptis pecuniariis, & excommunicationis in ſubſidium, Rurger. *dicto lib.*2. *cap.*30.*num.* 6.& præſtito ei denuò iuramento, aliiſque omnibus in eius examine procedere, Barboſ.in cap *per tuas*, *num.*4. *de teſtibus* cum aliis allegatis per me *in addit. quæſt.* 15. Guid. Fulcod.5. & Pegna *in praxi Inquiſitorum*, *lib.* 2. *c.* 18.*per totum.*

§. V.

De teſtium repetitione facienda.

33. TEſtes examinati in Iudicio ſummario regulariter non probant, niſi fuerint examinati in iudicio plenario, parte citata, & cum eius interrogatoriis, vt omnes DD. vbique locorum ſupponunt, quos allegat, & ſequitur Farin.*de teſtibus*, *q.* 72 *num.*87.*& ſeq.*& in foro noſtro S.Officij idem docuerunt Albertin. *de agnoſc. aſſert q.* 34. *n.* 16. Simancha *de Cath.Inſtit tit.*64.*num.* 16. Royas, *de hæret.p.* 2.*aſſert.*4.*n.* 107.& Pegna *in praxi Inquiſit. lib.*2.*cap.*24 *num.*5.

Hoc tamen intelligendum eſt dummodo reus ipſe huic repetitioni non renunciauerit habendo teſtes pro ritè, & rectè examinatis, in hoc enim caſu repetitio teſtium non eſt neceſſaria, ſecundum veriorem opinionem de qua DD.*l fi.Cod.de teſtibus*, vbi Bald. *num.* 1.Iaſ. *rubr. ff. de feriis*, Purpurat. *conſ.* 498. *num.* 10. Guido Papa *deciſione* 216. Farin. *de hæreſi*, *quæſtione* 188. *num.* 27. vbi quod hæc opinio in praxi obſeruatur in Supremo Tribunali Romanæ Inquiſitionis, & quod contraria opinio non obſeruatur, niſi cum agitur cauſa hæretici negatiui, tunc enim debent teſtes repeti, etiam ſi reus habuerit eos pro repetitis.

35. Dubitari tamen poteſt, quid dicendum ſit ſi reus fecerit in actis proteſtationem de habendo teſtes pro repetitis, an poſſit dictam proteſtationem reuocare, & petere, quod repetantur, in qua re dicendum eſt hoc vtique reo licitum eſſe dummodò res ſit integra, id eſt atteſtationes non ſint publicatæ, ita in foro S.Officij docuit Gabr.*in conſ.* 178.*vol.*1.& Simanch.*de Cath.Inſt.tit.*64 *num* 25.& in aliis foris Honded.*conſil.*101 *num.* 33.*vol.*1. Add. ad Conſilium Bertazz.92 *ſub litera D*, Baiard. ad Clarum, *quæſt.*45.*num.*27.Carrer.*in praxi Interrogatorum*, *lib.* 3.*c.*1.*num.* 63. & Porrus ad Ambroſin *lib.* 3. *cap.*1. *num.* 29. verſ. *Sextò*, & ita de Anno 1637. Die Iouis 17. Decembris iudicauit Senatus Mediolani, in cauſa Marchioniſſæ Octauiæ Flamenæ imputatæ de nece Marchionis Franciſci Gonzagæ Mariti ſui, in hac autem repetitione facienda plura ſunt notanda.

37. Et primò quidem, quod repetitio teſtis requirit eaſdem ſolemnitates ad vnguem, quas requirit examen ipſius teſtis, vt bene Clarus animaduertit, *quæſt.* 45. verſ. *Cæterum ſi reus*, vbi addentes.

38. Secundò notandum, quod maxima eſt inter DD.controuerſia, num teſtis repetendus poſſit ſe referre ad eius primum examen, & an ad petitionem ipſius Iudex cogatur ei legere primam eius depoſitionem, vt videre eſt ex Scacc.*de Iud. cap.* 86.*num.*48.*&* 53.*lib.* 1.Farin *de teſtibus quæſt.* 66.*n.* 39. *& ſeq.* attamen, quod ad forum S. Officij attinet infra ſcripta notanda ſunt.

39. Quod teſtis depoſitio relatiua mero iure valet, Farin.*dicta q.*66.*num* 39.Scaccia *vbi ſuprà*, vbi quod ita in praxi obſeruatur, Seraphin.*deciſ.*270. vbi Rot. approbat opinionem Bart.*l. eos num* 6.*Cod. ad L. Corn.de falſis*, Royas, *Sing.*206.*num.*3.

40. In hac autem teſtis reſponſione relatiua in S.Officio Inquiſitor attendere debet ad qualitatem teſtis, nam ſi ſit ſuſpectus, vtique Inquiſitor nec eam admittere debet, nec teſti petenti legendæ ſunt atteſtationes ipſius priores, Farin. *quæſt.* 66.*n.* 55.Pegna *in praxi Inquiſitorum lib.*2.*cap.*15. *num.* 21.& in hoc caſu debet teſtis ſaltem ſummatim, & in ſubſtantia referre priuram eius depoſitionem, iuxta opinionem Simanchæ *de Cath Inſtit.* 64.*num.* 25.*& tit* 44.*num.*23.*& in Enchir.Iud Violata Relig. tit.*55. *num.*10. Caſtro Palao *dicta diſput* 8. *puncto* 15.§.3.*num.*5.prout. & valere depoſitionem relatiuam, & legi debere teſti petenti primam eius depoſitionem in hoc foro, cum factum eſt antiquum, intricatum, teſtis labilis memoriæ. (puta quia ſenex) vel multum tempus interceſſit inter primam teſtis depoſitionem, & eiuſdem repetitionem, Pegna *vbi ſuprà*,*num.*12.Scaccia *vbi ſuprà* vbi ait totam hanc rem poſitam eſſe in Religioſè iudicantis arbitrio, prout, & in eodem arbitrio ſitum eſt, an proteſtatio teſtis admittenda ſit, quod ſi in primo examine apparebit aliter dictum, quàm in ſecundo, ex nunc corrigit eius ſecundum dictum, & ſe remittit ad primum tamquam verius, de qua Farin. *vbi ſupra*, *num.*41.bene verum eſt, quod multum cauti debent eſſe Inquiſitores in legendis hiſce depoſitionibus teſtibus repetendis, & vbi ſint in caſu in quo eis poſſint legi, adhuc teſtes benignè 41.
ab Inquiſitoribus monendi ſunt, quod ſecundò deponant ſaltem ſummatim, & breuiter ſubſtantiam facti referendo antequam ſibi legantur eius priores
depoſitiones, vt animaduertit idem Pegna *vbi* 42.
ſupra, *num.*10.qui etiam, *num.*13.atteſtatur, quod in Supremo Vrbis Tribunali hæc praxis inualuit, vt poſtquam repetitus fuerit teſtis iuxta interrogatoria, & articulos in fine examinis, legantur ei priora teſtimonia & Interrogatur, *an habeat aliquid addere, vel minuere huic primæ depoſitioni, & quod bene aduertat dicere veritatem, & ſit memor Iuramenti præſtiti*, &c. Quæ etiam praxis videtur obſeruari in Supremo Tribunali Inquiſitionis Hiſpanæ, vt videre eſt ex forma repetendi teſtem apud Paulum Garziam, *in ſua praxi Sancti Officij folio mihi* 20.*à tergo*, ibi, *Ratificacion de teſtigo.*

Apud

43. In caſu autem in quo Inquiſitor prudenter arbitretur non eſſe locum petitioni teſtis, quod ſibi prior atteſtatio legatur, & teſtis obſtinatus perſiſtat, quod ſtat in eius prima depoſitione, tunc Senatus Sabaudiæ apud Fabrum, *l. 4. C. tit. 16. def. 57.* cenſuit, *eſſe locum torturæ non ſolum, vt veritas habeatur, ſed etiam vt ſciatur à quo teſtis ille fuerit corruptus, ne alioqui impune Iudici illuſum videatur.*

44. Tertio loco notandum eſt, quia in hac repetitione conſiſtit præcipuum fundamentum huius iudicij, ideo ab ipſomet inquiſitore facienda eſt, Pegn. *vbi ſuprà, cap.* 36 Simanch. *dicto tit.* 64. *num* 15. P. Maſſini *in praxi Sancti Officij, in forma repetitionis teſtium, in principio.*

Quartò animaduertendum, quod aliquando eſt locus repetitioni teſtium, etiam ante litem conteſtatam in hoc foro, vt puta ſi ægri ſint morbo graui, ſi diu abfuturi, & ſi curiæ ſæculari relinquendi, ita Canoniſtæ in cap. *quoniam frequenter*, vt lite non conteſtata, Simach *de Cath. inſt. tit.* 64. *num.* 24. Pegna *vbi ſuprà cap.* 37. & in hoc caſu munus conficiendi interrogatoria ſpectat ad Iudicem, vt docuit Io. Andreas, in dicto cap. *quoniam frequenter*, *num.* 8. & Pegna *loco citato, num.* 3.

46. Quintò notandum, quod cum teſtis in repetitione dicit contrarium eius, quod dixit in primo examine, Inquiſitor debet teſtem illum in carcerem conijcere, & quoad eius punitionem Supremum Tribunal conſulere, Simanch. *de Cath. Inſtit. tit.* 41. *n.* 14. quo autem ad veritatem indagandam, & an ſit locus torturæ iuxta conſilium Alex. 73. *vol.* 1. *& not.* per Farin. *quæſtione* .66. *num*, 98.

Diſtinguo ego duos Caſus.

Primus caſus eſt cum ſumus in terminis text. cap. *accuſatus*, §. *licet de hæreticis in ſexto*, nempe quando teſtis in repetitione reuelat crimen & complices, nec vlla adeſt ſuſpicio, quod alicuius amore vel odio id egerit, & tunc cum ex diſpoſitione dicti tex. ſtandum ſit ſecundo dicto huius teſtis, vtique in eo non habebit locum tortura ad veritatem eruendam.

Secundus caſus eſt, cum ſumus extra caſum dicti §. & extra ſpecialitatem, ibi fauore Sancti Officij inductam, quod ſtetur ſecundæ depoſitioni, tunc arbitrarer, locum eſſe poſſe torturæ ad eruendam veritatem, & illi dicto ſtandum, quod tortura confirmatum apparebit, Pegna, *loc. cit. cap.* 18. *num*. 4. *& ſequent.* Zanch. *de hæret. cap* 14. Sanſa *in aphoriſm. Inquiſit. libro ſecundo, capite*. 16. *num*. 1.

47. Sextò notanda eſt clauſula, quæ ſolet apponi, cum rei habent teſtes pro repetitis, quæ eſt ſaluo iure opponendi contra perſonas, & dicta teſtium, de qua clauſula videndus eſt Farin. *de teſtibus, quæſt.* 66. *num.* 154. *& num.* 153. vbi quod aliquando Procuratores ſuadent reis quod proteſtatur ſe habere teſtes pro repetitis, *præter abſentes, & mortuos*, de cuius clauſulæ viribus ibi agit, de materia autem an teſtes mortui non repetiti probent dic, quod verior eſt ſententia affirmatiua quod probent, Farin. *de teſtibus, quæſt.* 71. *num.* 120. vbi, & alios allegat. & refert Lamberteng. *de contract. Mulierum, &c. gloſſ.* 21. *num.* 20. qui atteſtatur, quod

48. de Anno 1555 die 9. Decembris. Senatus noſter Excellent. Mediolani, inter quoſdam de Baiis, & de Canarſio in cauſa Ciuili cenſuit adhibendam eſſe fidem teſti defuncto qui parte non citata vigore literarum, quas monitoriales vocant depoſuerat, quidquid in contrarium voluerit Vincent. Honded. *conſ.* 101. *num.* 12. *vol.* 1.

§ VI.

De teſtium cum reo confrontatione.

QVamuis teſtium cum reo confrontatio neceſſaria minime ſit, attamen quandoque in praxi eam fieri ſolere atteſtatur Clarus *in praxi* §. *fin. quæſt.* 45. verſ. *Sed in propoſito quæro*, & tempore quo ego fui proiudex Maleficiorum in Ciuitate Cremonæ magnos effectus vidi in criminalibus ex hac confrontatione.

In S. tamen Officio rariſſimè fiunt confrontationes, & in Supremo Tribunali Romanæ Vrbis non fiunt, niſi cauſa cognita & interpoſito decreto per Eminentiſſ. & Reuerendiſſimos DD. Cardinales Supremos Inquiſitores, vt animaduertit Scaccia *de Iudic. lib.* 1. *cap.* 87. *num.* 19. verſ *ſi verò non imminet*, qui arbitrari ſolent an ex confrontatione aperta imminere poſſit periculum, vel non teſtibus, & reo, vnde conſulo Inquiſitoribus inferioribus quod, ad hanc confrontationem nunquam deueniant, niſi prius Supremo Tribunali conſulto, & quod ex confrontatione facta in S. Offic. inconuenientia ſequuta fuerint, atteſtatur inſtructio Toletana anni 1561. *ſub num.* 72. relata à P. Diana *reſolut. moral. part.* 4. *tract.* 8. *reſolut* 63. & ante eum à Pegna *in Director. Inquiſitorum, part.* 3. *comm.* 13. *num.* 101. bene Sanctarell. *de hæreſi. cap.* 39. *dubio* 4. *num* 22. vbi etiam de praxi Supremi Tribunalis de Vrbe. 50.

Quia tamen aliquando contigit in S. Officio, quod de neceſſitate reus eſt per teſtes recognoſcendus, ideo hæc recognitio facienda eſt non per confrontationem apertam, ſed per rimulas oſtij alicuius cubiculi clauſi, vbi reus vnà cum alijs perſonis viſtim, ſtatura, & facie ſimilibus reperiatur, vti docent Scaccia *loco allegato*, *num.* 19. verſ. *tunc Reuerendiſſimus Dominus Inquiſitor*, & P. Maſſini *in ſua praxi S. Officij*, *p.* 2 *fol.* 58. verſ. *auuertaſi nondimeno*, *& folio ſequenti*, verſ *nel ſecundo modo* primæ impreſſionis, vbi ponunt formulam huiuſce recognitionis, & ita in praxi ſuperioribus annis practicatum fuit in noſtra Inquiſitione Cremonæ, Sacra Congregatione ita mandante in recognitione cuiuſdam regularis, qui Matrimonium contraxerat non obſtante ipſius confeſſione, vt ſententia Matrimonij nullitatis poſſet tutiùs pronunciari. 51. 52.

Vbi tamen ſit locus confrontationi in S. Officio ſeruandæ erunt regulæ in hac materia traditæ à Scaccia *de Iud cap.* 66. *per totum*, & per Ambroſ. *in proceſſu informatiuo, libro ſecundo cap.* 9. vbi Portus *in additionibus* notat ex Iodoch. *in Enchiridio crim. titulo de confrontatione, cap.* 47. quod cum ex duobus carceratis alter alteri crimen imponit, poteſt confrontatio iſtorum fieri in tortura, & quod ex auctoritate Iodoch. Iacobus, Philippus, Branbilla Prætor Landæ ita in facti contingentia obſeruauit, abſtinendum tamen à confrontationibus huiuſmodi reo eas petente, ne lateat anguis in herba, monet idem Portus *in faſciculo rerum criminalium, fol. mihi* 419. 53.

§. VII.

§. VII.

De tortura teſtium.

54. PRæter ea quæ diximus tum ſupra, tum in titulo de indiciis, & tortura, animaduerto torturam quæ teſti in Sancto Officio infligitur ad habendam veritatem poſſe ab Inquiſitore ſolo abſque Epiſcopo ei dari, Farinac. *de hæreſ*, *quæſt.* 188. *num.* 74 qui alios allegat.

55. Animaduerto ſecundò, quod teſtis torqueri non poteſt cum contra reum Inquiſitum non adſunt indicia, Boſſ *de tort. teſtium num.* 1. Scacc. *de Iud. lib.* 1. *c.* 86. *num.* 14.

56. Animaduerto tertiò, quod quando aliqua bona ratio naturalis teſtem excuſat, abſtinendum eſt à tortura, Boſſ. *vbi ſupra n.* 41. & poteſt poni exemplum in teſte, qui de nocte ait neminem cognouiſſe, & regula eſt pro teſte, quod in eo non habet locum tortura, niſi probetur exceptio, Boſſ. *vbi ſuprà, num.* 1.

57. Quartò teſtis, qui f.it præſens delicto ſi nolit veritatem fateri abſque alio indicio mendacij, vel variationis poteſt torqueri, ita cenſuit Senatus Pedemontanus, apud Th:ſ. *deciſ.* 42. vbi eius filius *in additionibus* aliam pulcherrimam deciſionem eiuſdem Senatus adducit, dicens fuiſſe deciſum, quoſdam quibus aliqui minati fuerant, niſi agrorum curam deſererent, fuiſſe tortos, vt minantes indicarent.

58. Quintò animaduerto, ad torturam teſtis non eſſe deueniendum niſi in ſubſidium, & ſic prius reo examinato, nam ſi ipſe fateatur, aliqua tortura contra teſtem opus non eſt, Baiard. ad Clarum, *quæſt.* 25. *num.* 1. niſi non deponendo in S. Officio eſſet ſuſpectus de fautoria, Souſa *lib.* 2. *capite* 17. *num.* 7.

59. Sextò animaduerto, quod teſtis, qui obſtinatè reſpondet ſe non recordari de eo, de quo veriſimiliter recordari debet poſt plures Iudicis monitiones, & aliquot dierum carcerationem poterit torqueri, vt late probauit Scaccia *dicto cap.* 86. *n.* 14. *lib.* 1.

60. Vltimò notandum, quod dictum teſtis in tortura nihil operatur, niſi ſequatur ratificatio, prout, & in confeſſione rei emanata in tortura, ſecundum Baiard. *ad Clar. quæſt.* 25. *n.* 4 & Farin. *de teſtibus, q.* 79. *n.* 63. qui alios cumulat, ad quem in hac materia ſemper recurras. Verum hoc in praxi non obſeruatur, numquam enim vidi teſtes, qui in tortura depoſuerunt cogi ad eorum depoſitiones ratificandas.

§. VIII.

De examine teſtium per turbam.

61. IN Gallia examen teſtium per turbam aliquando ſolere fieri teſtis eſt Paponius, *Areſtorum Franciæ, lib* 9. *tit.* 1 §. 20. *per totum*, vbi *in additionibus* addit hoc examen non fieri, niſi ex auctoritate Parlamenti, idem in Ducatu Sabaudiæ in ciuilibus cauſis obſeruari & in criminalibus ad probandam famam, atteſtatur Faber *in ſuo Cod tit* 15. *de teſtibus, lib.* 4 *def* 3. vbi quod huiuſmodi teſtes audiuntur in globo, & vnius teſtis loco habentur, nec neceſſe eſt quod decem ſint, nam ſufficit etiam ſi ſint pauciores, licet minùs probent, quam ſi ſolemnis numerus decem turbam conſtituens fuiſſet adhibitus, Faber. *vbi ſuprà defin.* 37. Præſes Abauo *in quæſt. reatuum. quæſt.* 6. *num.* 23. *& ſeq. in praxi*, *in* §. *teſtium coactio, num.* 48. *&* 49. vbi quod hæc teſtimonia in turba prolata cenſentur tumultuaria, & quod in Sabaudia admittitur talis probatio, ex peculiari ſtylo Franciæ.

62. Hic tamen modus examinandi potius ex conſuetudine eſt, quam ex iure, nam vt ait Faber. *dicta diff.* 1. *num.* 4. *in annot.* nullus textus eſt Iuris ciuilis, vel Canonici, qui de teſtibus per turbam examinandis loquatur. Addo ego de Iure huiuſmodi examen haberi pro nullo, vt dicit Alex. *conſ.* 137. *n.* 8. verſ *& licet ſit deducta*, *lib.* 2. *Rot. deciſ.* 6. *num.* 10. *&* 11. in impreſſis Durani Ferentil. *ad deciſ. Buratti* 555. *num.* 19. *tom* 2. vbi alij DD. allegantur, & reprobatur examen teſtium factum per hæc verba, vel ſimilia, *N. N. teſtes interrogati dixerunt.* Et cum Vicarius Epiſcopi Vercellen. in cauſa cuiuſdam Polygamiæ vertente in hac noſt a Ciuitate Cremonæ, examinaſſet nonnullos teſtes hoc tumultuario modo, ſeu per turbam, ad probandam ſuperuiuentiam primæ vxoris, dixi examen illud ſuſtineri fortaſsè poſſe potius ex conſuetudine illius regionis quàm de iure, ſecundùm quod teſtes ſigillatim ſunt examinandi, non ſimul in turba, Farin. qui alios omnes allegat *de teſtibus, quæſt.* 80. *num* 94. vbi bene conſiderat, quod in examine teſtium hoc modo facto, datur occaſio falſitatibus, quia vnus alterum inſtruit, & quia oriri poſſunt contentiones, contradictiones, & alterationes vocum, & ſimilia.

§. IX.

De publicatione teſtium

QVo ad publicationem teſtium quantum ad forum noſtrum attinet, tria potiſſimùm ſunt animaduertenda.

63. Primum eſt, quod licet publicatis atteſtationibus regulariter noui teſtes ſuper iiſdem non admittantur, vt notant DD. in cap. *fraternitatis de teſtibus*, Farin. *de teſtibus*, *quæſt.* 75. *num.* 10. Cantera, *in quæſt. Crimin. cap.* 2. *de probat. per teſtes*, *num.* 33. attamen in cauſa hæreſis, ſeu illi annexa in foro noſtro ad fiſci inſtantiam ſemper, & quandocumque poterunt teſtes examinari, Simanch. *de Cath. Inſtit. tit.* 64. *num.* 50. Farin. *d. q.* 75. *num.* 409. *& num. ſeq.* vbi limitat hoc, vt non procedat in foro S Officij, in teſtibus ad defenſam à parte productis, facta enim horum teſtium publicatione fas non erit Iudici ad inſtantiam eiuſdem partis alios teſtes recipere, idem Farin *de hæreſi*, *q.* 188. §. 1. *n.* 5. 64.

Aliquando etiam in aliis cauſis criminalibus Suprema Tribunalia attenta magna legalitate accuſatoris admittunt nouos teſtes poſt priorum publicationem, vt fecit Senatus noſter in cauſa Comitis Rinaldi Abduæ, qui contra quendam proſequebatur cauſam necis fratris ſui, vt videre eſt apud Petrum Ambroſin *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 55. & anno 1636. in cauſa D. Abbatis Aymi, contra DD. Ambroſinos, dum ego eram L. T. Aduocati fiſcalis Cremonæ, ſub Illuſtriſſimo D. meo Senatore Salamanca.

65. Secundum eſt in publicatione teſtium, ſeu vt rectius loquar, atteſtationum reo in hoc foro facienda, illud potiſſimùm notandum eſt quod reo edi nequeunt, nec nomina, nec cognomina teſtium, nec denunciatorum, nec aliæ circumſtantiæ delicti ex quibus poſſit reus venire in cognitionem teſtium, vel accuſatorum, ita expreſsè cauetur, *in c. fi.* §. *Iubemus de hæret. in* 6. cuius textus ratio deciſionis eſt, non ſolum periculum teſtibus imminens, ſed

etiam

etiam vt facilius teſtes in negotiis fidei deponerent, Farin. *de hæreſi. q.* 188. §. 1. *n.* 7. *& ſeq.* vbi alios allegat, Pegna *in tertiam partem directl. com.* 124. *per totum*, vbi pulcherrimum locum Biterrenſis Concilij, & inſtructionem Madrilianam, ſeu Hiſpalenſem anni 1484. allegat, Souſa *in Aphoriſmis Inquiſitorum lib* 2. *c.* 6. *n.* 74. & Ferd. de Caſtro Palao, *in opere morali*, 1. *p. tract.* 4 *diſp.* 8. *punct.* 15. § 3. *n.* 7. qui vlteriùs addunt, quod quamuis de iure ceſſante periculo, quod teſtibus imminere poteſt, ex eorum publicatione poſſint vtique eorum nomina reis publicari, Eymericus, 3. *p q.* 75 *num.* 2. *ex text. in dicto cap. fin* §. *ceſſante, de hæreticis in* 6. attamen nunc vſus obtinuit, quod nomina teſtium, & denunciantium numquam reis publicentur, vel quod S. Officium ſemper præſumat adeſſe periculum, vt Peña, Farin. & Caſtro Palao, *locis indicatis* inſinuant, vel, & rectiùs fortaſſe, quia ſemper militat ratio fauoris fidei, cum teſtes facilius indicent delicta, cum ſciunt ſe non eſſe publicandos, vt conſiderat Caſtro Palao, *vbi ſuprà, num.* 7. verſ. *Item eſt periculum non leuis in religione detrimenti*, & adeo rigoroſè proceditur in hac materia, vt Inquiſitores neque cum agitur contra defunctum, ad eius memoriam damnandam, nomina teſtium conſanguineis defuncti edant, vt oſtendi *part.* 2. *tit. vltimo*, § 4. *per totum.*

66. Tertium eſt, quod, quia in hac publicatione atteſtationum reo facienda in hoc foro, maximè truncantur defenſiones rei, partes erunt Inquiſitoris ex Officio Inquirere de qualitate teſtium etiam reo nihil opponente, ita Albert. *c.* 1. *de hæret. in* 6 *q.* 16. *num.* 28. Campeg. ad Zenchin. *de hæreticis cap.* 13. *ſub litera B*, P. Diana *reſolutionum moralium, part.* 4. *tract.* 8. *reſolut.* 124. vbi, quod in quadam Congregatione, in qua vnus erat Inquiſitus, de hæreſi formali, & habebat contra ſe dictum vnius teſtis, ex quo pretendebat fiſcus deueniendum eſſe ad torturam, ipſe eum à dicta tortura liberauit, quia petendo nomen teſtis inuenit illum eſſe criminoſum,
67. ita etiam Paulus Garzia *in praxi Sancti Officij, folio mihi* 3. vbi habet hæc verba loquens de delicto ſollicitationis *quando el delito es de ſolicitacion ſe han de informar los Inquiſidores ò los Comiſſarios verbalmente ſin hazer informacion por eſcrito del credito, que ſe deue dar à los teſtigos y poner la razon dello à la margen de ſus dichos.*

§. X.

De forma publicationis atteſtationum in S. Officio Hiſpaniæ.

68. VT Inquiſitoribus apparere poſſet quomodo atteſtationes in S. Officio, ſint reis publicandæ, operæpretium duxi ſubiicere hîc exemplar, quod Inquiſitores Hiſpaniæ huiuſmodi atteſtationes publicare ſolent ex Paulo Garzia in ſua praxi S. Officij Hiſpano idiomate conſcripta, & ex ordine Supremi Tribunalis in illis Regnis impreſſo *folio mihi* 21. quæ talis eſt.

Vn teſtigo Iurado, y ratificado en tiempo, y en forma que depuſo en el Mes, N Año N. dixo, que por el Mes N. eſtando en la Ciudad, Villa, ò lugar de N. en cierta parte, que declarò preſentes ciertas perſonas, que Nombrò, Viò, e Oyò, &c. Declarando la demas, que depone el teſtigo guardando lo que diſponen las Inſtruciones nueuas 31. *y* 32. (quarum verba refert Pegna comm. 124. verſ. *En Madriliana*,) *No ſe acoſtumbra dar en publicacion los teſtigos, que no diçen nada, al menos las coſas ſuperfluas &c. y al fin dixe que eſto es la verdad, y no lo dize per odio.*

Si la certificacion fuere larga, ſe ſufre diuidir puedeſe ſacar por capitulos aſſi.

Item dixo eſte teſtigo &c. narrando ſino lo que toca al delito.

§. XI.

An in cauſis fidei admitti debeant interrogatoria rei ad teſtes fiſci.

SImancha *de Cath. Inſtit. tit.* 64 *num.* 10. *& in Enchiridio Iudicum violatæ Religionis, rub* 31 *de teſtibus, num.* 3. *&* 4 ait quod Iudex ex Officio in hoc Tribunali debet diligenter perſcrutari fidem teſtium, illorum vitam, & mores, quia non admittuntur interrogatoria rei inquiſiti ad teſtes fiſci. Idem obſeruari in ſtatu Mediolani in omnibus cauſis criminalibus atteſtatur Clarus *in* §. *fin. ſuæ praxis q.* 23. verſ. 69.
Item quæro, & Franc. Bernard. Portus *in ſuis additionibus ad Ambroſinum, lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 1. vbi ait quod ſicuti in hoc dominio non admittuntur Interrogatoria rei ad teſtes fiſci, ſic nec è contra admittuntur interrogatoria fiſci ad teſtes productos à reo ad eius defenſam, & ſanè tempore quo ego eram Pro-Iudex Maleficiorum in Ciuitate Cremonæ anno 70.
1636. cum ſimilia interrogatoria ego reieciſſem in quadam cauſa, & pars recurſum habuiſſet ad Senatum, nunquam potuit aliquid obtinere, attenta conſuetudine prædicta, idem pariter ſeruari in multis locis Germaniæ atteſtatur Gilhauſen. *loco infra allegando.*

Verùm opinio Simanchæ fortaſſe in Hiſpania
poteſt locum ſibi vendicare, cum in Supremo almæ 71.
Vrbis Tribunali S. Inquiſitionis, ſine dubio totum contrarium obſeruetur, nam in repetitione teſtium fiſci, vtique examinari ſolent ſuper articulis à fiſco productis, & interrogatoriis à reo datis ita Genuenſ. *in praxi Archiepiſcop. Neapol c.* 4 *in antiquis n.* 3. verſ. *Quarto loco*, & verſ. *Item hu ſtantibus*, Pegna *in ſua praxi Inquiſitorum, quæ manuſcripta circumfertur, lib.* 1. *cap.* 28. *&* 31. & Farinac *de hæreſi, quæſtione* 188. §. 1. *num.* 14. verſiculo *Vide tamen.*

Et ratio iſtius praxis Supremi Tribunalis duplex
eſt, prima, quia de iure teſtes ab vna parte pro- 72.
ducti, examinari debent ſuper interrogatoriis partis aduerſæ, iuxta text. *l. ſi poſtulauerit*, §. *Quæſtion.* ibi, *ibi interrogandique facultas datur patronis*, ff. ad l. Iul. de Adult. qui textus loquitur præciſè in criminalibus, cum aliis allegatis à Farinac. *de teſtibus, quæſtion.* 73. *per tot. ſed maximè, num.* 8. Gilhauſ. *in arbore crimin. cap.* 5. *ramuſculo* 4. *num.* 13. *& ſeq.*

Altera eſt, quod ex non editione nominum teſtium, & denunciantium ſatis trunca & manca redditur defenſio Reorum in hoc Tribunali, abſque eo quod aliud nouum ſpeciale inducendo magis adhuc trunca, & manca eadem defenſio reddatur, ex omiſſione interrogatoriorum iſtorum, ex parte Rei, & ita paſſim obſeruant contra Simancham in omnibus Inquiſitionibus Italiæ.

Dubia tamen admodum eſt controuerſia, num te-
ſtis teneatur reſpondere Interrogationi criminoſæ, 73.
& concernente ſuam turpitudinem, vel infamiam; de hac materia latè agunt DD. allegati à Farinac. *de teſtibus quæſtion* 73. *num.* 53. *& pluribus ſequent.* Ego me reſtringendo ad forum noſtrum S. Officij

inueni

innenio Caretam *in ſuis quaſt. crim. concernentibus probationem deliẞorum, capite ſecundo de probatione per teſtes num.*41.*verſ.Sed his non obſtantibus,fol. mibi*, 95. quem ſequutus fuit eius verba ſingillatim referendo, P. Diana *reſolut. moral. part.* 4. *reſolut.* 114. *per totum* ex profeſſo tenentem, quod teſtis tenetur præcisè reſpondere interrogationi an ſit ex genere Iudæorum, & Saracenorum, & quod ita paſſim obſeruatur in Inquiſitionibus Hiſpaniæ.

74. Et cum hac opinione tranſeo ego pro nunc fauore fidei, ſed verè cum maxima trepidatione conſcientiæ, quia huic ſententiæ repugnant omnes regulæ iuris naturalis,& ciuilis, ſecundum quas nemo cogendus eſt reuelare propriam turpitudinem, Ludou. Gilhauſen.*in Arbore Iud.crim. cap.*5. *ramuſculo* 4.*num.*8

Quinimò, & contra hanc ſententiam facere videtur decretum emanatum à Sacra Congregatione S. Officij de vrbe in materia mulieris, quæ Confeſſario ſollicitanti conſenſit, quod non poſſit interrogari ſuper conſenſu ſuo, licet ille efficiat eam ſociam criminis, & per conſequens debiliter eius dictum, de quo decreto dixi in ſecunda parte huius operis in titulo de confeſſariis ſollicitantibus, me propterea in hac re remitto Reuerendiſſim. Inquiſitoribus Eminentiſſimis Cardinalibus Supremæ Romanæ Inquiſitionis, & determinationi Sanctiſſimi D. N. Vrbani Papæ VIII. quem diu Deus nobis, & Eccleſiæ ſuæ Sanctæ ſeruet incolumen, & à quo, & eius S. C. effectus fui Conſultor S. Officij Cremonæ anno 1626. mox etiam Aduocatus fiſcalis anno 1630. in locum perilluſt. viri D. Io. Petri Alæ I. C. ſuperinſignis, & nunc anno 1618. Iudex Conſeruator, & defenſor Iurium eiuſdem Tribunalis.

§ XII.

De teſtibus examinatis coram Iudice incompetente.

INter præcipuas exceptiones, quæ contra examen teſtium adduci ſolent, ea eſt, quod examinati ſint coram Iudice in competente, Marſ. ſing. 211. incipiente *Teſtes examinati*, ac proinde, quod nihil probent, Farin. *de teſtibus, quaſtion.*80. *oppoſitione* 42. *num.* 18. qui alios allegat.

75. Cum igitur in delictis ad hoc forum S. Officij ſpectantibus Iudex laicus ſit incapax, vt ſæpè vidimus in ſecunda parte huius operis, ſequitur quod ſi caſus aliquando contigerit quod Iudices laici remittant Inquiſitoribus Reos vna cum proceſſibus per ipſos formatis, ad effectum vt videant, num ad S. Officium ſpectent, vtique partes Inquiſitoris erunt omnes teſtes à laicis examinatos, vt in hoc Tribunali probent repetere, ſic Paolus Garzias, *en la orden de proceſſar en el S. Oficio, impreſſa de ordine Supremi Tribunalis Inquiſitionis in Regnis Hiſpaniarum,fol.*5. cuius hæc ſunt verba.

Suele acontecer que algunos juezes ſeglares remiten al S. Oficio informaciones contra perſonas, que han echo, ò dicho coſas de que les parece ſe deue conocer en el. Ha ſe de aduertir, que ſatisfechos los Inquiſidores de que el conocimiento de aquello les pertenece, antes de proueer cauſa alguna deuen examinar de nueuo los teſtigos, y ſegun lo que reſultare hazer juſticia ſin contentarſe con la informacion del ſeglar pues es Iuez incompetente.

Dicenda eſſent nonnulla circa coactionem teſtium in hoc Tribunali, verùm de hac re me remitto ad ea quæ dixi *in tit. de obligatione denunciandi in* 2. *parte huius operis.*

76. Solummodo hic animaduerto, quod taliter Inquiſitores poſſunt cogere teſtes ad ſe examinandum in cauſis fidei, quod eos poſſunt citare & vocare ad ſuam diœceſim ex alia, non obſtante conſtitutione qua quis non cogitur nec poteſt trahi in iudicium, vltra duas diætas, de quo eſt text. in *c. nonnulli, in princ.* vbi Moder. Barboſ. alios cumulat *de reſcriptis num.* 2. in verbo, *vltra duas diætas*, & quod Inquiſitoribus hoc liceat deciditur in text. in cap. *vt Officium*, §. *denique*, *de hæreticis in ſexto*, vbi omnes Canoniſtæ, Pegna *in* 3. *part. Directorij. comm.*133. Farin. *quaſt.*188. §.1. *num.*4. qui & alios allegat, & ex Pegna *loco allegato* declarat hanc concluſionem, quod Inquiſitores vrbaniùs agent ſi non cogant, ſed ipſimet eant, vel Commiſſarios ſuos mittant ad examinandum Moniales, & alias Illuſtriſſimas mulieres, quamquam in hac re notabile inſignis Religionis exemplum Caroli V. inuictiſſimæ memoriæ ex Paramo retulerim *in* 2. *part. tit. de obligatione denunciandi* in explicatione Edicti Inquiſitorum, quod ante oculos omnium Chriſtianorum Principum eſſe deberet.

TITVLVS VIII.

De confeſſionibus reorum.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio qualificata in criminalibus diuiditur.*
2. *An reus in hoc caſu puniatur pœna ordinaria, extraordinaria, vel torqueatur num* 3.*& ſeq.*
5 *Cum qualitas adiecta confeſſioni eſt multum inuerisimilis à communiter accidentibus Reus punitur pœna ordinaria.*
6 *Deciſio Curiæ Cremonæ, & Senatus Mediolani.*
7 *Deciſio Inquiſitionis Conchenſis.*
8 *Cum qualitas eſt veriſimilis, quid agendum, num.* 12. *vbi quod non eſt locus pœnæ ordinariæ.*
9 *Opinio Abb. quod confeſſus qualificatè non puniatur pœna ordinaria, eſt communis, & in Tribunalibus practicata num.*10.
11 *Opinio Baldi quod ſic confeſſi torqueantur, vt ſine qualitate reſpondeant in S. Officio vſu recepta eſt*
12 *Quomodo qualitas habeat præſumptionem iuris contra ſe, & ſit veriſimilis, num.* 13.
14 *Confeſſi qualificatè poſſunt, & torqueri, & extra ordinem puniri & ita paſſim in Supremis Tribunalibus ſeruatur, num.*15.
16 *Quando indicia intelligantur, per torturam ſufficienter ſublata.*
17 *Cum eſt locus torturæ, & pœna extraordinaria, poteſt Iudex omiſſa tortura reum extra ordinem punire. Honorifica mentio Illuſtriſſimi D. Dom. Franciſci Marin de Rodezno, Reuerendiſſ. Inquiſitoris in Ciuitate Granatenſi, & refertur ſolemnis Deciſio ibi facta à dicto Doctiſſ. Viro qui ad me humaniſſimas literas conſcripſit, cuique me ſemper deuinctiſſimum profitebor.*
18 *Confeſſio in tortura ſine indiciis, & ratificata non nocet Reo, num.*19. *idemque eſt de confeſſione emanata vi tormentorum. num.* 20.
21 *Quinimò hæc confeſſio nec ſufficit ad torquendum de nouo contra Boſſ.*

22 Confeſſio coram Iudice incompetenti non ſufficit ad condemnandum. ſed valet in vim confeſſionis extraiudicialis ad torturam. n. 23.

24 De confeſſione emanata incidenter tangente negotium principale.

25 Confeſſio incidenter facta ſufficit ad teſtem, vel reum damnandum pœna extraordinaria.

26 Deciſio Senatus Mediolani.

27 Hac confeſſio in alio iudicio ſufficit ad torturam.

28 Intellectus cap. 1. de except.

29 In S. Officio confeſſus incidenter poteſt pœna ordinaria puniri, n. 30. vbi de ratione.

31 Confeſſio facta in alio iudicio non probat, n. 32. vbi quid in S. Officio.

33 Quid ſit ſuggeſtio in Iudice, n. 34. vbi quod eſt fugienda in examine teſtium reorum, & tortura.

35 In tortura reus non eſt de nouo ſuper omnibus interrogandus, ſed bis vel ter interrogandus, & monendus quod veritatem liberè fateatur n. 36.

37 In vltimo conſtituto ante torturam Reus interrogatus & enumeratis omnibus contra eum reſultantibus moneatur vt fateatur veritatem.

38 Quando Reus ſit in ſpecie interrogandus.

39 Cōfeſſio vi ſuggeſtiua interrogationis extorta nulla.

40 Sponte confeſſus in S. Officio mitius punitur, non in alijs Tribunalibus, n. 41.

42 Confeſſio minoris ſine curatore non valet de iure.

43 Et ita in Hiſpania ſeruatur etiam S. Officio.

44 In Gallia, & Italia non dantur in criminalibus minoribus curatores, n. 45. nec in Inquiſitionibus Italiæ.

46 Confeſſio dubia non nocet confitenti, num. 47. vbi quod in dubio intelligitur pro confitente, niſi eſſet mala fama.

48 Ex confeſſione generali in S. Officio, non poteſt quis puniri.

49 Ex confeſſione facta à muto, an & an poſſit damnari.

50 Confeſſio inueriſimilis, & ſine cauſa non probat vbi plura de confeſſione maleficarum ex Ferrer. & de nominatione facta per Magas aliarum exiſtentium in conuentu Diabolico ex Quaueda.

51 Ex confeſſione incontinenti reuocata non poteſt quis damnari.

52 Probato errore confeſſio poteſt reuocari etiam ex interuallo. n. 53. vbi quod hoc habet locum etiam in S. Officio.

54 Confeſſio in tortura reuocatur ex ſola allegatione metus tormenti.

55 Ex confeſſione reuocata non incontinenti, nec probato errore reus poteſt in ordinariam pœnam damnari, & n. 56. vbi reprobatur Cantera.

57 Quando ante confeſſionem debeat conſtare de corpore delicti.

58 Inquiſitores non debent eſſe contenti in grauibus delictis ſola rei confeſſione ſed adhuc curare debent, vt ea ex circumſtantijs à reo confeſſatis verificetur.

59 An confeſſio ſit facienda coram Iudice ſedente pro Tribunali, & quid in S. Officio.

60 Confeſſio in non dependentibus à facto confitentis non nocet.

61 Quandocumque de innocentia confitentis Iudici conſtat confeſſio ei non nocet.

QVoniam vnus ex modis probandi delicta eſt confeſſio delinquentis, ideo poſt titulum de teſtibus agendum nunc eſt de confeſſione reorum, & primò quidem de confeſſione iudiciali, ſit ergo

Carena de Offic. Inquiſit.

§. I.

De confeſſione qualificata.

MAteria hæc in omnibus Tribunalibus frequentiſſima eſt, eam tamen ſatis confusè pertractant DD. memini me de hac qualificata confeſſione egiſſe *in 2. p. in tit. de celebrantibus cùm Sacerdotes non ſint*, nunc tamen quia propria ſedes eſt huiuſce diſputationis, firmo ſequentem concluſionem.

Confeſſio adiecta qualitate tollente, vel pro 1
parte minuente delictum diuiditur in criminalibus, & à fiſco acceptatur confeſſio delicti, in reum autem reijcitur onus probandi qualitatem in probanda hac concluſione omnes recurrunt ad ſing. Doct. Bart. *lib. Aurelius, §. Idem quæſiuit, num. 1. ff. de liberatione legata*, quam communiter ſequuti ſunt DD. Clar. *quæſt. 55. verſ. Poſſet quoque reus*, Treuiſan. *deciſ. crim. 46. n. 1. p. 2.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 26. num. 13. & ſeq.* Iacob. Ayrer *in l. vt vim ff. de Inſt. & iure, 1. part. num. 136. & ſeq. in 2. impreſſ.* Fachin. *lib. 1. contron. Iuris, cap. 27.* Merenda *controuerſ. iuris, lib. 5. cap. 6.* Farin. *de reo confeſſo, & conuicto, quæſt. 81. num. 110.* Gillauſ. *in ſua arbore Iud. crim. cap. 6. p. 2. num. 25. & cap. 6. 1. p. de probat. §. 35. num. 1. & ſeq.* Cantera *in ſuis q. crim. concernentibus probationes, cap. 1. de vera confeſſione, num. 18.* & Souſa *in Aphoriſm. inquiſitorum, lib. 2. cap. 20. num. 18.* Maſtrill. *deciſ. 21.*

Doctrina autem Bart. eſt, quod confeſſio facta ab Inquiſito, occidi, ſed ad meam defenſionem, ſcindi poteſt acceptata à fiſco confeſſione homicidij, & relecta qualitate defenſionis in reum, qui eam tenetur probare.

In hac concluſione omnes ferè DD conueniunt, 2
Illud tantummodò apud eos controuerſum video, an taliter ſcindatur confeſſio, quod ſi reus non probet qualitatem locus ſit pœnæ ordinariæ delicti, vt voluit Soc. *in l. 1. num. 33. ff. ſi cert. petat.* Bolognett. *lib. vt vim, num. 48 ff. ſi cert. petat.* Sarmient. *ſelect. Interpret. libro 1, cap. 1. num. 11.* & Fachin. *dicto cap. 27.*

Vel ſit ſolum locus pœnæ extraordinariæ ſecun- 3
dum doctrinam Abbatis in cap. *Audiuis, num. 33. de præſcriptionibus*, quam ſequuntur communiſſimè DD. Farin. *vbi ſuprà num. 157.* Cantera *dicto num. 18.* & Ayrer. omnino videndus, *num. 371. & ſeq.* qui benè loquitur in hac materia.

Vel potius ſit locus torturæ vt Inquiſitus ſine 4
conditione fateatur & ſine qualitate reſpondeat, vt voluit, Bald. *in l. primam, n. 45. verſ. Si tamen Iudex. de confeſſis*, Boſſ. *in tit. de confeſſis, n. 17.* Maſcard *de probat. concl. 867. n. 13.*

Ego in hac materia cum diſtinctione, & claritate procedendo arbitror duos caſos poſſe diſtingui.

Primus caſus eſt cum qualitas adiecta confeſſioni 5
non ſolum habet præſumptionem iuris contra ſe, ſed à communiter accidentibus eſt multum inueriſimilis, & in hoc caſu ſi reus non probat qualitatem, exiſtimo eſſe locum pœnæ ordinariæ delicti.

Ratio allegata à Fachin. euidentiſſimè probat hanc concluſionem; ſi enim ſola allegatio qualitatis minuentis pœnam delicti abſque probatione ſufficeret ad euitandam pœnam mortis, omnes Rei eam euaderent.

Hanc eandem concluſionem videmus, quotidiana praxi in iudiciis obſeruatam.

Sic vnus ex ſicariis, qui Illuſtriſſim. Dom. Ca- 6
rolum Gonzagam trucidarunt anno 1636. tempore

quo eram Proindex Malsficiorum Cremonæ ſub
Illuſtriſſ. & Religioſiſſ. Sen. & Equite S. Iacobi, D.
Don Conſaluo de Salamanca, licèt homicidium
faſſus eſſet à Carolo de Negris de terra Caſalis ma-
ioris animo ad publicam viam derobandi perpetra-
tum, addidit tamen qualitatem minuentem eius de-
lictum, quod caſu ibi aderat Mantua pergens, cum
quodam Marito ſororis ſuæ, quem è dicta terra Ca-
ſalis maioris ſocium, & ducem itineris ſui aſſum-
pſerat, & tamen & ex voto Curiæ, & Senatus, fuit
pœna ordinaria mortis damnatus, quia qualitas illa
ex circumſtantiis facti, & à comm. accidentibus
multum inueriſimilis erat, & inueriſimilitudo habet
ſpeciem falſitatis, Menoch. *conſ.* 2. *num.* 300. Surd.
de Alim. tit. 8. *quaſt.* 12. *num.* 24. Tiraq. *in l. ſi un-
quam in principio, n.*40. *Cod. de reuoc. donat.*
7. Sic in S. Officio Hiſp. quidam reconciliatus ex
genere Maurorum, qui ad alios eiuſdem generis tran-
ſiuit, non obſtante, quod diceret apud eos ſe fuiſſe
ob famem, fuit ordinaria pœna relapſorum punitus,
& ſæculari brachio relaxatus, Carena *de haret. c.* 1.
*n.*58. verſ. *Ego vidi in Inquiſitione Conquenſi*, quia
qualitas illa eſt multum inueriſimilis à communiter
accidentibus.
Idem quotidie videmus in omnibus ferè reis ad
mortem damnatis, ſemper enim fatentur cum quali-
tatibus minuentibus, quarum Iudices nullam ha-
8. bent rationem, niſi probentur. Secundus caſus eſt,
quando qualitas adiecta confeſſioni, licet habeat
præſumptionem contra ſe, attamen à communiter
accidentibus eſt veriſimilis, & in hoc caſu arbitror
eſſe in arbitrio prudentis Iudicis, vel practicando
opinionem Abbatis (quæ verè communis eſt,) reum
in pœnam extraordinariam damnare, vel practi-
cando opinionem Baldi torquere reum, vt ſine
qualitate reſpondeat.
Vel tandem practicando opiniones vtraſque reum
moderatè torquere, vt ſine qualitate fateatur, &
etiam eum aliqua pœna extraordinaria moderata
mulctare.
Et imprimis quidem non eſt, quod opinionem
9. Abbatis confirmemus, quia vt ex DD. *ſuprà* allega-
tis conſtat, eſt magis communiter recepta.
Quo verò ad opinionem Baldi licèt ea non pla-
ceat Clar. *dicta q.*55. verſ. *fortè poſſet.*
10. Attamen eam videmus paſſim in Tribonalibus in
praxi vſu receptam, Gramar. *Voto crim.* 2. *n.*4. *&* 16.
vbi, quod in caſu ſuo ita in Regno Neapol. fuit
concluſum, Ioſeph Lud. *deciſ. Lucenſi*, 19. *in fi.* vbi
quod ſecundum hanc doctrinam Baldi millies fuit
iudicatum, & millies eam practicauit Boët. *deciſ.*164.
n. 16. verſ. *ſed ſupradictam opinionem*, vbi quod in
Curia Burdigalenſ. ita pluries fuit obſeruatum, The-
ſaur. videndus *deciſ. Pedem.* 13. *n.*3. vbi quod in eo
Senatu fuit doct. Baldi practicata.
11. Atque hæc doctrina Baldi paſſim obſeruatur in
Sancto Officio, & eſt in hoc Sacroſancto Tribu-
nali veluti canonizata, vt obſeruat Cantera *loco
allegato*, verſ. *& in crimine hareſis credo veriſſi-
mum*, Sortilegi enim, qui ſortilegium hæreticale ſe
ſe commiſiſſe fatentur, ſed cum qualitate intentio-
nis Catholicæ, Polygami qui delictum Polygamiæ
confitentur, ſed cum excluſione hæreticæ intentio-
nis, & alij blaſphemi confeſſarios ſollicitantes, &
& cæteri torquentur ſuper intentione, & ſic ſuper
qualitate adiecta confeſſioni, vt vidimus latiſſimè *in
2. parte in ſingulis illorum delictorum titulis.*
12. Nec in hoc ſecundo caſu eſt locus pœnæ ordina-
riæ delicti, quia ſupponimus, quod qualitas adiecta
confeſſioni licèt habeat iuris præſumptionem con-
tra ſe, attamen à communiter accidentibus ſit mul-
tum veriſimilis, conſtat hoc ex exemplis *ſuprà* al-
latis in S. Officio.
Quamuis.n. qualitas Catholicæ credulitatis ap-
poſita confeſſioni Blaſphemi, Polygami, Confeſſa-
rij ſollicitantis, ſortilegi. & ſimilium, habeat con-
tra ſe præſumptionem iuris, quia ex facto, & dicto
hæreticali, etiam hæretica præſumitur intentio, Si-
manch. *de Cath. Inſt. tit.* 50. *n.* 18. attamen quia à
communiter accidentibus Rei illi non ex errore in-
tellectus, ſed ex auaritia, libidine, vel ira, vtplu-
rimum mouentur, vt *in* 2. *p.* ſæpè vidimus, ideò illa
qualitas eſt veriſimilis à communiter accidentibus.
Veriſimilis autem in caſu noſtro, & ad affectum 13.
de quo agitur, dicetur appoſitio qualitatis habita
ratione perſonæ, Vulpel. *conſil* 94. *num.* 10. vbi
quod cum ſimus in meretrice carnaliter cognita,
confeſſio rei, quod eam volentem cognouit, &
cum qualitate eſt veriſimilis, nec poteſt qualitas
ſeparari à confeſſione ad effectum pœnæ ordinariæ.
Idem dicendum ſi veriſimilis qualitas appareat
ex circumſtantiis facti, Fachin. *vbi ſuprà*, verſ. *Si
coniectura.*
Vel ſi qualitas aliqualiter ex offenſiuo proceſſu
ſ. ateat, Bertazz. *conſ. crim.* 449. *n.* 14 *& ſeq.*
Dixi etiam in hoc ſecundo caſu poſſe ambas 14.
Abb. & Bald opiniones practicari, dummodò tor-
tura non ſit nimis acris, ita enim videmus fieri in
Sancto Officio in quo vtplurimum rei ſuper inten-
tione torquentur, abiurant, & aliis pœnis etiam
mulctantur. Neque obſtat ratio Farin. *num.*130. *&
ſeq.* quod hoc modo tortura non profuiſſet reo.
Tum quia Gram. *d. voto* 2. *n.* 17. atteſtatur quen- 15.
dam qui faſſus fuerat ſe occidiſſe, ſed ad defenſio-
nem fuiſſe poſt torturam damnatum ad triremes,
quod idem practicatum fuit in caſu deciſ. Boer. &
Theſauri de quibus *ſuprà*, & ita paſſim obſeruari
in Senatu Mediol. atteſtatur Clar. *q.* 64. *n.* 38. verſ.
apud nos autem, vbi addentes, & in Regno Siciliæ
in Regno Siciliæ mulier, quæ faſſa fuerat ſe cudiſ-
ſe falſam monetam, ſed iuſſu viri ſui poſt torturam
quam ſuſtinuit condemnata fuit ad annale exilium,
Maſtrill. *deciſ.* 246. *p.* 3.
Tum quia in hoc caſu non eſt inferenda tortura, tã
grauis, quæ omnia poſſit indicia torquendi purgare.
Tum denique, quia in S. Officio tortura non datur
tam acris, vt in ſæcularibus Tribunalibus, P. Maſſin
*in praxi, f.*162.2. *Impreſſ.* verſ. *& quia pur anche, p.*3.
Ad ſciendum autem quando tortura purgauerit
taliter indicia, quod non ſit locus pœnæ extraor- 16.
dinariæ, bene Canter. *q.* 12. *de reo, n.* 12. *& c.* 2. *de prob.
per teſtes q.* 1. *n.*65. ait, quod in crimine hæreſis ob eius
immanitatē nunquã per torturam ſatis purgantur in-
dicia, vt non ſit etiã locus pœnæ arbitrariæ. In aliis
verò delictis hoc non poteſt in abſtracto decidi, ſed
conſiderandum eſt an probatio delicti ſit ſemi-
plena, vel pluſquam ſemiplena, & in quo gradu
fuerit reus tortus, ita Canter. *loco cit.* Suar. de Paz, *in
praxi ſaculari, & Eccl. tom.* 1. *p.* 5. *c.* 3. 3. *§.* 12. *n.* 22. qui
alios allegat.
Neque obſtat vlterius quod cum eſt locus pœnæ
extraordinariæ, & torturæ, tunc reus torquendus
eſt, & non puniendus, quia quamuis Greg. Lopez,
*l.*26. *tit.* 1. *p.* 7. *in gloſſa*, & Sanch. *in conſiliis mora-
libus, tom* 1. *lib.* 3. *cap vnic. dub.* 12. *n.* 14. id voluerint,
attamen, Menoch. *de praſumpt. lib.* 1. *q.* 92. *n.* 3. putat
hoc eſſe remiſſum iudicis arbitrio.
Quid enim agat Iudex ſi reus ex vna parte vrgea-
tur grauibus indiciis de delicto atroci, & ex alia
parte videat agi de reo, qui eius ſit conditionis vt

omnem

omnem torturam poſſit ſuperare, nonne melius eſt eſt cum hoc agi pœna extraordinaria, vt benè obſeruauit Mattienz. Iunior. *in repetit. cap. 2. de praſumpt. num. 63.* vbi in indiuiduo loquitur de reo grauato, ſed robuſto non torquendo, ſed extra ordinem puniendo, & *ibi* reſpondit ad omnia argumenta Fachin. *libro 1. contra Iuris. capite 29. per totum*, & ita paſſim obſeruat Senatus noſter Mediolani.

In hoc tamen Tribunali vt *ſuprà* dixi, & torturæ, & pœnæ extraordinariæ locus eſſe poteſt.

Monitio ad Lectorem.

Quia in materia Confeſſionis qualificata, Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus D. Doctor Don. Franciſcus Marin de Rodezno meritiſſimus Inquiſitor in Regno Granatenſi Doct. & Erudiſſiſsimus vir mihi tranſmiſit deciſionem ſolemnem in ſua Inquiſitione, in caſu inſigni factam & à memorato Religioſiſſimo Inquiſitore compilatam, ideo eam hic imprimendam curaui ad publicam vtilitatem: quia in ea multa ad Tribunal noſtrum ſpectantia optimè enucleantur & praſertim materia captura, & tortura, ſuper complicibus, & intentione ac traditione brachio ſaculari, & ex hac deciſione vnicuique apparebit quanta cum diligentia, & maturitate in Regnis Catholica Maieſtatis procedi ſoleat in cauſis fidei ab Illuſtriſsimis Inquiſitoribus ibi deputatis.

DECISIO

Granatenſis Tribunalis Sancti Officij, in cauſa famoſi Libelli aduersùs ſacroſanctam IESV CHRISTI *Legem, & incorruptam Deipara virginitatem, perpetuóque florentem pudicitiam publice affixi.*

Ad lucem emiſſa per Doct. D FRANCISCVM MARIN de Rodezno: olim inſignis Collegij maioris Salmanticenſis. Archiepiſcopi, Alumnum, nunc Granatenſem Inquiſitorem, & Placentinæ Eccleſiæ Scholæ Magiſtrum.

SVMMARIVM.

Facti ſpecies n. 1. & ſeq.
Encomia Inquiſitorum n. 4. & ſeq.
Inquiſitores Granatenſes, n. 11.
Inconſtantia, & varietas indiciorum ad inquirendum, carcerandum & torquendum, n. 13. & 14.
Mendacij indicium.
Subita vultus mutatio teſtis, n. 17.
Qualitas perſona non leue facit indicium, n. 18.
Publicus rumor contra aliquem ſufficit ad inquirendum, & carcerandum. n. 20. & ſeq.
Qua probationes neceſſaria ad capturam in crimine Hareſis, n. 22. & ſeq. vbi plures inſtructiones Hiſpana declarantur & plura ad Iudicum in hac re arbitrium regulandum doctiſſimè traduntur.
Carceratio Eremita & eius confeſſio qualificata, n. 31.
Tortura quando reo in Sancto Officio danda tam ſuper complicibus, quam ſuper intentione, num. 33. & pluribus ſeq.
Libellum contra virginitatem Beata Maria Virginis & noſtram religionem euulgans, vt ſacri Templi eiuſdem Beata Virginis cultum & venerationem augere curaret, ſicque confeſſus, an & ex quibus non ſit ſaculari brachio relaxandus, ſed alia mitiori pœna puniendus, num. 45. & ſeq. vbi plura notabilia traduntur.

Catena de Offic. Inquiſit.

Tenor criminis vſque ad rei confeſſionem.

I. ILluxit dies (lapſo proximè anno) & anniuerſaria Dominicæ necis redeunte memoria, & nouo, ac inſolito aduerſùs Genitricem eius patrato ſcelere, tanquam geminata dolendi cauſa funeſtus. Quinta enim agebatur feria maioris Hebdomadæ, quæ quinta ſimul numerabatur dies menſis Aprilis Anni 1640. cùm impius quidam libellus ad Granatenſis Senatus valuas affixus apparuit. Mòſayca lex iactabundis in eo verbis deprædicabatur. Impia commendabatur Caluini Secta. Diris etiam, ac malè precantibus inſultationibus denouebatur ſacroſancta Chriſti fides. Nona deinde, ac ſacrilegia impietate, Deiparæ virginitas & caſtimonia lacerabatur: adeóque obſcœno ſermone, qui vix meretricem, quæſtuoſa libidine ad lupanar proſtitutam deceret. Impia etiam miſerationis ſpecie commonebat. Nos omnes Iniquus libelli Author, tanquam qui falſa religione improuidi ſineremur ſeduci. Minabatur denique præſtiturum ſe, vt cultus omnis, ac pietatis officium, quod Granatenſis Ciuitas erga marmoreum Virginis Simulachrum (in Trophæi ſpeciem erectum, & è regione Portæ *de Eluira*, ad ipſum vrbis ingreſſum in patente campo ſitum; vulgóque *Virgo del Triumpho* nuncupatum) miro religionis exemplo præſtat extingueretur.

II. Nefandum hunc Libellum poſt intempeſtam noctem, cùm iam alituum pecudúmque genus ſopor altus habebat duo quidam viri per aliqualem tenebrarum licentiam conſpicati ſunt. Chartæ, & characterum inſolentia auidam alloqui curioſitatem facilè pertraxit. Ac licèt tunc materiæ adhuc ignari, è valuis tamen reuulſerunt lectum autem, & iniquæ ſcriptionis iam conſcij, ſequenti die ad ſacrum Inquiſitionis Tribunal attulere. Serpit illicò ſceleris fama: & facinoris enormitas, ac magnitudo Ciues omnes Granatenſes ſummo animi dolore, & acerbitate, prout ea eſt ipſorum in Deiparam pietas, ac ſtudium, affecit.

III. Concitauit autem potiſſimùm Fidelium animos, ſacrilegus de Deipara enormitérque obſcœnus ſermo: ob idque in puniendi ſceleris cupiditatem feruidiùs omnes exarsêre. Ea enim eſt Mariani affectus, ac deuotionis indoles, vt (penes externa ſolùm argumenta rem penſitando) ægriùs videatur in Deiparam, quàm in gnatum eius Chriſtum, factas contumelias ferre. Neque id quidem ſine optimo exemplo. Ipſe enim Chriſtus multò acerbiùs ex ſuæ Matris compaſſione doluit quàm de paſſione ua & iniuriis conqueſtus eſt. Ipſa Virgo affirmat apud Sanctum Bernardum in Commentatio. *Plus*

 dolebat

dolebat de me, quàm de ſe. Hîc non omittenda verba Chriſti Domini apud Matthæum capite 27. *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Quæ non tam ſui cauſa Chriſtus protulit, quàm Matris, quæ verè eum ille obiret, abirétque, orphana relinquebatur, & mortalis huius vitæ ærumnis, ac laboribus obnoxia. Audiatur apud Sanctam Brigittam ipſa Virgo *Filius meus videns me, oculis in cœlum directis clamabat ad Patrem: Pater, quare me dereliquiſti? Quam vocem ego nunquam, donec ad cœlum veni obliuiſci potui: quam plus ex compaſſione mea, quàm ſua permotus protulit.* Multò quippe grauius fuit Chriſto, videre Matrem, ingenti ob ſui cauſam, dolore ſauciatam, quàm tot ſeipſum cruciatibus in Cruce torqueri. Sic ergo, licèt impius Libellus multa nefanda contineret, quæ medullam, vt ſic dicam, noſtræ Religionis læderent, (Chriſti quippe legem abiurabat, Moſaycam ſuſcitabat obſeruantiam, Caluiniſticam commendabat Sectam) altiùs tamen læſit Granatenſium animos tam execrando, blaſphemóque ſermone concuſſa Deiparæ virginitas & caſtimonia: ipsáque flagitij enormitate, Granatenſis deuotionis velut irritata flamma altiùs exarſit. Res enim erat pluſquam vulgaris digna doloris, quod Deiparæ pudicitia, quam nec aeterna Iudæorum, aut Maurorum ora huc vſque labefactarunt, in ipſo Hiſpaniæ meditullio, vbi fidei ac Religionis puritas & candor effloreſcit, tam iniqua, & ſacrilega ſcriptione exteretetur.

IV. In peruestigando autem tam nefandi ſceleris authore, quam egregiè deſudauit DD. Inquiſitorum Granatenſium induſtria! Sed vt altiùs rem repetamus, libet in tam Sancti, ac Venerandi Tribunalis, ac Iudicum eius commendando ſtudio, cura, & vtilitate aliquantulum præludere. Sunt enim quaſi duces Fidelis Exercitùs, quibus præeuntibus nullus ab hoſte timor; ſancta & innoxia omnia, ſine vlla venenatæ doctrinæ ſuſpicione. *Fidei muros tutantur: eiuſdemque Fidei indagatores, & exploratores ſunt:* vt ait Petrus Gregorius *libro* 47. *Syntagmat. iuris, capite* 36. *num.* 6. *& ſunt ad peſtem hæreſum eliminandam.* Idem *libro decimo quinto, Syntagmat. capite quadrageſimo primo, num.* 5. Quibus pro trophæo ob hæreticam perfidiam deuictam, Pontifex Innocentius IV. anno 1254. Sancti Officij Crucem veſtibus adſutam præferendam contulit: idque ſupremus Antiſtes Pius IV. comprobauit *in Bulla edita anno* 1570. & de hoc fit mentio *in c. excommunicamus* 17. §. *Catholici de hæretic.* ibi; *Catholici verò qui Crucis aſſumpto charactere ad hæreticorum exterminium ſe accingerent*, &c. Lucerna Inquiſitorum *tit. de Cruce ſignatis* c. Eymeri. 3. *part. direct. quæſt.* 129. & ibi Penna *comment.* 178. §. *hoc priuilegio.* Param. *de origin. Inquiſition. libro ſecundo capite tertio titul.* 1. *num.* 4. quæ non immemor, eleganter obſeruauit Narbona *libro tertio, titulo primo, leg.* 10. *gloſ.* 1. *num.* 7. & non ſolùm fidei militibus, ſeu officialibus, verùm etiam Inquiſitoribus, & Epiſcopis, tanquam coronidem ſolicitudinis indefeſſæ De Sancto Guillelmo Archiepiſcopo VViterbienſi, auctor vitæ ipſius ſcriptum reliquit, Pontificis acceptis literis, omnium animos excitatos fuiſſe ad capiendas, & profligandas vulpeculas vineam Domini demolientes. In his autem fuit primus Beatiſſimus Guillielmus, qui tunc lacrymis ſenſim manantibus, mœroréque ſqualido perlectis publicè Sanctiſſimi Pontificis literis, vehementer inflammatus eſt, Crucemque veſti aſſuens eam voluit virtutum ſuarum quaſi coronidem, & conſummationem relinquere vt Eccleſiaſticæ vnitatis perturbationibus eliminatis, pacem Eccleſiæ reſtitueret.

V. In piis enim locis, ſunt Inquiſitores, vt ait Petrus Gregorius *dicto lib.* 47. *ſyntagmat. capite trigeſimo ſexto, num.* 5. & ſunt vigiles, cuſtodes, & defenſores fidei Chriſtianæ. Param. *libro tertio, de edict. fidei, quæſtione quinta, num.* 12. Conducit Tear. *in cap. notandum* 38. 24. *quæſtione tertia*, deputatíque ſunt ad fidei propagationem, atque defenſionem. Ita amicus noſter Inquiſitor D D. Ioannes Eſcobar del Corro, vir equidem maturi ingenij in ſeligendis ſententiis; præclari iudicij in reijciendis inutilibus; candidi, ac pij animi in amplectendis tutioribus, & benignioribus; aſſiduus in legendis bonarum literarum authoribus *prima parte de puritate, & nobilitate. quæſt.* 3. §. 2. *num.* 6. Extinguunt incendia, & errores, vt viſum eſt Granatæ, vbi Sancti Officij ſolicitudini, in lucem prolatio debetur ſacrilegij contra Deiparæ puritatem, & legem Chriſti Euangelicam. Cuius Sancti Officij primaria cura eſt, fidem orthodoxam defendere, eámque illibatam, puram, ac ſine errorum & hæreſum mixtura conſeruare, ac firmiter retinere, vt Pater Mariana *lib.* 24. *Hiſt. Hiſpan. cap.* 17. *in fine* Mari Siculus *de rebus Hiſpan. lib.* 5. *cap. de Hiſpan. ſobrietate.* Vaſæus *lib.* 1. *Chron. Hiſpan. cap.* 9. Zurita *lib.* 1. *ann. cap* 49. Illeſcas *Hiſt. Pontif.* 2. *part. lib.* 6. *cap.* 8. Alphonſ. Carrill. *in annal. lib.* 5. *anno* 1478. Aluar. Gom. *de rebus geſt.* Cardin. Fr. Franciſci Ximen. ibi: *Huius præclari, & Sacri Magiſtratus cùm ſtatim Hiſpania vtilitatem maximam ſenſit contra Iudaizantes, tum verò his calamitoſis, temporibus contra nos Sectarum peſtem experti ſumus incomparabilem, & nunquam ſatis pro merito æſtimandam.* Paramus *de orig. Inquiſitionis, lib.* 2. *tit.* 3. *cap.* 1. *num.* 4. Sed audiatur potiſſimè D.D. Gregor. Lopez Madera, Regalis iuſtitiæ Senatus digniſſimus Decanus, *lib. de las excelencias de Eſpaña cap.* 7. *fol.* 54. *B.* ibi; *que la principal judicatura de España es la de la Santa Inquiſicion, que ſe vé claramente, que con particular prouidencia de Dios ſe inuentó eſte Tribunal: y que ſolo el à detenido la malicia y atreuimiento de los hombres en la Religion debida; y que en eſte Tribunal eſtanto dos los Reynos de Eſpaña (donde lo ay) limpios, y ſin manchas de heregias y ſuperſticiones: que es la mayor excelencia de nueſtra Eſpaña.* De quo latè Ferd. de Mench. *lib.* 1. *controuerſ. Illuſtr. in præfatione argum.* 12. verſ. *Quum ergo.* Et ingenuè omnes fatentur, fidei ſinceritatem, obſeruantiam, aliáque idem conſequentia innumera bona, quibus noſtra Hiſpania, Dei beneficio exultat poſt noſtri Catholici Regis laudabilem prouidentiam, omnia, inquam, Sanctæ Inquiſitionis Officio deberi. Ita doctiſſimus, ac eruditiſſimus D. D. Ioannes de Solorzano Pereyra *tom.* 1. *de iure Indiarum, lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 13. Borell. *de præſt. Regis Catholici, cap.* 81. D. Ioannes Vela *de delictu, cap.* 14. *à num.* 18. Nauarret. *de conſeruat. Monarchi. diſcurſu* 7. D. Franciſc. Torreblanca *de Magia libro tertio, capite ſecundo.* Et quod Hiſpania fuerit Chriſtianæ Religionis obſeruantiſſima, & hæreticis infeſtiſſima, tradit Odofredus *in lege ſecunda Cod. de hæreticis*, ibi: *Puniuntur ſuſpecti hæreſeos in Religioſiſſimis Hiſpaniæ Regnis. vel hoc maximè hac tempeſtate triumphantibus; & ſingulari laude dignis, quod nulla non ſolùm planè hæreſis, verùm ne ſuſpicio quidem, nota digna vel momento, manet.*

VI. Iure ergo ſummis laudibus, & commendatione ſunt digni, qui operam ſuam, ac ſtudium, in Maieſtatis æternæ gloriam, & honorem conferunt

conſeruat, atque religionem ex impiis manibus,& ore ſacrilego noſtrorum hoſtium ſua maxima vigilantia tuentur: non vt Metelius,qui Mineruam ſuæ vitæ periculo flammis è medlis eripuit, ob hocque multis laudibus celebratur ab omnibus, ſed ipſas Sanctorum imagines, Virginiſque ſemper Mariæ ſtemmata, Chriſti Ieſu ſanctuarium, aras & templa ſanctiſſima, tot opera, & monumenta Sanctorum, ſalua, & integra conſeruauit. Et in hoc Tribonali, vt ait Paramus *libro ſecundo, de origine Inquiſitionis, titul. 1. capit. 1. num. 12. in fine: Non de corporibus. non de diuitijs, non de ſtatu rerum humanarum ſed de ſalute animarum, de fidei dignitate, de Diuina Maieſtatis gloria agi ur.*

VII. Altè in ederat cogitatio hæc inclyti illius Imperatoris animo, Caroli videlicet V. vt conſtat ex Epiſtula, quam ad clariſſimam ſibl coniugem Imp ratricem direxit, quæque in Archiuo Altitudinis ſ æ ſeruatur, *libro 5* Regiarum Schedularum *folio 155.* in qua enixè eam petit, vt in fidei cauſis ſedulò inuigilet, ac præſertim Sanctum Inquiſitionis Officium quam maximè ei commendat. Et in codicillo, quem condidit, & in eodem *libro 5. folio 85* continetur, tanquam ſupremis & potioribus ſibi votis functurus, iterum Sanctæ Inquiſitionis Officium maximè foueri iubet: rationémque ſubiungens, ait: *por los muchos y graues daños, que por ella ſe quitan y caſtigan.* Eodem pietatis exemplo inclytus Hiſpaniarum Rex Philippus II. ſuprema vitæ ſuæ ſtadia his etiam votis coronauit: prout ex fragmento teſtamenti ſui conſtat, cuius hæc ſunt verba in hæred m Principem directa: *Sea muy obediente à la Santa Yglefia Romana. Y en eſpecial y particularmente le encargo, que fauorezca y mande ſiempre fauorecer al Santo Oficio de la Inquiſicion, por las muchas ofenſas de Dios nueſtro Señor, que por el ſe quitan: y en eſtos tiempos peligroſos, y llenos de tantos errores en la Fè, conuiene aun tener mas cuydado y aduertencia, que en los paſſados.* Eiuſdem cutæ ac pietatis, æquè ac ſanguinis & Regni hæredem ſe præſtitit præclariſſimus Monarcha Philippus III.Cuius ſtudium erga Sanctæ Inquiſitionis Officium ſatis præclarè micat in ſchedula ann. 1603 relata à ſapientiſſimo D.D.Ioanne de Solorzano Pereyra *tom. 2. de iure Indiar.lib 3 cap.24.num* 16.Cuius hæc ſunt verba. *El Rey. Marques de Montesclaros,pariente,&c. mi Virrey, Gouernador, y Capitan General de las Prouincias del Piru; ò la perſona,ò perſonas à cuyo cargo fuere el gouierno de ellas. Ya ſabeys lo mucho, que Dios nueſtro Señor es ſeruido, y nueſtra Santa Fé Catholica enſalçada por el Santo Oficio de la Inquiſicion, y de quanto beneficio à ſido a la vniuerſal Yglefia, à mis Reynos, y Señorios, y naturales de ellos, deſpues que los Señores Reyes Catholicos, de glorioſa memoria, mis viſabuelos, lo puſieron, y plantaron en ellos, conque ſe as limpiado de infinidad de Hereges, que à ellos an venido, con el caſtigo que ſe les à dado en tantos, tan grandes, ò inſignes Autos de Inquiſicion, como ſe an celebrado; que les à cauſado gran temor, y confuſion: y a los Catholicos ſingular gozo, quietud, y conſuelo; de que como veys, por carecer de eſta gracia otros Reynos, an padecido y padecen grandes deſturbios, inquietudes, y deſaſoſiegos, de que damos muchas gracias à nueſtro Señor, que aſsi lo va encaminando, haziendo tan gran bien à ellos, &c.*

VIII. Claudat hæc omnia pietatis exempla, non minùs eximium alterum, quod erga Sanctum Inquiſitionis Officium exhibuit Sanctiſſima, ac piiſſima Hiſpaniæ Regina D. Margarita Auſtriace ſiſt quæ vt refert Fr.Marcus de Guadalajara *in ſua Hiſtoria Pontificali, 5. part. cap. 1. lib. 7.* inter ſupremas teſtamenti ſui iuſſiones hanc vnam reliquit: *ſe digan dos mil miſſas por el aumento y conſeruacion de la Yglefia, y d l Tribunal Santiſſimo de la Inquiſition.*

IX. Tanto apud Deum eſt honore Inquiſitorum excellentia, vt ipſemet Inquiſitorum exercitium affectare videatur, vt fides ſtabili a permaneat errotéſque extirpentur. De Enoch ait Sacra Pagina, Geneſ.cap.5. verſ.24. *Ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* Eum in Paradiſum terreſtrem abductum fuiſſe, aiunt communiter Patres. Sic etiam habet Eccleſiaſt. cap.44. Sed qua de cauſa ſimul cum Elia præter rerum ordinem in Paradiſum tranſlatus eſt Dicam eum in vltimum diem reſeruari, cùm fides maxime periclitabitur:Hócque c nſilio & deſt natione Deum O.M. vltra conſuetas naturæ leg s viuum Enoch in Paradiſum tranſtuliſſe, nempe confirmandæ fidei gratia,eamque vltimis temporibus tuendi.Sic Thomas Anglicus,qui loquens de Elia aiebat: ſecundum teſtimonium Chriſti & Malachiæ Prophetæ, Elias fuit reſeruatus, vt in fine ſæculi filios Iſraël conuerteret: item ad confirmandam fidem, & maximam æſtimationem Magnalium illius vltimi temporis. Celebris occupatio quæ etiam Deum meruit fidei occupatum exercitio, in rebuſque fidei inuolutum. Geneſ.15 verſ.4. ait Dominus ad Abraham, loquens de Iſmaële eius filio. *Non eſt hic hæres tuus, ſed qui egredietur de vtero tuo,habebit hæredem.* Cùm habeat iam Abraham ex ancilla filium, cur non pollicetur eiex ipſa Sara coniuge eius,ſobolem ſuſcepturum? Sic enim certior redderentur, quod Pater futurus eſſet, & Sara Mater. Rectè incertum relinquit, an ex propria coniuge Sara, vel ex alia hæredem ſit habiturus, vt in negotio Fidei ſuam fidem exerceret, & Abraham ſcrutaretur fidem, ex illo aliquid erroris, aut dubio repellendo. Hoc meditatus eſt Lippomanus in ſu Catena: *Promittit filium Deus fideli ſuo;ſed nondum dicit,qua matre hoeque ad exercit um fidei.*

X. Sed neque hoc munus pro fideíque incrementis procurandis ſolicitudinem Deus dliuc viderot omiſiſſe, cum eius tacitum in ſcelerum inqu ſitione reg men quotidie præſentiamus; deo enim occulta crimina,nullumque ſui veſtigium humanæ inueſtigationi relinquentia paſſim deprehenduntur,vt rectè notat Paramus *de orig Inquiſit. tract. 2.c.4. ex n.36.cum ſequentibus.* Vt planè cuique liceat conieꝺtari, huic Sancto Tribunali ſpeci li Deum enſa,ac prouidentia ſemper eſſe aſſiduum.Hæc autem in re præſenti præter morem emicuit, vt ex caſus tenore perſpicietur.

XI. Porrò facti huius Officij pro illa tempeſtate moderamen tenebant Illuſtriſſ.viri D D.Thom. Rodriguez de Monroy:D.D.Franc,Marin de Rodezno (meū etiam hîc nomen,licèt Opellæ huius Authori, nec ſine rubore quidem inſero; vt integer Iudicum Chorus,Granatenſ. Tribunal ea tempeſtate componentiū,vno dicendi tenore conſtet.)DD.Didac.Ozores de Scqueyros Sotomayor:quorum nobilitati,litteris prudentiæ,ac religioni(ſubtractō nunc me volo huic commendationi,qui tantorum virorum numero nuper me miſcui, vereor ne maximam partem detraham,dum audaci eas calamo,dignis laudibus longè impare,extollere affectarim Quare & meæ audaciæ,& modeſtiſſimo ipſorum rubori tempeſtiue con-

ſulens, ab ingenti hac prouincia temperabo. Hoc vnom planè non ſileam, non ſine ſpeciali Dei prouidentia factum, vt tanti ſceleris calamitas hoc ſaltem fœlicitatis pro ſolatio haberet; tantis nempe ſub Iudicibus contigiſſe. Eorum enim vigilantiſſimus zelus, ſolertiſſima prudentia, incorrupta iuſtitia occultum adeo facinus, inexecrabile, infandum; patefecit, enodauit, ac tandem fœliciter puniuit: itam eximiis proptereà vindicibus fauſtiſſimũ deberi rei euentum, tota Ciuitas, pro ſui pietate, non ſine fauenti clamore, plauſúque gratulabunda fatetur. Res ergo, vt iam exordiamur, ita habuit:

XII. Curando dictæ Virginis *del Triumpho* cultui aſſidebat ex Granatenſis Senatus deſtinatione Fr. Franciſcus Alexander: ob id muneris genus, Hiſpano more, Eremitæ nomen adeptus: habitu prætereà vitæ inſtituto non diſſono. Is, quaſi iniuria in Deiparam commiſſa proximiùs ſe præ cæteris læſum agens, ſceleris enormitatem tum priuatis colloquiis ſæpius per vrbem extollebat; tum iuridicè argumenta ſuſpicionis ſuæ, & quid ipſe ſacra illa nocte vidiſſet, depoſuit. Cùm ergo inquiſitiones aliæ ſedulò adhibitæ euanuiſſent, periiſſétque DD. Inquiſitorum in indagando malefactore ſtrenuè impenſus labor; perpenſis poſt tacitè, & per moram prædicti Eremitæ depoſitionibus, magna in eum iodicia, ac præſumptiones ortæ fuerunt.

XIII. Primum quidem, ex varietate & inconſtantia, qua in depoſitionibus ab eo factis vſus eſt, altera apud, Sanctæ Inquiſitionis Tribunal, altera verò coram Licent. Domino Ludouico Henriquez, in Regia Granatenſi Cancellaria pro criminalibus cauſis Senatore. Nam apud Tribunal, die 10. menſis Aprilis aſſeruit, cum ipſe nocte illa quintæ feriæ in Cœna Domini apud dictam Virginem *del Triumpho* aſſideret, vndecima fermè noctis hora decem aut duodecim homines, enſibus & peltis obarmatos, illuc acceſſiſſe: qui cùm pluribus illum iniuriis, ac contumeliis priùs affeciſſent, multis deinde iactis lapidibus Sacram Virginis imaginem impetiuere: quos cum ipſe poſtero manè in fragmenta ex ictu diſſiliiſſe conſpiceret, ſimul animaduertit, illorum altero inferius columnæ fulcrum, cui Sacra imago incumbit aliquantulum fuiſſe comminutum. Addidit, prædictos homines per viam *de la Carreteria* appellatam diffugiſſe, ipſum verò in proximum Diui Ildephonſi templum ſe recepiſſe, ibique vſque ad ſequens manè in ſacello ſanctiſſimæ effigiei Chriſti *de la Columna* nuncupati, quaſi latitabundum permanſiſſe. Coram prædicto verò Senatore D. Ludouico Henriquez teſtatus eſt, præfatos homines vnum tantum lapidem in Virginis ſimulacrum iaculatos, ſéque poſteà per Portam viámque *de Eluira* receptiſſe: ipſum verò per ſuperſtitem noctem apud Virginis imaginem orationi incumbentem aſtitiſſe. Nunquam itaque in referendo facto, vt è teſtibus prætereà eſt acceptum, firmus ſibi vel conſtans inuentus eſt: iam prætereà addens, ſe vndecima eiuſdem noctis hora in obeundis templis (prout ea nocte Chriſtiani moris eſt) fuiſſe diſtentum: Iam verò, eo pietatis officio celeriter, perfunctum, præproperè rediiſſe.

XIV. Ex tanta autem in deponendo varietate & inconſtantia, magnum quidem indicium ortum fuiſſe, certiſſimum eſt, ſufficiénſque non ſolum ad inquirendum, ſeu carcerandum, ſed etiam ad torturam: nam ſi teſtis varius ob varietatem, ad eruendam veritatem torquetur, *Auth. de teſtibus, §. ſi verò adſunt, l. qui falſo vel varie 16. ff. eodem, l. ex libero, ff. de quæſtionibus, l. penult. tit. 30. part. 7.* Ant. Gomez 3. *tom. variar. cap. 13. num. 29.* Farinac. *de oppoſition. contra teſtes, quæſt. 66. à num. 98.* multò magis torquendus eſt reus principalis, dum varius inuenitur, *argum. text. in Authent. & magis Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* prout in puncto obſeruant Lucas de Penna *in leg. quoties à num. 28. Cod. de dignit. lib. 12.* Blancus *in l. fin. ff. de quæſtion. num. 220. iuncto num. 265. & ſequentibus*, & pluribus relatis Farinac. *de indiciis, & tortura reorum, quæſtione quinquageſima ſecunda, à num. 18. vſque ad 24.* Et in cauſis Fidei idem teſtantur Eymericus *in direct. Inquiſit. 3. part. titul. de cautel. Inquiſit. contra hæreticorum cauillationes, caut. 6. num. 104. & quæſtione ſexageſima prima, num. 2.* vbi etiam Franciſcus Peña *comment. 110.* verſ. *Prima regula eſt*, Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. libro ſecundo, capite trigeſimo nono, num. 79.* Præſertim ſi alia quæcumque coniectura ſeu adminiculum concurrit. Oſaſc. *deciſione ſeptuageſima nona, num. 18.* Riminald. Iuo. *conſil. 301. num. 15. lib. 3.* Farinac. *dicta quæſtione quinquageſima ſecunda, num. 29.* Petrus Cauallos *reſolut. crimin. caſ. 200. num. 136.* Et ex noſtris ſcriptoribus Eymericus & Peña *vbi ſuprà.* Simancas *de Catholica inſtitutione, titul 65. num 33.* Souſa *dict. lib. 2. cap. 39. num. 80.* Zanard. *in direct. Theolog. part. 3. cap. 93. fol. 512.* & aliis adductis à Diana *tom. 4. tract. 6. de tortura in Sancto Officio reſolut. 15.* Caſtro Palao *tom. 1. operum moral. t. act. 4. diſp. 2. punct. 9. num. 11.* Martin Delrio *lib. 5. diſquiſit. Magic. ſect. 4. verſ. 8. Eſt rei variatio.*

XV. Secundum, quod in multis, quæ firmiter depoſuerat, apertè fuerit mendacij conuictus. Facta enim inquiſitione, & teſtibus acceptis, certo fuit exploratum, ipſum per totam illam quintæ feriæ noctem in Templum, D. Ildephonſi, aut vllum eius ſacellum nec pedem intuliſſe: ictum prætereà columnæ, quem ipſe ex recenti lapidatione factum aſſeruerat, antiquiſſimum eſſe. Accedebat, quod Altare (ad ſacra quandoque celebranda, columnæ admotum ac ſubnixum) pro ſpeciali Sacræ illius noctis augendo cultu, ſerico fuerat paramento ornatum: eo autem tegebatur iſta columnæ pars: quæ proinde non potuit ea nocte iactui lapidum ferienda patere: nec in paramento ipſo vllum ictus, aut læſionis ſignum deprehendi valuit. Quibus omnibus Eremitæ depoſitio apertè probabatur eſſe commentitia, ipſéque indiciis plenus ad torturam de mendacio conuictus, vt ſentit Bart. *in l. de minore, §. plurimum, num. 4 & in l. fin. n. 3. ff. de quæſtionibus*, vbi etiam Blanc. *num. 265.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. num. 67.* Boſius *tit. de indiciis, & conſiderat. ante tortur. num. 36.* & plures alij relati per Farinac. *dict. quæſt. 52. num. 4.* Mat. Giurb. *conſ. 14. num. 12.* Quod indubitanter procedit, ſi quodlibet aliud accedat adminiculum, vt fatentur Menoch. *dict. quæſt. 89. num. 68.* Maſcard. *concluſ. 1040. num. 2.* Clarus *in §. fin. quæſt. 21. num. 28.* Farinac. *dict. quæſt. 52. num. 8. 9. & 10.* Giurba *dict. conſ. 14. num. 12. & conſ. 87. num. 27. & 28.* & in crimine hæreſis Simanchas *de Cathol. inſtit. tit. 65. num. 31. & 33.* Pena *dict. comment. 110.* Souſa *dict. lib. 2. cap. 39. num. 76. & 77.* Diana *dict. tract. 6. de tortura in Sanct. Offic. reſolut. 15.* Mart. Delrio *lib. 5. diſquiſit. Magic. ſect. 4.* verſ. *Sept. indicium.* Maximè quando plura ſunt mendacia, quoniam vnum ab alio adminiculatur, vt poſt Bart. & alios animaduertit Giurba *dicto conſilio octuageſimo ſeptimo, num. 26.* Diana *dicta reſolutione decima quinta.* verſ. *His tamen non obſtantibus.*

XVI. Tertium. Quod prædictus Eremita liberè depoſuerit, nullo interrogante, nec vocante. Et in depoſitione facta ante dictum Conſiliarium D. Ludouicum

douicum Henriquez aſſeruit, ſe ſcribendi ignarum: cùm tamen oppoſitum tum aliàs apertè conſtaret: tum verò, quia depoſitionem ante inquiſitionis Tribunal factam propria ipſe ſubſcriptione firmauit. Videbatur autem ſcribendi peritiam eò negaſſe, vt crimen tegeret; & ne de homine ſcribendi ignaro ſuſpicio haberi poſſet, quòd Libellum finxiſſet. Vt in ſimili arguit Mat. Giurba *conſ.* 13. *num.* 7. ibi: *Quia ſuſpicione non caret, cum id dixerit, quod à criminis præſumptione excuſaret.*

Quartum. Quòd variis occaſionibus multa ex verbis Libelli retuliſſet, adeò ſingulari, expreſſaque notitia, quæ niſi ab ſceleris authore vel participe haberi non poſſet. Cum alioqui Libellum, vt ipſe fatebatur, poſtquàm àd Tribunal delatus eſt, nec vidiſſet ipſe, nec legiſſet.

XVII. Quintum. Nam cum quidam coram prædicto Eremita retuliſſet, rumorem per vrbem ſpargi quòd ipſe Libellum finxiſſet, illicò ad obiectam ſuſpicionem expalluit; preſſóque de hac re ſilentio, & cadente vultu, ſermonem ad alia artificiosè tranſtulit. Subita autem ea vultus immutatio, quaſi ab animo non benè ſibi conſcio, deprehenſúmque, ſcelus timente proficiſcens; taciturnitas præterea ex compoſito facta, & in re adeò graui inexpiatam relinquens ſuſpicionem, tam vehemens indicium inducunt, vt per ſe ipſum, non ſolùm ſufficiet ad capturam, verum etiam ad torturam, *argum. text. in l. de minore* 10. *§. plurimum, ff. de quæſtionibus*, ibi: *Nam & de ſermone, & ex eo, qua quis conſtantia, qua trepidatione, quid diceret*, &c. *quædam ad illuminandam veritatem, in lucem emergunt.* Et ibidem notat Bartol. *num.* 2. *&* 4. *& in l. ſi num.* 2. *in fin. ff. eodem* Optimè Menoch. *de præſumptionibus libro primo, quæſt.* 89. *num.* 129. vbi ex aliis probat, quòd *tacens, & non reſpondens ei, qui rumorem ſpargi aſſerit, delictum fuiſſe ab ipſo commiſſum, præſumitur illud commiſiſſe, & indicium ad torturam ex hoc aduerſus eum oritur.* Farinac. *d. quæſt.* 52. *à num.* 40. maximè accedente alio quocumque indicio. Simanchas *d. tit.* 65. *à num.* 31. *&* 33. Dieacus à Canter. *in quæſt. crim. cap.* 2. *de probat. per teſtes quæſt.* 1. *num.* 20. Souſa *d. lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 81. Diana *dict. tract.* 6. *de tortur in Sanct. Offic reſolut.* 15. Binsfeld. *in l. vlt C. d. malefic. indic.* 16. Mart. Delrio *Diſqu. Magic. lib.* 5. *ſect.* 4. *verſ.* 23. *Si quis inimicorum obiectione, vel amicorum admonitione inſtimulatus taceat. & quaſi contemnas, ſilentioque eludas.* Nam obmuteſcere, pallere, ſeu inconſtanter loqui, ſigna euidentia ſunt ſceleratæ conſcientiæ, iuxta illud Sapientis *cap.* 17. *Cùm ſit timida nequitia, teſtimonium dat condemnationis: ſemper enim præſumit ſæua, perturbata conſcientia* Prouerb. *cap.* 10. *Pauor. his qui operantur malum.* Et notauit Demoſth. *in Orat. de falſ. legat. Conſcientia ſcelerum eripit audaciam, linguam reprimit, obturatos angit, ſilentium imponit.* Cum aliis adductis per Simanch. vbi ſupra Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *qu.* 89. *an* 71. Farinac. *d. qu.* 52. *n.* 43.

XVIII. Sextum Perſonæ qualitas. Si enim hæc penſata non inuenitur eſſe bonæ vitæ, ac famæ, non leue aduerſus inquiſitum, ex hoc indicium deſumitur, iuxta text. *in l. de minore* 10. *§. plurimum*, ibi: *Vel cuius exiſtimationis quiſque in Ciuitate ſua eſt ff. de quæſtionibus, l. non omnes* 5. *§ à barbaris ff de re militari* Et tradita per Menoch. *d. lib.* 1. *de præſumptionib. quæſt.* 89. *num.* 133. Farinac. *de indiciis quæſt.* 47. *à num.* 199 Giurba *conſ.* 15. *num.* 16. Et non obſcurè colligitur ex inſtruct. Matriten. anni 1561. cap. 18. vbi, quamuis Inquiſitores non poſſint cognoſcere de criminibus, quæ manifeſtam hæreſim non ſapiunt, etſi alia diuerſæ qualitatis accedant, tunc Fiſci Præfectum iubet crimina in eum accumulare, vt hæreſis crimina aggrauentur, & vt apertiſſimè conſtet ſcelerata eius conſcientia, vitæque forma, & inde ſumatur indicium, in eo, quod ad res Fidei, de qua agitur, ſpectat. Et per ſummariam indagationem, Reum eſſe hominem prauæ vitæ ac morum, hypocriſi notatum, multiſque ſceleribus adſtrictum, fuit deprehenſum. Quibus accedebat vitæ ratio ac exercitatio. In huiuſmodi enim Eremitis perſæpè plurima vitia reperiuntur, ſempérque præſumptio illa obſtat, quæ excipitur *ex l quidam ignauia* 26. *C. de Decurionibus lib.* 10 & ex D. Hieronymo *epiſt.* 5 *ad Ruſtic. Monach* ibi. *Videas nonnullos accinctis renibus, pulla tunica, barba prolixa, à mulieribus non poſſe diſcedere, ſub eodem manere tecto, ſimul inire conuiuia* &c. *& epiſt.* 22. *ad Euſtochium* de cuſtodi. virgini. multò poſt medium, vbi tanquam peſtes Sanctiſſimus Doctor. conſulit exterminandos, ibi. *His igitur quaſi quibuſdam peſtibus exterminatis, veniamus ad eos*, de quibus vide Iuuenal. *ſatyra* 6. *in princip.* Iulium Firmic. *lib.* 8. *cap.* 6. ibi: *Aliud ex fronte pollicentur, aliud latenter in moribus celant: ſunt enim auſtera facie, prolixa barba, obſtinata fronte*, &c. Exornat DD. Franciſcus de Amaya *in dict. l. quidam ignauia, num.* 11. *& ſequentibus.* Et omnes ferè teſtes tanquam exploratum habebant, ab eo fixum fuiſſe Libellum, ad pietatis incrementum erga Virginem *del Triumpho*, eleemoſynarúmque acceſſionem faciendam, exindeque ad maius ipſius Eremitæ lucrum. Quod videtur confirmari ex eiuſdem Libelli verbis, quæ præcipuè in dictam *del Triumpho* Imaginem dirigebantur.

XX. Septimum, ac vltimum indicium conficiebant conſtantes vulgi rumores. Omnes enim, aut occulto quodam veritatis genio quaſi diuinitus inſpirato ducti, aut Eremitæ indole ac moribus ritè perpenſis, clamabant, nefandum hoc ſcelus à nullo alio admitti potuiſſe. Atqui rumores maximum indicium præſtant, ſufficiens non ſolùm ad inquirendum, & in carcerem detrudendum, vt inquit Cinus *in l. nullus, num.* 3. *C. de exhibendis reis.* Bald. *conſ.* 364 *n.* 6. *lib.* 3. Crauet. *conſ.* 41 *n.* 6. & poſt alios Maſcard. *concl.* 754. *n.* 10. Clarus *in §. fin. quæſt.* 6. Farinac. *qu.* 47 *n.* 39. & in noſtris terminis Mart. Delrio *lib.* 5. *Diſquiſit. Magic. in* 2. *append. quæſt.* 7. *in princ.* Sed etiam ad torturam, iuxta text. *in l. de minore* 10. *§. plurimum, ff. de quæſtionib. l.* 3. *§. eiuſd ff de teſtibus*: & vtrobique notat Gloſſa, & communiter DD. & expreſse probat *l.* 3. *titul.* 30 *part.* 7. vbi notat Greg. *gloſ.* 1. Ant. Gom. *tom.* 3 *c.* 13. *n.* 10. Maximè, ſi vt in præſenti fama eſt vehemens. Iaſon *in l. admonendi, num.* 205. *ff. de iure iur.* Felin. *in c. veniens, num.* 15. *de teſtibus.* Clarus *in §. fin quæſt.* 21. Franciſcus Viuius *deciſ.* 533. *num.* 2. Peguer. *deciſ.* 17. *num.* 36. Menoch *lib.* 1. *de præſumpt quæſt.* 89. *num.* 52. Farinac *de indic. & tortur. quæſt.* 47. *num.* 28. Mart. Giurba *conſ.* 13. *num.* 18. *circa finem.* Et ex noſtris Peña 3. *part. Director. commen.* 110. Souſa *in Aphoriſm. Inquiſ. dict. lib.* 2. *cap.* 39 *num.* 59. Mart. Delrio *lib.* 5. *Diſquiſit. Magic. ſect.* 3. *colum* 5. verſ. *Nam fama vehemens.* Caſtro Palao *tom.* 2. *oper. moral. tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 9. *n.* 9. Diana *d. tract.* 6. *de tortur. in Sanct. Offic. reſolut.* 13. Paramo *de Origine Inquiſitionis lib.* 3. *quæſt.* 6. *n.* 41. Trulleuch. *lib.* 8. *in expoſit Decalogi, c.* 1. *dubio* 17. *ex num.* 1.

XXI. Vel ſi ſumus in delicto difficilis probationis, Menoch. *dict. lib.* 1 *q.* 89. *n.* 34 Farinac. *d. q.* 47. *num.* 11. Azeued. *n. l.* 3. *num.* 85. *&* 86. Zeuallos

comm.quæſt.302.num.10.Mar. Giurbá conſ.13.n.18. & conſ.43.n.19.& conſ. 87.n. 21.& 25. circa finem. Vel ſi alia acceſſerint adminicula, Bald. conſ.364. n.6.lib 3.Farinac.dict.quæſt.47.n.17.28.& 35.Azeued. dict.n 86.Petr. Caual crimin. reſolut.caſu 200. num. 134 Mar.Giurb dict conſ.13.num.18.& conſ 43 n.18. & conſ.87 n.21. & 25.Et in noſtra ſpecie Scaccia de indiciis lib.1.cap.95.n 1.verſ.Si ſumus in crimine hæreſis Canter. in quæſtionibus crim. c.2. de probat. per teſt.quæſt.1.num.8.Peña, Ant.à Fonſeca, & Ferdin. à Caſtro Palao vbi proximè, Mart. Delrio dict.l.5.in append.1.quæſt.7.Diana de reſolut.13. His igitur indiciis, iuſtè quidem reum in carcerem detrudi poſſum eſt, ſi quidem ſufficerent ad condemnandum. Licèt enim in crimine hæreſis, vt quis pœnæ ordinariæ addicatur, plena, & concludens requiratur probatio, cap. literas de præſumpt. ibi: Quocirca mandamus, quatenus eum propter ſolam ſuſpicionem, quamuis vehementem, noluimus illum de tam graui crimine condemnari Albert. in Rubr.C.de hæret num.10.Rojas in tract.de hæreticis, quæſt.2.aſſert.6.num. 105.& ſequentibus. Simanchas de Cathol inſtitut.titul.50.à n 21.& tit.51. à num 2. & in Enchirid.titul. 34.n 1. Farinac. de hæreſi quæſt. 187.§.1.à n.2.vſque ad 8.Peñ.2.p.direc.com.80.Ant. à Souſa lib.2.Aphoriſm.cap. 5.à n. 8. Declan. tract. crimin.lib.5.cap.35.n.20.Param.de orig Inquiſ. lib.3. quæſt.6 à n.86.Diana tom.4.tr.8. de officio & poteſt. Inquiſit reſolut.36.Caſtro Palao tom.1.oper.moral.tr. 4.diſput.8.punct.10.n.1.Indicia tamen, & præſumptiones ſufficiunt ad condemnandum in pœnam extraordinariam, & purgationem, ſeu abiurationem indicendam, cap. accuſatus 8.in princip. cap. vt officium 11.ibi Necnon contra infamatos de hæreſi, vel ſuſpectos, iuxta ſanctiones Canonicas (hominum metu, diuinoque timore poſtpoſito procedatis, &c.cap.de hæretic.lib.6.cap ad abolendam 9.§.qui verò, cap. excommunicamus 13.§. adiicimus, & §. qui autem, eadem tit.in Decretal.Inſtruc. Matritenſ.ann. 1561 cap.46.& 47.Simancas d.titul.50.à n.21.& titul 51.n.12.Gundiſ.à Villadieg.in tr.de hæretic.quæſt. 13.n.21.& 22.Albertin.in tract. de agnoſcend.aſſert. quæſt.34. n.56 & ſequentibus, Peña d. part. 2. com. 80.verſ.Sed hanc ſententiam, Rojas d.p. 2.n.304. & ſequentibus. Farinac. d.quæſt.187.num.9.Paramo d.l. 3.quæſt 6.n.90.Souſa dict.cap.5.n.11.Diana d.reſolut. 36.Caſtro Palao d.punct.10 n.1.Trulleneh lib.8.Decalogi, cap.1.dub 21.num.15.Vel ad torturam inferendam, dummodò indicia magna, & vrgentia ſint, d.Inſtruct.Matrit.cap.48.Simancas de Catholic inſtitut.titul.65.per totum, & in Enchirid. titul. 52.à n.5.Eymerie.in direct.p.3.qu.61.vbi Peña com. 110.& pluribus adductis à Farinac. de hæreſ.quæſt. 185.à num 140. Mart Delrio d lib. 5. diſquiſit. ſect. 3.& 4.Anton.à Souſa lib. 2.cap.39. à num.6. Diana tom.4.tr.6.de tortur.in S.Officio, reſol.1.& 2. Caſtro Palao dict.diſp.8 punct 9.à n.2.

XXII. Si verò hæc indicia ſuis ponderib. examinata ad torturam, vel pœna extraordinaria damnandum, ſint idonea, erunt ad capturam aptiora, tanquam actus minùs nocens. Vt animaduertit Rojas de hæreticis, p. 2.aſſert.1.n.24.& ſequentib. & poſt Brun.Boſius, & Farinac. Eleganter Mart.Delrio d.lib.5.diſquiſit. Mag.ſect.1.in princip.ibi: Conſtat, eò clariora, & verò ſimiliora, & propinquiora requiri indicia, quo actus iudicialis maioris præiudicij fuerit reo; vt ad condemnationem, quàm ad torturam, ad torturam quam ad capturam; ad capturam, quàm ad inquiſitionem. Hoc ſuadet naturalis ratio, & æquitas, & receptum eſt cõmuni conſuetudine.

XXIII. Vnde non ſunt audiendi Simancas Enchirid.tit.25.à n.2.Paramo lib.3.de orig.Inquiſit. q.9. num.32.qui plus quàm ſemipleoam probationem ad incarcerandum requirunt.Nam, ſi ſemiplena probatio,vel indicia,& præſumptiones ad torquendum in crimine hæreſis ſufficiunt: Inſtruct.Matritenſ. anni 1561. cap.46. ibi: Quando eſtà ſemiplenamente prouado el delito, ò ay tales indicios contra el Reo, &c.iuncto cap.48.Inſtruct. Hiſpal anni 1584 cap.15. in princip. Minor probatio, & leuiora indicia ſufficere debent ad incarcerationem, cùm minoris præiudicij, & infamiæ ſit, vt ſuprà diximus.

XXIV. Quare certiſſimum eſt, & indubitatum, in hoc crimine, vt ad incarcerationem deueniatur, plenam probationem non eſſe neceſſariam, vt colligitur ex Inſtruct. Valliſolet.anni 1488.cap. 3. ibi: Y no ſe detengan (Rei ſcilicet in carcere) à cauſa de no auer entera probança. Imò nec ſemiplenam, ex ſuprà adductis; ſed indicia, & præſumptiones ſufficere. Inſtruct Matrit.anni 1561.cap.4.vbi ſi teſtificatio ad capturam non eſt ſufficiens, iubetur, ne in Reum vlla indagatio fiat ſed vt noua indicia, & probatio ſuperueniant, expectetur, His verbis clarè ſupponens, ad incarcerationem, indicia ſufficere, vt teſtantur Eymeric.in Direct part.3.rubric de forma examinandi teſt. n.73 & ibi Peña comm.17.litera E, verſ Ego in hoc articulo. cum ſequentibus. Idem Peña part. 3 comm.108.§ poſtremo, & comm.142. §.verumtamen. Eruditè Sigiſm. Scacc. lib. 1 de indic. cap.44.n.1. & ſequentib. Canter. in quæſtionibus crimin.cap.1.de probat.per teſtes, quæſt. 1.n.60. Marc. Ant G m.in praxi Archiepiſcopali, cap 68. num.1. Rojas d.part.1.aſſert.1.n.22.& pluribus ſequent. Farinac.d quæſt.185.§.1.n.7.Souſa lib.2.Aphoriſ.Inquiſit. c.2.n.5.& 10 Diana tom. 4.tr.8. de offic. & poteſt.Inquiſit.reſol. 11. Caſtro Palao d.tra. 4.diſp. 8. punct.4.n.3.Mart. Delrio d lib.5.ſect.3.verſ. Ad aſſumendas.

XXV. In hoc enim ſenſu accipiendæ ſunt Inſtructiones Hiſpalenſis anni 1484.c.11.ibi; Deſpues que precedente legitima informacion para, lo prender, fuere preſo: Et Abulenſis anni 1498. cap.3 ibi: Item que los Inquiſidores tengan tiento en el prender, y no prendan a ninguno ſin tener ſuficiente probança para ello. Nam hoc non de plena, ſed de præſumptiua probatione intelligendum eſt; quæ ad actum incarcerationis, vt iam diximus, ſufficiens indicatur, Sicut etiam accipiuntur verba textus in l.nullus 1.C.de exhibendis reis Nam licet ibi dicatur: Nullus in carcere priùs quàm conuincatur, omnino vinciatur: Non tamen requiritur, quòd plena probatione reus conuincatur; ſed quali quali præſumptione, vt ibidem Accurſius gloſ. 1. & cæteri Doctores communiter notant. Farinac. tom.1.tit. de carcere, & carcerat.q.27.n.117.cum ſequent.

XXVI. Quamuis enim captura tantum, in cauſis Fidei, maiorem infamiæ notam inorat, quàm in aliis condemnatio, in captura tamen debet procedi magna omnium concordia, conſiliique maturitate, vt præcipit Inſtructio Abulenſis anni 1498. c.3.cuius verba numero præcedenti retulimus: vbi enim maius periculum, cautiùs agendum eſt, cap. vergentis, de hæretic.cap.vt officium §.verum, eodem tit.lib. 6 c.vbi periculum, de electione. Ob idque maiora indicia requiruntur, quàm in aliis criminibus, vt prudenter conſiderarunt Villadieg.in tract.de hæret quæſt.13.num.4.Simancas de Cathol.Inſtitut tit. 16.à num.2.Et in Enchirid.tit.25. à num. 3. Paramo lib.3.de orig.Inquiſit.quæſt.9.num.33. Peña in Direct. 3.par comm.17.verſ.Dixi verò, Rojas de hæret.part.2

aſſert.1.

aſſert. *à num.*12.*vſque ad* 20.Sigiſm.Scacc.*lib.*1.*de indic.cap.*44. *num.*1. Et regula certa tradi non poteſt, quæ indicia ad capturam ſufficient:nam hoc ex arbitrio DD.Inquiſitorum pendet, qui inſpecta delicti,& perſonæ qualitate,cæteriſque circunſtantiis, æſtimare debent, an grauia & ſufficientia ad capturam ſint indicia. Vt ex Vlpiani reſponſo colligitur *in l.*1.*ff. de cuſtod. & exhibit reorum*, ibi:*De cuſtodia reorum Proconſul æſtimare ſolet, vtrùm in carcerem recipienda ſit perſona, an militi tradenda, vel fideiuſſoribus committenda, vel etiam ſibi* Hocque vel pro criminis, quod obiicitur qualitate, vel propter honorem, aut propter ampliſſimas facultates, vel pro innocentia perſonæ, vel pro dignitate eius,qui accuſatur, facere ſolet:& notarunt Farinac *tom.*1.*quæſt.*27.*n.*126.Salgad *de Reg. protect.part* 2.*cap.*4. *num.* 133. Et apertè in noſtris terminis ſentit Clem.V.in Concilio Vienenſi relato *in Clement.*1. §. *propter quod. de hæret.*vbi conſcientiæ, ac arbitrio Epiſcoporum, Inquiſitorum, aut cuiuſlibet illorum id reliquit, ibi:*Sic quod quilibet de prædictis, ſine alio citare poſſit, & arreſtare, ſiue capere, ac tuta cuſtodia manc paro, ponendo etiam in compedibus, vel manicis ferreis, ſi ei vi ſum fueris faciendum, ſuper quo ipſius conſcientiam oneramus.*Vmbert.Locat. *in pract.iudicial. Inquiſit.verb.captus*, verſ *In criminalibus tamen relinquitur arbitrio iudicis* Rojas *d.part.*2 *aſſert.* 1. *num.* 34.& 35.Scaccia *dict.cap.*41 Paramo *d. quæſt.* 9.*à n.* 33 Martin. Delrio *lib.*5.*Diſquiſit. Magic. ſect* 7. *in princip.*verſ.*Capi tamen non poterunt.*Et verſ. *Quoad perſonas.*Farinac. *de hæreſ. quæſt.* 18 *n.*70.*in fin.* Ant à Souſa *lib.*2 *Aphoriſm.c.* 26 *n.* 7 Diana *tr.*8.*de officio, & poteſt.Inquiſit.reſolut.*11.*in fi.*verſ. *Sed in caſu occurrenti.*

XXVII.In noſtro verò caſu, nulli dubium eſt, quin indicia quæ aduersùs Reum erant, apta, & idonea meritò iudicata fuerint, non ſolùm ad carceris detruſionem, verùm etiam ad torturam:cùm enim quodlibet eorum non ſufficeret, quia vnum indicium, regulariter ſufficere non ſolet, vt pluribus adductis teſtantur Peña *in direct part.* 3.*comm.* 110.Seraph.Freit.*in addit.ad tr.de confeſ.ſolic. quæſt.* 4.*n* 25.Guazin.*tom.*2.*lib.*1.*defenſ.* 30.*c.* 4 *n.*12. Diana *tr.*... *de tort. in S Offi. reſolut.* 4 Saltem omnia ſimul, negari non poteſt, quin ſufficiant, ex latè additis circa vnumquodque prædictorum indiciorum;nam indicia, licèt imperfectè, & per teſtes ſingulares probata, coniunguntur ad Reum conuincendum, ſi in eundem tendunt finem, *argum. text.in l qui ſententiam* 16.ibi:*In vnum conſpirantes, concordantéſque rei finem*, *C.de pœnis.*Alex.*conſ.*77. *ad fi.volum.*1.Blanc.*de indic.n.*368.Guazin.*d.defenſ.* 30.*cap.*31 *num.*1.Maſc.*conſ.* 1223.*à num,* 32. Honded.*conſ.*102.*n.*85 *lib.*1.*& conſ.*98.*num* 20. *volum.*2. Mart.Giurb.*conſ.*87.*n.*19.Hæc enim eſt veritatis vis. Nam omne verum vniformiter conſonat: &, ſi hoc non eſſet certiſſimum, facilè variaretur, vt inquit Ariſt.1.*Ethic.cap.*8.ibi:*Vero conſonant omnia, falſo autem citò diſſonat verum.* Seneca epiſt. 103. ibi:*Veritatis vnanimis, vna facies eſt; numquam autem falſis conſtantia eſt, variantur, & diſſident.* D. Hieronymus *in prolog.Oſeæ.*Chryſoſt. *in Euang. Ioannis, homil.*28.*& homil.*57.

XXVIII.Præſertim in criminibus difficilis probationis, ſicut in hoc ſuprà notabatur, non ſolùm ſuapte natura, vt cætera, quæ hæreſim ſapiunt, vt notarunt Rojas *de hæret.part.*2 *num.*295. *&* 296.Simanchas *de Cathol.Inſt titul* 65.*num.*51.ibi: *Et eò magis in hæreſi, quo cæteris criminibus, ſolet eſſe occultior.* Et *in Enchirid. titul.* 52 *num.* 26. Seraph. Freit *in addit.ad tr.de confeſſ.ſolicitanti.quæſt.* 4 *num.* 29. Delrio *in Diſquiſit. Mag.lib.*5. *append* 2. *quæſt.* 22.Diana *tom.*4.*tr.*6.*de tortur.in S.Offic. reſolut.* 1. Sed etiam quòd commiſſum fuiſſet tempore nocturno Gloſſa Angel.& Cuma *in l. ſi cum exceptione, §.in hac, ff.quod met.cauſ.*Bald.*conſ.*77. *num.*5. *lib.*3.Menoch.*lib.*5.*præſumpt.* 46. *num* 1.*&* 2.*& de arbitrar.caſu* 116.Azeuedo *conſ.*28.*num.*64.Ripa *de nocturno tempore, cap.*3 *num.*15.Mar.Giurba *conſ.* 8 *n* 12.Vbi, quòd nox efficit, quòd delictum vix probari poſſit, illúdque qualificat, & aggrauat. Plura congerit DD Ioannes Perez de Lara, vir accuratiſſimè doctus, atque eruditus, & S. Officij Conſultor meritiſſimus, Regiúſque Fiſcalis, & Regius Conſiliarios(hoc enim nomine Regios Fiſcalès inſigniunt Petr.Greg.*lib.*49.*ſyntagmat cap.* 7. *num.*6.Anton.Rubeus *conſ.*81 *num.*1 *in allegatione contra D Iuan de Santa Cruz, ex n.*2.

XXIX. Et in criminibus difficilis probationis, non eſt dubium, quòd leuiora indicia ſufficiunt, ex Bald.*in l.quicumque, n.*2.*&* 25 *C. de ſeru. fugit. & in l.*3.*n.*3.*C.d.de Epiſc. Aud.* Azeuedo *dict. conſ.* 28.*à num.*60 Guazin. *reor defenſ.*30. *cap.*4. *num.* 9. Decian.*lib.*7.*crimin.c.* 24. *num.* 10. Mart. Giurba *d. conſ.*8 *n.*11. Conferunt, quæ vtiliter, & eruditè, vt ſolet,tradit DD. Chriſtophor. de Moſcoſo & Corduba, vir equidem omnium dignitatum benemeritus, & in omni literarum genere verſatiſſimus, *en la reſpueſta del caſo ſucedido en Palacio el año de* 1636.

XXX. Tale quoque crimen, vt atrociſſimum, poſſet obſtringere. In atrociſſimis namque minora etiam indicia requiruntur, cùm in illis licitum ſit iura tranſgredi, ſolemnitates non adhibere;& ordo iuris, ordinem non ſeruare, *c ad noſtram* 3. *vbi Gloſſa de iureiurando,cap. euidentia de accuſationibus, l.ſi verè, §.qui pro Rei ff.qui ſatiſdare cogantur, l.*1.& ibi Batt.*ff.de furtis*, Bald.*in l.quia ergo, §.pœna grauior, columna* 4 *ff.de his qui notantur infamia*, vt obſeruauit Innocentius *in cap* ... ſ*luunt* & poſt alios Menoch. *de arbitrar.lib.* ... *quæſt.* 84.*à num* 9.Maſcard.*concluſ.*1... *à num.*13 Farinac. *de indiciis quæſt.*37 *num.*85.*& ſequentibus.*Anton. à Souſa *in Aphoriſm.lib.*1.*cap.*19.*num.*12.

XXXI. Ob hæc igitur indicia prædictum Eremitam in carcerem abduci, iuſtiſſimè imperatum eſt Cùm verò præceſſiſſent tres ordinariæ monitiones, diuerſis diebus factæ,vt de more habent in S.Officio, & vt conſtitutum eſt in Inſtructionibus Matritenſ. anni 1561. cap. 15 diligentiæque aliæ ad indagandum fuiſſent adhibitæ, mox ac, comparatione facta aliarum ſcriptionum dicti Eremitæ cum Libelli characteribus, deprehenſum eſt, literarum geniũ eſſe ſimillimum,ac pene eundem; eiuſdémque proinde manûs, & Authoris; à Sanctæ Inquiſitionis Fiſcali, vt crimen ei obiiceretur, fuit vocatus; Reóque delatione perlecta ſtatim crimen ingenuè confeſſus eſt. Profundáque ſui ſceleris pœnitentia repentè concuſſus, cœpit altiùs vitæ ſuæ curſum, & rationem repetere, a exponens,ſe grauiſſimæ cuiuſdam Religionis ac familiæ religioſum eſſe, laïcum & Profeſſum: ob diſcordias tamen, & ſimultates in ea contractas, fugam feciſſe, & Religionem aliquot antè annos deſeruiſſe; Ac quia, dimiſſo licèt habitu, pietatis ac Religionis ſtudium in eo non perierat, in Hieroſolymam ſe contuliſſe, ibíque ſancta Inuiſiſſe loca: vbi, in Deiparam præſertim æſtuante affectu, quaſi in deuotionis monimentum ſacras quaſdam ſuis brachiis

nota

notas impreſſerat. In dextro quidem Cruces quaſdam Hieroſolymitanis ſimillimas; nec non S & claui ſignum, inſtar ſtigmatici ſerui Poſteà D P. Deinde, *Concepcion*; & has literas D. M. S. A. T. cum apice *ſupra*. Quibus ſignificari videbatur, *Eſclauo de la puriſſima Concepcion de Maria Santiſſima*. Demum legebantur hi numeri, 1636. vt inuſtionis antiquitas conſtaret. Siniſtro brachio inſcripti erant hi characteres, I N. R. I. & deinde, *ſea con migo* Addit, è Hieroſolymis in inferiorem Pannoniam fuiſſe dilapſum: & in Viena vrbe templum Virgini *de la Concepcion* dicatum conſtruxiſſe. Demum in Granatenſem hanc vrbem rediiſſe, vbi ſe, ſuámque operam Virgini *del Triumpho*, eiúſque cultui curando conſecrauerat. Cùm autem animaduertiſſet, de abſoluendo ædificio non agi, (deſunt enim noui adhuc cratei ferrei ad arcendum longinquiùs ingreſſum; nouáque haſtilia ad ſuſtinendas lucernas in Virginis cultum integris ſemper noctibus ardentes) reperéque fidelium deuotionem, nec augeri iis quibus par foret incrementis: Ac licèt Iudices Sæcularem, & Eccleſiaſticum monuiſſet de miraculo à Sanctiſſima Virgine patrato, cuius ope puer quadrigæ rotis protritus iuxta Virginem *del Triumpho*, incolumis, ac illæſus euaſerat; nunquam tamen illius verbis fidem fuiſſe adhibitam, nec vllum crediti miraculi argumentum emicuiſſe: His (inquiebat) omnibus fuiſſe permotum, vt ſacri illius loci cultum, ac venerationem curaret augeri: eóque conſilio Libellum figere ſtatuiſſe, multis aduersùs Deiparam conuiciis, ac contumeliis plenum, quæ potiſſimè in Virginem *del Triumpho* dirigerentur. Vt verò ſceleris ſuſpicionem à ſe auerteret, & in aliquem Iudaici ſanguinis conijceret (in quos pronior eſt ſuſpicio) Moſaycæ legis commendationem & Chriſtianæ abiurationē in Libello ſcripſiſſe. Ac ne demum Luſitanus aliquis putaretur fuiſſe criminis author, ob ídque eius nationis homines à cæteris malè haberentur, addidiſſe Caluiniſticæ Sectæ commendationem: In ídque conſilij, Dæmonis, vt iam tunc putabat, aſtu fuiſſe deductum. Exiſtimabat enim, eo medio compendioſiùs conſecuturum, vt ad expiādum Libelli nefas, Populi deuotio feruidiùs concitaretur; & in Virginis honorem auguſtiſſimæ ſolēnitates, & omni pompa ac magnificentia plenæ inſtituerentur, & celebrarentur; inceptum abſolueretur ædificium, veneratio ac cultus augeretur, ſaccr demum ille locus & ciuitatis huius, & vicinorum oppidorum cōfluxu frequentiſſimus ac celeberrimus fieret. Abfuiſſe itaq; tantùm, vt animus ipſi fuerit hæreticalis prædictum Libellum figendo, erroréſve in eo contentos crediderit; vt potiùs, contrariis omnino votis, maiorem Virginis honorem, & cultum hinc augendum ſemper intenderit, tanquam vir erga Deiparam fidelis, tanquam Chriſtianus etiam, & Catholicus, piiſque & Catholicis Parentibus natus.

XXXII. Hac confeſſione facta, cauſáque fulminata, atque concluſa, ad eius terminationem, duo dubia præcipua ſe ſe obtulerunt. Primum, Vtrùm Reus deberet torqueri, pro complicibus habendis, vel ſaltem ſuper intentionem, quam dicto Libello figendo, eiúſque verbis ſcribendis negabat habuiſſe. Secundum: qua pœna dignus eſſet, cùm ad terminationem in principali deueniretur: Vtrùm relaxandus, an pœna extraordinaria plectendus?

DVBIVM. I.

XXXIII. IN primo dubio. Si Reus deberet torqueri: quòd in criminibus hæreſis, & contra Fidem, de ſe confeſſus, poteſt de ſociis interrogari, vt talia delicta ob communem omnium ſalutem extirpentur. Ad textum *in cap. ut Fidei fauorem, de hæret. lib. 6. cap. literas, de præſumpt. l. quicumque 9. Cod. de Maleficiis, & Mathemat.* ibi: *Ne facinoris ſocios publicaret.* Salicetus *in l. quoniam liberi num. 5. Cod. de teſtibus* Peguer. *deciſ. 1. num. 13.* Paramo *de origine Inquiſit lib. 3. q. 9. à num. 182* Farinac. *de indic. & tortur. quæſt. 43. num. 8.* Simanch. *de Cathol. inſtitut. titul. 44. de ordine proced. num. 27. & 28.* Mart. Delrio *lib. 5. Diſquiſ. Magic. ſect. 3. in 2. indic.* Tibet. Decian *lib. 5. tract. crimin. cap. 36. num. 19.* Quinimo licèt non interrogetur, tenetur ſocios propalare, iuxta illud Deuteronomij cap. 13. ibi: *Si tibi voluerit perſuadere frater tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus, vel filia, ſiue vxor, quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus, quem diligis vt animam tuam, clam dicens: eamus, & ſeruiamus Dijs alienis, quos ignoras tu, & patres tui cunctarum in circuitu gentium, quæ iuxta vel procul ſunt, ab initio vſque ad finem terræ; non acquieſcas ei, neque audias, neque parcat ei oculus tuus, vt miſerearis, & occultes eum.* Et Deuteronomij cap. 17. Hieronym in Iob. cap. 15. in hæc verba: *Sapientes illi in Chriſto ſunt, qui ſatisfactione pœnitentiæ, peccata ſua, vel errores hæreſeos, conuertendo ſe ad Deum, fideliter confitentur, & authores vel criminum ſuorum, vel dogmatum, manifeſtant* Sanctus Thomas 2.2. q. 3.. & q 70. Sotus *de detegend. ſecret 2 memb. quæſt. 4.* Albert. *lib. de ſecret. num. 81.* Alphonſus à Caſtro *lib de iuſt. hæret. punit. cap. 25.* Simanchas *de Cathol. inſtitut. titul. 14. num. 21. & titul. 19. à num. 1.* Paramo *lib. 3. dict. quæſt. 9. à num. 181.* Hæc enim crimina ſæpiùs cum complicibus perpetrantur, ideóque non ſolùm poteſt interrogari, & inquiri, ad ea patefacienda, ſed per præſumptionem, quæ remanet, complices ſemper fuiſſe, Rei non iudicantur plenè confeſſi, & pœnitentes, niſi detegantur. Vt ſentit D. Auguſt. Deut. epiſt. 64. ibi: *Hæretico petenti pœnitentiæ locum, tunc credatur, ſi & alios, quos illic nouit eſſe manifeſtauerit nobis.* Et ſolum per hanc præſumptionem, contra eos ad torturam poteſt procedi ad complices detegendos, vt teſtatur Vmbertus Locat. *in iudicial. Inquiſit. verb. Hæreticus, num. 45. & verb. indicium, num. 131 & verb. Inquiſitio num. 1.* Et poſt iudicialem inquiſitionem inter decreta Congregationum, in vltimo decreto referens decretum Pauli IV. & Pij V. vbi arbitrio Iudicum remittitur tortura reorum confeſſorum, & conuictorum de hæreſi pro vlteriori veritate habenda, & pro complicibus. Diana *part. 4 tractat. 6. de tortur. in Sancto Officio, reſolutione 27.* verſiculo *Notandum eſt, in fine,* Sanchez *lib. 6. conſil. capit. 3. dub. 22.*

XXXIV. Tum quia ſaltem, cùm maxima ſunt indicia, aut ſemiplena probatio adeſt, crimen cum complicibus fuiſſe commiſſum, pro eis habendis tortura inferri debet. Vt colligitur ex Inſtruct. Matrit. *anni* 1561. *num.* 45. ibi *Si el Reo eſtauiere negatiuo, y eſtà teſtificado de ſi de otros complices: y dado caſo que aya de ſer relaxado, podrá ſer pueſto à queſtion de tormento.* In caput alienum tradit Simanchas *de Cathol. inſtitution. titul. 65. de torment. num. 59. & 60.* Et *in Enchirid. violata Religionis, titul. 52. num. 30. & 31.* Zanchin. *in tractat. de hæret. cap. 9.* verſic. *Et hoc caſu.* Et ibi Campe. Paramo *dict lib. 3. quæſt. 9. num. 184.* & aliis adductis à Farinac. *de hæreſi, quæſt. 185. §. 8. num. 133.* Cantera *in quæſt crimin. rubric. de quæſt. ſangent.*

*gent.probat.quaſt.2.de probat.per teſtes.§. 2. de indi. ciis ſufficient.ad tortur.num.*51.& alios referens Diana *d reſol.27.*verſ.*Notandum eſt tamen.* Caſtin Palao *tom* 1.*oper.moral.tract* 4. *diſp.*8.*punct*,9.*n.* 19.Et in noſtro caſu ſex teſtes erant, qui eadem nocte Feriæ Quintæ audiuiſſe depoſuerunt hominum ſtrepitum & clamores, per vrbis vias Moſaycam legem extollentium: quod non ſolùm erat ſufficiens ad ſemiplenam, ſed etiam probatio concludens videbatur, Reum ab aliis fuiſſe conſociatum, & alios quampiures in hoc crimine interueniſſe.

XXXV. Tom denique, quia confeſſus Libellum ſcripſiſſe, atque fixiſſe, animumque hæreticalem denegans, iam quòd tanquam negatiuus non deberet relaxari, de quo infrà latiùs agetur, ſaltem videtur ſuper intentionem torquendus, vt animaduertunt Rojas *de haret.part.*2. *à num.*302.*&* 306.Canrera *in quaſt.crimin.rubric.de haret. cap.* 1. *dub.*6.*num.*69.Peña *in Direct.Inquiſit. parte* 2. *comment.*57.*§.Quod ſi non compareant ſponte.* Simanch. *de Cathol.inſtit.tit.*65.*num.*52.Farinac.*de hareſ.quaſt.* 269.*num.* 55.verſ. *Vide tamen*, *& n.*57.*cum ſequentibus.* Anton.à Souſa *in Aphoriſm.Inquiſit.lib.* 1.*cap.* 13.*num.*11.Diana *tract.*7.*de pœn.delict.reſolut.*34.ob doli, ac prauæ intentionis præſumptionem, quæ in criminibus remanet:alio enim modo, facillimè Rei liberarentur, dicentes, crimen perpetraſſe abſque animo delinquendi, iuxta text. *in l.ſi non conuitij*, *C. de iniuriis*, *& in c.*1. *de praſumpt.* ibi: *Sicut noxius eſt*, *qui inilcit lanceas*, *& ſagittas in mortem*,*ita vir fraudulenter nocet amico ſuo*, *& cùm fuerit deprehenſus*, *dicit ludens feci.*

XXXVI. Sed his non obſtantibus, contrarium viſum fuit. Primò:Nam vtrùm procedi debeat ad torturam, & an ſufficiant indicia, vel non,eſt materia Iudicibus arbitraria:omne enim illud Iudicium arbitrio dependet, qui crimine, & circumſtantiis animaduerſis, prudenter, quid interſit ſunt arbitraturi;argum,tex.*in l.de minore §. plurimum*, *ff. de quaſt.*cùm latè adductis per Farinacium *de indic. & tortur.quaſt.*37,*à num.*192. & in crimine hæreſis probant Rojas *in tract de haret part.*2.*num.* 191, Decian.*lib.*5.*tract. crimin.cap.*35. *n.*20. *poſt medium.* Peña *in Direct.p.*3.*commen.*,9.*litera D.& quaſt.* 61. *comment.*110.Farinac.*de hareſ.quaſt.* 185. *num.* 143. Anton.à Souſa *in Aphoriſm lib* 2. *cap.*39. *num.* 6. Diana *tract.* 6. *de tortur.in S. Offic. reſol.* 2. Quod etiam procedit in tortura pro complicibus adhibenda. Vt expreſsè Summus Pontifex Pius V. die 21. Iunij anno 1569.decreuit, cuius decreti verba refert Diana *dict.tract.*6.*de tortur.in S.Officio*, *reſol* 27.Seraph Freitás *addition.ad tract.de confeſ.ſolicit.q.* 22. *num.*28.

XXXVII. Perpenſis ergo Rei confeſſione, & caſus circunſtantiis, vnanimiter omnes iudices pro comperto habuerunt, Reum, tantùm, & ſine vllius ope, vel interuentu, crimen commiſiſſe.

XXXVIII. Secundò. non enim poteſt negari, quin crimen, omnèſque eius circunſtantias palàm, & non inuitus confeſſus, vt iſte Reus;complices quoque, ſi fuiſſent, aperiret. Hæc eſt præſumptio naturali ratione dictata, vt animaduertit Simanchas *in Enchirid.tit.*52.*n.* 31.ibi: *Naturaliter ratio nobis ſuadet*, *quòd qui contra ſe confeſſus eſt*,*contra alios multo magis confiteretur*, *ſi eſſet memor.* Rojas *de haret p.*2.*à n.*243.Et cùm pro certo haberetur, vt habebatur, Reum tantùm, nullo interueniente, hoc crimen patraſſe, torqueri non eſſet conſonum:potiùs occaſio præbebatur, vt ob torturæ metum,vel punitionis moram conſequendam, in aliquem innocentem culpam conijceret, ac fortè illuſtrem, vt alij indicauerunt.Quod in cauſis Fidei, magis quam in aliis debet præcaueri, ob cuiuſcumque proceſſus Inquiſitionis infamiam, vt ſuperiùs diximus. Hócque perpendens Inſtructio Matrit.præcepit *anno* 1561.*c.*45. vt magna circumſpectione procedatur in tortura ad conſocios, ibi: *Deben mucho conſiderar los Inquiſidores, quando deba darſe el dicho tormento.*

XXXIX. Sex enim teſtibus in illa nocte Moſaycæ legis acclamationem audiuiſſe deponentibus, fides non erat adhibenda, quòd eſſent ſingulares nonnulli, qui apti eſſe non po erant, vt indicium, quod deducebatur ex dicta acclamatione, legitimè probatum iudicaretur & ad torturam deueniretur. *Gloſ.in l.vltima*, *C.famil. Erciſcund.* Bart.& alij *in l.fin.ff.de quaſt.*Farinac.*de indic. & tortur. quaſt.*37. *num.*13.*& ſequentibus.* Et in puncto Simànchas *de Cathol.inſtitut.tit.*65.*num.*14.& in *Enchirid. tit.*62. *num.*6.Rojas *de haret.part.*2.*num* 289.Francic.Peña *in Direct.part.*3.*quaſt.*61.*comment.*110.§. *nam indicia.*Decianus *lib.*5.*tract.crimin.cap.*36.*num.*3. Farinac.*de hareſ.qu.*185.*num.*145.Ant.à Souſa *in Aphoriſm.lib.*2.*c.*39.*n.*15.Diana *d.tract.*6.*de tortur.in Sancto Offic.reſol.*3.Et quamuis illorum quatuor eſſent conteſtes, duo ex quolibet actu inter ſe diuerſ deponebant, tam verbis, quàm aliis circumſtantiis: & deponentes, vt deponebant, de eodem tempore, & actu, quæcumque diuerſitas, vel variatio, quamuis in forma verborum, aut etiam in aliis ſuſpectos valde reddebat, ex tradit.per Ant.de Butrio *in cap nihil*, *de verb.ſignific.*Iaſon.*in l.*2.*n.*18. *C.de bonor.poſſe.ſecundum tabul.* Petra *de fideicomm.* *q.*12.*num.*589.*& ſequent.*Rojas *de haret.p.*2.*n.*199. Albertin.*in cap.*1.*de haret.lib.*6 *quaſt.* 16.*n.*42. *& in tract.de agnoſcend.aſſertionib.q.*34.*n.*46. *& q.*35.*n.* 7. *&* 8.Peña *in Direct.*3.*part.quaſt.*52.*comm.*120.

XL. Sed quod depoſitionem eorum infirmam præcipuè, ſuſpectámque reddebat, erat ipſa rei inueriſimilitudo. Aſſerabant quippe per publicas vrbis vias prædictam Moſaycæ legis acclamationem audiuiſſe, quorundamque hominum turbam in domorum ianuas, ac feneſtras lapides cum ſtrepitu, & vociferatione iaculantium.Sed neque facti hora certò conſtabat; alius enim ex teſtibus, decima hora ante mediam noctem, cùm de Cathedrali Eccleſia exiret,alij prima, vel tertia poſt mediam eamdem noctem, prædictum ſtrepitum,clamoréſque audiuiſſe deponebant. Horum autem omnium fides erat difficilima.Videbatur enim ſupra omnem auſum, vt in frequentiſſima vrbe, ea præſertim nocte, qua fidelium agmina ferè turmatim vias implent, templa deuotè obeundo:vbi Regia etiam Cancellaria aſſiſtit, tótque Iuſtitiæ Miniſtri vrbem nocte illa de more luſtrant; per vias etiam Eccleſiis proximores, in quibus copioſior confluere ſolet fidelium turba;Moſaycam legem contentis vocibus, etiam audaciſſimi, acclamarent. Iactus prætereà lapidum, ſtrepitus, riſus, effuſi cachinni, inconditíque alij clamores, ad prodendum ſcelus idonei, fidem etiam rei vehementer extenuabant: cùm potiùs vereri deberent, ne deprehenderentur. Accedebat, ſi res cum tanto ſtrepitu, vt dicebatur, fuiſſet à ſceleſtis peracta, non à pauciſſimis lis, qui illam deponebant, ſed à quamplurimis aliis fuiſſet audita.Hæc abundè ſupererant,vt fides deponentibus denegaretur,& de falſo ſuſpecti manerent, vt in ſimili animaduertunt Bart.*in l.admonendi*, *num.* 37.*ff.de iureiurand.*Bald. *in l. bona fidei*,

*dei 6.Cod.de bon. credit.*Franc.Aretin. *conſ.13.num. 11.verſ.Præterea cum in matrimonio conſ.82. num.1.* Menoch.*conſ.207. à num.35. lib 2.* Craueta, *conſ. 831.num.3 volum.5.*Cardin.Tuſch.*litera P.concl.772. num.5.*& poſt alios Mar. Giurb.*conſ. 91.n.27. in fine* Eruditè Petrus Herod.*lib.1.rer.iudicat.tit 6.de hæret. cap.4.* vbi aſſerit, teſtimonium duorum vel trium, non ſufficere in eo, quod populo frequenti,actum ſituationem ſubiicit his verbis:*In tanta enim audientium multitudine non poſſe tam rara eſſe teſtimonia, niſi quia falſa aut ſuſpecta* Qua ratione cùm Ibas Epiſcopus fuiſſet accuſatus, quòd quædam impiè pronunciaſſet, dimiſſum, & liberatum fuiſſe teſtatur, quia tres tantùm teſtes, in factu publico reperiebantur.Credi enim non poterat, prædictos teſtes rem adeò granem ſtatim non euulgaturos, aliiſque dicturos;imò & ad Sanctum Tribunal, vbi tenebantur, illicò delaturos:quod tamen non præſtiterunt, niſi aliquibus diebus elapſis.

XLI.Horum igitur teſtium depoſitiones cùm tot, ac tantis viis inuerisimiles manerent,iuſtè quidem, ob falſi ſuſpicionem, fides eis non fuit habita:Quæ ſuſpicio ex inuerosimilitudine, in eos ferebatur, argumen text.*in l.3 §.tu magis*, ibi:*An ad ea, quæ interrogaueris ex tempore, veroſimilia reſponderint, l.ob carmen, § fin.ff. de teſtibus.*Vbi notat Iacobin. de Sancto Georg.*num.1.& ſequentib.& num.7.* Boſius *tit.de oppoſitione contra teſtes,num 94.& 96.* Tiraquell. *in l.ſi vmquam, C. de reuocand. donat.in præfatione, num.15 & 46.*Maſcard.*concl.1264.à n 1. iunct.num 13.*Farinac.*de teſtib quæſt.61.num. 144. & duobus ſequentib.*cum aliis pluribus congeſtis eleganter per doctiſſimum, & omni genere literarum eruditiſſimum Senatorem Regium DD. Auguſtinum de Hierro in Allegatione contra *D. Iuan de Torres Montes, num.18.*& in alias ſatis erudita contra *D Iuan.de Montemayor, num.*80. Cardinal. Tuſch.*litera L.concluſ.241.per tot.vbi num.3.*loquitur in cauſa hæreſis, Petr. Herod. *re um indicat. dict.lib.1 titul.6.de hæret.cap.5.* Quamuis eſſent alij plures: numerus enim, veroſimilitudinis defectum non ſupplet.Hieronymus Gabriel *conſ.159.num.14. lib.1.*Rimin Iun.*conſ.489. num.6.lib. 5.*Maſcard. vbi proximè, Farinac.*dict.quæſt.65. num.147. & quæſt. 61 num.310.*Et omnes probationes ſunt arbitrariæ, *dict.l.3.§.tu magis,ff.de teſtibus*, ibi:*Sed ex ſententia animi tui te æſtimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris, l.1.*ibi:*Facti quæſtionem in arbitrio iudicantis eſſe, ff. ad Senatus Conſult. Turpil.*Latè Menoch *lib.2.de arbitrar.caſu 90.per tot.* Poſſunt ergo Iudices fidem non tribuere quamuis teſtes concludenter deponant, ex doctrina Bart *in l Lucius in fi ff.de his qui notantur infamia*; communiter ſecuta, vt profitentur Felin. *in cap.auditis, num.23.in med. de præſcript.* Decius *conſ.91.num.1.& conſ.105.num.5.*Curt.Iun.*conſ. 17. num 6.in medio.*Craueta *conſ. 79.num. 22.* Franciſ. Becc.*conſ.52.num.55.lib.1.*Menoch.*dict.lib.2 caſu 90. num.5.* Pinel.*in l.2.C.de reſcind.vendit 3 part. cap.4. num.44.*Seraphin.*de priuileg.iuram.priuileg. 38.n.9.* Petr.Surd.*deciſ.105. num. fin.* Et nihil eſt dignius, quod à probationibus dimoueatur, & cui fides non tribuatur, quàm veroſimilitudinis defectus, vt animaduertunt Felinus *in d.cap.auditis, num.13.*ibi:*& dicitur in l.Lucius: Quod quando teſtes non deponunt veroſimile, poteſt Iudex eis ex cauſa fidem non adhibere.*Curtius Iun.*dict conſ.17.n.6.*ibi:*Iuſta enim dicitur cauſa, quando deponunt non veroſimilia* Crauet. *conſ.75.n.22.*

XLII. Quartò, & vltimò. Quamuis enim cùm factum, aut verba hæreticalia confiteantur, & intentio denegatur,ſuprà citati defendant, ad torturam poſſe procedi ſuper intentione: hoc limitatur Primò, cum deficit criminis probatio, ſaltem conſiderabilis, præterquam per confeſſionem. Tunc namque ſuper eius qualitate tortura inferri non debet, ſed extraordinariè Reus puniri, vt plurib. comprobat Ferrar.*cant.5.per totam.*Grammat.*vot. 2.n.4.& ſequent.* Ægidius Boſius *tit. de confeſſis, n. 28.*Anton.Gabriel *lib.7. comm. concluſ. 9.n. 16.in princ.*Aucat. Regieoſ.*9 famil.4.n.4.part.5.*Iul. Clar. *in pract §.fi.q.55.à n.15.*Tribilan.*dec.35 n.33.& ſequent.l.b.1.*Bertazol.*conſ 27.à n.5.& 8.lib.1.*Farinac. *tom 3.q.81 à n.137.*qui *in n.138.*inquit, ex contrario maximum inconueniens permittendum:nam ſi Reus tortus ſuper confeſſionis qualitate, in ea perſiſteret vel abſoluendus, vel pœna multum minorari deberet:tortura enim, indicia expiata manerent; confeſſióque cum qualitate foret acceptanda.

XLIII. Altera limitatio eſt, cùm per circumſtantias facti, vel per alias præſumptiones ad perſuaſionem deuenitur, quòd per diuerſam cauſam, & non per animum hæreticalem, doli ſcilicet, vel intentionis prauæ, quæ ſemper crimina conſociant, Reus deliquerit.Vt in puncto animaduertunt Ioannes Lop. *in alleg hæret 5.7.poſt medium*, verſ. *Ad hoc tamen.*Vbi quòd præſumptio malæ intentionis tollitur per actus exteros contrarios, & per contrarias præſumptiones. Repert.Inquiſit.*verb.facto*. verſ.*Intentio probatur. & verb.probatio*, verſ. *Intentio probatur. & verſ.ſequens* Simanchas *in Enchirid.tit.29.de confeſſis, n.9.* & poſt alios Farinac. *de hæreſi. quæſt.179.num.62.*Anton à Souſa *in Aphoriſm.Inquiſit.lib.1.cap.13 num.13 & cap.16.num 10. & 11.* Animus enim, & intentio, vt res interna, per coniecturas, & indicia probantur. Gloſſa *in l. ſi margaritam, ff pro ſocio* Bald.*in l.cùm proponas, num.2.C.de bon.auctor iudic. poſſid.* Menoch. *lib.5. præſumpt.10.num.15.*Mar.Giurb.*conſ. 17. num. 23.* Præſumptio ~~que~~, quæ ex eodem facto, & verborum qualitate deducitur, per alia fortiora ſuperatur, *l. Diuus,ff.de reſtitut.in integrum,l.non ſolùm, ff.de ritu nuptiar.l.cùm de indebito 25.ff.de probat.l.quidam teſtamento, ff.de vulgar.cap.tuam de ſponſalibus, c. afferte de præſumpt.*Menoch.*de præſumpt.lib.1.q.30. à n 1.*Aretinus *conſ 12.vol.1.*Decius *conſ 413.num.2.* Alexand.*conſ.18.num.3.*Beroius *deciſ.111.n.18.*Leon. *deciſ.41.num.9.* Fontanella *de pact. nuptial. tom. 2. clauſ.5 gloſſ.15.part.1.num. 58.60.& 68.*Tradit plures referens DD.Ioannes Perez de Lara,numquam ſatis laudatus, *in d.allegat n.37.& ſequent.* Maximè cùm ſint criminis excluſiuæ: iſtæ enim aliarum concurſu anteponuntur.Suid.*conſ.132.n.55.lib.1.& conſ.535.n.5.& 6.lib.4.*Farin.*tom.3.q.85.n.19.* Mar. Giurba *conſ 51.n.31.*

XLIV. Et in hoc caſu plurimæ circumſtantiæ, & præſumptiones confluebant quæ non ſolùm ſuadebant, verùm etiam notoriè fidem faciebant, Reo nullam intentionem hæreticalem fuiſſe; ſed Libellum fixiſſe, vt Virginis *del Triumpho* cultus augeretur, quò & ipſe pluris æſtimaretur, & eleemoſynas lucraretur, vt ex infrà dicendis clarè apparebit. Hócque concordi ſuffragio definitum eſt. Deinde, ad ſecundum dubium factus tranſitus, litémque in præcipua re decernendam.

DVBIVM II.

DVBIVM II.

XLV. MAxima erant fundamenta, quæ pro vtraq; parte afferebantur. Vtrum Reus relaxari, vel puniri pœna extraordinaria deberet? Itaque terminatio fuit valdè difficilis.

XLVI. E vt deberet relaxari, Brachio Sæculari tradi, dignúſque eſſet vltimi ſupplicij pœna, argumenta, vel fundamenta ſequentia ponderabantur.

XLVII. Primum, Reum crimen confeſſum fuiſſe. Quo haud dubium videtur, crimen ab eo fuiſſe commiſſum, & pœnam condignam imponi deberet Siquidem facto id manifeſtante, legis poteſtate ſubintrat pœna, & aduersùs eum exercetur. Vt inquit Martian. *in l.1.ff. ad Turpilian.* Ibi: *Sin autem pronunciauit, calumniatus es, condemnauit eum: & quamvis nihil de pœna ſubiecerit, legis tamen poteſtas aduerſus eum exercebitur.* Ita confeſſos, quoad iuris interpretationem, pro iudicato habetur *l.1.ff. & C.de confeſſis.* Mancin *de confeſſ. cap.1 num.1.* Cæſ. Barc.*deciſ.141.num.6.* Mat.Giurba *conſil. 16. num.2.* Confeſſo enim crimine, nihil videtur remanere Iudici faciendum, nec etiam ſententiam eſſe neceſſariam, *ex d.l.1.ff. ad Turpilian.* vbi cum Papiniano his verbis datur ratio. *Nam vt Papinianus reſpondit: facti quidem quæſtio in arbitrio eſt iudicantis, pœnæ verò perſecutio, non eius voluntati mandatur, ſed legis authoritati ſeruatur.*

XLVIII. Et ſiquidem in eo Libello, Chriſti aſſertoris noſtri lex damnabatur; Moyſis antiqua & caduca acclamabatur; Deiparæ negabatur Virginitas, aliáque errores, & hæreſes promulgabantur; vltimi ſupplicij pœnam ei imponi debere, quam omni iure hæretici merentur. Deuter.cap.13.& 17. Leuitic. cap.20. Machab.1.cap.2. Regum 3.cap.18.& 4. cap.23. Et in Euangel. Ioannis cap.15. ibi: *Si quis non manſerit in me, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet* l.quicumque, *§. eos vero*, ibi: *Vltimo ſupplicio coerceantur, l. Ariani, §. Manichæi, C.de hæret. & ad abolendam, extrau.eodem tit.* Latè & eleganter Tiber.Decian.*lib.5. tractat. crimin.cap.40. & 42 per tot.* Alphonſ. à Caſtro *lib. 2. de inſt. hæret. puniſ. cap.12.* Petr. Gregor, *lib.32.ſyntagm cap.6 à num 4. & cap.8. num.20.* Simanchas *de Cathol. inſt. tit.46 de pœn.à num.42.* Plenè Farinac.*de hæreſ.q.189. §.1.per totum.*

XLIX. Secundum. Quòd quamvis nunquam crimen, nec animus delinquendi præſumitur, *ex l. meritò 51.ff. pro ſocio:* hoc procedit in actibus dubiis, qui in bonam, vel in malam partem poſſunt interpretari, vt inquit text. *in cap. 2. de regul. iuris*, ibi: *Eſtote miſericordes*, &c. *Hoc loco nihil aliud nobis præcipi exiſtimo, quam vt ea facta, quæ dubium eſt quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur.* Et colligitur ex D.Thom.1.2.q.18.art.8. & ſequentibus, iunctis ab eo traditis 2.2.q.60. art.3. & 4. Abbas *in cap.cum ab omni.num 2.verſ.quædam ſunt, de vita, & honeſt.Cleric* Felin. *in cap. 1. num. 16. in fin. de præſumpt.* Soto *de iuſt. & iure, lib. 3. quæſt. 4. artic. 3. & 4.* Menoch *lib. 5. præſumpt. 2. num. 6. 11.& 12.* Farinac. *in praxi, tom.3. q.105.num.118.& 123.* Sigiſm.Scace.*de appellat.q.17 in princ.num.3.*

L. In actibus verò, qui ex ſua natura ſunt improbi, vt ſunt omnia crimina *l. probrum 42. ff. de verb. ſignificat.* ſemper animus improbus præſumitur, *l. ſi quis extraneus 21.ff.de acquir. heredit.* l.1. *§. Diuus, verſ. & re conſtituendum, ff.ad leg. Cornel, de ſicariis, lib primo, Codic. eodem, l. ſi non conuiſij 5. Cod.de iniuriis, cap.1. de præſumpt.* Nam cùm omne crimen ex natura ſua dolum, & fraudem in ludat, quamquam in nonnullo, ex accidenti abeſſe, poſſit euenire; in dubio actus naturæ ſtandum eſt: *ex reg. text. in l ſi vnus 27. §. pactus ne peteres. verb. quid, & in ſpecie d iu, ff. de pactis, l. cum filius 76.* aliàs 78. *§. hæres meus, ff.de legat.2. cap. ab exordio 3.* ibi: *Extremitatem retraxit ad principium, 35. diſtinct* & non accidentibus, quæ non præſumuntur. Gloſſa *in l.ſi verò 5. §. qui pro rei qualitate, verb. dubitetur, ff. qui ſatisdare cogantur.* Alciatus *de præſumpt. reg. 2. in princip.* Menoch. *lib.6. præſumpt. 37.num.13.* Maſcard *concl.1254.* Petr Peck.*in c.ſemel malus, num.9. de regul.iur lib.6.*

LI. Itaque in Libello ita execrabili, dolum, & delinquendi animum interueniſſe præſumendum eſt, eiúſque verba ſcripta, atque fixa fuiſſe animo, quem eadem patefaciunt, ac demonſtrant, ſiquidem nullus Iudicatur loqui id, quod non ſentit, vt animaduertit Conſultus *in l Labeo 7.§ Seruius*, ibi: *Equidem non arbitror quemquam dicere, quod non ſentiret.* Et inferius: *Cæterum nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quod non mente agitauerit ff. de ſupellect. legat.* Quia cedit lingua cordi, & ſub iugo mentis verba conſiſtunt. Et vt ait Bald *in cap mandatum, de reſcriptis, n. 1.* ibi: *Mens eſt radix verborum, & eius ſubſtantia prima Nam cor eſt imperator linguæ, & eam habet ſicut mancipium ſub iuriſdictione ſua; voces denique ſunt notæ earum, quæ in anima ſunt paſſionum.* Et vox eſt inſtrumentum noſtræ voluntatis, & intellectus, & data fuit ad ſignificandum per labia cor, & voluntatem. Et Reum poſtea allegare, vel dicere contrarium, fuit potiùs ad excuſationē & non debet attendi. Alio enim modo, nullus eſſet, qui hac via non conaretur pœnam effugere, text. eleganss *in l inter ſtipulantem 83.§. Stichum*, ibi: *Alioquin ſemper negabit Reus ſe conſenſiſſe ff.de verb.oblig.* Mirabiliter Nicolaus de Lyra *in nota interlineari Prouerb c.16.* relatus a Viuiano *in rational.ad text in d c.1. de præſumpt.* ibi: *in delicto repertus cùm non poſſit excuſare malitiam facti, quæ eſt patens, negat malitiam intentionis, quæ eſt latens.* Vide illa carmina, ad eandem mentem repetita ab Antonio de Butr.& Abb.*n.4 in d c.1 de præſumpt.*

Si videas ludo; ſin autem, furto recludo.

LII. Et quamvis criminis confeſſio à Reo prolata, hac qualitate eſſet, cum ea non debet acceptari. Cùm enim in criminibus, vt ſuprà diximus, iuris præſumptio reſiſtat, confeſſio poteſt diuidi qualitatis, & abſque ea acceptari, vt probat text. *in libro 1. ibi, qui ſe probaueris, Codic. ad leg. Cornel. de ſicariis, l.ſi non conuitij 5.* ibi: *Si non conuitij conſilio te aliquid iniurioſum dixiſſe probare potes. Cod. de iniuriis cap. 1. de præſumpt.* Bart. *in l. Aurelius, §.idem quæſit.n.2.ff.de liberat. legat.* Bald *in l C.de confeſſis.* Et pluribus adductis à Farinac. *tom. q.81. n.110.* Sarmient.*lib.1 ſelectarum, cap. num.11.* Faquine.*lib.1.controu.cap.27.* Late Anton.Mercad. *controu. iuris, lib.5 cap.6.*

LIII. Tertium fundamentum. Quod nec ignorantia excuſare poterat Reum. Hæc enim quando eſt iuris, nunquam excuſat, *l.9.C.de legibus*, ibi: *Leges ſacratiſſimæ quæ conſtringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent.* Hocque potiori ratione in criminibus procedit. *L.1 ff de legibus*, vbi lex definitur, *vt ſit delictorum, quæ ſponte, vel ignorantia committuntur*

Catena de Offic. Inquiſit.

coertio. Præcipuè cùm criminis prohibitio ex iure naturali, vel diuino procedat; *l. ſi adulterium cum inceſtu* 38. §. 1. *ff. ad leg. Iuliam, de adulteriis*. Donel. *lib. 1. comment. c.* 22. verſ. *in delictis* Pichard. *in §. ita tamen* 1. *num.* 31. *&* 32. *inſtit. de vi bonorum raptorum*. Ac præſertim in hæreſis, vel blaſphemiæ crimine, quod noſtræ fidei Catholicæ articulis reſiſtit: hoc enim caſu nunquam ignorantia poteſt excuſationem afferre, *c. 1. de Summa Trinitate, c. 1. de hæret. l.* 1. *tit. 1 lib. 1 Recopilationis*. Et vltra ordinarios ibi, tradunt Alphonſus à Caſtro *lib. 1. de iuſt. hæret. punit. lib. 1. c.* 9. Melch. Cano de locis Theologicis *lib.* 12. *c.* 9. Azor *inſtit. moral. p. 1. l. 1. c.* 12. *& ſeq.* Et poſt alios Farinac. *de hæreſi, q.* 79 §. 3. *n.* 74. D. Franc. Torreblanca *de iure ſpirituali, lib.* 13. *c. 2. n.* 33. *&* 34. Caſtro Palao, *1. p. tit. 4. diſp. 3. punct. 2. ex num. 2. cum ſequentib.*

LIV. Nec minùs poterat iuuari, eò quòd ex crimine nulla damna manaſſent, ſed potiùs totum in maiorem cultum, ac venerationem Virginis Mariæ noſtræ Dominæ ceſſiſſet. In criminibus enim non attenditur bonus, vel prauus euentus, ſed illorum qualitas, delinquendique animus, *l. 1. §. Diuus, l. Diuus* 14. *ff. ad legem Cornel. de ſiccariis, l. ſi ſeruus* 27 §. *etſi puerum* 18. *ff. ad legem Aquiliam, l. deſertorem* 3. §. *in libello, ff. de re militari, l. finali*, ibi: *Licèt res benè ab eo geſta ſint*, *C. de negot. geſt.* Seneca *lib. declamat.* 20. *& controuerſ.* 6. Exornat latè Tiraquellus *de pœn. temper. cauſ.* 52. Farinac. *in praxi, tom. 3. q.* 87. *à n.* 7. Nulla eſt etiam cauſa, quæ in criminibus extrinſecè prauis Reum poſſit excuſare, *l. palam* 43. *ff. de ritu nuptiar. Non eſt ignoſcendum ei mulieri, quæ obtentu paupertatis turpiſſimam vitam agit, c. ita* 3. ibi: *Potiùs quælibet mala tolerare decernat, quàm peccato conſentire*, 31. *q.* 5. *c. ſacris* 5. ibi: *Cùm pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere. De his, quæ vi, metúsve cauſ. fiunt.* Quamuis bono animo fierent: non ſunt enim mala facienda, vt bona veniant, vt inquit D. Paulus *ad Roman. c.* 3. *cap. ſuper eo, de vſuris, cap. non magnopere. Ne Cleric. vel Monach.* text. optim. *in cap. 2. de ſortileg.* ibi: *Verum licèt hoc ex bono zelo, & ſimplicitate ſe feciſſe proponatur, id tamen grauiſſimum fuit.* Text. etiam *in c. 1.* verſ. *quod enim, de reg. iuris. Quod enim ſcriptum eſt: ex fructib. eorum cognoſcetis eos; de manifeſtis dictum eſt, quæ non poſſunt bono animo fieri, vt ſtuprum, blaſphemia, furta, ebrietas, & ſimilia.* Quibus verbis apertiſſimè probatur, blaſphemiæ delictum, boni animi, vel finis excuſationem non admittere, quia pertinet ad ſpeciem delictorum, quæ intrinſecè mala ſunt; & bono fine licita reddi non poſſunt. Optimè Couarr. *in clment. ſi furioſus, de hom. 2. p. in initio, n. 3. & de ſponſalib. 2. p. c. 3. §. 4. n. 11. & 12. & in reg. peccatum, 2. p. §. 1 n. 7.*

LV. Quartum: quòd cùm excuſatio à Reo propoſita, propter intentionis defectum, non deberet attendi, eſt tamen neceſſarium, Hæreticum iudicari, eique eiuſmodi pœnas imponi, quæ ſcilicet ſunt mortis, vt ſuperiùs diximus *num.* 48. cum Sæculari brachio tradendo. Et quamuis Hæretici admittantur, & reconcilientur, eis culpam patefacientibus, illiúſque pœnitentibus; iuxta textum *in cap. excommunicamus 2. de hæret.* & tradita per Farinac. *quæſt.* 193. §. 1. *per tot.* hoc nullatenùs procedit in noſtro caſu. Vt enim hæreticus, verus pœnitens habeatur, neceſſaria eſt omnimoda peccati confeſſio; & veniam non meretur, qui peccatum integrè non agnoſcit, *cap. perfecta pœnitentia* 40. *cum ſequentibus &c ſuper*, 49. *de pœnitentia, diſtinct. 1. c. fin. de pœnitent. diſtinctione prima. cap. ſuper quibuſdam* 26. *de verb. ſignificat.* Et confitens diminutus, tanquam negatiuus, curiæ Sæculari tradendus eſt. Calderin. *in tract. de hæreticis rubric. de mater. proceſſ. num.* 6. Rojas *eodem tract. part. 1. à num.* 195. *& part. 2. à num.* 236. Simanchas *de Cathol. inſtit. tit. 48. n. 17. &* 28. Peña *in Direct. 1. part. comm.* 59. verſ. *ex his poſſumus*. Farinac. *de hæreſ q.* 196. §. 1. *num.* 17. Anton. à Souſa *in Aphoriſm. lib. 1. cap.* 16. *à num.* 4. *& lib. 2. cap.* 48. *num.* 11. Diana *part.* 4. *tract. 7. reſol.* 25. Idémque iudicandum eſt de factum hæreticale confitente, intentionémque negante: negat enim partem potiorem, vt verus pœnitens habeatur, vt tradunt Albert. *de agnoſcend. aſſert. q. 8. num. 12. & quæſt. 32. num. 27. & quæſt. 34. num.* 57. Rojas *de hæret. p. 1. à num.* 276. *&* 573. *cum ſequentibus*, Simanchas *Cathol. inſtit tit.* 13. *num. 16. & in Enchirid. tit. 29. num.* 8. Farinac. *de hæreſ. quæſt.* 179. §. 4. *num.* 54. *&* 58. Torreblanca *de iure ſpirituali lib. 1. cap. 2. à n.* 31. Diana *p. 4. tract. 7. reſol.* 34 qui ab hac opinione non diſſentit, quando, vt in præſenti, Reus conuictus erat.

LVI. Quintum. Quod Hæreſiarchæ, & Dogmatiſtæ non reconciliantur, nec ad miſericordiam admittuntur, quamuis eam poſcant ſed curiæ Sæculari traduntur. Simanch *Cathol. inſtit. tit. 47. n. 50. & ſeq. & in Enchirid. violata Relig. tit. 59. n. 1. & ſeq.* R. per tot. Inquiſit. *in verb. docere*. Rojas *in tract. de hæret. part. 2. n. 3, 9. & ſeq. aſſer.* 43. Decian. *in tract. crim. lib. 5. c. 53. n. 3. verſ. 5.* &c. Suarez *de fide, diſp. 13. ſect. 2. num.* 10. Plura tradit amicus noſter, & Collegij noſtri Alumnus, purpureâque Diui Iacobi Cruce inſignitus, DD. Franciſc. Guillen del Aguila, in ſua ſatis erudita Allegatione, quam de hac re ad lucem emiſit, §. 4. verſ. *Por Dogmatiſta*. Et Reus iſte neceſſariò videtur Hæreſiarcha, atque Dogmatiſta habendus, tanquam author, & ſectator, non ſolùm nouæ opinionis, ſed erroris adeò inauditi inductor, qualis eſt noſtræ Dominæ caſtitatem, ac virginitatem abnegare, contra illud Iſaiæ cap. 9. *Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum, ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* Matthæi cap 1. num. 23. *Ecce Virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emanuel, quod eſt interpretatum, nobiſcum Deus.* Et ibi *num.* 21. *Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt.* Et Lucæ cap. 1. n. 31. *Ecce concipies in vtero, & paries filium.* Et ibi: *Spiritus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Textus etiam *in cap. Beata Maria*, 3. 27. *quæſt.* 2. Cuius optima interpretatio deducitur ex D. Thoma 4. *diſt. 30. quæſt. 2. art. 1. quæſtiuncula 2. ad* 3. Suarez 3. *p. quæſt. 29. art. 2 ſect.* 1. Thom. Sanch. *de Matrimonio lib. 2. diſp. 28. num.* 4. Baſil. *lib. 2. de matrimonij eſſentia, c.* 19. quia non ſolum corporis, ſed etiam mentis fuit vnica ſingularis, & perpetua puritas Sacratiſſimæ Virginis. D. Auguſt. *de Sanct. Virg. c.* 5. ibi: *Sola ergo Maria & corpore & ſpiritu, & Mater & Virgo.*

LVII. Hic eſt vnus ex caſibus, in quo expreſsè per conſtitutionem Pauli IV. editam *anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto, in ordine quarto. pagina ſeptuageſima vigeſima prima*, Bullatij iubentur Curiæ Sæculari tradi, qui Sanctiſſimæ Noſtræ Dominæ virginitatem abnegarint quamuis poſteà pœnitentiam oſtentent, miſericordiámque efflagitent. De quibus fit mentio ab ingenioſo Doctore Franciſco Guillen. del Aguila

dicti

dict. §. 4. *verſ. Y no ſe que aya.* Vt poſt Sanctareſlum *de hæreſ.cap.*42.*dub. vnic. num.* 5. Scottia *in Bulla Bonifac epiſt.*10. *theorem* 36. Genuenſ.*in praxi Archiepiſcop. cap.* 58. *num.* 7. Zanard.*in Direct. Theol.part.*1.*prac.* 1. *cap.* 5. *quæſt.* 11. tradit Diana *part.*4. *tract.*7. *reſolut.* 24. verſ. *notandum eſt tamen.* Farinac. *de hæreſ. quæſt.* 193. *num.* 39. Souſa *lib.* 2. *Aphoriſm. cap.*44.*num.*6.Cuius conſtitutionis verba refert Franciſcus Peña *in direct. p.* 2. *q.* 58 *comment.* 83. verſ. *penult.* & verſ. *fin.* Relapſique ficti dicuntur, qui in prædictum errorem incidunt, quia in primo lapſu iubentur tradi Curiæ Sæculari, ſine ſpe veniæ, ac ſi verè relapſi eſſent.

LVIII. Sextum, Quod non ſolùm fuit Apoſtata ſuæ Religionis, verùm etiam fidei, quia in totum à fide Catholica deuiauit, & Apoſtata, nunquam verus pœnitens iudicatur : itaque ad miſericordiam non recipitur, ſed Curiæ Sæculari relaxatur, *l. hi, qui,C.de Apoſtatis*, ibi : *Sed nec vnquam in ſtatum priſtinum reuertentur, nec flagitium horum obliterabitur.* Rationémque ſubiicit Imperator his verbis *Lapſis etenim,& errantibus ſubuenitur ; perditis verò, hoc eſt, S. Baptiſmu profanantibus, nullo remedio pœnitentia ſuccurritur.* Et ibi notant Gloſſ.Salycet.& alij.Decian.*lib.* 3*r crimin.c.*54.*n.*26. & *c.*71.*n.* 5.Maſcard. *de probat. concl.*112.*n.*8.Petr. Greg.*lib.* 31 *ſyntagm c.*8.*n.* 18. Conferunt, quæ eruditè tradit D.D.Franciſcus Guilleo del Aguila *d. Allegat.* §. 3.*per totum.*

LIX Septimum, Quòd cùm in hoc Reo, alia crimina, quam blaſphemiæ, non perpenderemus; per hoc, capitis pœna dignus erat, vt in lege Antiqua ſtatuebatur, Leuitic. cap. 24. ibi : *Qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur.* Idémque Iure Ciuili fuit ſtatutum *Authent. non lux hom. cont. nat.*§. *quoniam, collat.* 6. Et ibi Gloſſ.Bartol. Angel. & alij.Decian.*tom.*2.*tract crimin.lib.*6 *cap.*6. *num.*1.& 4.Claud.ad Bertazzol. *conſil.*553.Menoch. *de arbitrar. lib.*2. *caſu* 375.*num,* 25. Farinac. *in praxi, tomo* 1. *quæſt.* 20. *à num.* 2. Præcipuè cùm ſint blaſphemiæ hæreticales adeò reiteratæ, & aduersùs Virginis Mariæ Noſtræ Dominæ puritatem, ac Virginitatem. Cùm enim blaſphemiæ ſint adeò enormes, certum eſt, pro eis debere capitis pœnam imponi; argum.text. *in l.vnica, C. nemini liceo ſigna ſalua.*vbi Gloſſa *verb. grauiſſimum,* exponit, id eſt, *pœnam mortis.* Et tradunt Ancharran. *conſ.* 15. *per totum.* Caſſan.*conſil.*1. *num.*69.Boërius *deciſ.*301. *à num.* 6. Franciſcus Marc. *deciſ* 509 *in fin part.*1 Farinac.plures referens *dict.quæſt.*2.*num.*68.Tiber.Decian.*lib.*6. *tract. crimin.cap.* 6. *num.* 5. & 7. Vbi ex Grammat. refert, quòd etiam hodie poſſet imponi pœna mortis,attenta qualitate blaſphemiæ, ſi eſſet enormiſſima, & horrenda, & attenta peſſima qualitate blaſphemantis,Menoch. *lib.*2.*de arbitrar. caſu* 376. *num.*4.Vincent.de Franchis *deciſ.* 504. *per tot.* Vbi plures referunt addentes, Petr. Canall.*reſol.crimin. caſu* 91. *per tot.*Pantol.de Ayal.*in l. fin. C. de aleator. fol.* 138. *num.* 12. & 13. Ioann. Gutierr.*in prax. crimin. quæſt.* 73. *per totam.* Quod procedit etiam in Sancti Officij Tribunali:in eo enim non etiam ad miſericordiam ſunt admittendi,quamuis illam efflagitent, qui eiuſmodi blaſphemias perpetrauerint, ſed curiæ Sæculari ſunt tradendi. Docet Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 2. *capite quadrageſimo ſecundo, num.* 16. & 17. Farinac. *de hæreſi, quæſt.* 181. *num.* 44. Diana, *parte quarta, tractat.* 7. *reſol.* 9 *in fin.*

LX.Octauum : quòd cùm nihil aliud concurreret,quàm Libellus famoſus, hac de cauſa capitis pœna erat dignus, *ex l. vnica, C. famoſ. Libell. l. lex Cornelia,*§ *fin. ff. de iniuriis. l.*3. & 20 *tit.* 9 *part* 7. Ludouic. Peguer. *deciſ.*77. Farinac.*quæſt.*105. *à num.* 241.& *conſ.* 10. *à num.*1. *lib.*1. Hieronym. Bucar. *de differ.inter Iudic. ciuil. & crimin.differ.*50. Et tradit maxima cum eruditione DD. Franciſcus Guillen del Aguila, *dict.allegatione.* §. 2.*verſic. Por diſpoſiciones ciuiles.* Et verſ. *Pero concedamos, cum ſequenti* Præcipuè cùm Libellus graues iniurias, & opprobria in aliquam magnæ qualitatis perſonam continet : nam ſi facti, & perſonarum qualitas expoſtulat vltimo ſupplicio author Libelli afficiendus eſt, teſte Petro Plaza *in epitome delictor. cap.* 3.*num.*2.& *ſequentib.* Farinac.*dict.conſ.* 30.*num.* 25. Et in nullo alio caſu potuit hoc æquiùs practicari, quàm in noſtro, propter iniuriarum, atque opprobriorum in noſtram veram Legem atque in Virginis Sanctiſſimæ puritatem, & Virginitatem, prolatorum grauitatem, & propter Libelli ad valuas huius Ciuitatis Senatûs infixionem, qui eſt locus Vrbis frequentior : circunſtantia crimen qualificans. Ea verò tantùm ſufficeret, vt capitis pœna imponeretur, vt in terminis notauit Angelus *in l.lex Cornelia,* §.*ſi quis Libellum, n.* 3. *ff. de iniuriis,* & *in l. vnic. C. de famoſ Libell.* Farinac. *d.conſ* 30. *n.*26. & *in praxi tom.* 3. *q.* 105. *n.*477.& 478.Quod ſi Libellus ſimiles iniurias continens, læſæ Maieſtatis crimen appellaretur, ſi in Principem dirigeretur, ex Gloſ. *in l.vni, verb. contemnendum, C. ſi quis Imperat. maledixerit.* quam ibi ſequuntur Ioann. Fabius, & Salicetus. Gloſſa etiam *in l. famoſum, verb. parendum eſt, ff. ad leg. Iul.maieſt.* & ibi Angel.*n.*5.*l.*4.*tit.* 13.*p.* 1.*l.*11 *tit.* 26 *lib.*8.*Recopil.* Ioan. Gutier. *in praxi crimin q* 73. *a n.*6. & *q.* 74. *a num.* 2. Et vltimi ſupplicij pœna puniretur, vt poſt alios contendit Petr. Canall. *caſ.* 235. *a num.* 22. 25. & 38. quanto potiori iure idem dicendum erit in noſtro caſu, cùm longè grauius ſit,æternam quàm temporalem lædere Maieſtatem, *Authen Gazaros, C. de hæret.* & *Manich. c. vergentis*,extrau. eodem. D. Chryſoſt. *tom.* 5 *oper. hom.* 1.*ad Populum Antioc.*

LXI. Nonum, & vltimum fundamentum eſt, quòd licet per hæreſis crimen, quod interponebatur, vel quod Libellus indicabat, admitti ad miſericordiam poſſet, hic verò fieri non debebat, cum cæteræ criminum ſpecies concurrant, in quibus venia concedi non poteſt : *nunquam enim plura delicta concurrentia faciunt, vt vllius impunitas detur: neque enim delictum, ob aliud delictum, minuit pœnam,* vt inquit Vlpianus *in l. nunquam plura ff. de priuatis delictis.*Et ibi Bartol. Petr.Canall: *caſu* 158. *num.*10 & 14. *cum ſequentibus.* Giurba, *conſilia vigeſimo quinto, à num* 23. & *conſilio octuageſimo ſecundo. à num.* 8. & 41. cum aliis relatis à doctiſſimo, & nunquam pro meritis laudato DD. Ioanne de Larrea *tomo primo, deciſione quinquageſima, à num.* 1. Et omnia ſimul ſunt operatura, quòd ſingula ſeparatim non poſſent, argument. text. *in l. ſi adulterium cum inceſtu* 38. *l. vim paſſa.* 39. §. *præſcriptione, ff. ad leg Iul. de adulteriis,* quia delictum mixtum, vel qualificatum non continetur ſub ſimplici, vt inquit Bartol. *in dicta lege ſi adulterium cum inceſtu, per textum* ibi : *Et in l.Gallus,* §. & *quid ſi tantum, num.* 3. *ff. de liber.& poſthum.*quem illic cæteri communiter ſequuntur Gregor. Lopez *in lege ſecunda, titulo decimo ſeptimo, part.*7. Latè Carraſc. *diuerſ. tract.* 4. pro Interpretatione *l.*3. *titul.*20. *lib.* 8. *Recopilat. num.*1.& *ſequentibus.*

LXII. Quod eò potiori ratione debet admitti,

Çarena de Offic. Inquiſit.

ſi animaduertatur ſcandalum graue, quod in hac vrbe, totòque Regno dimanauit, & quod crimen adeò enorme puniri oportet in publicum exemplum per quod licet pœnas augeri, & etiam vltimi ſupplicij pœnam imponi, vbi defuit crimen committendi animus, quæ eſſet condigna, *l. omne delictum, ff. de re militari*, ibi: *Propter exemplum capite puniendus eſt*, *l. 3. §. 1. ff. ad leg. Corneliam, de ſicariis*, ibi: *Non quidem malo animo, ſed malo exemplo*, *l. aut facta, §. pen.* ibi: *Exemplo opus eſt*. *l. ſi quis aliquid 38. §. qui abortionis*, ibi: *Quia mali exempli res eſt ff. de pœnis, l. 3. § ſed ex Senatus Conſulto*, ib: *Sed malo exemplo, ff. ad Silanian. cap. præcignè 11. q. 3.* Optimè Carrerius *in praxi, tit. de homicidio, §. circa igitur tertium, n. 27.* Tiraq. *de pœn. temper. cauſ. 46. per tot.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. caſu 358. num. 3. & 4.* Farinac. *in praxi, lib. 1. q. 18. num. 63.* Nam, vt inquit Marc. Tull *lib. 3. de legibus*: *Aliqua ſunt, quæ plus exemplo, quàm peccato nocent.*

LXIII. Et quamuis regulariter pœna debet eſſe culpæ conſentanea, *l. ſancimus, C. de pœnis, l. reſpiciendum, ff. eodem. cap. non afferamus 21. 24. quæſt. 1.* Titus Liuius *lib. 39.* ibi: *Vnde orta culpa eſt, ibi pœna conſiſtat.* Farneſius *de repub. lib. 2. panegyr. 5. cap. 8.* Heotic. Docet. *de regali, cap. 3. num. 110.* cum aliis pluribus eleganter ſuo more congeſtis per eruditiſſimum & ſumma religione prædítum D.D. Chriſtophorum de Moſcoſo, & Cordub. *in allegatione pro Regia iuriſdictione, num. 88.* Hoc autem limitatur, cùm interueniat cauſa, *cap. ſine culpa de regul. iur. lib. 6.* ibi: *Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.* Vbi illud verb. *cauſa*, intelligitur de publica Gloſ. *in c. cognoſcentes. de conſtit. & in cap. fin. de eo, qui cogno. conſanguin.* Rebuff, *in l. alius eſt fraus, ff. de verbor. ſignificat, pag. 658.* Petr. Pech. *in dict. cap ſine culpa.* D. Solorzan. *de iure Indiar. lib. 2. cap. 11. n. 32.* Communis enim vtilitas ſæpiùs efficit, vt iuſtæ, & rigoroſæ Iuris-prodentiæ limites tranſiliantur: idque pro rei, & circumſtantiarum qualitate iuſtius, & congruentius reputetur, *l. ita vulneratus 51. verſ. multa. ff. ad leg. Aquil. l. barbar. ff. de officio prætor.* cum ibi traditis, & per Briſoni. & Caluinum, *verb. vtilitas*. Et illud Horatij, ibi: *Atque ipſa vtilitas iuſti prope mater, & æqui.* Cicero *epiſt. ad Brut.* ibi: *Salutaris ſeueritas vincat inanem ſpeciem clementiæ.* Eſtque id adeò verum, vt in rebus etiam inanimitatis, vel Irrationalibus ſupplicia exerceantur, vt ſit omnibus in exemplum, *l. 2. tit. 8. part. 1. & in cap. mulier in fin. 5. q. 1. c. hoc ipſum 33. q. 1.* cum latè congeſtis per Guillerm. Forn. *lib. 1. ſelect. cap. 10.* Prateius *in Decalog. lib. vnic. cap. 5. verſ. voluntarium.* Forcat. *in ſphæra legali, & in Necioman. dialog. 1. num 23.* Petr. Erod. *lib. 7. rer. iudicat. tit. 4. cap vltim. & lib. 9. tit. 15. cap. 2* Guid. Papa *deciſ. 238.* Petr. Causll. *reſolut. crimin. caſ. 294. & ſequentibus* Solorzan. *de parricid. lib. 1. cap. 2. pagin. 6. & 7.* Adam Gontzen. *lib. 10. Politic. cap. 48. §. 2.* ibi: *Magna ſæpè pœna fuere, vbi non magna culpa; finis tamen erat diſciplina.* Quintus Curtius *lib. 8.* Ayala *lib. 2. cap. 4. num. 10.* & Tacitus *lib. 3. annalium*, ibi: *Compertum eſt, ſeueritatem illam multò miſericordia ſalubriorem.* Et in furioſis, qui ob fati infœlicitatem culpa liberi exiſtunt, *l. Diuus, ff. de offic. præſid. l. Infans, ff. de ſicar.* Farinac. *3. tom. quæſt. 94.* vt accidit in veſano, qui percuſſit Regem Catholicum D. Ferdinandum, quemque D. Regina D. Elizabeth, eius vxor, Imperauit laqueo ſuſpendi: cuius factum defendunt Hippolytus de Marſilis *in l. 1. in principio, ff. ad legem Cornel. de ſicariis, num. 59. & 60. & in praxi crimin. verb. diligenter, num 167.* Iul. Clar. *in praxi, §. fin quæſt. 60. verſ. item quæro.* Anton. Gomez *tom. 3. variar cap. 1. num. 72.* Pater. Marian *de Hiſt Hiſpan. lib. 26. cap. 4.* quem refert ingenioſiſſimus, & doctiſſimus D. D. Martinus de Larrea Tegui *lib. 9. ſelectar. c. 9.*

LXIV. Sed quamuis hæc fundamenta fortiſſima videbantur, alia erant plurima quæ contrarium ſuadebant, Reum ſcilicet non debere relaxari, ſed alia pœna extraordinaria damnari, vt ex ſequentibus apparebit.

LXV. Primum Quamuis enim facinus eſſet certum ac indubitabile, Reúſque confeſſus fuiſſet? ob id tamen defenſionibus aſſiſtentibus non deſtituebatur, vt aliàs dixit Marcus Tullius *oratione 35. pro Milone*, ibi: *Vidis etiam in confeſſione facti, iuris tamen defenſionem ſuſcipi poſſe.* Nec tam inquirendum erat ipſum crimen, quàm cauſa, quæ ad facinus fuit incitamentum. Vt paulò inferiùs ipſemet Cicero teſtatur, ibi: *Nam qui non pœnam confeſſioni, ſed defenſionem dedit; is cauſam interitus quærendam, non interitum putauit*, *l. verum 40. ff. de furtis*, ibi: *Neque enim factum quæritur, ſed cauſa faciendi.* Nam in omnibus humanis actibus, præcipuum quod eſt attendendum, vt in illorum cognitionem deueniatur, eſt cauſa; ſiquidem cognoſci non poſſunt, niſi ex effectibus, ſecundum Philoſophum, *1. Phyſic. & 1. Poſterior. cap. qui occidit 23. quæſt. 8. cap. cum cauſam, de teſtibus, cap. intelligentia. de verb. ſignificat. l. qui filium, §. Sabini, ff. ad Trebel* Bald. *in l. ſcire leges. ff. de legibus, & in cap. 2. de conſt.* Roman, *conſ. 65. n. 7.* & cauſa cognita, facillimè eius effectus cognoſcuntur, *l. ſemper. § negotiatores, ff de iure immun. l. ſi cui, §. 1. ff. ex quibus cauſis. maior. l. 2. §. omnes, ff. de iudic. l. Titia, §. vſuras, ff. de legat. 2. l. qui omnibus, ff de excuſat. tutor.*

LVI. Et cùm in criminibus, cauſa illorum materialis in voluntate conſiſtat, vt probat optimè Tibet. Decian. *lib. 3. tract crim. c. 2 n. 5.* neceſſariò ſemper eſt inquirendus animus, ac intentio, quibus committuntur, vt inquit Cicero, *lib. 2. Rethor* ibi: *Voluntatem in omnibus rebus ſpectari conuenit.* Et alibi *eodem lib. Non ex euentu cogitationem ſpectari oportere, ſed qua cogitatione, & ſpe animus ad maleficium profectus ſit, conſiderare: quo animo quid quiſque faciat, non quo caſu vtatur, ad rem pertinere.* Et *orat. 14. pro A. Cluent.* Seneca *lib. 1. de beneficiis, cap. 16. & lib. 6. cap 8.* D August. *de verb Apoſt. ſerm. 18.* S. Iſidor. Pelutior. *lib 2. epiſtola 289.* ibi: *A voluntate, animique deſtinatione res perpenduntur; quo fit, vt qui ſponte aliquem ſauciauit, nec tamen interfecerit, eo, qui non ſponte, atque conſulto interemerit, ſceleratior eſſe iudicetur, cap. homines falſum 22. quæſt. 2. cap. paratus 23. quæſt. 1. cap. Et ſi Christus, §. penultim. de iure iurand* Patr. Gregor *lib. 30. ſyntagmat. cap. 2.* Nam maleficia, voluntas, & propoſitum, delinquentes diſtinguunt. Verba ſunt, *l. qui iniuria 53. ff de furtis.* Et probat text. *in l quod Reipublica 34 ff de iniuriis l 3. § ſi quis dolo. ff. de tabul. exhib. l. 1. ff. ſi famil furt. feciſ.* Petr Erod. *rerum iudicat. lib. 6. tit. de iniuriis, cap. 20.* Lucas de Peñ *in l. quoties, n. 6. C. de exactor. tributor. lib. 10.* Cardin. Tuſch. *litera D. concl. 160.* Nouar. *quæſt. forenſ. libro primo, quæſt. 28. num. 11.* Farinac. *in praxi, tom. 3. quæſt. 87. num. 6.* Bobad. *lib. 2. politic. cap. 11. num. 103.* Marc. Gimb. *conſ. 85. num. 16.* Magiſque diſcernuntur per animum, & finem quibus crimen perpetrant, quàm per ipſum facinus, *l. Diuus, ff. de ſicariis*, ibi: *In maleficiis voluntas ſpectatur, non exitus*, *l. fraudis, ff. de re iudic.*

dic. l. verum , de furtis. Sanctus Iſidnr. Peluſ. *lib* 3. *epiſtol*. 399. ibi : *Siquidem* *es à conatibus plerumque, non ab effectibus iudicantur , atque ab animi ſententia,& voluntate,non à fine corona nectitur, cap.ordinationes,in princip*. 1.*quæſt*.1 *cap quicumque* 11. *q*.3. Tiraquell.*de pœn.ſemper.cauſ*.51.*a n*.7.& 9.Farinac. *d.q*.87.*num*.7.

LXVII. A ſeò vt crimen non poſſit animaduerti, vbi deſit voluntas,animúſque offendendi , vt inquit Auguſt.*in lib.de libero arbitrio*,aſſerens, *peccatum adeò eſſe voluntarium, vt ſine voluntate peccatum non ſit*. *l*. 1.*C.de ſiccariis*, ibi : *Crimen enim contrahitur, ſi & voluntas nocendi intercedat. cap. vnum*, §.*criminis appellatio*,25.*diſt*. D.Thomas 1.2. *q*. 74. Gloſſa & DD *in l*. 1. *Cod.ſi aduerſ. delict*. Menchacalib.1. *illuſtr.q*.19.*num*.5.Farinac. *dict.quæſt* 87. *num* 6. Nam voluntas eſt , qua peccatur , & delinquitur , iuxta illud Lucæ cap.8. *Ex corde procedunt fornicationes, adulteria,homicidia* , &c. D.Auguſt. *in lib. retract*.4. ibi : *Voluntas eſt , qua peccatur , & rectè viuitur*. Et *in lib.de duabus animabus*, vbi ait. *Quòd non niſi voluntate peccatur*. Exornat Tiber. Decian.*dict. lib*.2. *criminis.c*.2.*num* 5.

LXVIII.Cauſa igitur , qua Reus dixit ſe fuiſſe motum ? animúſque, & conſilium, quo Libellum fixiſſe fuit confeſſus , relata iam eſt ſupra *num*. 31. Fixit itaque , non animo Sanctiſſimam Virginem, ac Dominam noſtram offendendi ; neque dubitans de eius virginitate , puriſſimóque candore : potiùs id intendens, vt cultus erga Deiparam Fideliúmque deuotio erga Virginem *del Triumpho* , cui ipſe inſeruiebat, augeretur : ratus , hac via quamvis adeò barbara, irrationali , & execranda, faciliùs , compendioſiúſque conſecuturum , vt amor , ac pietas, quæ erga Cœlitum Imperatricem , omnium Fidelium animis, altis inſidet defixa radicibus , tunc maximè excreſceret eum inſolentioribus opprobriis, & contumeliis quateretur : vt quaſi inſolito hoc facinore laceſſiti fideles de ipſo pietatis obice gradum ad noua alia , maioraque, & inaſſueta pietatis officia facerent : nouáſque, & magnificentiſſimas feſtiuitates , publicáſque ſupplicationes inſtituerent ad Virginem *del Triumpho* , in quam prædicti Libelli verba torquebantur. Ac licèt factum ipſum valdè eſſet iniquum , Libelliq́ue verba enormiter blaſphema , & execranda, magna tamen nequitiæ pars euanuit ex bono animo , & fine , quo res eſt peracta , iuxta illud Plauti *in Captiu*. *In re mala, animo ſi bono vtare, adiuuat*. & in Pſeudol. ibi : *Bonus animus in re mala dimidium eſt mali*. Libanius *declamat*. 23. ibi : *Et tamen vbique cauſam videmus tantam vim habere, vt cum aliquis etiam malè agere vult , tametſi non poſſit , odio habeatur ; & qui læſerit benefaciendi animo , inter benemeritos ſtatuatur* : Et bona intentio , praui medij malitiam minuit : aliquid enim à voluntate adimit. Ita Marquez *en el Gouernador Chriſtiano, libro ſecundò , capit*. 7. *folio* 52.

LXIX. Secundum. Cùm enim adfuerit animus, quem nuper retulimus, doluſque defuerit,non benè fundatur , Reum debere relaxari : ſiquidem pœna capitalis imponi non poteſt , nec etiam grauis , vbi deficit verus dolus , *l*.1.§.*Diuus* , *ff. de ſicariis* , ibi : *Eum , qui hominem occiderit , ſi non occidendi animo hoc admiſerit , abſolui poſſe*, *l. in lege, ff.eodem*, *l*. 1. *Cod. eodem titul. l.abſentem, in fin. ff.de pœnis.Bald.in l. data opera , num*. 7. *Cod de his qui accuſ.non poſſ*.Angelus *in l*.1.*num*.5. & ibi Caſtrenſ.*num*.10.*ff.de legib*.Iaſon.*in l.in actionibus n*.27.

Carena de Offic.Inquiſit.

& ſequentib.ff. de in lit. iurand. Menoch.*de arbitrar. lib*.2.*caſ* 324.*a num* 3.& 7.Franciſcus Beccius *conſil*. 51.*num*.6.*lib*.1.Farinac.*tom*.3.*q* 87.*à num*.1. Carolus de Tapia *deciſ* 1 *num*.27.adiiciens,*quòd neque dolus præſumptus conſiderari poteſt,vbi de pœna mortis agitur ,ſed verus requiritur*. Quamvis factum , eſſet culpa admiſſum. Cùm enim de imponenda graui pœna agitur , nulla culpa, quamquam lata , dolo æquiparatur ; nec ſufficit , niſi ad pœnam extraordinariam *dict.l.in lege Cornelia*, ibi : *Nec in hac lege culpa lata pro dolo accipitur, ff. ad legem Corneliam,de ſicar* vbi Bart.per illum textum dixit , *nullam eſſe legem,qua culpam morte puniat*. Gloſſa *in dict.l. actionibus,verb non etiam ob culpam ff.de in litem iurand*.& ibi Bald.*num*.7.Iaſon. *à num*. 27. & Decius *à num* 10.& 19.Caſtrenſ.*in l.nemo,num*.5.*C.de Epiſcop.& Cleric*. Vbi refert, obtinuiſſe in diuerſis caſibus pro hac opinione pœnáque ordinaria multos liberaſſe, & hoc eſſe menti tenendum,ad confuſionem Iudicum imperitorum.Hunded.*conſil*.105.*n*.78, *lib*.1.Franc.Burſat.*conſ*.152. *n*.37. Tiraquell.*de pœn. ſemper.cauſ*.14 *num*.5.Iul.Clar.*in* §.*fin q*.84. *in princ*. verſ.*& loquendo de pœna mortis*,Farin. *d.q*.87.*à n*.12.

L X X. Tertium. Quamuis enim , cùm factum, vel verba ſunt hæreticalia ſecum afferant regulariter prauæ intentionis præſumptionem , *ex l ſi non conuicij,C.de iniuriis,cap*.1.*de præſumpt*.cum cæteris adductis ſuprà *num*. 35. & 43. Hoc non procedit , cùm aliæ præſumptiones in contrarium adſunt : vel attenta perſonæ qualitate , aliíſque circumſtantiis ſuadeatur, per cauſam diuerſam, & non hæreticali intentione commiſſum fuiſſe ; vt in terminis eleganter reſoluunt Ioann. Lopez *in allegat. hæret*.§.7 *poſt medium*. verſ.*ad hoc tamen*,Subiiciens *quòd præſumptio mala intentionis tollitur per actus externos contrarios, & per contrarias præſumptiones*. Simancas *in Enchirid.tit*.29 *de confeſſ.num*.9.Et poſt alios optimè Farinac *de hæreſi q* 179 *num*.62.Anton, à Souſa *in Aphoriſm.Inquiſit lib*.1.*cap*.13.*num*.13.& *cap*. 6 *num*.10 & 12.Animus enim, & intentio , vt res interna per indicia, & coniecturas probatur, *ſi ſi margaritam ff.pro ſocio*. Bald. *in l cùm proponas num*.2.*C.de bon.author.iud.poſſid*.Menoch.*lib*.5. *præſumpt*.10.*num*.11.Giurb *conſ* 7 *num* 33.& præſumptio,quæ ex ipſo facto , vel verborum qualitate remanet,per alia fortiora ſuperatur, iuxta text.*in l.Diuus , ff. de reſtit. in integ. l. non ſolùm , ff. de ritu nupt*.Menoch. *de præſumpt.lib*.1.*q*.3r.*à num*.1. Quæ iniuriandi animum excludunt , qui aliàs ex verborum qualitate præſumeretur.Petr.à Vela per textum *in l. ſi non conuicij , poſt principium , C. de iniurijs*, ibi : *Et probabit quòd non fecerit animo iniuriandi per coniecturas, vt l*.1. *ſuprà de ſicarijs*. Et ibidem Cinus *num*.2.*in fin* & Angelus *num*.3.*circa fin*.verſ. *& ideò incumbit*.Felin.*in c. cùm te,num*.18 *in fi*.verſ. *quod cognoſcitur ex coniecturis , de ſent. & re iudic*. Beluſius *in pract.lib*.1.*c*.3.*de iniurijs, n*.3.vbi quòd coniecturæ hoc caſu ſumuntur ex facti , & perſonarum qualitate. Clar. ad Bertazol , *conſil*. 206. verſ, *primum itaque* Farinac.*in praxi tom*.3. *quæſtion*. 105. *num* 121.& 122.

L X X I. Et in noſtro caſu complures coniecturæ , & circunſtantiæ concurrebant , quæ euidenter detegebant , ipſius Rei animum,& intentionem,hæreticalem non fuiſſe, nec Virginem lædendi , ſed animum in confeſſione prolatum.

LXXII. Tum,quòd Reus ſit Chriſtianus Orthodoxos, Parentibus non infectis progenitus:ex origine enim,vel aſcendentia,bona,vel mala præſumptio

ſumitur, ſempérque iudicatur vnumquemque ſuæ radici correſponſurum, iuxta illud Ouidij libro quarto Metamorphoſ.

Qui viret in foliis, venit à radicibus humor.
Et Patrum in filios abeunt cum ſemine mores.

Et probat text. *in l. quod ſi nolit*, §. *ſi quis mancipia, ff. de ædilitio edict.* ibi: *Præſumptum etenim eſt, quoſdam ſeruos bonos eſſe, quia Nationis ſunt non infamatæ: quoſdam malos videri, quia ea Natione ſunt, quæ magis infamis eſt, l. ſi cohortalis. C. de cohortalibus.* D. Greg. *homil. 20. in Euangel.* ibi: *In his omnibus Patrum ſuorum carnalium vias ſequuntur, quaſi venenati filij de venenatis Parentibus nati.* Bald. *in l. Gallus*, §. *quidam rectè, ff. de liber. & poſth. n. 2.* verſ. *in ſecunda*, ibi: *Vitium, quod eſt in radice naturali, tranſit ad poſteros*, Tiraquell. *in leg. connub. 7. num. 12. & ſequentibus, & in tract. de nobilit. c. 11.* Mier. *de maiorat. 2. p. q. 4. illat. 2. num.* 17. & 18. D. Salgal. *de reg. proteg. 4. p. c. 6. n. 34.* D. Solorz. *de iure Indiar. tom. 1. lib. 2. c. 8. à num.* 13. Et à communiter accidentibus Nunquam accidit à Fide retrahi, niſi à Parentibus infectis ortos, vt notabiliter obſeruauit Simanch. *de Cathol. inſtit. tit. 35. num.* 15. ibi: *Nemo quidem ad Iudæorum ritus iam tranſit, niſi qui ex Iudæis Parentibus deſcendit, & ab eis Iudaicam ſuperſtitionem didicerit.* Mieres, 1. *p. q. 51. n. 26.*

Tum ex eius vitæ decurſu: nam ex anteà geſtis, & vitæ qualitate, coniectura deſumitur validiſſima. Cicero orat. 35. pro Pub. Sylla, ibi: *Omnibus in rebus (Iudices) quæ grauiores, maioréſque ſunt, quid quiſque voluerit, cogitauerit, admiſerit, non ex crimine, ſed ex moribus eius, qui arguitur, eſt ponderandum: neque enim poteſt quiſquam noſtrum ſubitò fingi, neque cuiuſquam repentè vita mutari, aut natura conuerti, l. cùm hi, §. cauſa, ff. de tranſaction.* ibi: *In perſona eius hæc erunt inſpicienda, in quibus ſit facultatibus, cuius propoſiti, cuius opinionis. Tunc enim apparebit, numquid circumuenire velit, l. famoſi*, ibi: *Nam & perſonam ſpectandam eſſe, & antè quid fecerit, & an cogitauerit, ff. ad leg. Iul. Maieſt. l. 1. § tormenta, ff. de quæſtion. l. 4. ff. de incend. & ruin. cap. in noſtra*, §. *nos verò, de pœn. cap. Sacroſancta, de ſentent. excomm.* ibi: *Maximè ſi laudabilis opinionis exiſtat* Menoch. *de præſumpt lib. 1. q. 16. à num.* 1. *vſque ad* 19. Pariſ. *conſ. 163. num. 16. vol. 4.* Tiraquel. *de pœn. temper. conſ. 51. à num* 54. *vſque ad* 58. Honded. *conſ. 100. num. 10. vol. 1.* Et per totum vitæ decurſum in confeſſione relatum, non fuiſſe ſibi familiaritatem cum hæreticis patebat. Et non ſolùm eſſe orthodoxum, ſed etiam ſuum animum, ſuáſque cogitationes ad Virginem Sanctiſſimam referre, vt clarè apparebat ex longiſſima peregrinatione ad Sancta Hieroſolymorum loca inuiſenda, quam deuotionis cauſa iniit, longinqui itineris labores perferens; ad Virgini inſeruiendum ex fœdere ſe obſtringens, eiúſque ſanctiſſimum nomen inſcriptum, & inciſum in brachiis afferens, in ſignum, & demonſtrationem Virginis in eum dominij, atque piæ deuotionis erga eam, cui vnicè ſe fatebatur dicatum, vt ſigna ſimilia ſolent manifeſtare, ad text. *in l. ſtigmata 3. C. de Fabricen. lib. 11. l. pœn. C. de aquæduct. eod. lib.* Et tradita per Plin. *lib. 18. natur. Hiſto. cap. 3.* Ælian. *lib. 2. de var hiſt. cap. 9.* Et ex Artemidoro, Plutarcho, & aliis Petr. Gregor. *l. 31. ſyntagmat. cap. 35. num. 2. & 3.* Brodeus *lib. 4. miſcellan. cap. 14.* Conan. *lib 2. comment. cap. 6. num. 4.* Eáque ſolùm, ad vincendas quaſcumque præſumptiones, & obiectiones in contrarium ſufficerent, iuxta illud D. Pauli ad Galatas *cap. 6. verſ.* 17. ibi: *De cætero nemo mihi moleſtus ſit; ego enim ſtigmata Domini noſtri in corpore meo porto.* vbi rectè Caietan. in hæc verba: *Sufficiant, inquit Paulus, hactenus obiecta mihi falſitates (quòd ego foueo circumciſionem, alibi, & ſimilia) deinceps nemo mihi huiuſmodi moleſtias exhibeat: & ratio manifeſta omnibus eſt: ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. Ad ſimilitudinem ſeruorum geſtantium in facie notam Dominorum, inuſtione ferri factam, deſcribit ſe Paulus, portare manifeſtè in corpore ſuo, non vnam, ſed multas impreſſas notas D. Ieſu.*

LXXIV. Tum etiam, quòd Virgini *del Triumpho* inſeruiret, venerationem eius, cultúmque fouens, ac ſollicitans: ſiquidem nihil horum efficeret, ſi fidem verbis in Libello contentis tribueret. Nunquam enim ſimilis cultus exhibetur in eis, quos Sanctos, & Beatos iudicamus; vt teſtatur Eymeric. *in Direct. Inquiſit. 2. p. q. 43. à n. 2.* ſubiiciens *n.* 11. *quòd eò ipſo, quòd aliquis honorem Duliæ exhibet, facto ſe credere oſtendit illum cui talem honorem, ſeu venerationem exhibet, Sanctum, & Dei amicum fore.* & ibidem exornat Franciſcus Peña *in addit. comment.* 7. Gloſſa & DD. *in cap. accuſationis, § ſanè, de hæret. lib. 6.* Simancas *de Cathol. inſtit. tit. 32. de Idololatria, num. 4.* & pluribus adductis à Farinac *de hæreſi, q. 161. n. 67. & 68.* Nec poſt crimen commiſſum perſtitit, vt perſtitit in Virginis famulatu, ſollicitus de eius feſtis, ac proceſſionibus, quæ celebratæ fuerunt in honorem, & ſatisfactionem eius, Libellique capiationem, maximum inde gaudium oſtentans Quod ſi non eſſet Chriſtianus Orthodoxus, Noſtræque Dominæ puritatem, & candorem abnegaret, potiùs indicaret maleuolentiam: atque mœrorem, animaduertens Libelli conatus fruſtratos, ſi intentione, contrariò allegata, fuiſſet: & ex ſubſequentibus actibus non eſt dubium, quin animus cognoſcatur; pateátque quem in præcedenti habuit. Argum. text. *in l. ſed & Iulianus*, §. *proinde, ff. ad Macedonian. l. reprehendenda, C. de inſtit. & ſubſtit. l. quædam, ff. de reb. dub.* Mar. Giurb. plures congerens *conſ. 51. num. 16.* Eruditè Petr Erod. *lib. 3. rerum iudicat. lib. 1. quod quiſque iur. cap.* 7. Vbi exemplis demonſtrat, *quo quis animo, quid egerit, cognoſci ex poſt facto.* Et, ſi doli præſumptio, iniuriandíque animus excluditur in actu, qui fit erga perſonam affectam, beneuolam, aut coniunctam ex traditis per Menochium *libro quinto præſumpt. 3. num. 21. & ſequentib.* Maſcard. *concluſ.* 331. *num.* 11. Farinac. *part. 3. quæſt.* 89. *num.* 68 Et etiam cùm inimicitia præcedit, Claud. ad Bertazol. *conſil. 206.* verſ. *primum itaque.* Vbi tunc iniuriandi animum abeſſe affirmat, quando inter iniuriantem, & iniuriatum nulla præcedebat inimicitia: ſequitur Farinac. *quæſtione centeſima quinta*, *num.* 122. Quomodò ergo præſumi poterit, Reum Virginem Sanctiſſimam lædendi animum habuiſſe, cui inſeruiebat, ſéque dicauerat tota vita in eo famulatu permanſurum?

LXXV. Tum denique. Quia licèt ipſi teſtes, qui aduerſus Reum depoſuerunt, per Sancti Officij Fiſcalem ratificati referant, ex tempore, quo is Virgini *del Triumpho* inſeruiendæ ſe dicauerat, maximè ſtuduiſſe, deuotionem erga Deiparam augeri: fecerúmque illum locum nouis cancellis ferreis, lucerníſque exornari; inſtituíſque confraternitatem Perſonarum, Virginis cultui ac famulatui perpetuò aſſiſtentium, quibus Reus ipſe præfuturum ſe aſſerebat; Virginis demum miracula promulgari, eiúſque venerationem excreſcere; ac licèt

multi

muldi aſſetuerint, ſe in animum induxiſſe, Reum ambitione, & auaritia ductum, Libellum fixiſſe, vt ſcilicet pluris deinceps ab omnibus fieret, & vt eleemoſinarum quæſtus augeretur, Populi deuotione, frequentiáque illius Sanctuarij excreſcente: licet inquam, hæc ita eſſent, ſaltem animus hæreticalis ab omnibus excludebatur, vt ipſa acta ab eis relata demonſtrant: & quo ad hoc pleuè probaruot aduerſùs Sancti Officij Fiſcalem, qui ipſos protulit, ex reg. text. *in l. ſi quis teſtibus*, *C. de teſtibus*, cuius deciſio etiam aduersùs fiſcum locum habet, vt notarunt Surd. *conſ.* 40. *num.* 20. *lib.* 1. Farinac. *de teſtib. quæſt.* 72. *num.* 214. *& conſ.* 78. *num.* 36. *& conſ.* 80. *num.* 9. *&* 38. *lib.* 1. Fontanel. *deciſ.* 129. *num.* 15. Quamuis ex ſuo tantùm iudicio, atque credulitate deponerent. Roman. *conſ.* 104. *poſt num.* 6. Anton. Gabr. *comm tit. de teſtibus concl.* 1. *n.* 55. Farinac. *dict. quæſt.* 62. *à num.* 126. Quamuis enim principio ex officio fuerint examinati, poſtea à Fiſcali reproducti, viſi ſunt ab ipſo approbari., Farinac. in termiois *dict. conſ.* 78. *num.* 35. & cùm eis vſus fuerit, in nullo excipi poſſunt. Non enim eorum depoſitiones pòteſt excindere, partim acceptando, partimque reprobando. Petr. Surd. *d. conſ.* 173. *num.* 68. *lib.* 2. Farinac *in praxi tom.* 1. *q.* 43. *n.* 19. Fontanel. *d. deciſ.* 129 *n.* 12.

LXXVI. Quartum. Nam Reus, eùm crimen fuit confeſſus, non erat conuictus, ſed tantùm ex indiciis ſuſpectus, atque præſumptionibus, relatis ſuprà, *ex n.* 13. & ex literarum Libelli cum aliis eius ſcriptionibus comparatione: quæ præſumptio erat violentior, & in cauſis criminalibus, ex ſua grauitate, indicióque fallaciſſimo probationem non inducit, nec etiam ea ſola ad torturam ſufficere; in ſpecie Libelli famoſi defenduot Tribiſan. *deciſ.* 52. *num.* 8. *lib.* 2. Farinac. *conſ.* 70 *n.* 14. *lib.* 1. Nicol. Genn. *de ſcript. priuat. lib.* 2. *quæſt.* 1. *à num.* 114. *vſque ad* 120. Et cùm condemnatio præcipuè penes Rei confeſſionem facienda eſſet, eum qualitate ſua debebat acceptari, ex Saliceto *in l.* 1. *n.* 8. *C. de confeſſ.* Bald. *in l. nec codicillos*, *num.* 2. *C. de codicil.* Hippol de Marſil. *conſ.* 129. *num.* 1. *& conſ.* 136. *à n.* 31. *&* 44. Vulpel. *conſ.* 44. *n.* 5. Roland. *conſ.* 17. *n.* 28. *lib.* 3.

LXXVII. Et quamuis in criminibus, actibúſque prohibitis, ex doli præſumptione, quam ſecum afferunt, multi contrarium defendant, vt conſtat ex adductis à Farinac. *part.* 3. *quæſt.* 81. *num.* 110. ipſi ſuam opinionem limitant, cùm, vt in noſtro caſu, confeſſionis qualitas aliis indiciis, & præſumptionibus adiuta inuenitur, quæ certam eſſe ſuadeant. Tribiſan. *deciſ.* 46. *num.* 16. *lib.* 2. Anton. Gabr. *lib.* 7. *comm. conſ.* 19. *num.* 14. Farinac. *dict. quæſt.* 81. *num.* 153. Zeuall. *quæſt.* 362. *num.* 31. *in fin.* Anton. à Souſa *in Aphoriſm. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 33. Vel niſi de crimine conſtat, & Reus nullo alio, quàm ſua confeſſione conuincitur. Hieronym. Grat. *conſ.* 151. *num.* 19. *in fin. lib.* 2. Alciat. *conſil.* 461. *num.* 7. *circa finem*, *verſ. nunc reſpondeo.* Honded. *conſil.* 96. *num.* 24. *lib.* 1. Maſcard. *concl.* 867. *num.* 7. Souſa *dict. cap.* 10. *num.* 33. His enim caſibus, confeſſio cum ſua qualitate eſt acceptanda, etiam ſi anteà Reus crimen abſolutè abnegaſſet. Farinac. *d. q.* 81 *num.* 130. *&* 131. Ant. Souſa *d. lib.* 2 *c.* 20 *n.* 31.

LXXVIII. Et ad minùs etiam cùm hæ circunſtantiæ deeſſent, certum quidem eſt confeſſione qualificata, pœnam criminis ordinariam non poſſe imponi, ſed extraordinariam. Abbas *in capit. audītis*, *num.* 33. vbi etiam Felinus *num.* 30. *de præſcript.* Ant Gom. *tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 26. *ad medium*, Farinac. *dict. quæſt.* 81. *num.* 157. Zeuall. *dict. q.* 362. *num.* 12. Anton. Theſaur. *deciſion.* 13. *num.* 6. *&* 7. Surd. *deciſion.* 158. *num.* 7. Grmeli. *deciſion.* 12. *num.* 18. Buccaiton. *in different. inter ciuil. & crimin. different.* 40. *num.* 3. *in fin.* Camil. Boreil. *in ſumm. deciſ. tom* 2. *titul.* 3. *num.* 294 Copioſè, vt ſolet D. D. Ioſeph. Vela *diſſert.* 25. *num* 86. Quibus nec etiam placuit pœnam eſſe corporalem. Bertazaol *conſil.* 17. *num.* 2. *& ſequentibus lib.* 1. Hippolyt. Riminald. *inter conſil. crimin. diuerſor. conſil.* 83. *num.* 14. *lib.* 2. Etiam ſi Reus aliis indiciis, atque præſumptionibus eſſet indiciatus, niſi plenè teſtibus conuinceretur. Oſaſcus *deciſion.* 60 *num.* 9. Theſaur. *d. deciſion.* 13. ferè per totam. Anchart. Iun. *quæſt. famil q.* 40. *num.* 1. *& ſequentibus.* Maximè *num.* 7. *p.* 1. Farinac. *d. quæſt.* 81. *num.* 135. Maſcard. *concl.* 867. *num.* 4. Anton. à Souſa *dict. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 30.

LXXIX. Quintum. Nam hoc procedit potiori quidem ratione, exiſtente confeſſionis qualitate, quæ diuidenda eſt, quantum ad intentionem, qua actus factus fuit: nam cum hoc verè ex animo dependeat, *l. illud*, §. 1. *ff. de iniurijs*, ibi: *Cùm enim iniuria ex affectu facientis conſiſtat*; multum eſt quoad hoc, deferendum eius qui fecit depoſitioni, *l. cum de indebito* 25. §. *in omnibus ff. de probat.* ibi: *Niſi ipſe ſpecialiter qui cautionem expoſuit, cauſas explanauit, pro quibus eandem conſcripſit. l. omni nouatione, C. de Sacroſanct. Eccl. l. ex facto, ff de vulgar. cap. inter alia, de ſentent. excomm.* Bald. *conſil.* 413. *num.* 1. ibi: *De animo autem ſuo interrogari quis poteſt, & ſtabitur eius reſponſioni, volum.* 4. Bart. *in l. pro hærede, num.* 3. *de acquirend hæred.* Crauet. *conſil.* 384. *num.* 9. Simon de Prot. *conſil.* 65. *num.* 35. *vol.* 1. Ad criminis etiam excuſationem, quæ aliàs induci poſſet, vt poſt Bald. *in lib.* 1. *num.* 20. Iaſon. *num.* 23. *&* 30. *C. de ſeruis fugitiu.* tradit. Honded. *conſil.* 87. *num.* 163. *&* 164. *volum* 2. ſubiiciens, *declarationem animi, quo epiſtola, vel quid ſimile ſcriptum fuit ſpectare ad ſcribentem, & eius declaratione delictum excludi.* Alexand. *conſil.* 146. *num.* 24. *&* 25. *lib.* 5. Gerard. Mazol. *conſil.* 101. *num.* 78 *&* 79. Miſinger. *conſil.* 7. *num.* 20. *& ſequentibus* Vbi ex pluribus comprobat, ſtandum eſſe iuramento, & declarationi iniuriantis quòd iniuria non fuerit illata animo iniuriandi. Maſcard *concl.* 97 *n.* 10.

LXXX. Sextum Non enim de cæremoniis, nec alio actu contra fidem, qui propriè in facto conſiſtat, agitur, ſed ſolùm de Blaſphemiarum punitione dicti libelli, quæ propriè non in factis, ſed in verbis conſiſtunt, vt poſt alios egregiè obſeruarunt Suarez *tom* 1. *de Religione tract.* 3. *lib.* 1. *cap.* 4. *num* 4 *&* 5. Sanchez *lib.* 2 *oper moral. cap.* 32. *num.* 5. ibi: *At verius eſt, blaſphemiam propriè non conſiſtere in factis ſed in ſolis verbis, mente, ore, aut ſcripto prolatis*, &c. Omni enim iniuria, aut re, aut verbis fieri dicitur: & verbis ſẽper fieri cenſetur, quoties manus non inferuntur, *l.* 1. §. *Iniuriam, ff. de iniurijs*, ibi: *Iniuriam autem fieri Labeo ait, aut re, aut verbis: re, quoties manus inferũtur, verbis autẽ quoties non inferuntur manus, vt cum conuicium fit.* Iniuria itaque, quæ in Libello, vel aliàs ſcripto fit, abſque dubio verbalis dicitur, vt per text. *in l. lex Cornelia* 5. §. *ſi quis librum*, *l. item apud Labeonem* 15. §. *conuicium ff. de iniuriis*, *c. conſtitutionem*, *c. vbi periculum, de ſent. excommunicat lib.* 6. Erudité probat Roman. omninò videndus *conſ.* 378. *num.* 1. Aufrerius ad Capellam Toloſ. *deciſ.* 127. *num.* 9. Andr. Gail *lib.* 2. *obſeruat.* 104. *num.* 1. Baiard. *in addit. ad Iul. Clarum in* §. *iniuria*, *num.* 35. Cephal. *conſ.* 341. *n.* 41. *& ſequent. lib.* 3. Farinac. *tom.* 3. *q.* 105. *num.* 4. *& conſ* 30. *num.* 24. *lib.* 1. Et in iniuriis, vel blaſphemiis verba-

libus, faciliùs admittitur excuſatio ex defectu intentionis, quam in cæremoniis, aut factis hæreticalibus, Albertin. *de agnoſcendis aſſertionibus*, q. 36 *n.*18 *in princip* Rojas *de haret.*1.*p.* *n.* 301. 305. & 306. Farinac. *de hareſi*, *q* 179. *num.* 56. Meliùs enim in verbis animi ſimulatio cadit, quàm in factis: hæc enim maiori certitudine intentionem detegunt; verba verò faciliùs contra proprium ſenſum proferuntur, *l. ſi tamen*, §. *ei qui ff de adil. edict. c. filij*, *de haret. c. contra Chriſtianos*, *eodem tit. lib.*6. Gloſſa *in l. recuſari*. *ff. de acquirend. haret.* Caſtill. *lib.*5.*c.* 107.*n.*17.& *ſequentib.* Mat. Giurba *conſ.*51.*num.* 16. *in fin.* Pulchrè Rojas *de haret.*2.*p.* *à*. *n.*210. Torreblanc. *de iure ſpirituali lib.*13.*c.*2.*n.*9.

LXXXI. In his itaque terminis neceſſariò Rei Confeſſio eum illa qualitate, ex defectu intentionis eſt admittenda, vt in puncto defendunt Canter. *in quaſt. Crimin. Rubric. de haretic. cap.* 1.*num.*68. & 69 Farinac. *de hareſ. dict. qu.*179. *num.* 55. Caſtro Palao *tom* 1.*tit.*4.*diſp.*4.*punct.*3. *num.* 170. Anton. à Souſa *in Aphoriſm. dict. lib.*1.*cap.*13.*n.*11. ibi: *Quòd ſi alia indicia non adſint hareticalem animum oſtendentia omninò Reus credendus eſt: ſi vero alia indicia animi ſuſpecti dantur pro qualitate eorum abiurare debent.* Rojas *de haret.*1.*part.* *à num.* 33.& 174. *cum ſequentibus.* Diana *tom.* 4.*tract.*7.*de pœn. delict. reſolut.*14. *per tot.* maximè verſ. *Sed quid ego ſentio.* Præcipuè eum aliis circunſtantiis, & coniecturis fulcitur, quæ intentionis defectum perſuadeant, ex ſupra adductis *num.*74.& per ioannem Gutierr. *de delict. quaſt.*32.*num* 64. verſ. *ſed et veroſimile ſit.* Et innenitur, vt hic accidit, verificata, & certa Rei confeſſio in reliquo: tunc enim, etiam quoad hoc certiſſimam eſſe præſumendum eſt Gloſſa, & DD. *in l.*2.*C de non num pecun* Menoch. *cap.*7.*lib.*3. *praſumpt.* 12. *num* 26. verſ. *quarta coniectura. Et praſumpt.*13.*num.*16. ioſeph Ludouic. *deciſ. Peruſin.* 16. *n.*24 Gratian. *deciſ.*103.*num.*23. Camil. Borel. *in ſum. deciſ. tom.*1.*tit.*3.*de confeſſ. num.*154.

LXXXII. Septimum. Nam cùm intentio defecerit, Reus, hæreticus formalis nullatenus poteſt iudicari, nec hæreticorum pœnis puniri: nulla enim blaſphemia, nullúſque actus interior, quamuis horrendus, hæreſis poteſt nuncupari, cum operandi animus contra fidem, & pertinacia in intellectu deficit, *c. dixit Apoſtolus* 14.*q.*1. *c. excommunicamus* 1.§. *credentes*, *de haret.* D. Thomas 2.2 *q.* 15. *art.*1. Nauarr. *in Manuali cap.*12.*num.*82. Caſtro *de iuſt. haret. punit. lib.*1.*cap.*7.& 11. Azeued. *in Rubric. tit.*4.*lib.*8. *Recopilat. num.*25. Sanchez *lib.*2. *oper. moral. cap.* 7.& 32. *num.* 3.& 7. Souſa *lib.*1. *Aphoriſm. cap.*8.& 19.*num.*7. Rojas *de haret.*1.*p. num.* 34.& *ſequentib.* Param. *de orig. Inquiſit. lib* 3. *quaſt.* 3.*n.*10. Toletus *de inſtit. Sacerd. lib.*4.*cap.*3.*num.*1. verſ. *primum eſt*: vbi dixit conculcantem hoſtiam ſacram ſine errore intellectus non eſſe hæreticum. Farinac. *de hareſ quaſt.*178.*num.*7.8. & 10 & *à num.*148 & *quaſt.*179. *à n.*39. & *quaſt.*181.*num.* 43. Diana, *part.* 4.*tract.*7.*reſol.* 36. Gutier. *de delictis*, *quaſt.*32. *à n.* 60. Caſtro Palao *tom* 1.*oper. moral. tract.*4.*diſput.*3. *punct.*2.*num.*16.

LXXXIII. Et quamuis factum eſſet adeò punitione dignum, Libelliqne verba adeò execranda, plurimum tamen pœna debere moderari videtur, doli defectu perpenſo, & etiam ſine quo fuit commiſſum, ex dictis ſuprà *num.* 31.& 69. Conducit. text *in l. aut. facta in princip. ff. de pœn.* *l. quod reip.* 33. *ff. de iniuriis*, ibi: *Etiam ſi ad contumeliam alicuius pertineat, quia tamen non ea mente Magiſtratus facit, vt iniuriam, faciat, ſed ad vindictam Magiſtratus publice reſpiciat. actione iniuriarum non tenetur.* Petr. Herodot. *rerum iudicat. lib.* 3.*tit.*1. *quod quiſque iure cap.*4. Vbi delictum excuſationem meretur, cum non nocendi animo fit, apertè teſtatur. Siquidem quæcumque cauſa vel terror, quamuis iniuſtus, & irrationalis, ad delicti excuſationem ſufficit, vel ad minùs ad pœnæ moderamen, *l. igitur*, §. *poteſt*, ibi: *Iuſtis, vel non iuſtis rationibus ductus*, *ff. de libera cauſa*, *l. clam poſſidere*, ibi: *Aut aliqua ratione*, *ff. de acquirend. poſſ.* Tiraquell. *de pœn. temper. cauſa* 43. *à num.*1. Farinac. *tom.*1. *quaſt.* 90.*num.*1.& *ſequentib.* Seraphin. *deciſ.*1059. *à num.*3. *vſque ad* 8. *lib.*2. Et in terminis actionis, & delicti iniuriarum probat text. *in l. item apud Labeonem* 15. §. *ſi quis Aſtrolog. ff. de iniuriis.* Alber. & alij *in l. ſi conuicij*, *C. eod.* Oldrad *conſil.*53 verſ. *imò quandoque* Bartol. *in l. fin. num.*7. *ff de hared. inſtit.* Anton. Gom. *tom* 3. *variar. cap.* 6. *Rubric.* 2. *aduertendum tamen.* Ruinus *conſ.*145 *n.*16 *lib.*5 vbi quod ad excuſandum ab iniuria ſufficit error verus, vel præſumptus. Crauet. *conſ.* 186. *num.*20. Boſius *titul. de iniuriis n.* 3. *in fin.* & *num.* 4 verſ. & *ideò fortè* Puteus *deciſ.* 52.*num.*2.*lib.*3. Surd. *deciſ.*89. *num.* 22. & 27. *ante fin.*

LXXXIV. Octauum. Si enim Hæretiei etiam formales, admittuntur, atque reconciliantur, cùm ſuam confitentur culpam, illiúſque pœnitentiam oſtendunt; eiſque aliqua pœnitentia, atque aliæ pœnæ moderatæ imponuntur, ſi eiuſmodi confeſſio, vel pœnitentia ante teſtium publicationem fiat, *l.* 31.& 55 *C. de his qui ſuper Regali contend. in Codice Theodoſiano*, *l. Manichæos*, §. *praterea*, *ad fin.* ibi: *Delicti veniam pœnitentibus damus*, *C. de haret cap. ad abolendam*. §. *praſenti*, & §. *Laicus*, *cap. excommunicamus*, *el.* 2. *de haret.* Rojas 2. *p* *num.* 297.& *ſequentibus.* Peña *in Direct* 3.*p. comm.* 142. Caſtro Palao *tom.*1 *tract.*4.*diſput.*6.*punct.* 1.*n.*1. Farinac. *de hareſi*, *quaſt.* 193. §. 2. *per totum*, Souſa *lib.*2.*c.*44. *à n.*1.& 7. Diana *tom* 4.*tract.*7.*reſol.*24.& pluribus antiquorum teſtimoniis comprobat Petr. Herod. *lib* 1. *rerum iudicat. tit* 6. *de haret.* vbi, *idem apud Gentiles in Chriſtianos fuiſſe obſeruatum, teſtatur.* Quod ſi hoc in hæreticis formalibus admittitur, atque practicatur in Sancto Officio, quia Eccleſia numquam claudit gremium redeunti, *l. vlt.* §. *ſed quia de epiſtola nos redeuntes*, *C. de ſumma Trinitate*, *l. Manichæos*, *C. de haret. cap ſupereſt*. *eodem titulo*. *lib.*6. ſectans in hoc Sponſi ſui dulciſſimi veſtigia; qui (vt ait Paulus 1. Timot.2.) *vult omnes homines ſaluos fieri*, & *ad agnitionem veritatis venire*: ad quod etiam ſpectat illud Ezech. 18.23. *Nolo mortem peccatoris. ſed vt magis conuertatur, & viuat.* Matth. cap. 11. ibi: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis*, & *ego reficiam vos.* Luc. c.4. ioan. c.2. Et vt ipſemet Saluator noſter ioann.6. inquit: *Eum qui venerit ad me non eiiciam foras.* Quanto potiori ratione idem cum hoc Reo debuit practicari, ſiquidem ſuam confeſſus fuit culpam multis lacrymis, veræque pœnitentiæ demonſtrationibus, ſui delicti veniam efflagitans; & in eo intentio, animúſque Virginem lædendi defecerunt; & potiùs, quamquam medio adeò irrationali, maiorem Deiparæ cultum, ac venerationem ſollicitauit.

LXXXV. Nonum. Non enim Reus, Hæreſiarcha, vel Dogmatiſta poteſt iudicari, ſiquidem nouos errores non inuenit, nec edocuit, nec prædicauit, vt erat neceſſarium, vt iudicaretur talis, *c. qui aliorum* 24.*quaſt.*3. ibi. *Vnde quia magiſter erroris eſt, non tantùm hareticus, ſed etiam Hareſiarcha*

dicendus

dicendus eſt. Eymeric *in Direct. 2. part. quæſt.* 39. & ibi Peña *comment.* 64. Farinac. *de hæreſ. q.* 178 *num.* 15. Souſa *lib.* 1. *Aphoriſm. c.* 9. *a num.* 1. Lodouic. à Paramo *de orig. Sanctæ Inquiſit. lib.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 134. vbi inquit, *Hæreſiarcham illum propriè vocari, qui aut hæreſes inuenit, aut inuentas alios docuit.* Caſtro Palao *tom.* 1. *tractat.* 4. *diſputation.* 6. *puncto* 2. *num.* 15.

LXXXVI. Et etiam in Hæreſiarchis, atque Dogmatiſtis, eſt certior, ac verior reſolutio, ad reconciliationem admitti, ſi in eis veræ pœnitentiæ ſigna cognoſcantur, & poſt capturam pertinaciter ſuas ſectas non defendunt, vt probat text. *in capite Berengarius de conſecrat diſtinct.* 2. *cap. ad abolendam, de hæret.* Et ex Concilio Biterrenſi, & Tarraconenſi; tradit Peña. *dict.* 1. *part. comment.* 64. Souſa *dicto lib.* 1. *cap.* 9. *à num.* 12 *&* *lib.* 2. *cap.* 44. *num.* 3. Farinac. *dicta q.* 193 §. 1. *à num.* 5. Diana *p.* 4. *tract.* 7. *reſolut.* 23. Didacus à Canter. *q. crimin. Rubric. de hæret. cap.* 1. *num.* 70. verſ. *eſt nunc videndum* Decian. *lib.* *tractat. crimin. c.* 54 *num.* 57. Caſtro Palao *dict. tract.* *diſput.* 6 *punct.* 2. *num.* 16. *&* *ſequentibus.* Vel eum perniciem nullam aliis attulerunt, nec etiam eos ad ſuos errores reuocarunt. Simancas *de Cathol. inſtit. tit.* 47. *num.* 72. Farinac. *dict. quæſt.* 193. *num.* 10.

LXXXVII. Sed nullus dubitandi relinquitur locus, hæreticali intentione, alios ad errores, qui in Libello promulgabantur, traducendi deficiente; ſed potius intentione contraria, & animo adſtante, hac videlicet via, Virginis Sanctiſſimæ *del Triumpho* cultum augendi: ſiquidem ob id non ſolùm Hæreſiarcham, aut Dogmatiſtam non fuiſſe deberet affirmari, verùm etiam nec hæreticum formalem.

LXXXVIII. Decimùm. Nec etiam fuit iudicandus fidei Apoſtata, ſiquidem in Reo numquam fides defecit, nec etiam mentis errore vllam hæreſim admiſit: & Fidei Apoſtatis vltimum ſupplicium non imponitur, ſed alia pœna extraordinaria, cùm rediguntur, & ab errore extrahuntur: vt eleganter defendunt Tiber. Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 72. *num.* 8. Menoch. *lib.* 2. *de arbit. caſu* 546. *num.* 13. *&* *ſequent.* Farinac. *de hæreſ. dict. q.* 193. *n.* 14. *&* 16. verſ. *concludi poteſt.* Diana *p* 4. *tract.* 7. *reſol.* 3. Eruditè Petr. Erod. *lib.* 1. *rerum iudicat tit.* 6. *de hæret. cap.* 9.

LXXXIX. Porrò, ſi quod fuerit Apoſtata ſuæ Religionis, culpam aggrauari placeat, ob id in Sancto Officio non poteſt procedi; nec eſt crimen, cuius cognitio ad ipſum ſpectat, nec ex hoc capite aduerſus fidem ſuſpicio ſaltem conſideratione digna inducitur. Calderin. *conſ.* 5. *tit. de hæret.* Anania *in c. ad abolendam, num.* 29. *de hæret.* Vmbert. Locat. *in Dictionar. Inquiſit. verb. Apoſtata, n.* 1. verſ. *qui primo modo.* Eymeric. *in direct.* 2. *part. quæſt.* 49. *num.* 2. & ibi Peña *comment.* 74. verſ. *verumtamen.* Duardus *in Bulla Cœnæ, lib.* 2. *canon.* 1. *q.* 17. *n* 32. Diana *d. tract.* 7. *reſolut.* 3. *colum.* 4. verſ. *quæro igitur primò.*

XC. Vndecimum. Licèt enim Blaſphemiæ crimen iudicetur, quod verbo, aut ſcripto perpetratur, vt teſtantur Nauarr. *in Manuali c.* 12. *num.* 81. *&* 82. Azeued. *in Rubr. tit.* 4. *n.* 15. *lib* 8. *recopilat.* Suarez. *tom.* 1. *de Religione tract.* 3. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 4. *&* 5. Sanchez *lib.* 2. *oper. moral. c.* 31. *num.* 5. Antõo. à Souſa *lib.* 1. *Aphoriſm. c.* 19. *num.* 4 aut etiam facto, vt volunt Nauarr. & Azeued vbi proximè, Alphonſ. à Caſtro *de iuſta hæret. punit. c.* 12. Anton. à Souſa *lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 4. Quòd ſi lege antiqua ſcripta, atque iure communi capitis pœna imponeretur, vt diximus ſuprà *n.* 59. Hoc tamen, etiam iure communi attento, tantùm procedebat in eo qui conſuetudinem blaſphemandi habebat, vti animaduertunt Bald. *in l.* 2 *C. ad l. Iul. Maieſt. &* *in l.* 2. Vbi etiam Salicet. *C. de reb cred.* Couar. *in c. quamuis pactum,* 1. *p.* §. 7. *num.* 10. *in fi.* Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſu* 375. *n.* 16. Farin. *in praxi, p.* 1. *q.* 20. *n.* 43 Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 51 *num.* 101 Guttier. *de delictis, q.* 60. *n.* 12.

XCI. Hic igitur non eſt neceſſe hac interpretatione iuuari: generaliter enim in omnibus Prouinciis conſuetudine vniuerſali hæc pœna derogata eſt, in aliáſque minores arbitrarias commutata, vt tradunt Lucas de Peña *in l. omnes, num.* 6. *C. de delatoribus, lib.* 10. Couarr. *in dict. cap. quamuis pactum,* 1. *part.* §. 7. *num.* 10 *in fin.* Menoch. *dict. caſu* 375 *num.* 16. Gregor *in l.* 2. *tit.* 18. *part.* 7 *gloſ.* 4. *circa medium.* D. Ioan. Vela *de delict. cap.* 4. *num.* 6. Decian. *lib.* 6. *c.* 6 *num.* 7 Farinac. *dict. quæſt.* 20. *num.* 14. Montalu. *in l.* 1. *tit.* 16 *part.* 7. Albertin. *de agnoſcend. aſſert. quæſt.* 6. *num.* 14. *&* *quæſt* 21. *num.* 63. Canter *quæſt. crimin. cap.* 3. *de blaſphemia, num.* 5. Petr. Gregor. 3. *part. ſyntagmat lib.* 33. *cap.* 12. Campanil. *in diuerſ. iuris Canonic. Rubr.* 11. *cap.* 16. *num.* 83. Azeued. *in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 8. *recop. num.* 7. ibi: *Hodie dictis blaſphemiis hæreticalibus non mortis pœna, ſed à nobis ſuprà poſita imponitur.* Eruditè DD. Ioſeph. Vela *in cap.* 2. *de officio ordinary, part.* 1 *n.* 83. Ioan. Guttier. *de delict. q.* 60. *num.* 17. Petr. Erod *lib* 1. *rerum iudicat. tit.* 6. *de hæret. c.* 16. Vbi pro blaſphemia hæreticali pœnam exilij fuiſſe impoſitam teſtatur.

XCII. Et per noſtri Regni leges aliæ pœnæ priuatæ, quarum nulla, etiam tertio repetita, ad vltimum ſupplicium deuenit, *l.* 3. *&* 4. *tit.* 18. *part.* 7. *l.* 1. *&* 2. *tit.* 8. *lib.* 8 *ordinar. l.* 1 *&* *ſequentib. tit* 4. *lib.* 8. *recopilat.* Quæ quidem leges in foro ſæculari autem obſeruandæ, ex Clano *in concord. antinom. verb. blaſphemia.* Azeued. *In dict. l.* 1 *tit.* 4. *lib.* 8. *recopilat.* Vel ad minùs quas Practica, aut conſuetudo introduxit; in quibus affixionis, vel amputationis linguæ loco alia pœna arbitraria imponitur. Vt teſtantur Didacus Perez *in d. l. ordinar. gloſſa. O le noſtare à Nueſtro Señor.* Couarr. *d.* §. 7. *num.* 11. D. Ioan. Vela *de delict. d. c.* 4. *n* 6. Barboſ. *d. allegat.* 51. *n.* 102. Ioan. Guttier. *de delict. q* 61. *n.* 6.

XCIII. Iure autem Canonico, cui in Sancti Officij Tribunali ſtandum eſt, pœna eſt multò magis pia, quàm legum ſæcularium: ſolùm enim ſpiritualis pœna imponitur, aliæque pœnæ pecuniariæ, vt probatur ex textu *in cap. ſi quis per capillum* 22 *quæſt.* 1 *cap.* 2 *de maledic.* Vbi notant Abbas Anani. &c. Couarr. *dict.* § 7. *num.* 10. verſ. *Iure Pontificio* Boëtius *deciſ.* 301. *num.* 9. D. Ioan. Vela *de delictis, cap.* 4 *num.* 7. *&* 8. Bernard. Diaz *in pract. Canoni.* 111. *aliàs* 110. & ibidem Salced. Menoch. *dict. caſu* 375 *num.* 17. *&* *ſequentib.* Decian *dict. lib* 6 *cap.* 6. *num.* 3. Farinac. *d. quæſt.* 20. *num.* 61. Campanil *dict. rubri* 11. *cap.* 26. *num.* 83. Barboſ. *dict. alleg.* 51. *à num.* 92 *&* 97. Ioan. Gutierrez *de delict. q.* 60. *num.* 16. *&* *q.* 64. *num.* 16. *&* 27. Trullench. *lib* 1. *Decalogi c.* 11. *dub.* 3. Quod etiam per Leonem X. Iulium III. & Pium V. ſtatutum fuit, vt referunt Couar *d.* §. 7. *n.* 10. Menoch. *de caſu* 375. *à num.* 29. Decian. *d. c.* 6. *num* 3. Farinac. *d. q.* 20. *num.* 63. Barboſ. *d. allegat.* 51. *à n* 98. *vſque ad* 101. Gutierr. *d. q.* 64. *a n.* 8.

XCIV. Iſtæ autem ſunt pœnæ, quæ per Sanctum Officium pro blaſphemiis hæreticalibus cum aliis arbitrariis ſolent imponi; neque vllus vnquam pro hoc delicto viſus fuit relaxari, vt afferunt Rojas *de hæret. part* 2. *num.* 176. *&* *ſequentib.* Salced. ad Bernard. Diaz *in praxi crimin. c.* 113. *littera A.* Peña

in

*in direct 2 p. comment. 66.ad quæſt.*41. Souſa *d.lib.*1. *cap 19. num.* 10. *& ſequentib.* Diana *p. 4. tract. 7. reſolut* 8. Simancas *de Cathol.inſtit.*8.*à num* 10. Canter. *quæſt. crimin. cap.* 3. *de blaſphem. num.* 4. Barboſ *de alleg.*51.*n.*60. Ioan.Gutt. *de delict.d q.*64.*n.*4.

XCV. Quòd ſi etiam in blaſphemiis hæreticalibus, quæ Chriſtum aſſertorem noſtrum, Matrémque eius Sanctiſſimam lædendi, atque execrandi animo perpetrantur, pœnæ ſunt arbitrariæ, & non vltimi ſupplicij; quanto moderatior eſſe debebit in hoc caſu, in quo animus defuit noſtram fidem depellendi, Virginiſque Dei Genitricis honorem extenuandi; quinimò contrarium fuit Reus conatus? Deficiente verò intentione nocendi, adlmendique Deo, atque Sanctis ſuis honorem, non poteſt propriè blaſphemia nuncupari: hanc enim neceſſe eſt praua, atque pernicioſa voluntate naſci, vt poſt Caietanum docet Couarr.*in dict.cap. quamvis pactum* 1.*p* §.7.*num.*10.*circa principium*, ibi: *Omnis autem blaſphemia, quia eſt voluntaria: procedit à voluntate mala & animo derogandi, & detrahendi in aliquo bonitati, & Maieſtati Diuinæ*, D.Thom.2.2. *q.*13.*art.*2.& ibidem Caietan. Couar. vbi proximè. Anton. à Souſa *dicto lib.*1. *cap.*19. *num.* 1. Thomas Sanchez *lib.*2. *oper. moral. cap.*32.*num.*1. ibi: *Idque voluntate quadam derogandi hac ratione Diuinæ Maieſtati, ſeu Bonitati.* Ac ſaltem licet ſit digna, quæ puniatur, multum erit pœna moderanda: quælibet enim cauſa etiam ſi iniuſta, eſt ſufficiens ad pœnæ ordinariæ de blaſphemia executionem, vt in terminis obſeruarunt Alexander *conſ.*232 *n.*11.*& ſequentibus, & num.*16.verſ.*Et per prædicta, lib.*6. Tiber.Decian *lib.*6.*tract.crimin.cap.*5. *num.*11. Farinac. *dicta quæſt.*20.*num.*71.*in fin.*ibi: *Imò ſi quis ſine dolo, & non in contemptum, vtputa, rei licitæ incumbens, Crucem, aut aliam imaginem percuſſerit, nulla pœna punitur.* Conducunt tradita per eundem Farinacium *d.q.*20.*n.*17.*limit.*3.*& ſequent.*

XCVII. Duodecimum. Licèt enim res regulentur penes ſtatuta in famoſis Libellis etiam ſi per duodecim tabularum leges pœna capitalis imponebatur, his verbis: *Si quis occentauiſſet, ſiue carmen condidiſſet, quod infamiam faceret, flagitiúmve alteri, capitale eſto*; vt ex Cicerone, & D.Auguſtino referunt Alexand.ab Alexand.*lib.*6 *dierum genealium, cap.*10. Hotoman *ad leges duodecim tabularum, pag.*218. Ant.Auguſt. *ad eaſdem leges, l.*34. quæ videtur id ſuſcitauiſſe, *lib.*1.*cap. de famo. Libel.* Hoc non intelligitur de mortis naturalis pœna, ſed de alia extraordinaria, vt colligitur, *ex l. lex Corne* 5.§.*ſi quis librum ff.de iniur.* Siquidem crimen hoc legis Corneliæ pœna puniebatur, quæ erat arbitrari, *l.fin.ff de iniur.*§.*in ſumma, inſtit.eod.* apertéque expoſuit Horat.*epiſt. lib.*2.*epiſt.*1. ibi: *Vertere modum formidine fuſtis, ad bene dicendum delectandúmque redacti.* Et quòd ex conſuetudine hæc ſit hodie Libelli pœna famoſi, videlicet extraordinaria ſecundùm Iudicis arbitrium, teſtatur Iul.Clar.*in pract* §.*fin.quæſt.*68. *num.*26. verſ. *Libelli famoſi author.ad fin.*vbi inquit, nunquam vidiſſe pro Libello famoſo, aliquem vltimo ſupplicio affectum, ſed ſemper fuiſſe impoſitam pœnam extraordinariam: & ibidem Baiard. *in addition. num.* 65. Burſat. *conſ.*94.*num.*3.*& num.*18.*in fin. lib.*1. Neque id inde eſt alterandum, quòd Libellus iſte in Senatus valuis fuerit affixus: nam etiam ſi locus iſte ſit frequentior, eáque ratione fiat grauius crimen; hoc non ſufficit, vt penitùs extendatur ad capitis pœnam, ex traditis per Angelum *in l. vnica, in fin.C.de famoſ. Libellis*: vbi aſſerit, pœna duorum millium ducatorum fuiſſe mulctatum quendam ciuem Bononienſem, qui ſuper altare Palatij Bononienſis aduersùs eius regimen clandeſtinè poſuit Libellum famoſum: quem refert, & ſequitur Iul.Clar *in d.*§ *fin.q.*68.*n.*25 Farin.*d.q.*105.*n.*477. Io.Guttier.*de delict.q* 141.*n.*30.

XCVII. Quod ex iure Canonico indubitabile redditur: hoc enim iure, Libelli pœna famoſi non eſt capitalis, ſed extraordinaria, vt probat text.*in cap. de prima, cap.qui in alterius* 5 *quæſt.*1. Tiber.Decian. *lib.*2.*crimin cap.*20 *n.*2. Plaza *de delictis, cap.*3.*num.*3. *in fin.*Ioann.Guttierr.*dict.quæſt.*141 *num.*4. Farinac. *d q.*105.*à num.*410. Ioan. Ægidius Trullench.*tom.*2. *Decalogi, lib.*7 *c.*10.*dub.*17.*n.*4.

XCVIII. Et etiam iure Ciuili, ſecundum potiorem opinionem, capitalis pœna, quæ imponebatur, procedebat in caſu, quo crimen per Libellum obiectum, capitis pœna eſſet dignum. Gloſſa *in dict. l.*1.*verb.ſi quis famoſum, C.de Libel famoſ* & ibi Cinus, Salicetus, & alij. Ant.Gom.3.*tom variar. cap.*6. *num.*1. Plaza *dict.cap.*3 *num.*2. Guttierrez *dict.q* 141. *num.*2. Menoch. *lib.*2.*de arbitrar. caſ.*163. *num.*43. *in fin* Farinac.*dict.quæſt.*105 *num.*424. Et expreſsè ſtatuitur *in l.* 3. *tit.* 9. *part.*7. vbi notat Gregor. verſ. *aquella pœna.* Et poſt alios Ioannes Guttierr. *dict. quæſt.*141.*num.*3. Ratio autem eſt: in Libelli enim authore tunc conſiderabatur non ſolum animus, ac voluntas lædendi in honore iniuriatum; verùm etiam vita priuandi, cum ei tribueretur crimen morte dignum: iuſtúmque erat, æquali pœna in huius iniuriæ authorem animaduerti, ſiquidem ius capitali pœna puniebat animum, & voluntatem interficiendi tantùm, quamvis ad executionem minimè deueniret, *l.is qui cum telo, C. ad leg Cornel.de ſicarijs, cap.quiſquis*, § *ſi quis cum telo de pœnit. diſt.*1. *c.*1.*de præſumpt.*vbi notant Abbas, Baldus, & alij Menoch. *lib.*2.*de arbitrar. caſu* 360. *num.*36. Farin.*in praxi, part.*4 *q.*124.*à n.*3.

XCIX. Quorum nihil ad præſens, de quo agitur, factum poteſt applicari; nam vt ſæpiùs diximus, Rei animus, ac intentio non fuit Virginis Sanctiſſimæ honorem lædendi, ſed potiùs eius cultum, ac venerationem augendi: & vt Libelli pœnæ locum habeant, nocendi animum, neceſſarium eſt interuenire, *l.ſi non conuitij, C.de iniurijs.* Et ibi DD.Farinac.*conſil.*30.*num.*46.79.*&* 130.*lib* 1. Nam, vt inquit Seneca *lib.*2.*de ira, cap.*26.*Nulla eſt iniuria, niſi à conſilio profecta.* Itaque dolus verus requiritur, *l.lex Cornelia* 5.§ *ſi quis librum*, ibi: *Dolóve malo fecerit, ff. de iniurijs*: cùm latè adductis à Farinac.*part.*2.*d.quæſt.*105. *num.*471. *&* 481. Nec ſufficit culpa lata. Bald. *conſil.*177. *in princip. lib.*5. Crauet. *conſil.* 13. *num.* 2. Farinac. *dict. conſil.* 30. *num.*46. Dolúſque debet probari: in dubio enim non præſumitur. Ruinus *conſil.*145 *à num.*10.*&* 14. *lib.*3. Farinac. *d.conſ.*30. *num.* 53. Vel ſaltem obnoxium manet, vt per indicia, & coniecturas contrarium probetur, ac ſuadeatur, vt tradunt Cinus, Albericus, Fulgoſius, & cæteri *in d. l. ſi non conuicij, C.de Iniurijs.* Farinac.*d q.*105. *num.*115.116.121.*&* 484 *& conſil.*40.*n.*140.

C. Vltimum igitur. Quamquam enim ob quamcumque criminum ſpeciem, quæ in hoc Reo conſideretur, vt per omnes ſimul poſſet iudicari capitis pœna dignum eſſe; hoc nullatenus in Sancti Officij Tribunali admitteretur: nam in eo nunquam cum primò delinquentibus ſimilis pœna practicatur, ac imponitur confitentibus culpam, miſericordiámque flagitantibus; etiamſi aliàs in foro ſæculari, vltimo ſupplicio in eos animaduertendum fuiſſet: vt in hæreticis ſuprà probauimus *n.*48.

&

& inſortilegis, qui fatentur in ſortilegiis homicidium feciſſe ſéque pœnitet, paratique ſunt corripi, non eſſe Curiæ ſæculari tradendos affirmant Albertin. *de cognoſcend. quæſt. 25. num. 66. & ſequentibus* Farinac. *in praxi tom. 1. quæſt. 20. num. 105. & ſequentibus.* Anton. à Souſa *lib. 1. Aphoriſm. cap. 58. num. 14.* Diana *p. 4. tract. 7. reſolut. 10. verſ. nota verò.* Licèt ſubdat, hodie per quandam Bullam à Gregorio XV. editam 20. Martij. anni 1623. hoc eſſe immutatum. Et in Sodomitis in Regno Luſitaniæ, vbi aduerſus eos Sancti Officij Tribunalia poſſunt procedere idem ſtatutum eſt, vel ſaltem Inquiſitoribus facultas conceditur pœnam minuendi, dummodò non ſint incorrigibiles, vt ex conſtitutionibus Pij IV. & Gregorij XIII. referunt, & affirmant Anton. à Souſa *lib. 1. Aphoriſ. cap. 59. num. 10. 28. & 29. & num. 37.* Seraphin. Freit. *in addit. ad tr. de confeſſar. ſollicit. quæſt. 24. num. 136.* quem tamquam vltimo loco relatum, videtur ſequi Diana *part. 4. tract. 7. reſol. 20. in fin.*

Deciſio, & ad contraria fundamenta reſponſio.

CI. His tamen viſis, & doctiſſima pro Rei defenſione allegatione, facta ab eruditiſſimo, & ingenuoſiſſimo huius Sancti Officij Aduocato, Licent. D. Petro Muriel de Berrocal. (vtinam typis mandaretur) latéque pro vtraque parte perpenſis difficultatibus, maturitate ſumma, vt ſemper moris eſt in Tribunali, Reum non debere relaxari viſum fuit. Pro certo quippe habebatur, Libellum hæreticali intentione nequaquam fixiſſe, nec Virginem lædendi animo; ſed potiùs eo conſilio, vt celebre ibi Sanctuarium efficeretur, Fidelium confluxu celeberrimum; hácque via Deiparæ cultus excreſceret; Reúſque ipſe pinguiora eleemoſynarum lucra compararet; vanæ prætereà gloriolæ dulcedinem capturus, nouæ cuiuſdam Fraternitatis Auctorem ſe efficiens: cupiebat enim Caput eligi duodecim Eremitarum, qui miniſterium, cui ipſe tunc incumbebat, obirent. Habita prætereà fuit ratio, quòd poſtquàm accuſatio perlecta eſt, ſtatim crimen ſuum ingenuè fuit confeſſus; quod licèt non ſit actus verè, perfectéque ſpontaneus, minuit ſaltem pœnam, vt poſt Bartol. docet Baldus *in l. ea quæ, C. de condict. indebit. per text. in l. eum qui ff. de iur. iurand.* Etiam ſi poſt negationem ſtatim confiteatur. Docet Bald. *vbi ſuprà, num 10.* Hoſtienſis *in cap. ad hoc, de Simonia.* Tiraquell. *de pœn. cauſ. 10. num. 4.* Iul. Clar. *§. vltim. quæſt. 60. num. 29.* Menoch. *de arbitrar. caſu 347.* Crauetta *conſ. 309. ſub num. 9.* Latè Farinac *praxi crimin. part. 3. de Reo conuicto, & confeſſo, quæſt. 81. & num. 174.* Quod in hoc Sancto Tribunali de more habetur, & ſæpè hoc modo cum omnibus ſe gerit, iuxta illud Salomonis *Prouerb 28. cap. in primis 2. quæſt. 5.* ibi: *Qui confeſſus fuerit ſcelera ſua, miſericordiam conſequetur, cap non dicatis 12. quæſt. 1.* ibi: *Si hoc vltrò confitetur, parcitur illi, & oretur pro illo, cap. qui admiſſi 15. quæſt. 8. cap. innotuit. de electione, l. quiſquis, §. ſanè. C. ad legem Iul. Maieſt.* Exornant vltra citatos Boſius *tit. de coniectur num. 6.* Riminald. *conſ. 245. num 57. & ſequentibus. lib. 3.* Bertazol. *conſ. 35. num. 4 lib. 2. & conſ. 357. num. 6.* Trebiſan. *deciſ. 49. num. 7 lib. 2.* Et in ſpecie Simanch. *de Cathol. inſtit. tit. 55. n. 6* Souſa lib. 2. c. 20 *n.* 34. Vbi *n.* 35. ait, quòd præſumitur ſine dolo deliquiſſe.

CII. Prætereà, quod miſericordiam multis lacrymis, pœnitentiæque ſignis efflagitaſſet: quódque ſuæ capturæ tempore pœnas voluntarias ſuſcepiſſet, corpus, flagellatione, ieiuniis, aliiſque caſtigationibus macerando; Religioniſque grauiſſimæ, quæ multos Sanctos procreauit, eſſet Monachus, cuius merita eſſent ſufficientia, quantum ad punitionem, vt aliorum errores ſupplerentur, atque excuſarentur: argum text. *in l. nemini, verſ. filius autem l. petitionem, verſ. filij. l. iubemus, verſ. & filio C. de aduocat. diuerſ. iudi.* Vbi filij remunerantur ex parentum meritis, D. Chryſoſt. *homil. 10. ad Romano*, ibi: *Alterum alterius peccato puniri, non admodùm æquum, atque conueniens eſſe videtur: at alterum propter alterum ſeruari, & decentius multò, & rationi magis conſentaneum.* Cicero *lib. 2. de inuent.* ibi: *Oportebit eum, qui ſibi vt ignoſcatur poſtulauit, commemorare ſi qua ſua poterit beneficia.* Et Paulò pòſt *Deinde Maiorum ſuorum beneficia, ſi qua ſtabunt proferre.* Et orat. 41. *pro Quinto Ligario, in fi* ibi: *In Quinto Ligario conſeruando multis tu quidem gratum facies. ſed hoc quaſo conſidera quod ſoles: poſſum fortiſſimos viros probatiſſimos totúmque agrum Sabinum florem Italiæ, robur Reipublicæ proponere.* Et inferiùs ibi: *Quid de fratribus dicam? Noli, Cæſar, putare, de vnius capite nos agere* Petr. Erod. *rerum iudicat. l. 1. tit. 2. de fide & religione, c. 3. & lib. 6. tit. 1. de accuſat. c. 15.*

CIII. Et quia hoc Sanctum ac venerandum Tribunal præcipuè Patris officium exercet, ſtudioſiùs emendationem, atque correctionem delinquentis, quàm iudicis ſeueritatem affectans, *habens æquitatem ante oculos*, inquit lex *Quod ſi Epheſi in fin. ff. de eo, quod certo loco*, Quamquàm in hoc Pſeudo-Monacho ſegnitiem, & otio diam amante, vitæ correctio non erat facilis, *Authent. de Monachis, §. ſin autem*, ibi: *Non eſt facilis vitæ hominis mutatio.* Et *quorundam, 14 diſt.* in quo Reus ſuam maiorem defenſionem conſtituit. Marcus Tullius *dict. orat. 41. pro Quinto Ligario circa finem*, ſimilem defenſionem fecit his verbis. *Quid quid dixi, ad vnam ſummam referri volo. vel humanitatis, vel clementiæ, vel miſericordiæ tuæ. Cauſas, Cæſar, egi multas: & quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum. Certè numquam hoc modo: Ignoſcite, Iudices, errauit, lapſus eſt, non putauit; ſi vnquam poſthac. Ad parentem ſic agi ſolet: ad Iudices, non fecit, non cogitauit, falſi teſtes, fictum crimen, &c. Ad Iudicem ſic agi ſolet, ſed ego ad parentem loquor: Errani, temerè feci, pœnitet, ad tuam clementiam confugio, delicti veniam peto; vt ignoſcas, oro.*

CIV. Quare decretum fuit Reum in Actu fidei publico, ſi fortè fuerit proximus prodire; ſin autem in aliquam Eccleſiam, cum Blaſphemis inſignibus, linguæ ſcilicet incaſtratura; Iuratéque de vehementi: Triremibus per decennium ad remum addici, & abſque ſtipendio: Exilium perpetuum ſubire ex vrbe, totóque Regno Granatenſi, atque Regali Curia. & leucis quinque per circuitum: Producique habitu, quo captus fuit: & dum eius ſententia fuerit perlecta cum cauſæ meritis, manum dexteram annullo ferreo incluſam in altum ſubleuatam tenere: & quia Religioſus erat liberum à flagellis manere, Rojas 2. *part. de hæret. aſſert. 12. num. 176.* Simancas plures referens *tit. 8. de Cathol. inſtit. num. 16.* Hunc ita morem hoc Tribunal ſemper obſeruat: quæ conſuetudo vim legis habet, & ſic, vt ipſa, debet obſeruari, *l. an in totum 3. C. de ædificiis priuatis, l Labeo in principio, ff. de ſtatu lib. l. 5. ad fin. ff. ad Silanian.* Oſuald. ad Donellum *lib. 26. comment. cap. 2. littera A.* Bobadilla *lib. 2. cap. 10. num. 49. & lib. 5. cap. 3. num. 51. & 65.* Gratian. *diſceptat. forenſ.*

diſcept.

diſcept 353. *à num* 12. Afflict. *deciſ.* 253. *num.* 4. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 8. *num* 14. Pinel. *in l.* 2. *part.* 2. *c.* 4. *num.* 2. *C. de reſcinden. vendit.* Gama *deciſ.* 16. *n.* 7. Paz *de tenuta cap.* 7. *num.* 18. Salgad. *de Regia protect.* . *part cap.* 9. *à num* 142. Eruditiſſimus & ab omnibus iuris Profeſſoribus meritò laudatus DD. Ioſeph Vela plures referens *diſſert.* 20. *num.* 34. Et approbatio litteratorum adeò Conſultorum, Tribunalis actiones qualificat, inquit Theodoricus, ſecundum Caſſiodorum *lib.* 2. *epiſt.* 6. ibi: *Deliberationis noſtra conſilium virorum prudentum requiritur obſequium, vt vtilitatis publica ratio, ſapientium miniſterio compleatur.* Conducit *l. dubium* 3. *C de repudiis, l. nominationes* 27. *C. de apellationibus.* Plura cumulat Crauet. *conſ.* 707. *n.* 7. Æneas Robert *lib.* 2. *rerum iudicat. cap.* 11. DD. Solorzano *lib.* 3. *de iure Indiarum cap.* 2.

C V. Neque contraria fundamenta obſtant. Non primum: cui facile fit ſatis ex dictis à nobis ſuprà *num.* 65. in primo noſtro fundamento. Nam quamvis crimen eſſet confeſſum, non ob id ſtatim ſubintrabat pœna; ſed neceſſe erat cauſam attendi, qua Reus fuerat motus; animum etiam, quo perpetrauerat. Hoc enim præcipuè eſt animaduertendum: voluntas namque, & propoſitum, maleficia diſtinguunt, omninòque pœnam diſcriminant, vt latè ſuprà in prædicto noſtro primo fundamento diximus, *à num.* 65. *vſque ad* 68.

C VI. Quod maximé locum obtinet in hæreſis crimine: abſque enim mentis errore, & pertinacia, non datur propria, ac formalis hæreſis nec pœna huic crimini conſentanea locum habere poteſt, vt in noſtro ſeptimo fundamento ſuprà diximus. *à num* 82. Et conceſſo, quod eſſet hæreſis formalis, miſericordiam efflagitanti debet concedi, nec capitis pœna imponitur, vt ſuprà in octauo fundamento, *num.* 84.

C VII. Secundo etiam fundamento ſatiſfit ex doctrina ſuprà à nobis tradita in noſtro tertio fundamento *à num.* 70. Præſumptio enim animi ſcelerati, quæ ex verbis Libelli inferri poterat, per alias contrarias præſumptiones vincebatur, cæteráſque circunſtantias ponderatas in prædicto fundamento, *à num.* 72 quæ, vt fortiores, præponderare ac vincere debebant eas, quæ ex verbis inferebantur.

C VIII. Et etiam ſi confeſſio qualificata regulariter ſecundùm opinionem communiorem in criminibus non admittatur, ſed ſcindi, ac ſeparari poſſit, ex dictis in ſecundo fundamento contrario, *n* 52. Hoc tamen patitur limitationes à nobis relatas in noſtro quarto fundamento, verſ. *Et quamuis in criminibus, à num.* 77. quæ omnes in hoc caſu locum habent: præcipuè cùm hic agatur de ſeparanda qualitate à confeſſione, quamtùm ad mentem, quæ actua fuit commiſſus. In hoc enim, tanquam in re interna, multùm deferendum eſt depoſitioni illum committentis, vt in quinto noſtro fundamento *num.* 79. Et cùm non agatur de cærimonia, nec de alia re in facto conſiſtente; ſed de Blaſphemiis, quæ in verbis conſiſtebant, vt in noſtro ſexto fundamento *num.* 80. Et vtcumque, quamuis confeſſio non admittatur in criminibus cum qualitate ſua ad omnimodam pœnæ excuſationem, ſaltem operatur, vt pœna ordinaria non poſſit imponi: ſed alia extraordinaria, ac moderata, vt in noſtro quarto fundamento, verſ. *Et ad minùs.*

C IX. Tertio fundamento reſpondetur. Quòd quamuis ignorantia, in omni à pœna non liberet, multùm ſaltem excuſat, vt moderetur: quælibet enim cauſa, etiam ſi iniuſta, vel irrationalis, in criminibus excuſat, ſaltem ad pœnæ modificationem, vt diximus ſuprà in ſeptimo fundamento, verſ. *Et quamuis factum*: & in vndecimo fundamento *in fine*, verſ. *Quòd ſi etiam in blaſphemiis.* Et quod in hoc quoque tertio fundamento opponitur, nempe, non euentui ſed menti, ac voluntati delinquendi eſſe attendendum; hoc limitatur, quando omninò delinquendi animus defecit. Tunc enim non tenetur de omni euentu, quia contra eius voluntatem contingit: & in noſtro caſu non veritas actus, ſed agentis intentio inſpicitur; & cùm tendit in vtilitatem accuſati, itaque hoc Reo fauere animus enim, ac voluntas eius non fuit offendendi Virginem: vnde excuſatur ob prauæ intentionis defectum

C X. Quartum fundamentum ſoluitur ex dictis in noſtro ſeptimo fundamento, *num* 81. Quòd ſcilicet non fuerit Hæreticus formalis ob intentionis defectum: quia hæreſis eſt peccatum fidei oppoſitum: fides autem conſiſtit in voluntario aſſenſu intellectus diuinæ reuelationi: ergo hæreſis debet neceſſariò conſiſtere in voluntario diſſenſu illius: ergo ceſſante diſſenſu intellectus, ceſſat peccatum hæreſis formaliter. Ex quo fit ceſſare etiam debere pœnas hæreticis impoſitas, quia pœnæ non ſunt extendendæ ad alia delicta præter illa quibus impoſita ſunt. Et ex dictis in fundamento octauo, *n.* 84. quòd Hæretici formales non relaxentur, ſi miſericordiam efflagitent. Et non poteſt negatiuus haberi, quòd negauerit intentionem: hoc enim nõ procedit, cùm non de factis, ſed de verbis hæreticalibus agitur, vt in noſtro ſexto fundamento *num.* 80. Maximè præſumptionibus concurrentibus, ac circunſtantiis, quæ intentionis defectum perſuadent, vt notatum eſt in noſtro tertio fundamento, *&* *num.* 10. vbi in terminis Authores ibi citati affirmant, quòd quando concurrunt aliæ præſumptiones, qualitas ex defectu intentionis eſt admittenda.

CXI. Quinto fundamento, quod ſcilicet, Hæreſiarchæ, ac Dogmatiſtæ non reconcilientur, nec ad miſericordiam admittantur, etiam ſi illam efflagitent; Reſpondetur ex dictis in nono fundamento, *ex num.* 85. Et hæc ſententia probabilior, & firmior eſt in Concilio Biterrenſi, & Tarraconenſi; Pontifexque inſinuat *in d. cap. ad abolendam.* Vbi æquat eos, qui docent, iis, qui credunt hæreſes, ibi: *Aliter ſentire, aut docere non metuunt.* Et de omnibus ſubiungit, ad miſericordiam recipi poſſe, ſi publicè conſenſerint abiurare: & quia Hæreſiarcha conuerſus & alios facilius conuertet, & conuerſos in fide confirmabit.

CXII. Et quantùm ad Bullas Pauli IV. & Clementis VIII reſpondetur, non eſſe promulgatas in hoc Regno vbi neceſſe erat, vt aſtringerent, poſſéntque impleri ſecundum Sanctum Concilium Tridentinum, *ſeſ.* 24. *cap.* 5. Et hæc eſt communis opinio ſecundum Nauarrum *conſ.* 1. *de conſtit.* & Patrem Suarez *de legibus lib.* 3. *cap.* 16 *à num.* 8. & nunquam obſeruantur, nec practicantur in Sancto Officio vt referunt Souſa *in Aphoriſm. lib.* 2 *cap.* 44. *num* 6. *in fin* & Diana 4. *part. tit.* 7. *reſolut.* 24. verſ. *notandum eſt*, *in fin.* Et potiùs loquuntur de hæreticis formalibus, qui intentione hæreticali illos errores admiſerunt, & placet puniri tanquam relapſos: quod ad noſtrum caſum minimè ſpectat. Et leges nulla alia ex cauſa nos tenent, quam quòd iudicio populi receptæ ſint: quod etiam procedit quoad leges Pontificias. Notant Azor. *part.* . *lib.* 5. *cap.* 4. *q.* 1. Villabob *in ſum. tom.* 1. *tract.* 2. *dub.* 16. *n.* 6.

Becan.

Beccan. *in ſum. Theolog. part. 2. tractat. 3. cap. 6. quæſtion. 8. num. 2.* & Reginald. *tom. 1. lib. 13. cap. 16. num. 160.*

CXIII. Sexto etiam fundamento, quod ſcilicet eſt de Apoſtaſia, ſatisfit ex traditis in *decimo noſtro, num.* 88. In quo citati Authores loquuntur, quando fides omoinò deſeritur. Quod in hoc caſu deficit, ſiquidem nunquam à noſtra fide Catholica deuiauit, peccatiſque miſericordiam popoſcit. Hoc enim ſufficit, ne relaxetur.

CXIV. Septimo fundamento, quod eſt de Blaſphemiis, reſpondetur ex noſtro vndecimo fundamento *ex num.* 90. Siquidem quamvis D. Matthæus *c. 12. v. 32.* dicat *Qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittuntur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro*: quæ verba referuntur *in c. qualis, 4. diſt. 25.* hoc procedit in illis, qui Intentione hæreticali, & pertinaciter ſimiles Blaſphemias dicunt, & impœnitentes extremum vitæ ſpiritum emittunt, vt docet D. Thom. 2. 2. *q. 14. art. 3.* & ibidem Caiet. Rodricus de Acuña *in dict. cap. qualis num.* 10. & eruditè D. D. Ioſeph. Vela *in cap. 1. num. 82. de Offic. Ordinar.*

CXV. Et quamvis, quando factum eſt atrociſſimum, nonnulli Doctores voluerint, arbitrium ad capitis pœnam extendi, hócque in S. Officio practicari; in Blaſphemiarum terminis minimè loquuntur, nec verbalium, nec ſcriptarum: in his namque nunquam capitis pœna imponitur, vt videri poteſt apud Farinac *di. q. quæſt. 20. num. 6.* verſ. *ſed quidquid ſit de iure*: ſed cum de facto hoſtia conſecrata conculcaretur, vel malè tractaretur, vel Chriſti Affectoris noſtri, Virginiſque Sanctiſſimæ effigies Eſt autem diſſimilis vald ratio in hoc & in alio caſu; eo quod grauior ſit iniuria, & offenſio de facto quàm de verbo, maiorique punitione digna, vt ſingulariter probat *l. 5. tit. 26. p. 7.* & ibidem notat Greg. Boërius *deciſ. 301 n. 17. & 18.* Decian. *lib. 6. c. 3. n. 27.* ibi: *Quis enim dubitat, grauius eſſe inſpuere, delere, frangere, percutere imagines in vituperium, quàm ore tantùm blaſphemare?* Farinac *d. q. 20. n. 70. in fin.*

CXVI. Octauo fundamento fit ſatis ex iis, quæ in noſtro duodecimo fundamento diximus ex *n.* 96, & quia in hoc crimine pœna eſt arbitraria; vnde eſt extraordinaria, quæ ſulet imponi ſecundum ius Canonicum: nam præcipuè defecit animus atque intentio Virginem lædendi, vt ſæpè dictum eſt.

CXVII. Nono fundamento reſpondetur, quòd nec ſingulis per ſe criminibus, nec omnibus ſimul perpenſis, capitis pœnam Reus meruit: ſi quis enim plura facta committit, quorum ſingula continent in ſe crimen, & facta illa ad eundem finem tendant (vt in noſtro caſu) vnicum delictum, & crimen dicitur committere. Ita Bartol. *in dict. l. nunquam plura n. 4. & conſ. 222. & 223. num. 2.* Igneus *in lege Cornelia, part 2 num. 44 ff. ad Silanian.* Marſ. *l. fi. n. 20. ff. de ſicarys.* Socinus *conſil. 62 num. 1. & conſil. 63. num. 10.* Plaza *lib. 1. de delictis, cap. 1. num. 18.* Couar. *2. reſol. cap. 10. num. 8.* Bolognetus *conſ. 30. num 7. &* 8. Boërius *deciſ. 82. ad fin.* Iul. Clar. *q. 84. num. 5.* Anton. Theſaur. *deciſ. 18. num. 13.* Zauallos *crimin reſolut. caſu 155. num. 13. & 17. & caſu 158. num. 8.* Præterquam, etiamſi eſſent plura crimina ex interuallo commiſſa, procedebat in criminibus momentaneis, ſed non in ſucceſſiuis, vt probat *l. maritus, §. ſex menſium, ff. de adulter. l. ei, qui, §. infans de furtu.* Cum aliis adductis à Farinacio *in praxi crimin. quæſtion. 22. num. 19. cum ſequentibus.* Præcipuè quando principale delictum non poterat ſine aliis committi. Vnde puniendus eſt maiori, ac inſigniori pœna crimini debita quemadmodum qui committit plures falſitates ad eundem finem, & effectum, vel plures iniurias, vt referens multus Authores inquit Farin. *vbi ſuprà, num. 16. & 28.*

CXVIII. Nec etiam poteſt intendi, quòd cauſa exempli, & ſcandali, quod euenit, ſeueriſſimè puniri deberet; hoc enim procedit, cum interuenit culpa, ſeu dolus in delinquente, ſed non cùm nocendi animus defecit: nam pœna culpam ſupponit, & abſque ea nõ poteſt imponi. Titus Liuius *lib. 39.* ibi: *Vnde orta culpa eſt, ibi pœna conſiſtat, c. ſine culpa, de regul. iur. in 6. l. aliud eſt fraus, ff. de verb. ſignific.* Farinac. *tom. 1 q. 87.* Semper debere culpæ pœnam, & non maiorem reſpondere. Cicer. *l. 1. de officÿs,* ibi: *Cauendum eſt, ne maior ſit pœna, quam culpa, l. ſancimus, c. de pœnis, l. 2. tit. 4 part. 3.* Menchaca *lib. 1. qq. illuſtrium, cap. 19. n. 6.* Eſſet enim contra naturalem rationem, vt æqualiter puniretur qui cum errore, bonóque fine del quit; & ille, qui dolo, offendendíque animo. Ita Seneca *lib. 1. de ira, cap. 16.* Præcipuè ſi de pœna capitali agetur; hæc namque nunquam iure imponitur, cùm de vero dolo non conſtet, non obſtante quocumque ſcandalo ſequuturo; in iudicando enim non ſunt attendends voluntas populique voces, *l. Decurionum, ff. de pœnis,* ibi. *Vanæ voces populi non ſunt audiendæ: neque enim vocibus eorum credi oportet quando aut noxium crimine abſolui, aut innocentem condemnari deſiderant.* D. Chryſoſt *homil. 1. de pœnit. tom. 5.* Sanct. Leo Papa *ſerm 8. de paſſione Domini.* Fr. Ioann. Marquez *lib. 1. del Gouernador Chriſtiano, cap. 32.* Erod *lib. 1. rerum iudicat. ſit. 4. de Heretic. cap. 9.* Vbi apud Romanos idem obſeruari teſtatur, ibi: *Posteà Diuus Adrianus epiſtola ad Mincentium Fundanicum Proconſulem Aſiæ conſtituit, vt nemini liceret Chriſtianos, populi vociferationibus, ſine crimine, atque ſine accuſatione interficere.* Sed Rei culpa, ac pœna congruens attenderetur, Iudéxque clementiùs ſe gereret, quam lex ſuam ſeueritatem, quantùm potuerit temperans, *l. reſpiciendum 11. ff. de pœnis,* ibi: *in grauioribus pœnis ſeueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi,* Seneca *lib. 1. de ira, c. 16.* Cicero *l. 1. de Officÿs,* ibi *prohibenda autem maximè eſt Ira in puniendo: nunquam enim iratus qui accedit ad pœnam mediocritatem illum tenebit, quæ eſt inter nimium, & parum.*

CXIX. Tum quia exemplum, atque ſcandalum, tantùm poteſt attendi ad executionis accelerationem ſed non ad pœnam augendam eámque capitis immerito imponendam. Bart. *per text. in l. qui cadem, ff. ad legem Cornel. de ſicarÿs.* Salicetus *in l. Decurionum filÿ in fin. C. de pœnis* Tiraq. *de pœn. temperand. cauſ. 46. n. 2.* Farinac. *tom. 1. q. 21. n. 446.*

CXX. Tum etiam, quia ſcandalum, quod Chriſtus Saluator noſter ſeuerè puniri voluit Matth. *c. 18.* Lucæ 17. & Marci 9. fuit illud quod in damnum, & ruinam Proximorum adhibetur, vrbis, aut operibus illum ad malum excitando. D. Hieron. ſuper Matthæum *c. 15.* D. Thom. *2. 2. q. 43. art. 1. & 2.* Couarr. *in reg. peccatum, in initio n. 4.* Pet. Greg. *lib. 38. ſyntagmat. cap. 1. n. 4. & 5.* Sanchez *lib. 1. ſumma, cap. 6. à num. 1.* Layman *oper. moral. lib. 2. tract. 3. c. 13. n. 3.* Trullench, *in expoſit. Decalogi, lib. 1. cap. 6. dub. 5. n. 1.* Rodericus de Acuña *in cap. licet 4. diſt. 45. n. 2.* Guttierrez *lib. 1. Canonic cap. 38. à num. 20.* Tertullianus *lib. 1. de Virg. velanda.* Et non propriè dicetur id efficere, niſi tali animo, ac conatu committatur, D. Thomas *dict. quæſt. 43 art. 3.* & poſt Caietanum Couarr. *vbi ſuprà, num. 4.* Acuña *in d. cap. licet, num. 3.* ibi: *Intellige primò*

  prædictam

prædictam concluſionem, cum talis inductio. ſeu actus, ex intentione operantis dirigitur ad labefactandum proximum; non verò quando ex opere alia intentione perpetrato contingit.

CXXI. Tum denique, quia in caſu, de quo loquimur, non fuit ſcandalum, actiuum, nec paſſiuum; quæ ſunt duæ ſpecies capit. *Niſi cum pridem, de renunciatione.* Cum D. Thoma 2.2. *q* 43. *art.* 1. *& ſequentibus.* notant Couarr. Gutierrez, Sanchez, Lsyman, Acuña in locis proximè citatis. Caſtro Palao *tom.* 1. *operis moral. tract.* 6. *diſp.* 6. *puncto. præcipuè num.* 6. *&* 7. Et Ioannes Ægid. Trullench. *vbi ſuprà num.* 2. *& ſequentibus.* Non actiuum ſpeciale, nec generale: non enim fuit Reo animus ſolicitandi alios per Libelli verba, vt fidem noſtram deſererent, legémque Moyſi caducam, & antiquatam ſectarentur; neque Virginem Sanctiſſimam dehonorandi: potiùs contrariis, vt ſæpè dictum eſt, votis, & intentione maiorem Deiparæ honorem, & cultum optauit, & intendit. Neque vllum contrarij euentus periculum agnouit: potiùs valde veroſimiliter arbitrabatur, quòd cùm in florentiſſima hac ciuitate & fidei firmitas, & erga Dei Genitricem pietas quàm maximè eniteat, per conuicia in Libello contenta, fidelium corda ſanctâ quadam pietate irritarentur, deuotio excreſceret, deſidiáque excuteretur, quæ in abſoluendo Virginei Triumphi ornatu viſa fuerat, contra quem potiſſimè Libelli verba dirigebantur. At deficiente animo, ac periculo, quòd alij incidant, maléque operantem inſectentur, ſcandalum actiuum ceſſat. Nauarr. *in cap. conſideres*, §. *animaduertere, num.* 9. *de pœnit. diſt.* 1. Azor. *inſtitut. Moral. tom.* 2. *lib.* 12. *c.* 26. *q.* 3. Sanchez *d. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 7. Trullench. *vbi ſuprà n.* 13.

CXXII. Nec etiam paſſiuum interuenit: nam Dei miſericordia fauente, fides in hac & reliquiis huius Regni vrbibus firmiſſima eſt: nullóque facto efficeretur (neque hoc timeri poterat) vt fideles ſcandalizarentur, & Libelli doctrinam ſectarentur. Debet autem æqualitas, ac rectitudo obſeruari, abſque cuiuſcumque ſcandali attentione, quod ex illo proueniat: nam hoc tanquam iniuſtum, iuſtitiæque præceptis oppoſitum, eſt parui faciendum; & ad ſcandalum euitandum non licet iuſtitiæ limites egredi, *cap. qui ſcandalizauerit, de regul. iur.* vbi Goſſa, & Doctores *in dict. c. niſi, de renunciat. l.* 50. *titul.* 5. *part.* 1. ibi: *O de dezir, o de fazer la verdad, que es la juſticia.* Et ibidem latè Greg. verſ. *Que es la juſticia.* Vbi ex hoc infert: *Non ergo innocens puniri poteſt à Iudice propter ſcandalum vitandum, vel tumultum populi.* Caſtro *lib.* 1. *de iuſt. hæret. punit. cap.* 20. *& lib.* 2. *de poteſt. leg. pœn. cap.* 11. Conat. *in dicto cap. peccatum, in initio, num.* 4. verſ. *In hoc tamen ſcandalo.* Flamin. *de reſignat. lib.* 5. *quæſt.* 3. *num.* 175. Et Gutierrez *lib.* 1. *canonic. c.* 58. *n.* 21. *&* 22.

CXXIII. Hæc quæ circa Deciſionis huius argumentum licuit afferre. Sed præter ſpem; imò contra Vulgi opinionem, ac vota lata ſententia fuit. Fateor. Aſt huic non ſæpè fidendum; nec eius, licèt piiſſimæ voces audiendæ: qui prætextu pietatis impiè quandoque ſæuit, incautis conſiliis Rei cædem pro libito contra ius inclamans: eò ipſo damnandus, quòd præceps. Secùs autem prudentiſſimus Iudex, mora, cunctationéque prudentiam comit, conſilium maturat, ſucceſſus bene ſecundat. Sapienter ab Ammiano dictum, *Rerum geſtarum lib.* 29. *De vita, & ſpiritu hominis (qui pars mundi eſt, & animantium numerū complet) laturam ſententiam, diu multúmque cunctari oportet; nec præcipiti ſtudio, vbi irreuocabile factum eſt agitari.* Ita ſanè ſe geſſit clementiſſimus Inquiſitionis Senatus: leniaque conſideratione piè Reum puniendi, non crudeliter ſæuiendi, viam quæſiuit. Vt enim inquit idem Ammianus *lib.* 9. *Iudicis leni, ac conſiderati illud eſt proprium, vt cùm lædere poteſt, ignoſcendi cauſas quærat, non lædendi occaſiones.* Præterquam quòd vni dandum miſericordiæ, quòd propter eius cultum & de iuſtitia liceat detrahere: omnes enim virtutes, vrbana, vt ſic dicam, deuotione miſericordiæ concedunt. Do Coronidem aureis Caſſiodori verbis, *Variarum lib.* 1. *epiſt.* 9. *Benigni quippe Principis eſt, ad clementiæ commodum tranſilire terminos æquitatis: quando ſola eſt miſericordia, cui omnes virtutes cedere honorabiliter non recuſant.*

§. II.

De confeſsione in tortura emanata, ſine legitimis indiciis præcedentibus.

IN hoc conueniunt ſcribentes, quod confeſſio emanata in tortura ſine præcedentibus, vel non legitimis indiciis, non præiudicat confitenti, ad hoc 18.
allegatur text. l. 1. §. Diuus Seuerus, *de quæſt. à Farin. de reo confeſſo, & conuicto, q* 83 *n* 1. *& ſeq.* ſed meliùs à Cantera *c.* 1. *de vera confeſſ. num.* 10. allegatur text. *l. Diuus Pius*, §. *ex quibus cauſis, ff. de quæſt.* vbi hoc benè notat Gothofred. in verbo, *ex quibus.* vbi dixit, *nam argumentum à quæſtione ad interrogationem & indicia Titius non poteſt torqueri, ergo nec interrogari, nec indicium ferre, non admittitur Titij confeſſio in quæſtione multo igitur minus interrogatio vel indicium*, concluſionem hanc docuerunt plurimi DD. allegati à Farin. *vbi ſuprà*, quibus addo ego Ludouic. Gilhauſ *dicto cap.* 6. *parte ſecunda, num* 44. *& ſequentibus*, Canteram *dicto num.* 10. Souſam *in Aphoriſm. Inquiſitorum, lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 23. & Præſidem Abauo, *in ſuis quæſt. reatuum q.* 19. *n.* 56.

Et hi omnes DD. extendunt concluſionem, vt 19.
procedat non ſolū, ſi confeſſio ſit poſt tormenta ratificata, ſed etiam ſi poſt torturam legitima ſuperueniant indicia, niſi reus certioratus de nullitate confeſſionis emanatæ in tortura adhuc confiteretur, Cantera *dicto num.* 10. verſ. *Bene verum eſt.* Farin. & Gilhauſ. *locis allegatis*, Clarus §. *fin. quæſt.* 55. verſ. *Si verò.* vbi addentes Præſes Abauo *in* §. *confeſſio; num.* 37. ego ipſe *infrà, tit.* 10.

Idem dicunt ſcribentes de confeſſione emanata 20.
vi tormentorum, ac metu eorumdem *l. prima*, §. *ſi quis vltro, de quæſt.* Farin. *num.* 31. *& ſequentibus*, vbi bene declarat quando quis metu tormentorum dicatur confeſſus, de qua re dixi *in titul. de Indit. & tortura.*

Ex his colligi poteſt doctrinam Boſſij *in titulo* 21.
de confeſſ. per torturam num. 21. *& ſequentibus*, qui voluit confeſſionem emanatam in tortura ſine indiciis non ſufficere ad condemnandum, ſed bene ſufficere ad torquendum de nouo eſſe falſam, Bertazzol. *conſilio trigeſimo nono numer.* 10. Honded. *conſil.* 108. *num.* 34. *vol. primo*, hoc enim eſſet aperire viam iniquo iudici ad torquendum ſine indiciis, & exinde habita confeſſione ad iterum illum torquendum, vt ratiocinatur Farin. *vbi ſuprà num.* 15. *&* 18.

§. III.

De confeſsione coram Iudice incompetenti.

22. VEl quæritur, an confeſſio facta coram Iudice incompetenti ſpontanea, ideſt abſque vllo metu, probet ad effectum condemnandi confitentem, vtputa cum Clericus coram laico fatetur delictum, vel laicus coram laico hæreſim, & in hoc caſu certum eſt confeſſionem huiuſmodi non ſufficere ad eum condemnandum, hoc notant omnes Canon. *in cap. at ſi Clerici, de iudic.* vbi modernus Barboſa concordantes allegat DD. auctoritates, Farin. *de reo confeſſo, & conuicto, quæſt,* 81 *num.* 188. Souſa *lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 36. Cantera *dicto cap.* 1. *de vera confeſſione, num* 2. verſ. *Requiritur etiam ad hoc* Gilhauſ. *loco cit. num.* 34. Præſes Abauo, §. *confeſſio, num.* 18. *& ſeq.*

23. Vel quæritur, an talis confeſſio, coram iudice competenti habeat vim confeſſionis extraiudicialis; & ſic ſufficiat ad torturam, & tunc affirmatiuè reſpondendum eſt, vt concludunt *locis allegatis* omnes ſupradicti DD. & hoc habet locum etiamſi talis confeſſio reuocaretur coram Iudice competenti, nam adhuc verior opinio eſt, quod ſufficiat ad torturam, vt bene probarunt, Boſſ. *in tit. de confeſ. n.* 55. Clar. *in praxi, §. fin. q.* 21. verſ. *Sed quid ſi reus,* vbi addent. & Farin. *n.* 216.

§. IV

De confeſsione criminis incidenter emanata.

TOta hæc materia confeſſionis incidenter emanatæ de aliquo delicto innititur ſuper text. *in c.* 1. *de except.* (vbi Papa ait) quod ſi teſtis de crimine contra eum oppoſito confeſſione propria, vel aliàs conuincitur de crimine pœna ordinaria non punitur, niſi crimen negotium tangat principale, ex hoc text. & his quæ notant DD. videntur infra ſcripta notanda in materia confeſſionis incidenter emanatæ.

24. Et primò quidem cum crimen negotium principale de quo agitur tangit, tunc poteſt quis ex confeſſione incidenter facta ordinaria pœna puniri, ad hoc facit, doct. Bart. *in l.* 2. §. *ſi publico, num.* 2. *ff. ad l. Iul. de adult.* vbi ait, quod ſi Maritus accuſet vxorem de Adulterio, & ipſa excipiat de lenocinio viri, ipſéque fateatur, poterit vtique vir ordinaria pœna puniri, quia exceptio lenocinij tangit principalem cauſam Adulterij, ita Farin. *dicta q.* 81. *n.* 251. Cantera *loc. cit. n.* 6. Souſa *c.* 20, *n.* 39. Gilhauſ. *vbi ſuprà, n.* 36. & alij.

25. Secundò notandum, quod ad puniendum teſtem vel alium incidenter confitentem, ſufficit confeſſio emanata incidenter, ſi agatur de pœna non ordinaria, ſed extraordinaria, ita colligitur ex dicto textu arguendo à contrario ſenſu, ibi, *pœna ordinaria mulctari non debet*. Farin. *num.* 264. vbi de magis vera magiſque communi opinione, Souſa *d. c.* 20. *n.* 38. Cantera *vbi ſuprà*, verſ. *quidquid dixerit Bart.* Et Lud. Gilhauſ. *n.* 36.

26. Sic Senatus noſter Mediolani Excellentiſſimus anno 1620. ſub die 11. menſis Auguſti damnauit ad triremes triennales Ioannem Baptiſtam Broeham qui cum literis impunitatis, & gratiæ comparuerat, ex eo quod incidenter faſſus fuerat, ſe ſelopos rotatos detuliſſe, & cum Bannito conuerſaſſe, contra formam proclamationum S. E. non obſtante quod quoad delictum principale homicidij, pro quo literas impunitatis impetrauerat fuerit per Senatum declaratum ipſum debere gaudere beneficio dictarum literarum.

Tertiò notandum, quod quamvis DD. controuertant, num hæc confeſſio in alio iudicio ſufficiat ad condemnandum, ſane inter omnes conſtare videtur ſufficere ad torquendum, Farin. qui alios citat. *n.* 272. *& ſeq.* 27.

Quartò notandum, quod ratio deciſionis dicti capituli primi de exceptionibus eſt, quod in Iudicio, quod principaliter agitabatur, non tractabatur de crimine obiecto, & cum ſententia debeat eſſe conformis libello, non poteſt dicta confeſſio eſſe ſufficiens ad condemnationem in eo iudicio, vt obſeruant Canon. allegati à Farin. *dict. n.* 272. & manifeſte colligitur ex dicto textu, ibi, *cum accuſatio in ipſos ſecundum iuris rigorem non procedat.* 28.

Ex hoc colligitur, quod ea quæ à DD. noſtris diſputantur de hac confeſſione incidenti non habent locum in S. Officio, nam ſi teſtis in hoc Tribunali incidenter de alio crimine conuictus vel confeſſus apparuerit, vtique ex ea incidenti confeſſione nihil reſiſtit, quin ordinaria pœna poſſit mulctari, dummodo delictum ad hoc forum pertineat. 29.

Ratio eſt, quia vt ſupra vidimus in tit. primo Inquiſitores procedunt in crimine hæreſis, incidentibus, & connexis, *ſummariè de plano, ſine forma, & figura iudicij* & ſic vt ibi, declarauimus, intelliguntur in hoc Tribunali remiſſæ omnes ſolemnitates, & rigoroſitates iuris, igitur intelligitur etiam remiſſa rigoroſitas iuris, de qua *in dict. cap.* 1. 30.

§ V.

De confeſsione facta in alio iudicio.

COnfeſſio facta in vno iudicio probat in alio iudicio ſiue ciuili, ſiue criminali, text. eſt *in l. Iubemus*, ibi, *verum etiam voce propria ipſius Ælij apud aliud Iudicium patuerat, Cod. de liberali cauſa,* vbi Gothufred. in verbo *aliud*, Bald. & alij, Farin. *q.* 81. *num.* 92. Gilhauſ. *loco citato, num.* 21. verùm id debet intelligi dummodo ſit facta inter eaſdem perſonas, Farin. *num.* 103. 31.

Sentio tamen confeſſionem factam in iudicio ciuili etiam inter eaſdem perſonas, non aliud poſſe operari, niſi vim confeſſionis extraiudicialis, & ſic ſolum facere indicium ad torturam, Clar. *quæſt.* 54. verſ. *Sed quid*, vbi bene addentes.

In S Officio arbitror diſtinguendum, quod vel confeſſio facta in alio Iudicio facta fuit coram Iudice competente, vt quia, quis coram Epiſcopo in iudicio criminali faſſus fuit ſe blaſphemaſſe hæreticaliter, & neſcio videre, quare non poſſit blaſphemus hic in S. Off. puniri ex illa confeſſione. Si verò confeſſio fuiſſet facta coram Iudice incompetenti, vtique in S. Officio non operatur effectum, niſi confeſſionis extraiudicialis. 32.

§. VI.

De confeſsione facta ex ſuggeſtione Iudicis.

SVggeſtionem Iudici prohiberi, notaui in titulo de examine reorum, *ex l. prima §. qui quæſtionem, ff. de quæſtionibus*, vbi Gothofred. in verbo, *ſuggerentis*, ait: *qui reum de Titij facinore interrogat, facinus magis ſuggerit quam de eo interrogat,* Suggeſtio autem fit hoc modo teſtem interrogando, *nonne verum eſt, quod Titius blaſphemauit, ſcio* 33.

ego te audiuiſſe eundem bis blaſphemaſſe al diſpetto, *&c.* P. Maſſin. *in praxi parte* 2. *fol.* 31. verſ. *& auerta il Giudico*, ſecundæ impreſſionis, vel interrogando reum, *an interfecerit Titium in tali loco, tali die eum vulnerando in pectore, cum enſe, &c.* Farin. *de reo confeſſo, & conuicto, quaſt.*83. *n.* 68. vbi addit reum generaliter hoc modo Interrogandum eſſe, *an à toto tempore citra, cum aliquo fueris rixatus, cum quo, quo loco, qualiter, quo tempore, an vulnera illata aliqua fuerint, qua, quot, & in qua parte corporis.*

334. Hæc autem ſuggeſtio fugienda eſt in examine teſtium, reorum, & etiam in tortura, vnde Farin. *vbi ſuprà, num.*96. mouet Iudicem ex Iodoch *in praxi crimin. c.*37. *à n.*9. non ſolùm, vt non ſuggerat torto, ſed nec, vt ei minetur, ſe grauioribus vſurum tormentis, niſi confiteatur, aut eum aliter importunè ſollicitet.

35. Additqoe, quod quamuis Cartar. *in praxi Interrogandorum reorum lib.*4. *cap.*5. *num.*81. velit reum in tortura de nouo eſſe interrogandum ſuper omnibus, & ſingularibus indiciis. Ipſe tamen (ſicut nec omnes boni alij Iudices) hanc practicam non ſeruauit vn-
36. quam, ſed ſolom duobus, aut tribus interrogatoriis, & monitionibus vſus eſt, quod ſcilicet veritatem de qua aliàs fuit interrogatus liberè fateatur nec ſinat amplius ſe tormento cruciari, Indea enim antequam reum ponat in tortura in vltimo constitu-
37. to, enumeratis reo omnibus ex proceſſu reſultantibus contra eum, ad eum magis diſponendum ad veritatem fatendam interrogatur, & monetur vt fateatur liberè, quod ſi adhuc in negatiua perſiſtat fit decretum torturæ, eleuatur, nec amplius interrogatur, vel monetur, niſi in genere per duas, vel tres vices, animo ſedato, non inſolenter, nec importunè, vt veritatem fateatur, & ita ait ſe vidiſſe practicari à Iudicibus Deum timentibus, Ambroſin. *lib.*4. *cap.*8. vbi hæc praxis approbatur.

38. Quod autem dicit reum generaliter eſſe interrogandum, non in ſpecie declarandum eſt, vt non procedat, cum extra torturam Iudex habet quaſi ſemiplenam probationem, & in tortura pluſquam ſemiplenam, quia tunc poteſt reus interrogari in ſpecie, an tale delictum commiſerit, ita tamen, vt prius in genere mox in ſpecie id fiat, Scacc. *de indiciis, lib.*1 *cap.*86. *num.* 38. *& ſeq.* Farin. *num.*97. qui alios allegant.

39. Modo ad propoſitum quæſtionis noſtræ accedendo, conueniunt DD. confeſſionem vi ſuggeſtiuæ interrogationis extortam Reo non nocere, Boſſ. *de examine reorum, n.*12. verſ. *Et illa confeſſio*. Scaccia videndus *dict. c.*36. *n.* 7. 40. *&* 41. Farin. *vbi ſuprà, num.*84.

§. VII.

Sponte confeſſus an mitius puniatur.

40. QVidquid dicant DD. relati à Farin. *de reo confeſſo, & conuicto, q.* 81. *n.*172. *& ſeq.* ego numquam vidi in praxi ſeruari, quod propter ſpontaneam confeſſionem quis mitiùs puniatur, quod etiam dixit Alberic. *in l. prima, §. quaſtioni, n.*3 *de quaſtionibus*, & Clar. *§. fin. quaſt.*60. verſ. *Non deſunt.*

41. In ſolo S. Officio hoc inconcuſſè obſeruator, nam ſponte comparentes mitiſſimè tractantur qui præuenti, ſed non vocati comparent mitius poniuntur, quam qui vocati compareot, & inter hos mitius adhuc, qui in primis audientiis delicta ſua fatentur, quam qui id agunt teſtibus, indiciis, & interrogatoriis preſſi, vt vidimus *in ſecunda parte, titul. de ſponte comparentibus*, Vnde Paulus Garz. *in praxi fol.* 13. in forma tertiæ monitionis, ſic ait. *Fuele dicho, que el Promotor fiſcal deſte S. Officio lo quiere poner acuſacion, y le eſtaria mui bien, aſſi para el deſcargo de ſu conciencia, como para el breue, y buen deſpacho de ſu negocio, que antes que ſe le puſieſſe el dixeſſe verdad ſegun ha ſido amoneſtado, y aora ſe le amoneſta, por que aura mas lugar de vſar con el de la Miſericordia, que en eſte S. Officio ſe acoſtumbra con los buenos confitentes donde no, ſe le aduierte, que ſe oyra el fiſcal, y ſe hara Iuſticia.*

§. VIII.

De confeſſione minoris ſine curatore.

DE Iure indubitatum eſt confeſſionem minoris ſine curatoris auctoritate eſſe nullam, ita decidit Imperator *in l. Clarum, C. de auct. praſt.* cum aliis allegatis à Farin q. 81. *n.* 352. *& ſeq.* Cantera *in quaſtione crim. de Reo, quaſt.* 7. *per totam*, & Lud. Gilhauſ. *in arbore crim. parte ſexta, cap.* 2. *num.* 41. *& ſeq.* 42.

Praxis hæc in criminalibus conſtituendi curatorem minoribus indiſtinctè ſeruatur in Hiſpania, vt teſtatur Plaza *in Epitom. delictorum, lib.*1. *c.*32. *n.* 12.

Et ita ſeruatur etiam in Tribunalibus Sancti Officij, vt videre eſt ex Instructione Madriliana, de qua Pegn. *comm* 28 *tertia partis*, verſ. *de hoc curatore*, Simanchas *de Cathol. Inſtit. tit.* 29. *num.* 60. Cantera, *vbi ſuprà*, Diana *tract.*6. *reſolut.* 31. *part.*4. Souſa *in Aphoriſm. lib.* 2. *capit.*31. Et Paulus Garzia, *en la orden de proceſſar en el S. Oficio, fol.* mihi 14 vbi de modo, forma, & ſtylo conſtituendi curatorem minoribus, & de eorum Iuramentis, & munere. 43.

In Gallia, & in Italia minoribus *infrà* 25. & *ſuprà* 14. annum conſtitutis in criminalibus non dantur curatores, Rebuff. *in Proem Conſt. Franciæ, gloſſ.*5. *num.*72. Gothofred. *in dicta l Clarum*, in verbo, *In criminalibus*, Clar. *quaſt.* 50. *in principio. & quaſt.*55. verſ. *Vlterius poteſt*, Menoch. *caſu* 268. *num.* 2. *de Arbitr. Iudicum*, Farinac. *num.*370. qui alios DD. allegat atteſtantes de hac conſuetudine ſuarum vnuſquiſque regionum, quibus addo ego Boer. *deciſ.* 63. *num.* 6. verſ. *Nec poteſt minor.* vbi atteſtatur de conſuetudine Parlamenti Burdigalenſis, & Præſidem Abano, qui atteſtatur de ſimili conſuetudine Ducatus Sabaudiæ *in praxi. & Theor. Criminali, §. Procurator, n.*20. *& ſeq.* & Ang. *Malef.* in verbo *comparuerunt, n.*9. ait contrariam opinionem eſſe ridiculam, & ſic in his partibus confeſſiones minorum attenduntur etiam ſine curatore, & ex eis indiſtinctè condemnantur. 44.

In S. Officio noſtro Cremonæ, in quo ſupr. 15. annos ſum verſatus nunquam vidi curatores dari minoribus, & P. Maſſin. *in praxi S Officij, part.* 10. *aſſer.* 182. videtur aſſerere, quod pupilli, & minores in hoc Tribunali ſtare poſſunt ſine tutore, & curatore, & ita etiam ſeruari in Vniuerſali Romana Inquiſitione atteſtatur Farinac. *in addit. Manuſcriptis ad praxim Pegno, libro ſecundo, cap.*27. *num.*2. in hæc verba, *in crimine hareſis dandum eſſe hunc curatorem affirmauit idem Pegna ad Eymericum in Direct. part.* 3. *titul. de defenſ. reorum num.* 317. *fol.* mihi 481. col.1. verſ. *hoc tamen non omittam, vide tamen Vbert. Locatum in Iud. in verbo minor, num.* 2. *vbi dixit quod quidquid ſit de iure, in criminibus exceptis, & ſic in crimine hareſis* 45.

apud

apud quam plura Tribunalia maximè Romæ, & ſpecialiter in S. Officio talus vſus dandi curaterem minoribus non ſeruatur: ſi tamen in aliquibus inquiſitionibus adſit conſuetudo dandi curatorem minoribus, ego eam obſeruandam puto.

§ IX.

De confeſſione dubia, & æquiuoca.

46. CONfeſſio, vt efficax ſit debet eſſe indiuidualis ſpecifica, non generalis, dubia, tacita, vel æquiuoca, ita Boſſ. *de confeſſ. num.* 43. Peguer. *deciſ. crim.* 17. *num.* . Farin. *dicta quæſt.* 8 *num* 31. *& ſequen.* Præſes Abauo *in praxi* §. *confeſſio, num.* 44. vbi quod dubia
47. confeſſio regulariter interpretari debet in fauorem confitentis, niſi confiteos eſſet vir malæ vitæ, Farin. *nu.* 47. Souſa *in Aphoriſm. lib* 2. *cap.* 20. *num.* 11. & hi omnes concorditer tenent huiuſmodi confeſſionem non ſufficere ad condemnandum, ſed bene ſufficere ad torquendum, & exemplificant, Boſſ. *num.* 83. *& ſequent.* ac Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 89. *num.* 24. in eo, qui interrogatus, an multa crimina perpetrauerit reſpondit tale, & tala crimen non commiſi, quoad alia enim intelligitur tacitè confeſſus, tamen ex dicta confeſſione ſolum poteſt torqueri, vt ait Menoch. *ibi*, & Souſa *loco allegato.*
48. Hinc colligo ego mutum, & ſurdum ex ſua confeſſione facta nutu, & ſignis, vti dubia, nec plane certa non poſſe damnari, vt benè diſputata materia dicit Bald. *lib.* 1. *num.* 27. *Cod. de confeſſis*, Ant. Gomez. *tom.* 1. *variar. cap.* 1. *num.* 69. & Piaz. *in Epit. delictorum lib.* . *cap.* 42. *num* 18. vbi volunt ſolum hoſce poſſe damnari ex teſtium depoſitionibus eos plenè conuincentibus, Farin. q. 98. *num.* 162. & Lud. Gilhauſ. c 5. *ramuſculo* 3. *n.* 141.
49. Eadem omnino doctrina habet locum in S. Officio, nam ea confeſſione generali, ſum hæreticus, niſi ſingulas hæreſes exprimat non poteſt quis condemnari, niſi fortè diceret ego ſum Lutheranus, vel Caluiniſta. Simanch. *de Cath. Inſtit. tit.* 13. *de confeſſis num* 2. *& ſequent.* P. Maſſin *p.* 10. *aſſert.* 121. Cantet. *dicto cap.* 1. *de vera confeſſ. num.* 17. Souſa *vbi ſupra, num.* 10.

Vt autem confeſſio certa ſit, debet eſſe, de delicto certo, cum expreſſione certi loci, temporis, & aliarum circumſtantiarum, ita Boſſ. *vbi ſuprà, n.* 43. *&* Farin. *num.* 31.

§. X.

De confeſſione inuериſimili, & ſine cauſa.

50. COnfeſſionem inuериſimilem non probare comdixerunt ſcribentes apud Farin. *vbi ſuprà n.* 28. *& ſeq.* quibus addo Gilhauſ. *vbi ſuprà, num.* 9. Cantet. *dicto num.* 17. verſ. *Poſſet etiam exemplificari*, ex quo colligunt iidem DD. neque ex confeſſione ſine cauſa, quem poſſe damnari, cum nullus ſine cauſa deliquiſſe præſumatur, vt dicit Farin. *de indic. & tortura, quæſt.* 50. *num.* 31 *& quæſt.* 52. *num.* 150. *& de reo confeſſo, & conuicto, quæſt* 81. *n.* 40.

Et quidem de confeſſione inuериſimili, pulcherrimus eſt text. *l. ſi is cuius in fin. ff de interrogatorijs actionibus*, vbi Iauolenus I.C. ex Caſſio ait *in totum autem confeſſiones ita ratæ, ſunt. ſi id quod in confeſſionem venit, & ius, & natura recipere poteſt*, occaſione autem huiuſce confeſſionis, iuri, & na-

turæ contrariæ Ferret. Doctiſſ. noſtri temporis Iuriſconſultus in ſuo erudito commentario, ad Conſtitutionem Cathaloniæ, *ſoluto Matrimonio* tempore primo, declaratione ſecunda, *num* 9. *vſque ad num* 46. inuehitur contra Martinum Delrio, quem *num.* 50. appellat magis elegantia, quàm iuris prælectione inſtructum, & alios etiam Iudices, qui ſortilegas ad mortem damnant ex ſola ipſarum confeſſione quod ad ludos diabolicos Plutone Præſidente iuerunt, quod ibi à Dæmonibus paſſæ ſunt ſe pollui etiam præpoſterè, quod fidem abnegarunt, quod infantes necarunt, & varia, homicidia per ſortilegia perpetrarunt, additque ex huiuſmodi confeſſionibus ſe nunquam vidiſſe iu ees Supremos huiuſmodi mulieres ad mortem damnare, legiſſe ſolum deciſionem 53. Senatus Dolani de qua valde fuit miratus, eámque ibi confutat, maximè quoad illud de confeſſione enecationis infantium non conſtito de corpore delicti, de quo nunquam ait in materia de qua agimus poſſe verè, & legitime conſtare, maximè cum circumſtantiis à iure requiſitis, & tandem in fine laudat iudicium Reuerendiſſimorum Inquiſitorum Barchinonæ, qui de anno 1617. qui duas huiuſmodi mulieres de Lamiatu confeſſas dimittatas ad exilium condemnarunt.

Ex quibus omnibus vides benigne lector, quàm iuri conſona ſit maturitas, qua in huiuſmodi cauſis ſemper proceſſit Eminentiſſimum Tribunal, iuxta ea quæ docuimus *ſuprà in ſecunda parte huiuſce tractatus, tit. de ſortilegis, per totum.*

Et hoc loco etiam ſpectare poſſunt, quæ diximus *in eodem tit. de ſortilegis*, de magna quæ in conuentu, ſeu ludo dæmoniaco fatetur ſeſe ibi cognouiſſe Titium, & Seium cum enim decipi potuerint nulla ſuper hac earum confeſſione contra Titium, & Seium, poteſt fieri conſideratio, & vltra ibi allegatos addo nunc doctum Queuedo *de indicijs, & tortura, c.* 5. *n.* 11. *p.* 2. verſ. *y lo miſmo procede aunque el delito ſea de brujas.*

§ XI.

De reuocante ſuam confeſſionem.

IN hac materia reuocationis tam in aliis Tribunalibus quam in hoc S. Officio, nonnulli caſus ſunt diſtinguendi.

Primus caſus eſt, cum confeſſio delicti reuocatur Incontinenti, id eſt in eodem examine, in quo confeſſio fuit facta antequam reus à iudicis præſentia diſcederet, & tunc ex ea confeſſione non poteſt reus condemnari etiamſi non doceatur de errore, ita Farin. *d. q.* 81. *num.* 348. & in foro noſtro S. Officij, Royas, *de hæreticis part.* 2. *n.* 260. Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib* 2. *cap.* 20. *num* 55. Ferd. de Caſtro Palao *in opere morali, tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 16. §. 1. *num.* 3. 51.

Secundus caſus eſt, cum allegatur error, & reuocatur confeſſio etiam ex interuallo, & tunc probato errore etiam poſt ſententiam condemnatoriam, confeſſio non obſtat confitenti ita Farin. *n.* 315. *&* 325. vbi ait quod admittenda eſt erroris probatio, etiam ſi pro confeſſione adeſſent mille indicia, quia ſibi contigit in facto quod quidam nomine Cecconus faſſus fuit furtum, de quo erat valde grauatus, & tamen veritate indagata repertum fuit, quod illud non commiſerat, & *n.* 341. ait errorem ſufficienter probari probando rem aliter ſe habere, ſiue per teſtes, ſiue per coniecturas. 52.

53. Et hoc idem habet locum in S. Officio, Souſa, *dict.c.20.n.53.* Cantera *de hereticis, cap. 1. num. 70.* verſ. *& etiam ſi verum ſit,* Caſtro Palan, *vbi ſupra,* verſ. *ſi autem iam fuit*, vbi quod ſi confeſſio fuit ſpontanea, acceptata à Iudice, vel Aduocato fiſcali, non ſolum error probandus eſt, ſed etiã cauſa erroris.

Tertius caſus eſt, cum confeſſio eſt facta in tor-
54. tura, & tunc reuocatur confeſſio ex ſolo metu tormentorum allegato abſque vlla erroris allegatione vel probatione, ita Souſa, *n.* 55. & Caſtro Palao, *vbi ſuprà.*

Quartus caſus eſt, cum nec incontinenti, nec allegato, nec probato errore reuocatur confeſſio.

Et tunc certum eſt, in aliis Tribunalibus ex ea
55. confeſſione poſſe reum damnari, quia confeſſione iudiciali plene probatur delictum, Farinae. *de hereſi quaſt.* 187. *num.* 73. *& ſequentib.* in hoc conueniunt omnes Doctores. In Sancto autem Officio
65. Solus Cantera *de hereticis, capite primo, num.*70. voluit hæreticum poſſe ſuam confeſſionem reuocare ex interuallo non allegato errore, ante reconciliationem nec ex prima confeſſione poſſe brachio ſæculari tradi.

Verùm hæc opinio periculoſiſſima eſt, nec vllo modo in praxi ſecunda, quia eſt contra communem DD. ſententiam de qua *ſuprà*, & quia hoc modo hæretici confeſſi totum remedium haberent euitandi pœnas hæreticis, ſiue pœnitentibus, ſiue impœnitentibus debitas, & ita Canteram in indiuiduo reiiciunt, Farin. *de hereſi, q.* 187. *num.* 75. verſ. *& licèt Didacus Cantera,* Caſtro Palao *vbi ſuprà n.* 3. Seſſe *deciſ.* 472. *tom.* 4. *num.* 7. Souſa *in Aphoriſm.lib.1.cap.*48.*n.* 22. & Diana *reſol moral. p.* 4. *tract.*7. *reſol.*22. verſ. *Sed ſi hec opinio eſſet vera.*

§. XII.

Nonnulla notanda ab Inquiſitoribus in materia harum confeſſionum.

57. PRimò notandum, quòd vt ex confeſſione poſſit ſequi condemnatio, cum ſumus in delictis, quæ ſolo animo committuntur, qualis eſt hæreſis, ſed facto, & quidem veſtigium poſt ſe relinquente, tunc requiritur probatio corporis delicti de neceſſitate, ita Præſes Abano *in praxi*, verbo *confeſſio*, *num.*12.*& ſeq.* Farin. *de Inquiſitione, quaſt.*2. *n.* 7.*&* 8. Souſa *lib.2.cap.* 20.*num.*6. & ſic, qui in iudicio confitetur ſe Imagines Sanctorum fregiſſe, non ſtatim poteſt damnari, ſed verificandum eſt corpus delicti, P. Maſſin. *p.*10.*aſſert.* 240. ego ipſe *in p.* 2. *tit. de ſortilegis. in §. de probatione corporis delicti.*

58. Secundò notandum, quod quia in hoc Tribunali defenſiones rei ſunt obtruncatæ, Inquiſitores curare debent, vt confeſſio verificetur in circunſtantiis, & qualitatibus, maximè ſubſtantialibus per reum confeſſatis, Farin. *q.*81. *n.*30. & dixi *in addis ad tit. de ſortilegis.*

59. Tertiò notandum, confeſſionem debere fieri coram Iudice ſedente pro Tribunali, Farinac. *vbi ſuprà, num.* 50. Souſa *dicto cap.* 10. *num.* 14. & P. Maſſin. *part.*10. *Aſſert.* 23. licèt loquatur in ſententia aſſerens eam nullam, vbi in ea non fuerit dictum, pro Tribunali ſedens, &c. Verùm hoc in Sancto Officio, neque in confeſſione, neque in ſententia arbitror neceſſarium, quia proceditur in eo, ſummariè, &c. per quam clauſulam ſublatæ ſunt ſolemnitates Iuris Ciuilis; vt dixi *titul.* 1. quod autem Iudex ſedeat pro Tribunali: tam ad acceptandam confeſſionem quam ſententiam ferendum, ſolemnitas eſt introducta de Iure ciuili, hoc tamen intelligendum eſt dummodo confeſſio non fuerit facta coram Inquiſitore vti priuato omnino, nam tantummodò tunc ſufficeret ad torturam, Clar. *q.*21. verſ. *Sed hic cadit,* vbi addentes videatur Scacc. *de ſententiis & re Iud. Gloſ.* 8. & Portules *ad repert. Molini, ſuper ritibus, & obſer. Regni Arragon.* 1.*p.* § *confeſſio, num.* 5.

Quartò notandum, quod confeſſio in his, quæ dependent à facto, & voluntate confitentis nocet, 60.
ſecus in his, quæ ab eo non dependent, Farin. *vbi ſuprà* 63. qui & alios allegat, & hinc infert confeſſionem in his, quæ iuris ſunt minimè confitenti nocere, Souſa *dicto cap.*20.*num.* 19.

Quintò notandum, quod quandocumque Iu- 61.
dici conſtant, de Innocentia confitentis, ſiue ante, ſiue poſt ſententiam numquam confeſſio nocet confitenti, pulcberrima ad hoc ſunt verba text. *in libro primo* §. *ſi quis vltrò*, de quæſtionibus *liberandum eum, qui de ſe fuerit confeſſus, cuius poſt damnationem de innocentia conſtitiſſet.*

Reliquum eſſet tractare de confeſſione extorta 62.
à Iudice, qui promiſit impunitatem reo, & de confeſſione extraiudiciali, ſed de illa egi in primo titulo huius partis, & de hac in titulo de Ind. & tortura, ideo ad ibi dicta benignum lectorem remitto.

TITVLVS IX.

De Defenſionibus Reorum.

SVMMARIVM.

1 *Haretico notorio pertinaci non ſunt danda defenſiones nec ei qui vellet probare hareſim non eſſe hareſim, num.*2.

3 *Cum hareticus habetur pro conuicto tantum, vel dubium eſt de eius hereſi, vel etiam cum confeſſus eſt, ei non ſunt deneganda defenſiones, quia etiam contra confeſſionem aliqua poteſt allegare, num.*4. *& ſeq.*

6 *Relapſis an danda defenſiones, num.*7. *vbi praxis Supremi Tribunalis vniuerſalis Romana Inquiſitionis.*

8 *Aduocatus, & Procurator reis ſunt ab Inquiſitoribus aſſignandi.*

9 *Innocentia Rei quomodo directè probetur, n.* 10. *vbi quomodo probetur per negatiuam coarctatam tam reſpectu rei, quam teſtium, num.* 10. 11.*&* 12. *vbi quod teſtes ſuper negatiua in Statu Mediolani examinantur ad praſentiam Aduocati fiſcalis.*

13 *Innocẽtia probatur per actus religionis, à reo factos.*

14 *Maxima defenſio in S. Officio conſiſtit in repulſa teſtium.*

15 *Delictum contra teſtes non in genere, ſed ſpecificatè non eſt opponendum.*

16 *Conſpiratio quomodo probetur.*

17 *Per lapſum* 20. *annorum praſcribitur, quodcumque delictum, num.*18. *vbi hoc ceſſat in crimine hareſis, n.*19. *vbi hoc ſublimitatur quoad bona.*

20 *Minores in delictis mitiùs puniuntur, & ita Mediolani obſeruatur, etiam in delictis atrocibus, num.*21.

22 *Deciſio Senatus Mediolani, & votum Curia Cremona*

monu exiſtente unEtero Proiudico Maleficiorum, unm.23.quid in S.Officio.

24 *Minor, & etiam impubes doli capax hereticus pertinax punitur pœna ordinaria, ſecus ſi ſit pœnitens,n.25.*

26 *Minores abiurant cum clauſula citra pœnam relapſi.*

27 *Deprehenſus in hereſi in maiori atate,in quam inciderat in minori atate,an mitius puniendus.*

28 *Minoribus minuitur pœna in aliis delictis ad Sanctum Officium ſpectantibus.*

29 *Declaratur Seſſe, deciſ.476.p.4.n.20. vbi de praxi variorum Tribunalium, n.30.*

31 *Iracundia facit delictum mitius puniri., n.32. vbi quod conſideranda cauſa iræ, & n.33.vbi quod Inquiſitor non debet eſſe facilis ad admittendum excuſationem iræ.*

34 *Ira an excuſet in materia iniuriarum,& de intellectu l. ſi non conuitij Cod.de Iniur.*

35 *De proferente verba hæretica lubrico lingua,ioco, & inaduertenter,n.36. vbi de his qui abutuntur verbis ſacræ Scripturæ.*

37 *Dormientes aliquando delinquunt, & an ſic delinquentes puniantur,num.38.& quid in S. Officio, num.39.*

40 *Triplex ebrietatis ſpecies,num.41.vbi de maxima ebrietate.*

42 *Ebrietas magna, ſed non maxima excuſat à tanto ſed non a toto.*

43 *Deciſio Senatus Mediolani.*

44 *Deciſio Senatus Sabaudiæ.*

45 *Deciſio Parlamenti Burdigalenſis.*

46 *Leuis Ebrietas non excuſat à pœna ordinaria.*

47 *Mulieres,& ruſtici non excuſantur ab hæreſi, in his quæ eorum capacitatem non ſuperant.*

48 *Sic mulieres, & ruſtici non excuſantur in Polygamia, in ſortilegijs cum abuſu rerum ſacrarum, in confractione ſacrarum imaginum, & blaſphemia.*

49 *Vis, metus, & nobilitas quando minuant pœnam remiſſiuè.*

50 *Amor minuit pœnas delinquenti.*

51 *In ſortilegio an minuenda pœna,& ubi ratio cum ſit ad amorem,n.52.& ſeq.*

52 *Deciſio Senatus Sabaudiæ.*

53 *Ob multitudinem delinquentem pœna minuitur,& practicatur Decimatio,viceſimatio,&c.n.54.Hoc fallit in crimine hæreſis,n.55.*

56 *Tota ciuitas ob hæreſim an ſit comburenda.*

57 *Quando tota ciuitas dicatur deliquiſſe.*

58 *Ex conſuetudine delinquendi pœna augetur.*

59 *Deciſiones Senatus Pariſienſis,& Sabaudiæ in materia reiterationis delicti.*

60 *Deciſio Senatus Mediolani in eadem materia.*

61 *Ordo Senatus Mediolani de apponendis omnibus imputationibus Rei in Relationibus definitiuis, quam ſanctè ab eo ordine Excellent.emanauerit.*

62 *Ex bono euentu an pœna minuatur, & quid in hæreſi,num.63.*

64 *Furioſus de tempore delicti non punitur quid de habente dilucida interualla,n.65.& ſeq.*

67 *Furioſus non poteſt corporaliter puniri cum in proceſſu cauſa ante executionem ſententiæ furor ſuperuenit, & quid in crimine hæreſis,num.68.*

69 *Quam cautè procedere debeant Inquiſitores in hac materia, quia multi fingunt furorem.*

70 *Exceptio furoris delinquentis an poſſit in iudicio opponi, & probari per procuratorem Reo in carceribus non exiſtente, num.71.*

72 *Deciſio Senatus Sabaudiæ, in hac materia.*

73 *Deciſio alia excellentiſſ. Senatus Mediolani in hac materia omnino videnda.*

74 *Cum ſententia eſt nulla, vel notoriè iniuſta,Senatus ſolet ei apponere manum poſt lapſum temporis ad nouas defenſiones.*

75 *Sententia contra furioſum eſt ipſo iure nulla.*

76 *Sententia non admiſſo Procuratore ad furorem probandum illius contra quem fertur eſt notoriè iniqua.*

77 *An ſupradicta ſint practicanda in S.Officio.*

78 *Iuſſus ſuperioris in his quæ non ſunt prohibita non obligat,ſecus ſi ſint prohibita,vel cum delictum non eſt leue,num.79.*

80 *De famulo qui iuſſu Domini delinquit.*

81 *In his quæ ſunt contra fidem iuſſus Principis non excuſat.*

82 *Principi iniuſta mandanti reſcribendum etiam bis.*

83 *In dubio iuſſio Principis præſumitur iuſta.*

84 *Factum Galeatij Sfortiæ Ducis Mediolani.*

85 *Inter defenſiones Reorum enumeratur recuſatio Inquiſitorum.*

86 *Licitè recuſantur Inquiſitores, ſed ex grauiſſimis cauſis,num.87.*

88 *Cauſæ ſuſpicionis cognoſcuntur per Supremum Tribunal.*

89 *De qualitate teſtium pro reo examinandorum.*

90 *Rei an poſſint renunciare defenſionibus,n.91.*

92 *Renunciari poteſt termino defenſionum.*

93 *Laudabiliter ſe gerunt Iudices,ſi ſinant labi terminum, num.94. vbi quod hoc maximè practicandum in S.Officio.*

95 *Reus remittens ſe benignitati S. Officij an intelligatur fateri delictum.*

96 *Articuli tendentes ad defenſionem Rei,& alterius contumacis admittuntur pro defenſione rei,non contumacis, n.99.*

97 *Deciſio in Curia Romana.*

98 *Deciſio Curiæ Prætoriæ Mediolani, & Senatus eiuſdem Ciuitatis.*

100 *In admiſſione Talium articulorum Iudex debet interloqui quod non proſint contumaci.*

101 *Sententia lata pro mandatario an proſit mandanti.*

102 *Praxis ſeruanda,cum adſunt plures Rei quorum aliqui ſunt præſentes,alij abſentes.*

VIſis his quæ ad proceſſus offenſiui conſtructionem ſpectant, ſequitur vt de defenſionibus reorum agamus.

§. I.

An hæreticis in hoc Tribunali ſint dandæ defenſiones.

QVamuis nullus indefenſus ſit condemnandus, cum defenſiones ſint de iure naturæ, attamen vt ſciamus an in aliquibus caſibus poſſint Reis tutò denegari ſic diſtinguendum puto.

Vel hæreticus eſt notoriè talis, & notoriè pertinax, & in hoc caſu vtique ei ſunt denegandæ defenſiones,ita Simanch.*de Cathol. Inſtit.tit.17. num.1.* Farin.*q.39.n.13.& ſeq.& de hæreſi,q.183.n.223.*Souſa *in Aphoriſm Inq.lib.2.cap.29.n.8.*& hinc eſt,quod defenſiones non ſunt dandæ hæretico, qui vellet probare hæreſim, vti talem ab Eccleſia damnatam, non eſſe hæreſim, Farinac. *de hæreſi,*q.197. *num.70.* Souſa *d. cap.29.num.*10.Peña *comm.10. p.2.*

directorij, P. Maſſin. *in praxi.p.10.aſſert.190. 2. impreſſionis.*

3. Vel hæreticus non eſt notoriè talis, puta quia verba hæretica ab eo prolata ſunt dubia, & in hoc caſu non ſunt hæretico negandæ defenſiones, Peña *vbi ſupra*, verſ. *in hac difficultate*, ibi, *an verba vel facta alicui*, Farin. *d.q.* 197.*n*.71. & idem multò magis dicendum eſt, cum non eſt vlla probatione conuictus, quod ſit hæreticus Peña *ibidem. & comm.* 28. *tertia partis*, verſ. *Dandus eſt.*

4. Vel hæreticus eſt conuictus, & non confeſſus, & in hoc etiam caſu concedi ei debent defenſiones, vt contra dicta, & perſonas teſtium poſſit opponere, ita DD. omnes *ſuprà* allegati, P. Maſſin. *in praxi S. Officij, p 5. in fin. §. ſe il Reo oltre*, ibi, *è ciò ha da farſi maggiormente quando il Reo non è confeſſo, ma ſolamento conuinto.*

5. Vel tandem hæreticus eſt confeſſus, & conuictus, & etiam in hoc caſu dari ei debent defenſiones, quia etiam contra propriam confeſſionem poteſt, quis aliqua deducere, ita P. Maſsin. vbi ſuprà proximè Peña *dicto comm.* 28. verſ. *& quamquam*, Farinac. *dicta quaſt.* 183. *num.* 215. Souſa *cap.* 29. *num.* 4. & Ferd. de Caſtro Palao *in opere morali, tract.4.diſp.8. punct.6. num.2.*

6. Et ex his patet reſponſio ad dubium DD. an Relapſis ſint concedendæ defenſiones, ſi enim ſunt relapſi notorij, & pertinaces (vtique eis non ſunt dandæ defenſiones; ſi verò tales non ſint, & velint probare ſe non eſſe relapſos, vtique ſecus dicendum eſt, Farin. *vbi ſupra*, *num.* 217. Souſa *ibid.num.*2. Maſsin. *loco citato*, ibi, *anzi ancho à relaſſi.*

7. Et in hac materia animaduertenda eſt praxis, & ſtylus Supremæ Inquiſitionis Generalis de Vrbe, qua Reo etiam non petenti offeruntur defenſiones, & copiæ proceſſus ac indiciorum vt ſuas defenſiones facere poſſit, etiam ante torturam, nam etiam quoad hoc an ſit locus torturæ, necne, auditur Reus cum ſuo Aduocato, Farin. *num.*211. verſ. *& hac ampliatio recepta eſt in Supremo & num.* 213. Souſa *num* 5. *&* 6. vbi quod copia proceſſus conſignatur Reo more ſolito S. Officij ſuppreſſis nominibus, & circumſtantiis teſtium, & facti Simanch. *in Enchirid. Iud. violata Religionis titul.*35.*n*.13.

§ II

De Aduocato, & procuratore Reis aſſignando.

8. CVm aſſignantur Reis in hoc foro defenſiones, tunc Inquiſitor prouidebit de Aduocato, & Procuratore, Peña *dicto comm.* 28. verſ. *dandus eſt autem*, Souſa *lib.*2.*cap.*30.*num.*2. *quaſt.* 197. *num.* 72. verſ. *limita* 2. P. Maſſin. loco proximè citato, in Rubr. *modo di eſſaminar li teſtimony à difeſa*; cum his communicabunt Rei merita proceſſus offenſiui ſibi publicati, P. Maſſin. in verſ. *& fatta dal Notaro*, iurabunt autem ſe fideliter munus ſuum executuros, quod vbi Reus culpabilis ſit eum inducent ad errorem ſuum fatendum, quod de cauſa cum nemine loquentur, & quod finitis defenſionibus proceſſum reconſignabit Sancto Officio. Bene inſtructio Madriliana apud Peña *dicto com* 28. verſ. *Dandus eſt*, P. Maſſin *vbi ſuprà*, de qualitate, & muneribus, ac aliis ad iſtos aduocatos, & procuratores reorum ſpectantibus, latiùs egi in prima parte huius operis.

§. III.

De probatione innocentiæ Rei Inquiſiti.

PRima eaque præcipua reorum defenſio eſt, vt dicebat Simanch. *de Cathol. Inſtit. titul.* 17. *num.* 2. quæ in probatione innocentiæ Rei conſiſtit.

Hæc autem probari poteſt directò, probando per euidentiam facti rem aliter ſe habere, Clar. *§. fi. quaſt.* 52. *in princip.* vbi addentes, vt v. g. ſi quis grauetur in S. Officio ſe imaginem Crucifixi, in Eccleſia S. Dominici, & in tali Altari exiſtentem fregiſſe, vtique eius innocentia directò probatur probando dictam Imaginem ex euidentia facti non eſſe fractam; idem de malefica grauata, quod talem infantem maleficio hoſtili interemerit, ſi ille viuus reperiatur. 9.

Indirectè poteſt innocentia Rei probari triplici potiſſimùm ratione.

Primò probando negatiuam coarctatam loco, & tempore quoad ſe ipſum, eo modo, quo hanc negatiuam probari debere docuimus in *tit. de teſtibus*, quoad dicta, & in hoc caſu non eſt dubium, quod ſi Reus plenè probauerit ſe tempore commiſſi delicti fuiſſe in loco multum diſtanti ab eo, in quo delictum dicitur commiſiſſe, quin ſit Rei innocentia plene probata, Clarus *d.q.* 52. verſ. *Item poteſt*, & verſic. ſequenti, Simanch. *de Cath. Inſtit. d. text.* 17. *num.* 7. videndus Inquiſitor Cantera *in q. criminalibus de Reo*, *quaſt.* 1: . *num*, 2. vbi ait per hanc probationem elidi probationem fiſci, etiam ſi teſtes fiſci eſſent magis qualificati, quam teſtes Rei. 10.

Addit tamen, *ibidem*, verſ. *& ibi tractaui*, quod hæc negatiuè coarctatæ probatio non iuuaret perſonam maleficam, & ſolitam conuerſari cum Dæmonibus:

Secundò probatur innocentia indirectè probando, negatiuam coarctatam, quoad teſtes, puta Titius, & Seius deponunt, me die 6. huius menſis in Ciuitate Cremonæ. ipſis audientibus blaſphemaſſe hæreticali er, ego probo dicta die 6. Titium, & Seium fuiſſe Romæ, certè iſta probatio Rei, elidet probationes fiſci, & teſtes poſſent puniri de falſo, ita Cantera *loco alleg.* verſ. *quoad perſonas teſtium*, vbi, quod hunc caſum habuit in facto, dum erat Inquiſitor Apoſtolicus in Inquiſitione D. Iacobi. 11.

Aduerte tamen tu qui exerces officia criminalia in Statu Mediol. quod teſtes qui ad defenſam deponunt ſuper huiuſmodi negatiua coarctata examinari debent, ad præſentiam fiſci, & poſt dimittuntur cum fideiuſſione ſe ſe conſignando toties quoties ſub certa pœna, vel cum præcepto in caſu, in quo ob paupertatem non poſſint tales teſtes fideiuſſorem inuenire. 12.

Tertiò indirectè probatur innocentia, vel ſaltem maximè probationes fiſci eneruantur, probando actus religionis à Reo factos contrarios ſibi oppoſitis, & de quibus in S. Officio eſt grauatus, v. g. in S. Officio grauatur quia quod non crediderit Purgatorium adeſſe, ipſe probat, quod pluries pro defunctis orauit, quod pro eis Miſſas celebrari curauit, quod ſæpiùs deuotè Officium Defunctorum recitauit, certè ex iſtis probationibus maxima reſultat probatio innocentiæ Rei, ita Simanch. *d. tit.* 17. *num.* 58. quod allegat *conſ.* 37. Bertrandi *volum.*2. P. Maſſin. *in praxi, pro loco ſuprà proximè allegat. fol.*110.*§. Soglione anche produrſi.* 13.

§ IV.

§. IV.

De repulſa teſtium fiſci.

14. MAxima etiam defenſionis ſpecies eſt repulſa
teſtium fiſci in hoc Tribunali, excipiendo
contra eorum perſonas dicta, & examen, Si-
manch.*dict.tit.*17.*num.*9. Souſa *in Aphoriſm.lib.* 2.
*c.*34.*num.*8.*& ſeq* Peña *d.com.*28.*num.*118 verſ. *Re-
pellit.igitur*, & P.Maſſin. *vbi ſuprà*, verſ. *Sogliono*,
ibi, *Oltre à ciò ſi rifiutano.*

De his exceptionibus, quæ contra teſtes poſſunt
opponi ad eos, vel in totum repellendos, vel ſal-
tem eorum fidem minuendam abunde dixi *ſup.de
teſtibus.*

15. Solummodò hoc loco notanda ſunt duo, vnum
eſt non ſufficere oppoſitionem generalem factam
teſtibus, ſed opus eſt quod ipſorum delictum,(ex
quo eorum fides debilitatur) ſpecificè exprimatur,
vnà cum loco, & tempore quo fuit perpetratum
Clar.*quæſt.*53. verſ. *In hac autem*, & verſ. *caueant
tamen*, vbi ponit praxim aduocatorum in huiuſ-
modi exceptionibus continentibus crimina teſtium
apponendi clauſulam, citra animum iniuriandi.

16. Alterum eſt, quod conſpiratio de qua maximè
pertimeſcendum eſt in S. Officio, & cui Inquiſi-
tores, ea officio totis viribus, & toto conatu oc-
currere debent, eſt delictum difficillimæ probatio-
nis. cum nulli illud ſciant, niſi ipſimet conſpi-
ratores, Lud.Gilhauſen.*in arbor. crimin cap* 6.*part.*
1.§. 21. *num.* 1 Ideo communiter DD. dicunt huiuſ-
modi conſpirationem probari per teſtes ſingulares
etiam conſpiratores ipſos etiam ſi iuraſſent ſe ſe.
conſpirationem non reuelaturos, ita Gilhauſ. *dict.*
§.21.*per totum* & Maſcard.*de prob.tom.*1.*concl.*420.
pariter per totum, Præſes Abauo *in praxi* in ver-
bo, *procurator*, *num*,38.

§. V.

De præſcriptione.

17. REgulariter In delictis poſt lapſum 20. annorum
non poteſt vlteriùs procedi, ita Clar. §. *fi. q.*
51.*per tot.* Farin. *in praxi*, *q.* 10. *num.* 1. Zanger.
de except. p. 3. *cap.*8. *num.* 9. *&* 10. Gilhauſen.*in
arb. Iud.crim.cap.* 5. *ramuſculo* 3.*de exceptionibus*,
num. 5. *& ſeq.* Præſes Abauo *in praxi*, *& Theo-
rica crim.* §.*procurator*, *num.* 51. qui alios alle-
gant, & ſic reum contra quem proceditur poſſe
ſe tueri 20. annorum præſcriptione communi DD.
omnium conſenſu receptum eſt.

18. In crimine tamen hæreſis non habet locum hæc
præſcriptionis exceptio, quia contra hæreticũ nõ ſo-
lum intra quinquennium vt ſtatuit Imperator *in l* 2.
Cod. de Apoſtat. vbi prohibuit poſt quinquennium
à morte alicuius de ipſius vlterius ſtatu quæri, ſed
durante vita hæretici, & etiam poſt mortem ſemper,
& quandocumque poteſt in eum animaduerti, ita
Præſes Abauo *vbi ſuprà*,*num.* 53. Simanch.*de Cath.
inſt. tit.*18.*num.*14.Peña *comm.*92.verſ.*His ita poſitis*,
Sanch *in precepta Decalogi lib* 2. *cap.*21.*num.*43. &
Souſa *in Aphoriſm.Inquiſit.lib.*2.*cap.*50.*n.*1.

Hac ſolum præſcriptionis exceptione vti poterunt
19. Aduocati in S. Officio, cum agitur de vincandis à
fiſco bonis poſſeſſis ab hæredibus illius cuius me-
moria damnata fuit, huiuſmodi enim bona à dictis
hæredibus bona fide poſſeſſa præſcribi magis com-
muniter voluerunt DD. vt videre eſt ex Peña *vbi
ſup.* Sanch. & Farin. *de hæreſi*, *quæſt.* 190. §.9.*per
tot.* Souſa *in Aphor. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 1. *& ſeq.*
vbi quod nulla eſt dubitatio quin bona hæc præ-
ſcribantur licet controuertant DD. de tempore quo
præſcribuntur, ex *ſuprà* citatis auctoribus vide-
re eſt.

§ VI

De minori ætate.

SÆpè ad fauorem Reorum, in Officio allegari
minori ætatem quotidie videmus, vbique etiam
DD. clamant minorem in delictis mitiùs puniri, *l.* 1. 20.
§. *Impubes*, ibi, *ætas enim excuſationem meretur*,
Farin, *de pœnis temper. q.* 92.*num.* 41. qui plurimos
allegat, quibus addo ego Ruginel. *pract. quæſt.
lib.* 1.*c.*...*per tot.*Lud.Gillauſ.*cap.*5.*ramuſculo* 3.*num.*
54. *& ſeq.* Præſid. Abauo *de reatib. quæſt.* 23. *num.*
5. *& ſeq.* cum alia per me cumulatis *in addit. ad
tit. de blaſph. in* 2.*p.*

In Dominio noſtro Mediolani etiam in atroci- 21.
ſſimis Excellentiſſ. Senatùs ſolet pœnam minuere
minoribus annis 18. Et ſic anno 1636. dum eram
Proiudex Maleficiorum Ciuitatis meæ Cremonæ,
ſub illuſtriſſ. D.Don Conſaluo de Salamanca, quem
nunc omnes probi viri ſuſpirant, quidam iuuenis,
quem in Curia arbitrati fuimus non attingere an- 22.
num 98. quod in loco Mirabelli occiderit prodi-
toriè, quamdam mulierem ei ad ſtratam nonnullos
aureos derobando, Curia noſtra exiſtente in voto
eſſe in arbitrio Senatus, vel attenta atrocitate de-
licti eum damnare ad mortem naturalem, vel ſtan-
te ætate, quam ex aſpectu iudicauimus eum mulcta-
re pœna perpetua triremium, Senatus hac vltima
pœna eum puniendum iudicauit.

In crimine hæreſis,& in aliis ad S. Officium ſpe- 23.
ctantibus, quid ſentiendum ſit; dixi in tit. *de abiu-
ratione.*

Illud certum eſt minorem, & etiam pupillum 24.
proximum pubertati, doli tamen capacem eo modo,
quo in dicto tit.de abiuratione declarauimus hære-
ticum pertinacem, nullum ex ætate beneficium
reportare poſſe, ſed pœna ordinaria omnino pu-
niendum, ſicuti, & minorem hæreticum pœni-
tentem mitius ratione ætatis eſſe mulctandum, ita 25.
Simanch *de Cath.inſtit tit.*19.*num.*56.*&* 58.Decian.
*in tract.crim.*1 *p.l.*1.*c.*12.*num.*25.*& lib.*5.*c.* 37.*n.*56.
Farin.*d q.*9 *num.*180.*& de hæreſi*, *q.*194.*n.*32,Sou-
ſa *in Aphoriſ Inq.l.*3.*c.*32.*n.*28.

Vide *in* 2 *p.tit.* 1. animaduerti minores 25.annis 26.
hæreticos pœnitentes ex ſtylo Supremi Tribunalis
admitti ad abiurationem formalem, cum clauſula,
citra pœnam relapſi.

Arbitror tamen eum qui in minori ætate in hæ- 27.
reſim incidit, & in ea deprehenditur in maiori
ætate non eſſe mitius puniendum ratione minoris
ætatis, ita enim rectè ſenſit Simanch.*vbi ſupr.n.*59.
& rationibus Simanchæ omiſſis moueor ad ita ſen-
tiendum ex eo quod hæreſis crimen non eſt mo-
mentaneum, ſed ſucceſſiuum, & ideo in quocum-
que loco, & in quacumque ætate reperiatur, in
eo, & in ea delinquere dicitur, vt latiſſimè pro-
bauit Farin.infinitos referens *de hæreſi*, *q.*197.*n.*10.
Igitur ſi iſte dum capitur eſt maior, & hæreticus
dicitur etiam deliquiſſe in maiori ætate, & ſic mi-
nor ætas eis ſuffragari nequit, neque obſtat Souſa
*d.c.*32. *n.*8.quia ipſe fundatur ſuper auctoritate Fa-
rinac.*d.q.* 92.*num.*40.*&* 162.& Tiraq.*in ſimili tra-
ctatu de pœnis temperandis cauſa* 7. *n.* 1. *& ſeq.* hi
autem loquuntur in delicto momentaneo commiſ-
ſo

ſo tempore minoris ætatis, & nos ſumus in delicto ſucceſſiuo.

28. Sicuti autem minoribus in hæreſi formali eum ad cor redeunt, nec pertinaces ſunt, pœna minoratur, ſic & minoratur eiſdem minoribus in hoc S.Officio in aliis delictis ad hoc Tribunal ſpectantibus, vt pluries vidimus, *in* 2.*p.& in addit.*

Vnde eum celebrantes, & Sacram. Pœnit. adminiſtrantes, ſi Sacerdotes non ſint regulariter in Hiſpania tranſmittantur ad triremes, Souſa, *in Aphor. Inq lib.* 1.c.32. *num.* 13.& nos vidimus *in addit. ad tit.de celebr.* cum Sacerdotes non ſint *in* 2.*p.* attamen cum quidam adoleſcens fingens ſe Sacerdotem alterius confeſſiones excepiſſet, vt eum poſteà irrideret, fuit damnatus in pœna pecuniaria, & in annali reclusione in Monaſterio.

Ex his omnibus appatet, quid ſentiendum ſit de Ioſeph. Seſſe Conſultore S. Officij, in Regno Arragonum dum *deciſ.*476.*n.*...... *tom.*4. ait minoribus in læſa Majeſtate Diuina pœnam non minorari, nam vel intelligendus eſt, vt loquatur ſolum eum minores ſunt hæretici impœnitentes, vt ſupra declaraui, vel aliter intellectus nullo modo in praxi ſequendus eſt, quia natat cõtra torrentẽ omniũ DD.

Nec pro opinione Seſſe poſſunt allegari caſus deciſi in variis Tribunalibus, & relati à Farin. *d.q.* 92.*n.*107.*& ſeq.* ex quibus apparet minores 25. annis, vt etiam 14. aliquando fuiſſe pœna mortis naturalis mulctatos.

Quia præter, quam quod in aliis Tribunalibus Supremis aliter vidimus iudicatum, vt etiam refert Menoch. *de arbitr. Iud caſu* 356.*n* 43.*& ſeq.*

Nihil commune habet ſeueritas aliorum Tribunalium ſæcularium, cum miſericordia Sacroſancti Tribunalis S.Officij.

§. VII.

De Ira.

30. DEduci etiam pro Reis ſolet, quod ſi quid dixerunt, vel fecerunt, fuit in Ira magna, & quod iracundia inebriat animum, Præſes Abauo *in quaſt. Reatuum, quaſt.*35.*num.*41.

Et quod iracundia faciat delictum minus puniri, probatur ex *tex l.* 2.ibi, *ſeu calorem, Cod.de Abolit.* & latè materiam hanc exornarunt, Tiraq. *de pœnis temperandis, caſu* 1.*n.* 1.*& ſeq.* Farin. *in ſimili tractatu, quaſt.*91. *num.*1.*& ſeq* Ludouic. Gilhauſ. *cap.*5.*ramuſculo* 3. *num.*97.*& ſeq.* & de hac materia memini me tractaſſe *in* 2.*part. ſub titul.*5.*quàm* 8. *de blaſphemis*, ad ibi dicta me remitto.

32. Solummodò hic duo animaduerto, primum eſt diligenter conſiderandam eſſe in hac materia cauſam iræ, nam ſi prouenit ex cauſa iuſta, vtique etiam in S.Officio ea præſtat diminutionem pœnæ, ſecus ſi ex iniuſta, vt ex ludo, ita Cagnol *l.quidquid calore, num.*9.*de Reg Iuris*, & Farin. alios allegans *num.*38. Gilbauſ. *num.* 107. vbi exemplificant in blaſphemante in ludo, conſideranda eſt etiam qualitas Iræ, vt enim ex ea minoretur pœna debet eſſe vehemens, vt bene probat videndus Iacob. Ayrer. *in l.vt vim part.* 2. *num.* 85. *de Inſt.& Iure*, Gail. *obſeruat.*106.*num.*12.*lib.*2.

33. Alterum eſt, quod Inquiſitor non debet eſſe admodum facilis ad credendum excuſationem deſumptam ex Ira, vt notat poſt Peña *comm.*17. 3.*p.* Souſa *in Aphor, lib.*2.*c.*13.*num.*14.

In materia autem text. *l.ſi non conuitij.C.de iniur.* vide Boſſ. *tit. de iniur.n.*22. verſ. *& deinde* vbi concluſionem *d. l. quod in crimine iniur. Ira non mitiget pœnam*, declarat, vt procedat in iniuriis quæ non tolluntur pœnitentia, & non reducunt rem per pœnitentiam ad eum ſtatum in quo erat ante iniuriam, vt cum quis dat alteri alapam, vel vocat eum cornutum, ſecus in his, quæ per pœnitentiam reducunt iniuriatum ad eum ſtatum in quo erat antè iniuriam, & poteſt poni exemplum in vxore per iram dante libellum repudij marito, vel propria authoritate ab eo diuertente ad domum Patris vel ſuorum, nam per reuerſionem dicitur plene ſatisfactum marito, & hanc diſtinctionem quæ eſt Cyni *in dict. l. num.*3. ait Boſſ. quod in Senatu Mediolani demulſit aures omnium in caſu arduo, vide Albert. *de aſſer.cath.q.*27.12.

§. VIII.

De lubrico linguæ, inaduertentia & ioco.

QVi lubrico linguæ, ioco, & inaduertenter hæretica verba proferunt, non ſunt vt hæretici puniendi, ſed mitius, Souſa *c.*13. *per tot.l.*2.*Aph. Inq.* de his latè dixi *in* 2. *part. tit.*1. ibi me remitto, 35.

Solummodò moneo, contra eos, qui verbis S. Scripturæ ad res profanas abutuntur, videndum eſſe Simane. *de Cath Inſt.tit.*59.*n.*17.*&* 18. vbi oſtendit, & veterum, & ſui temporis exemplis hos maximè à Deo puniri inſania, & mentis alienatione, Vide Peñam *com.*17.3.*part.* 36

§. IX.

De Dormiente.

DOrmientes delinquere aliquando referunt, Tiraq. *vbi ſupra cauſa* 5.& Farin. *q.*98 *num.*62. *& ſeq.* imo Tiraq. *num.*11. atteſtatur remedium eſſe iis, qui de nocte ſurgunt, & ſic dormientes ambulant, à ma capiunt, & c. herbam Betonicam, quia vim haber animos hominum & corpora cuſtodiendi, à nocturnis ambulationibus, maleficiis, periculis, & viſionibus. 37

Qui ſic dormientes delinquunt non puniuntur, niſi vel in culpa ante fuiſſet, vt puta quia ſciens ſe ſolere de nocte ſurgere, & arma capere, non clauſiſſet oſtium, vel ſi poſt ſomnum tantum habuiſſet delictum commiſſum, ita Clar. §.*fin. q.* 60.verſ. *Quæro etiam*, Farin. *num.*63 *num.*70 *&* 75. Gilhauſ. *vbi ſuprà num.*147.*& ſeq.*& in noſtro Tribunali S. Officij, Peña *dict.comm.*17.verſ. *de dormientibus* & Souſa *lib.* 3.*cap.* 36. *num.* 4. *&* 5. bene de materia Præſes Abauo *in tractatu Reatuum, quaſt.* 23.*n.*43. *& ſeq* latiſſimè videndus Zachias *in ſuis q. Medicolegalibus lib.*2 *tit.*1.*quaſt.* 12.*de dormientibus, & noctambulis per totum.* 38

Ego in materia dormientium moneo Inquiſitores, quod ſi grauantur de prolatione hæreſum, quamuis ex hoc non poſſint puniri, diligenter tamen aduertant ad mores, & vitam huiuſmodi dormientis, quia nocte quis in ſomnis ea ſolet ore proferre, quæ de die in mente animo tractauit, vt notant Patres Conimbricenſ. *in l. Ariſt. de Somno,& Vig.c.*7.

§ X.

De ebrietate, & ebriis.

TRiplicem ebrietatis ſpeciem dixi *in* 2. *p.* huius tractatus *in titulo de blaſphemis*, leuem ſcilicet,

ſcilicet, magnam, & maximam.

41. *Maxima* ebrietas eſt, quæ in totum rationis iudicium tollit, & hæc excuſat ebrium à tota delicti pœna, hoc innuit expreſſe Cantera *in quæſt. crim. cap. 7. de homicidio, num* 68. verſ. *Quod intellige, quando ipſa ebrietas eſt magna, & extrahit hominem à iudicio*. & num.69.verſ. *Quod intellige quando*
42. *eſſet ebrietas maxima.*

Magna ebrietas eſt, quæ non tollit, ſed tantummodo diminuit vſum rationis. & in hac ebrietatis ſpecie verificatur commune dictum DD. quod ebrietas excuſat à tanto, & non à toto, Farin. *quæſt.* 92. *num.* 1. Lud. Gilhauſ. *in arbore criminali. cap.* 3 *ramuſcula* 3. *num.* 115. *& ſeq.* & ita huiuſmodi ebrios pœna extraordiuaria eſſe puniendos non ordinaria, & modò grauiùs, modò leuius, pro modo ebrietatis dixerunt Gregor. Lopez *in leg. quinta, titula* 8. *partita* 7. Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 3. *cap.* 53. *num.* 1. & Menoch. *de arbitr. Iud. caſu* 326. *num.* 7.

Et in terminis Blaſphemiæ Vulpel. *conſ.* 23. *per*
54. *tot* Decian. *lib.* 5. *cap.* 37. *num.* 53. *& ſeq.* Clar. *quæſt.* 60. verſ. *Præterea quæro*, vbi quod Christophorus de Priuis fuit ob blaſphemiam in ebrietate punitus vno ictu funis, Præſes Abauo in verbo *Blaſphemia.num.* 16. *& in quæſt.reatuum, q.* 23. *n.* 31. *&*
ſeq. vbi quod Senatus Sabaudiæ condemnauit quen-
44. dam ruſticum ob homicidium ab ipſo in ebrietate commiſſum ad triremes omiſſa pœna ordinaria, & Boät. *deciſ.* 301. *in fine.* vbi atteſtatur, quod Parlamentum Burdigalenſe *Areſta* 21. Ianu. 1523 ex-
45. cuſauit ab ordinaria pœna quendam, qui in feſto Beat. Mariæ Magdalenæ percuſſit enſe Imaginem Chriſti, & ei amputauit partem faciei cum crinibus dum eſſet ebrius, & licet non bene probaſſet ebrietatem, damnatus fuit ad ictus fuſtium, ſeu fuſtigationem, quod idem atteſtatur collector Arreſtorum Franciæ Papon. *libr.* 1. *titul.* 2. *Arreſto* 3. Vueſemb. *in titul. Pandect. ad l. Cornaliam de Sicariis, num.* 24. vbi poſtquam dixit Ariſt. *in libris Politicorum*, Pitacum duplici pœna ebrium afficiendum putaſſe, quod delictum delicto cumulaſſet, ſubdit, quod quamuis inclytæ memoriæ Carolus V. Imperator in ſuis hæreditariis Prouinciis conſtituiſſet, ne ebrietas in cædibus, quæ ſæpè à vinolentis committuntur excuſationem afferret, attamen in praxi ipſe vidit ſemper leniri pœnam.

36. *Leuis* ebrietas eſt, quæ hilarem tantummodo reddit ebrium, non tamen ei tollit, nec diminuit rationis iudicium, & hæc à pœna delicti ordinaria non excuſat, ita DD. omnes ſupra allegati locis indicatis, Iacob. Aycer. *in l. vt vim part.* 2. *num.* 539. *de iuſt. & iure*, de hac materia latiſſimè videntur Zachias *in ſuis quæſtionibus Medico-legalibus, lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 11.

§. X.

De Mulieribus, & Ruſticis.

47. MVlieres, & Ruſticos ab hæreſis ſuſpicione excuſari poſſunt in iis, quæ eorum capacitatem ſuperant, ſecus in aliis, Decian. *lib.* 5. *cap.* 37. *num.* 62. Farinac. *de hæreſi, quæſt.* 179. *num.* 14. Souſa *in Aphoriſm. lib.* 3. *cap.* 36. *num.* 1. *& ſeq.* ſed melius omnium Doctus Simancha *de Cathol. Inſtit. tit.* 17. *num.* 21. *&* 28. *& tit.* 26. *n.* 4. & latè dixi *in* 1. *part. tit.* 1.

Hinc paſſim videmus Mulieres, & ruſticos in
48. delicto Polygamiæ, ſortilegij cum admixtione chriſmatis, vel olei Sancti, confractionis Sacræ Imaginis, & ſimilibus non excuſari, ſed abiurare de vehementi, fuſtigari, & etiam ad triremes mitti apte referendo, quia nullus eſt, quamuis ſimplex ſit, qui non ſciat minimè licere habere plures viros, vel vxores ſimul, ſortilegia illicita, & ſanctorum Imagines eſſe adorandas, Zanard. *in ſumm. part.* 2. *tractat. de pœnis minuendis, cap.* 12. verſ. *Prima quarum eſt*: ſic in crimine blaſphemiæ ruſticum non excuſari contra Clarum *in* §. *Blaſphemia*, verſ. *Sed quæro*, bene probauit Præſes Abauo *in praxi*, §. *Blaſphemia, num.* 18. quia nullus quamuis ruſticus præſumitur ignorare Blaſphemiam eſſe illicitam, & Iure naturali, nemini occulto prohibitam. 49.

Quando autem vis, & metus, vel nobilitas ſuffragentur tam in hoc, quàm in aliis Tribunalibus, ad minorandam pœnam dixi *in ſecunda parte, tit.* 1. *& tit.* 8. videatur Farin. *quæſt.* 98. *num* 93. *& quæſt.* 97. *num* 11. Gilhauſ. *cap.* 5. *ramuſcula* 1. *n* 68. *& ſeq. & num.* 109. *& ſeq.* Zanard *vbi ſuprà, cap.* 12. verſ. *Quinta dico*, Souſa *in Aphoriſm. lib.* 3 *c.* 36. *n.* 7. *& ſeq. & lib.* 1. *cap.* 17. *per totum.*

§. XI.

De amore.

INter cauſas mitigandi pœnas enumerant DD. 50.
amorem, quem furori comparari probat text. c. *cum in iuuentute de præſumpt.* ita Tiraq. *de pœnis temperandis, cauſa* 4. Farin. *q.* 98. *num.* 77. *& ſeq.* Gilhauſ *d. ramuſcula* 3 *num.* 142. & latè Giurba inſignis I.C. Siculus *conſ. ſuo crim.* 47. *n.* 8. *& ſeq.* 51.

Et de minuenda pœna in ſortilegio amatorio, vi amoris vehementis facto ab omnibus allegatur Oldrad. *conſ.* 110. incip. *Regularis habet traditio*, quem ſequuti fuerunt Monald *integro conſ.* 101. Farin *n.* 88. qui bene conſilium illud Oldrad declarat, Tiraq. *cauſa* 4. *n.* 1. Præſes Abauo *in* §. *Venenum. n* 32. *& n.* 36. vbi fortius dixit, quod ſi quis perierit ex poculo amatorio, qui illud præbuit non punitur pœna mortis, ſed alia mitiori, vt atteſtatur cenſuiſſe Sen. Sabaudiæ 4. Martij 1606. in fauorem Franciſcæ & Claudiæ Molianæ, quæ ſufficienter conuictæ mulctatæ ſunt pœna ſola pecuniaria, quinimo Zanard. *d. c.* 12. *ſuprà alleg.* verſ. *quartò dico*, ibi, *& ideo ſi quis propter amorem*, ait facientem ſortilegia hæreticalia ob amaſiæ amorem non ſolum minori pœna mulctandum, ſed etiam leuiori abiuratione plectendum.

Verùm hoc vltimum de abiuratione in praxi 51.
ego non admitterem, nam paſſim videmus etiam ſortilegos ad amorem cum ſortilegia ſunt hæreticalia, & qualificata abiurare de vehementi in Tribunalibus noſtri S. Officij, prout non ſemel in noſtra Inquiſitione Cremonæ, ego vidi practicatum, vnde Simanch. *de Cath. inſt. tit.* 17. *num.* 42. *& ſeq* parcè admodum in hac materia videtur loquutus, dum dixit eum, qui furore amoris verba dixit hæretica, vel quæ Idololatriam ſonant, non eſſe vt hæreticum puniendum.

§. XII.

De multitudine delinquentium.

OB multiplicationem, & multitudinem delin- 53.
quentium ſolere minui pœnam dixerunt Farin. *q.* 96. *num.* 1. *& ſeq.* Clarus *q.* 60. verſ. *Allegatur*

etiam

etiam, vbi addent. Tiraq. *de pœnis temperandis cau-*
ſa 47.*n.*1.Gilhauſ.*de ramuſc.*3.*n.*157.*& ſeq.*& quia
54. ſi vniuerſitas integra ex propoſito concurreret ad
occidendum vnum, durum eſſet omnes plecti, vt
ait Albericus *l ſi Rixa*, *n.*3.verſ.*Quid enim ſi vna ff.*
ad l.Corneliam de Sicariis, ideo tunc, vt carnifici-
na euitetur,& metus ad omnes, pœna verò ad pau-
cos veniat, recepta eſt decimatio, viceſimatio, tri-
geſimatio, vt in bello quotidie practicari videmus
55. dum mandat Princeps ex vigenti militibus fugiti-
uis, quinque ſolos ſuſpendi.

Hæc mitigatio pœnæ ob multitudinem delin-
quentium non habet locum in crimine hæreſis in
quo, quò maior eſt delinquentium numerus, eò
maior pœna debetur, præſertim principalibus, &
auctoribus, niſi ex tali augmento timeretur de ſcan-
dalo, ita Farin. qui alios allegat *de hæreſi, quæſt.*197.
56. *num.*32.Souſa *in Aphoriſ.Inquiſit. lib.*3.*c.*53. *num.*1.
& ſeq.

An autem tota ciuitas ob hæreſim poſſit con-
cludi, dic quod ſic, ſi Ciuitas deliquit, non ſi ſin-
gulares perſonæ, etiam ſi conſtituerent maiorem
partem Ciuitatis, Farin.*vbi ſuprà*, *num.* 33. Souſa
*cap.*35. *num.*4.*& ſeq.*& notant omnes Canoniſtæ in
cap. *præſidentes*, *de hæreticis in ſexto.* Id tamen
non poſſunt facere Inquiſitores, ſed ſolus Papa,
57. vt notat Farin.*vbi ſup.n.*33.*in fin.*dicitur autem de-
linquere ciuitas cum delictum ſit conuocato conſi-
lio, & cum aliis requiſitis, de quibus Loſeus *de iu-*
re vniuerſitatis, *part.*4.*cap.*1.*num.*1.*& ſeq.* videatur
omnino Menoch. *caſu* 598.*de arbitr. iud.* vbi de
pœnis quibus poteſt, & debet plecti vniuerſitas
delinquens.

§. XIII.

De conſuetudine delinquendi.

58. EX eo, quoque quod quis non ſit ſolitus con-
tra fidem delinquere, ſumere poteſt Aduocatus
reorum in hoc Tribunali non leue defenſionis ar-
gumentum, ſicuti ex multiplicatione delicti, ar-
guere poteſt fiſcus ad augmentum pœnæ, Tiraq.
de pœnis temperandis, cauſa 51. Farinac. *de delictis,*
59. *& pœnis, quæſt.*23. *n.*32.Souſa *in Aphoriſ.Inquiſito-*
rum, *lib* 3. *c.*34. *num.*10. Præſes Abauo *in ſuis quæ-*
ſtionibus reatuum, *quæſt.*23.*num.*54.*& ſeq.* vbi Arre-
ſtis Parlamenti Pariſienſis, & Senatus Sabaudiæ
60. probat plures Reos, qui aliàs non niſi in pecunia
puniri debebant ex reiteratione eiuſdem delict. fuiſ-
ſe ad mortem damnatos, & Senatus noſter Ex-
cellentiſſimus Mediolani ex reiteratione eiuſdem de-
licti, quod erat puniendum pœna ſtatutaria, fuiſ-
ſe quendam pœna corporali mulctatum, teſtatur
Plet. *conſ.* 52. *n.* 42. *lib.*1.& inter cæteras facultates
quas idem Senatus dat Prætoribus Cremonæ ea
61 etiam eſt, quod ex reiteratione delictorum poſſint
ſtatutarias pœnas augere.

Et ex hoc emanauit ordo eiuſdem Senatus, quo
mandauit Iudicibus criminalibus, vt in relationibus
diffinitiuis cauſarum reorum apponerent atteſtatio-
nes omnium delictorum eorumdem, quia ſiue pu-
nita ſint, ſiue præſcripta, ſiue à Principe condo-
nata operantur augmentum pœnæ in delicto de
quo ſit relatio, Couar.*lib.*2. *var.cap.* 9.*num.*7.Me-
noch.*caſu* 295.*num.*19.*de arbitr. Iud.* Farin.*quæſt.*23.
*num.*8.*&* 11.

§. XIV.

De bono euentu.

MVlti dicunt ex bono euentu minui delinquen- 62.
ti pœnam, vt notant Farinac. *quæſtione* 98.
*num.*173.*& ſeq.*Gilhauſ. *vbi ſuprà*, *num.*93.& poteſt
poni exemplum in Sahauedra, de quo dixi *in ſe-*
cunda parte, *titul.* 17. §.13. cuius hiſtoriam veram
eſſe contendunt Caſtellani, vt videre eſt ex Lud. à
Paramo loco *ibi* allegato, & falſam eſſe aſſeuerant
Luſitani, vt patet ex Souſa *de orig. S. Inquiſit. in*
Luſitania.

Ratio quæ pro opinione iſtorum adducitur eſt,
quod in delictis attenditur exitus, non intentio,
Farin. *num.*179.

Ex qua ratione ſequitur, quod in hæreſi, & 63.
ſuſpicione ipſius hæc doctrina ceſſat, quia ceſſat
quoque illius ratio, cum hæreſis & illius ſuſpicio
ex intentione dignoſcantur, ita Souſa *in Aphor.*
*lib.*3.*cap.*36. *num.* 16.

§. XV.

De furore.

IN hac materia excuſationis Reorum ex hoc ca-
pite facilioris Doctrinæ gratiâ diſtinguendi ſunt
tres caſus.

Primus caſus eſt, cum tempore delicti quis erat 64.
furioſus, & tunc certum eſt eum ob delictum mi-
nimè eſſe puniendum, fati enim infelicitas eum ex-
cuſat, vt ait I. C. *l.Diuus*, *ff. de offic. Præſidis.* ita
Farin. *quæſt.* 94 *num.* 1. Clar. §. *fin. quæſt.* 60. verſ.
Item quæro, vbi addent. Iacob. Ayrer. *in ſæpè cit. l.*
vt vim. part. 2. *num.* 150.Tiraquell. *de pœnis tem-*
perandis cauſa ſecunda, Gilhauſen. *dicto ramuſcu-*
lo 3. *num.* 127.inquiſitor Cantera *cap.* 7. *de homi-*
cidio, *num.*65.Præſes Abauo *in quæſt. reatuum q.*28.
*n.*17. Menoch. *de arbitr. caſu* 376.*num.*8. & Souſa
in Aphoriſm. Inquiſitorum, *lib.* 2. *cap.* 33. *num.*
3. *& ſeq.*

Secundus caſus eſt cum ſumus in eo qui habet 65.
dilucida interualla, & ignoratur, an tempore ſanæ,
an infirmæ mentis deliquerit, & in hoc caſu arbi-
trantur D D de iure præſumendum eſſe delictum
fuiſſe commiſſum tempore dementiæ, Anton. Go-
mez *tom.*3.*var.cap.*1.*n.*70.Farin *num.*8.Souſa *num.*4.
Peña *comm.* 22. *tertiæ partis*, *num.* 96. verſu *Inter-*
dum, *habere*, vbi quod in hoc caſu Princeps eſt
conſulendus.

Ceſſat autem hæc præſumptio, cum delictum com- 66.
miſſum ab habente dilucida interualla, poteſt veri-
ſimiliter intelligi commiſſum tempore ſanæ mentis, vt
puta, cum quis vulnerauit eum cum quo inimicitiam
habebat, & ſtatim ſe abſcondit, vel in Eccleſiam
confugit, ita Farin. *num.* 11.

Tertius caſus eſt, cum delictum commiſſum eſt 67.
tempore ſanæ mentis, ſed ex poſt in progreſſu
proceſſus ante executionem ſententiæ ſuperuenit
furor, & in hoc caſu non poteſt furioſus puniri
corporaliter: ſed tantum in bonis, ita Farinacius
num. 16. *ſequent.* Gilhauſen. 131.*& ſequent.* Præ-
ſes Abauo *loco allegat. num.* 27. Inquiſitor Can-
tera *dicto num.* 65. verſicul. *ante commiſit delictum*,
Souſa *num.* 5.*& ſequent.* Clarus, vbi addentes locis
indicatis.

In crimine autem hæreſis cuſtodiendus eſt furio- 68.
ſus, qui tempore ſanæ mentis deliquit, non à ſuis,
vt dixit Souſa *dicto cap* 37. *num.* 7. ſed in carceri-
bus

bus S.Officij, Peña *dict.com.22.* verſ. *Sed quid ſi re vera,* & P.Maſſin. *p.10 aſſert.190.* vbi quod citatis hæredibus cauſa bonorum proſequenda eſt.

69. Bene verum eſt, quod Inquiſitores diligentiſſimi eſſe debent in inueſtigando, an furor ſit verus an ſimulatus, vt in indiuiduo Inquiſitores monuit Archidiaconus, in cap. *filij. n. 11. de heret. in ſexto,* & poſt eum Eymericus *dict. p. 3. n. 96.* & Peña *in comm. 22.* multos enim vt pœnas euaderent furorem ſimulare, referunt Tiraquel. & Farin. *vbi ſuprà*, & vltra allegatos ab eo, id ſibi in facto accidiſſe teſtatur Vueſembecius *in titulum Pandectarum, ad l. Corneliam de ſicariis, num. 25.* verſ. *nam recordor,* vbi addit, quod cum furor non præſumatur, *cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſtato, l. filium. de acq hered.* probandus erit ex dictis, & factis inſanis, *l. quidem, de condit. inſt.* ex inordinato memoriæ ſtatu, Alex. *conſ. 54. in fin. vol 1.* & ex inſania præcedente, Alex. *vbi ſuprà*, adhibitis Medicis DD. *in l. 2. de bonor. poſſeſſ. furioſo,* &c. Quem probationis furoris modum latiùs proſequitur Menoch. *lib. 6. præſumpt. 45.* & alij, apud Farin. *vbi ſuprà, num. 50. & 51.*

Sed pulchra hic oritur quæſtio, quid ſi furioſus poſtquam deliquit aufugit, & ignoratur vbi ſit, an eius pater, vel conſanguinei admitti poſſunt ad probandum illius furorem.

70. Ego dico, quod ſic, quia quamuis in criminalibus non admittatur procurator pro reo abſente, vt dixi in vltimo modo terminandi proceſſum in cauſis fidei, & latè probauit Farin. *quæſt. 99. per totum.* qui alios cumulauit.

71. Attamen quando tractatur de delicto impunibili, admittitur procurator pro abſente ad probandum dictam impunibilitatem, Marſil. *in praxi, §. ſequitur, num. 27. verſ. & per iſta, & num. 28.* vbi ait, quod in contradictorio iudicio aliàs fecit abſoluere per procuratorem quendam puerum ſeptem annorum, qui caſualiter occidit alium puerum, Farin. qui alios allegat *dict. quæſt. 99. num. 187. & ſeq.* igitur in caſu noſtro pariter dicendum erit, poſſe per procuratorem conſanguineos, vel alios audiri ad probandum furorem delinquentis. Et ita in facti contingentia reperio decíſum in Senatu Sabaudiæ in terminis noſtris apud
72. Præſidem Abauo *in q. 23. n. 22.* in quodam, qui in furore interfecerat vxorem, & fuerat condemnatus in pœnam mortis naturalis per Iudicem Ducalem Sabaudiæ, à quo cum Pater condemnati appellaſſet ad Senatum ex eo potiſſimum, quod dictus Iudex noluit eum admittere ad ſuam defenſam fundatam ſuper furore filij ſui, tempore quo vxorem ſuam interemit, Senatus in dicta cauſa appellationis admiſit dictum patrem pro filio ad eius furorem probandum, qua probatione facta Sereniſſimus Dux Sabaudiæ ei fecit gratiam, quæ fuit à Senatu approbatã.

73. Idem caſus in indiuiduo prorſus euenit anno 1619. in Ciuitate Alexandriæ in cauſa cuiuſdam Hieronymi Alexandrini imputati de vi illata virgini, (quod, & de iure communi, & ex forma nouarum conſtitutionum huius Dominij Mediolani eſt delictum capitale) cum enim defenſorio nomine fuiſſet oppoſitum ipſum non teneri comparere, quia patiebatur furorem, petituſque fuiſſet terminus ad hoc probandum, hac comparatione non obſtante Prætor Alexandriæ ad condemnationem capitalem deuenit, lapſuſque iam erat terminus biennij intra quod, & non vltrà poteſt quis admitti ad nouas defenſiones, in Statu Mediolani.

Diſputatum ob id fuit in Senatu, an dictæ con-
74. demnationi eſſet apponenda manus, & difficultatis punctus reducebatur ad videndum an dicta ſententia eſſet notoriè nulla vel manifeſtè iniuſta, in quibus tantùm caſibus ſolet Senatus irritare ſententias poſt lapſum biennium nouarum defenſionum in criminalibus, Bellon. Papienſ. *de his quæ incontinenti fiunt. lib. 1. c. 45. n. 8.*

In qua re aliqui dicebant non poſſe apponi manũ, quia, & ſi talis ſententia ſit nulla probato furore, Bar. *l quæſitum n. 5. de re iud.* nullitas tamen non reſultabat ex actis, in quo tantùm caſu Senatus ſolet apponere manum lapſo biennio.

Alij dicebant ſententiam eſſe ipſo iure nullam 75.
abſque alia probatione ex Doct. Bart. *in Conſtitutione ad reprimendum*, in verbo *neglexerit, num. 3.* Nelli *in pract. de Bannitis, 3. part. primi temporis, q. 5.* Afflict. *in conſt. Regni de Bannitis, & foriudicatis, Rubr. 3. lib. 2. n. 11.* Cartar. *de execut. ſententia, cap.* Bann. *n. 213. & 266.* qui omnes volunt, quod cum Iudex requiſitus non concedit terminum, dicitur per eum ſtare quominus ſciat impedimentum, atque ideo dicebant mandandum eſſe Prætori Alexandriæ, vt circumſcripta condemnatione de nouo procedat, & ſi peteretur terminus de nouo, concedat.

Alij dicebant non eſſe ſimpliciter condemnationem annullandam, ſed dandum terminum ad probandum impedimentum, non prout ex nunc, ſed prout ex tunc, cum alioquin fraus fieri poſſet iuſtitiæ, quia quilibet poſſet opponere exceptionem, & petere terminum, & non eſſe recedendum à Doct. Bart. *in dicta l quæſitum*, qui diſtinguit.

Communis ſententia Senatus fuit, quod ex quo defenſores ſimpliciter petebant ſibi concedi terminum ad probandum furorem, quod concederetur, & mouebatur Senatus

Ex eo quod licet ſententia prædicta non eſſet ip-
ſo iure nulla ſaltem negari non poteſt, quin ſit ma- 76.
nifeſtè iniqua ex quo denegatus fuit terminus, & contra diſpoſitionem iuris, & quotidianam praxim, & ſic dicitur, vel nullitas, vel iniuſtitia manifeſtè reſultare ex actis, quo caſu Senatus prouidet, tam de iure, quam ex ordin. Regiis, quia ſententia notoriè iniuſta, vel nulla non dicitur ſententia, & ita fuit in Senatu concluſum 22. Nouembr. 1619. Secret. Beſutio.

An autem id practicandum ſit in S. Officio in
quo fraudes hæreticorum ſunt infinitæ? Arbitror 77.
non poſſe ſic in abſtracto in omnibus caſibus definiri, & in omni caſu ſupradicta à me, quamvis de iure ſint vera, non practicarem in hoc ſacro Tribunali, niſi priùs conſulta Suprema Congregatione Eminentiſſimorum, & Reuerendiſſimorum DD. Supremorum Inquiſitorum in tota Republica Chriſtiana.

§. XVI.

De Iuſſu ſuperioris.

IN hac materia communiter diſtinguunt DD. an ſimus in iis quæ ſunt de genere prohibitorum, vel non.

Si non ſumus in his quæ ſunt de genere prohi-
biturum, vtique iuſſus ſuperioris excuſat in totum, 78.
Clarus § *fin. q. 60.* verſ. *ſolet dubitari*, vbi addentes, Lud. Gilhauſ. *in ſæpè citat. Ramuſculo 3. n. 195. & ſeq.* qui exemplificant in laboratoribus, & operariis conductis ab aliquo nobili ad laborandum in fundo alieno, de quibus latè agit Farin. *quæſt. 97. n. 131. & ſequent.*

Si ſumus in his quæ ſunt de genere prohibitorum, 79.
vel delictum eſt leue, & iuſſus ſuperioris excuſat,

Clar. *vbi ſuprà*, Farin. *vbi ſuprà, n.9.* vel ex delictis grauioribus, & certè iuſſus ſuperioris non excuſat, Clar. Farin. & Gilhauſ. *locis allegatis*: qui etiam diſputant, an in hoc caſu ſit locus pœnæ ordinariæ, vel extraordinariæ, & concludunt magis communiorem eſſe opinionem, quod ſolum extraordinariæ pœnæ locus ſit.

80. Ex his patet quid dicendum ſit de famulo, qui iuſſu Domini vadit ad cœmeterium, & ibi oſſa Defunctorum domino defert, ad ſortilegium conficiendum.

Vel enim Dominus iſtius famuli eſt vir potens, qui minatur mortem, & eſt ſolitus minas exequi, & in iſto caſu delictum iſtius famuli mitius aliqualiter erit puniẽdum, ita Clarus, vbi addentes *loc. cit.* Gram. *voto* 38. vbi atteſtatur ita ſeruaſſe Curiam Neapolitanam in quodam famulo, qui de mandato cuiuſdam Domini ſui viri potentis fragmenta lapidis Adamantini poſuit in quadam ctateta, vt Comitiſſam venenaret, alios allegant, Farin. *n.* 11. *& plurib. ſeq.* & Gilhauſ. *num.* 180. verſ. *quæ omnia*, & itatum Farinac. *n.* 168. *&* 170.

Vel Dominus iſtius famuli non eſt vir potens, vel ſi eſt potens non fuit minatus mortem, vel malum aliquod graue, & in hoc caſu puniendus eſſet famulus pœna ordinaria omnino, nec vllam ei excuſationem præberet iuſſus Domini, ita Far. *vbi ſupr. n.* 168. *&* 170. vbi quod, quidquid dicant DD. in praxi indiſtinctè obſeruatur, in atrocioribus, puniri famulos pœnas ordinaria, niſi eum iuſſu Domini acceſſerint minæ in perſona ſolita minas exequi, delicta autem huiuſmodi ſortilegij atrociſſima ſunt.

81. Sicut his quæ contra fidem noſtram Catholicam ſunt, nec ipſummet iuſſum Principis excuſare notauit Souſa *in Aphoriſm. Inquiſitorum, lib.* 3. *cap.* 35. *num.* 8.

Non enim obtemperandum eſt Principi in rebus iniuſtis, c. *ſi Dominus* 11. *q.* 3. ibi, *oportet obedire magis Deo, quam hominibus*, latiſſimè Farin. *q.* 97. *n.* 25. *& ſeq.* qui alios latiſſimè allegat, & in hoc caſu aiunt DD. quod Principi iniuſta præcipienti Iudicibus reſcribendum eſt ab eiſdem, & expectanda ſecunda, & etiam tertia iuſſio, bene Zabarel. cap. *ſi quando de re-*
82. *ſcriptis, n.* 30. Dec. *ibid. n.* 14. vbi Aldret. *in addit.* qui omnino videatur, quia mentionem facit de Hieron. Sauonarola, Sacerdote Ordinis illuſtriſſimi, & Religioſiſſimi Prædicatorum, cuius occaſione huiuſmodi quæſtio de iniuſta Principis iuſſione fuit diſputata, Gram. *voto* 32. *n.* 18. vbi quod Cardinali Columnæ præcipienti quandam nobilem ſine indiciis torqueri, bis reſcripſit.

83. Si tamen iuſſu Principis eſſet dubia, cum in dubio pro Principe præſumatur, vtique ea eſſet exequenda, Farin. *num.* 44. Souſa *cap.* 35. *num.* 9. ſubditus enim quamvis dubitet an res ſibi præcepta ſit licita, tenetur obedire, Mol. *de Iuſt. & Iure diſp.* 113. *tom.* 1. Sanch. *in ſumma tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. & Suar. *de relig. tom.* 4. *c.* 15. *n.* 20.

Ex his apparet, quid dicendum de Galeatio
84. Sfortia Duce Mediolani, qui ſuſpendi fecit Prætorem Variſij, quia ipſe non fecerat ſtatim ſuſpendi quendam, hominem quem Dux ipſe iuſſerat, vt ſuſpendi faceret: prout narrat Boſſ. *de homicidio, num.* 98. & eum referens Clar. *quaſt.* 60. verſ. *ſolet dubitari*, ante finem, nam ſi præceptum Ducis erat iuſtum, vel ſaltem dubium, malefecit Prætor ei non obtemperando, ſi verò notoriè iniuſtum, Prætor Variſij nec debebat, nec poterat illud exequi.

Et de tota hac materia iuſſus ſuperioris quando excuſet, necne, videatur pulcherrimum conſilium Nicolai Renſuezij 19. *volum.* 3. qui loquitur in quodam officiali locum tenente Principis, qui Statum Reipublicæ ex pluribus perturbauerat, & ſe excuſabat ex iuſſu Principis qui obierat, latiſſimè, que ibi agit de præſumptione iſtius mandati, & de excuſatione quam ex eo Officialis ille deducebat, & concludit illud mandatum non præſumi, & præſumptum non excuſare.

§. XVII.

De recuſatione Iudicum in cauſis fidei.

INter reorum defenſiones hanc etiam enumerant 85.
Simanch. *de Cathol. inſtitut. titul.* 17. *num.* 51. verſic. *magna reorum defenſio eſſe poterit*, & Souſa *in Aphoriſm. Inquiſitorum, libro ſecundo, cap.* 34. *num.* 5.

Vnde pro materiæ iſtius intelligentia ſupponen- 86.
dum eſt, ſecundum veriorem DD. ſententiam Apoſtolicos Inquiſitores poſſe, vt ſuſpectos recuſari, Eymericus *in tertia parte Directorij, num* 120. *& ibi* Peſia *comm.* 40. verſ. *cæterum*, Simanch. & Souſa *locis allegatis*, Farinac *de hæreſi, quaſt.* 185. *num* 236. Idem Simanch. *in Enchirid. Iud. violatæ religionis. rubr.* 4. *de defenſionibus reorum, n* 26. & Ferdinand. de Caſtro Palao *in opere morali, tractat.* 4. *diſput.* 8. *punct.* 8 *num.* 1.

Qui omnes duo potiſſimum in hac recuſatione 87.
animaduertunt, vnum eſt requiri cauſam grauiſſimam, & inimicitiam capitalem, ita vt quælibet inimicitia non ſufficiat; alterum eſt, quod quamvis de iure cauſæ ſuſpicionis eſſent per arbitros deciden-
dæ, attamen ne negotia fidei differantur cauſæ ſuſpi- 88.
cionis ad Supremum Tribunal ſunt deferendæ, prout, & in Hiſpania ita obſeruari conſtat, ex inſtructione Madritiana, quam refert Peña *vbi ſuprà*, verſ. *Atque hac ſententia.*

§. XVIII.

De qualitate teſtium pro Reo examinandorum.

DE qualitate teſtium producendorum à Reis ad defenſam diximus ſuprà incidenter ſæpè, cùm de teſtibus tractabamus.

Nunc ſolummodò pono verba Pauli Garziæ *en la* 89.
orden de proceſſar en el S. Officio, qui libellus impreſſus eſt de ordine ſupremi Tribunalis Hiſpaniæ, *fol.* 25. quæ ſunt.

Los teſtigos han de ſer Chriſtianos Viejos, y no parientes ni criados del Reo, ſaluo quando las preguntas ſon tales, que por otras perſonas no ſe pueden prouar veriſimilmente, y ha ſe de aduertir el Reo deſto, y que nombre para prouar ſus preguntas mucho numero de teſtigos para que dellos ſe examinen los mas idoneos, y fide dignos.

§. XIX.

An Rei in S. Off. poſſint renunciare defenſionibus.

OMnes DD. clamant Reum in cauſa criminali, 90.
maximè vbi ageretur de pœna corporis afflictiua non poſſe renunciare defenſionibus, latiſſimè Gomez *de poteſt. hominis in ſeipſum, lib.* 1. *cap.* 17. *&* 18. *per totum.* Guttier. *de iuramento confirm. part.* 3. *cap.* 10. Gallarat. *de renunciat. tom.* 1. *renunciatione* 34. *num.* 14. *& ſequent.* Franc. de Auiles *in capita Pratorum, cap.* 3. *in gloſſ. El deſcargo, num* 4.

Clarus

Clarus, & addentes *in praxi*, §. *fin. quæſt.* 49. verſ. *Quæro nunc.*

91. Rationem huius Rei allegant paſſim ſcribentes, quod defenſiones ſint de Iure naturæ, & nullus eſt Dominus membrorum ſuorum, *gloſſ. cap quoniam contra de probat.*

92. Ex hac ratione colligi poteſt, quod quamuis defenſionibus renunciari nequeat, neque cum iuramento, Gutierr. *d. cap.* 10. *num.* 8. attamen poteſt renunciari termino aſſignato à Iudice Reo pro ſuis defenſionibus, ita Auiles *vbi ſuprà*, verſ. *Termino autem.* cum aliis multis allegatis à Gomez *loco ſuprà allegato*, *c.* 17. *n.* 29 verſ. *Contrarium*, quia terminus defenſionum eſt de iure poſitiuo, quod patet, quia ſtatuitur arbitrio Iudicis.

93. In omnem tamen caſum conſulunt omnes ſupradicti DD. quod ad omnem malitiam ſuperandam Iudices ſinant labi terminum pro defenſionibus aſſignatum, niſi fortè eſſet periculum in mora (vt ait Auiles) puta tumultus populi, nam tunc executio ſententiæ poteſt accelerari, Galletat. *vbi ſuprà*, *n.* 16. verſ. *Debent tamen Iudices.*

94. In noſtro Tribunali S. Officij conſulo Inquiſitoribus vt non obſtantibus renunciationibus defenſionum, quæ fiunt à Reis, ſemper ſinant labi terminum, ſeu terminos Reis ad defenſiones faciendas aſſignatos, antequam eorum cauſas expediant, vt & in cautela abundent, & calumniantium reorum ora claudant.

95. Quia tamen Rei ſolent in renunciatione defenſionum ſe remittere benignitati, & miſericordiæ S. Officij, ideo poſſet dubitari, an per hoc intelligantur fateri delictum, quod in proceſſu negarunt.

In qua re dico cum Baiardo ad Clarum, *q.* 49 *n.* 64. quod ſi hæc remiſſio ſit facta in Iudicio coram Iudice, ſedente vtique per eum inducitur confeſſio, & non intelligitur reuocata, neque Iudex neceſſitatur ad eam reuocandam, etiam ſi gratiam, & miſericordiam non faciat, ſecus ſi hæc remiſſio ſit facta extraiudicialiter, & ita deciſum fuiſſe in ſimili remiſſione factà Curiæ Baronis: in Regno à S. C. atteſtatur, Anna Senior *cap.* 1. *de Vaſſal. decrepitæ ætatis*, *n.* 57. hæc tamen confeſſio, quoniam tacita eſt, non ſufficeret ad condemnandum per ea quæ dixi *in tit. de confeſſione reorum.*

§. XX.

An articuli tendentes etiam ad defenſionem abſentium ſint admittendi.

EXemplum poteſt poni in Titio grauato, quod die Martis mandauerit Sejo, vt hoſtile ſortilegium faceret ſtatim, qui etiam ſtatim dicta die illud fecit, ex quo puer innocens dicto eodem die illiusmet hebdomadæ mortuus remanſit.

Modò damnato Sejo, Titius in carceribus S. Officij conſtitutus producit articulum, quod Sejus dicto die illius hebdomadæ de quo in proceſſu erat in Vrbe Romæ.

Quæritur propterea an talis articulus ſit admittendus, quia eo probato reſultare videtur defenſio etiam Seij.

In hac re vt diſtinctè procedamus duo caſus ſunt diſtinguendi.

96. Primus eſt an talis articulus ſit admittendus ad defenſionem Titij eum producentis, & in hoc caſu dico, quod omnino talis articulus debet admitti, ita Barth. de Valmar. *conſ.* 69. *n* 46. & Iul. Scarlat. *conſ.* 14. *n* 21. *vol.* 1 *inter crim. diuerſ.* Farinac. *conſ.* 73. *vol.* 1 ſecundum quod conſilium fuit iudicatum, vt atteſta- 97.
tur ipſemet *de Reo confeſſo, & conuicto, ſeu variarum, & diuerſ. q crim q* 99. *n.* 193. Ratio naturalis eſt, quia hoc modo tolleretur naturalis defenſio Rei, atque ita, etiam in Curia Prætoria Mediolani fuit de anno 98.
1608. iudicatum, vt videre eſt. Porro *in ſuo faſciculo rerum crim* 3. *citato fol.* 85. verſ. *Socio in contumaciam*, prout de eadem re adeſt inſigne reſcriptum Senatus noſtri Mediolani directum prætori Cremonæ 13. Octobr. 1572. in hæc verba: *Lectis in Senatu noſtro occluſis precibus Franciſci, & Conſortum de Peregrinis, & conſideratis omnibus per eos allegatis dictum fuit eſſe admittendas probationes ſupplicantium, quod abſit qualitas animi deliberati, ita vt dicta probationes facienda ſuper ea qualitate prodeſſe non poſſint Hieronymo qui de Homicidio cum ea qualitate paſſus eſt ſe damnari, Mediolani, &c.*

Secundus caſus eſt, cum Titius, ita articulum il- 99.
lum vellet producere, vt prodeſſet etiam Seio abſenti, & tunc dico, quod hoc modo talis articulus non eſt admittendus, quinimò Iudex, vel Inquiſitor in admiſſione talis articuli expreſsè debet interloqui,
quod non intendit probationes fiendas prodeſſe ab- 100.
ſenti; ita in caſu Romæ deciſo apud Farin. *conſ.* 73. & in caſu Mediolani deciſo apud Porrum, Iudices interloq. eſſe patet ex recitatis auctoribus, bene Guazzin. *de defenſ. Reorum tom.* 2. *defenſ.* 28. *cap.* 4. vbi plures res iudicatas refert in hanc rem, & alios allegat.

Ratio eſt, quia abſentes in criminibus, non audiuntur per procuratorem, ſed in carceribus tantum au-
diuntur, vt latè probaui *in tit. de ſententiis.* 101.

Occaſione huius Doctores quærunt, num ſententia abſolutoria lata fauore vnius ex correis puta principalis, & mandatarij proſit conſultori, & mandanti.

In qua re breuiter diſtinguendum eſt, quod vel in ſententia fuit pronunciatum ſuper facto, puta dicendo non fuiſſe commiſſum aliquod delictum & tunc prodeſt abſenti Menoch. *de Arbitr. caſu* 351. *num.* 12. *& ſeq. & caſu* 352. *n.* 12. Guazzin. *defenſ. c.* 28. *num.* 12. Decian. *tract. crim. lib.* 9 *c.* 33. *n.* 7. Farin. *de conſult. q.* 134. *n.* 33.

Vel non fuit pronunciatum ſuper facto, ſed ſuper perſona dicendo talem inquiſitum abſoluendum
quia non commiſit delictum, de quo grauatur, tunc 102.
ſententia lata fauore iſtius, vtique non prodeſſet abſenti, Ita DD. omnes ſupra allegati, bene Caualc. *de Brachio Regio*, *part.* 4. *num.* 156. vbi, quod ſi ambo puta mandatarius, & mandans ſint præſentes, ambo abſoluuntur, vel condemnantur, ſi vnus ſit confeſſus, alter negatiuus, hic abſoluitur, & ille damnatur, ſi verò vnus ſit abſens & alter præſens, contra illum perficitur proceſſus, & damnatur poſtea, præſens expeditur, & ita praxis Iudiciorum criminalium paſſim obſeruat.

TITVLVS X.

De Indiciis, & Tortura.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio quid ſit.*
2 *Tortura quid.*

3 *Indicium quid ſit.*
4 *Indicij definitio pulchra ex Baldo.*
5 *Indicium indubitatum, & dubitatum, quid ſit.*
6 *Indicia proxima ſunt, quæ veritatem delicti reſpiciunt: remota, quæ circumſtantias, & n. 7.*
8 *A tortura non eſt inchoandum.*
9 *Tortura res fragilis eſt & periculoſa.*
10 *Indicia legitima torturam debent præcedere, etiam in Tribunali S. Officij, n. 11.*
12 *Tortura ſine præcedentibus indicijs data & confeſſio ſubſequuta nulla ſunt, nec validatur ex ſuperuenientia indiciorum.*
13 *Quæ ab initio nulla ſunt tractu temporis non conualeſcunt.*
14 *Iudex in ſua conſcientia non poteſt aliquem torturæ ſubijcere, etiam ſi procedere poſſet manu Regia, & num. 15.*
16 *Vnicum indicium proximum ſufficit ad torturam, remota verò plura requiruntur reprobato Claro n. 17. niſi vnicum indicium remotum faceret ſemiplenam probationem, ex Canetra, n. 18.*
19 *Indicia ad torturam ſunt Iudicibus arbitraria.*
20 *Hoc arbitrium debet eſſe à iure regulatum.*
21 *Indicia remota debent eſſe probata per duos teſtes, & quidem omni exceptione maiores, n. 22. nec Iudices timentes Deum debent ſequi contrariam ſententiam Marſilij, n. 23.*
24 *Iudex in dubio iudicare debet non eſſe locũ torturæ.*
25 *Ad probandum indicium remotum teſtes debent eſſe conteſtes, & quando hoc fallat, n. 26.*
27 *Cum ad torturam deuenitur ex indicijs probatis per teſtes ſingulares, tunc Iudex multum debet arbitrium ſuum temperare.*
28 *Ex huiuſmodi indicijs non ſic plenè probatis facilius Iudices Supremi ad torturam deueniunt.*
29 *Vnus teſtis de viſu eſt ſufficiens indicium ad torturã, quod procedit etiam in S. Offic. n. 30.*
31 *Quæ requirantur, vt ex depoſitione vnius teſtis oriatur ſufficiens indicium ad torturam.*
32 *Vnicus teſtis maximè in Officio non facit ſufficiens indicium ad torturam contra Reum bonæ famæ.*
33 *Reus regulariter non poteſt de ſociis interrogari de ratione, n. 34 fallit in criminibus exceptis, & quæ ſint. num. 35.*
36 *Solum dictum ſocij criminis non facit indicium ad torturam, ſecus cum Socij ſunt plures, vel adſunt adminicula, n. 37.*
38 *Dictum Socij non efficit, niſi cum tortura, & iuramento.*
39 *Deciſio Senatus Sabaudiæ.*
40 *Deciſio Curiæ Cremonæ, dum auctor erat Pro-Iudex Maleficiorum.*
41 *Plures ſocij ſi ſint ſingulares non ſufficiunt ad torturam.*
42 *Socij Criminis reſpectu rei ſunt teſtes.*
43 *Plures teſtes corrupti quando ſufficiant contra corruptorem ad torturam.*
44 *Reiiciuntur Clar. Binsfeld & Souſa, & n. 45. & 46.*
47 *Plures ſocij Criminis eiuſdem, licet ſint in diuerſis actibus ſingulares ſufficiunt ad torturam.*
48 *Quæ adminicula ſufficiant vnà cum ſocio criminis.*
49 *Quid ſentiendum de nominatione ſocij in criminibus non exceptis.*
59 *Quid dicendum cum ex parte fiſci adeſt dictum ſocij Criminis adminiculatum, & ex parte rei bona fama.*
51 *De ſocio criminis inimico, vel patiente alias exceptiones, n. 52.*
53 *Nominatio ſocij ad ſuggeſtionem Iudicis non ſuffragatur fiſco, & deciſ. Magiſtratus Mediolani, n. 54.*
55 *De ſocio criminis comparente ſpe impunitatis.*
56 *Text. c. in fidei fauorem de hæret. in 6. declaratur.*
57 *Exculpatio ſocij multum prodeſt.*
58 *Ex confeſſione extraiudiciali oritur indicium ad torturam, quod habet locum etiam in Confeſſione Clerici coram laico, n. 59.*
60 *Requiritur quod hæc confeſſio ſit veriſimilis, clara, facta seriò, & plenè probata, n. 61. & ſeq.*
64 *Fama ſola non ſufficit ad torturã, quia fallax n. 65.*
66 *Fama probari debet per duos teſtes omni exceptione maiores.*
67 *Teſtes ſuper fama nominare debent à quibus audierunt.*
68 *Fama, quæ ortum habuit à maleuolis nihil probat.*
69 *Singuli teſtes ſuper fama ſi diuerſos nominent, an probent famam.*
70 *Quamvis de iure requiratur, quod teſtes deponant ſe audiuiſſe a maiori parte populi in praxi ſufficit ſi dicant ſe publicè dici audiuiſſe, n. 71.*
72 *Teſtes interrogati, quid ſit fama, quomodo debeant reſpondere.*
73 *Fama orta poſt carcerationem non probat.*
74 *De adminiculis famæ.*
75 *Fama vehemens an ſit ſufficiens ad torturam, n. 76 & quid in delictis occultis, n. 77.*
78 *In S. Officio bona, vel mala fama Rei minuit, vel auget probationes fiſci.*
79 *Bona fama in genere, tollit malam famam in genere, non tamen indicia ſpecialia contra Reum exiſtentia, num. 81.*
80 *Teſtes Rei in materia famæ præferuntur teſtibus actoris.*
82 *Mala fama in genere auget ſuſpicionem delicti, ſi ſit in eodem genere delicti.*
83 *Fuga ante accuſationem, vel Inquiſitionem ſufficit ad torturam niſi illius adſit colorata cauſa n. 86.*
84 *Fuga poſt accuſationem, vel Inquiſitionem non ſufficit ad torturam.*
85 *Suſpicio oriens ex fuga tollitur ex comparatione ſpontanea, & ſeq.*
87 *Inimicitiarum, quæ capitales, & quæ non.*
88 *Inimicitia non capitalis, nec ad torturam, nec ad Inquiſitionem ſufficit.*
89 *Inimicitia capitalis adminiculata ſufficit ad torturam, ſi verò non ſit adminiculata ſufficit ad ſolam Inquiſitionem, n. 90 ſeq.*
92 *Deciſio Curiæ Cremonæ tempore quo auctor erat Proiudex maleficiorum.*
93 *In delictis occultis in praxi ex ſola inimicitia capitali Rei torquentur.*
94 *Quid dicendum de inimicitia reconciliata.*
95 *Inimicitia debet probari per duos teſtes.*
96 *Minæ quando ſufficiant ad torturam, & quid ſeruetur, num. 97.*
98 *Ex variatione, & mendacio Rei quando poſſit ad torturam deueniri.*
99 *Aſſertio vulnerati mortui non ſufficit ad torturam, ſed bene ad Inquiſitionem.*
100 *Quid de re alicuius reperta in loco delicti de ſecreta allocutione, n. 101. de loco à communiter accidentibus, num. 102. de vno teſte impubere, n. 103. de teſte examinato ad æternam rei memoriam pro fiſco, non repetito, n. 105. de importuna ſollicitatione apud Iudicem, n. 107. de confeſſione facta in tortura, & poſtea reuocata, n. 108. & de riualitate, n. 109.*
104 *Deciſio Inquiſitionis Caſtellæ, & Galetiæ, n. 106.*
110 *Ex ſemiplena probatione poteſt ad torturam deueniri.*
111 *Plura indicia imperfecta, & remota plenè probata*

probata coniunguntur, ſecus ſi non ſint plenè probata, niſi in hoc caſu tenderent ad eundem finem, & eſſent ſubordinata, num. 112. & ſeq. vbi pulchra doctrina Cantern.

115 *Ex inueterata conſuetudine Status Mediolani, ex ſola contumacia Rei torquentur, num. 116. vbi de ratione.*

117 *In foro Sancti Officij, num ex contumacia ſit locus torturæ.*

118 *Nec Princeps poteſt torquere, niſi adſint indicia legitima.*

119 *Reus, qui non vult reſpondere, iurare, vel fingit fatuitatem, torquetur ſine indiciis, vt reſpondeat, &c. vbi deciſ. Senatus Sabaudiæ.*

120 *Homicida, & aſſaſini quando poſſint torqueri ad indicandum mandantem.*

121 *Ex conſuetudine Status Mediolani, torquetur Bannitus etiam ſine indiciis ſuper aliis criminibus cum executioni mittitur ſententia contra eum lata, & idem obſeruatur in criminibus aſſaſinij furti ſfreſationis annonæ, vel ſalis.*

122 *Hæc conſuetudo non extenditur vltra ſupradicta delicta, vbi deciſio Senatus Mediolani.*

123 *Alij duo caſus in quibus tortura datur ſine indiciis, num 124.*

125 *Quilibet poteſt torqueri, qui non reperitur prohibitus.*

126 *Doctores non torquentur, num. 127. vbi deciſio Senatus mediolani.*

128 *Feudatarij niſi eorum priuilegio renuncient non torquentur.*

129 *Deciſio Senatus Mediolani.*

130 *Decuriones non torquentur.*

131 *Deciſio Senatus Mediolani.*

132 *Nobiles de iure non torquentur, ſecus in praxi, num. 133. vbi de Nobilitate noſtri temporis, & nobilitate abuſiua.*

134 *Milites de conſuetudine torquentur, non tamen militum ductores.*

135 *Officiales durante officio non torquentur.*

136 *In ſancto Officio omnes ſupradictæ perſonæ torquentur, & de ratione, num. 137.*

138 *Minores 14. an poſſint torqueri, & quid in Sancto Officio, num. 140.*

139 *Deciſio Senatus Mediolani.*

141 *Senes ſi ſint robuſti torquentur.*

142 *Deciſiones Senatus Mediolani.*

143 *Deciſio Senatus Sabaudiæ, vbi quod decrepito non eſt iniiciendus terror tormentorum, niſi perrarò, & ex magna cauſa.*

144 *Mulier prægnans, nec torquetur nec terretur imo Senatus Mediolani, neque voluit mulierem lactantem torqueri.*

145 *Mulieres, quæ aiunt ſe prægnantes ſolent viſitari ab obſtetricibus.*

146 *Obſeſſus à Dæmone non torquetur, vbi quid in facto euenerit.*

147 *In quibus cauſis ſit locus torturæ remiſſiuè.*

168 *Nouis ſuperuenientibus indiciis re, & ſubſtantia à primis diuerſis Reus de nouo torquetur, n. 149. vbi notetur fatuitas cuiuſdam Iudicis.*

150 *Priora indicia taliter per torturam intelliguntur ſublata, quod non poſſunt amplius deſeruire pro indiciis, in ſecunda tortura, num. 151. vbi hoc probatur ex pulcherrima Doctrina Farin. Giurba & aliorum. Videatur titul. 11. in tertio modo terminandi proceſſum.*

152 *Noua indicia de ſe ſola debent ad torturam ſufficere.*

153 *Et an debeant eſſe vehementiora prioribus,*

154 *Cum indicia ſunt valde vrgentia ſolet Reus torqueri interpollatis vicibus.*

155 *Ad torturam non deueniendum, niſi in ſubſidium conſtito de corpore delicti præcedentibus indiciis, & datis reo defenſionibus, num. 156. & ſeq. vbi quomodo in S. Officio copia proceſſus ſit danda.*

159 *Preferenda eſt interloquutoria de torquendo nec danda tortura, ni decem horas à ſumpto cibo, num. 160 nec in die Quartana num. 161.*

162 *Prius ille torquendus eſt qui veriſimilius veritatem eſt dicturus.*

163 *Ante torturam reus pluries eſt monendus.*

164 *Tormentis quomodo vtendum, nec in S. Officio detur tortura cum ſquaſſis, n. 195. & ſequenti, vbi quod dum Reus ligatur adhuc monendus eſt.*

167 *Allegatis a Reo impedimẽtis adhibẽdi ſunt periti.*

168 *Tortura debet eſſe moderata, & in ea Iudex ipſe debet Reum interrogare num. 169.*

170 *Cum Rei ſunt in tortura non facile ſunt deponendi.*

171 *Tortura regulariter nõ debet excedere horam, n. 172. vbi de tormento ignis, & quid in facto acciderit.*

173 *Reo torto deponitur.*

174 *Confeſſio in tortura debet extra torturam ratificari, n. 175. vbi quid ſi eam reuocauerit, & n. 176. vbi an ratificari debeat confeſſio emanata poſt comminationem torturæ, num 177. vbi quid ſi confeſſio extraiudicialis præcederet, & num. 178. vbi reprobatur Faber. in ſuo Cod.*

179 *Hæc ratificatio non eſt neceſſaria in depoſitione teſtis emanata in tortura.*

180 *Tortura data reo conuicto operatur, quod non poſſit damnari in pœnam ordinariam.*

181 *Tortura purgat indicia licet data à Iudice incompetente.*

182 *Deciſio Supremæ Inquiſitionis Hiſpaniæ.*

183 *Caſus prodigioſus in Regno Arragonum.*

184 *Quando actus prodigioſus iudicandus ſit effectus à Dæmone, vel à Deo, num. 185.*

186 *Deciſio illius caſus in Senatu illius Regni apud Seſſe deciſ. 111. vol. 1.*

QVoniam ſine legitimis indiciis tortura non datur, ideo coniuncti hoc titulo, tam de indiciis, quam de ipſamet tortura agendum eſt.

§. I.

Quid ſit Quæſtio, Tortura, & Indicium.

QVæſtio in iure noſtro dicitur Inquiſitio veritatis per tormenta, & corporis dolorem, ita DD. communiter *in rubr. ff. de q.* Lud. Gilhauſ. *in arbore iudic crim. cap. 6 part. 7. in principio, n. 1.* Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib. 2. cap. 30. num. 2.*

Tortura verò, ipſemet corporis cruciatus ad veritatẽ eruendam repertus, Abb *c. cum in contemplatione* in princ. *de reg. iuris*, Gilhauſ. & Souſa *vbi ſuprà*, Dionyſ. Gothofred. *in rubr. d. q.* cum aliis per ſupradictos DD. allegatis Sebaſt. Guazzin. *de defenſ. Reor. tom. 2. defenſ. 30. c. 2. n. 1.* ex quo colligi poteſt differentia inter torturam, & quæſtionem, hæc enim Iudicem reſpicit, illa reum.

Indicium autem in genere dicitur, nota quædam, & demonſtratio Rei geſtæ, Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 7. n. 18. & 19* Zanger *de quæſt. & tort. Reorum, c. 1. n. 18.* Gilhauſ *vbi ſuprà, ſect. 2. num. 3. & ſeq.* vbi etiam quod Indicium quo ad effectum de quo agimus, continet in ſe vti genus ſuſpiciones, præſumptiones, coniecturas, & ſigna.

Mihi ſummopere placet definitio indicij tradita 4

à Baldo *in l.non hoc , num. 1. Codice vnde cognati*,
quod ſit coniectura ex probabilibus,& non neceſ-
ſariis orta , à quibus poteſt veritas abeſſe , ſed nun-
ſimilitudo veri, quæ quandoque mentem iudicantis
ita arctat , & perſtringit, vt cogat Iudicis conſcien-
tiam ſecundum eam iudicare , & hanc Baldi defini-
tionem ſequuti fuerunt Auctor Lucernæ Inquiſito-
rum in verbo *indicium*, & Farin. qui alias complu-
res indicij definitiones refert *de indic. & tortur.
q.36.n.27.& ſeq.*

§. II

Quotuplex ſit indicium.

5. DVæ præcipuæ ſunt indiciorum diuiſiones.Pri-
ma eſt , quod alia ſint indubitata , alia non.
Indubitata ſunt , quæ ita arctant mentem Iudicis,
vt omnino credat , nec poſſit in contrarium incli-
nare, vt dixit Caſtr.*l.fin. num.5.Cod.de probat.* Fa-
rin.*de indic. & tort.q.36. num.27. & ſeq.* Inquiſitor
Cantera *in ſuis quæſt.crimin.tit.de probat.capit.2.q.6.
num.1.in fin.*Indicia verò dubitata ſunt,quæ non ita
arctant animum Iudicis.

6. Secunda indiciorum diuiſio eſt , quod alia ſunt
delicto proxima,alia remota,illa ſunt quæ reſpiciunt
veritatem delicti per ſenſum viſus, vel auditus iux-
ta ſubſtantiam materiæ, hæc verò ſunt , quæ tan-
tummodò reſpiciunt circumſtantias eiuſdem deli-
cti , vt fama , fuga delinquentis , & ſimilia , ita
7. Olaſchua , *deciſ.Pedemont.79 n.15.* Farin.*vbi ſuprà,
num.44.*Ignat. de Villarum.*reſpon.9 num.2.* Souſa *in
Aphoriſm.Inquiſit.lib.1.c.39.num.16.* Inquiſit.Cante-
ra,*tit.de probat. per teſtes capitulo 2. quæſt. 1. num.1.*
verſ. *Sed quo ad noſtrum*,fol.mihi 96.qui alios plu-
res DD.cumularunt.

§. III.

An Indicia debeant præcedere Torturam.

8. A Tortura non eſſe inchoandum vbique cla-
mant DD. & in indiuiduo dixit, I.C.l. prima
ff.de quæſt.ibi, *& non eſſe à tormentis incipiendum*,
cuius rei rationem ibi reddit Gothofred.*in ſuis notis*
quod tortura res fragilis ſit,& fallax, periculoſa, &
quæ veritatem fallit, Zanger. *de indic.& tortura, in*
9. *proœm.num* 40.Gilhauſen.*in arbore indic. crim.cap 6.
p.7.* in principio,*n.6.*Vulp.I.C. *in dicta l.1. § 9.* ibi,
*etenim Res eſt fragilis. & periculoſa, & quæ ſæpe ve-
ritatem fallit.*hinc illud Fabij apud Gothofred *vbi ſu-
prà*,in d.§.quæſtionem,*mentietur in tormentis,qui pa-
ti poteſt,mentietur etiam qui pati non poteſt.*

Debent igitur indicia legitima torturam præce-
10. dere,l.prima,§.primo,de quæſt. ibi, *Ad tormenta ita
demum veniri oportet,cum ſuſpectus eſt Reus, & alijs
argumentis,ita probationi admouetur,vt ſola confeſſio,
&c.*Clar *in praxi,§.fin.q.64.*verſ.*Dixi etiam*,Zang.&
Gilhauſ.*locis alleg.*Guazzin.*de defenſ Reorum, defenſ.
30.cap.4. n.3.*quod habet locum etiam in S. Offi-
cio , & in delictis ad hoc Sacroſanctum Tribunal
ſpectantibus,Pegn.*in 3.part.direct.comm.110.* verſ.
11. *ad hæc prius quam*,Delrius *diſquiſit.Magicarum,lib.
5.in 2.append.q.21.*Farin.*de hæreſi , q.185.n.121. &
ſeq* Ferd.de Caſtro Palao, *in opere Morali , tom.1.
tract.4 diſp.8.punct.9.n.2.*

12. Ex his duo potiſſimum colliguntur , Primum eſt
torturam inflictam ſine præcedentibus indiciis con-
feſſionem ſubſequentem ac more ſolito extra tor-
turam ratificatam,adeo nullas eſſe, vt neque poſſint
ex ſubſeq.indiciis validari , ita Clar.*quæſt.55.*verſ. *ſi
verò confeſſio , & quæſt. 64.*verſ.*dixi etiam*, & vtro-
bique addentes Zanger , *vbi ſuprà, cap.2. num.9. &
10.* Bobadill.*in ſua politica, tom.2. lib.5. cap.3. num.
14.* Torreblanca *de Magia tom. 2. lib. 3. cap. 18.
num.26.* Gregor.Lopez, *in leg. 2. titul.30.partit.7.
gloſſ. 1.* & Caſtill. *deciſion. Regni Siciliæ 179. num.
1. & ſequent. volum. 2.* vbi ad hoc allegat vulga-
tam Iuris regulam , quod quæ ab initio nulla ſunt 13.
tractatu temporis non conualeſcunt , Præſes Aba-
uo *in ſuo tractatu reatuum , quæſtione decima nona,
num.11.& 56.*

Alterum eſt non poſſe Iudicem aliquem torturæ 14.
ſubiicere ex ſua conſcientia tantummodo, quia Iu-
dex debet iudicare ſecundum allegata , & probata,
adeo quod ea quæ ſunt extra acta , quod ad Iudi-
cem dicuntur eſſe extra mundum, Beltram. ad de-
ciſionem primam Sanctæ memoriæ Gregor. XV.
num. 5. quod procedit etiam ſi Iudex haberet ius
procedendi auctoritate Regia , quia adhuc ex ſola
ſua conſcientia non poſſet aliquem torquere , niſi
aliqua ſaltem indicia leuia in ſcriptis prius eſſent
redacta,vt bene declarat Guazzin. *defenſ.30 cap.19
per totum.*

§. IV.

An vnicum indicium ſufficiat ad torturam.

DIſtinguenda ſunt hoc loco indicia proxima , & 16.
immediata delicto ab indiciis remotis ; regu-
lariter enim in illis vnicum indicium ſufficit ad tor-
turam , in his verò plura requiruntur , hæc fuit
doct.Bart. *in l fin. num.6.ff.de quæſt* quam communi-
ter ſequuntur DD. longa ſerie allegati à Farin.*de In-
dic.& tort.quæſt.37.num.45.& ſeq.* quibus ego addo
Guazzin. *de defenſ. Reorum def.30.c.4.n.12.* Peguer.
*in praxi,cap.11.§.9.num.8.*Præſidem Abauo *in tract.
reatuum quæſt.19.n.21.& pluribus ſeq.*

Et quamvis Clarus *in quæſt.64.num.14.*verſ.*Cæte- 17.
rum* , dicat de conſuetudine ſeruari , quod etiam ex
vnico indicio remoto Rei ſolent torqueri , attamen
hanc paxim impugnat *locis allegatis*, Farin. & Præ-
ſes Abauo.

Ego tamen Intelligerem dictum Clari iuxta pul-
cherrimam doctrinam Inq Canteræ *in ſuis quæſt.* 18.
*crimin. cap. 2. de probat. per teſtes , quæſt. prima,
rubr. de indiciis ſufficientibus ad torturam,n 61.dub.*
19. qui voluit in omnibus caſibus in quibus vni-
cum indicium facit ſemiplenam probationem ſiue
deinde illud ſit proximum delicto , ſiue remotum
ab eo , ſufficere ad torturam , quia ex glo. com-
muniter aprobata *l. ſi quis , ff. ad l. Iul. Maieſt.*&
Bart. *l. Maritus, l. fin. ff. de quæſt.* Ea quæ in ci-
uilibus faciunt ſemiplenam probationem,in crimi-
nalibus ſufficiunt ad torturam.

§. V.

An indicia ſint iudicibus arbitraria.

INdicia ad torturam rerum Criminalium Iudici- 19.
bus arbitraria eſſe tradiderunt quotquot de hac
materia pertractarunt , ita Bart.& alij , *in l.prima,
ff. de quæſt.* Zanger. *de indic. & tortura , cap. 2.
num. 14* Cantera *loco allegato , num. 61.* verſicul.
Sed in hoc videtur , Præſes Abauo *in tractatu
Reatuum , quæſtione 19. num. 12.* bene Clarus in
his criminalibus materiis ſemper præ oculis haben-
dus *in ſæpè citata quæſt.64.* verſ. *dixi quoque*,vbi ad-
dentes,

dentes, Patet Dixna, *parte quarta, reſolut.moral. tractat. 6. reſolut.* verſ. *Sed ego puto*, qui alios al-
20. legant.

Hoc tamen Iudicls arbitrium ooo eſt abſolutum, ſed à iure regulatum, videlicet ex ſenten lia, & dictis Doctorum, vt animaduertunt Farin. *de indic. & tort. q* 43.*n.*126. & Ferdioandus de Caſtro Palao *in opere morali tom.*1.*tract.*4.*diſp* 8.*puncto* 9.*n.*7. Menoch. *de arbitr. Iudicum, cent.*3.*caſu* 270.*num.*5. & latiùs, *l.*1.*q.* 53. *per totam*, Paulus Chtiſtineus *deciſ. Suprema Curia Belgica tom.*4.*tit.*41.*deciſ.* 204.*num.* 15. propterea ex ſequeotibus poterit prudens Iudex arbitrari an indicia in ſinguiia caſibus particular,bus ſibi occurrentia ſint ad torturam ſufficieotia, nec ne.

§. VI.

An indicia debeant eſſe probata.

21. CONcluſio eſt indubitata omnium DD. indicia ad torturam debere eſſe probata per duos teſtes, maximè ſi ſint remota à delicto, ita Clar. §. *ſi. quaſt.*22. vbi, quod hæc traditio non habet cootradictorem, & ibi addenres, Farin. *de Iudic. & tortura, quaſt.*37.*num.*13.*& ſeq.* quibus, & DD. ab eis allegatis, addi poſſunt Camill. Borell. *conſ.* 45. *n.*33. Guaaxio. *defenſ.* 30.*c.*11. Præſes Abauo *de reatibus quaſt.*19.*num.*23. Vveſemb. *in titul ff de quaſt. num.*7. verſ. *Quare etiam ſi plura*, cum aliis allegatis à Diaoa, *parto quarta, reſolut. moral. tractat. ſexto, reſolut. tertia*, & à Ferdinando de Caſtro Palao, *tract. quarto, diſput.*8.*puncto.*9.*n.*2.

Solummodò in hac quæſtione duo poſſunt in controuerſiam venire. Primum an huiuſmodi indicia maximè remota probeotur per teſtes patienres exceptiones in eorum perſonis. Secundum an etiam per teſtes ſingulares.

22. Et quidem quoad primum mihi ſemper placuit ſenteotia Farin. *quaſtione* 37.*num.*28. quod huiuſmodi indicia debeant probari per teſtes in eorum perſonis exceptiones non parientes. Ratio quæ me mouet eſt, quod in materia torturæ, quæ res periculoſiſſima eſt, & grauiſſimi præiudicij, non ſunt laxandæ habenæ, & Farin. *vbi ſuprà* ſequitur Souſa *in Aphoriſm. Inquiſitorum, lib.*2. *cap.*39 *num.* 18. Guaxxin. *dicto cap.*35 *num.*3. verſ. *Et etiam DD. requirunt*. Cyriacus *controu. forenſ. tomo primo, controu.* 106. *num.* 44. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1.*q.* 91.*num.*5. *&* 6. Alba *conſil.*56. *num.*28. Ant. Gomez *var. reſolut. lib.*3.*cap* 13.*num.*18. Suar. de Pax *in praxi ſæculari, & Eccleſiaſtica, tom* 1.*part.*5.*cap.*3.§.12. *num.*41.

23. Ex quibus patet, quod Iudices timentes Deum parum curare debent de doctrina Marſil. *in practica, §. diligenter num.*8. vbi voluit, ad probandum indicium remotum ſufficere teſtes nun omni exceptione maiures, quod etiam videtur voluiſſe Hund. *conſil.*87.*num.*137.*vol.*1. & Diana *loco ſupra allegato*, verſ. *Nota tamen*, quia vt videre eſt ex *ſuprà* alle-
24. gatis magis communls opioio eſt in contrarium, præterquam, quod Iudex in dubio iudicare ſemper debet oon eſſe locum torturæ, Caball. *caſu* 200.*n.* 145. & Cyriac. *dicta controu.*106.*num.*55. vbi allegat Boſſ. *de indiciis, & tortura, num.*72. & Guxxxin. *defenſ.*29.*cap.*2.*num.*4.

Quo verò ad ſecundum, pariter concludendum
25. eſt teſtes ad ſufficienter probandum iodicium remotum regulariter debere eſſe conteſtes, ita docuerunt plurimi DD. allegati à Farin. *dicta quaſt.*37.*num.*33. quibus adde Cyriacum *controu. forenſi*, 106.*num.*43. Guaxxin. *defenſ.*30. *cap.*31. *num.*3. Suarez. *vbi ſuprà, num.*41. Io. Philippum Theſtari, *alleg. ſeptima, num.* 121. Hector. Felie *alleg.*106.*num.*5. Præſidem Abauo, *dicta quaſt.*19.*num.*5x.

Dixi regulariter, quia cum indicia ad torturam x6.
ſint Iudicibus arbitraria, ſi teſtes qui deponunt ſoper huiuſmodi indiciis remotis ſint plures, quàm duo, ſi omnes, ſint in vulnerabiles, ſi tandem indicia ſint plura, poterit vtique prudentis Iudicis arbitrio Reus torqueri, vti probauit Farin. *vbi ſuprà num.* 38. qui hoc modo contrarias ſententias conciliauit, Giuiba *conſ. deciſiue*, 87. *num.* 30. vbi quod in hoc caſu indicia debent eſſe plura, quàm duo teſtes omni exceptione maiores, & deponentes de iis, quæ animum iudicis poſſunt mouere ad credendum Reum deliquiſſe, Maldonat. *conſ.* 9. *in* 1.*p. num.*6.*& ſeq.* vbi hanc doctrinam Farin. bene declarat, vt Reus contra quem adeſt vnus teſtis de fama, alius de ioimicitia, alius de fuga non poſſit torqueri, quia teſtes ſunt ſingulares & deponunt de valdè remotis à delicto, ſi verò vnus teſtis deponat vidiſſe Titium vulneratum, in terra iacentem, qui aſſeruit ſe à Sempronio vulneratum, alius deponat vidiſſe Sempronium cum gladio ſanguinolento fugientem, & tertius vidiſſe Sempronium in nemus ſe abſcondentem, vtique ſi teſtes ſint omni exceptione maiores, quoniam deponunt de Indiciis non valdè remotis, & ad voum finem tendentibus, vtique poterit Reus torturæ ſubiici, quod idem latius deduxit Giurba, *d. conſ.*87.*n.*19. Et ad hoc idem faciunt DD. qui de materiis noſtri Tribunalis tractarunt de quibus Farin. *de hæreſi, q.* 185 *num.*145. & P. Diana, *d tract.*6.*reſol.*5.*p.*4. Torrebiança *de Magia, lib.*3. *c.*17. *n.*73. vbi in indiciis remotis firmauit regulam, quod ſunt probanda per duos teſtes conteſtes, & omni exceptione maiores.

Bene verum eſt, quod vbi Iudex procedit ad torturam ex pluribus indiciis probatis per plures x7.
teſtes ſingulares omni tamen exceptione maiores, & vt dicebat Bal d. *conſ.*259.*volum* 1. tunc debet maximè temperare arbitrium ſuum, & Reum valdè moderatè torquere, cum procedat ad actum grauiſſimi præiudicij ex probatione priuilegiata, ſic probationem ex pluribus indiciis, oon plenè probatis reſultantem vocarunt Burſat. *conſil.*430.*num.*3. & Simon de Prætis, *conſil.*51. *num.* 80. Ita docuit Giurba *dicto conſ.*87. *num.* 30. *in fi.* ex Guazxin. *de defenſ. Reorum, defenſ.* 30.*cap.*32. *num.*1. verſ. *& iſto caſu Iudex*.

Tandem in hac materia animaduertendum eſt,
quod facilius poſſunt ad tortoram procedere ex hu- 28.
iuſmodi indiciis non plenè probatis Iudices ſupremi quam allj inferiores, Caualcan *de Brachio Regio p.*3.*num.*113. & Guaxxin. *loco proximè allegato, in fine*.

§. VII.

An vnicus teſtis ſit ſufficiens indicium ad torturam.

MAius Indicium, quod ad torturam eſſe poteſt, 29.
eſt depoſitio vnius teſtis omni exceptione maioris qui actui interfuerit, quique de viſu immediatè deponat, vt ex Bart. *l.*1.§. *Idem Cornelio, ff. de quaſt. & glo in l. ſi quis, Cod. ad l. Iul. Maieſtatis*, dixit Præſes Abauo *de Reatibus, quaſtione* 19.*num.* 22. & in hoc communis Doctor. ſeotentia conue-

 nit,

nit, vt videre eſt ex Clar.§.*fin.quaeſt* 21.Peguet.*de-
ciſ crim*.17.*num*.36.Farin.*de indic.& tortura, quaeſt*.
36.*num*.54.Zanger.*de quaeſt.cap*.2.*num*.16. vbi, quod
indieium hoc obtinet primum locum, Lud. Gilh.
in arbore, Iud.crim.c.6.*p*. 7.*num*.52.*& ſeq*. Maldo-
nad.*reſponſo*.9.*p*.2. *num*.1.*lib*. 1.& hoc idem proce-
dere in S.Officio dixerunt Pegn.*part*. 3. *comm*.110.
verſ. *Caeterum non video*, Inquiſitor Cantera, *ca-
pitulo ſecundo, de probat.per teſtes, in rubr. de in-
dic.ſufficientibus, num*.5. verſ.*His ſic praemiſſis*, &
P.Diana qui alios allegat, *loco ſuprà citato,reſolut.
ſexta.*

31. Vt tamen depoſitio illius teſtis ad torturam ſuf-
ficiat, tria copulatiuè requiruntur, quod ſit om-
ni exceptione maior, quod deponant de ipſo de-
licto immediatè, & quod atteſtetur per ſenſum
corporeum viſus, vel auditus, rei ſuper qua depo-
nit, conuenlentem, vt quia dicat talia blaſphe-
mauit quia audiui, & talis Miniſtrum Sancti Offi-
cij percuſſit,quia vidi, Botel.*conſ*.48.*num*.3.Zanger.
dicto c 2.*n*. 19.*&* 20. Gilhauſ.*ibid*. *num*. 53. *& ſeq*.
vbi depoſitio teſtis ſuper re quae cadit ſub ſenſu
viſus,nulla eſt ſi redditur ratio eadens ſub alio ſen-
ſu, Peguet. *deciſ*. 17. *num*. 1.*in fi*. vbi quod omnis
quantumuis minimus defectus impedit, ne ex te-
ſtis depoſitione oriatur ſufficiens ad torturam in-
dieium Ferd.de Caſtro Palao *tr*. 4.*diſp*.8.*puncto* 9.
num.5.

Dubium tamen hoc loco poteſt eſſe, an etiam
Reus bonae famae poſſit ex dicto vnius teſtis inte-
gri torqueri.

In qua re quamuis aliqui videantur ſentire,quod
quod adhuc ſit locus torturae, quia bona fama
tollit quidem indicium malae famae, & non vide-
tur poſſe debilitare alia indicia Caball.*reſolut.crim*.
84.*num*.15.

32. Attamen in S. Officio in quo ſemper ſolet mag-
ni fieri bona fama Rei,arbitror nullo modo poſſe
contra hominem exiſtimationis integrae ad tortu-
ram deuenire ex ſolo dicto vnius teſtis, quamuis
inuulnerabilis, ita P. Diana, loco allegato, vbi
multos citat, quibus addo ego Ferdin. de Caſtro
Palao, *dicto punct*. 9. *num*. 5. verſ. *Adde neque
vnum teſtem*, Peña *comm*. 110 verſ.*non dubito*, ta-
men in quarta regula, & hinc, quod apud Gal-
los ex conſtitutione S. Ludouici vir probae vitae non
torquetur ex ſolo dicto vnius teſtis, vt teſtes ſunt,
Gothofred. *in ſuis Notis ad l*.1.§. Idem Cornelio,
ff.de quaeſt. *&* Paulus Chriſt. *deciſ*. *Suprema Curia
Belgica, vol*. 4. *deciſ*. 204. *num*. 10. prout nec Sa-
baudiae, Faber. *in ſuo Cod. libro* 9 *tit*. 21. *de quaeſt*.
def. 21. Nec apud Hiſpanos *ex l*. 3. *tit* 30. *part*. 7.
vbi Gregor. Lopez, & Maldob. *dicto reſponſo* 9.
p. 2. *num*. 4. & ratio huiuſce Rei deſumi poteſt ex
eo, quod ex bona fama rei oritur praeſumptio, pro
eo maximè in hoc Tribunali, quae praeſumptio ſine
dubio debilitat dictum teſtis.

§ VIII.

De dicto Socij Criminis.

33. Regulariter Reus de ſe crimen confeſſus non po-
teſt de ſociis interrogari, *cap. veniens de teſti-
bus*, ibi, *nulliqne de ſe confeſſo aduerſus alium in
eodem crimine eſt credendum*, l. fi. Cod. *de accuſat*
34. ibi, *nemo igitur de proprio crimine confitentem ſu-
per conſcientia ſcruetur aliena* vbi Gotofred. *in ſuis
notis* huiuſce Rei rationem colligunt, DD. cum
Praeſide Abauo *in ſua praxi, & Theorica crim*. §.
procurator, num. 33. ex dicta l.fi.*ne ſcilicet Rei ve-
niam fortè à Principe ſperantes fauore, vel priuile-
gio alterius eum nominent, néve odio, vel inimici-
tia, aliòve affectu ducti quemquam nominent, vt
ſupplicio pereat*, latiſſimè Queuedo *de ind.& tortu.
part*.2.*cap*.5.*per totum*.

Dixi autem regulariter, quia omnes DD.faten-
tur reum de ſociis interrogandum in criminibus 35.
exceptis videlicet laeſae Maieſtatis humanae, & di-
uinae aſſaſſinij, graſſationis viarum falſae monetae,
ſacrilegii, maleficii, conſpirationis, ac omnium
aliorum, quae ſine ſociis perpetrari non ſolent. Ita
Praeſes Abauo, *loco proximè alleg. num*.34.*& plu-
ribus ſeq*. Farin.*de indic.& tortura quaeſtione* 43. *n*.
56 Salic.*l.fi.num* 7.*Cod.de accuſat*.Clar.§ *fi.quaeſt*.21.
verſ.*Dictum ſocij*, Peguet.*deciſ.crim*.5.vbi latiſſimè,
& in caſu haereſis Reum ſuper complicibus inter-
rogandum eſſe conſtat ex Decreto ſpeciali Pij V.
de torquendis Reis poſt Iudiciale Inquiſitorum im-
preſſo de quo ego Ipſe egi *in tit.de haereſi, & hae-
reticis* §.80.*per totum* hoc praemiſſo,in hac quaeſtio-
ne diſtinguendi ſunt potiſſimùm duo caſus.

Primus caſus eſt, cum contra Reum adeſt ſo- 36.
lum dictum illius, qui ſe facit ſocium criminis, &
tunc dictum eſt ex eo non oriri indicium ſufficiens
ad torturã,ratio clara eſt,quia hoc ipſo,quod ſe facit
ſocium criminis reddit ſe infamem, & ſic non po-
teſt dici teſtis omni exceptione maior, vt *in ſupe-
riori*, §.deducebamus, & in hac concluſione con-
ueniunt omnes DD. Clarus *vbi ſuprà*, proximè
Binsfeld.*de confeſſ. Malef. & ſagarum, membro* 2.
2.*concluſ*.3.*&* 4.Delrius *diſquiſ. Magicarum, lib*.5.
in 2.*append quaeſt*.1.verſ.*Dico primo*.Pegna *dicto com*.
110.*num.in fi*.verſ.*An autem ſocius criminis*, Farin.
de haereſi, quaeſt.185.*num*.151. Praeſes Abauo *de rea-
tibus, quaeſt*.19.*n*.121. Ferd. de Caſtro Palao, *dicto
punct*.9.*num*.6. Gilhauſ.*dicta p*.7.*ſect*.2.*n*.59.Zanger.
de quaeſt cap.1.*n* 47.*& ſeq*.

Secundus caſus eſt, cum ſocij criminis ſunt plu- 37.
res vt puta duo, qui Reum nominarunt, vel ſi vni-
cus eſt, eius tamen depoſitio eſt adminiculata, &
in hoc pariter caſu omnes DD.conueniunt, quod
ex talibus depoſitionibus oriatur indicium ſuffi-
ciens ad torturam, ita DD. omnes ſupra allegati,
quibus adde Peguet.*deciſione criminali quinta, num*.
37.*&* 38.P.Dianam*dicto tract.ſexto.reſolut ſeptima*,
Gothofred.*in leg fi.Cod. de accuſat*. in verbo *Ne in-
terrogari quidem*, Cyriacus *controuerſ*. 80.*num*. 3.
Ciarlin.*controu forenſ indic.cap*.10.*num*.119.qui, &
alios allegant, & de communi praxi omnium Tri-
bunalium atteſtantur.

Vt autem in hoc caſu dictum ſocij criminis Reum
afficiat, vtique debet eſſe cum iuramento, & in 38.
tortura peculiari emanatum, vt concludunt om-
nes ſupradicti allegati, vnde infert Praeſes Aba-
no *in dicta quaeſtione* 19. *num*. 125. ſub Die 26. Iulij
1602.iudicatum fuiſſe contra quendam Claudium
de Montdragon, grauatum à quodam Notario in
Iudicio extra torturam, quod ſibi mandauerat, vt
conficeret quandam declarationem falſam,non poſ-
ſe procedi ad torturam, & ſub praetura illuſtriſſ. D.
mei Don Conſalui de Salamanca annis 1636.& 39.
1637.dum ego eram Proiudex Maleficiorum Cre-
monae, & L. T.Aduocati fiſcalis, numquam Cu-
ria curauit confeſſiones extraiudiciales Sociorum
Criminis quamuis probatas, ex defectu iuramen-
ti,& torturae, bene etiam Bellonus Papienſ. *de his,
quae inconſinenti lib*. 2. *cap*. 136. & latiùs de hac re
memini me dixiſſe in titulo de ſortilegiis in ad-
dit. vbi etiam probaui in Sancto Officio Socios
Criminis

41. Criminis probare ſine tortura.

Dubitari tamen hoc loco poteſt, quid dicendum ſit ſi ſocij criminis ſint ſingulares in eorum dictis, an ſcilicet tunc faciant indicium ad torturam, & ego quidem contra Clarum, *d.q.21.*verſ. *ſed pone*, ibi, *& nota*, Binsfeld. *de confeſ. Maleſic. & ſagarum, membro 2. poſt concluſionem*, 6. verſ. *Primum an teſtes*, Souſam, *in Aphor. Inq. lib. 2. cap. 39. num.* 55. & Dianam *dicta reſol.* 7. verſ. *ſed difficultas eſt*, conſtanter teneo, quod ſi ſociorum criminis dicta non ſint adminiculata, non faciunt indicium ad torturam, niſi ſocij ſint conteſtes, ita Decius *conſ.* 189. *num.* 8. Natta *conſ.* 298. *num.* 5. Petra *de fideicom. quaeſt.* 12. *num.* 525. Guazzin. *de defenſ. Reorum*, *defenſ.* 32. *c.* 8. *n.* 4. verſ. *ac etiam magis procederet.*

42. Probatur primò, quia duo ſocij criminis reſpectu Rei quem nominarunt ſunt teſtes, & ex ſuppoſitione ſunt ſingulares, igitur tantum probat vnus, quantum mille iuxta vulgatam regulam Baldi, *l. Iuriſiurandi Cod. de teſtibus*, de qua latiſſimè Giurba *conſ. crim.* 79. *num.* 24. At vnus ex dictis ſociis non probat ad torturam, igitur nec plures ſi ſunt ſingulares.

43. Secundo probatur ex ſimili doctrina Farin. *de indiciis, & tortura*, *q.* 45 *num.* 45. de pluribus teſtibus corruptis quorum vnus depoſuit ſe fuiſſe corruptum in vna cauſa, alius in alia, & alius in alia, ait enim Farin. vnum ex iſtis teſtibus tantum probare, quantum mille, nec poſſe coniungi ad effectum torturæ, quia ſunt ſingulares, & quidem in ſubſtantia non in meris circumſtantiis, igitur idem dicendum erit in ſociis criminis ſingularibus.

44. Neque obſtat Clarus *ſup* allegatus in contrarium, quia ibi non diſcutit articulum, ſed in hæret. Boſ. qui *in tit. de ind n.* 159. ait ita ſeruari.

45. Minus obſtat Binsf. *fol. mihi*, 268. quia ex praxi omnium curiarum, nititur ſola Clari auctoritate, dum verò ait ex communi opinione DD. ex teſtibus ſingularibus probari delictum in genere, malè loquitur, & videbimus *in tit de teſtibus*, pro nunc autem ſufficiat nobis allegare Præſidem Abauo *de reatibus quæſt.* 19. *num.* 102. *&* 103. vbi dixit veritatem eſſe, quod teſtes ſingulares nihil in genere probant, & quod ita ſemper obſeruauit Senatus Pedemontanus.

46. Neque etiam obſtat Souſa, quia mouetur ex Farin. *de indic. & tort. q.* 43. *num.* 37. *&* 38. qui illud expreſſè non dicit, & in omni caſu intelligendus eſt iuxta aliam eius doctrinam, *in q.* 41 *num.* 45. de qua *ſuprà* de ſociis criminis ſingularibus in circumſtantiis, non in ſubſtantia.

47. Quæ tamen hucuſque dicta ſunt intelligenda vtique erunt, cum huiuſmodi Socij criminis deponunt ſuper diuerſis numero criminibus ad vnum minimè tendentibus, ſecus enim dicerem ſi deponerent ſuper diuerſis actibus eiuſdem delicti, quia v.g. vnus diceret, ego ad mandatum Titij abſcondi in domo eiuſdem homicidam vxoris ſuæ, & homicida ipſe fateretur ſe occidiſſe vxorem Titij ipſomet Titio mandante, cum hi duo ſocij criminis deponant de eodem delicto homicidij, & de diuerſis actibus, idem tamen delictum inferentibus, vtique eorum ſingularitas obſtare non poteſt eorum coniunctioni, ita Giur. *conſ. crim.* 87. *num.* 29. Præſes Abauo *d q.* 19. *n* 53. vbi quod ex huiuſmodi teſtibus ſingularibus Curia Sabaudiæ paſſim torquet Reos.

48. Dubitari etiam ſolet quænam adminicula requirantur vt dictum vnius ſocij criminis indicium faciat ad torturam.

Et Farin. *q.* 43. *num.* 162. cum quo tranſit Caſtro Palao *d. punct.* 9. *n.* 7. & Diana *eadem reſol.* 7. verſ. *ſed difficultas eſt*, & Zang. *c.* 2. *n.* 65. enumerat ſequentia adminicula, teſtes de auditu, fama publica, fuga nominati, & ſtricta cum nominante amicitia.

Tandem ad complementum iſtius materiæ nonnulla diligenter ſunt à Iudicibus rerum criminalium animaduertenda. Primum quod quæ ſupradicta ſunt habent locum, etiam in nominatione facta de ſociis in criminibus non exceptis, puta cum in nar-
ratione facti Reo iniuncta eos nominat, ita enim 49.
in praxi obſeruari atteſtatur Clarus, *vbi ſup. p.* 21, verſ. *Reuerta*, ibi, *ego tamen*, & Præſes Abauo *q.* 19. *in praxi*, *& Theor. crim.* §. *procurator*, *n.* 45. *& ſeq.* quod tamen proportionaliter intelligendum eſt hoc modo, vt ſicuti dictum vnius ſocij criminis in caſibus exceptis ſine adminiculis iuramento tamen, & tortura vallatum ſufficit non ad torturam, ſed ad inquiſitionem ſpecialem, Clar. *vbi ſup.* verſ. *ſi verò*, ita ſimile dictum ſocij criminis in criminibus non exceptis ſufficiat ſolum ad aſſumendas informationes non tanquam ex dicto teſtis, ſed tanquam ex dicto denunciatoris, quamuis verè de iuris rigore loquendo nullum poſſit fieri fundamentum ſuper tali dicto ſocij, vt notarunt plurimi DD. allegati à Præſide Abauo *vbi ſup.* quibus addi poſſunt Gilhauſen *d. ſect.* 2. *num.* 43. & Zanger. *c.* 2. *num.* 77.

Secundum eſt, quod valde in hac materia conſi-
deranda eſt bona fama Rei inquiſiti, & diligen-
ter conferenda cum indiciis reſultantibus ex iſtis 50.
ſociorum nominationibus, ſi enim ex his ſola ſemiplena oriatur probatio, tunc abſtinendum erit à tortura, ſi verò longè eum probationis excedat, vtique torturæ erit locus, in qua re tota maxime verſatur prudentis Iudicis arbitrium, ita enim contraria dicta DD. in hac re concilianda eſſe rectè dixit Diana *dict. tr.* 6. *reſ.* & nos *ſup.* §. *præced.* de hac tamen re videndi erunt Far. *q.* 47. *n.* 186. Zang *cap.* 2. *num.* 68. *& ſeq.* ac Lud. Gilhauſen. *d. ſect.* 3. *num.* 48.

Tertium eſt, ad quod etiam animaduertendum eſt, an inter nominantem, & nominatum,
adſint inimicitiæ, odia, &c. nam inimicorum 51.
quæſtioni nulla fides eſt adhibenda, quia facilè mentiuntur, vt dixit Vulp. *lib.* 1. § *Præterea de quæſt.* Zanger. *dicto cap.* 2. *num* 66. Gilhauſen. *vbi ſuprà*, *num.* 46. *&* 47.

Quartum eſt, an ſocij criminis alias etiam exce-
ptiones patiantur vltra infamiam, quæ oritur ex 52.
eorum Confeſſione, nam tunc vltra depoſitionem ſocij requiritur, quod adſint ſufficientia indicia ad torturam, Farin. *quæſt.* 43. *num.* 178. *in fin.* vbi ait, quod ipſe poteſt atteſtari, bonos iudices in vrbe nunquam ad torturam deuenire ex dicto ſocij criminis patientis plures defectus, niſi vltra eius dictum adſint alia quæ ſe ſola faciant indicium ad torturam, Diana *tractat.* 6. *reſolut.* 8. qui alios adducit, & addit ſe ex hoc liberaſſe quendam Reum à tortura, propterea dicit hoc eſſe valdè notandum in Tribunali S. Officij, in quo ſimiles ſocij criminis ſolent pati plures defectus, puta periurij, criminoſitatis, &c.

Bene Cyriacus *contron. forenſ.* 80. *num.* 9. & latiùs *contron.* 150. *num.* 78. *& ſequ.* vbi de ſocio criminis periuro, Aldobrand. *inter conſ. Farin. conſ.* 19. *num* 18. Ciarlin. *contron. forenſ. iudiciorum*, *cap.* 10. *num.* 120. qui latiſſimè alios cumulant.

Quintò animaduertere debet Iudex, an nomi-
natio ſocij facta fuerit ad ſuggeſtionem Iudicis, vt
quia Iudex in ſpecie de ſocio interrogauerit Reum, 53.
cum

cum tamen debuerit eum tantummodo in genere interrogare, in hoc enim caſu nominatio nihil prorſus nominato obſtabit, bene Clarus, *quæſt.* 21. verſ. *Retenta*, *in fin.* vbi, quod Magiſtratus Mediolani ſimilem proceſſum ad Prætoris cuiuſdam ſuggeſtionem formatum annullauit, Gilhauſen. *vbi ſuprà*, *num.* 42. Farin. *quæſt.* 43. *num.* 132. vbi id limitat vt non procedat, cum contra perſonam nominatam adſunt in ſpecie indicia, Zanger. *dicto cap.* 2. *num.* 57.

55. Sextò conſiderare debent Iudices an hi ſocij criminis aliquem nominent, & in indicio comparuerint ſpe gaudendi impunitione ſibi, vel à lege, vel ſpeciali Principis edicto conceſſa, nam tunc non poſſunt in iudicio ſuſtinere, niſi partes Actoris, & Denunciatoris, ad hoc allegatur originalia doctrina Boſſij, *de Oppoſit. contra teſtes*, *n.* 21. Farin. *q.* 43. *n.* 192. Bardellon. *conſ.* 74. *num.* 12. Cyriac. *controu. forenſ. tom.* 3. *controu.* 488. *n.* 47. *& ſeq.* Giurba *conſ. crim.* 22. *n.* 19. Intriliol. *deciſ. Regni Siciliæ* 38. *num.* 4. Præſes Abauo *in praxi, & Theor. crim.* in verbo, *procurator*, *num.* 47. & nouiſſimè Aloyſ. Ricc. *in ſuis Collect. deciſ.* p 8. *col.* 1562. verſ. *Dum ergo conſtat*, hæc tamen tradita ratio habere poteſt locum in S. Officio in quo denunciantes vice etiam teſtis funguntur.

Vltimò Inquiſitores ſemper præ oculis in hac
56. màteria habere debent verba text. cap. *in fidei fauorem de hæreticis in* 6. poſtquam enim Pontifex dixit in fauorem fidei teſtes aliàs inhabiles admitti, ſubdit, *ſi ex veriſimilibus coniecturis, & ex num. teſtium, aut perſonarum, tam deponentium quam eorum contra quos deponitur qualitate ac aliis circumſtantiis, ſic deponentes falſa non dicere præſumitur.*

Et ſicut dicta ſociorum ſocios nominatos modis
57. quibus *ſuprà* diximus afficiunt, ita & eorum exculpationem multum Reis prodeſſe, contra Menochium *de arbitr. Iud. caſu* 474. *num.* 13. dixerunt, Farin. *d. quæſt.* 43. *n.* 12. Oſaſc. *deciſ. Pedem.* 79. *in fi.* Et Præſes Abauo, *in tract. Reatuum*, *q.* 19. *n.* 116. vbi hoc limitat, niſi contra inculpatum adeſſent claræ, & liquidæ probationes, quia tunc ait, poteſt Reus etiam ad mortem damnari, non obſtante exculpatione.

§. IX.

De Confeſſione extraiudiciali.

58. EX Confeſſione extraiudiciali Rei, regulariter oriri indicium ad torturam tradiderunt Clar. §. *fin. quæſt.* 21. verſ. *Confeſſio extraiudicialis*, Pegn. *part.* 3 *comm.* 116. verſ. *Cæterum non video*, Peguer. *deciſ. crim.* 17. *num.* 3. Farin. *de indic. & tortura*, *quæſt.* 36 *num.* 34. *& ſeq. & de Reo confeſſo, & conuicto, quæſt.* 82. *num.* 13. latiſſimè Giurba alios cumulans
59 *conſ. Criminali* 87. *num.* 20. vbi ampliant, hoc procedere etiam in confeſſione facta coram Iudice incompetenti, vt à Clerico coram laico, & in Confeſſione facta coram Iudice vbi priuato, ſiue parte præſente, ſiue abſente, Præſes Abauo *de reatibus*, *q.* 19. *num.* 15. P. Diana, *tract.* 6. *reſolut.* 12. *p.* 4. Faber. *in ſuo Cod. lib.* 9 *tit.* 21. *Def.* 22. Maſtriil. *deciſ.* 249. *num.* 3c. *lib.* 3. Io Griuel. *deciſ. Senatus Dolani*, 93. *n.* 6 Guazzin. *defenſ.* 32. *cap.* 34. *per totum*, qui alios omnes DD. allegant.

Vt tamen confeſſio hæc indicium faciat ad torturam ſufficiens, quatuor potiſſimùm requiruntur ad quæ omnia alia à Doctoribus requiſita reducuntur.

Primum eſt quod ſit veriſimilis, quod enim in-
uerisimile eſt habet ſpeciem falſitatis, ita Menoch. 60.
de præſumpt. lib. 1. *præſumpt.* 89. *n.* 17. Guazzin. *dicto c.* 34 *num.* 10.

Secundum eſt, quod ſit non generalis ſed clara
cum expreſſione loci, & temporis, Menoch. *vbi* 61.
ſuprà, *n.* 10. Guazzin. *n.* 9.

Tertium eſt, quod ſit facta non iocosè, ſed ſe- 62.
riò, Menoch. *num.* 19. Guazzin. *num.* 20. verſ. *Idémque erit* Gilhauſen. *dicta ſect.* 2. *num.* 61. Zanger. *de quæſt. & tortura*, *cap.* 2 *num.* 38. vbi addit requiri omnino, quod conſtet de delicto, Præſes Abauo *de Reatibus*, *quæſt.* 19. *num.* 15. *&* 17. vbi ait, quod ſic extraiudicialiter confitens delictum poteſt damnari, vti glorians de eo, iuxta text. in cap. *quam ſit graue*, *de exceſſ. Prælatorum*, de qua re latè dixi *in* 2. *p. huius operis.*

Quartum eſt, quod hæc confeſſio ſit plenè 93.
probata duobus teſtibus, cum ſit indicium à delicto remotum, Griuel. *dicta deciſ. Senatus Dolani.*, 93. *num.* 6. Menoch. *num.* 21. Guazzin. *n.* 13. vbi dicunt quod requiritur huiuſmodi teſtes, eſſe conteſtes, in loco & tempore, ſi enim vnus deponat de confeſſione in vno loco, & alius de alia confeſſione in alio loco, vtique confeſſio non probatur.

Diligenter tamen animaduertendum eſt cautelam à DD traditam, vt huiuſmodi confeſſio non noceat ſi reuocatur, de qua Gilhauſ. *vbi ſuprà*, *n.* 62. Zang. *cap.* 2. *num.* 40. Præſes Abauo, *num.* 16. Menoch. *dicta quæſt.* 89. *num.* 25. in praxi non obſeruari, vti atteſtatur Clarus, *dicta quæſt.* 21. verſ. *Confeſſio in fin.* niſi de errore doceatur, Farin. *quæſt* 82. *num.* 28. cum aliis per eum ibi allegatis, & per P. Dianam *in alleg. reſolut.* 14. verſ. *Notandum eſt.*

§ X.

De fama publica.

FAma ſola ſine vllis adminiculis nullo modo fa- 64.
cit indicium ad torturam, ſi tamen ſint adminicula, vtique ex ea poterit Reus torqueri, infraſcriptis tamen conſiderationibus adhibitis, ita Clar. *quæſt.* 21. verſ. *Fama ſola.* Giurba, *conſ. crim.* 43. *num.* 18. *&* 19. Gilhauſ. *in arbor. ind. cap.* 6. *p.* 5. *num.* 20. Zanger. *cap.* 1. *num.* 8. P. Diana *tract* 6. *reſol.* 13. *part.* 4 Ciarlin. *controu. forenſ. ind cap.* 10. *num.* 230. *& ſeq.*
Præſes Abauo *in quæſt. reatuum*, *quæſt.* 19. *num.* 26. 65.
Torreblanca *de Magia*, *lib.* 3. *c.* 17. *n.* 4. *& ſeq.* vbi quod fama fallax eſt, & quod fama nullus peior teſtis poteſt reperiri, & Ferd. de Caſtro Palao *tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 9. *num.* 9. qui alios allegant.

Quia tamen fama inter indicia valdè à delicto
remota enumeratur, ideo de neceſſitate requiritur, 66.
quod ſit plenè probata per duos teſtes omni maiores exceptione, Menoch *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 89. *n.* 31. Cyriacus *controu. forenſi*, 150. *n.* 49. Scaccia *de iud. cap.* 84. *n.* 29. *lib.* 1. Farin. *de indic. & tortura*, *q.* 47. *n.* 210 *& num.* 214. ait quod hæc qualitas, quod teſtes ſint omni exceptione maiores, de iure eſſet articulanda, & probanda, licèt aliter de conſuetudine ſeruetur.

Vt autem plenè probata dicatur, requiritur, quod 67.
nominentur per teſtes perſonæ à quibus audierunt talem Reum eſſe illius delicti, Farin. *dicta q.* 47. *n.* 229. *& n.* 230. vbi dicit quod hæc nominatio debet fieri à teſtibus etiamſi de hoc non interrogentur,
quia poteſt eſſe, quod fama ortum habuerit à ma- 68.
leuolis, quo caſu nihil probat, quidquid in contrarium voluerit Scaccia *dicto cap.* 84 *num.* 31. &

opinionem

opinionem Farin.ſequitur nouiſſimè Gilhanſen. *loca ſuprà cit num.*163.*&* 164.quod idem etiam in Criminalibus tamen dixit Marqnerd. Fieher. *in ſuo tractatu de fama*, *lib.*1.*cap.*6.*num.*57.qui vnanimiter docent teſtem qui de auctote Intertogatus reſpondet, ſe non recordarl, minimè famam probare.

69. Pulchrum tamen dubium monet Marquard. *vbi ſuprà, num.*17. verſ. *cum vero ſinguli*, An ſi ſinguli teſtes diuerſos nominent à qnibus audierint, nec poſt nominatos addant clauſulam, quod à pluribus aliis eudieriot, vt volebat Salicetus *in Lea quidam*, *n.*117.*de accuſ prob.*

In quo dubio tenet ipſe Marquard.& recte,quod probant, quod etiam docuerunt, Pegn. *p.*3. *comm.* 19.verſ.*Rurſus ſi teſtes*, & Farin.*dicta q.*47.*n.* 167. qoia licèt videantur ſingulares, tameo ſingularitas non obſtat probationi famæ, Alex.*conſ.* 51. *col.* 3. *vol.* 1.Aufre.ad Capel.Tholoſ. *deciſ.* 379. Cephal. *conſ.*437.*n* 54 qni alios cumnlant.

70 Non ſolùm autem teſtes etiam non interrogatl debent authores nominare, vt vltra allegatos probauit etiam Torreblanca *de Magia vbi ſuprà,num.* 15.*& ſeq.* ſed deponere vlterius debent ſe à maiore parte populi id dici audiuiſſe, ſecundum doctrinam Batt.*l.de minore*, §.*plurimum*, *num* 13.*& ſeq. de quaſt.*quam comm.loqu DD. atteſtantur, Farin. *vbi ſupra*, *num.* 137. Gilhauſen. *ibidem*, *num.*170. Marquard. Freher.*de fama*, *dicta cap.* 6.*num.* 13 *& ſeq* & hoc quidem de iure, nam in praxi paſſim

71. obſeruatur opinio Baldi *cap literas,n.*e.*de præſumpt.* vti atteſtatur Clar. §.*fin.quaſt.* 6. verſ.*debent etiam dicere.*Peguer.*deciſ.*17.*n.* 25. Seaccia *dicta cap.* 84. *num.*30.Farin.*vbi ſuprà*, *num.*257.*& ſeq.*Rot.Rom. *deciſ.*70e.*n.*1 *p.* 1.*in recens.*& apud ſanctæ memoriæ Greg. XV.*deciſ.* 273. vbi Beltram. qnod ſatis ſit, ſi teſtes deponant ſe publicè ita dici audiniſſe, Maſtrill.*deciſ.*295.*num.*12.*& ſeq.*vbi quod aliàs ex mille teſtibus vix reperitur vnus,qui famam probat.

72 Si autem teſtes interrogantur, quid ſit fama, tunc mihi placet diſtinctio Scaeciæ *dict.c.* 84.*n.*31. quod teſtis non teneatur reſpondere per verba iuris dando definitionem famæ, ſed per verba volgi deſcribendo eam more vulgarium, idem ſenſit in effectu Marquard.*vbi ſupra*, *num.*10.

73. Animaduertendum etiam eſt famam ortam poſt carcerationem Rei, vel Inquiſitionem ei tranſmiſſam nnn probare, Azeued.*conſ.*30. *num.*28.Giurba *conſ.* 91. *num.* 44 tunc enim fama non præſumitor orta ex veritate delicti, ſed ex illo actu carcerationis, Gram.*vota* 34. Marſ.Sig. 97. & Peguer.*vbi ſuprà*, *num.*27.

Plura autem à DD. noſtris enumerantur admi-
74. nicula Famæ, vt poſſit ex ea oriri ſufficiens Indicium ad torturam, fuga Rei, teſtes eliqui quamuis exceptionem patientes inimicitia, minæ, &c. Farin.*dicta q.*47.*num.*17.*& ſeq.*Gilhauſ. *loco alleg.n.* 33.*& ſeq.*

Sine tamen his adminiculis controuertunt DD. num ſola fama plene probata faciat indicium ad torturam ſi ſit vehemens, vel ſaltem in delictis occultis, & difficilis probetionis.

75. Et quidem quo ad primum, cum fama eſt vehemens ex ea ſola poſſe ad torturam deueniri dixit Peguer.*deciſ.*17.*num.*18.Farin.*num.*28. Gilhauſ.*num.* 40. Pegna *tertia parte comm.* 110. verſ. *Verùm hec communis*, Giurba, *conſ.* 87.*num.* 21.*& conſ.* 3. *n.* 58.qui, & alios allegant, & aiunt remiſſum eſſe in Iudicis arbitrio iudicare, quænam ſit fama vehemens.

Quamuis Maſtrill.*deciſ.*e95. *num.* 11.*val.* 3.atteſtetur in Regno Siciliæ, nomqusm ex ſole fama etiam vehementiſſima fuiſſe Reos tortos, loquitúrque *ibi* Maſtrill. in delicto nefando, quod enumeretur inter delicta difficillimæ probationis, & illius praxis forſitan illa eſt ratio, quod fama probata eo modo, qno nunc in Curiis ſeruatur, non dicitur legitimè probata ſecundum omnia requiſita illius probetionis, de quibus Farin. *vbi ſuprà*, *à n.* 208.*vſque ad finem*, & Lud.Gilhauſ. *num.* 148.*& pluribus ſequentibus*, adeo vt Gram. *conſ.* 41. *n.* 8. & Burſat. *conſ.* 87.*n.*45.dixerint,quod toto tempore vitæ ſuæ numquam viderunt proceſſum in quo fama eſſet legitimè probata. 76.

Quo verò ad ſecundum Clarus *quaſt.*21.verſ.*fama circa medium*, atteſtatur in delictis occultis, & difficilis probationis ſolam famam facere indicium ad torturam, & quod ita paſſim vidi obſeruari, & Clarum ſequitur Farin.*dicta q.*47. *num.* 11. Giurba, qui alios citat, *conſ.*13.*num.*18.Gilhauſen.*n.*27.Peguer.*num.*17. 77.

Superest modo vt pro complemento iſtius materiæ aliqua dicamus de effectu malæ famæ, & bonæ famæ.

Et quidem præmittendum eſt, quod cum S. Officium verſetur circa delicta, quæ aduerſus Catholicam fidem committuntur, ſemper bona fama Rei, in materia Religionis ei ſuffragari debet, & diminuit aliqualiter de indiciis fiſci, vt vidimus ſuprà cum de ſocio criminis agebamus pro vt etiam mala fama Rei in eadem materie Religionis ſemper nocet eidem,& auget indicia fiſci adeo, quod ſi non ſint ad torturam ſufficientia, ex adminiculo malæ famæ ſufficientia redduntur,vt ſæpè vidimus *in* 2. *part.in materia Sortilegarum*, *& retinentium libras hæreticos*; Peguer.*deciſ* 17.*num.*13. 78

Hoc præmiſſo extra Tribunal S. Officij loquendo ſtatuendæ ſunt duæ concluſiones.

Prima concluſio eſt, bona fama alicuius in genere, tollit malam famam eiuſdem in genere. & 79.
præſumptionem ex ea reſultantem, Peguer. *deciſ.* 17.*num.*13.Laurent.*deciſ.Auenion.*20.*num.*13. Farin. *num.*181. vbi quod in hac re teſtes Rei, præferuntur teſtibus fiſci deponentibus de mala fama, bona tamen fama Rei in genere non tollit indicia ſpe- 80.
cialia contra eum exiſtentia, Clar.§. *quaſt.* 60.verſ. *frequens etiam*, qui loquitur cum contra reum adſunt alia indicie vltra famam malam, Farin. *vbi ſuprà num.*192. vbi quod, quidquid dicant conſulentes pro Reis io hac materie, opinio magis pro- 81.
beta eſt, quod non obſtante probatione bonæ famæ in genere ex indiciis ſufficientibus Rei torqueantur. aliàs facillimè poſſent Rei euadere tormenta, Gilhauſen.*num.*136.qui alios cumulant, vnde Farin.*ibid.* 193. dixit malam famam in genere, non tolli à bona fama in genere, licèt eam aliqualiter elidat,vt dixit Boſſ.*de inquiſit.n.*15.

Nec propterea bonæ, & malæ famæ in genere probatio erit inutilis, qnia operabitur ſaltem vt Reus, vel grauius ex mala, vel leuius ex bona fama torqueatur,vt notat Farin.*dicto num.*190.

Secunda concluſio, mala fama in genere auget
ſuſpicionem delicti in Inquiſito, dummodo ſit in 82.
eodem genere delicti, idque ex volgari regula, Semel malus, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali,Farin.*n.*199.Gilhauſen.*num.*143.& Peguer. *deciſ.*17.*num.*13.

§. XI.

§. XI.

De fuga Inquiſiti.

83. BReuiter in hac materia procedendo conſtituen-
di ſunt duo potiſſimum caſus.
Primus caſus eſt, cum quis fugit ante accuſatio-
nem, vel Inquiſitionem illi tranſmiſſam & in
hoc caſu dicendum eſt ex tali fuga oriri indicium ad
torturam ſufficiens, ita Farin. *de indic. & tortura
quæſt.*48.Peguer.*deciſ.*17.*n.*31.Giurba, *conſ.*13.*num.*
19.Binsfeld.*l.fin.Cod.de malef.& Mathemat.*verſ.*o-
ptimum fuga.*Præſes Abauo *de Reatibus*, *q.*19. *n.*
35.Gilhauſen. *de quæſt. & tortura*, *cap.* 6.*part.* 7.
*ſect.*2.*num.*35.Zanger.*cap.*2. *num.*91.& hoc idem di-
cendum eſt in fugiente ſolo timore accuſationis,
quia ſuſpicio Rei idem operatur, ac ipſius rei exi-
ſtentia.
84. Secundus caſus eſt, cum quis fugit poſt accu-
ſationem, vel inquiſitionem, & tunc fuga non
eſt ſufficiens indicium ad torturam, niſi ſit admi-
niculata, Peguera *deciſ.* 17.*n.* 32. Giurba, *dicto
conſ.* 13.*num* 20.bene Maſtril. *deciſ.*296. *num.* 23. *&
ſeq.*vbi quod in hoc caſu non præſumitur fuga ca-
pta ob conſcientiam criminis, ſed ob timorem
moleſtiarum, & vexationum, quæ ex Inquiſitio-
ne, & carcere oriuntur.
85. Omnis tamen præſumptio ex fuga oriens tolli-
tur omnino ſpontanea comparitione. Maſtrill. *vbi
ſuprà num.*9.Giurba *conſ.*13.*n.*22.Farin. *quæſt.* 48.*n.*
48. *& n.* 55.vbi addit quod ſpontanea comparitio
debilitat etiam alia indicia.
Pariter ex fuga non poteſt ad torturam deueni-
ri, vbi illius poteſt aſſignari aliqua ſaltem colora-
86. ta cauſa, Peguer.*dicta deciſ.*17.*num.*15. Farin. *quæſt.*
48.*n.*36.& Gilhauſen.*n.*36.& hinc eſt, quod ex fu-
ga facta à carceribus cum proteſtatione eundi ad
ſuperiorem non oritur Indicium aliquod contra
Reum etiam ſi carceres frangerentur, vt latiſſimè
probauit Maſtrill.*vbi ſuprà*, *& num.*12.*& num.*29.
& ſeq.

§. XII.

Ex inimicitia quale oriatur indicium.

87. INimicitiarum aliæ capitales ſunt, aliæ non ca-
pitales, illæ contrahuntur ex liti omnium, vel
maioris partis bonorum, ex cauſa aliqua graui, ex
accuſatione criminali, ex detentione in carceri-
bus,ex iniuria atroci etiam conſanguineis facta, &
ſimilibus,de quibus latiſſimè Pegna *tertia parte di-
rect.comment.*116.& Farin.*quæſt.* 49 *num.*1. *& mul-
tis ſequentibus.* Non capitalis eſt, quæ oritur ex
cauſa non graui, in dubio autem an capitalis ſit,
nec ne inimicitis in arbitrio poſitum eſt iudicare
debentis, vt obſeruarunt Pegna, *vbi ſuprà*, verſ.
ſunt, qui dicant & Peguera *deciſ.*17.*num.*8.
88. Hoc præſuppoſito, quo ad inimicitiam non ca-
pitalem conueniunt ſcribentes eam ſolam nec ad
torturam, nec ad Inquiſitionem ſpecialem ſufficere.
Ita Clarus §.*fin.q.*21. verſ. *Inimicitia*, ibi, *Tu verò
dic*,& Peguera *dicta deciſ.*17.*num.*8.
Quò verò ad inimicitiam capitalem pariter cer-
89. tum eſt quod ſi ea ſit adminiculata facit indicium
ad torturam, ita Peguer.*dict.num.*8.verſ.*Si verò ini-
micitia reſultans*, Giurba qui alios latiſſimè cumu-
lat, *conſ. crimin.*13.*num.*7. verſ. *ad torturam tamen*,
Farin.*dicta quæſtione* 89.*num.*102.Inquiſitor Cante-
ra, *in ſuis quæſt.crim.cap.*2.*de probat.per teſtes in
rubr.de indic.ad torturam*, *num.*16.verſ.*bene verum
eſt*, vbi ait quod ad torturam ſufficit, quod inimi-
citia capitalis habeat pro adminiculo aliquam aliam
præſumptionem quamuis minimam, Lud.Gilhauſ.
in arbore Ind. crim. cap. 6.*p.*7. *num.*13. Zanger. *de
quæſt.& tortura*, *cap.*2.*num.* 111. *& ſeq.*
Si verò inimicitia capitalis ſit ſola, tunc magis 90.
communiter ſentiunt ſcribentes, ex ea non oriri
Indicium ad torturam, ita omnes DD. *ſuprà* alle-
gati *locis indicatis*, Præſes Abauo *de reatibus*,*q.*19.
*num.*46.bene Zanger.*dicto cap.*2,*num.* 113. vbi ait,
quod experientia docet, & hiſtoriæ atteſtantur,
Iudices qui ob ſolam inimicitiam accuſatos quæ-
ſtioni ſubiecerunt, & vi tormentorum confeſſio-
nem delicti extorſerunt, grauiſſimè erraſſe, & in-
ſontes damnaſſe, Egnat.*lib.*8.*cap.*4.Maſcard.*de pro-
bat.concluſ.*901.*n.*7.*& ſeq.*
Sufficiunt tamen inimicitiæ capitales ad nomen
Inquiſiti inter Reos collocandum, & inquiſitio- 91.
nem ſpecialem tranſmittendam, ita Clarus *loco ci-
tato*, & ſic re in Curia noſtra diligentiſſimè diſcuſ-
ſa ſub Illuſtriſſimo D.Don.Conſaluo de Salaman-
ca viro laudatiſſimo, & nobiliſſimo, & Cremo- 92.
næ Prætore annis 1636.& 37.dum ego eram L.T.
Aduocati fiſcalis pluries iudicatum fuit, & ſignan-
ter contra DD. Comitem Viſtarinum, imputatum
de nece Marchionis Franciſci Gonzagæ quamuis
in ea cauſa poſtea alij fuerint reperti Rei.
Bene verum eſt, quod in delictis occultis,& dif-
ficilis probationis Clarus atteſtatur, quod in pra- 93.
xi Rei, ex ſola capitali inimicitia torquentur, cu-
ius dictum aliis pluribus allegatis ſequitur Giurba,
*conſ.*13.*num.*3.& Senatus Sabaudiæ, apud Fabrum
*in ſuo Codice lib.*9.*tit.*21.*de quæſtio.definitione* 11.*n.*1.
in notis.
An autem, quæ hucuſque dicta ſunt procedant 94.
in inimicitia capitali reconciliata dubitarunt ſcri-
bentes, communis tamen reſolutio eſt, quod cum
reconcialitio eſt antiqua, idem non ſit iudicandum
ad effectum torturæ, de inimico capitali non re-
conciliato, & reconciliato, ſecus in reconciliatio-
ne de recenti, qui in illa videntur inimicitiarum
veſtigia obliterata, ita Farin.*quæſt.* 49 *n.* 110. Gil-
hauſ.*n.*15.Zang *c.*..*n.*115.M noc.*de arbitr. Iud.lib.*1.
*quæſt.*28.*num.*8.*& de præſumpt. lib.* 5.*præſumpt.* 43.
*num.*8 *& ſeq.*
Cum tamen inimicitia indicium ſit à delicto re-
motum, vt de ea in criminali Iudicio habeatur 95.
ratio, de qua ſupra, debet eſſe probata plene per
duos teſtes conteſtes omni maiores exceptione, vt
ſuprà generaliter de omnibus indiciis remotis do-
cuimus.

§ XIII.

De indicio minarum.

TVnc minæ de iure faciunt indicium ad tortu- 96.
ram cum ſunt plenè probatæ, cúmque qui
minatur eſt potens ſolitus minas exequi,ac poſt eas
intra breue aliquod tempus Maleficium ſequutum
fuit,ita Clarus *dicta q.*21. verſ. *Minæ*, Præſes Aba-
uo *d.q.*19.*n.*49 Giurba, *conſ.*91 *n.*34. *& ſeq.* Farin.
*conſ.*102.*num.* 44.Peguera *deciſ.* 17.*n.*11. verſ. *Vnde
neceſſario requiritur*, Zanger.*cap.*2. *n.* 44.vbi quod
eſt in arbitrio Iudicis ſitum, quodnam dicatur
modicum, vel breue tempus, Ludouic. Gilhauſ.
*d.part.*7.*ſect.*2.*n.*26.*& ſeq.*
Dixi de iure, quia ex obſeruantia Senatus no- 97.
ſtri Mediolani, cum ſupremum Tribunal ſit, Rei
probatis

probatis minis, & cauſa minarum indiſtinctè torquentur, vt atteſtatur Clarus *vbi ſuprà in fin.*

Sed ſi minæ non habeant annexas illas qualitates quas ſupra recenſuimus, tunc ſine dubio eas non facere indicium ad torturam, niſi alia adeſſent adminicula eorum tradiderunt DD. ſupra allegati locis indicatis, Caſtill.*dec. Regni Siciliæ*, 873 *num.* 1. *& ſeq.* vbi de minis prolatis ex iracundia, & iactatione, in conſideratione non habendis.

§. XIV.

De Variatione Rei.

98. IN pendentis Iudicis arbitrio ſitum eſt, an & quando ex variatione, & mendaciis Rei oriatur indicium ad torturam, conſiderata qualitate Rei, & mendacij, an ſcilicet ſit circa ſubſtantialia, vel accidentalia, an Reus incontinenti ſe correxerit nec ne, & ſimilibus, & præcipuè an adſint alia adminicula. Clarus *quæ ſ...ve.ſ. Mendacium*, Zanger *cap.* 2. *num.* 96. *& ſeq.* Gilhauſen. *ſect.* 2. *n.* 63. Pegna *p.* 3. *comm.* 510. verſ. *Sed in hoc articulo*, Giurba videndus *conſ.* 87. *num.* 7. *& ſequent.* qui alios latiſſimè allegat, bene tamen in hac re animaduertit Clarus, *vbi ſuprà*, quod ex hac ſola variatione ſine adminiculis ipſe numquam ad torturam deueniret, quod latius probauit Ferd. de Caſtro Palao *in opere morali. tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 9. *num.* 11.

§. XV.

De Variis aliis indiciis.

99. ASſertio vulnerati, ex vulnere mortui non facit indicium ad torturam, ſed de conſuetudine facit indicium ad inquirendum, ita Clar. *q.* 21. verſ. *Aſſertio vulnerati*, vbi addentes Honded. *conſ.* 102. *n.* 6. *lib.* 1. Peguer. *deciſ.* 7. *n.* 5. *&* 6. Gilhauſ. *ſect.* 2. *n.* 31. *& ſeq.* Carera *locis alleg. ſuprà, n.* 35.

100. Res alicuius reperta in loco delicti facit indicium ad torturam contra eum cuius eſt illa res, niſi indicium hoc fortiori præſumptione elidat, Zanger. *de quæſt. & tort. cap.* 2. *num.* 33. vbi idem dicit de forma pedis, quæ inuenitur in terra humida eius loci, vbi delictum fuit commiſſum, quæque correſpondet formæ pedis accuſati, de quo Bald. *conſ.* 427. *num.* 11. *lib.* 1. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 31. *num.* 12. & Maſcard. *concluſ.* 830. *num.* 21. & cum Zangero concordat Gilhauſ. *dicta ſect.* 2. *num.* 57. *& ſequ.* qui tamen arbitratur indicium illud ex planta pedis vti maximè vniuerſale eſſe leuiſſimum.

101. Secreta pariter allocutio ad aures alicuius qui ſtatim aliquod delictum perpetrauit, ſi alia adminicula concurrant ad torturam ſufficiet, cum ex ea præſumatur mandatum, Zanger *num.* 50. Gilhauſ. *num* 51.

102. Locus arguendi à communiter accidentibus, niſi alia adminicula adſint non facit indicium ad torturam, ſed bene ad inquirendum, vt cum quis frequenter ſolet introire talem domum in qua fuit repertus homo mortuus, Hyppolit. *in praxi in §. diligenter num.* 99. *& ſeq.* Inquiſitor Carera *de probat. per teſtes capitulo ſecundo, in rubr. de indiciis, &c. num.* 9.

103. Vnus teſtis impubes non facit iudicium ad torturam, imo nec vnus teſtis minor 10 annis, etiam in cauſa in qua veritas aliter non poteſt haberi, niſi adminicula alia adeſſent, Carera *vbi ſuprà, n.* 5 *& pluribus ſequ.* vbi bene notat, quod licet verum ſit in delictis occultis teſtes inhabiles admitti, non tamen inde ſequitur, quod tantum probent, quantum habiles, faciunt tamen indicium ad inquirendum, maximè iuncta aliqua præſumptione, vnde 104.
Carera *ibi num* 27. atteſtatur, ex ordine Supremæ Inquiſitionis Caſtellæ captos fuiſſe duos homines pro hæreſi ex teſtimonio vnius mulieris minoris 18. annis, quæ deponebat de cæremoniis Mahumetanis, ex eo quod ipſi erant de genere Maurorum. 105.

Teſtis ad inſtantiam fiſci contra Reum ad perpetuam rei memoriam receptus omni exceptione maior, in cauſa hæreſis probat in iudicio ad effectum Reum torquendi, etiam ſi non repetatur, vt v. g. deponit aliquis coram Inquiſitore mox ſe abſentat, vel à Iudice ſæculari mittitur ad triremes, vel aliàs non inuenitur, poſteà capitur Reus, & teſtis non inuenitur, certè ex illius dicto ad perpetuam rei memoriam recepto, poteſt Reus torqueri Carera, *vbi ſuprà num.* 46. verſ. *Prima illatio*, vbi, quod ita fuit 106.
determinatum in Supremo conſilio Inquiſitionis Hiſpaniæ, & in Inquiſitione Regni Galeciæ, vbi fuit proceſſum contra Matrem ex dicto eius filij Monachi recepti ad perpetuam rei memoriam, cum ex mandato ſuperiorum deberet ſe transferre in Italiam. 107.

Sollicitatio penes Iudicem, quod de tali delicto procedatur abſque vllo intereſſe ipſius in homine malæ famæ facit indicium ad Inquirendum, non ad torturam, in hoc homine verò bonæ famæ nullum prorſus facit indicium, Carera bene *vbi ſuprà, num.* 49. & cum hac diſtinctione puto intelligenda dicta à Zanger *cap.* 2. *num* 118. & Ludouic. Gilhau. *ſect.* 2. *n* 67. *& ſeq.* 108.

Confeſſio facta in tortura ſi reuocetur in ratificatione extra tormenta facit indicium ad torturam nouam, quæ poteſt repeti vſque ad tertiam vicem, ita Clar. *q.* 21. verſ. *Vlterius quæro* vbi addentes, Præſes Abaud *de reatibus, q.* 19. *num.* 15. *& ſeq.* vbi quod ita obſeruat Senatus Sabaudiæ. Carera *vbi ſuprà, num* 67. *in ſi* verſ. *bene verum eſt.*

Riualitas in amore aliquando ſolet à DD. noſtris conſiderari pro indicio ad torturam iunctis aliis, Farin. *conſ.* 191. *n* 9. *& ſeq.* vbi tria copulatiuè requirit vt ſuper riualitate poſſit fieri fundamentum, Amor reciprocus inter Amaſium, & Amaſiam, quod hunc amorem alter non ignoraret, & quod eundem Amorem ægrè ferret, & ſuper hoc indicio memini aliàs fuiſſe in contingentia facti actum in noſtra Congregatione S. Officij, neque tunc allegaſſe illud conſ. Farin. 109.

Et ne longius rem hanc protrahamus ex omnibus indiciis ex quibus oritur in criminalibus ſemiplena probatio, poteſt Iudex ad torturam deuenire, gloſ. Magiſtr. *in l. Maritus* in verbo, *à quæſtionibus, ff. de quæſt.* latiſſimè Farin. *de indiciis, & tortura, quæſt.* 36. *n.* 118. *& ſeq.* vbi quod hæc opinio verior eſt, & in iudicando omnino ſequenda, quidquid in contrarium dixerit gloſ. *in l. cum probatio, ff. de prob.* & Clar. *in §. fin. q.* 21. *in princ. & q* 20. verſ. *ad torturam etiam*, vbi quod ad torturam ſufficit probatio minùs quàm ſemiplena. 110.

***

§. XVI.

An plura indicia imperfecta coniunguntur ad effectum torturæ.

111. VEl indicia ſunt imperfecta in ſubſtantia indicij vt fama, minæ, inimicitia, &c. quæ vt ſupra vidimus de ſe non faciunt indicium ad torturam, & in hoc caſu dubium non eſt, quod coniunguntur, ſi de eis, & eorum ſingulis plene conſtet, quia plures ex iſtis indiciis remotis ſimul vnita ſufficiunt ad torturam, ita DD. omnes *infr.* allegandi.

Vel indicia ſunt imperfecta in ſubſtantia indicij, & in ſubſtantia probationis, quia ſingula in ſuo genere non ſint plenè probata; & in hoc caſu adhuc diſtinguendum eſt.

112. Vel huiuſmodi indicia tendunt ad vnum finem, vt quia vnus teſtis viderit Titium præparantem arma, alius eundem fugientem cum gladio euaginato, & alius eundem ſe in aliquo nemore abſcondentem, & in hoc caſu indicia huiuſmodi coniunguntur ad faciendum indicium ad torturam, ita Farin. *q.* 86. *n.* 100. Giurba *conſ. crim.* 87. *n.* 29. qui alios latiſſimè cumulat, Præſes Abauo *in tract. Reatuum q.* 19. *n.* 53. ac in his terminis procedit etiam in criminalibus regula, quæ ſingula non proſunt, iuncta iuuant, de qua modern. Barboſa *Axiom.* 209. *inter eius tractatus varios.*

113. Vel huiuſmodi Indicia à delicto remota non tendunt ad eundem finem, & inter ſe non ſunt ſubordinata, & tunc cum imperfectè ſunt probata ad effectum torturæ non coniunguntur, Dom. meus Peregrin *conſ.* 75 *num.* 30. *vol.* . Bo ell. *conſ.* 46. *n* 65. Surd. *conſ.* 152. *n.* 48. cum aliis allegatis per Giurbam *vbi ſupra, n* 10. Præſes Abano, *vbi ſupr. n.* 52. vbi notabiliter dixit, quod ſi vnus teſtis deponat de fama, vnus de confeſſione extraiudiciali, vnus de inimicitia, & vnus de fuga, non poterit Iudex eos coniungere ad effectum torturæ, quia indicia illa nec ad eundem finem tendunt nec inter ſe ſubordinata ſunt, & imperfecta ſunt in ſubſtantia indicij, & in ſubſtantia probationis, quia non plenè probata, & à delicto valde remota.

114. Sed hoc poteſt recipere declarationem ex traditis à Cantera *de prob. per teſtes, cap.* 2. *quæſt.* 5. *n.* 4. verſ. *quando verò tractatur*, vbi dixit, quod ſi vnus teſtis valdè dignus deponit de vno indicio remoto, & alter pariter multum dignus de alio remoto poteſt Iudex dictos teſtes coniungere ad effectum torturæ quia inducunt Iudicem in ſuſpicionem vehementem delicti.

Animaduerte tamen, quod in materia coniunctionis iſtorum indiciorum plurimum poteſt Iudicis timentis Deum arbitrium, vt *ſupr.* pluries vidimus in progreſſu huiuſce materiæ.

§. XVII.

An ex contumacia oriatur indicium ſufficiens ad Torturam.

CAſus hic quotidie contingit in Bannitis in contumaciam, ab Excellentiſſimo Senatu noſtro Mediolani intra biennium in forme admiſſis ad nouas defenſiones, hi enim quamuis in ſuis defenſionibus pleniſſimè probent innocentiam, attamen ex
115. inueterata conſuetudine huiuſce Status torquentur, ex ſola contumacia, & Bann, vt atteſtatur Clarus, *in §. fin. quæſtion.* 64. verſ. *Sed numquid Bannitus*, vbi quod ita pluries vidit obſeruari.

Et ratio huiuſce obſeruantiæ eſt traditio, DD. eorum qui magis communiter voluerunt, contumaciam, bannum, & ſententiam condemnatoriam ſubſequutam facere indicium ad torturam, latiſſimè Giurba *conſ. crim.* 13. *num.* 21. *&* 24. vbi ampliat hoc procedere etiam in bannito ſponte reuertente ad Iudicem. Marius Muta, *deciſ. Regni Siciliæ*, 80. *num.* 8. Præſes Abauo *in praxi, & Theor. criminali* verbo *contumax, numer.* 55. Caball. *reſolut. crimin. cent.* 2. *caſu* 110. *num.* 26. *& per totum*, vbi latiſſimè de his admiſſis ad nouas defenſiones. 116.

Et ex his patet quid ſit dicendum, de hæretico condemnato in contumaciam, qui quandocumque venerit, etiam ſi eius ſtatuta fuerit combuſta, audiendus eſt, & admittendus ad ſuam innocentiam probandam, vt dixi *in* 2. *part. tit. de inſordeſcentibus.* 117.

Hic enim quamuis concludenter probauerit ſuam innocentiam, adhuc ex contumacia ſola, & ſententia contra eum iuris ordine ſeruato lata eſſet arbitrio iudicantium torturæ ſubiiciendus, quia nimirum eius contumacia iuncta cum ſententia ſufficiens præbet indicium ad torturam.

§. XVIII.

An aliquando etiam ſine indiciis quis poſſit torqueri.

SVprà vidimus, Indicia omnino præcedere torturam debere, ita vt nec Princeps ipſe poſſit aliquem torquere ſine indiciis, Gramm. *voto* 32 *num.* 9. vbi quod ipſe ita reſpondit Cardinali Columnæ Proregi Neapolis, Clar. § *fin. qu.* 64. verſ. *Dixi quoque vbi addentes*, quod procedit in quibuſcumque cauſis, quantumuis atrociſſimis, etiam ſi ſint difficillimæ probationis, Farin. *q.* 37. *num.* 79. *& ſequentib.* & regula vulgata DD. quod in atrociſſimis licitum eſt iura tranſgredi, procedit in condemnando confeſſum, & conuictum, non autem in ordine iudicij, & tortura inferenda, Roland. à Valle, *conſ.* 11. *num* 72. *vol.* 3. Rim. Iunior *conſ.* 161. *num.* 32. Farinac. *vbi ſuprà, num.* 91. Oſaſch *deciſ* 79. *n.* 55. bene Delrius *diſquiſit. Magic. lib.* 5 *in appendic.* 2. *quæſt.* 81. 118.

In aliquibus tamen caſibus conſentiunt ſcribentes torturam ſine legitimis poſſe indiciis dari.

Primus caſus eſt cum Reus carceratus non vult 119.
reſpondere Iudici. vel ſaltem non præciſè reſpondet, Capicius, *deciſ.* 145. Diana alios latè cumulans, *tract.* 6. *reſolut.* 34. *parte quarta reſolut. moral.* Farin. *vbi ſupra, num.* 1-6. Idem fuiſſe practicatum in Supremo Tribunali Inquiſitionis Romanæ, ſcio, in Reo qui recuſabat iurare.

Prout idem ſeruandum eſſe in Reis ſimulantibus fatuitatem decidit Senatus Sabaudiæ, *lib.* 9. *ſui C. tit.* 31. *def.* 1. vbi quod aliquando ſolet Senatus iubere, vt huiuſmodi Rei fatuitionem ſimulantes in ſecretum locum ducantur, vt toti Senatui exhibeantur inſpecturo ex vultu & ſermone, quales revera ſint.

Secundus caſus eſt in homicida, vel aſſaſſino, 120
qui aliquem occiderit, quando inter ipſum, & occiſum nulla adeſſet inimicitia, vel cauſa, tunc poterit vti mandatarius torqueri ad indicandum mandantem, Farin. *dicta quæſt.* 37. *n.* 154. Quia nullus præſumitur delinquere ſine cauſa *l. & ſi certus ff ad Syllan.* vbi in indiuiduo Paulus I. C. ſic ait. *Et ſi percuſſor certus ſit, tamen habenda quæſtio eſt, vt cuius mandator inueniatur.*

Tertius

121. Tertius caſus eſt ex conſuetudine Status Mediolani ſecundùm quam bannitus, cuius ſententia debet executioni mitti, ſolet interrogari in tormentis ſuper aliis criminib. complicibus, & receptatoribus & generaliter idem obſeruatur in crimine Aſſaſſinij, furti, ſfroſaminî Annonæ, vel Salis, vti atteſtatur Clarus §. *fi. quæſt.* 64. verſ. *Succeſſiue quæro*, ibi, tamen nunquam.

122. Animaduerte tamen tu, qui in hoc fœliciſſimo Statu exerces officia criminalia, quod hæc conſuetudo, cum ſit ſtricti iuris non eſt extendenda ad alios caſus vltra ſupra expreſſos, vnde Senatus noſter Excellentiſſ. Mediolani cenſuit puerum ſodomitam confeſſum, non eſſe interrogandum ſuper aliis delictis eiuſdem generis, niſi adſint ſpecialia indicia, vti atteſtatur Portus *in annot. de Ambroſ. lib.* 4. c. 1. n. 5.

123. Quartus caſus eſt in cuſtode bonorum, caupona, &c. nam vtique cum ſint viles perſonæ & malæ famæ, poſſunt torqueri ſuper furto bonorum, quorum eſt cuſtos, Farin. *dicta quæſt.* 37. *num.* 159. *& pluribus ſeq.*

124. Quintus caſus, eſt in tortura ſuper complicibus iuxta ea quæ dixi *ſupra*, cum de ſociis criminis, & *in titul. de hæreſi in ſpeciali §. de tortura ſuper complicibus.*

§. XIX.

Quæ perſonæ poſſunt torqueri.

125. Regula generalis hoc loco præmittenda eſt, quod quilibet poteſt torqueri, qui non reperitur in iure prohibitus, ita Clar. §. *fin. q.* 64. verſ. *vbi ſubſint legitima indicia*, vbi addentes, Lud. Gilhauſ. *in arbor. iud. crim. c.* 6 *p.* 7. *ſect.* 1. *n.* 1. Præſes Abauo *de reatibus, quæſt.* 19. *num.* 69 *& ſeq.*

Et quidem in iure alij ſunt prohibiti torqueri ratione dignitatis, alij verò ratione periculi, vitæ
126. propriæ, vel alienæ.

Ratione dignitatis prohibentur torqueri Doctores, & I. C. Boſſ. *in tit. de ind. n.* 3. Clar. *vbi ſup.* verſ. *quæro an DD.* Præſ. Abauo *de reatibus, q.* 19. *n.* 73. Farin. *q.* 41 *num.* 56. vbi quod hoc in Statu Eccleſiaſtico non ſeruatur. In Statu tamen noſtro Mediolani bene hoc priuilegium obſeruatur, vt teſtatur Clar. *vbi ſup.* & Senatus noſter Mediolani literis datis ad Præt. Cremonæ, ſub die 3. Aprilis 1599. iuſſit Vincentium Oſcaſalem I. C. imputatum de
128. homicidij mandato, ex inſidiis commiſſi damnari in Aureis 100. loco torturæ.

Feudatarij quoque non torquentur, niſi eorum priuilegio renuncient, ſic Sen. Med. die 24. Febr.
129. 1599 literis Præt. Cremonæ datis iuſſit Ferdinandum Sic-um feudatarium Reum conſtitutum de delatione ſclopi rotati eo renunciante priuilegio ſuo torqueri, quod ſi recuſaſſet renunciare loco tor-
130. turæ damnati in aureis quinquaginta, ita etiam Clar. *vbi ſupr.* verſ. *Item quæro.*

Decuriones prohibentur torqueri, ex *l. omnes Cod. de Decurionib. l.* 12. ſuper qua lege latiùs immoratur Inquiſit. Cantera, *cap.* 2. *de prob. per teſtes. n.* 68.
131. ita Clar. verſ. *Præterea quæro*, Zanger. *de quæſt. & tort. c.* 1. *n.* 55. vbi allegat text. *in l. Decurion.* 1. 16. *Cod. de q. & l. omnes Iudices, Cod. de Decurionibus*, l. 10. & Senatus noſter Mediolani in hac materia ſic Præt. Cremonæ reſcripſit die 10. Iulij 1621. *Aſcanius Marinus Reus conſtitutus mandati dati ad occidendum Sidonium de Nettis, niſi eſſet ſexagenarius, & Decurio deberet torqueri ad eruendam veritatem propterea loco torturæ illum damnabitis in Aureis* 50. *mox eum abſoluetis.*

Nobiles in iure non torquentur, Clar. *vbi ſuprà* verſ. *vlterius quæro*, Inqu. Cantera *loco al. eg. n.* 59. Præſes Abauo, *de quæſt.* 19 *n.* 69. *& ſequ.* quod ipſe intelligit de vere nobilibus, & quidem nobilitate antiqua, non autem de his qui noſtris temporibus fortunæ beneficio nobiles dicuntur, cum non poſſent allegare Auum, nec fortaſſe Patrem qui aliquo nobilitatis ſplendore claruerint, contra quos etiam vide Queuedum omnino *de indic. & tort. p.* 2. *c.* 1. *n.* 8 verſ. *los nobles, de que hablan eſtas leyes*, 132.

Clarum vbi qui tamen, & bene addit hoc priuilegium, in prax. non obſeruari in noſtro Statu Mediolani, quid autem in Hiſpania obſeruetur vide Couar. *lib.* 2 *Variarum c.* 9. *n.* 4 Greg. Lop. 2, *l.* . *tit.* 30. *p.* 7. Otalor. *de nobilit. Hiſp. p.* 1. *principali cap. fin. n.* 4. & Gutz. *in ſimili tract. gloſ.* 1 *num.* 9. *& ſeq.* ac Michael de Lifuentes, *in l.* 79. *Tauri* vbi ponit caſus in quibus nobilis poteſt torqueri. 133.

Milites quoque non poſſunt torqueri, *l. Milites. Cod. de quæſt.* Clarus, *d. q.* 64 verſ. *quæro etiam*, Cantera *vbi ſupr. n.* 73. Zanger *d. c.* 2 *n.* 36. *& ſeq.* ſed hoc non ſeruatur in Gallia teſte Dionyſ. Gothofr. *in d. l. Milites*, nec in Germania, vt ait Zanger nec in noſtro ſtatu Mediolani, niſi in Militum Ductoribus, vt atteſtatur Clarus *vbi ſupra.* 134.

Officiales non torquentur durante officio, finito vero officio, ſic, niſi ob illud officium acquiſiuiſſent dignitatem perpetuam, vel alias etiam finito officio eſſent prius legiati Canter *vbi ſupra n.* 78. ver. *de Magiſtratib. autem, & de omnibus his perſonis priuileg.* videndus Queuedo *de indic. & tortur.* 2. *part. cap.* 12. 135.

In cauſis tamen ad noſtrum Tribunal S. Officij ſpectantibus ceſſant omnia ſupradicta priuilegia, vt ſingulariter notarunt, Simanch. in Enchiri. *iud. viol. Relig. tit.* 53. *n.* 20. Pegn. *p.* 3. *comm.* 10 verſ. *in conſtitutus*, Farin. *de hæreſi q.* 18. *n.* 111. Et ratio huiuſce Rei eſt, quia priuilegia illa ceſſant in crimine læſæ Maieſtatis Humanæ, *l.* 4. *C. ad l. Iuliam Maieſt.* Gilh. *d. ſect.* 1. *num.* 14. Zang. *c.* 1. *n.* 60. igitur multo magis ceſſare debent in crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, vt arguit Præſes Abauo, *in tr. de reatibus, q.* 19 *n.* 80. 136. 137.

Ratione autem periculi vitæ propriæ, vel alienæ torqueri non poſſunt de iure.

Minor annis 14. ita enim ait I. C. in l. de minore, ff. de quæſt. *de Minore* 14 *annis quæſtio habenda non eſt* ita tamen, vt ſi ſit proximus pubertati terreri poſſit, & habena, vel ferula cædi, vt dixit idem I. C. *in l.* 1 §. *Impuberi, ff. ad Syllan.* ibi, *terreri tantum ſolent, & habena, vel ferula cædi*, ita Zanger. *vbi ſupr. num* 33. *& ſeq.* Gilb. *ſect.* 1. *num.* 3. *&* 4. Farin. *q.* 41. *num.* 16. bene Clar. *quæſt.* 64. verſ. *Quæro numquid*, vbi ait Senatum iuſſiſſe quendam Martinum Magnonum eleuari in equuleo, licet eſſet minor annis 14. 138.

In crimine tamen hæreſis poſſe Impuberes poſſe torqueri ſi proximi ſint pubertati, & Medicorum Iudicio periculum non ſit, quod eorum ſalus periclitetur, arbitror cum grauiſſimis auctoribus videlicet Cantera *in quæſt. tangentibus Reum, q.* 9. *n.* 1. verſ. *vnum tamen credo*, Ferd. de Caſtro Palao *tract.* 4. *diſput.* 8. *puncto*, 9 *num* 14. Ioſeph. Seſſe, *deciſ.* 476 *num.* 20. *volum* 4. probaturque manifeſte hoc ea dicta l. de minore, vbi poſtquam dixit minorem 14. ann. non torqueri in §. 1. ſubdit, *ſed omnes omnino in Maieſtatis crimine quod ad perſonas Principum attinet ſi ad teſtimonium prouocantur cum res exigit torquentur*, 139. 140.

guentur, ex quo textu licet arguere minorem poſſe torqueri, ex natura dictionum vniuerſalium, particulæ aduerſariuæ, ſed quæ præcedéntibus ſolet aduerſari in iure, & in facto, & ex natura exceptionis quam DD. dicunt eſſe de regula, quod ſi ad ferendum teſtimonium torquentur, In crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ.

141. Senes ſi ſint decrepiti non torquentur ſecus ſi ſint robuſti, vnde Clarus, refert Senatum Mediola-
142. ni iuſſiſſe Senem quendam ſexagenarium torqueri, imo, & alium qui annos habebat 65. quantum tamen poterat habita ratione ætatis, *q.* 54. verſ. *non etiam det*, imò ibi atteſtatur Clarus eundem Senatum iuſſiſſe quendam decrepitum poni ſub equuleo, de iure tamen huiuſmodi decrepiti, torqueri non poſſunt Cantera, *cap.* 2. *de prob per teſtes*, *n.* 72. vbi quod decrepitudo incipit anno 75. Gilhauſ. *d ſect.* 1. *n.* 5. Zanger. *c.* 1 *n.* 40. vbi quod bene poſſunt terreri ad exemplum Impuberum Farin. *q.* 41. *n.* 24. *& ſeq.* P. Diana *reſol. moral. p.* 4. *tract.* 6. *reſolut.* 29. verſ. *nota etiam*, vbi, quod materia torturæ iuſtigendæ ſeni, & decrepito in S. Officio remittitur arbitrio Inquiſitorum, Guazzin. *de defenſ. Reorum*, *tom.* 2 *def.* 30. c. 12. *n.* 2. decrepito tamen tormentorum terror non eſt inijciendus niſi perrarò, & ex magna cauſa. decidit Sen. Sabaudiæ apud Fabrum *in ſuo C. lib.* 9. *titul* 21. *def.* 6. videndus in hac materia Præſ. Abauo, *in ſæpe cit. q.* 19. *n.* 75. In hac materia Confeſſarij ſollicitantis ſi ſit ſenex paſſim ſolet Sacra Congr. generalis Inquiſitionis mandare quod terreatur, ita tamen quod grauibus poſtea pœnis extraordinariis mulctetur. Et ſic quidam Sacerdos annor. 65. de ſollicitatione valdè grauatus, ſed non conuictus, in noſtra Inquiſitione Cremonæ de ann. 1614. de ordine Sanctiſſimi fuit territus pro habenda Confeſſione ipſius, mox damnatus ad carceres formales per decennium cum perpetuo exilio à loco delicti, ſuſpenſione à Diuinis, & Confeſſionibus, & priuatione vocis actiuæ, & paſſiuæ.

144. Mulier prægnans, nec torqueri poteſt, nec terreri, Zanger, c. 1 *n.* 41. & 42. Gilh. *ſect.* 1. *n.* 8. Clar. *in dicta q.* 64. verſ. *Quare modò*, vbi quod Senatus Mediolani noluit torqueri neque terreri vnam mulierem quæ lactabat, Præſes Abauo *in tract. de reatibus*, *q.* 19. *n.* 92. vbi quod non torquentur neque poſt 40. dies à die partus, & quod mulieres quæ aſſerunt
145. ſe prægnātes ſolent ab obſtetricibus de mandato Iudicis viſitari, & ſecundum earum relationem proceditur, vel non proceditur ad torturam, ita atteſtatur obſeruare Senatum Sabaudiæ. & ita etiam ſecundum prædicta obſeruandum eſt in S. Officio, Diana *vbi ſup.* Caſtro Palao, *tract* 4. *diſp.* 8. *punct.* 9. *n.* 15. latè Cantera *in quæſt. ſanguineibus*, *reum*, *q.* 10. *per tot.*

146. Vltra ſupra annotatos caſus in quibus poteſt, vel non poteſt inferri tortura, addo ego obſeſſum à Dæmone minimè poſſe torqueri, neque in Sancto Officio, Ruginell. *pract. q. c.* 38. *per totum*, vbi etiam dicit quendam à dæmone obſeſſum in oppido Seſſonæ in equuleo poſitum fuiſſe à dæmone ſuffocatum.

147. Tractandum eſſet hoc loco in quibus cauſis eſſe poſſit locus Torturæ, ſed quoniam in cauſis S. Officij certiſſimum eſt torturam indiſtinctè adhiberi iuxta ea quæ dixi in ſecunda parte huius operis, & in aliis Tribunalibus, ſolum habet locum tortura in delictis pro quibus eſt impoſita pœna capitalis, vel corporalis *leg. edictum*, ibi, *ſed cum capitalia, & atrocia maleficia.* vbi DD. *ff. d. q.* Ideo me remitto ad ibi tradita, & ad Peguer. *deciſ.* 16. Clar. *quæſt.* 64. verſ. *Præterea debet* Farin. *q.* 42. *n.* 6.

§. XX.

An, & quando Reus nouis ſuperuenientibus indicijs denuo ſit torturæ ſubiiciendus.

COmmunis concluſio DD. eſt, quod Reus ſemel ex indiciis ſufficientib. tortus, ſi noua ſuperueniant indicia, re tamen, & ſubſtantia à primis differentia denuo poteſt, & debet torqueri, Ita Pegn. 148.
comm. 39. verſ. *noua autem, in tertia parte*, *directorij*, Farin. *de indic. & tortura*, *q.* 38. *num.* 79. Clarus, *q.* 64. verſ. *Vltimò videndum eſt*, vbi notat ex Papienſi fatuum fuiſſe Iudicem illum, qui ex indicio famæ Reum torturæ ſubiecerat, & poſtea eundem iterum torſerat, quia ſuperuenerant alij teſtes, qui famam probauerant, ait enim Clar. non dicitur nouum indicium ſuperueniſſe ſed noua probatio antiqui indicij iam per torturam ſublati, Locatus *in indic. Inquiſit.* in verbo, *tortura*, verſ. *nota ſecundum Felinum.* Caball. *reſol. crimin. tom.* 1. *cent.* 2. *caſu* 195. *num* 44. 149.

In hac tamen materia animaduertendum eſt, quod indicia priora, per torturam fuerunt ſublata, ſecundùm Clar. *vbi ſup.* contra non poſſunt deſeruire amplius pro indiciis in s. tortura, quod etiam euidenter probatur, ex eo, quod c. 1. *Regni*, *frequens*, 150.
& ineffranata. ſtatuitur depoſitiones trium latronum ſociorum criminis conuincere alium ſocium, & tamen ſi iſte ſocius ex depoſitione vnius latronis fuerit tortus, & dimiſſus in forma, ſi poſtea ſuperueniant aliæ duæ depoſitiones duorum ſociorum criminis non poterit dici conuictus. quia primi latronis depoſitio fuit per torturam eliſa, ita Franc. *dec.* 577. Baltazar. de Angelis *in additione ad dec.* 78. Nicolai Ant. Gizzarelli, *n.* 7. *vol.* 2. & Didacus de Mari, *ad eandem deciſ. num.* 8. Giurba, *conſ.* 50. *n.* 41. vbi quod illud primum Indicium ex depoſitione primi ſocij emanatam verè per torturam fuit purgatum, ad quod facit etiam pulcherrima, & omnino memoriæ commendanda doctrina Farin, *q.* 4. *de Inquiſitione*, *n.* 29. *in eius addit. poſt* 3. *vol. conſil.* 151.

Si igitur ex nouis indiciis Reus eſt torquendus vtique de ſe ſola debent eſſe ad torturam ſufficientia, vt dixit, Franc. *d. deciſ.* 577. *n.* 2. *&* 3. & Guazz *in d. defenſ Reorum*, *tom.* 2. *defenſ* 30. *c.* 2: *num* 8. latè Viſcont. videndus *in ſuis conſ. iuris*, in verbo, *latrones*, vbi de depoſitione primi latronis ſublata per torturam, non coniungenda cum depoſitionibus duorum aliorum latronum ex poſt deponentium. 152.

An autem indicia noua ſuperuenientia debeant eſſe fortiora prioribus aliqui apud Clarum, *vbi ſup.* voluerunt quod ſic, ego totum hoc arbitror relinquendum Iuſto iudicare debentis arbitrio, bene verum eſt, quod ſi Reus ex indicio famæ fuit tortus iunctis adminiculis, poterit iterum torqueri ex indicio confeſſionis extraiudicialis iunctis aliis adminiculis, vt rectè ſenſit Queuedo *de indic. & tortur*, *part.* 1. *cap.* 7. *num.* 6. quia indicium famæ, & confeſſionis extraiudicialis differunt ſpecie, & ſubſtantia, licet ſint ſub eodem genere indicij remoti. 153.

Tandem animaduertendum eſt, quod cum indicia ſunt valde vrgentia, tunc etiam ſi noua non ſuperueniant indicia, poterit tortura repeti maximè ſi Reus, in prima tortura fuit leuiter tortus, ita Pegn. *d. comm.* 39. verſ. *ſit* 2. *Regula*, Farinac. *dicta quæſtione trigeſima octaua*, *num.* 7. Delrius *diſquiſit. magic. lib.* 5. *in* 2. *append. q.* 31. *&* 32. vbi quod tortura non poteſt repeti niſi per tres vices ad ſummum, & tribus diebus interpolatis, 154.

&

& dummodo qualitas perſonæ non impediat puta quia ſit perſona multum debilis, Peregr.*conſ.2.dub.* 26. *vol.* 2.

§. XXI.

De animaduertendis per Inquiſitores, & Iudices antequam ad torturam deueniant.

155. PLura ſunt ab Inquiſitoribus, & aliis Iudicibus animaduertenda antequam ad Rei torturam deueniant.

Et primò quidem ad torturam non debet Iudex procedere, niſi in ſubſidium aliarum probationum,
156. Clar. §.*fi.q.*64.verſ.*debet etiam*, Gothofred. *in ſuis notis,ad l. ff. de qu.*Zanger. *de quaſt.& tortur.c.* 2. *n.*2. Gilh. *vbi ſupra ſect.*2.*num.*1.*& ſeq.*

Secundò debet conſtare de corpore delicti,Clar. *vbi ſup.*verſ.*Debet autem*, Gothofred. *vbi ſup.*& de hoc latè dixi *in tit. de ſortilegiis*,quod tamen limitauit Senatus Sabaudiæ *in crimine aſſaſſiny*, apud Fabrum *in ſuo Cod.lib.*9.*tit.*21. *def.* 17. & in crimine veneni, cum cadauer, quia humatum,& corruptum non potuit per peritos rectè inſpici, à magna Curia Vicariæ apud Io.Baptiſtam de Thoro *in comp. dec.*
157. *Regni* verbo,*tortura an inferri poſſit inquiſito,tom.*1.

Tertiò conſiderari debet qualitas delicti, & per-
158. ſonæ torquendæ iuxta ſupra dicta §. *Quæ perſonæ poſſint torqueri*,

Quartò diligenter ponderanda ſunt indicia an
159. ſcilicet ſint ad torturam ſufficientia,iuxta notata *tot. hoc titulo*.

Quintò debet Iudex Reo torquendo dare defenſiones vna cum copia indiciorum, & quidem quidquid dicat Clarus, *in dicta quaſt.* 64. verſ. *Sed quid ſi ille*,ſecundum magis communem DD.ſententiam etiam ſi à Reo non petatur Hieron. Laurent. *deciſ. Auenion* 15. Farin. *de indic. & tortura, quaſt.* 39. *num.*90.*& pluribus ſeq.* Zanger. *cap.*4. *num. primo*, Gilhauſ. *ſect.tertia.num. primo*, & In Sancto Officio, eandem indiciorum copiam Reis ante torturam trahendam eſſe,) ſuppreſſis tamen teſtium nominibus,& etiam illis qualitatibus arbitrio Inquiſitorum ex quibus Reus poſſet venire in notitiam teſtium) tradiderunt omnes ferè DD. de noſtris materiis tractantes apud Dianam *parte quarta, reſolut. moral. tract.*6 *reſol.*28.non tamen huiuſmodi copia danda eſt teſti torquendo, vt dixit Farin. *vbi ſuprà,n.* 116.
160. vbi adſunt duæ allegationes inter ſe contrariæ in hac materia duorum inſignium I. C.

Sextò, debet Iudex proferre interloquutoriam, de Reo torquendo, Clar. *d.quaſt.*64 verſ. *Vbi nihil*, Gilhauſ. *dicta ſect.* 3. *num.* 4. *& ſeq.* Zanger. *cap.*4.*num.*1.Farin. *quaſt.*38 *num.*7. *& ſeq.*

Debet tamen apponi in decreto ſolita clauſula,citra præiudicium probatorum,vel confeſſi, & cõuicti, quæ præſeruat ius fiſci,& operatur,quod plene probata non elidantur per torturam.dummodo ſuper eis ſpecificè Reus nõ interrogetur,Boſſ.*de indic.ante tor. n.*130. Binsfel.*l.* 7.*q.*2.*concl.* 1. *C.de malef. & Mathem.*cum aliis alleg.per Dian.*vbi ſup reſ.*32 *per tot.*

Septimò, Tortura non eſt danda Reo, niſi poſt decem horas à ſumpto per reum cibo, & potu, Clar.
161. *vbi ſup.*verſ. *Decreta tortura*, Farin. *q.* 38.*n.*32.Gilhauſ. *ſect* 3 *n.*35.

Octauò,Si dies qua Reo inferenda eſt tortura,ſit ea qua ſolet laborare febre quartana vtique transferenda eſt in aliam diem, latè Giurba, *conſ.*8.*n.*4. *&* 28. qui, alios allegat & ait in eo caſu torturam debere eſſe leuem, & ſine ſquaſſis.

Nonò, Ex pluribus torquendis prius torqueri debet ille,à quo veriſimilius eſt veritatem faciliùs eruendam,Binsfel. *l ſi excepta, q.*1.*concl.*9. *C. de malef. & Math.* & ſic ab eo torturam inchoandam eſſe qui timidior eſt, & teneræ ætatis ad literam dixit I.C. 162.
*in l.vnius facinoris, ff. de quaſt.& l.*1.*§.*idem Hadr. *ff.eod.* vbi Gothofred. Gilh. *ſect.*3. *n.*36. *& ſeq.* vbi quod ob id priùs fœmina torquenda eſt,quam maſculus & priùs vxor, quam maritus, & filius, quam pater, de quo vide rem mirabilem, quæ in praxi accidit apud. Præſ. Abauo *de reatibus*, *q.*19.*n.*67.*& n.*64.vbi quod inter maſculos incipiendum eſt à minori,& viliori.

Decimò, Reus pluries, & pluries monendus eſt, 163.
ante torturam ad veritatem fatendam collectis in vnum breuiſſimè omnibus indiciis contra eum militantibus, eique obiectis, quo adhuc negante,ad decretum de torquendo de quo *ſuprà* deueniendum eſt,Gilh.*ſect.*3.*num.*30.Cartar *in praxi interrog. Reorum,lib.*4.*c.*1.*n.*59.& 60. vbi quod in monitione debet inſeri comminatoria, aliàs deuenietur ad remedia iuris,& facti.

§. XXII.

De animaduertendis in actu torturæ.

FActo decreto de Reo torquendo ducitur Reus à Birruariis locum tormentorum, vt pro decreti 164.
executione torqueatur; nonnulla autem notanda ab Inquiſitoribus, aliis iudicibus.

Primò,Iudex debet vti tormentis vſitatis ſecundũ conſuetudinem loci, non inuſitatis, Lud.Gilh *in arbore iud.crimin c.*6. *p.* 7. *ſect.*3.*num.*22. Clar. *q.* 54. verſ.*Item debet*,& in S.Officio regulariter datur tor- 165.
tura ſine ſquaſſis, & pondere ad pedes, vti dixi *in addit.ad tit de ſortilegiis.*

Secundò, dum ligatur Reus lictum Iudex debet 166.
eum benignè monere, vt veritatem fateatur, Cartar. *in praxi,lib* 4 *cap.*1.*n.*80.

Tertiò quia plerumque Rei in actu tormenti fu- 167.
nis opponunt de aliquibus impedimentis, ob quæ non poſſunt torqueri ſuperſedendum eſt à tortura, & periti adhiberi debent qui cum iuramento referant an poſſint eo tormenti genere torqueri,iniuncto etiam in eis in Sancto Officio iuramento ſilentij. Præſes Abauo *de reatibus,q.*19.*n.*94.

Quartò, tortura debet eſſe moderata iuxta qua- 168.
litatem indiciorum, in quo non poteſt dari certa regulà, & ad hunc effectum adhibendum eſt horologium, Gilhauſ. *vbi ſuprà,ſect.*3.*n.*50. P.Maſſin. *in praxi S.Officij. part.*0. *aſſert.*44.*primæ impreſſionis.*

Quintò, dum Reus ſtat in tortura eleuatus debet 169.
Inquiſitor, vel Iudex ipſe eum interrogare ſuper iis, quæ contra eum in proceſſu conſtant abſtinendo maxime ab omnibus ſuggeſtionibus, P. Diana alios referens, *p.*4.*reſol.moral tract.*6.*reſol.* 19.

Sextò, non facilè Rei dum ſunt in tortura eleua- 170.
ti deponendi ſunt,ſub prætextu, quod valdè pati videantur, vel quod velint veritatem fateri, niſi eam ſubſtantialiter ſaltem in tortura fateantur; experientia enim docet in illa depoſitione per quantumuis breue tempus facta Reos aſſumere vires, & difficilius poſteà ab eis veritatem haberi, ita enim accidit Franciſc. Bernard. Porrò, vt ipſe atteſtatur *in ſuis additionibus ad Ambroſinum, libro primo, capite ſexto, numer.* 41. in quodam Reo imputato crimine nefando, qui ſub prætextu veritatis dicendæ depoſitus, adeo fuit ex poſt in tortura obſtinatus, vt veritas

ab eo minimè potuerit hab-ri, & poſteà faſſus eſt ſe omne beneficium ſuæ ooo confeſſionis accepiſſe ab illa depoſitione.

171. Septimò, regulariter non eſt torquendus Reus vltra horam, ita enim in praxi ſeruatur, Potrus *ad Ambroſinum, lib. 4. c. 3.* vbi quod ounquam vidit iudices egredi horam.

172. Octauò, animaduertant Iudices tormentum ignis valdè periculoſum eſſe ſi eo vtamur, prout verè vtendum eſt, & citra omnem fraudem, quæ in eo ſolet aliquando adhiberi, vt patet ex exemplis adductis à Potro *ad Ambroſ. lib. 4. cap.* 8. per totum, quod ſi cum rigore ooo adhibeatur, paſſim videmus tormentum illud à Reis paruipendi, & nullam prorſum vim habere ad veritatis manifeſtationem, ita plurimi DD. apud P. Dianam, *p. 4. reſol. moral. tract. 6. reſolut.* 35. vbi, quod ob illud torturæ, genus in magna Curia Siciliæ, & in S. Officio eiuſdem Regni ampiius non obſeruatur.

Nonò, ao Rei in tortura ſint ex integro interrogandi, vel tantùm bis, vel ter monendi, vt veritatem fateantur, vide quæ dixi *tit.* 8 *n.* 35. *& 36. hac eadem tertia parte*, quibus addo tunc maximè io hac re pollere Iudicis arbitrium.

§. XXIII.

De animaduertendis poſt torturam.

173. REo ſufficienter æqui Iudicis arbitrio torto, mandare debet Iudex, quod à tortura d. ponatur diſſoluatur, brachia adaptarentur, reueſtiatur, ad locum ſuum reponatur, cum ſolita clauſula, *animo tamen illum torturæ iterum ſubiiciendi, quatenus opus ſit* Clar. *q.* 64. verſ. *Vltimò videndum*, Cartar. *in praxi in terrog. Reorum. lib. 4. c. 1. n.* 116. Gilh. *ſect. 3. n.* 51. *loco ſuprà pluries allegato.*

174. Quod ſi reus fateatur, animaduertendum eſt, quod illios confeſſioois oulla eſt habeoda ratio, niſi poſt tormenta, & quidem per interuallum vnius diei coram Iudice io loco, vbi Reus tormentorum inſtrumenta videre oequeat, ratificetur, Clar. *§. fin. q.* 64. verſ. *Cæterum ſi Reus*, Cartar. *d. c.* 1. *n.* 139. *& ſeq.* Cantera *in quæſt. crimin c. 2. de prob per teſtes, q. 1. n.* 67. Gilhauſ. *c. 6. p. 2. de confeſſ. num.* 4. bene Cabrer. *in ſua delineatione de metu lib. 1. cap. 2. num. 19. & 37.* qui alios allegat, Præſes Abauo *in tract. reatuum, q. 19. n.* 55. Bellon Papienſis *de his quæ fiunt inconſinenti, lib. 1. c. 100. num.* 2. & Ferdinandus de Caſtro Palao. *in opere morali, tract. 4. diſp. 8. punct. 9. n.* 15.

175. Si autem Reus ductus ad ratificandum ſuam confeſſionem, iterum eam reuocauerit, & ex poſt iterum examinis confeſſiooem in tortura emanatam ſpontè confirmauerit, noo obſtante reuocatione valebit confeſſio, ita Cantera *vbi ſuprà, n.* 66. vbi quod ita determinauit conſilium S. Inquiſitionis.

176. Ao verò ratificari debeat confeſſio emanata poſt comminationem torturæ, breuiter diſtinguendum, eſt de coofeſſione emanata metu torturæ proximo vt quia Reus confeſſus fuit in loco torturæ, dum ligaretur, &c. & in hoc caſu, cum metus torturæ idem operetur ac ipſa tortura, Maldonat. *conſ. 9. num.* 15. vbi latiſſimè Cabr. *vbi ſup. n.* 35. Marta *conſ. 42. n.* 16 vtique in hoc caſu coofeſſio ad eius validitatem egebit ratificatione, Pegn. *comm. 39. in 3 p.* Maldonat. *vbi ſup. num.* 13. Diana *d. tract. 6. reſolut.* 22. verſ. *Notandum eſt tamen*, ſi autem confeſſio emanauerit poſt comminationem tantummodo verbalem, tunc ſine vllo dubio valebit de ſe, abſque ratificatione, Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib. 2. cap. 39. n.* 4. quia metus oriens ex tali comminatione verbali, eſt remotus à tortura, & leuis, qui propterea actuali torturæ non poteſt æquiparari, Mald. *vbi ſup. n.* 15. verſ. *Aut terror torturæ fuit leuis.*

Si tamen confeſſionem in tortura emanatam, præcedat confeſſio extraiudicialis plenè probata, quod etiam tunc opus ſit, vt illa ratificetur extra tormenta denuo coram Iudice æquius teouerunt DD. quos ſequitur Diana *d. tract. 6 reſol.* 12. verſ. *Not.* 1. & ratio videtur euideos, quod confeſſio emanata in tortura nullum parat reo præiudicium, & habetur ac ſi non eſſet facta, vt *ſupra* vidimus, igitur manet ſola confeſſio extraiudicialis quæ noo ſufficit ad condemnandum licèt ſufficiat, ad torqueodum: aoimaduertere tamen benigne lector, quod contrarium decidit Senatus Sabaudiæ apud Fabrum *in ſuo Cod. lib. 6. tit.* 21. *de quæſt. def.* 22. ſed verè in praxi hæc opinio extra illum Senatum noo obſeruatur, vt latè dixit Farin. *de Reo confeſſo, & conuicto, q. 83. num.* 81. *& ſeq.* 177.

Vltimò ad finem huius §. notandum eſt quod hæc ratificatio non eſt neceſſaria in depoſitione teſtis facta in tortura, vt latiſſimè probauit Franc. Coltell. Adu. Romanus in quadam iuris alleg. impreſſa penes Farin. *de indic. & tortura, q. 39 n.* 139. & ita obſeruatur in praxi, quidquid voluerit Baiard. ad clarum aliàs per me allegatus. *in tit.* 7. 178. 179.

§. XXIV.

An tortura purget plenas probationes.

QVæſtio hæc potiùs procedit de facto, quàm de Iure, quia fatuus eſt Iudex, qui Reum conuictum torquet, non obſtante clauſula, citra præiudicium probatorum, ſi igitur de facto tali Reo tortura inferatur, quæritur, quid poſſit operari. 180.

Et breuiter concludendum eſt, quod operatur, quod Reus oon poſſit condemnari in pœnam ordinariam delicti, ſed in extraordioariam tantummodò, ita Farin. *de indic. & tortura, q. 40. n. 11. & ſeq.* vbi quod ita ſeruatur in praxi cum aliis cumulatis à Mario Giurba *conſ. crimin. deciſiuo 42. n.* 30. Et ratio eſt, quod tortura debet ad aliquid prodeſſe Reo, cùm ſit ſpecies probationis, Crauet. *conſ. 35. n.* 20. & loco teſtium ſoccedat, Farin. *conſ. 6 n.* 18. at non eſt æquum, quod tollat à Reo omnem pœnam, igitur ſaltem ab eo auferre pœnam ordinariam delicti.

Neque obſtat clauſula, citra præiudicium probatorum, quia ſi Reo conuicto detur tortura, & in ea parte in qua eſt conuictus interrogetur, vtique proteſtatio illa vti contraria facto non poterit prodeſſe fiſco, vt notant Doctores allegati à Giurba *dicto conſilio quadrageſimo ſecundo, num.* 9. 181.

Notanda tamen eſt vis mirabilis torturæ, quæ eſt purgare indicia etiam ſi quis fuiſſet tortus, à Iudice incompetenti, ita tenet Simanch. *de Catholica Inſtitution. titulo ſexageſimo tertio, num.* 56. & Cantera *de Reo, quæſtione duodecima, num.* 13. vbi quod ipſe vidit ſic practicari in conſilio Supremæ Inquiſitionis io Regnis Hiſpaniarum. 182.

§. XXV.

An actus prodigioſus, & præternaturalis faciat indicium ad torturam. 183.

POni poteſt exemplum io eo caſu, quem acci- diſſe atteſtatur Seſſe *deciſ. Regni Arragonum*, 111. vol. 1.

*vol.*1.in eo cadauere, quod exclamante Reo ad eius præſentiam in publica platea cuiuſdam oppidi Aragonum, quod Deus faceret miraculum, ſi ipſe erat Reus illius homicidij, eleuauit brachium dextrum, & digito notauit omnia vulnera è quibus ſanguis illico exiuit, & mox eodem digito ſignauit Reum ibi exiſtentem.

Quæritur igitur an actus ille prodigioſus fuerit indicium ſufficiens ad torturam.

184. Et quidem non eſt dubium, quod actus ſimiles poſſunt fieri à Dæmone, vt patet ex his, quæ diximus *in* 2.*part.tit.*12. *de ſortilegijs*, §. 1. & ex his quæ diſputant Theologi, *in* 1.*p. D.Thom. quæſt.*51. *per totam*. Vnde ſi conſideretur actus ille eleuationis brachij cadaueris, & indicationis delinquentis in abſtracto, non ſine ratione poterit probabiliter dici actum illum præternaturalem vel æquiuocum non poſſe de ſe facere indicium ad torturam, cum huiuſmodi indicia debeant eſſe certa, legitima, & à iure canonizata.

185. Si verò actus ille conſideretur cum circumſtantiis ſuis, & in concreto, & cum aliis adminiculis, de quibus in dicta deciſione, vtique non ſolum (& rectè quidem) ab illo Excellentiſſimo Senatu Regni Aragonum fuit iudicatum indicium ſufficiens ad torturam, ſed etiam ad condemnationem prout verè Reus ille fuit in pœnam mortis damnatus.

Fuit actus ille verè miraculoſus, vt ibi demonſtrat Seſſe, *num.* 30 quia verè ſupernaturalis, inſtantaneus, emanatus ad inuocationem Sanctiſſimi nominis Domini noſtri in teſtimonium veritatis D.Thom.*in* 2.2.*q.*178.*art.*2. & ibi Theologi, & adminiculatis pluribus aliis indiciis Rei veritatem mirificè comprobantibus, de quibus Seſſe omnino videndus, *vbi ſuprà per totam illam deciſionem*, & de hac emiſſione ſanguinis facta à cadauere vltra allegatus, *ſuprà in ſecunda parte, in titul.* 12. videatur Queuedo *de indic. & tort. prima parte, capite octauo num.*9.

TITVLVS XI.

De ſententijs, & modo terminandi proceſſus in cauſis Fidei.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit ſententia num.*2.*quid Res iudicata.*

3 *Decretum quomodo differat à ſententia.*

4 *Sententia alia interlocutoria eſt, alia definitiua.*

5 *Sententia lingua latina, in Tribunalibus Italiæ ſolent ferri, num.*6. *ſeq. vbi ſecus in ſententijs Sancti Officij & in alijs cauſis in alijs Regnis, & Prouincijs.*

8 *Sententia in ſcriptis ſunt ferenda, & de die, num.*9.

10 *Quamuis de iure Iudex teneatur per ſe legere ſententias, attamen Inquiſitores eas legere faciunt per Notarios, n.*11.

11 *Sententiæ fidei ſolent publicè, & in die feſto proferri.*

12 *Inquiſitores, & ordinarius debent in prolatione ſententiarum ſedere pro Tribunali, & cum Conſultoribus, n.*13.

14 *Sententia in cauſis fidei nunquam tranſeunt in Iudicium, n.* 15.*vbi quod hoc habet locum tam in ſententijs condemnatorijs, quàm abſolutorijs.*

16 *In ſententijs Inquiſitores ſolent ſibi reſeruare ius mitigandi & augendi pœnas, n.*17. *vbi quod hoc eſt inſigne priuilegium Inquiſitorum.*

18 *De iure poſt latam ſententiam non poteſt Iudex pœnas augere vel minuere.*

19 *Inquiſitores Hiſpaniæ non habent hanc facultatem.*

20 *Cauſæ augmenti, vel diminutionis pœnarum remiſſiuè.*

21 *Augere, minuere, vel commutare pœnas non poteſt Inquiſitor ſine Epiſcopo.*

22 *Ante ſententiam Reus citandus eſt ad eam audiendam.*

23 *In ſententia condemnatoria omnes errores Rei narrandi ſunt, & cum qua cautela.*

24 *In ſententijs non debent poni nomina teſtium, vel circumſtantia ex quibus poſſit veniri in cognitionem teſtium, n.*25.*vbi quod nec poni debent delicta, quo reus faſſus eſt, ob quæ à Iudice ſeculari poſſet puniri, vt homicida, &c.*

26 *In ſententia exprimi debet tempus quo hæreticus pœnitens in hæreſi permanſit.*

27 *Quo modeſtia vtendum in legendis publicis ſententijs.*

28 *Rei audire debent ſententias ſtantes, & nudo capite, n.*29.*vbi quod non ſunt interrogandi an delicta, &c. commiſerint.*

30 *Cum ſententiæ feruntur ex ordine S. C. eidem reſeruanda eſt facultas augendi, &c.*

31 *In ſententia condemnatoria non debent damnari hæreſes iam damnatæ.*

32 *Ad validitatem ſententiæ condemnatoriæ, non eſt neceſſaria præſentia Iudicis ſecularis.*

33 *De duobus modis Reum abſoluendi.*

34 *Remedium purgationis Canonicæ periculoſum eſt.*

35 *Quid ſit purgatio canonica.*

36 *Ex quibus purgatio indicenda, n.*37.*vbi quod pro modo ſuſpicionis eſt indicenda, & ſeq.*

38 *Compurgatores quales.*

39 *Purgatio tam coram Inquiſitore quam Epiſcopo facienda.*

40 *Purgatio duplex.*

41 *De Relapſo in hæreſim, à qua ſe purgauit Reus.*

42 *Quomodo procedatur contra recuſantem ſe purgare.*

43 *Hic modus terminandi proceſſum in quo differat à 7.*

44 *Indicia priora ſublata per torturam non poſſunt deſeruire amplius alijs indicijs ſuperuenientibus.*

45 *De* 4. 5. 6. *&* 7. *modo terminandi proceſſus fidei, num.*48.

46 *Abiurantes de vehementi ſolent abſolui ab excomm. ad cautelam n.*47.*vbi quid de abiurantibus de leui.*

49 *De alijs quinque modis terminandi proceſſus.*

50 *In Criminalibus Reus debet perſonaliter comparere, non per procuratorem, & in Officio, & de ratione, num.*52.

51 *Homicida non admittitur ad probandum occiſum fuiſſe bannitum niſi in carceribus ſiſtat.*

52 *Deciſiones Senatus Mediolani.*

54 *Admittitur procurator ad allegandam Rei abſentiam.*

55 *Modus procedendi contra hæreticos abſentes ex c. cum contumacia de hæret in* 6.

56 *Modus procedendi contra hæreticos abſentes in forma ordinaria.*

57 De degradatione relaxandi brachio ſeculari.

58 Qua ſolemnitate fiant in Hiſpania actus fidei, vbi ſingularis Commendatio Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. D. Don Conſalui Braui Graxera à Secretis S.C. M. & Inquiſitoris meritiſſimi in Regno Sicilia, ac Pietatis, & Religionis totius Hiſpana nationis.

VIſis his quæ ad ordinem proceſſus in Saero Tribunali ſpectaut, ſequitur, vt de ſententiis definitiuis videamus, & de modis quibus proceſſus in cauſis fidei ſolent terminari.

§ I.

Quid ſit ſententia.

1. QVamuls ſententiæ nomen pro opinione aut ſenſus ſignificatione aecipi ſoleat, *l.hac conſultiſſima, §.at cum humana, Cod.qui teſtam.facere poſſunt, l.ſi adibus, ff.de damno infecto*, attamen hoc loco capitur ſéutentia pro aibiitio Iudicis, quo controuetſiam dliudieat, extremúmque ei finem imponir, gloſſ.e.*cum olim de teſtibus* Abb. *vltim. num.*10. *de ſequeſtrat. poſſ. & fructuum*, definitut igitur ſententia, vt ſit indicialis definirio, controuerſiæ finem imponens, ita Speculatot *tit. de ſent. in initio, lib.*2 *p.*3.Hoſt.*in ſum.eod. tit.num.* 1. cum aliis allegatis à Sigiſm.Scacc. *de ſent. & re indicata gloſſ.*14.*q.*2.*num.*1.vbi alias ponit definitiones ſententiæ quas cum prædicta concordare aſſeuerat.

2. Res iudicata dicitur à I.C. *in l.*1 *ff.de re indicata*, quæ Indicis pronunciatione finem controuerſiaium accepit, at ſecundum Canoniſtas dieitur ſententia, qnæ appellatione non interpoſita, vel aliter tranſiuit in rem iudicatam, ita Abb. *in Rubr. de ſent. & re indicata*, eum aliis apud Seacc.*vbi ſuprà gloſ.* 14. *num.*3.*& pluribus ſeq.*

3. Et ex his ſequitur, quod decretum à ſententia differt, nam vt inquit Cynus *in l. placet, num.* 2. *Cod. de Pedan.Iudicibus*, & Bart.*l.nec quidquam §. vbi decretum, num.*6.*ff. de officio Proconſulis*, decretum eſt conſideraia Indieis prouiſio;ſed circa abſolutionem, vel condemnationem;ſententia verò eſt pronunciatio Iudieis continens abſolutionem, vel condemnationem, Simoncell.*de Decretis, in prafat.num.*2. & Scaecia *vbi ſuprà, num.* 47. *& ſequent.*

§. II.

Quotuplex ſit ſententia.

4. COmmuniſſima ſententiæ diuiſio eſt, in ſententiam definitiuam, & interloquutoriam. Iaſ. *l.ne quidquam.§.vbi decretum.ff.de officio Proconſulis*, Veſemb.*in paratit.ff.re indic.n.*4.Scacc.*d.gloſ.* 14.*q.*3. *&* 4 Rebuff.*in tit de ſent.execut.in prafat.n.*3.*ad Regias Gallia Conſtitutiones*, & alij apud eos.

Definitiua eſt, quæ totam cauſam terminat, interloquutoria verò, quæ definit incidentia, & emergentia articula, dum adbue principale negotium pendet.

§. III.

Qua lingua ſententia ferri debeant.

5. SEntentiæ tam ciuiles, quam eriminales apud omnia ferè Tribunalia Italiæ ferri ſolent lingna Latina, ſtylus hie, & notorius eſt & rationabilis, eum enim legibus, & ſacrorum Canonum conſtitutionibus iudieemus, quæ Latino ſermone confectæ ſunt, æquum eſt, quod etiam ſententiæ Latino ſermone ferantur, ita Scaecia *de ſent. & re ind.gloſ.* 14 *q.* 28.*n.* 1. *& ſeq.*vbi etiam bene probat non eſſe de neceſſitate ſententiæ, quod bac lingua potius ferantur, quàm alia materna.

6. Hic Italiæ ſtylus non procedit in cauſis fidei, in quibus ſententiæ ſolent materno ſermone ferri, vt ab omnibus intelllgantur, tam peritis, quam imperitis, Scace.*vbi ſuprà, n.*6.*& ſeq* & ſtylus etiam hie eſt notorius in Italia, vt patet ex forma ſententiarum, de quibus apud Scaec.*de ſent.gloſ.*14.*quaſt.*7.*n.*178.ibi, *Noi.Fra Martino*, & P.Maſſin.*in praxi Sancti Offic.p.*8.*fol.*184 ibi *Noi Fra N.Inquiſitor, &c.*ſecundæ impreſſionis, prout etiam in Hiſpania eadem materna lingua ſolent ſententiæ huiuſmodi proferri, Paulus Garz. *En la orden de proceſſar en el S.Officio, fol.* 31. *ibi, Viſto por nos los Inquiſidores.*

7. Et verè nunc excepta Italia in omnibus ferè aliis mundi regionibus ſenteotiæ etiam in aliis cauſis materno propriæ regionis ſermone ferri ſolent: Ita in Regnis Hiſpaniarum fieri conſtat ex praxi ſæculari, & Eeeleſiaſtiea, Suar.de Paz, & ex praxi Peguetæ vbi formulæ omnium actorum decretorum, & ſententiarum conſcripiæ ſunt Hiſpana lingua, In Regno Portugaliæ, vt videte eſt ex Areſtis illius Senatus poſt decisionem Georgij Cabet.*tom.*1.& Melchioris Phibi:In Senatu Dolano, vt videre eſt ex Areſtis eiuſdem Senatus, poſt deciſionem Ioan.Griuel:In Regno Franciæ, vt conſtat ex Areſtis Paponij Gallica lingua impreſſis:In Germania, vt conſtat ex Ludouieo Gilhauſ. in ſua Arbore tam Ciuili, quam Criminali In Saxonia, vt apparet ex deciſionibus Berlichij:Et in Ducatu Sabaudiæ, vt videre eſt ex Areſtis illius Senatus, apud Præſidem Abauo ſparſim inſertis in eius tractatu Reatuum, & in praxi ac Theorica criminali.

§. IV.

De aliis circumſtantiis ſententiarum, in cauſis fidei.

8. SEntentiæ in cauſis fidei ferendæ ſunt in ſcriptis, Pegna *in direct.p.*3.*com.*40.verſ. *Prateréa in ſcriptis ferri debet.* Farin. *de hereſi, q.* 185. *num.* 166. Souſa *in Aphoriſm.Inquiſit.lib.* 2.*cap.*36. *num.* 6.P. Maſſin.*in praxi S.Officij, p.*10. *aſſert.*184.vbi quod aliàs lata ſententia condemnatoria contra hæreticum eſſet nulla, quamuis ex poſt redigeretur in ſcriptis, quod generaliter de omni ſententia dixit Scaccia *de ſent.& re indicata, gloſ.*12.*per totam*, vbi omnino videatur.

9. Haſce etiam ſententias, de die, & non de nocte eſſe ferendas regulariter, dixerunt Pegna *ibi ſuprà*, verſ.*Iam ſententia Reorum*, Farin. *num.* 165. Souſa *ibid* Zanard.*in Summa tom.* 2. *cap.* 134. verſ. *Tertiò ſententia legetur*, P. Maſſio.*in praxi, part.* 10.*aſſert.*23.qui omnes boe limitant niſi ratio aliud ſuadeat quod ſcilicet ferautur de nocte, vt in caſu quem refert Pegna dicto verſ.*Iam ſententia reorum.*Videatur Polydor.Ripa *de nocturno tempore, cap.*134.*per totum*, vbi bene loquitur in hac materia.

10. Et quamquam Iudex ipſe de per ſe teneatur legere ſeuteutiam ſecundum iuris diſpoſitionem, Bart.Caſt.& alij *in l.*1.*Cod.de ſent.*ex periculo recitandi,

andi, Scacc.*dicto gloſ.* 12. *num.*10. (quidquid aliàs hodiè de conſuetudine obſeruetur) attamen Inquiſitores, quia inter perſonas Illuſtres numerantur per alios poſſunt, ſententias fidei recitare. Pegna *dicto comment.* 40. verſ. *& quamquam*, Simanch. *de Cath. Inſt. tit.* 60. *num.* 1. Farin. *num.* 70. Souſa *num.* 7. Scacc. *dicta gloſ.* 11. 30. qui alios allegant, & ita in praxi ſeruatur, Caſtro Palao *diſputat.* 8. *punct.* 11. *num.* 7.

11. An autem ſententiæ in his cauſis publicè debeant pronunciari, vel ſecretè, me remitto ad dicta *in titulo ſequenti de abiuratione*. Illud certum eſt, quod cùm publicè proferuntur ſolent ferri in Eccleſia, & die feſto, ita enim praxis obſeruat Italicarum quidem Inquiſitionum, vt conſtat ex Scacc. *dicta gloſ.* 14. *quaſt.* 18. *num* 7. & 8. & Inquiſitionis Hiſpaniæ, vt videre eſt ex inſtructione Toletana, anni 1561. relata à Pegna *in* 3. *p. comm.* 45. verſ. *Certe in Hiſpania*, & P.D. *ana reſol.* 98. *tract.* 8 *p.* 4. & Salced. *ad Diaz, cap.* 114. verſ. *fuit aliquando controuerſum*, vbi, quod in Hiſpania etiam ſententiæ relaxatoriæ brachio ſæculari publicantur in die feſto, licèt non in Eccleſia, Scaccia, & Pegna *loco cit.* Paulus Garz. *in praxi, fol.* 32. ibi: *Dada y pronunciada fue, &c.* (loquens de relaxatoria brachio ſæculari) *en la plaza maior deſta Ciudad de N. en vnos cada balſos altos de madera, Domingo a N. dias, &c.* bene P. Maſſin. videndus *in ſua praxi, part.* 10. *aſſert.* 21. vbi ait, *le attioni publiche della fede deuono celebrarſi in giorno di feſta nella Chieſa, &c.*

12. Debent etiam Inquiſitores, & ordinarius pro Tribunali ſedere, cum ſententias in huiuſmodi cauſis fidei ferunt, P. Maſſin. *in allegata aſſertione* 23. & de hoc eſt text. *in cap. vltim. de ſent. & re iud. in* §. *Sancimus in Auth. vt ab illuſtribus.* pleniſſimè
13. Scaccia *de ſent. & re indicata gloſ.* 8. *n.* 5. *& ſeq.* & quidem cum toto ſuo Tribunali id eſt vnà cum Conſultoribus, Pegn. *dict. comm.* 40. verſ. *Ad hac de quorum conſilio huiuſmodi ſententia ferenda ſunt*, cap. *vt commiſſi de heret. in ſexto*, Caſtro Palao *diſp.* 8. *punct.* 11. *num.* 1. *& ſeq.* Souſa *dicto cap.* 36 *n.* 9. qui alios allegant.

§ V.

An ſententia in cauſis fidei tranſeant, in iudicatum.

14. SPeciale eſt in cauſis fidei, quod ſententiæ in eis latæ nunquam tranſeant in Iudicatum, ita Sanctæ memoriæ Pius V. in Conſtitutione ſua incipiente, *inter multiplices*, Pegna *comm.* 37. verſ. *Sed quid ſi abſoluatur*, Simancha *de Cathol. Inſtit. tit.* 60. *num.* 13. Farin. *quaſt.* 197. *num* 28. *in Octauo ſpeciali*, Souſa *dicto cap* 36. *num.* 31. Diana *reſolut.* 10. *tract.* 8. *parte quarta*, P. Maſſin. *in praxi. p.* 10. *aſſert.* 20. P. Zanard. *in ſumm tom.* 2. *cap.* 131. verſ. *Primò notandum*, qui omnes concludunt abſolutum in hoc crimine ſuperueniente plena probatione non poſſe ſe tueri exceptione rei iudicatæ contra Decium, *conſ.* 137. incip. *Diligenter pro tenui facultate eſt.* Scacc. *de ſent.*
15. *& re iudic Gloſ.* 14. *quaſt.* 7. *num.* 162. vbi quod hoc habet locum non ſolum in ſententiis abſolutoriis, ſed etiam in condemnatoriis, in hoc Tribunali, vnde ait, quod ſicut ex ſuperueniente probatione delicti remouetur abſolutio, ita ex ſuperuenienti probatione Innocentiæ auferri debet condemnatio, bene Caſtro Palao *loco ſupra allegato, num.* 10. vbi dixit, quod probationes ſuperuenientes, poſſunt coniungi cum antiquis probationibus cum ob harum inſufficientiam Reus fuit abſolutus ab Inſtantia iudicij, ſecus dico ego vbi probationes antiquæ fuiſſent per torturam ſublatæ, vt dixi *in titulo de indic. & tortura.*

§. VI.

De clauſula ſolita apponi in ſententiis Inquiſitorum, Reſeruandoſi à Noi la facultà d'accreſcer, ò ſminuir, *&c.*

IN ſententiis, quæ in hoc Tribunali feruntur ſolet apponi conſueta clauſula materno ſermone 16.
ſic concepta. *Reſeruando à noi l'autorità d'accreſcer ò ſminuir, comutar, rimetter, ò condonnar, in tutto, ò in parte le ſudette pene, & penitenze*, vt videre eſt, ex P. Maſſin. *p.* 2. *fol. mihi* 201. & Eymerico *in* 8. *modo terminandi proceſſum* verſ. *item ſententialiter te condemnamus.*

Hoc inſigne eſſe Inquiſitorum priuilegium exclamat Pegna ad dictum locum Eymerici, *comm.* 17.
44. verſ. *Retinentes nobis*, addo ego ex eodem Pegna priuilegium hoc antiquiſſimum eſſe, & cum ipſa ferè delegata Inquiſitione naſcente exortum, ita enim in Conſilio Narbonenſi, *cap.* 7. cautum reperitur, *illa ſemper retentione cautè adhibita, vt liceat vobis &c. iniunctis pœnitentiis addere vel detrahere*, text. eſt, etiam ad hoc in cap. *vt commiſſi*, §. *nec non de haret. in* 6. *ibi mutandi, & mitigandi*, vbi Canoniſtæ.

Et verè hoc eſt Inquiſitorum ſpeciale priuile-
gium, quia aliàs de iure communi Iudex poſt la- 18.
tam ſententiam non poteſt, neque augere, neque minuere pœnam, *l. moris*, §. *Ipſe ferè*, *ff. de pœnis*, cum aliis allegatis à Præſide Abano *in ſua praxi criminali*, §. *Iudex*, *num.* 38. vbi hoc limitat in duobus caſibus ſcilicet in ſententiis latis in crimine hæreſis, & cum augeretur, vel minueretur conſulto Principe Supremo, Conar. *variarum reſol. l.* 2. *cap.* 9. *n.* 8. Souſa *l.* 3. *c.* 30. *n.* 4.

Hanc facultatem habent Inquiſitores Italiæ, ſed
non Inquiſitores Hiſpaniæ vt notabiliter dixit Ro- 19.
yas *ſing.* 155. *num.* 4. *&* 5. *& de hæreticis, part.* 2. *num.* 200. *&* 382. quia in illis Regnis hæc facultas eſt reſeruata Supremo Inquiſitori ex Inſtit. Hiſpalenſibus de quibus Simanch. *de Cath Inſtit. tit.* 16. *num* 20. Pegna 3. *part. comm.* 108. verſ. *Poſtremo de commutatione, & comm.* 141. Vnde in formulis ſententiarum in cauſis hæreſis fieri ſolitarum de quibus Paulus Garz. *En la orden de proceſſar, fol.* 51. *& ſeq.* non adeſt clauſula ſupradicta, *Reſeruantes* &c. Souſa *cap.* 37. *num.* 12. *lib.* 3. Anguian. *de legibus, tom.* 1. *lib.* 2. *controuerſ.* 7. *num.* 31. 32.

Cauſas ob quas, pœnæ vel ſunt augendæ, vel
minuendæ, breuiter notat Eymericus *num.* 196. ibi, 20.
prout maior, vel minor correctio patientia, vel humilitas, appareneris delinquentis, & ibi Pegn. in verſ. *qua autem ſint cauſa*, P. Zanard. *loc. alleg. c.* 136. verſ. *Sexto poterit Inquiſitor*, Souſa *in Aphoriſm. Inq lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 3. *& c.* 38. *num.* 12.

Illud magis verum, magiſque commune eſt non poſſe Inquiſitores has pœnas commutare, vel au-
gere ſine Epiſcopo, nec vice verſa, Farin *de hæreſi*, 21.
quaſt. 186. *num.* 76. qui alios allegat, nunc autem hoc planè certum eſſe, ex Decreto Sacræ Congregationis ita mandante Sanctiſſim. D.N. Vrbano Papa VIII. aſſerit Bariola *in Aphoriſm. ſub littera P.* in verbo *Pœna*, *num.* 15.

§ IX.

De ſecundo modo terminandi proceſſus in cauſis fidei.

SEcundus modus term nandi proceſſum eſt per purgationem Canonicam, de qua in cap.*ad abolendam.*§ *qui vero fuerit de hæreſicis* , vbi DD. & præc puè Modern.Barboſ.

34. Quia tamen remedium hoc purgationis periculoſiſſimum eſt , & fragile, ac propterea in Supremo Vrbis Tribunali ab aula fere receſſit , vt atteſtatur F in.*de hæreſi* , *q.*194.*n.* 64.*in fin.*Ideo breuiſſime de eo agam, lectorem remittens ad DD per me allegandos.

35. Purgatio Canonica eſt crimine ubiecto Innocentiæ oſtentatio ſecundùm formam à iure præſcriptam , ita Simancb.in hac materia ſemper videndus *de Cathol.inſt.tit.*<(*num.*3.Peña *ſ part.direſtor.com.* 24.*verſ eſt autem purgatio* , Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit.lib. cap. num.*1. Fitque purgatio per iuramentum , quo iurat talem hæreſim ſe numquam tenuiſſe , & iuramentum compurgatorum, qui iurant ſe credere ſe purgatum verum iuraſſe,Souſa *vbi ſuprà , num.*3.

36. Indicitur purgatio Canonica ob diffamationem hæreſis , Peña *comm.*38.*in princip.* 3.*p.* Zanard. *in ſumm p.*2*c* 121.verſ. *Primum quod* , Souſa *num.* 2. quæ tamen ſit orta , non a maleuolis , & inimicis, ſed a probis viris, Dian. *reſol.*82.*verſ.an vero tr.* 8. *part.*4.P.Maſſin.*in praxi,part.*10.*aſſert.*283.Simanc. *tit.*56 *n.*.&plenè probata non autem per teſtes inhabiles,Diana *vbi ſupra v.difficultas eſt,*indici etiam poteſt purgatio ob graue aliquod ſcandalū ab aliquo datum , P.Maſſin.*vbi ſuprà*,Farin.*q.*194.*n.*45.

37. Hæc autem purgatio pro modo infamiæ indicenda eſt modò maior , modò minor, id eſt , modò cum minori numero compurgatorum, modò cum maiori , modò in vno loco , modò in pluribus, ſi in pluribus fuit diffamatus , modò ſecretò , modò publicè ſi infamia publica ſit,Farin. *vbi ſuprà*, *n.*59. *& ſeq* Zanard. verſ. *Tertiò hæc purgatio* , & verſ. *Quinto ſi purgandus* Souſa *num.*4 9. *&* 10. Peña *d. comm.* verſ. *ſed in hac diſſicultate.*

38. Compurgatores viri Catholici eſſe debent probatæ vitæ eiuſdem Status , & conditionis cum purgando , & qui eum bene , & ab antiquo tempore nouerint , Souſa *n.*4.P.Maſſin. *vbi ſuprà* , *aſſert.*287.Peña *d.comm.*14.verſ. *obſeruandum hic eſt*, Zanard.verſ *Quartò quo ad qualitatem* , & In Hiſpania aliquando mandant Inquiſitores , quod hi compurgatores non ſint ex numero teſtium proditorum à purgando ad defenſam , Paulus Garzias *en la orden de proceſſar* , *fol.*69.*à tergo* , ibi , *Algunas vezes ſe ſuele dezir* , *que los compurgadores* , *no ſean de las perſonas que nombro por teſtigos en ſus defenſas.*

39. Purgationem hanc tutius eſſe quod fiat, tam coram Inquiſitore, quam Epiſcopo, dixerunt communiter DD.Souſa *num.*11.Peña *com.*38. verſ. *Hac quidem* & ita video ſeruari in Hiſpania , Paulus Garz.*vbi ſuprà* , *fol.*70.vbi poſtquam dixit , quod in purgatione facienda ponitur ſuper menſa audientiæ liber Euangeliorum , Crux , & duæ candelæ accenſæ , ſubiungit , En Dias N. del Mes N. *Eſtando los Siºnores Inquiſidores Fulano,y Fulano,y Fulano como Ordinario,&c.*In Inquiſitorib.Italiæ,vt apud P.Maſſin.*in praxi* , *p.*8.*in forma ſententia purgationis Canonico* , *fol.*187. ibi , *Nos F.N. Inquiſitor , & Nos N.Vic.&c*

Sicut autem diffamatio hæc in materia hæreſis poteſt eſſe leuis , vel vehemens , ita duplex à DD. noſtris diſtinguitur purgatio , alia de leui , alia de vehementi,id manifeſtè ſupponunt omnes *ſuprà* allegati & vtriuſque purgationis formulas ponit P. Maſſin. *vbi ſupra.* 40.

Illud in hac materia notandum eſt , quod qui ſe purgat ab vna hæreſi , vti vehementer infamatus, ſi in eandem reincidit punitur , vt relapſus, ſecus , ſi in aliam reincidat , quod ideo non ſeruatur in eo , qui abiurans de vehementi reincidit in aliam hæreſim ,quia hic cum de vehementi abiurat hæreſim , quam reo it, abiurat etiam generaliter omnem aliam hæreſim , & qui ſe purgat ab hæreſi tantummodo de qua extitit diffamatus ſe purgat.*d.ll.comm.*38.verſ. *Quod ſi ratione*,& verſ. *Nec contemnat.* 41.

Recuſans ſe purgare excommunicatur , quod ſi in excommunicatione per annum inſo duerit , vt hæreticus impœnitens damnatur.Eymericus 3.*part. in ſecundo modo terminandi proceſſus* , *num* 147.latiſſimè de hac materia videatur Farin. *vbi ſupr. num.* 46.*& pluribus ſeq.* Souſa *n.*15.vbi etiam quod deficiens in purgatione habendus eſt pro conuicto,Peña *comm.*14.verſ.*receptum tamen eſt* , qui *verſ.ſeq.* addit , quod ſi pœniteat , eſt recipiendus vt hæreticus pœnitens , Farin.*num.* 55. Souſa *num.* 17.qui alios cumulant. 42.

Vltimò notandum , quod hic modus expediendi proceſſum differt à 7 quod in hoc ratione diffamationis iniungitur purgatio Canonica in illo ratione eiuſdem diffamationis purgatio , & ratione ſuſpicionis , Abiuratio Peña *comm.* 38. *in princip.* quando autem tam purgatio , quam abiuratio iniungi poſſint ſimul , vide Peña *com.*14.verſ. *Ita tamen* , & Diana *reſol.*82.*part.*4.*tract* 8. 43.

De forma autem purgationis in Hiſpania videatur Garzias, *vbi ſuprà*, & in Italia Eymer.& P.Maſſin. *locis indicatis* , vbi quod ad eam procedendum eſt vt in aliis cauſis cùm voto DD.Conſultorum.

§. X.

De tertio modo expediendi proceſſus.

TErtius modus expediendi proceſſus eſt , per tormenta de quibus , quia abunde dictum fuit *de indiciis* , *& tortura* , ideò hic ſolùmmodò quæro an ſi quis ex vno teſte omni exceptione maiori, vti de hæreſi ſuſpectus fuerit tortus , & dimiſſus, moxque alius conteſtis omni exceptione maior ſupetuenerit , an hic teſtis cum primo poſſit coniungi ad efficiendam plenam probationem , In qua te dico , quod non , bene in hac materia videndus Farin. *in addit ad eius opera poſt tertium volumen ſuorum conſiliorum* , *ad num.*19.*quæſt.* 4.*de Inquiſit.* vbi bene dixit per torturam indicia taliter cenſeri ſublata , & extincta , quod habentur , ac ſi numquam extitiſſent , & ob id non poſſunt coniungi cum nouis ſuperuenientibus , P. Diana allegat hanc doctrinam Farin. vti ſingularem *tract.* 7. *reſol.* 35. verſ.*Et tandem non deſinam* , & ipſemet Farin.ait hoc eſſe bene notandum , quia ſæpe ſecundum eam fuit iudicatum , hanc autem doctrinam Farin. ego pulcherrimis traditionibus confirmaui *in dicto titulo de indic.& tortura* , §.*an nouis ſuperuenientibus indiciis Reus ſit denuò torturæ ſubiiciendus.* 44.

§. XI.

§. XI.

De quarto, quinto, ſexto, & ſeptimo modo terminandi proceſſus.

46. QVartus modus terminandi proceſſum eſt, cum quis leuiter de hæreſi reperitur ſuſpectus, per abiurationem de leui.

Quintus eſt per abiurationem de vehementi, cùm quis ſuſpectus redditur de vehementi de hæreſi.

Sextus per abiurationem de ſuſpicione violenta, cum ſuſpicio qua quis vrgetur eſt violenta.

Septimus per purgationem Canonicam, & abiurationem, cum quis non ſolum eſt de hæreſi diffamatus, ſed etiam eſt ſuſpectus.

De his modis non eſt quod hoc loco ſingulariter agamus, quia omnia ad hanc materiam pertinentia latiſſimè à nobis pertractata ſunt *in ſecunda parte & in titul. ſequenti de abiuratione*

Hoc loco tantùm obiter notandum eſt, quod Eymericus ſolum in ſexto modo ponit formam abſolutionis ab excommunicatione, ex quo poſſet fortaſſe dici non eſſe locum abſolutioni ab excommunicatione, niſi cum quis eſt de hæreſi ſuſpectus violenter, quia tamen vt infra videbimus, nunc modus procedendi idem planè eſt contra ſuſpectum de vehementi, & violenter, & nunc vtroque ſuſpicionis genere grauati abiurant de vehementi. Ideò abiurantes de vehementi nunc ſolent abſolui ab excommunicatione contracta ob hæreſim cum clauſula, ſi quam fortè incurriſti, P. Maſſin. *in praxi p. 9. fol. mihi* 302. in rubr. *modo d'aſſoluer li Rei dallo Scommunica*, ſecundæ impreſſionis.

47. An autem eadem abſolutio ad cautelam ſit danda ſuſpectis de leui? Ego praxim totum Inquiſitorum qui etiam hos abſoluunt non poſſum non laudare, quia vt vidimus *in titul. de citatione, captura, & examine Reorum*, § Qualia indicia requirantur ad capturam, ſuſpicio hæc licet reſpectu vehementis ſuſpicionis ſit leuis, in ſe tamen grauis eſt probabilis & de ea non parum curat Eccleſia, vt vidimus ſæpè in prima parte, & quia dicta abſolutio poteſt multum ſuffragari tranquillitati conſcientiæ illius qui ſic de leui abiurat.

48. De his modis videndi ſunt Eymericus, & Peña *comm. 40. & ſeq.* Farin. *de hæreſi, quæſt.* 185. *num.* 184. *& ſeq.* Souſa *lib. 2. cap. 39. & ſeq.* Zanard. *vbi ſuprà, c.* 134. *& ſeq.* P. Maſſin. *in octaua parte*, Scacc. *de Iud. lib. 1. cap. 59. num. 11. cap. 95. num. 1. cap. 98. num. 4. & de ſent. & re iudicata, gloſ. 14. quæſt. 7. num. 173. & ſeq.*

§. XII.

De aliis quinque ſubſequentibus modis terminandi proceſſus fidei.

49. OCtauus modus terminandi proceſſum in hoc Tribunali eſt per abiurationem de formali hæreticis pœnitentis non relapſi, nonus, decimus, vndecimus, & duodecimus per ſententiam condemnatoriam, & relaxatoriam brachio ſæculari hæretici relapſi, pœnitentis, hæretici impœnitentis, hæretici relapſi impœnitentis, & hæretici negatiui de hæreſi conuicti, de his modis agit pleniſſimè Eymericus, Peña *comment. 44. & ſequent.* Farinac. *quæſtione* 185. *num.* 177. *& ſequent.* Zanard. *vbi ſuprà, capite centeſimo trigeſimo ſeptimo, & ſequent.* Souſa *libro ſecundo, capit. 45. & ſeq.* P. Maſſin. *fol.* 248. & Scaccia *locis allegatis* in explicandis his modis non eſt nobis immorandum quia de eis latè egimus, in titul. de hæreticis pœnitentibus, impœnitentibus, & relapſis. Animaduertendum tamen eſt, quod cum pronunciantur huiuſmodi ſententiæ contra pertinaces, ipſi in actu publico ducendi ſunt lingua cum duobus lignis alligata ne fortaſſe loquendo populum ſcandalizarent, ita ſeruatur in Hiſpana Inquiſitione, Garz. *loco ſuprà ſæpius citato fol. 51. à tergo*, ibi, *los pertinaces han de ſalir con mordaça*, & ita etiam eueniente caſus arbitrarer practicandum eſſe in Italia in noſtris Inquiſitionibus.

§. XIII.

De condemnatione hæretici abſentis vel fugitiui.

DEcimus tertius modus expediendi proceſſus in cauſis fidei, eſt cum tractatur de hæretico, vel ſuſpecto de hæreſi abſente, vel fugitiuo; circa hanc igitur proceſſus expeditionem

Præſupponendum eſt, quod in criminalibus non admittitur procurator, cum de pœna agitur corporali, *l. pen. § ad crimen. ff. de publ. iud. l. Reos, Cod. eod. tit. cap. veniens de accuſat.* Clar. §. *fi. quæſt.* 12 §. *hæc autem conditio*, vbi quod aliàs Iud. redderentur eluſoria, ſecura condemnatione. Præſes Abauo, *in* §. *Procurator*, *num.* 1. *& ſeq.* vbi quod ipſum apud Iudæos olim fuit vſu receptum, dum Rex Agrippa Paulum alloquens *Actor. 26.* ait, *permittitur tibi pro te ipſo loqui*, Canteta *in quæſt. crim. quæſt. 3. de accuſatore*, qui alios allegant, contra idem dicendum eſt in his cauſis hæreſis, In quibus magis quam in aliis criminibus viget ratio veritatem ex ore ipſius Rei exquirendi, Præſes Abauo *in praxi vbi ſuprà num.* 1. & ſic non admitti aliquem in hoc Tribunali vti Procuratorem abſentis Rei docuerunt plurimi allegati à Farin. *q.* 185. *num.* 98. ſed neque vti defenſorem innocentiæ, niſi Reo in carceribus conſtituto, prout ſeruari in Supremo Vrbis Tribunali atteſtatur idem Farin. *vbi ſuprà, num.* 99. nec mihi placet, quod *num. ſeq.* dicit admitti poſſe procuratorem ad tuendam innocentiam Rei, cum quis eſt tantummodò de hæreſi ſuſpectus, ex Peña *comm.* 36. verſ. *Sed hæc omnia.* 50.

Quia hæc doctrina eſt contra ius, & communes DD. traditiones in omnibus aliis iudiciis criminalibus, & ſemper militat, ratio quod de ore Rei Inquiſitores exquirere debent veritatem, & quod aliàs ſententiæ redduntur eluſoriæ, nec vnquam vidi hos procuratores admitti, & maximè cauere debent Inquiſitores ab hac doctrina. 51. 45.

Et propter hanc rationem non reddendi Iudicium eluſorium, & vanum, quamuis ex forma ſtatutorum, ciuitatum, & conſtitutionum huius Dominij banniti poſſint impunè occidi, attamen ſi quis aliquem occidit, non admittitur procurator ad probandum occiſum fuiſſe bannitum, niſi homicida in carceribus conſtituto ex conſuetudine huius Dominij, Clar. *dict. quæſt.* 32 verſ. *quæro modo* ſecundum quam pluries ita reſcripſit Senatus Mediolani, vt videre eſt apud D. Caluin. *de æquitate, cap. 61 per totum*, & ita pluries fuit practicatum à Curia Cremonæ me Proiudice exiſtente anno 1636. ſub Illuſtriſs de Salamanca laudatiſſimo &, ornatiſſimo viro, & ratio huius conſuetudinis eſt quod multi ſunt caſus in quibus banniti non poſſunt 52 55.

ſunt impunè occidi. vnde ſi homicida eſſet in vno ex illis caſibus, condemnatio reddi poſſet eluſoria, ſi audiretur per procuratorem, de hac re vid. D. Gaxzonus *ad noſtr conſt Mediol in titul. de occuſat. artic.* 34. Portus *in faſciculo rerum crim. fol. mihi* 643. *& fol.* 457.

54. Admitteretur tamen procurator etiam in hoc foro ad allegandas cauſas abſentiæ, infirmitatis, vel alias exceptiones dilatorias opponi ſolitas ante litis conteſt. Clar *vbi ſuprà, verſ. prædicta autem*, vbi addentes, & in foro S. Officij, Farinac. *vbi ſuprà, num.* 101. Souſa *lib.* 2. *cap.* 49. *num.* 11. Caſtro Palao *diſp.* 8. *punct.* 16. §. 3. *n.* 2. vbi quod in Inquiſitione Compoſtellana anno 1619. Ex decreto Supremi Tribunalis ad inſtantiam procuratoris fuit Reo prorogatus terminus quatuor menſium ad comparendum, hoc ſuppoſito,

Quoad hos abſentes hæreticos, & ſuſpectos diſtinguendum eſt, quod vel ſunt conuicti in proceſſu de Hæreſi vel ſunt tantummodò grauati.

55. Si ſunt tantummodo grauati, tunc contra eos procedi debet iuxta formam, cap. *cum contumacia, de hæreticis in ſexto*, citari enim debent vt compareant reſponſuri de fide, iuxta dicta titulo de citatione Reorum, quod ſi non comparuerint accuſata ab Aduocato fiſcali contumacia excommunicandi ſunt, & ſi in excommunicatione per annum inſorduerint, vt hæretici impœnitentes damnandi ſunt, ita Eymericus *num.* 212. *&* 217. Peña *ibi comment.* 49. verſ. *in ſecundo caſu*, vbi, quod in hoc caſu non eſt talis contumax declarandus hæreticus vere, ſed vti hæreticus, Souſa *in Aphoriſm. lib.* 2. *cap.* 49. *num.* 3. P. Maſſin. *in praxi, parte octaua in rubr. prima della citatione del Reo contumace, non conuinto, & in rubr. modo di ſpedir vn Reo contumace non conuinto, fol.* 203. Paulus Garzias *fol.* 47. vbi ponitur forma totius proceſſus, qui in Hiſpania ſolet formari contra huiuſmodi contumaces, Ferdinandus de Caſtro Palao *dicto puncto* 16. §. 3, *num.* 1. vbi quod citatur Reus contumax in Eccleſia, vt intra 30. dies compareat ſub pœna excommunicationis ad reſpondendum de fide, quæ citatio tribus vicibus fit, in qua idem tempus aſſignatur, & in qualibet illarum accuſatur contumacia; quo termino elapſo declaratur Reus excommunicatus, & ipſo per annum in excommunicatione perſeuerante condemnatur vti Hæreticus contumax.

56. Si verò ſunt in proceſſu de hæreſi conuicti, vel eum in carcere eſſent confeſſi, tunc non eſt neceſſe, quod in eorum condemnatione expectetur annus, Simanch. *in Enchirid Ind. Violata Religionis, titul.* 46. *num.* 5. ſed contra eos procedi debet ac ſi ſeſſent præſentes, & omnia acta legitimè peragenda, citandi enim ſunt, repetendi teſtes concedendæ defenſiones, & opportunæ dilationes, peremptoriæ ad ſententiam vocandi, ſeu citandi, & quidem definitiuam, Caſtro Palao *vbi ſuprà, num.* 1. P. Maſſin. *dicta part.* 8. in Rubr. *modo di ſpedir vn Reo abſente conuinto* Paulus Garzias fol. 55. ibi, *Edito contra abſente, quando eſta el delito complidamente prouado*, Souſa *dicto cap.* 49. *num.* 5. Peña *dicto comment.* 49. verſ. *His peractis*, vbi, quoad loca ſolita intimatis actis videlicet ad domum habitationis Inquiſiti, Eccleſiæ Parochialis, & Cathedralis Ciuitatis, vbi habitabat, iuxta ſtylum Hiſpaniæ, Garzias *fol.* 53. ibi, *Ha de dezir, ſe notificò en ſu caſa, y à quien, y publicada en la Ygleſia Cathedral deſta Ciudad, en Parochia donde el ſuſodicho era vezino*. qui ſtylus in hac materia tam grauis præiudicij videtur vbique obſeruandus, ſtatua abſentis in publicum eſt producenda, & ibi more ſolito contra abſentem proferenda ſententia, & ſtatua brachio ſæculari relaxanda, vt comburatur, Garz. *fol.* 60 ibi, *preſentes el licenſiado Fulano fiſcal y vna eſtatua la qual fue entregada à la Iuſticia y braço ſeglar*.

In quocumque autem caſu, in quo aliquis, vt hæreticus eſt brachio ſeculari relaxandus, ſi Epiſco- 57.
pus eſt, vel aliàs in ordinibus conſtitutus, vtique degradandus eſt realiter, ſi præſens eſt, & ſi abſens eſt verbaliter, Peña *comm.* 45. Farin. *quæſt.* 189. *num.* 11. *ſequentib.* Souſa *cap.* 45. *num.* 20. *ſequentib.*

An autem abſens verbaliter degradatus, ſi ad manus ſecularis Iudicis deueneri., poſſit ſtatim ab eo puniri, abſque reali degradatione? grauiſſima quæſtio eſt, in qua, tam Farinac. quam Scacc. ſe remittunt ad Peñam *dicto comment.* 49. verſ. *in his verbis*, ad eum etiam ego benignum lectorem remitto, quia egregiè loquitur in hac materia, alia de his contumacibus diximus 2. *part. tit. de Inſordeſcentibus*.

De ſolemnitate autem qua in Hiſpania, & omni- 58.
bus locis Hiſpaniæ Inquiſitioni ſubiectis celebrari ſolent actus fidei, & publicari ſententiæ, videatur actus fidei celebratus in Regno Siciliæ, per illuſtriſſimos, & Reuerendiſſimos Inquiſitores illius Regni, ſub die 9. Septembris 1640. impreſſus Panormi mihi tranſmiſſus ab illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo DD. Don Conſaluo Brauo Graxera, in illis Regnis Inquiſitore S Catholicæ Maieſt. digniſſimo Conſiliario, viro natalium genere conſpicuo, virtute ſuperinſigni, pietate ſingulari ac Domino meo, in eo enim relucet Pietas, Religio, Zelus domus Dei, ac omnium virtutum gratia erga Deum, Beatiſſimam Mariam ſemper Virginem, ac Sanctos, non ſolum Potentiſſimi Regis noſtri, & eius Excellentiſſimorum Magnatum, ſed etiam totius Hiſpanæ nationis.

T.ITVLVS XII.

De Abiurutione.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit Abiuratio, & variæ eius definitiones.*
2 *Declarantur defenſiones abiurationis, ex abiuratione Berengarij.*
3 *Abiuratio res eſt antiquiſſima.*
4 *Quadruplex eſt hæreſis ſuſpicio, & totidem abiurationis ſpecies, num.* 5.
6 *Quoad modum procedendi ſuſpicio violenta non differt à ſuſpicione vehementi hæreſis, ex ſtylo Inquiſit. Romana, & etiam Hiſpania num.* 7. *& ſeq.*
9 *Aliqui arbitrati ſunt abiurationem non eſſe pœnam, ſed contraria opinio verior eſt, n.* 11.
10 *Reprobatur ſtylus antiquus aliquarum Inquiſitionum in quibus Rei abiurabant ante ſententiam, num.* 12.
13 *Ex formulis ſententiarum tam Inquiſit. Romanæ quam Hiſpaniæ apparet abiurationem eſſe pœnam.*
14 *Regulares qui de leni abiurarunt ex Decreto Vrban. VIII ſunt inhabiles ad munera religionis.*
15 *Quæ probatio requiratur in hæretico, vel ſuſpecto de hæreſi, vt eis iniungatur abiuratio, num.* 16. *& ſequentibus.*

19 *Super qualitate non fit fundamentum, niſi conſtito de ſubſtantia, & ex præſumptione non oritur præſumptio.*

20 *Suſpectus de fautoria non abiurat vt ſuſpectus de hæreſi.*

21 *Abiuratio de formali regulariter fit publicè.*

22 *Praxis Inquiſitionis Vniuerſalis Romanæ, & Inquiſitionis Hiſpaniæ.*

23 *Hæretici ſponte comparentes abiurant ſecretè.*

24 *Abiuratio de vehementi regulariter fit publicè, num. 25. & ſeq. vbi in quibus caſibus proſit fieri ſecretè, num. 27. vbi quid practicatum, in Sancto Officio Cremonæ.*

28 *Abiuratio de leui regulariter debet fieri ſecretè.*

29 *Confeſſarius ſollicitans non eſt cogendus ad abiurandum publicè, n. 30. reprobatur Cantera.*

31 *Lingua vulgari abiuratio facienda, & ita ſeruatur.*

32 *Super abiuratione debet fieri publicum inſtrumentum.*

33 *Abiuratio debet ab abiurante ſubſcribi, & quid ſi neſciat ſcribere, num. 34.*

35 *Abiuratio continere debet aſſertionem Cath. veritatis, item deteſtationem omnis hæreſis, num. 36. item promiſſiones iuratas de non relabendo, &c. num. 39.*

37 *Deteſtatio omnis hæreſis, an ſit facienda in abiuratione de leui, num. 38.*

40 *Ab abiuratione nullum priuilegium excuſat.*

41 *Puberes ſine dubio abiurare tenentur.*

42 *Impuberes proximi infantiæ non tenentur abiurare.*

43 *Impuberes proximi pubertati an teneantur abiurare, & quomodo, num. 44. & ſeq. vbi quæ conſideranda in iniungenda abiuratione impuberi latiſſ.*

46 *Hæreticus non eſt abſoluendus ab excommunicatione ante abiurationem.*

47 *Recuſans abiurare quomodo puniendus.*

POſt tractatum de ſententiis, ſequitur vt videamos de abiuratione, quæ vtplurimum in hoc Tribunali Reis in ipſiſmet ſententiis iniungi ſolet, ſit igitur

§. I.

Quid ſit abiuratio.

1. ABiuratio eſt ſolemnis hæreſum deteſtatio cum aſſertione Catholicæ veritatis, obligatione, iuramento, & pœna munita permanendi in fide Chriſtiana, ita abiurationem definit Peña *in 3. p. direct. com. 40. verſ. eſt autem abiuratio*, Royas *ſing.* 1. *n. 2. & ſeq.* Farin. *de hæreſi, q. 194. n. 1.* Souſa *in Aphoriſ. Inq. lib. 1. c. 40. n.* 1. & in effectu cum hac definitione conſentiunt Locatus *in Iud.* in verbo *abiurare, n. 1. addit. ad repert. Inquiſit. in eodem verbo*, Simanch *de Cath. Inſt. tit. 1. de abiuratione*, & Lud. à Paramo *de orig. S. Inquiſit. lib. 3. q. 4. in rubr. de expedit. proceſſus, num. 10.* qui dixerunt, quod abiurare errores nihil aliud eſt quam eos deteſtari, & iuramento etiam adhibito damnare.

2. Omnes memoratæ definitionis particulæ manifeſtè probantur, ex abiuratione ſolemni Berengarij S. Mauritij Andegauenſis Eccleſiæ Diaconi ab ipſo facta Romæ in Concilio centum, & nouem Epiſcoporum anno Domini 1059. Sub Nicolao II. Summo Pontifice, & à Gratiano relata in cap. *ego Berengarius, de conſecratione, diſt.* 2. & quidem prima definitionis particula ſcilicet. *Solemnis deteſtatio*, probatur ea verbis Berengarij ibi, *Anathematizo omnem hæreſim, præcipuè, &c.* ſequens verò particula, *cum aſſertione Cath. veritatis*, colligitur ex eadem abiuratione Berengarij, ibi, *conſentio autem S. Romanæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ, & ore, & corde profiteor*, vltima verò particula *obligatione, &c.* comprobant etiam poſtrema eiuſdem Berengarij verba, *Quod ſi ego ipſe aliquando, &c.* de hoc Berengario plura lege apud Baronium, tom. 11. Annalium circa annum Domini 1059. & 1079. & ſeq. & Spondan. in eius Epitome *ibidem, n. 3. & 4.* & Peñam *in 2. p. direct. comm.* 31. verſ. *libet autem hic*, vbi in fin. addit ea Gerſon. *in ſerm. de Cœna Domini*, eundem Berengarium iam iam moribundum in hæc verba prorupiſſe, *Hodie apparebit mihi Dominus meus Ieſus Chriſtus, vel ad gloriam ſicut ſpero, propter pœnitentiam meam, vel ad damnationem ſicuti formido, propter aliorum corruptionem quos ad viam veritatis reducere non potui*, Baron. anno 1088. n. 17. & Spond. ibi n. 5.

§. II.

Quàm antiqua res ſit abiuratio.

ANtiquiſſimum eſſe abiurationis vſum non ſolum conſtat ex abiuratione Berengarij de qua *ſuprà*, ſed etiam decreto facto in prima Nicæna Synodo cap. 8. relato à Peña *dict. com. 40. verſ. Abiuratio res eſt*, vbi loquens de Nouatianis, ad Catholicam fidem venientibus ait, *ante omnia autem hanc ab eis exigant confeſſionem, quam per ſcripturam exigi oportet, vt fateantur ſe cum conſenſu Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ ſtatuta obſeruaturos*, ex Concilio Epheſino, & Laodiceno, ex cap. *Saluberrimum*, & cap. *Donatum*, 1. *quæſt.* 7. & alia de quibus Peña, *ibi*. 3.

§ III.

Quotuplex ſit abiuratio.

QVia vltra hæreſim formalem ſuſpicio hæreſis triplex eſt, leuis ſcilicet, vehemens, & violenta, Eymer. *in 3 p. direct. n.* 161. vbi Peña, Farin. *q.* 188. *num.* 23. Souſa *in Aphoriſm. Inq. l. 2. c. 40.* & Ferd. de Caſtro Palao *in opere morali, 1. p. tract. 4. diſp. 7. punct. 1. num.* 1. qui alios allegant, ideo communiter DD. diſtinguunt, quadruplicem abiurationis ſpeciem, prima de formali, qua formaliter hæretici abiurant, ſecunda de violenta, tertia de vehementi, quarta de leui, quibus ſuſpecti ſuſpicione violenta, vehementi, vel leui abiurare ſolent, ita Eymeric. *in 4. & ſeq. modis terminandi proceſſum in cauſa fidei, & ibi*, Peña, Souſa, Farinac. Caſtro Palao, & alij. 4. 5.

Bene verum eſt, quod quoad modum procedendi ſuſpicio hæreſis violenta non differt à ſuſpicione de vehementi, Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neapol. c. 84. n.* 8. Lod. à Paramo *de orig. S. Inq. l. 2. q. 4. in rubr. de expeditione proceſſus in cauſis fidei, n. 21. & ſeq.* Ideo ex ſtylo Supremi Tribunalis Generalis Rom. Inquiſit. abiuratio ex violenta ſuſpicione non eſt in vſu, ſed omnes abiurant, vel de leui, vel de vehementi, vel de formali, vt atteſtatur Farin. *de hæreſi, quæſt.* 187. *num. 52. in fi.* cuius atteſtationem ſequutus fuit Ferd. de Caſtro Palao *dict. punct.* 1. *num.* 12. 6. 7.

Idem

Idem credo obſeruari in Regnis Hiſpaniarum, nam Paul. Garz. *en la orden de proceſſar en el S. Oficio*, ſolummodò ponit modos damnandi hæreticos formales, & ſuſpectos de vehementi, & de leui, & abiuratione, de violenta ſuſpicione ne verbum quidem.

§. IV.

An abiuratio ſit pœna.

9. NOn defuerunt viri docti qui exiſtimarunt abiurationem non eſſe pœnam, ſed ſignum quod Eccleſia requirit à fideli ſuſpecto de hæreſi, quo declarat publicè, & proteſtatur quod numquam hæreſibus adhæſit, ſed ſemper in Cath. veritate permanſit, & ab hæretico, vt ſciat eum verè eſſe pœnitentem.

10. Et quidem pro confirmatione huius ſententiæ adduci poteſt ſtylus S. Officij temporibus Eymerici vigens, ſecundum quem hæretici pœnitentes, vel aliàs de hæreſi ſuſpecti abiurare ſolebant antequam ab Inquiſitoribus lata eſſet ſententia, vt videre eſt ex Eymerico *in 3. p. in 4. modo terminandi proceſſum, n. 63. & ſeq.* hoc autem ſtante videtur dicendum abiurationem non eſſe pœnam, cum pœnæ, per ſententiam Reis infligantur, cauſa enim efficiens pœnæ eſt lex eam infligi mandans, & legis executor Magiſtratus, qui eam proximè per ſententiam infligit, Vueſemb. *in titul. de pœnis n. 5. in princip.*

11. Verùm arbitror ego abiurationem propriè eſſe pœnam, vel ſaltem inter eas numerandam, moueo quia, DD. omnes dum de abiuratione loquuntur de ea loquuntur vti de pœna, & quidem maxima, Peña *in 3. p. directi. com. 41.* verſ. *Verùm tamen Romæ*, vbi quod abiuratio inter pœnas tedeuntibus imponendas ſolet numerari, Cantera *de haret.* c. 1. n. 56. vbi quod abiuratio præcipuè de vehementi eſt maximi præiudicij, Souſa *Aphor. Inqu lib. 1. c. 40 n. 7.* & Farin. *de hæreſi, q. 194. §. 1. n. 11.* & quotquot de hac abiurationis materia pertractarunt.

12. Et noſtris hodiernis temporibus non videtur de hoc dubitandum cum ex ſtylo ſupremi Tribunalis de Vrbe, & inueterata conſuetudine totius Reipublicæ Chriſtianæ prius ab Inquiſitoribus proferatur ſententia, & mox ſequatur abiuratio Rei, Peña *vbi ſuprà*, Farin. *n. 1.* Souſa *dict. n. 7.* & ante hoſce Simanch. *de Cath. Inſt. tit. 1. de abiurat. n. 29.* vbi contrariam conſuetudinem vocat abuſum, & omnino ita obſeruandum eſſe dixit P. Maſſin. *in ſua praxi S. Officij, p. 10. aſſert 49.*

13. Et hoc adhuc euidentius colligitur ex formulis ſententiarum, quæ ab Inquiſit. Hiſpaniæ feruntur, in quibus, vt videre eſt ex Paulo Garzia, *en la orden de proceſſar en el S. Oficio fol. 37. à tergo*, in formula ſententiæ contra ſuſpectum de vehementi, ſic dicitur, *pero por la culpa, que contra el dicho Fulano reſulta, &c. y mandamos que, &c. en pena y penitencia dello ver el Fecho, y dicho el dia del auto ſalga al Cadahalſo en forma de penitente, &c. y por la vehemente ſoſpecha, le mandamos abiurar, y que abiure de vehementi, y que eſte recluſo en carcel, &c.*

Et in formulis ſententiarum Inquiſitorum Italiæ idem dicitur, vt videre eſt ex P. Maſſin. *in praxi S. Offi ij. 0. 8 fol. mihi 216.* ibi, *ti condanniamo, ad abiurar, &c. nella forma, & modo che da noi ti ſarà preſcritto.*

14. Ex his ſequitur, quod ſtante decreto Sanctiſſimi D.N Vrbani Papæ VIII. ſeu potius S.C. auctoritate tamen eiuſdem ſanctiſſimi confirmato, quo ſtatuitur, quod regulares, qui in S. Officio quodcumque pœnæ, vel pœnitentiæ genus habuerint ſalutaribus pœnitentiis exceptis, quod refertur à Tamburino *de iure Abb. tom. 1. diſp. 5. quæſito 21. n. 17.* vtique quidquid eſſet ante dictum decretum, & teneat Freitas *ad Roder. q. 24. de Confeſſ. ſollicit n. 70.* nunc vtique ſi abiurarunt de leui redduntur inhabiles ad quæcumque officia, & dignitates ſuæ religionis, quia ex ſupradictis abiuratio eſt pœna, nec vllo modo poteſt venire appellatione pœnitentiæ ſalutaris, quæ cum ſola in dicto decreto excipiatur, ſequitur quod in aliis omnibus in contrarium regula firmatur, Diana *p. 4. tract. 8. reſol. 64.* verſ. *Sed an.*

§. V.

Qualis probatio requiratur vt abiuratio iniungatur.

QVæritur hoc loco qualiſnam probatio delicti requiratur vt tutò poſſint Inquiſitores abiurationem iniungere.

In hac re vt diſtinctè procedamus duo potiſſimum caſus ſunt diſtinguendi.

15. Primus caſus eſt, cum ſumus in delicto hæreſis formalis & in hoc caſu, ſi Reus ſit de hæreſi conuictus, ſed eam ipſe neget, quamuis eſſet paratus abiurare, vtique vti negatiuus relaxandus eſt brachio ſæculari, iuxta Eymericum *in duodecimo modo terminandi proceſſum in cauſis fidei, num. 107*, vbi latiſſime Peña *integro comm. 48.* Farin. *de hæreſi, q. 178. n. 20. & quæſt. 196. num. 16.* Souſa *in Aphoriſm lib. 2. cap. 48. per totum*, Ferd. de Caſtro Palao *in opere morali, 1. part. tract. 4. diſput. 3. punct. 3. num. 5.* cum aliis per me allegatis, *in 2. p. tit 1. §. de hæretico negatiuo.*

16. Vel hæreſim confitetur & tunc ſinè dubio ſi pœnitens eſſe velit poteſt ei iniungi, quinimo & debet abiuratio, Eymericus, *in octauo modo terminandi proceſſum in cauſis fidei, n. 188.* ibi, *reperitur confeſſus hæreſim.* & ibi Peña *comm. 44.* Souſa *in Aphoriſm lib. 2. cap. 44.* cum aliis per nos adductis *in 2. part. in tit 2. de hæreticis pœnit. impœnit. & relapſis*, & in hoc caſu cum per confeſſionem conſtet de hæreſi formali, abiuratio quoque debet eſſe formalis hæreſis.

17. Vel nec Reus eſt confeſſus hæreſim, nec de ea conuictus, ſed tantummodo de ea vel præſumptionibus, vel teſtibus aliqualiter grauatus, & in hoc caſu indicenda eſt Reo abiuratio non de formali, ſed de leui, vel vehementi ſecundum quod magis, vel minus reus probationibus grauatur. ita Eymeric. *in 4. 5. & 6. modo terminandi proceſſum in cauſis fidei, num. 161. & ſequentibus*, Souſa *dicto libro ſecundo. capite quadrageſimo, & quadrageſimo primo.* Peña *commentario quadrageſimo, & duobus ſequentibus.*

18. Secundus caſus, eſt, quando non ſumus in hæreſi formali, ſed in aliquo delicto, ex quo oritur tantummodo hæreſis ſuſpicio ſiue deinde illa ſit leuis, ſiue vehemens, & in hoc caſu abiuratio ſiue de leui, ſiue de vehementi non poteſt indici ſuſpecto, niſi delictum illud ex quo oritur ſuſpicio ſit plenè probatum, vel per teſtes, vel propriam ipſius confeſſionem, & ſic Polygamo, blaſphemo Confeſſario ſollicitanti, & ſimilibus non poteſt indici vllum abiurationis genus, niſi Polygamia, blaſphemia, & ſollicitatio, ex quibus oritur hæreſis ſuſpicio, ſint plenè probata, ita Farinac. cum aliis permultis allegatis ab eo, *in tractatu de hæreſi,*

quæſt. 187. *num.* 34. & Ferdinand. de Caſtro Palao *loco ſuprà cit. diſp.* 7. *punct.* 1. *num* 9 verſ. *vt autem abiuratio*, ac Diana, *dict. tract.* 8. *reſol.* 39. verſ. *notandum eſt hic obiter*.

Et quamuis hi DD. loquuntur in imponenda abiuratione de leui, ex leui hæreſis ſuſpicione, attamen animaduertendum eſt idem omnino dicendum eſſe in illis delictis ex quibus oritur ſuſpicio vehe-
19. mens hæreſis, eadem enim in vtroque caſu militat ratio, & DD. regulæ vulgatæ, quod vt ſuper qualitate fiat fundamentum debet prius conſtare de ſubſtantia, & quod ex ſuſpicione vel præſumptione non oritur ſuſpicio vel præſumptio, ex delicto autem non plenè probato non dici quis delinquens, ſed tantummodo de delicto ſuſpectus.

20. Comprobatur hoc ex eo quod ex ſchiſmate oritur regulariter ſuſpicio hæreſis vehemens ſecundum Eymericum *in* 2. *part. direct. q.* 48. *num.* 3. cum aliis per me allegatis *in* 1. *p. titulo tertio*, §. 10. *num* .8. & tamen vbi ſchiſma non ſit plenè probatum abiurat quidem Reus, vt ſuſpectus de ſchiſmate, ſchiſma ipſum, attamen non abiurat ſuſpicionem hæreſis, quæ non poteſt oriri ex ſchiſmate non plenè probato, vt demonſtraui loco allegato, §. 10. *de abiuratione ſchiſmatis indicenda*.

§. VI.

An abiuratio debeat fieri publice vel ſecrete.

Diſtinguendum hoc loco eſt inter abiurationem de leui, & abiurationem de vehementi, & de formali.

21. Nam regulariter abiuratio de formali debet fieri publicè, ait enim D. Guido Fulcodius *Quod nihil eſt, quod magis tendat in gloriam nominis Chriſtiani, & opprobrium hæreticæ prauitatis hac publica abiuratione*, quæſt. 15. ad Inquiſitores, vbi aliqua dixi in annotationibus, ita Eymeric. *in direct.* 3. *p. in octauo modo terminandi proceſſum*, *num.* 189. vbi quod hæc abiuratio debet fieri in aliquo magno feſto, populo, curatis, & aliis inuitatis, Peña *com.* 42. verſ. *adueniente autem die*, vbi ponit verba formalia D. Guidonis *in dict. quæſt.* 15. Farin. *de hæreſi*, *quæſt.* 194. *num.* 3. & 4. vbi alios permultos allegat, & hoc eſt text. expreſſus in cap. *ad abolendam*, §. *Præterea*, ibi, *Publicè*, *de hæreticis*, vbi modern. Barboſa *num.* 11. P. Diana videndus *dicto tractat.* 8. *reſolut.* 81.

22. Et ita ſeruari in Supremo Tribunali Inquiſitionis Vrbis, atteſtatur Farin. *vbi ſuprà*, & in Tribunali Supremæ Inquiſitionis Hiſpanæ idem vſu eſſe receptum conſtat ex inſtructione Hiſpalenſi anni 1484. num. 5. cuius verba refert Diana *vbi ſuprà*, ibi *hagan abiurar ſus errores publicamente*, & ex formula ſententiarum illius Tribunalis de qua Paul. Garzias *en la orden de proceſſar fol.* 33. *à tergo*.

23. Dixi regulariter quia hæretici ſponte comparentes abiurant tantummodo coram Inquiſ. Ordinario, Notario, & duobus teſtibus in Secreto auditorio S. Officij, Farin. *vbi ſuprà*, *n.* 8. Royas *de hæreticis*, *part.* 2. *n.* 272. *& ſeq.* Diana *dicta reſol.* 81. verſ. *Item ad dilucidationem*, & ego ipſe in titulo de ſponte comparentibus. 1. part.

24. Abiuratio etiam de vehementi regulariter fieri debet publicè, Peña qui *comment.* 42. verſ. *Adueniente die*, loquitur in abiuratione de violenta ſuſpicione, quæ *vt ſuprà* vidimus, in nihilo differt ab abiuratione de vehementi, idem Peña *in tertia parte directorij comment.* 40. verſ. *Tametſi*, vbi loquitur de abiuratione de vehementi, & alij DD. *ſuprà* allegati.

Et hoc iure vtimur in Inquiſitionibus Italiæ, vt paſſim vidimus in Polygamis, in Blaſphemis, Sortilegis, & ſimilibus, quod etiam obſeruari in Inquiſitionibus Hiſpaniæ patet ex formula ſententiæ contra ſuſpectum de vehementi, de qua Paulus Garzias *fol.* 35. *à tergo*, vbi ſic legitur, *le mandamos abiurar, y que abiure publicamente de vehementi los errores, &c.*

In hac tamen re Inquiſitores videntur latiores 25.
aliquantulum habere habenas, nam ſi publicè non ſit ſuſpectus poteſt abiuratio eī indici ſecreta, Eymericus *in quinto modo terminandi proceſſum*, *n.* 166. ibi, *& abiurabis publicè vel ſecretè ſecundum quod eſt ſuſpectus publicè, vel ſecretè.*

Item honeſtiori abiuratione agendum videtur 26.
cum eo, qui licet ſit Iudicijs præuentus comparuit tamen in ſancto Officio, non vocatus, nec citatus, vt ex Locato probaui *in* 1. *part. tit. de blaſphemis*, §. *de abiuratione blaſphemo iniungenda*, *&* ibi *in addit.* Roland à Valle *conſ.* 63. *num* 7. *& ſeq. vol.* 3. vbi poſtquam firmauit ex cauſa Inquiſitoribus bene viſa poſſe Inquiſitores indicere abiurationem de vehementi ſecretam, ait iuſtas cauſas ad id agendum
eſſe poſſe ſpontaneam conſtitutionem in carceribus, 27.
Senectutem, & nobilitatem, & vere in S. Officio noſtro Cremonæ, hoc arbitrio vſi ſunt aliquando Reuerendiſſimi per tempora Inquiſitores, dum aliquos nobiles admiſerunt ad abiurationem de vehementi aliquando in aula Illuſtriſſimorum Epiſcoporum, aliquando in aula S. Officij ianuis apertis, & aliquando ianuis clauſis coram Congregatione tantummodò.

Si vero agamus de abiuratione de leui, ea regu- 28.
lariter fit ſecretè, Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neapol. cap.* 84. *num.* 9. Simanch. *de Cath. Inſt. tit.* 1. *num.* 24. Scaccia *de indiciis*, *cap.* 59. *num.* 10. & Farin. *loco allegato*, *num.* 10. & hoc iure vtimur in noſtris Italiæ Inquiſitionibus, nam numquam vidi ſuſpectos de leui abiurare publicè, niſi in vno caſu Cremonæ in quo dignis de cauſis arbitrata eſt noſtra Congregatio quendam leuiter ſuſpectum debere abiurare coram Congregatione.

In tota tamen hac re maxima prudentia vti debent Inquiſitores, & diligenter conſiderare qualitates delicti perſonarum, & præcipuè ſcandali, non
tamen debet Inquiſitor in vllo caſu cogere Confeſ- 29.
ſarium ſollicitantem ad abiurandum de vehementi publicè, ne laici ex hoc à Sacramento Pœnitentiæ retrahantur, ſed ea abiuratio ad ſummum fieri debet coram Inquiſitore Conſultoribus Eccleſiaſticis, & aliis Sacerdotibus, & Curatis Ferdinand. de Caſtro Palao *loco ſuprà allegato*, *diſp.* 9. *puncto* 13. *n.* 2. verſ. *legitur ergo ſententia in ſecreto Tribunali præſentibus duobus cuiuſuis ordinis Religioſis Confeſſariis*, nec opinio Canteræ *de hæreticis*, *cap.* 1. *num.* 65. quod publicè legatur iſtis Confeſſariis ſententia ſeruatur in Italia, nec in Hiſpania in qua cum de hoc crimine agitur Conſultores ſæculares non interueniunt Congregationibus, vt patet ex Ludouico à Paramo *de origine Sanctæ Inquiſitionis*, *lib.* 3. *quæſt.* 10. *num.* 165. Bariola *poſt ſuos flores Inquiſit. de Confeſſ. ſollicitant. compl.* & Paulus Garzias *en la orden de proceſſar en el ſanto Oficio*, *fol. mihi* 27. ibi, *al votar de los proceſſos de ſollicitantes, no han de aſſiſtir Conſultadores ſeglares.*

§. VII.

§. VII.

An in ſcriptis, & qua lingua debeat fieri abiuratio.

31. QVia Regulariter abiurationes publicè fiunt coram populo, ideo communiter DD. noſtri voluerunt eas lingua, & idiomate vulgari illius nationis in qua fiunt, fieri debere Eymericus *in Directorio, in quarto modo terminandi proceſſum, num.* 164. ib, *Prædicta autem abiuratio in vulgari, vt ab omnibus intelligatur*, Farin. *dicta quæſtione* 194. *num.* 18. & ita in Inquiſitionibus Italiæ obſeruatur, vt videre eſt ea P. Maſſin. *in ſua praxi Sancti Officij, in formulis abiurationum*, & in Inquiſitionibus Hiſpaniæ, vt videre eſt ex earum formulis Hiſpano idiomate confectis apud Garz. *vbi ſuprà, folio mihi* 35. *& ſeq.*

35. Super abiuratione facta debet fieri publicum inſtrumentum, ita Peña *comm.* 40. verſ. *Iam vt conſtet*, vbi allegat verba Concilij Narbonenſis, *cap.* 6. ibi, *& de ſingulis fiant publica inſtrumenta continentia culpas, abiurationes, promiſſiones, &c.* Farin. *vbi ſu-*

33. *pra. num* 15. *&* 20. vbi quod abiuratio debet eſſe ſaltem ſubſcripta manu abiurantis, & ſuper ea fieri inſtrumentum, & ibi alios allegat additque quod ſi aliàs fierent multæ abiurationes annullarentur, Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 2. *cap* 40. *num.* 6.

Et ſi abiurans neſciat ſcribere, in Inquiſitionibus Italiæ ſeruatur, quod eam ſignet præſente Notario ſigno Crucis, vt animaduerti obſeruari etiam in examine teſtium. In Inquiſitionibus verò Hiſpaniæ, eam ſubſcribit Notarius, & vnus ex Inquiſitoribus, Paulus Garzias *in praxi, fol. mihi* 16. ibi, *ha la de firmar ſabiendo, y ſino vn Inquiſidor por el, el proprio dia, y no hauiendo lugar ſea el ſiguiente inſtruct.* 42.

§. VIII.

Quid continere debeat abiuratio.

34. PLura continere debet abiuratio, vt videre eſt ex antiquis abiurationum formulis.

Primò enim continere debet aſſertionem Catholicæ fidei, id colligitur ex abiuratione Berengarij, ibi, *cognoſcens veram. & Catholicam*, & ibi, *conſentio autem S. Romanæ, & Apoſtolicæ fidei*, & ex omnibus abiurationum formulis de quibus Eymeric. P. Maſſinus, & Paul. Garz. & hæc aſſertio debet eſſe iurata, Eymer. *in* 8. *modo terminandi proceſſum, in forma abiurationis*, ibi, *item iuro me corde credere*, DD. *in c quoties* 1. *quæſt.* 7. cum aliis DD. pluribus allegatis à Farin. *d. q.* 194. *num.* 16. Peña *comm.* 40. verſ. *In quo tamen hoc eſt*

36. Secundò continere debet abiurationem, & deteſtationem omnis, & cuiuſcumque hæreſis in genere, & in ſpecie hæreſis illius in quam incidit abiurans, idem colligitur ex abiuratione Berengarij, ibi, *Anathematizo omnem hæreſim, & præcipue eam de qua hactenus infamatus ſum*, & ex aliis abiurationum formulis de quibus apud recitatos auctores, ita Peña *comm* 40. verſ. *In quo tamen*, & alij apud Farinac. *dicta quæſtione centeſima nonageſima quarta. num.* 13. Souſa *dicto capite quadrageſimo, num.* 9. P. Maſſin. *in ſua praxi, p.* 10. *aſſert.* 49. & ſic non eſſet ſatis dicere abiuro omnes hæreſes Caluini, vel Lutheri, ſed illæ explicandæ ſunt in indiuiduo, vt colligitur ex illis verbis abiurationis Berengarij, & præcipuè eam. Ratio autem quare abiuratione debeat continere non ſolum hæreſim in quam abiurans incidit, ſed etiam omnem aliam ea eſt, quod omnes hæreſes inter ſeſe quandam habent connexionem, ratione cuius incidens in vnam, omnes alias debet deteſtari, vt ſe verum Eccleſiæ filium eſſe velle demonſtret, & hæc de plano procedunt in abiuratione de vehementi.

Solummodo aliàs diſputatum fuit an idem dicendum ſit in ſuſpecto de leui, & ex ea ſuſpicione abiurante de leui, vt videre eſt, ex Peña, qui more ſuo doctiſſimè rem hanc pertractat *dicto commentar.* 40. verſ. *In quo tamen*, & in formula abiurationis de leui, de qua Eymeric. in quarto modo terminandi proceſſum, non adeſt illa generalis anathematizatio omnis alterius hæreſis, quam poſtea inſeruit in formula abiurationis de vehementi in quinto modo terminandi proceſſum, & in abiuratione de vehementi ſuſpicione (quam *ſuprà* vidimus non differre ab abiuratione de vehementi) in ſexto modo terminandi proceſſum ibi, & conſequitur, abiuro, &c. omnem hæreſim, &c. 37.

Verum hodie ſilere debet hæc controuerſia, quia præterquam, quod verius eſt in abiuratione de leui debere etiam inſeri abiurationem generaliter omnis hæreſis, vt probat Peña *vbi ſuprà*, verſ. *& dum hæc ſcribo.* 38.

Ita etiam ſeruari indiſtinctè in Inquiſitione Vniuerſali Almæ Vrbis atteſtatur Peña *vbi ſuprà*, & Farin. *dicto num.* 14. Et in Inquiſitione Suprema Regnorum Hiſpaniæ, Roder. Acunha, *de confeſſ. ſollicit. quæſt.* 14. *num.* 21. P. Diana *dicto tract.* 8. *reſol.* 68. & ſtylus huc vtriuſque Inquiſitionis conſtat ex formulis abiurationum de leui vtriuſque Tribunalis, de quibus P. Maſſin. in formula huius abiurationis & Paul. Garzias *fol.* 19. *à tergo*, ibi, *abiuro deteſto y anathematizo toda eſpecia de heregia*

Tertiò, continere debet promiſſiones iuratas, de non committendo amplius errores, & delicta ob quæ abiurare cogitur, Eymericus in quinto modo terminandi proceſſum in forma abiurationis, ibi, *item iuro, & promitto, quod talia præter quæ me habetis ſuſpectum, &c. numquam faciam*, De adimplendis ac ſuſtinendis pœnis, & pœnitentiis ſalutaribus, ſibi iniunctis, ſub pœna ſubiacendi omni ſacrorum Canonum diſpoſitioni, Eymericus *vbi ſuprà*, ibi, *quod ſi aliquid de prædictis fecero*, P. Maſſin. in formula abiurationis de vehementi, ibi, *Giuro anche di adempire, &c.* fol. mihi 211. ſecundæ Impreſſionis Paulus Garzias, vbi ſuprà, *Y iuro. y prometo que recibere humilmente, y con paciencia la penitencia, que me fuere impoſta.* Et promiſſionem denunciandi omnes hæreticos vel de hæreſi ſuſpectos, Peña *comm* 47. *num.* 176. verſ. *Imo ſi vmquam ſciuero*, Souſa *dicto cap.* 40. *n.* 10. Maſſin. *in formula dicta abiurationis de qua ſuprà.* & Paulus Garzias ibidem, *Y las heregias que dellos ſupiere las reuelare, y notificare à qualquier Inquiſidor de la heretica prauedad, y prelado de la Santa Madre Igleſia donde quien que me allare.* 39.

§. IX.

Quinam teneantur abiurare.

AB abiuratione nullum priuilegium excuſat, omnes enim ſiue Imperatores, ſiue Reges, & alij quæcumque dignitate illuſtres, qui in hæreſim quomodocumque incurrerint abiurare tenentur, 40.

niſi de hæreſi fortaſſe nec confeſſi, nec conuicti aliter Indicia purgauerint, Peña *dicto comm.*40. verſ. *His ita poſitis.*

Ob quæ crimina autem, quis ad abiurationem cogendus ſit, vidimus abundè in 1. p. in qua de omnibus delictis ad S. Officium ſpectantibus pertractauimus, & ibi etiam ex profeſſo vidimus, quodnam abiurationis genus in ſingula quaque delicti ſpecie eſſet indicendum.

Solummodo hoc loco videndum eſt, an minoribus poſſit abiurationis pœna indici.

41. Et quidem quoad maiores annis 14. & 12. & ſic quoad maſculos, & fœminas, quæ pubertatis annos exceſſerunt, clariſſima eſt definitio Concilij Toloſani anno 1229. celebrati contra hæreticos, cap. 11. cuius verba refert, Peña *dicto comm.* 40. verſ. *ſed hac difficultas ibi, vniuerſi, &c. maſculi a 14 anno, & ſupra fæmina à 12. abiurent omnem hæreſim*, idem ſtatuit Concilium Bitterrenſe *cap.* 31. ibi, *Præterea vniuerſos, &c. maſculos à quatuordecim annis, fæminas verò à duodecim annis, & ſupra faciatis abiurare*, in hac concluſione auctoritates prædictorum Conciliorum nulli ex DD. relinquunt dubitandi locum, ita enim docuit, Peña *vbi ſupra*, Simanch. *de Cath. Inſtit. titul. primo, de abiuratione, num.* 23. & 24. Lælius Zechius *in ſumm. 1. part. tit de fide, rubr. de hæreſi, cap.* 11. *num.* 18. Farinac. *quæſt.* 194. *num.* 31. Ludouic à Paramo *de orig. S. Inquiſitionis lib* 3. *q.* 4. *rubr. de expeditione proceſſus in cauſis fidei, num.* 15. *& ſequent.* Souſa *in Aphoriſmis Inquiſitorum, lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 4.

42. Quoad impuberes proximos infantiæ, non eſt quod aliquid agamus, quoniam ætas illa non videtur apta ad hoc delicti genus. Et Senatus noſter Mediolani teſte Claro *in praxi* §. *fin. quæſt.* 60. *in princ.* iuſſit abſolui, quendam minorem in contumaciam damnatum ex eo, quod compertum fuit eum tempore condemnationis fuiſſe octo annorum.

43. Solummodò dubitari poteſt, quid ſit dicendum de impuberibus proximis pubertati ſcilicet de maſculo annorum decem cum dimidio, & fœmina annorum nouem cum dimidio.

In hac re ego puto diſtinguendum eſſe hoc modo, vel tales impuberes ſunt doli capaces in materia noſtra hæreſis, vel in hac materia non ſunt doli capaces, nam ex eo, quod ratione ætatis præſumantur doli capaces à iure iuxta notata per DD. *in cap.* 1. *&* 2. *de de ictis puerorum*, non ob id poſſunt præſumi doli capaces in hoc crimine, bene Peña *in* 1. *part. director. comm.* 13. verſ. *in hoc verò hæreſis crimine*, vbi ait, quod cum hæreſis crimen ſpirituale ſit, intellectúque concipiatur, & perficiatur, non ita de facili credendum eſt cadere poſſe in his, qui intellectu adhuc imbecilles ſunt, ſicut in ea ætate cadere poſſunt furta, homicidia, & ſimilia delicta, quæ craſſiuta ſunt.

Cum igitur ſumus in impubere ad effectum de quo agitur doli capace, ſine dubio arbitror etiam in eſſe poſſe locum abiurationi, ita intelligenda, meo iudicio videtur inſtructio Valliſoletana anni 1488. cap. 12. relata à Peña *dicto comm.* 40. verſ. *Inſtructio tamen*, & Peña ipſe eo loco, vbi ait, quod conſtito de errore intellectus iſtius impuberis, & quod haberet notitiam contrariæ veritatis (quod eſt eſſe dôli capacem in hac materia) vtique eſt locus abiurationi, Farin. *num.* 31. qui idem dicit, ac Souſa *in Aphoriſm. Inquiſitorum, lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 4. vbi ait, quod maſculi ante 14. annum, & fœminæ ante 12. etiamſi ſint doli capaces tardò abiurant.

Si verò in materia, de qua agimus dicti impuberes non ſint doli capaces, vtique ad abiurationem minimè cogendi erunt.

Sed dubitat adhuc Peña *vbi ſuprà*, verſ. *Sed vbi* 44.
admiſerimus, num dato quod impuberibus poſſit abiuratio iniungi, debeat eis abiuratio de leui, vehementi, vel formali.

Et quidem vbi agitur de hæreſi formali, ait Peña, *vbi ſuprà*, quod vix impuberes poſſunt excuſari ab abiuratione de formali, niſi iudicium inconſtans, & ignorantia probabilis credendorum, ac aliæ circumſtantiæ culpam eorum minuant, idem dixit Souſa *dicto cap.* 40. *num.* 15. & Farin. *dict. quæſt.* 194. *num* 31. *in fi.*

Ego in arbitranda qualitate abiurationis indicen- 45.
da his impuberibus, minoribus, & fœminis infraſcripta ab Inquiſitoribus animaduertenda exiſtimo.

Primò enim conſiderari debet qualitas perſonæ ſuſpectæ, an iudicij ſit perſpicacis, an credendorum habeat notitiam, & qualem, ex quibus parentibus orta, Catholicisne an hæreticis, in qua Ciuitate nata, ſuſpecta videlicet an fideli, & ſimilia, an inter Ruſticos educata, an inter nobiles, hæc enim omnia plurimum ſuffragantur ad arbitrandum, an in hiſce perſonis ſufficiens adſit rationis iudicium ad indicendam ei maiorem, & etiam formalem abiurationem, Peña dicto verſ. *Sed ſi admiſerimus*, Cantera *cap.* 2. *de prob. per teſtes, rubr. de indic. & tort. num.* 17. verſ. *vſum tamen vidi practicari.*

Secundò conſiderari debet qualitas articuli, in quo impubes minor, vel fœmina grauatur, an ſcilicet ſit ex articulis, quos vnuſquiſque explicitè ſcire tenetur, an ex his quos quis non tenetur ſic explicite credere, quales ſunt multæ fidei ſubtilitates, Peña *in* 1. *p. directory, comm.* 12 *reg.* 1. *&* 4. Farin. *de hæreſi, quæſt.* 179. *n.* 33. *& ſeq.* Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 1. *cap.* 12 *n.* 14. *&* 15. cum aliis per me allegatis *in* 2. *p. tit.* 1. *in* §. *de ignorantia*, maior enim dolus præſumeretur in hiſce impuberibus, minoribus, & fœminis, ſi negarent Chriſtum Crucifixum, vel narum, ex M V. quam ſi faterentur ſe credidiſſe dæmonem poſſe cogere voluntatem hominis.

Vnde in S. Officio noſtro Cremonæ memini, iam ſupra 10. annos, quandam ſortilegam, ſaniore Congregationis parte votante fuiſſe coactam ad abiurandum de vehementi, quamuis faſſa fuiſſet ſe credidiſſe (grauabatur enim de ſortilegio qualificato ad amorem) dæmonem poſſe hominis voluntatem cogere ad quod multa allegaui *in* 2. *part tit. de ſortil. & ibid. in addit.*

Tertiò, conſiderari debet à quibus perſonæ iſtæ fuerint ſeductæ, an ſcilicet à parentibus, Parochis & aliis ſuperioribus quibus vnuſquiſque credere tenetur, an ab aliis, Pegn. *vbi ſup. d. com.* 21. *reg.* 7. Souſa qui alios allegat *dicto capite* 12. *num.* 15.

Quartò, conſiderari debet an ſtatim, ac de veritate Catholica monentur, ſtatim etiam reſipuerint, ex hoc enim multò minus contra ipſos præſumere debet Inquiſitor, an diu, & per multum temporis ſpatium in hæreſi permanſerint.

Ex his poterit prudens Inquiſitor arbitrari, an huiuſmodi perſonarum gratia abiurare debeant de formali, vehementi, vel de leui.

§. X.

An ante abiurationem hæreticus, ſit abſoluendus ab excommunicatione.

SCaccia *de ſententiis, & de re iudicata, gloſſ.* 12. *q.* 7. *n.* 178. ponit formulam cuiuſdam ſententiæ

Se

& abiurationis, lata in Inquiſitione Inſulæ Melitenſis, in qua primò ponitur ſententia, mox ſequitur abſolutio ab excommunicatione, & deinde abiuratio, atque ſtylum illum non poſſe improbari.

46. Ego verò conſuetudinem illam ſeu ſtylum, nec laudo, nec damno; certè ſtylus abſoluendi poſt abiurationem eſt conformior cum diſpoſitione iuris, ſecundum quam abſolutio debet dari pœnitenti bene diſpoſito, & dicitur hæreticus bene diſpoſitus poſt abiurationem, ita Eymericus *in ſexto modo terminandi, proceſſum*, *n.*177. & ſic ſeruari in omnibus Inquiſitionibus Italiæ conſtat ex P. Maſſin. *in forma ſententia contra hæreticum pœnitentem*, ibi, *doppo laqual abiuratione ſaremo contenti aſſoluerti dalle cenſure &c.* fol. mihi 208. primæ impreſ. & in omnibus Inquiſitionibus Hiſpaniæ, vt ex forma eiuſdem ſententiæ, de qua Paulus Garzias *fol mihi* 33. à tergo, ibi, *Y fecha la dicha abiuracion, mandamos abſoluer, y abſoluemos al dichò Fulano, de qualquier ſentencia de excomunion.*

§. XI.

De pœna recuſantis abiurare

DVo in hac re caſus pro faciliori diſtinctione iſtius materiæ conſiderandi ſunt.

47. Primus caſus eſt cum ſumus in Reo de hæreſi confeſſo, vel conuicto, qui abiurationem de formali ſibi iniunctam facere recuſat, & in hoc caſu certum eſt talem reum, vti impœnitentem brachio ſæculari eſſe relaxandum, Simanc. *d Cath. inſt. tit.* 1. *n.* 25. Lud à Paramo *de orig. S. Inquiſitionis*, *l.* 3. *q.* 4. *du expedit proceſſus*, *num.* 23. *& ſeq.* Farin. *q.* 194. *n.* 34.

Secundus caſus eſt cum recuſans abiurare eſt tantummodò de hæreſi ſuſpectus de vehementi, vel de leui, & tunc non eſt ſtatim relaxandus, ſed prius excommunicandus, quod ſi in dicta excommunicatione ex cauſa fidei lata per annum inſorduerit, tunc erit vti hæreticus impœnitens condemnandus, & ſæculari brachio relaxandus, bene Eymericus *in directorio*, *p.* 2. *q.* 55. *n.* 15. verſ. *Sed quid agetur*, vbi Peña *ſub littera* H, ait Eymerici doctrinam eſſe omnibus numeris abſolutam, Farin. *vbi ſup. n.* 35. Souſa *lib.* 2. *cap.* 40. *n.* 16.

TITVLVS XIII.

De pœnis, & ſalutaribus pœnitentiis.

SVMMARIVM.

Mors naturalis dicitur vltimum ſupplicium enim tres ſunt gradus.
2 *In primo gradu, qua genera collocentur, n.* 3. *vbi de ſecundo gradu, & n.* 4. *vbi de* 3. *gradu.*
5 *Crimen hæreſis eſt omnium delictorum maximum.*
6 *Punitur pœna mortis naturalis, & ex conſuetudine pœna ignis.*
7 *Ratio huiuſce conſuetudinis.*
8 *Pœna mortis puniuntur hæretici negatiui, impœnitentes, & relapſi.*
9 *Deciſio Senatus Olyſſipon. vnà cum Souſa doctrina impugnatur, num.* 10. *& ſeq.*
11 *Iudex laicus in crimine hæreſis omnino incapax.*
12 *Deciſio Inquiſitionis Cremonæ in relapſo.*
13 *Deciſio Supremæ Inquiſit. Hiſpaniæ in eadem materia.*
14 *Dogmatiſta an relaxandi.*
15 *Deciſio Inquiſitionis Valliſoletana de hæreſiarcha relaxato.*
16 *Hæretico qui in tabulato conuertitur an parcendum.*
17 *Caſus relatus ab Eymerico de Sacerdote ſic conuerſo.*
18 *Diminuti an ad mortem damnentur.*
19 *Celebrantes Miſſas, & adminiſtrantes Sacramentum pœnitentiæ cùm non ſunt Sacerdotes puniuntur morte naturali.*
20 *Negantes Trinitatem, &c. morte mulctantur. Idem de ſortilegis maleficio hoſtili morte ſequuta, n.* 21. *Idem de falſo vbi mors Rei ſequuta fuerit. num.* 22. *Idem de incidentibus in Bullam,* Si de protegendis, *num* 23.
24 *Abutentes Hoſtia conſecrata in ſortilegis puniuntur morte.*
25 *Cum tractatur de aliquo relaxato brachio ſæculari debet conſuli Vniuerſalis Romana Inquiſitio, num.* 26. *vbi quod ita, etiam obſeruatur in Inquiſit. Hiſpaniæ.*
27 *Pœna carceris eſt vſitatiſſima in Sancto Officio.*
28 *Ad carcerem perpetuum damnantur hæretici pœnitentes, & num.* 29. *vbi quando mitigatur hæc pœna.*
30 *Ad carcerem temporarium aliquando damnantur Confeſſarij ſollicitantes.*
31 *Deciſio Inquiſitionis Pinciæ in Materia Confeſſarij ſollicitantis.*
32 *Nobiles hæreticaliter blaſphemantes damnantur ad carcerem.*
33 *Triremium pœna frequentiſſima eſt.*
34 *Deciſio apud Lecatum de hæretico pœnitente damnato ad triremes.*
35 *Polygami damnantur ad triremes, Item Sacerdotes matrimonium contrahentes, n.* 3 *. confeſſ. ſollicit. num.* 37.
38 *Deciſio Inquiſit. Pinciæ, in Confeſſario ſollicitante.*
39 *Deciſiones aliæ Inquiſit. Hiſpaniæ in Confeſſario ſollicitante.*
40 *Deciſio Inquiſit. Siculæ in materia Confeſſarij ſollicitantis.*
41 *Ad triremes damnantur blaſphemi hæreticales atroces.*
42 *Deciſiones Inquiſitionis Cremonæ in materia Blaſph.*
43 *Conſpurcantes Imagines Sanctorum ad triremes mittuntur.*
44 *Deciſio Inquiſit. Cremonæ in conculcente efficium B. M. V.*
45 *Sortilegi aliquando ad triremes condemnantur, vbi deciſio Inquiſit. Siculæ, & commendatio Illuſtriſſimorum Inquiſitorum illius Regni, & maximè Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Don Conſalui Braui Graxera cui auctor ſe plurimum debere profitetur.*
46 *Deciſio Inquiſit. Siculæ de Subdiacono qui confeſſiones audiuit.*
47 *Deciſio Inquiſit. Pinciæ in materia laici, qui Miſſas celebrauit.*
48 *Rei Bullæ,* ſi de protegendis, *aliquando pœna triremium puniuntur.*
49 *Deciſio Supremi Tribunalis de vrbe, in vulnerante ad mortem cuſtodem carceris.*
50 *Falſi teſtes damnantur ad triremes.*
51 *Deciſio Inquiſitionis Cremonæ in materia falſi denunciatoris.*

litio, l. ſ. ad l. Iul. Maieſt. Deuter. 22. verſ. 26. Pſalm. 19. verſ 13

5. Quia autem hæreſis crimen maximum eſt omnium delictorum, Præſes Abauo *in Theoric. crim. §. hæreſis, num.* 2. nihil enim (ait Imperator) *in l. 5. Cod de ſumma Trinitate, & fide Catholica*, grauius, & deteſtabilius eſt, quam aduerſus Creatorem ſuum, Deum omnipotentem inſurgere,
6. & eius diuinitatem abnegare, ideo non mirum ſi leges Sacroſanctæ delictum hoc pœna quidem mortis puniant, ſed, & inter eas grauiſſima concremationis, cap. *cum ſecundum, de hæret. in 6. & l. Arriani, Cod. de hæret. & Manichæis.* & vtrobique D D. qui aiunt de iure hæreticos pœna mortis puniri, & quod notoria conſuetudo declarauit dictam pœnam mortis vt ſit crematio, Clar. §. *hæreſis*, verſ. *Sed quæro*, Gotofred. Abauo *loco alleg. num.* 17. Cantera *in quæſt. crimin. de hæreſi, cap.* 1. *num.* 49. verſ. *Ecce textus*, Farin. *de hæreſis. quæſt.* 189. *num.* 3. & 4. Souſa *in Aphoriſm. Inquiſitorum, lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 1. & Ferd. de Caſtro Palao, *in opere morali, tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 6. *punct.* 2. *num.* 2. qui alios allegant.

7. Conſuetudo hæc, vt non alia pœna hæretici puniantur quam ignis originem duxit ex veteri teſtamento quarto Regum 23. vbi Ozias iuſſit oſſa hæreticorum Sacerdotum comburi Præſes Abauo *vbi ſuprà, num.* 18. & ex nouo teſtamento verbis ſcilicet Chriſti Domini Ioan. 15. *ſi quis in me non manſerit eiicietur foras ſicut palmes, areſcet, & tolletur in ignem*, Cantera, *dicto num.* 56. verſ. *& iſta conſuetudo habuit originem* Sed, & maximè rationabilis eſt memorata conſuetudo, tum quia combuſtio primum locum tenet inter pœnas mortis, ideo æquum eſt vt grauiſſimo omnium delictorum imponatur, Præſes Abauo, *num.* 21. vbi quod ſi pœna aliqua occurreret combuſtione atrocior, vtique ea eſſet hæreticis imponenda, tum quia hoc modo percitius deletur de memoria hominum hæret. ſceius delictum Præſ. Abauo *in quæſt. reatuum, quæſt.* 7. *num.* 234.

8. Hac igitur pœna mortis puniuntur hæretici impœnitentes relapſi, & negatiui, vt vidimus *in 2. p. tit. de hæret. pœnit. impœnit. & relapſis*, cum hoc quod pœnitentes relapſi, prius ſtrangulantur, & poſtea mortui comburuntur, & impœnitentes, & negatiui viui comburuntur, vt ibi notaui, & obſeruat Cantera *d. cap.* 1. *num.* 59. verſ. *& iſta pœna ignis*. P. Maſſin. *in praxi, p.* 10. *aſſert.* 95. Souſa *lib.* 2. *cap.* 6. *num* 10.

9. Animaduertenda eſt tamen Doctr. Souſæ, *vbi ſupr. num.* 11. qui ait, quod hæretici negatiui ſi poſtquam traditi ſunt Iudici ſæculari, coram ipſo non confitentur fidem Catholicam ſunt viui comburendi, & quod ita iudicatum fuit ab omnibus
10. Præt. Senatus ſupplicationis in Ciuitate Olyſſiponenſi 9. Sept. 1629 eum in actu fidei tunc celebrato tres de genere Hæbræorum vti negatiui traditi fuiſſent curiæ ſæculari, quia ait Souſa coram Iudice ſæculari interrogandi de fide noluerunt reſpondere fuerunt traditi miniſtris, vt viui comburerentur, prout viui fuerunt combuſti.

11. Verùm ab hac doctrina valdè cauendum, nam in crimine hæreſis, Iudex laïcus eſt omnino incapax, ſiue agatur de cognitione directa, ſiue indirecta cap. *vt Inquiſitionis*, ibi, *quoquo modo, de hæret. in 6.* & pluries *in ſecunda parte* probaui, partes enim Iudicis laïci in hoc crimine ſunt tantummodo in exequenda ſententia Iudicis Eccleſiaſtici, & quidem ſtatim, d. c. *vt Inquiſit.* §. *Prohib* Fed. de Caſtro Palao, *dict. diſp.* 8. *punct.* 14. *num.* 3. Cantera *loco cit. num.* 59. *circa medium*, vbi quod pura & nuda executio pertinet ad Iudicem laicum, & quod ita obſeruatur in Regnis Hiſpaniæ qui alios allegant, Igitur non poterit Iudex laicus poſt traditionem ſibi factam reum de fide interrogare, vt reſpondens coram ipſo mortuus comburitur, cùm ex Inquiſitorum ſententia vti impœnitens declaratus viuus deberet comburi, in hoc tamen me remitto determ. S. C. de Vrbe.

De relapſo Cremonæ tradito brachio ſæculari mentionem feci *in addit. ad 2. p.* & de alio, qui 12.
cùm eſſet ex genere Maurorum fuit reconciliatus,
& poſt reconciliationem iterum ad alios eiuſdem 13.
generis tranſiuit fit relaxatus, meminit Cantera *d. cap.* 1. *de hæret. num.* 58. verſ *Ita fuit practicatum per conſilium ſupremum Inquiſit*

De dogmatiſtis, & hæreſiarchis, an ſi conuertantur poſſint pro prima vice damnari ad pœnam 14.
mortis dixi *2. p. tit. & ibi in addit.* Illud notandum, quod propter inſignes hæreſiarchas Lutheranos, qui anno 1558. inſurrexerunt in Hiſpania Papa conceſſit Breue Inquiſitori Valleſoletano, vt dogmatiſtæ Lutheranæ ſectæ relaxarentur, vt ait Cantera *de hæret. cap.* 1 *num.* 70. & ſic fuit relaxatus quidam de Cazala inſignis dogmatiſta, Caſtro Palao *tract.* 4. *diſp.* 6. *punct.* 2. *num.* 17. qui omnino videatur vnà cum P. Diana, *reſolut.* 23. *tract.* 7. *p.* 4. & Souſa *in Aphoriſm. lib.* 1. *cap.* 6. & *lib.* 4. *cap.* 10.

His hæreticis pœnitentibus, qui in ipſo tabulato, vel poſt ſententiam conuertuntur rarò pœna 16.
mortis eſt condonanda, Pegn. omnino videndus *comm.* 175. verſ. *plerimum, p.* 3. & Inſtructio Toletana alleg. à Diana *reſ.* 14 *tract.* 7. Caſtro Palao *diſp.* 6. *punct.* 2. *num.* 18. & ante oculos Inquiſitores habere debent caſum relatum ab Fymerico *in decimo modo terminandi proceſſum* eo Sacerdore vt impœnitente damnato, qui cum nollet comburi, clamauit, quod educeretur, & fuit eductus, & abiurauit ſed poſt 14. annos fuit vt impœnitens relapſus condemnatus, ad hoc animaduertentes 17.
Illuſtr. Inquiſitores Regni in ſolemni actu fidei, de quo infrà *num.* 45. F. Carolom Taualoram profeſſum Auguſtinianum laïcum, quod ſe pertinaciter Meſſiam diceret variáſque hæreſes diſſeminaret, brachio ſæculari relaxarunt, nec eum deinde immunem debere eſſe à pœna mortis arbitrati ſunt, quod dum ad mortem duceretur errorem ſuum faſſus fuerit, veniámque ab omnibus petierit, ſtrangulatus enim more relapſorum pœnitentium fuit combuſtus.

Diminuti an ad mortem damnandi ſint vt Impœnitentes, Cantera *vbi ſuprà num.* 57. ait per 18.
Supremum Conſilium Hiſpaniæ fuiſſe mandatum, *quod ex diminutionibus nemo capiatur ipſo inconſultò* & ibi Cantera dixit, quod non ſunt hi relaxandi niſi diminutio ſit maxima multum notabilis, & ex malitia facta, videndus Caſtro Palao, *d. punct.* 2. *num.* 5. Souſa, *lib.* 2. *cap.* 48. *num.* 11. Royas *de hæret p.* 2. *num.* 242. Param. *de orig. S. Inquiſit. lib.* 5. *quæſt.* 9. *num.* 193. *& ſeq.* Seſſ. *deciſ.* 453. *num.* 7. *part.* 4.

Pariter ad mortem damnantur non presbyteri Miſſas celebrantes, & confeſſiones Sacras audientes, vt dixi *in peculiari titul. in 1. part.* de quibus videndi ſunt Souſa, *lib.* 1. *cap.* 32. & 33. 19.
& P. Diana qui alios allegat, *reſ.* 11. & 12. *tract.* 7. *p.* 4. quidquid aliter in Hiſpania obſeruetur.

Item

Item qui Trinitatem, Diuinitatem Chriſti Domini,
20. Conceptionem ipſius de Spirit. Sact. Chriſti mor-
tem, vt nos redimeret, & B M V. virginitatem nega-
rent, etiam pro primo lapſu ſæculri brachio rela-
xantur ex Conſtitutione Clem. VII. de qua *in* 2. *p.*
tit. 2. Souſa *lib*. 1. *c*. 44. *n*. 6. Diana *reſol* 24. *tract*. 7.
21. Sortilegi vbi maleſi in hoſtili actu fuerint cauſa
mortis ex Conſtit. Gregor. XV. 20. Mar. 1623. tradun-
tur brachio ſæculari vt dixi *in tit. de ſortil.* Diana *re-*
ſol. 10. *tr*. 7. P. Maſſin. *in praxi, p*. 7. *fl*. 178. verſ. *Di piu*
aduertano.
22. Teſtis falſus, vbi ex eius teſtimonio aliquis fuerit
damnatus vtique eſt relaxandus, vt dixi *in* 1. *p. in tit.*
de varys delict. & ita fuiſſe practicatum in Inquiſit.
Logronioſi, atteſtatur Caſtr. Pal. *diſp*. 8. *punct*. 15. §. 6.
n. 6. videndus Souſa *lib*. 2 *c*. 8. & P. Diana *reſ*. 6. *tr*. 7.
cum aliis ibi allegatis.
23. Hi quoque qui in Conſt. felicis record. Pij V *Si de*
protegendis, incidunt in pœnam mortis damnantur
cum declarationibus tamen de quibus *in* 2 *p*. in pe-
culiari tit. huius materiæ.
Proui & Magiſtratus, ſeu Domini Eccleſiaſtici vel
24. temporales, hæreſim vel ſchiſma excitantes, vt nota
ui *in tit. de Apoſtaſia & ſchiſmate*, Diana *d. reſol*. 24.
Sortilegi in ſortilegiis Hoſtia conſecrata abuten-
tes ab Inquiſitoribus relaxandi ſunt brachio ſæcu-
lari iuxta decretum S. C. poſt Locatum *in rubr. con-*
tra abutentes Sacramentis.
Alios caſus vide in ſecunda parte huius operis, il-
25. lud tamen hoc loco aduertendum quod cum agitur
de aliquo relaxando brachio ſæculari, id debet fie-
ri conſulta ſemper S C. Pegn. 3. *p. com*. 96. Molina *de*
26. *de Iuſt. & Iure tr*. 5. *diſp*. 28. *n*. 14. Diana *reſol* 121. *tr*. 8.
vbi quod ita obſeruatur in Hiſpana Inquiſitione,
probat, & obſeruari in Inquiſit. Italiæ conſtat ex for-
mulis ſententiarum horum relaxandorum apud P.
Maſſin. *p*. 8 *fol*. 257. ibi, *Et hauendo noi*, &c. *alla Sa-*
cra Congregatione 2. impreſſionis.

§. II.

De pœna Carceris.

Poena carceris, in hoc Sacro-Sancto Tribunali
27. vſitatiſſima eſt, prout etiam in aliis Eccleſia-
ſticis, Clar §. *fin. q*. 70. verſ. *Sana autem*, & nos *in* 2. *p.*
tit 1. *&* 2. vbi late, & erudite Bobad. videndus *in ſua*
politica, lib. 3. *c*. 15. *n*. 6. *& ſeq.*
Quoniam autem duplex eſſe poteſt carcer, ſcili-
cet vel perpetuus, vel ad tempus.
Ad perpetuum carcerem hodie damnantur hære-
28. tici pœnitentes non relapſi, Farin. *de hereſ. q*. 193.
n. 101. *& ſeq.* Souſa *in Aphor. lib*. 3. *c*. 8. *n*. 1. Cantera *de*
heret. c. 1. *n*. 56. verſ. *Et tunc aut reuertitur*, Caſtro Pa-
lao *diſp*. 6. *punct*. 1. *n*. 1. *& ſeq.* P. Diana *reſol*. 24. *tr*. 7. &
ſic hanc pœnam perpetui carceris fuiſſe Cremonæ
obſeruatam, in quodam hæretico pœnitente obſer-
uauit Boſſ. *de heret. n*. 18. & ego poſſum atteſtari plu-
rimas deciſiones S. C. in noſtra Inquiſitione Cremo-
næ in quibus plures hæretici pœnitentes hac pœna
fuerunt damnati.
Qui omnes ingenuè fatentur pœnam hanc miti-
29. gari, cum hæreticus in primis audientiis ingenuè &
corde contrito fatetur errorem ſuum. Verba Inquiſi-
tionis San-Vincentie refert Diana, ibi. *ſi el Reo con-*
feſſo antes la publication, ſe le da dos años de carcel.
Ad carcerem ad tempus, ſolent damnari Confeſ-
30. ſarij ſollicitantes, quorum delictum non ſit ita ple-
nè probatum, & ad magnum tempus aliquando,
quando delictum eſt probatum, vnde apud Freitas

ad Rodericum de confeſſ. ſollicit. quæſt 24. *n* 50. ait Pin-
ciæ quendam Confeſſarium, qui pluries ſollicita- 31.
uerat & per multos annos fuiſſe damnatum ad car-
cerem per decennium in conuentu ſui ordinis deſi-
gnando a ſuperiore ſuæ prouinciæ.
Idem eſt de nobilibus, qui hæreticaliter blaſphe- 32.
marunt, vtplurimum enim ad aliquod tempus ad
carceres formales damnari ſolent, & ita paſſim ob-
ſeruatur in noſtra Inquiſitione Cremonæ, alia vide *in*
2. *part*. cum de ſingulorum delictorum pœnis egimus.

§. III.

De pœna Triremium.

Frequentiſſima eſt etiam in hoc foro Triremium 33.
pœna, vt vidimus ſæpè *in* 2. *p. huius operis*, hac
enim pœna puniri aliquando hæreticos pœnitentes
loco carceris perpetui teſtis eſt Royas *in* 2. *p de he-* 34.
ret. n. 203. ſic quidam hæreticus pœnitens fuit dam-
natus ad triremes quinquennales, apud Locatum *ca-*
ſu 3 *in Placentinus*, & Cantera *loco cit. num*. 56. *in fin.*
atteſtatur in Hiſpania adeſſe quoddam breue, ſeu in-
dultum Summi Pontificis, quo datur facultas iudici-
bus fidei, vt poſſint hæreticos ad remos damnare.
Polygami regulariter ad triremes quinquennales, 35.
vel ſeptennales damnantur, & in Inquiſit. Italiæ, vt
notaui *tit. de Polygamis*, Bariola *in Aphor. littera V*,
verbo *vxor*, §. 2. & in Inquiſitionibus Hiſpaniæ, Sou-
ſa *in Aphor. lib*. 1. *c*. 31. *n*. 20 Salcedo *in addit. ad Diaz,*
c. 8. *ſub littera B*, Caſtro Palao *diſp*. 8. *punct* 16. § 8.
n. 2. & Didac. Cantera *cap*. 1. *de heret. n*. 55. verſ. *& de*
illis, qui contrahunt.
Eadem pœna triremium damnandi ſunt qui Ma- 36.
trimonium contrahunt, cum ſint in ſacris ordinibus
conſtituti. Diana *reſol*. 5 *tract*. 7. vbi quod ipſe eos
damnaret ad remos quinquennales, ego ipſe 2. *part.*
tit. de varys delictis &c.
Confeſſarij ſollicitantes regulariter ad triremes
damnantur, vt dixi *in tit de hoc delicto*. §. *de pœnis hu-* 37.
ius criminis, ſic Freitas in nouiſſima editione *ad Ro-*
der. de confeſſ. ſollicit. q. 14. *n*. 115. teſtatur quendam
Confeſſarium Pintiæ fuiſſe damnatum ad triremes, 38.
Caſtro Palao *diſp*. 9. *punct*. 11. *n*. 2. ait ſe vidiſſe multos
Confeſſarios damnatos ad triremes ob hoc delictum 39.
Diana *reſol*. 7 *tract*. 7. ait ipſo in Congregatione Si-
ciliæ votante quendam Religioſum fuiſſe ob hoc 40.
damnatum ad triremes ſeptennales, videatur Souſa
in Aphor c. 34. *n*. 67. Cantera *d. c*. 1. *n*. 65.
Blaſphemi hæreticales ex conſuetudine, ſi blaſphe- 41.
miæ ſint atroces, & perſonæ non ſint nobiles dam-
nantur ad triremes vt dixi *in tit. de Blaſphemis*, ita in
Regno Siciliæ obſeruari atteſtatur Diana *reſol*. 8. *tr*. 7
& ſic in noſtra Inquiſit. Cremonæ plures blaſphemi
fuerunt ad triremes damnati alij triennales, alij quin- 42.
quennales, alij etiam decennales, me in Congrega-
tionib. S. Officij vti Conſultore votante & ſic anno
1634. quidam Neapol. dictus l'Alfierino ob atrociſſi-
mas blaſphemias, & ſupra omnem cogitantem hor-
rendas fuit damnatus ad remum decennalem. & plus
arbitrio Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. D. Card. Epiſcopi,
& Reuerendiſſ P. Inquiſitoris.
Eadem pœna puniuntur conſpurcantes Imagines 43.
Sanctorum, vel eas, & Crucem conculcantes, vt dixi
in d. tit. de Blaſph. Genuenſ. *in praxi*, *c*. 18. *n*. 12. & ita
ſemel practicatum fuit Cremonæ in quendam, qui, & 44.
blaſphemauerat, & Offic. B. M. ſemper Virginis pedi-
bus conculcauerat, quique ob id fuit ad remum de-
cennalem damnatus, me Conſultore exiſtente.
Sortilegos aliquando puniunt Inquiſitores pœna 45.
triremium

triremiũ, vt puta ſi ſortilegia hæreticalia ſint, & pro-
miſſi læſiua, Zanard. *p. 3. ſuæ ſum. c. 64. fol.* 169. verſ.
Ideo animaduerte, Camera, *de ſortilegiis, c. 6 n. 6. in fi.*
vbi quod Inquiſitores poſſunt hoſce ad remos dam-
nare, & ita pluries in actibus fidei publicis fuit ob-
ſeruatum Cremonæ.

Sic in ſolemni actu fidei celebrato in Regno Si-
ciliæ, die 9. Septemb. 1640. per Illuſtriſſim. & Reue.
DD. Don. Ioan. de Toteſilla, Dõ Didac. de Traſmiera,
& D. Cõſaluum Brauum, Dominos meos, presbyter,
Martinus Fide Diœceſis Siracuſanæ quod aureã mo-
netam, vulgo *vn Scudo di* 12. *tari* baptizauerit more
infantium, iuxta ritum S. M. Eccleſiæ, poſt abiuratio-
nẽ de vehementi damnatus fuit ad triremes, prout, &
in eodem actu mihi tranſmiſſo ab Illuſtriſſimo, &
Reuerendiſſimo D. Dõ Conſaluo Brauo Graſsets,
Dõ. meo viro Religioſiſſimo, Nobiliſſimo, cui ego
ob eius in me humanitatem plurimum me de-
bere ſemper profitebor, damnatus fuit Vincentius Si-
neri Panormit. ad eaſdem triremes per ſeptennium
ob abuſum Sacramentorum, Baptiſmi, Pœnitentiæ,
& Ordinis.

46. Non exiſtentes in ordine Presbyteratus, ſi Miſſam
celebrent, vel confeſſiones audiant, ex decreto Cle-
ment. VIII. de quo *ſuprà* traduntur brachio ſæcula-
ri, verum in Hiſpana Inquiſitione damnari ſolent ad
triremes, Souſa *in Aphoriſm. lib. 1. cap.* 32. *n.* 12. Diana
reſol. 15. *&* 18. *tract.* 7. vbi quod de anno 1633. in Re-
gno Siciliæ quidam Subdiaconus, qui pluries con-
feſſiones exceperat per ſeptennium fuit damnatus
ad triremes, & Freitas *ad Roder. q* 13. *n.* 30. atteſtatus
ſe vidiſſe P nciæ, quendam laicum, qui fuit damnatus
ad triremes poſt fuſtigationem, quia Miſſas celebra-
uerat, idem in noſtris Inquiſitionib. obſeruatur, cum
vel delictum non eſt ita plene probatum, vel adſunt
aliquæ cauſæ de Iure delictum minuentes, vt cum
Rei poſt nouiſſimam Bullam Sanctiſſ. D. N. Vrbani
Papæ VIII. eſſent infrà vigeſimum annum, videatur
Caſtro Palao *tract. 4. diſp.* 8. *punct.* 16. §. 9. & alij à
me allegati *in 2. p. in proprio tit.*

48. Rei Conſtitut. Sanctiſſ. D. Noſtri Pij V. *Si de pro-
tegendis*, cum teſtes, vel denunciatores citra mortem
percuſſiunt, aliquando ſola pœna triremium fuerunt
damnati, cum percuſſio eſt leuis, & facta baculo, vt
vidimus *in tit de hac peculiari Bulla in* 1. *p.* id tamen
eſt ex benignitate Emin. Congregat. de Vrbe, vt ibi
dixi, & aduerte, quod cum percuſſio eſt grauis licet
mors non ſequatur, ſolent hi Rei à Sacr. Congregat.
49. damnari ad mortem, vt accidit in eo qui cum carce-
ratus eſſet in S. Officio vulnerauit ad mortem cuſto-
dem carcerum, nam anno 1614 fuit damnatus ad
mortem, & furca ſuſpenſus, vt apud Farin. *de hæreſi,
q.* 188. *num.* 73.

50. Falſorum teſtium pœnæ regulariter eſt triremium,
vt diximus *in* 2. *p. tit de diuerſ. criminibus*, §.... Et ita
51. hoc anno 1638. in noſtra Congregat. quidã falſus
denunciator fuit damnatus ad triremes, & in Inqui-
ſit. Sicula, quidam Religioſus falſus teſtis fuit dam-
natus ad remum decennalem, apud Dianam *reſol.* 16.
tract. 7. videatur Bariola *in Aphor.* verbo *teſtes* §. 8.
Souſa *l.* 2. *c.* 8. Caſtro Palao *diſp.* 8. *punct.* 16. §. 6. *n.* 9.

52. Eadem pœna triremiũ punitur, qui falſo ſe Mini-
ſtrum S Officij fingit, vt aliquem concutiat, Simanc.
de Cath. Inſtit. tit. 46. *num.* 92. *& ſeq.* Caſtro Palao *d.
punct.* 15. §. 7. *n.* 4. & Farin. *conſ.* 73. *n.* 4.

Alios caſos in quibus pœna triremium imponi-
tur vide *in* 2. *p. in pœnis ſingulorum delictorum.*

53. Animaduertendum tamen, quod cum quis ad re-
mos in hoc Tribunali damnatur in ſententia expri-
mi debet, quod ſeruiat ad remum, ita in Inquiſitio-
nibus Hiſpaniæ obſeruatur, Paulus Garz. *en la
orden de proceſſar, en el S. Oficio fol.* 34. ibi, *ſi la car-
celeria ſe manda tener en las galeras ſe eſpreſſera el
tiempo, y que ſerua al Remo, y ſin ſueldo*, Et in
Inquiſitionibus Italiæ, P. Maſſin. *p. 8. in forma ſenten-
tiæ contra vehementer ſuſpectum*, ibi, *si condenniamo à
ſeruir per remigante alla Galera*, fol. mihi 109. ſecun-
dæ Impreſſionis.

§ V.

De pœna Fuſtigationis.

Etiam pœna fuſtigationis, & verberationis vſu 54.
recepta eſt in S. Officio, & de ea agit Clar. *in
praxi. §. fin quæſt.* 70. verſ. *Eſt etiam pœna*, vbi adden-
tes alios allegant.

Hac autem pœna puniuntur mulieres quæ viuo 55.
primo viro ad ſecundum Matrimonium conuolant,
Souſa *in Aphor. lib.* 1. *c.* 35. *n.* 20. Salced *ad c.* 8. *Diaz
ſub littera B.*, cum aliis apud Dianam *reſolut.* 4.
tractat. 7.

Fuſtigantur mulierculæ viles ſortilegæ, & aliquan- 56.
do etiam ſortilegi, etiam pluries cùm non ſunt apti
remo, prout ſuperioribus annis fuit fuſtigatus vnus
ob ſortilegia hæreticalia, qui aliàs ſi fuiſſet habilis, 57.
erat ad remum tranſmittendus in noſtra Inquiſitio-
ne Cremonæ, & plures huiuſmodi ſortilegæ in ſo-
lemni actu fidei celebrato in Regno Siciliæ de
quo *ſuprà*, per Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Inquiſito-
res illius Regni ad pœnam hanc fuerunt damnatæ.

Fuſtigantur etiam teſtes falſi. Souſa *lib. 2. c. 8. n.* 37. 58.
cum aliis apud ipſum, & hoc vltra pœnam tri-
remium.

Sæpè etiam vſitatum video apud auctores præ-
ſertim Hiſpanos, quod Religioſi virgis in ſuo Mo- 59.
naſterio cædontur ab aliis Religioſis præſente No-
tario S. Officij, id in Confeſſariis regularibus ſollici-
tantibus obſeruari dixit Caſtro Palao *diſp. 9. punct.* 11.
num. 1. ibi, *ab omnibus Religioſis poſt lectam ſententiam
flagellatur*, quod in facto ſeruatum fuiſſe Pineiæ in
Confeſſario damnato ad carceres decennales de
quo *ſuprà*, atteſtatur Freitas *ad Roderic. dicta q.* 24.
num. 50.

Et generaliter aduertendum, quod cum delinquens
deberet damnari ad triremes, ſed non poteſt, vel ra- 60.
tione ſexus, vel aliàs (niſi qualitas perſonæ repugnet)
putà quia tractarentur de nobili viro, vel muliere, tunc
loco triremium datur, ſeu dari poteſt fuſtigatio ſe-
mel, vel pluries pro qualitate delicti, vnde mulieres
qui in S. Officio Siciliæ falſum depoſuerant, fuerunt
damnatæ ad fuſtigationem, apud Dianam, *reſol.* 16.
tract. 7. quod etiam fuiſſe factum in Inquiſit. Gale-
tiæ, ait idem Diana *ibid. ex Inquiſit. Sannicente, ca-
pite* 23. §. 3.

Aduertendum vlteriùs quod cum mulieres ha- 61.
bent virum, vel filias nubiles, tunc meo iudicio arbi-
traret abſtinendum à pœna fuſtigationis ne marito
fiant exoſæ in odium Sacramenti Matrimonij, & ne
filiæ nubiles ob id Matrimonio carere cogantur,
bene Rol. à Vall. *conſil.* 63. *lib.* 3. Pegn. *de tempore
gratiæ, cap.* 11. *reg.* 8. Souſa *in Aphor. lib.* 4. *cap.* 13.
num. 6. vbi, quod in imponenda publica abiuratio-
ne, vel occulta conſiderandum eſt an ille cui ab-
iuratio indicenda eſt ſit Paterfamilias habens filias
nubiles, igitur hoc multo magis in imponenda pœ-
na fuſtigationis attendendum erit.

§. V.

§. V.

De pœna Relegationis.

62. RElegationis pœnæ vſitata eſt,tam in Eccleſiaſticis,quam in ſæcularibus Iudiciis,Clar.*in praxi §.fin.quæſt.*71.verſ.*Vidi ego* ,vbi addentes DD.antiquos, & modernos allegans , de differentia autem inter relegationem , & deportationem videndus eſt egregie loquens Vueſemb.*in Paratitlis,ff.l.*48.*tit.*22.*num* 3.*&* 4.qui intra,& DD.ad hoc adducit ad quos me remitto.

63. Vnum hue eſt quud in S.Offic. paſſim hæc pœna vſurpatur, nec ſolum releganiur Rei in locum ſubiectum Iuriſdictioni Inquiſitoris relegantis,ſed etiam in loco aliis Inquiſitoribus ſubiecto , & hoc quia omnia loca ſubſunt eidem Sum. Pontifici , & quia cum tractator de locis ſubiectis eidem Principi,conſuetudo generalis ita obſeruat,vt ait Clar. *loc.ſuprà allegato.*

64. Quia autem hæc regularis pœna inter arbitrarias numerari ſolet,Farin.*de hæreſi,q.*193.*num.*80. *& ſeq.* Souſa *in Aphor.lib.*3.*c.*26.*n.* Ideo Inquiſitor in impoſitione iſtius pœnæ,(ſicut etiam aliarum arbitrariarum,quales ſunt pœna triremium,fuſtigatio , exilium deportatio, & ſimilia)Deum , & iuſtitiam præ oculis habere debet,& arbitrium ſuum Iuri, & æquitati conformare,Pegn *comm.*144 verſ.*Iam his* Royas *de hæret p.*1.*n.*548.Farin.*loco cit.n.*84.& his allegatis Souſa *d.c.*26.*n.*3.

5. Relegantur igitur in foro noſtro mulieres nobiles , quæ bis Matrimonium contraxiſſe noſcuntur, Souſa *in Aphor. lib.*1. *c.*35. *n.*20. ibi *honeſtiores verò, mulieréſque per idem tempus relegantur.*

66. Relegatus etiam fuit in Ciuitate Mediol.à noſtra Congreg.t. Cremonæ , quidam Sacerdos ſuſpectus, quod ſortilegè celebrauerit ſuper rebus aptis ad maleficia,idque ſupra multos annos hac conditione appoſita,quod ſingulis menſibus ſe præſentaret Reuerendiſſimo Inquiſitori illius Ciuitatis.

Relegantur quoque paſſim alij permulti ſecundum prudens arbitrium Reuerendiſſimorum Inquiſitorum,& Ordinariorum.

§. VI.

De pœnis Exilij.

IN multis etiam caſibus exilio puniuntur Rei,ſeu aliàs quomodocumque ſuſpecti de hæreſi, in hoc Tribunali.

67. Et imprimis, quidem Confeſſarij regulares ſollicitantes ſemper puniuntur exilio à loco delicti, Souſa *de Confeſſ.ſollicit.tract.*2 *cap.*15.*n.*13. ibi,*& locum vbi delictum commiſerunt in perpetuum vel ad tempus non ingrediantur.*Et hæc pœna exilij expreſsè apponitur inter pœnas, quibus hoc delictum puniri voluit Sanctæ memoriæ Gregorius XV. in ſua conſtitutione contra Confeſſarios ſollicitantes & ita paſſim obſeruatur.

68. Blaſphemi etiamſi viles ſint aliquando poſt flagella in exilium mittuntur,Simanch. *de Cath.Inſtit. tit.*8 *n.*10.Saleed.*ad Diaz.c.*210.*ſub littera A* , & ſic in Regno Siciliæ quidam Blaſph. in ſecunda condemnatione poſt abiurationem de leui fuit quatuor
69. annorum exilio mulctatus , vt teſtatur Seſſe *deciſ. Regni Aragoniæ,tom.*4.*deciſ.*470.*n.*24.

Sacerdos,qui Miſſas Defunctorum celebrat pro
70. viuentibus vt moriantur, exilio perpetuo mulctatur, Souſa *in Aphoriſm.lib.*2.*cap.*58. *num.*22. Menoch. *caſu* 388. *num* 55. qui alios alios allegans.

Mulieres ſortilegæ poſt fuſtigationem ſolent in exilium damnari, Faber *in ſuo Cod.tit.de Maleſ. & Mathem. deſin.* 1. quia publicè intereſt prouinciam malis hominibus purgari,*l.*1. *de Officio Præſidis* , & ita multoties fuit Cremonæ obſeruatum in noſtra Inquiſitione. 71.

Mihi magis placeret,quod hæ mulieres in certum locum relegarentur , vt poſſent diligentius obſeruari,ne alias Prouincias inficerent , Canter. *de hæret. cap.*1 *num.*55.Præſes Abauo *in ſua praxi in § ſortilegium, num.* 98. vbi ait quod exilium his mulieribus iniunctum dat eiſdem anſam eorum maleficia continuandi.

Quendam Clericum Aſtrologum , qui prædixit tempus,& genus mortis Regis Francorum,vt poſtea euenit,fuiſſe à rota Hiſpania exulatum teſtatur Diana *reſol.*17.*tract.*7.*part.*4. 72.

Retinentes libros Hæreticorum,vel aliàs ſcripturas continentes ſortilegia hæreticalia à Curia Neapolitan.ſi exteri ſunt expellentur à Diœceſi in qua deliquerunt, vt teſtatur Genuenſ. *in praxi Archiepiſc. Neapol. cap.*84. *num.*12. *in antiquis* , *& cap.* 68. *in nouis.* 73.

Et generaliter in S. Officio , à loco delicti exiliantur omnes , qui cum ſcandalo deliquerunt, ſic qui in concionibus in aliqua Ciuitate propoſitiones ſcandaloſas dixiſſet, exilio ab ea eſſet mulctandus,& pariter,qui incidiſſet in Conſtitutionem Pauli V.& Gregor.XV. in materia Conceptionis B. M. V.& quidem notoriè,& ſcandaloſè, eſſet etiam à loco in quo deliquit exiliandus, vt ſæpe in hac materia factum vidimus. 74.

Quomodo autem puniendus ſit, qui exilio mulctatus ad tempus illud frangit,de hoc eſt text *l.relegati,ff.de pœnis*,vbi I.C.ait quod duplicatur exilium & ſic Sen.noſter Mediolan.indiſtinctè obſeruat,quod exilio mulctatus infrà decennium punitur duplicatione temporis , quod reſtabat ad exilium quando illud fregit , ſi verò iuſſus erat ad decennium exulare , punitur exilio perpetuo , & ſi perpetuo exulare debebat , punitur pœna mortis , ita Clarus 75.
*in praxi,§.fin.quæſt.*71.verſ *Quæro quæ pœna*,& idem 76.
obſeruat Senatus in condemnatis ad triremes.& aufugientibus ab eis , bene in hac materia fractionis exilij videndus Giurba *conſil.crimin.*47. *num.*21. *& ſeq.* vbi more ſuo plures in hac re caſus diſtinguit , & eruditè diſcutit , ego vltra ea quæ dixi in titulo de non implentibus pœnitentias, dico quod regulariter diſpoſitio *dicta l.Relegati* obſeruanda videtur etiam in hoc Tribunali,Cantera *de hæret. cap.* 5.*num.*60.niſi vltra ſimplicem fractionem exilij concurreret etiam contemptus S. Officij , vel aliquid aliud inſinuans huic Tribunali malam credulitatem, nam tunc per modum contemptus,& ſuſpicionis eſ-
ſet locus abiurationi , relegationi,etiam condemnationi ad triremes,Cantera *loco citat.*verſ. *Et ſic Iudex ſecundum qualitatem inobedientiæ*, vbi ait , quod ob id in Inquiſition.Mureiæ , quidam ſuſpenſus à S. C.& non obſtante ſuſpenſione adminiſtrans fuit ad remum damnatus , de hac exilij pœna videndus Clarus *loco citat.*& *ibi* addentes , qui & materiam latè pertractant , & Farinacius & alios antiquos DD. allegant. 77.

* * *

§ VII.

§. VII.

De pœna detruſionis in monaſterium.

78. POena hæc detruſionis in Monaſterium, olim quidem erat in vſu, hodie tamen ab aula penitus receſſit, vt ait Clarus. *§ fin quæſt. 71. verſ. Alia ſunt*, & quotidiana praxis omnium ferè Tribunalium S. Officij pleniſſimè teſtatur. Reperin tamen, quod
79. in facti contingentia in Inquiſit. Hiſpanâ ſemel, iterum atque iterum hæc pœna fuit vſurpata, Primò in Clerico Aſtrologo qui poſt abiurationem de leui, fuit recluſus in quodam Monaſterio per annum de quo Diana *reſolut. 17. tract. 7. parte quarta, var. reſolut.*

Secundò apud Caſtro Palao *in opere morali, tomo 1. tractat. 4. diſput. 8. punct. 16. §. 10.* in quodam Religioſo qui grauabatur, quod in partibus infidelium tranſmiſiſſet arma, & equos, nam ex ordine Supremi Tribunalis Hiſpaniæ fuit damnatus in annali reclusione in ſuo Monaſterio, & in ſcutis 600. quæ perſoluit ex eius annuo redditu.

Tertiò hæc pœna fuit practicata in quodam adoleſcente ſimplice qui alterius confeſſiones excepit, vt eum poſtea irrideret, nam punitus fuit vltra pœnam pecuniariam, in annali recluſione in Monaſterio, Caſtro §. *9 num. 1.*

Quartò hæc pœna fuit obſeruata in Regno Siciliæ apud Caſtill. *deciſion.* 156. *vol.* 2. in quodam Clerico grauato de ſollicitatione in confeſſione qui fuit damnatus in quinquennali recluſione in Monaſterio.

In Inquiſition. Italiæ loco huiuſce detruſionis in Monaſterium, ego vidi præſertim mulieres recludi in aliquo Hoſpitali, manendo ad ibi per aliquod tempus gratis Inſeruiendum.

De hac pœna detruſionis in Monaſterium vide Renatum Chopinum, *de Sacra Politia Forenſi lib 2. tit. 3 n. 8. & ſeq.* vbi tamen ait, Monaſteria non tam ſupplicij loco haberi, quam portus motuum humanarum tempeſtatum, ibi, plurima refert exempla Imperatorum, Regum, & aliorum Principum, qui vanitatibus ſpretis in Monaſteria ſeſe receperunt, ibique Deo viuentes ſanctiſſimè vixerunt, ac piiſſimè in Deo obierunt.

§. VIII.

De pœna pecuniaria.

AGendum hoc loco eſſet de confiſcatione Bonorum, ſed quoniam de hac materia paſſim DD. omnes de hæreſi tractantes latiſſimè agunt, quos allegaui *in 2. pars. titulo primo, & in addit.*
80. vbi etiam nonnullas pertractaui quæſtiones quæ non ſolent ita frequenter à DD. noſtris agitari, ideo de hac materia agere nunc conſultò omitto, & lectorem ad allegatos à me auctores remitto.

Quo ad pecuniarias pœnas attinet, illud certum eſt, de iure Inquiſitores poſſe eas Reis imponere, ita enim cautum reperitur in Conſtitut. Alexand. IV. incipient. *ſuper extirpatione*, inter litteras pro S. Officio poſt directorium Inquiſitorum, & manifeſtè tradunt omnes Doctores longa manu cumulati à Simancha *de Catholica Inſtitutione titulo vigeſimo ſeptimo, num.* 5. Pegn. *comment.* 152. *parte tertia, per tot.* Farin. *de hæreſi quæſtione centeſima nonageſima tertia, num.* 108. *& ſeq.* Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib. 3. cap.* 28.

Hac pœna pecuniaria puniri poſſunt hæretica verba proferentes per iocum, vel iram, Pegna, *dicto comment.* 152. verſic. *Rurſus Inquiſitores, &* Souſa *num.* 4. qui alios allegat.

Item eadem puniri debent Rei illi, qui aliquando eam magis timent, quam alias corporales, vt ſunt quidam diuites Auari, in hoc tamen Inquiſitores attendere debent ad qualitatem delicti & perſonæ, Pegn. verſ. *Item imponuntur*, & Souſa, *vbi ſuprà, num.* 3. & alij apud ipſos.

Addo ego nobiles Blaſphemos hac potiſſimùm pœna pecuniaria eſſe mulctandos, ita Saleedo *ad caput* 110. *Diaz ſub litera A*, ibi, *Si verò nobilis pœna pecuniaria mulctatur*, Souſa *in Aphoriſm. libro* 1. *cap.* 19. *num.* 10. verſ. *Quod ſi nobilis ſit*, Inquiſitor Cantera *cap.* 5. *de Blaſphemis, num.* 4. verſ. *Quoad Blaſphemum laicum.* 81.

Et hæc quidem de iure procedunt, nam nunc Inquiſitores Italiæ ex ſpeciali decreto S.C. Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Supremorum Inquiſitorum non poſſunt huiuſmodi pœnis pecuniariis Reos damnare, niſi conſulta eadem Sacra Congregatione in vnoquoque caſu particulari, quæ præcipere ſolet Inquiſitoribus quid poſtea agere debeant de illis pecuniis.

Bene verum eſt, quod aliquando Sacra Congregatio conceſſit aliquibus Inquiſit. vt Inquiſitori Mediolani, quod poſſit facere condemnationes pecuniarias vſque ad certam ſummam te tamen participata cum Eminentiſſ. Cardinali Montio Archiepiſcopo Mediolani. 82.

Ratio prohibitionis illius certè illa fuit, vt omnes intelligerent in hoc Sancto Tribunali nihil à Iudicibus lucri prætendi, niſi animæ, ſalutem & quod hæretici, & de hæreſi ſuſpecti ad cor redeant. 83.

An autem ſtante hac prohibitione poſſint Inquiſitores damnare Reum, vt faciat eleemoſynam tot pecuniarum alicui loco pio, controuerti non ſine ratione puteſt.

Ego arbitror id Inquiſitoribus licere, tum vt minus corrigatur ius commune, quam ſit poſſibile, Surd. *deciſ.* 21. *num.* 19 Pichard. *Inſtitut. de lege falcidia in principio, num.* 34. Tum quia videtur ceſſare ratio prohibitionis in hoc caſu, cum fideles vident pecuniam ab ipſiſmet Reis erogari locis piis *l. in omni*, vbi Bartol. *ff. de adept.* Surd. *conſil.* 575. *num.* 74. me tamen in hoc remitto humillimè declarationi Sanctæ Congregationis cui me, & omnia mea libentiſſimè ſubiicio.

§. IX.

De habitu pœnitentiæ. 84.

POenitentibus hæreticis non relapſis, & reconciliatis ſolet iniungi, quod veſtem Pœnitentiæ deferant, quæ eſt veſtis ſignata Crucibus, Eymericus *in ſexto modo terminandi proceſſum, num.* 175. & ibi latè Pegna *commentario quadrageſimo ſecundo*, vbi eruditè agit de his veſtibus, Cantera, *capite primo de hæreticis, num.* 56. verſ. *aut fuit conuictus de hære*, vbi quod veſtis illa eſt Saccus, in quo eſt depicta Crux Beati Andreæ, Farinac. *de hæreſi quæſtione centeſima nonageſima tertia, num.* 91. Souſa *in Aphoriſmis Inquiſitorum libro ſecundo, capite quadrageſimo quarto, num.* 11. Caſtro Palao *in opere morali, tractatu quarto, diſputatione ſexta, punct.* 3. & ita inconcuſſe obſeruatur in Hiſpanis, vt conſtat ex Paulo Garzia *en la orden de proceſſar en el Santo Oficio, folio trigeſimo quarto, in ſentencia reconciliati*, ibi, *y la condemna-*

mos à carcel y abito, y que el dicho abite lo trayga publicamente en cima de ſus veſtiduras, & in Inquiſit.° Italiæ, vt ex formula eiuſdem ſententiæ apud P. Maſſin *par.* 8. *fol.* 157. ibi, *purche &c. veſtito del habito di peniten*Z*a ornato del ſegno della S. Croce, qual douerai portar per l'auenire ſopra li altri tuoi veſtimenti abiuri*, &c. *& part.* 10. *aſſert.* 9. *&* 10. vbi quod habitus pœnitentiæ iniungitur hæreticis pœnitentibus tantummodò, aut ſuſpectis de vehementi.

85. Quibus autem ex cauſis, & à quibus poſſit in hac pœna diſpenſari, videndus eſt Pegn. *comm.* 44. verſ. *& ſic in depoſitione*, cuius monitum verſ. *hac tamen addiderim*, diligenter ab Inquiſit. Italiæ animaduertendum puto, quod ſcilicet, ad huiuſmodi diſpenſationem non procedant niſi Supremo Vrbis Tribunali conſulto.

Dixi ab Inquiſit. Italiæ, quia in Hiſpania ſolus Inquiſitor Generalis in hac, ſicut, & in aliis pœnis ſolet, & poteſt diſpenſare, Souſa *in Aphoriſm. libr.* 3. *capite* 37. *num.* 12. & nos *ſuprà*.

§. X

De auditione Miſſæ in forma pœniten tis.

86. DE hac auditione Miſſæ in forma pœnitentis loquitur textus in cap. *ſtatuimus de maledicis*, & nos de hac pœna latè egimus *in addit. ad titul. de blaſphemis*, & dicit Carrera *in quæſt criminalibus tangentibus pœnas delictorum, cap.* 3. *de blaſphemis, num.* 4. verſ. *quoad blſphemum laïcum*, quod ſi rigor dicti cap. *ſtatuimus*, nunc ſeruaretur, non eſſent tot Blaſphemi.

Hodie enim Rei ſolum ſtant præforibus Eccleſiæ cum candela accenſa in manu, tempore Miſſæ ſolemnis in die feſtiuo, præuio ſono campanæ.

87. Hæc pœna imponi ſolet mulieribus ſortilegis, & viris etiam quando ſortiligia ſunt ſimplicia, vt ad ſanitatem, amorem, edentibus carnes in diebus vetitis, & oua abſque licentia in Quadrageſima, Blaſphemis quibus aliquando iniungitur, vt ibi ſtent genufleſi, lingua intra duo ligna alligata, & aliis etiam delinquentibus ſecundum prudens Inquiſitorum hæreticæ prauitatis arbitrium, & iuxta alibi per nos dicta.

§. XI.

De variis pœnarum generibus quæ in Sancto Officio regularibus ſolent imponi.

88. REgularis cum in delicta ad hoc SacroSanctum Tribunal ſpectantia incidunt nonnullis peculiaribus pœnis ſolent puniri, de quibus in Epiſtola Supremi Senatus Hiſpaniæ directa Inquiſitionibus Regni Siciliæ ſub data primi Iulij 1580. cuius verba refert Diana, *part.* 4. *reſolut. moral. tract.* 7. *reſolut.* 7. Paramus *de origine Sancta Inquiſitionis lib.* 3. *quæſtion.* 10. *num.* 166. Et Caſtro Palao *in opere morali, tom.* 2. *tractat.* 4. *diſput.* 9. *puncto* 31, *num.* 2.

Pœnæ autem ſunt, priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ, priuatio muneris concionandi, & audiendi confeſſiones ſaltem mulierum, quod in capitulo Religioſorum bis in anno Reo præſente ſententia Inquiſitorum legatur, quod vltimam ſedem in Choro, & Refectorio teneant, quod à ſuis religioſis flagellentur in capitulo præſente not. S. Officij, & aliæ de quibus Paramus, Diana & Caſtr. Pal. *vbi ſuprà*.

Hæ autem pœnæ cum magna moderatione ſunt iniungendæ habita ſemper ratione ad grauitatem delicti, & qualitatem perſonæ delinquentis, ita tamen vt ſciant Inquiſitores huiuſmodi pœnas non imponi ſolis Confeſſariis ſollicitantibus quamuis memorati auctores de eis loquuntur, ſed etiam Religioſis aliter delinquentibus, vnde ſuperioribus annis in noſtra Congregatione Cremonæ de ordine Sacræ Congregationis quidam regularis, qui temerariè inciderat in Conſtitutiones Pauli V. & Gregor. XV. in materia conceptionis editas, fuit condemnatus vt propoſitiones temerarias, ſcandaloſas, & piarum aurium offenſiuas publicè in eodem loco in quo eas prædicauerat reuocaret, & vlterius fuit priuatus voce actiua, & paſſiua, ac munere concionandi, & lectoratus cum aliis pœnitentiis ſalutaribus.

Sic, & in ſolemni actu fidei celebrato in Regno Siciliæ de quo ſupra, F. Marcellus de Pratia, Religioſus Ordin. min. Obſer. quod temerariè finxerit ſe Sanctum, impeccabilem, confirmatum in gratia, aliáſque propoſitiones ſcandaloſas, & temerarias protulerit, fuit ab illo Illuſtriſſim. Tribunali damnatus ad triremes per triennium, relegatus per biennium aliud in Conuentu ſuæ Religionis ei aſſignando, cum hoc quod ſingulis diebus Veneris ieiunet in pane, & aqua, & comedat in terra in Refectorio, & incedat ſine capucio, & in Choro, & Refectorio vltimo loco ſedeat, cum priuatione perpetua vocis actiuæ, & paſſiuæ, & facultatis audiendi confeſſiones quorumcumque.

§. XII.

De Pœnitentiis ſalutaribus.

HÆreticis, & de hæreſi ſuſpectis, ſolent vltra ſupra dictas pœnas iniungi pœnitentiæ ſalutares, Ieiunia, Orationes, Eleemoſynæ, Peregrinationes Sacramentorum, Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, & ſimilia, Zanchin. ad quem omnes recurrunt *de hæreticis, c.* 20. Pegna *in directorium, part.* 3. *com.* 17. verſ. *in his autem mandatis*, vbi animaduertit, quod huiuſmodi pœnitentiæ ſalutares, ſunt medicina, vnde debent eſſe morbo contrariæ & ita ei, qui noluerat ieiunare, orare, nec diuina officia audire, iniungantur, quod ieiunet, oret, ac ſacra audiat. 89.

90. Inter alias autem ſalutares pœnitentias illa ſemper iniungenda eſt, quæ Sacramentorum frequentiam concernit, maximam enim vim habent Sacramenta ad vitanda peccata, & ad perſeuerantiam in fide, à Deo obtinendam, & ita in Inquiſit. Italiæ, vt videre eſt ex P. Maſſin. *part.* 8. *in forma ſententia contra ſuſpectum de vehementi, fol. mihi* 209. ibi, *& per pœniten*Z*e ſalutari ti imponiamo, &c.* & infra, *che durante il tempo di detti ſette anni confeſſi ſacramentalmente &c.* Et in Inquiſit. Hiſpaniæ, vt conſtat ex ſimilibus ſententiis apud Paulum Garzz. *folio mihi* 34. ibi, *y que todos los Domingos, y fieſtas vaya à oyr la Miſſa mayor, &c. y los Sabados &c. reza cinco ve*Z*es, el Pater nueſtro, &c. y ſe confieſſe, y reciua el Santiſſimo Sacramento del Altar.*

§. XIII.

§. XIII.

De nonnullis obſeruandis in impoſitione præmiſſarum pænarum.

91. PRimo loco animaduertere debent Inquiſitores in impoſitione ſupraſcriptarum pœnarum, quod vti ſemper debent clementia & miſericordia, non crudeliſare, & ſeuetuare, vt notauit doctus Simanch *de Cath.Inſtit. tit. 47. de pænitentibus, & conuerſis num.79.& ſequ.Iudicium enim ſine Miſericordia fiet illi,qui non facit Miſericordiam*, Iacobi ſecundo, & Prouerbior. 3. *Miſericordia & veritas te non deſerant, circumda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiam coram Deo, & hominibus*, vbi egregiè Salazar,& Cornelius à Lapide.

92. Hoc tamen intelligendum eſt cum grano ſalis,vt ſcilicet non procedat in hæretico impœnitente,in hoc enim cum Inquiſitores omnem lapidem mouerunt pro eius conuerſione, vtique nullo modo temperare poſſunt pœnas mortis,infamiæ, & alias à iure in eum comminatas; in hoc enim dum impœnitens eſt, ſolum pietatis genus eſt eſſe crudelem.

93. Secundò conſiderare debet Inquiſitor, qualitatem delicti, eius videlicet atrocitatem, pœnæ enim delicto geometrica proportione ſunt attemperandæ, Petr.Gregorius *in ſyntagm. iuris vniuerſi lib.10.cap 5.num.2.3.& ſequ.* animaduertat igitur Inquiſitor, an delictum fuerit perfectum an ſolus ad id adfuerit conatus, & qualis, Menoch. *de arbitr.iud.caſu 360.cent.4.*

95. Quo loco fuerit perpetratum, locus enim aliquando augere, & minuere ſolet pœnam, *l. aut facta, de pœnis, l. Prætor, de iniuriis*, ſic in Africa meſſium incenſores grauius puniebantur, *dicta l.aut facta §.euenit.*

96. Quo tempore. *dicta l.aut facta §. tempus, l.3. §.vltimo de re militari.*

Subſtantiam etiam maleficij ſeu delicti attendere debet, quia vnum altero grauius eſt ex ſe.

97. Maximè autem in hoc foro animaduertet ad ſcandalum, quod Chriſti fidelibus ex delicto fuit exortum, vt pro qualitate ſcandali modò maiorem,modò minorem pœnam imponat, latè Souſa hæc longius pertractans, *in Aphoriſm.Inquiſit.lib.3.num.17.& ſequent.cap.30.*

98. Tertiò animaduertere debet ad perſonæ delinquentis qualitatem,quia vt ait Vueſembecius *in tit. de Iuſt.& Iure num.11.* licet Sacroſanctæ leges ſingulis delictis Arithmetica proportione pœnas conſtituerint, attamen Magiſtratus legis executor,cum legem exequitur, & in concreto de pœna perſonæ appl canda diſputat, rem ad geometricam proportionem reduxit. Nec tantùm quid facto debeatur, ſed quid perſonæ congruat delinquenti expendit,

99. & examinat.

Propterea grauius punitur famoſus, quàm integræ famæ reus, *l.capitalium in fin de pœnis.*

Qui pluries delinquit, quam qui ſemel, *l.capitalium §.Graſſatores, de pœnis*, Souſa *l.3.c.34.n.10.*

Qui conſulto,quàm qui ignoranter, *l. Reſpiciendum, § fin.de Pænis.*, vel ex magna ira maximè orta ex iuſta cauſa. Souſa *c.32.n.6.*

Qui maiores ſunt, quam minores, Souſa *vbi ſuprà, num.18.*

Viri, quam mulieres, & inter illos Docti quam Ruſtici, Farinac.*de pœnis temperandis, quæſt. 90. caſu 10.num.8.* Souſa, *cap.36 num.1.& ſequ.*

100. Hæc autem ita declaranda ſunt, vt procedant in pœnis arbitrariis, nam in pœnis quas hæreticus vel ſuſpectus de hæreſi ipſo facto incurrit, prædicta locum non habent, licet mueat, vt poſtea cum delinquentibus facilius diſpenſent, ita Souſa, & bene, *lib.3.c.36.n.17.*verſ. *Quæ hactenus dicta ſunt*

Carena *de Offic.Inquiſit.*

TITVLVS XIV.

De appellationibus, & Sententiarum executionibus.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici non poſſunt appellare à definitiua ſecus ab interlocutoria.*

2 *Appellatio ab interlocutoria quid continere debeat.*

3 *In cauſis Sancti officij appellandum ad Sanctiſſimum.*

4 *A decreto torturæ an detur appellatio.*

5 *Admiſſa appellatione quid Inquiſitor agere debeat.*

6 *Admiſſa appellatione quam iuriſdictionem in cauſa habeat Iudex a quo.*

7 *In cauſa hæreſis an poſſit haberi recurſus ad S.C.*

8 *Iudices laici tenentur exequi ſententias contra Hæreticos.*

9 *An ſit ad fferendum ſupplicium Reo decenti ſe habere ſecretum Principi reuelandum.*

10 *Deciſio Senatus Sabaudiæ.*

DE hac materia egi *in ſecunda part. tit.1.ſecundo, & tertio*, & ideo hoc loco pauca ſolummodò notabo.

PRimò igitur notanda eſt concluſio, quam ex communi omnium ferè Doctorum ſententia tibi notaui, quod hæretici non poſſunt appellare à definitiua, bene autem ab Interlocutoria, ſi grauamen continet, ita Canoniſtæ *in cap.vt Inquiſitionis, de hæret.in 6.*vbi Modern.Barboſ.*num.6.* Rojas *ſingul.1.num 19.*Farin.*de hæreſi, quæſt. 185.n.22.*Lud.à Paramo *de orig.S.Inquiſit. lib 3. quæſt.4. num.35.*Diana *reſolut.moral.part. 4.tract.8. reſol.10. & 12.* Caſtro Palao *in opere morali tom. 1.tract.4. diſp.8 punct.7.num.1.*& Souſa *in Aphoriſmis Inquiſitorum, lib.1.cap.15 num.1.& ſequ.* 1.

Secundò notandum, quod in appellatione ab Interlocutoria, vt valida ſit, duo copulatiuè continere debet grauamen illatum, & cauſam, & quidem ſpecialem per quam grauamen impugnatur, *cap.cum ſit Romana, cap.vt debitus honor. de appell.* Pegn.*comm.51.tertia partis*, verſ. *Non autem.* 2.

Tertiò notandum, quod in S. Officio appellandum eſt ad Papam & ſi agatur de ſententia Epiſcopi iure ordinario lata, ita etiam ſecundum magis communem DD. ſententiam docuerunt Pegn. *vbi ſuprà*, Farin *quæſt.185.num.240.* Caſtro Palao *dicto punct.7.num 6.*qui alios allegant 3.

Quartò, Notandum à decreto torturæ vti Interlocutorio dari appellationem, Diana, qui alios cumulat *part.4 tract.6.reſol.10.*niſi appellatio eſſet calumnioſa,idem Diana *reſol. 32.* verſ. *Notandum eſt, tr.8.* P.Maſſin.*in praxi part.10 aſſert.193.* 4.

Quintò notandum admiſſa appellatione,non debere Inquiſitorē procedere in cauſa vlterius,ſed expe- 5.

ctare debere reſponſum à Sacra Congregatione,
Caſtro Palao *vbi ſupr. num.* 4. vbi ait, quod hoc
non habet locum in cauſa diuerſa ab ea in qua fuit
appellatum, Pegn. *d. comm.* 31. verſ. *Si autem In-
quiſitor.*

6. Sextò notandum, quod iudex à quo, non amit-
tit iuriſdictionem non obſtante admiſſione appel-
lationis in iis, quæ concernunt faciliorem, &
breuiorem exitum cauſæ appellationis, vnde poteſt
terminum iuris ad appellationem proſequendam
abbreuiare, Pegn. *vbi ſuprà*, in verſ. *Cæterum*,
Lancellotus *de attent. pend. appell. limitat.* 13. *per
totam*, ex originali Doct. Gemin. ad quam om-
nes recurrunt, in cap. *cum appellationibus*, §. *ſi
vero*, *num.* 7. verſ. *Sed quæro de appell. in* 6.
Amat *deciſ. flor.* 32. *per tot.* vbi hoc ampliat etiam
in iudice qui reiecit appellationem.

Septimò notandum, quòd interdicta in cauſa
7. hæreſis appellatione non videtur interdictus re-
curſus ad Sacram Congregationem per viam que-
relæ, ita Caſtro Palao, *vbi ſuprà*, *num.* 3. quam-
vis contrarium ſentiat Diana *dicta reſolut.* 32. verſ.
Sed pro coronide, ego tamen ſi Inquiſitor eſſem
ob reuerentiam S. C. ſuperſederem, habita ſcientia,
quod hæreticus recurſum fecerit ad Sacrã Congre-
gationem, eius tamen recurſum poſitiuè non appro-
barem.

Octauò notandum, quod iudices laïci tenentur
8. exequi ſententias Inquiſitorum, vt dixi pluries *in*
2. *part. titul.* 1. *&* 2. & vtrobique *in additionibus*,
& DD. ibi adductis addi poteſt Diana *reſolut.* 16.
tract. 8. *part* 4. *variarum reſolut.* vbi quod neque
ſub prætextu iniuſtitiæ ipſe laïcus debet ſuperſede-
re ab executione ſententiæ Inquiſitorum, bene Fer-
dinand. de Caſtro Palao *in opere Morali tom.* 1.
tract. 4. *diſp.* 8. *puncto* 13. *num.* 5. 6. *& pluribus
ſequent.*

Nonò, poſſet dubitari an ſupplicium Rei hæ- 9.
retici pertinacis, vel impœnitentis, & relapſi poſ-
ſit differri à iudice laïco, ſi Reus ipſe dicat ſe ha-
bere ſecretum communicandum Principi concer-
nens eius ſalutem.

In hac difficultate reſpondendum eſt, non poſſe
ſupplicium differri ob eam cauſam, neque in Reo
hæretico, neque in aliis quibuſcumque cauſis, ita
Vulp. *l. ſi quis forte de pœnis* ibi, *Cæterùm et mea
fert opinio, prorſus eos non debuiſſe poſtquam ſemel
damnati ſunt audiri quidquid allegent, quis enim* 10.
dubitat, (ait I. C.) *eludendæ pœnæ cauſa ad hæc
eos decurrere, magiſque eſſe puniendos eos, qui tam-
diu conticuerunt. quod pro ſalute principis habere ſe
dicere iactant, nec enim debebant tam magnam rem
tamdiu retinere.* Et ita in facti contingentia iudicaſſe
Senatum Sabaudiæ die 14. Auguſt. 1597. atteſtatur
relato dicto textu Præſes Abauo *de reatibus*, *quæſt.*
29. *num* 60. *& ſeqq.* in quodam milite, qui paulò
antea geſtabat arma pro hoſtibus Sereniſſimi Du-
cis Sabaudiæ, & cum eſſet torturæ ſubiiciendus,
dixit ſe Principi velle denunciare ſecretum pro ſua,
& patriæ ſalute, qua re cum eodem Sereniſſimo, &
eius Senatu communicata, fuit torturæ ſuppoſitus, &
laqueo ſuſpenſus, nec vltra de dicta ſalute auditus.

D. GVIDONIS FVLCODII, CARDINALIS EPISCOPI SABINENSIS,

ET POSTEA SVMMI PONTIFICIS CLEM. IV. Nuncupati, quæſtiones quindecim ad Inquiſitores, nunc primum Impreſſæ:

CVM ANNOTATIONIBVS

CÆSARIS CARENÆ CREMONENSIS I.C. SACRÆ Theologiæ Doctoris, Eminentiſſimi & Reuerendiſſimi DD. Cardinalis Camporei Auditoris, Iudicis, Conſeruatoris, Conſultoris, & Aduocati fiſcalis Sancti Officij,

A SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO VRBANO VIII. & Eminentiſſima Vrbis Congregatione ſpecialiter deputati.

Conſilium Domini Guidonis Fulcodij de quibuſdam dubitabilibus in negotio Inquiſitionis.

Inquiſitio prauitatis hæreticæ Prædicatoribus infrà certos limites eſt iniuncta auctoritate reſcripti Apoſtolici, cuius tenor eſt.

GREGORIVS IX. Priori Prouinciali Fratrum Prædicatorum Prouinciæ Lombardiæ, &c. Illæ humani generis peruicax inimicus, &c. infrà per. Apoſtolica ſcripta tibi ſub diuini obteſtatione iudicij diſtrictæ præcipiendo mādamus, quatenus aliquos de Fratribus tuis tibi commiſſis in lege Domini eruditos, quos ad hoc idoneos eſſe noueris ad partes tibi ſecundum tuam ordinationem limitatas tranſmittas, *& infrà.* Qui diligenti perquirant ſollicitudine de hæreticis, & infamatis, & ſi quos culpabiles, & infamatos inuenerint, niſi examinati velint abſolutè mādatis Eccleſiæ obedire, procedant contra eos iuxta ſtatuta noſtra contra hæreticos nouiter promulgata. In receptatores, defenſores, & fautores eorum ſecundum eadem ſtatuta nihilominus proceſſati. Si verò aliqui hæretica labe penitùs abiurata ad Eccleſiaſticam redire voluerint vnitatem, ipſis iuxta formam Eccleſiæ beneficium abſolutionis impendent & iniungant eis, quod talibus conſueuit iniungi.

Poſt iniunctum ergo negotium Fratribus, Ordinarij nihilominus in eodem negotio proceſſerunt, quoſdam abſoluendo, & carceratos à Fratribus relaxando, Fratres verò, prout eis iniunctum fuerat, procedentes præfixo tempore in primis infrà quod ſponte redeuntes impunitate gauderent: Poſt tempus cœperunt inquirere quædam per ſe audientes, licèt pro ſuis ſumptibus, & Notariorum ſalariis à Prælatis debitum ſubſidium oon habuerunt.

Quidam verò ſingularum perſonarum negotia aliis commiſerunt, & ecepta Inquiſitione, quidam domicilium tranſtulerunt, quidam ſe aliàs abſentarunt, quidam ſponte confeſſi, & abſoluti ante iniunctam ſibi pœnitentiam deceſſerunt, ſine cauſa ferendi teſtimonij aliqui recuſanerunt venire, aut Priuilegio ſe tuentes, aut ideo quia per Ordinarios erat eis ſub pœna excommunicationis prohibitum, ne deponerent, aut quia iurauerant, vel vouerant ſe neminem in hoc crimine proditures.

Porrò ex ſerie Inqniſitionis quidam inueniuntur hæreticos adoraſſe, vel ſimilia eis præſtitiſſe obſequia, & tamen credentes fuiſſe ſe negant: Alij vero toleraſſe, nec ſe fautores confitentur: Alij receperunt: Alij defenderunt, & tamen

receptatores, vel defenſores ſe fuiſſe, non dicunt: Alij vero iniunctas ſibi à Fratribus pœnitentias deſeruiſſe monſtrantur, quidem propria, quidam forſan Epiſcopi, vel Epiſcoporum ſuorum auctoritate: Quidam vero per teſtes ſingulares, & famam ſolumodo conuincuntur. Domini verò temporales, tam horum, quam aliorum, qui pœnitentias iniunctas obſeruant bona detinent occupata.

Ex hoc igitur Themate Quæſtiones plurimæ oriuntur, quas exemplo Gratiani, vt inueniantur facilius diſtinctas numeris ſubnotaui.

I. Quæſtio eſt, an poſt iniunctum negotium Fratribus Ordinarij poterunt procedere in eodem?

II. Qui ſponte redire dicantur, vt poſſint gratia, & impunitate gaudere?

III. Vnde poſſit Inquiſitoribus in ſuis, & in Notarij ſumptibus, & eiuſdem ſalario prouideri?

IV. An poterunt Inquiſitores committere negotia ſingularum perſonarum?

V. Quam in eos habeant poteſtatem, qui domicilium tranſtulerunt?

VI. Qualiter contra abſentes ſit procedendum, vel fideiuſſores eorum?

VII. An ſit aliquid iniungendum eorum hæredibus, qui abſolutè ante receptam pœnitentiam deceſſerunt?

VIII. An priuilegio, prohibitione, ordinatione, Iuramento, vel voto à teſtimonio aliqui excuſentur?

IX Qui dici debeant credentes hæreticorum erroribus?

X. Qui dici debeant fautores?

XI. Qui receptatores?

XII. Qui defenſores?

XIII. An Inquiſitores in eos, qui non ſeruant iniunctas pœnitentias aliquam habeant poteſtatem?

XIV. An per teſtes ſingulares, cum fama; poſſint aliqui condemnari?

XV. An bona omnia prædictorum pœnitentium & non pœnitentium poſſint à Dominis confiſcari.

SVMMARIVM.

PROOEMII.

1 *GVIDONIS Fulcodij Patria.*
2 *Vxoratus fuit Conſiliarius Regis Galliæ, Epiſcopus Cardinalis, & Summus Pontifex vocatus Clem. IV.*
3 *Qualis eius vita in Pontificatu.*
4 *Quantus zelus in rebus fidei.*
5 *Eius Mors.*
6 *Qua occaſione ſcripſerit has Quæſtiones ad Inquiſitores, & num. 7.*

ANNOTATIONES CARENÆ.

DOmini Guidonis Fulcodij, hic fuit Natione Gallus, & Patria Narbonenſis, laicus Vxoratus, inter ſui temporis I. C. celeberrimus, & Regis ſui Conſiliarius, Platin. *in vita Clemens. IV. in princip.* Illeſcas *in hiſtoria Pontificali, tomo primo, libro quinto, capit.* 39. verſicul. *Fue Clemente vno de los Meiores letrados que auia en el mundo*

Duas ex Matrimonio filias habuit, Illeſcas *vbi ſuprà in fin.* verſic. *Dos hyas tuuo del Matrimonio,* Genebrardus *in Chronographia lib. 4. circa annum Domini 1625. fol. mihi 652.*

Mortua vxore Romam venit vbi primum Aduocatus conſiſtorialis efficitur, mox Podienſis, deinde Narbonenſis Epiſcopus, poſtremo Cardinalatus, & Sabinenſis Epiſcopatus honore, ab Vrbano IV. Summo Pontifice decoratur in cuius etiam locum maximo conſenſu omnium S. R. E. Cardinalium ſufficitur, & Clemens IV. nuncupatur, Genebr. Plat. & Illeſcas, *vbi ſuprà*, F. Franciſc à Coriolano *in ſuo Breuiario Chronologico Pontificum, & Conciliorum circa annum Domini* 1625. verſu *hoc anno elapſo* qualis in Pontificatu eius fuerint vita, & mores declarant ſubſequentia verba Genebrardi *loco allegato.*

Optimus Pontifex fuit vir nempe Sanctæ Conuerſationis, & Prophetico Spiritu (vt dicebatur) illuſtratus, Bona Eccleſiæ optimè diſpenſauit, cum duas filias ex mortua Vxore ante Pontificatum ſuſcepiſſet, vni in Monaſterio collocata, 30. tantummodo libras dedit alteri 300. libras dotis nomine: Clerico Nepoti tres Præbendas habenti duas abſtulit ſe dicens Deo, non carni, & ſanguini velle acquieſcere, & amicis pro eius Nepote rogantibus aurea verba reſpondit de quibus Platina, *vbi ſuprà*, & Illeſcas, ibidem, *No es razon amigos mios, que tenga yo mas reſpeto à la carne, y a la ſangre, que à Ieſu Chriſto, Dios quiere, que los bienes de la Ygleſia ſe gaſten en obras pias y nò en hazer ricos a los parientes.*

Quantus etiam fuerit eius Pontificis in Catholicam Religionem zelus, clariſſimè oſtendunt, & quæſtiones hæ ad Inquiſitores ſcriptæ, & eiuſdem Pontificis in Hæreticos Conſtitutiones, ac ad Iudices Violatæ Religionis iuſſa de quibus in litteris pro Sancto Officio poſt directorium Inquiſitorum impreſſis à folio 45. vſque ad 52. & in Bullario nouo tomo 1. in Conſtitutione 6. & 8. & Appendice, Conſtitut. 13. & 14. dicti Pontificis.

Et ſicuti ſanctiſſimè vixit, ita & ſanctiſſimè in Domino obiiſſe teſtantur quotquot de eius vita, & rebus geſtis ſcripſerunt, die 29. Nouembris 1268. Viterbij, & ibi ſepultus fuit in Eccleſia Diui Dominici.

Gregorius Nonus Priori Prouinciali. Occaſione huius Bullæ diſputauit Guido Fulcodius, ſubſequentes Quæſtiones, edita eſt hæc conſt. Anno Domini 1238. & reperta in Archiuio Inquiſitionis Bononienſis, vt teſtatur Pegna in margine illius conſtitutionis impreſſæ, inter litteras pro S. Officio, fol. mihi 3.

Poſt iniunctum ergo negotium Fratribus narrat breuiter Fulcodius occaſionem quam habuit diſputandi, & pertractandi ſubſequentes controuerſias, quæ in ſe continent ferè omnia, quæ ad hoc Sacroſanctæ Inquiſitionis Tribunal ſpectare poſſunt, vt vnicuique materiam harum quæſtionum inuenienti facilè apparere poteſt.

QVÆSTIO

QVÆSTIO PRIMA.

An poſt iniunctas Inquiſitoribus cauſas fidei, in eiſdem poſſint procedere.

SVMMARIVM.

1 *AB initio naſcentis Eccleſiæ vſque ad Gregorium IX. ſoli Epiſcopi cognoſcebant in cauſa hæreſis.*
2 *Negligentes in hoc Epiſcopos mandat Papa deponi.*
3 *A Gregorij VIII. vſque ad Bonifacij VIII. cæperunt cauſæ hæreſis delegari Inquiſitoribus.*
4 *Sanctus Dominicus, 1. Inquiſitor in prouincia Narbonenſi Anno 1216.*
5 *Quid in hac materia ſtatuerint Bonifac. VIII. Benedict. XI. & Clement. V. n. 6. & 7.*
8 *Quæ poſſint Inquiſitores ſine Epiſcopis, & è contra in cauſis fidei peragere.*
9 *Et quæ non poſſint.*
10 *Controuerſia de qua Fulcodius hic habebat locum tantum ante tempora Bonifacij VIII.*
11 *Duo notabilia dicta Archidiacon. & Gemin. capite* Per hoc. *de hæretic. in 6. & n. 12.*
13 *Quomodo Epiſcopi, & Inquiſitores in cauſis fidei procedant in Hiſpania.*
14 *Coram quo comparere debeat citatus ab Inquiſitore & Epiſcopo.*
15 *Sic citatus comparere debet coram Inquiſitore, cum Epiſcopus procedit auctoritate ordinaria; & in diuerſis locis quis citatur pro eodem tempore, ratio huius Rei, & DD. n. 16 & ſeq.*
18 *Quid quando Epiſcopus præuenit in citatione adhuc Fulcodius idem arbitratur, & cum eo communis opinio & n. 21.*
19 *Intellectus text.* in l. contra pupillum *de re iudic. & c.* Qui reſiſtit *11. q. 3. & n. 20.*
22 *Quid ſi quis citetur pro diuerſis temporibus.*
23 *Quid cum Epiſcopi procedunt auctor. delegata.*
24 *Adducitur* l. ſi quis, §. cum omnes ff. ad Sylian,
25 *Quid ſi quis non ab Inquiſitore, ſed ab eius Vicario citetur.*
26 *Contra Pegnam, tenent in hac re Mol. & Ferdinand. de Caſtro Palao*
27 *Pars prædæ debita Duci exercitus an debeatur eius Vicario, hic caſus in facto accidit in Vicario præfecti claſſis Neapolitanæ.*

IN prima igitur quæſtione dico, quod ordinarij nec poſſunt, nec debent procedere in negotio, quod Fratribus eſt iniunctum, nam ad Curiam ſuam videtur illud reuocaſſe Dominus Papa? & ideo ceſſat aliorum officium; vt extra de offic. legat. licet & extra, vt lit. pendent. cap. 2. Eccleſia S. Mariæ, & de appellat. in noſtrum. Nec calumnietur quis, quaſi non euocauerit ad Curiam ſuam quod ipſe non audit: nam facere videtur, vel gerere, qui per alium gerit, ff. de adminiſtrat. tutor. Ita autem §. geſſiſſe cum ſuis concordantiis. Item facit ad idem, quod dicit Auguſtinus, nomen Preſbyteri non auſus ſum delere, ne Diuinæ Maieſtati, ſub cuius arbitrio cauſa pendet facere viderer iniuriam, ſi eius Iudicium meo iudicio præuenirem 1. quæſt. 1. nomen. Item probatur hoc idem per inconueniens; Nam ſi poſſent Ordinarij procedere, cum conſtent, quod Inquiſitores poſſunt, diſtraherentur homines ad diuerſa Tribunalia, & ſic promiſcuis actibus rerum turbarentur officia, quod eſſe non debet, cap. de Epiſcop. & Cleric. reperita, & de Teſtament. conſulta diualia. Item non ſic ad litteram decretalis determinat Quæſtionem? Vtique dicit enim quod pendente coram delegatis Iudicio, non poteſt Ordinarius purgationem indicere vel recipere; Conquieſcit igitur eius Officium, vt extra de purgat. canonic. cum dilectus in fine. Item, & alibi eſt expreſſum quod Legatus generalis ad ſe reuocare non poteſt negotium alicui ſpecialiter delegatum. vt extrà de offic. Legat. ſtud i. ſti. Ergo multo minus alius ordinatius. Nam Legatum comparant omnes Doctores Proconſuli, de quo dicit lex, quod in Prouincias maius Imperium omnibus habet poſt Principem ff. de officio Proconſulis & Legat. & ideo. Item conſtat quod delegatus in commiſſo ſibi negotio, maior eſt quolibet Ordinario, vt extra de offic. & poteſt: Iudex delegat. ſanè. Pone ergo, quod citatur aliquis ab Inquiſitoribus, nemo certè dicit, quod poſſit Ordinarius prohibere proceſſum, quia inferior eſt, vt dixi, & minor in maiorem nullum habet imperium, quin imò nec in parem, argum. 22. diſt. Inferior ff. ad Trebellian. illo à quo §. Tempeſtiuum; & potius obediendum eſt maiori poteſtati, quam minori 11. quæſt. 3. qui reſiſtit. quid igitur faciet Ordinarius ſi illum citat, qui audietur ab Inquiſitoribus? non rectè agit, quia citatus eſt coram maiore, ff. de in ius vocando l. 2. §. fin. Item ſi ponas quod primo eum citauerat Ordinarius; Ad hoc dico, quod deſerto eius Iudicio, debet venire coram Inquiſitoribus, ſi eum citent, ff. de re iudic. contra pupillum §. vltim. & 11. quæſt 3. qui reſiſtit, & ita nullus effectus Ordinarij proceſſus, ſiue præueniat, ſiue præuentus ſit ab Inquiſitoribus. nec contradicit mihi Decretalis de offic. Iudic. ordin. ſignificauit; immò potius ex textu, & gloſſis, pro me facit; Nam ibi dicit, quod ibi delegatus abſoluit excommunicatum ab Ordinario, & propter malitiam, vel deſidiam proceſſus cauſæ tardatur, poteſt Ordinarius illum abſolutum inducere in priſtinam excommunicationis ſententiam, ſed non dicit quod poſſit in cauſa procedere; Immò Innuit contrarium, & ita notant ibi Doctores.

Soluta igitur prima Quæſtio, & per hoc patet, quod abſoluti ab Ordinariis, vel relaxati, nihil egerunt. Et idem dico de abſolutis à Sorano, niſi habuerit à Papa ſpeciale mandatum, per illam Decretalem de offic. deleg. ſtuduiſti.

ANNOTATIONES CARENÆ.

1. DIco quod Ordinarij, nec poſſunt, nec debent procedere. Pro intelligentia huiuſce Quæſtionis Fulcodij, & multorum aliorum canonum circa Iudices hos Violatæ Religionis, quos Inquiſitores nominamus, diſtinguenda ſunt potiſſimum quinque tempora cum Doctiſſimo Peña in ſua Inſtructione Inquiſitorum, quæ manuſcripta circumfertur,

compſertor, & ſæpè à Farinac. *in ſuo tractatu de hæreſi allegatur, lib. 2. cap. 61. per totum.*

2. Primum tempus eſt ab initio naſcentis Eccleſiæ vſque ad circiter 1230. & in hoc tempore nulli aderant Inquiſitores, & ſoli Epiſcopi de hoc hæreſis Crimine cognoſcebant, Conrad. Brunus *de hæreticis, lib. 3. cap. 5.* & habemos text. *in cap. ex-*
3. *commun. §. volumus* ibi, *ſi quis etiam Epiſcopus* de hæreticis, in quo Papa mandat ab officio deponi Epiſcopus negligentes in expurganda diœceſi ab hæreticis, Pegna *in 2. part. Directorij comment.* a. verſ. *Epiſcopi ergo.*

4. Secundum tempus eſt, à tempore Gregorij IX. circa dictum annum 1230. vſque ad Bonifacium VIII. ſcilicet vſque ad annum 1300. Et in hoc tempore facultas procedendi contra hæreticos fuit aliis viris Doctis, & Piis delegata, à variis Summis Pontificibus, Innocent. IV. Alexand. IV. Vrbano IV. & Clement. IV. vt in eorum litteris Apoſtolicis legi poteſt, ita Pegna *in dicta praxi Inquiſitorum, c. 61. §. primo, & ſecundo.*

Solummodò hoc loco animaduerto, quod B. Dominicus illuſtriſſimæ, & ad hæc vſque tempora probatiſſimæ Religionis meritiſſimus Parens fuit primus Inquiſitor deputatus in hæreticos, vſque de anno 1216. vt animaduertit Pegn. *in 3. p. direct. com.* 32. verſic. *Officium delegatione Inquiſitionis,* vbi ait fuiſſe deputatum Inquiſitorem in Prouincia Narbonenſi ab Innocent. III. quod idem latiſſimè probauit Lud. à Paramo *de Origine Sanctæ Inquiſitionis, lib. 2. tit. 1. cap. 1. n. 14.* & Souſa *in Aphoriſm. Inquiſitorum, lib. 1. c. 1. n. 1.*

Tertium tempus fuit, à Bonif. VIII. circa dictum
5. annum 1300. vſque ad Benedictum XI. In hoc quoniam inte merito dubitari poterat an per commiſſionem negotij fidei Inquiſitoribus taliter dici poſſet ab Apoſtolica Curia auocatum, quod non poſſent Epiſcopi in dictis cauſis ſe ingerere, Bonifac. VIII. in cap. *per hoc, de hæreticis in 6.* declarauit, poſſe Inquiſitores, & Epiſcopos ſimul, & diſiunctim ſuper eodem negotio procedere, ita tamen quod tenerentur inter ſeſe communicare proceſſus in cuius meritis ſi conuenirent, ſententia per vtroſque ferretur, ſin minus cauſam ad Sedem Apoſtolicam referrent, & de hac communicatione proceſſuum videndus eſt Pegna *in 3. part. direct. comment.* 105.

Quartum tempus eſt à Bened. XI. qui Bonifa-
6. cio ſucceſſit circa annum Domini 1303. vt videre eſt Genebrard. *in ſua Chronographia, l. 3.* circa dictum annum Chriſti 1303. & Illeſcas *in Hiſtoria Pontificali lib. 2. cap. 50.* in vita huius Pontificis, hic conſultus ab Inquiſitorib. quomodo intelligenda eſſet illa communicatio proceſſuum, de qua in cap. per hoc, ſic in extrauaganti ex eo de hæreticis reſpondit, *Conſultationi veſtræ breuiter reſpondemus, quod quando vtrique procedunt ſeiunctim ſibi debent in fine tantum, cum nihil reſtat agendum, niſi quod ſententia promulgetur communicare proceſſus,* ita Pegna *in 3. part. direct. comm. 96. in princ.*

Quintum, & vltimum tempus eſt, à Clement.
7. V. qui ſucceſſit Benedict. XI. circa annum Domini 1305. hic enim in Concilio Vienenſi celebrato anno Domini 1313. confirmata in cauſis fidei Epiſcoporum, & Inquiſitorum iuriſdictione ſtatuit in Clement. prima de hæreticis.

8. Epiſcopus ſine Inquiſitoribus, & vice verſa Inquiſitores ſine Epiſcopis, poſſe citare, capere, tutæ cuſtodiæ mancipare, captos in compedibus ponere, & contra illos inquirere, de quibus ſecundum Deum, & Iuſtitiam Epiſcopus, vel Inquiſitor viderit expedire.

Pariter ſtatuit quod vnus ſine altero, non poſſit
Reos ad carcerem tamquam in pœnam condemnare, nec eos torquere, nec contra eoſdem ad diffinitiuam ſententiam deuenire, addens tamen, quod infrà octo dies poſtquam ſe inuicem Inquiſitor, & Epiſcopus requiſierint, vnus ſine altero dictos tres actus facere nequeat, eis tamen elapſis poſſint tunc etiam dicti actus ab vno ſine altero fieri, Eymericus, *quæſt. 47. 3. part. Director.* vbi Pegna, & nos latiſſimè de hac materia dicemus, *in tertia parte noſtri operis de modo procedendi in cauſis S. Officij, ſect. 1.* 9.

His prænotatis vnuſquiſque videre poteſt con- 10.
trouerſiam de qua *in hac quæſt.* 1. Fulcodij, ſuo vtique tempore, & etiam ante tempora Bonifacij VIII. bene potuiſſe locum ſibi vindicare, ac diſputari, ſed modò ex diſpoſitione dicti capituli per hoc, in totum ceſſare debet præſens diſputatio.

Et ob id Archid. *in dicto cap. per hoc num.* 2. ait 11.
quod contra deciſionem factam in dicto cap. *Olim*, per magnos viros tenebatur contrarium, & non dubito quin intellexerit ibi, de Guidone Fulcodio, quia in rationibus dubitandi adducit
contra illam decretalem omnes rationes, & iura 12.
quæ in hac quæſt. Fulcodius allegat pro ſua opinione, & Gemin. *in eodem cap. ... num. 1.* ait, *Ideo Papa hic non dicit declaramus, vel alia ſimilia verba ſed volumus, ne ſuggillet magnos viros tenentes contrarium, qui mouebantur rationibus prædictis,* & in ſumma etiam ipſe adducit rationes Fulcodij, ex quibus verbis Geminiani apparet, quam validæ eſſent in hac materia rationes noſtri Guidonis Fulcodij.

Atque hæc quæ ſupra dixi vtique ſeruantur in 13.
tota Italia; in Hiſpania vero Epiſcopi, & Ordinarij non poſſunt diuiſim ab Inquiſitoribus procedere, ſed ibi ſoli Inquiſitores procedunt, quinimo Epiſcopi tenentur tranſmittere ſtatim omnes & quaſcumque denunciationes in his materiis ad Sanctum Officium ſpectantibus ad Inquiſitores vti ex Sanctarello, Souſa, & alijs obſeruat P. Diana *tractatu 8. reſolut.* a. *part. 4. eius reſolut. moralium* & DD. ibi allegatis addo ego Ferd. de Caſtro Palao *in opere Morali 1. p. tract. 4. diſp. 8. punct. 13. n. 6.* verſic. *Aduerte tamen in Hiſpania.*

Item conſtat quod delegatus: Hæc verba refe- 14
runtur à Pegna *in tertiam partem Directorij Inquiſitorum, quæſt. 5. num. 6.* verſ. *& Guido Fulcodius*, & in eis diſcutit Fulcodius Pulcherrimam quæſtionem de citato ab Epiſcopo, & Inquiſitore maximè ſi ſit citatus pro eodem die, & hora coram quo debeat comparere.

In qua re breuitati ſtudendo exiſtimo nonnullos caſus eſſe diſtinguendos.

Primus caſus eſt cum Epiſcopus procedit iure
ordinario, vt regulariter contingit & in hoc caſu 15.
ſi citatio ſit pro eodem tempore, communis DD. ſententia eſt, quòd debeat citatus comparere coram Inquiſitore.

Ratio concluſionis, quia cum Inquiſitor procedat auctoritate Sedis Apoſtolicæ ſibi ſpecialiter delegata, & Epiſcopus auctoritate purè & merè ordinaria, vtique eſt maior Ordinario in ea cauſa, cap. ſanè, de officio, & poteſtate Delegati, ibi *vn-*
de in illa cauſa ſuperior eſt, Franc. Molinus *de bra-* 16
chio ſæculari, cap. 16. num. 12. Bobadill. *in ſua Politica, lib. 2. cap. 21. n. 59.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 11 1. n. 65. & ſeq.* qui alios cumulant.

Et

Et quod in hoc caſu (præſuppoſito ſemper quod
17. citatio ſit facta pro diuerſis locis) citatus teneatur comparere coram Inquiſitoribus, docuerunt, poſt Eymericum, & omnes alios antiquos ab eo allegatos, Farin. *de hæreſ.* 186. §. 3. *n* 87. Ludouic. à Paramo *de Orig. S. Inquiſitionis lib* 3. *q.* 4. *rubric. de forma, & ordine Iudiciario S. Officij, num.* 69. Ferdinand. de Caſtro Palao *dicta diſp.* 8. *punct.* 13. *n.* 3. verſ. *At ſi Epiſcopus*, Souſa *de confeſſ. ſolicitat. tractat.* 2. *cap.* 2. *num.* 7. *& in Aphoriſm. Inquiſitorum, lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 14.

18. Secundus caſus eſt cum Epiſcopus auctoritate ordinaria, & Inquiſitor delegata aliquem citant, ſed Epiſcopus in citatione præuenit, & in hoc caſu adhuc dico citatum teneri comparere coram Inquiſitore vti maiore, ita Guido Fulcodius *hic*
19. verſ. *Item ſi ponas* qui ad hoc allegat pulcherrimum textum *in l. contra pupillam,* 54. *ff. de re iudicata, ibi, Is qui ad maius auditorium vocatus eſt, ſi inchoatam litem deſeruit, contumax non videtur*, circa quem tamen textum animaduertendum eſt quod non probat citatum teneri comparare coram maiori Auditorio, ſed quod non eſt contumax in eo caſu coram minori Iudice, ſi coram maiori compareat. Ex quibus verbis videtur I.C. potius innuere velle in caſu dictæ l. eſſe locum gratificationi, vt notat Gothofred. *ibi*, vbi ait quod electione delictum non contrahitur *l.* 3. *§.* 4. *ff. ad Syllan.* de materia huius text. bene tractat Albericus *in dicto §.* 15. qui, *ibi num.* 1. ait in Curia Romana fuiſſe ex hoc textu excuſatum quendam, qui fuerat vocatus ab auditoribus Sacri Palatij eo quod eodem tempore fuerat vocatus à Rege.

20. Ad idem allegat Fulcodius text. in cap. *qua poſſit.* 11. *q.* 3. verùm neque ille textus videtur probare neceſſitatem ſic comparendi, ob illa verba eiuſdem, Sed elegis maiori ſeruire.

21. His tamen non obſtantibus Guidonem Fulcodium, per eadem iura ab eo allegata ſequitur Archid. in cap. *per hoc num.* 6. *de hæreticis in* 6. vbi ait quod hoc omnino credit eſſe verum, Ioan. Andr. *ibid. num.* 2. Gemin. *num.* 3. verſ. *vnde putat Archid.* Locat. *in iudiciali*, verbo *citatio, num.* 16. Eymericus *dicta quæſt.* 5. *num.* 5. verſ. *nec obeſt ſi prius*, & poſt hos omnes Farin *d. q.* 186. *num.* 91. Ex quibus apparet hanc eſſe communem Canoniſtarum ſententiam à qua in praxi propterea non eſſet recedendum.

22. Tertius caſus eſt quando ambo eodem modo quo ſupra procedentes citant aliquem pro diuerſis temporibus, & tunc cum ex diſpoſitione dicti cap. per hoc tam Epiſcopi, quam Inquiſitores ſuper eodem negotio procedere poſſint, diuiſim vtique citatus coram vtriſque debet comparere, Farin. *vbi ſup. num.* 94. cum alleg. per eum quibus adde Souſam *in Aphor. Inquiſit. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 13.

Quartus caſus eſt cum etiam Epiſcopi procedunt contra aliquem auctoritate delegata, vt cum 23.
procedit contra exemptos ab eorum iuriſdictione ordinaria, & in hoc caſu citatos poteſt comparere coram quo vult; nec ob id contumax cenſendus erit ab eo Tribunali coram quo non comparuit, ita Farin. *d. q.* 186. *n.* 95. Souſa *in alleg. cap.* 2. *num.* 15. Ferdinand. de Caſtro Palao, *in d. punct.* 13 *n.* 3. *in princ.* Ratio eſt quia in hoc caſu Epiſcopus & Inquiſitor ſunt pares, Souſa *vbi ſuprà. n.* 9. igitur per electionem vnius citatus non delinquit,
l. ſi quis, §. ſi cum omnes. ff. ad Syllan. vbi I.C. loquens 24.
de ſeruo plurium Dominorum qui in graui eorum neceſſitate omnibus opem ferre non valens, vni tantum opem tulit ait, *Nam illud durum eſt dicere, ſi cum duobus auxilium ferre non poſſit, eligit alteri eſſe auxilio, electione crimen contraxiſſe*, & ibi Gothofred. *in ſuis notis* obſeruat ex Baldo in re pari locum eſſe gratificationi.

Quintus caſus eſt, cum non ſumus in Inquiſito- 25.
re citante, ſed in eius Vicario, & in hoc caſu ait Pegna *in comm.* 54. *tertiæ partis directorij*, verſ. *obſeruandum eſt*, quem ſequitur Farin. *vbi ſuprà, n.* 91. Quod ſi Vicarius Inquiſitoris ſit creatus à Papa vtique idem de eo dicendum erit, ac de Inquiſitore quo-
ad Epiſcopum, ſecus ſi ſit creatus ab ipſo Inqui- 26.
ſitore, verum hanc rem modò non examino, quia de ea tractabimus latè, *in ſecunda parte, noſtri tractatus de modo procedendi in cauſis Sancti Officij*, in peculiari titul. *de Vicarijs Inquiſitorum*; interim tamen animaduerte contra Pegnam, *eo loco* tenere Ferdinand. de Caſtro Palao *in opere morali loco allegato puncto* 13. *n.* 5. & Molinam Theologum
de iuſt. & iure, tom. 6. *de iuriſd. diſp.* 28. *n.* 17. Vide etiam 27.
Regenſem Conſtantium *in l. vnica Cod. de Claſſicis lib.* 11. *n.* 104. vbi diſputat, an pars prædæ, quæ Duci deberetur, eius quoque L. T. debeatur, & dicit hanc quæſtionem tunc agitatam fuiſſe in Regno Neapol. inter Illuſtriſſimum Don Petrum de Toledo Præfectum Claſſis Neapol. & Don Garziam de Toledo eius Vicarium, qui eo abſente prædam ex hoſtibus cepit, & ſuis militibus applicauit, & licet ibi multa ad propoſitum noſtrum facientia allegat de vicarijs, attamen ipſe non decidit hanc quæſtionem, quia in facto pendebat, & ipſe erat vnus ex Iudicibus.

QVÆSTIO SECVNDA.

De ſponte comparentibus, & tempore Gratiæ.

SVMMARIVM.

1 *HVIVS Quæſtionis Fulcodij qui meminerint.*
2 *Locus huius quæſt. emendatus à Pegna.*
3 *Sponte venire qui dicantur.*
4 *Adducuntur ad hoc* l. fin. C. de his qui Latro. & *l.* 2. *ad Tertull.*
5 *Tempus gratiæ, quodnam ſit.*
6 *Quinam dicto tempore gratiæ non fruantur.*
7 *Sponte comparentes ex ſtylo Supremi Tribunalis de Vrbe etiam poſt tempus gratiæ mitiſſimè tractantur, & abiurant ſecretè.*
8 *De rationibus conceptionis temporis gratiæ, & reiterationis eiuſdem.*

QVoniam illis, qui ſponte redeunt ante tempus gratiæ, promittitur, & obſeruatur impunitas, mortis videlicet, Carceris, & confiſcationis, quod fieri poſſe credo iuxta mandatum Papæ, & Concilium Tholoſanum, quæritur hic, qui ſponte redire dicantur.

Sponte

HIc quæritur vnde prouideri poſſit, & debeat Inquiſitoribus, & eorum Notario quem vtique adhiberi oportet ad acta ſcribenda, ex quo in terra inuenitur extr. de prob. quam falſum, & dico quod à partibus nihil poſſunt recipere, hoc eſt, ab iis contra quos inquirunt. Nam Inquiſitores debent fieri ſine incommodo reorum, vt in auth. de collat. §. Iubemus, collat nona, debent ergo Epiſcopi prouidere, qui mandatum Apoſtolicum receperunt, quod debent Inquiſitoribus conſilium, & auxilium, verum quia Prælatorum tenacea ſunt manus, & marſupia conſtipata, conſulerem, quod ab illis, quibus iniungitur pœnitentia dandæ pecuniæ, in aliquos vſus pios acciperetur, ad iſtud honeſtè tamen, & ſine ſcandalo laicorum.

ANNOTATIONES CARENÆ.

1. HVius conſultationis meminit Eymericus *in direct. p. 3. q. 108. num. 2. verſ. & huius veritatis fuit Clem V. & Clemens IV. in ſuis conſultibus ad Inquiſitores antequam eſſet Papa qui dicebatur Guido Fulcodius*, & huiuſce eiuſdem quæſtionis integra verba refert, ibi Pegn. *in commene.* 157. verſ. *& Clemens IV.*

2. *Inquiſitoribus, & eorum Notario*, equum enim eſt, vt non ſolum Magiſtratus deputentur, ſed etiam eis oportuna ſalaria prouideantur, Auiles *in capita Prætorum, cap. 1. in gloſſ. Salario* Regens de Ponte *de poteſtate Proregis, tit. de abundantia Ciuitatis*, §. 6. n. 16. vbi Ioan. Baptiſta de Thoro, *in addit.* abhorret enim lex ſine præmio homines laborioſis officiia præfici, vt bene dicebat Mattienz. *in Dialogo tertio relatoris, c. 31. n. 9.*

3. *Quem vtique adhiberi oportet ad acta ſcribenda*, Ita Eymericus *in directorio p. 3. num. 83.* Pegna *ibidem in comment.* 20. verſ. *Tertia perſona.* vbi allegat verba Concilij Biterrenſis, *c. 4.* ibi, *faciatis confeſſiones ac depoſitiones ipſorum fideliter in actis Inquiſitionis redigi aut per publicum ſi poteſtis habere perſonam*, & de hac materia Notarij deputandi pro S. Officio vide Farin. *q. 185. de hæreſi*, qui, *n.* 10. plurimos more ſuo cumulat, & nos latè diximus *in ſecunda parte operis, in peculiari titulo de Notario ſeu Cancellario S. Inquiſitionis.*

Nam Inquiſitiones debent fieri ſine incommodo Reorum, auth. vt nulli, Iudicum cap. 1. §. Hu inſuper iubemus, ibi *ſi verò aliqua neceſſitas.*

4. Verum Innoc. IV. in quodam reſcripto ſuo incip. *Cùm per noſtras*, inter litteras pro S. Officio poſt direct. Inquiſitorum, *fol. mihi* 12. totum contrarium rectiſſimè ordinauit, vt animaduertit Pegna *dict. comm.* 157. *p.* 3. verſ. *Quibuſdam aliis.*

5. Hodie hæc quæſtio videtur fortaſſe ſuperflua, quia in Hiſpania Potentiſſimus Rex Noſter expenſas facit neceſſarias pro adminiſtratione Iuſtitiæ in Sancto Officio, & eius miniſtris prouidet de opportunis ſalariis iuxta liberalitatem, & magnificentiam tanti Regis. In Vrbe Romana prouidet Sanctiſſimus D. Noſter; in aliis Prouinciis Inquiſitores ſunt Regulares S. Dominici, & S. Franciſci, qui ſalaria non habent; & eorum Miniſtris deputantur ſalaria ex annuis prouentibus ſingulorum Inquiſitorum, quod ſi non ſufficiant prouident ſufficientiſſimè Supremi Inquiſitores, qui etiam ſportulas a Reis habendas in hiſce caſibus taxarunt.

Et vt tanti Supremi Tribunalis manifeſtè appareat pietas; ſciendum eſt, quod de iure quilibet Inquiſitores poſſunt Reos in pœnis pecuniariis damnare, vt probarunt Farin *de hæreſi, q. 193. n. 108.* & Souſa *in Aphoriſm. Inquiſ. l. 3. c. 28. n. 1. & 2.* vbi ait, quod huiuſmodi pœnæ pecuniariæ poſſunt pro neceſſitatibus Officij Inquiſitionis impendi. 6.

Attamen de facto Inquiſitores Lombardiæ, non faciunt condemnationes pecuniarias, niſi conſulto Supremo Tribunali, quod quandoque ſolet nonnullis Inquiſitoribus licentiam concedere deueniendi ad huiuſmodi pœnas pecuniarias, re tamen participata cum Epiſcopis, maximè cum Epiſcopis locorum ſunt Cardinales ex Supremis Inquiſitoribus, & vſque ad certam & limitatam ſummam. 7.

Huiuſmodi autem condemnationes pecuniarias regulariter non fieri, niſi re participata cum Sacra Congregatione, Iure merito cautum generaliter fuiſſe intelligo, vt videant Rei quod eorum animæ ſalus principaliter intenditur, & quod cum pecuniariis pœnis mulctantur, id fit cum maxima maturitate, vbi autem Inquiſitores condemnationes pecuniarias faciunt, de eis reddere rationem tenentur Supremo Romanæ Vrbis Tribunali.

Debent ergo Epiſcopi. Rationabile omnino eſt votum Fulcodij hoc loco, nam cum ab Inquiſitoribus in munere Paſtorali exgrauentur, debent etiam Epiſcopi, qui in hoc commodum ſentiunt, expenſarum incommodum ſentire; Pegna *dicto comment.* 157. *& ſanè hac ſententia*, vbi quod hæc Fulcodij ſententia ſibi veriſſima videtur, quod idem dixit Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib. 3. cap. 28. num.* 14. 8.

QVÆSTIO QVARTA.

An Inquiſitores poſſint aliis committere vices ſuas.

SVMMARIVM.

1 *HÆc Quæſtio hodie ceſſat, quia Inquiſitores deputant Vicarios.*
2 *Delegatus Principis poteſt ſubdelegare.*
3 *Inquiſitores Supremi in Regnis Hiſpaniarum creantur à Papa per Breue ad Potentiſſimi Regis ac Domini Noſtri nominationem.*
4 *Supremus Inquiſitorum Hiſpaniæ, & Luſitaniæ habet iuriſdictionem delegatam contra Barboſam in l. cum Prætor. §. 1. n. 65. de Iud. n. & 6.*
7 *Idem dicendum de Inquiſitoribus Italiæ qui creantur per Breue.*
8 *Idem de alijs Inquiſitoribus Italiæ qui deputantur per litteras S. C. & de Inquiſitorib. Hiſpaniæ qui deputantur à Supremo Inquiſitore, num. 9.*
10 *Adducitur text. l. item tertum §. Decuriones ff. quod cuiuſque vniuerſ.*

Sed

SEd quæritur an ſingularium perſonarum negotia poſſint Inquiſitores emittere, dico quod ſic, ſunt enim D.legati à Principe, & ideo poſſunt aliis delegare audientiam teſtium, & ſimilia, cap. de Iudic. à Iudice, extr. de offi. deleg. ſuper quæſtionum, & ſi quis dicetis quomodo à Principe ſunt Delegati? Reſpondeo, quia Priori Prouinciali nulla datur iuriſdictio ſed miniſterium quoddam eligendi iſtos, quod tranſmittat, & ideo non à Priore, ſed à Papa habent iuriſdictionem, nam & lex dicit, quod ab ordine videtur electus, qui ab illis eligitur, quibus ordo dedit eligendi poteſtatem, ff. quod cuius. Vniu. nem. item eorum §. Si Decuriones, nam Papa hoc dicit expreſſe nam in litteris, quas mittit Priori Prouinciali præcipit ei, quod fratres tranſmittat, in illis verò litteris, quas mittit Prælatis quod ipſe eos tranſmittit, vnde ſi quis conferat litteram, cum littera inueniet, quod à Priore tranſmiſſos, à ſe reputat deſtinatos.

ANNOTATIONES CARENÆ.

1. HÆc quæſtio clariſſima eſt hiſce hodiernis temporibus, nam videmus paſſim non ſolum Inquiſitores deputare ſibi Vicarios generales ex Apoſtolicis conceſſionibus, de quibus Pegna *in tertiam partem directory comment 61. verſ. Hodie tamen hoc res omni dubitatione caret*, ſed etiam deputant ſibi Vicarios Foraneos, qui limitatam habent iuriſdictionem recipiendi denunciationes, & examina teſtium, & etiam peculiares Commiſſarios aliquando pro iiſdem teſtibus examinandis.

Sunt enim Delegati à Principe, Clariſſimum eſt
2. in iure delegatum Principis poſſe ſubdelegare, audientiam teſtium, & alios actus ſingulares iudiciales, & vltra text. hic à Fulcodio allegatos dixit Rot. *deciſione* 8. *alias* 258. *num.* 2. *de offic. deleg. in nouis* Molla *in Emporio iuris, prima parte titul.* 2. *quæſtione* 15. *num.* 10. Barboſa ſenior. *l. cum Prætor*, §. 1. *num.* 385. *& ſequent. de iudicijs.* Bobadill. *in ſua Politica, lib.* 2 *capite* 20. *num.* 34. Molina Theologus *de iuſt. & iure, tractat.* 5. *diſputat.* 15. Chriſtophor. de Angoiano *de legibus & Conſtitut. Principum libro* 3. *controuerſ.* 33. *n* 26. vbi in ſpecie Delegati à Summo Pontifice, ait eum recipere facultatem ſubdelegandi à lege, & facultatem coercendi impedientes, non à lege ſed à Delegante.

3. Quod autem Inquiſitores ſint delegati à Sanctiſſimo Domino Noſtro patet manifeſtè nam loquendo de Supremo Inquiſitore in Regnis Hiſpaniarum eum ad nominationem Regis, ac Domini noſtri deputetur per Breue Apoſtolicum, vt videre eſt, ex Mag. Gell. Gonzalez de Auila *in ſuo libro inſcrip. o Theatro de las Grandezas de Madrid. libro quarto, in rubric Conſejo Supremo de la Santa Inquiſition.* §. *Al Preſidente*, & Ludouicus à Paramo *de origin. Sancta Inquiſitionis, libro tertio, quæſtione ſecunda, num.* 26. verſ. *Ad ſecundum igitur caſum*, quod etiam de Inquiſitore Generali Luſitaniæ dixit Souſa *in Aphoriſm. Inquiſitorum, libro primo, de origin. Tribunalis Sancti Officy*, §. *primo, num.* 1. certum mihi videtur non poſſe dubitari quin Supremi Inquiſitores illorum Regnorum ſint iudices à ſummo Pontifice ſpecialiter Delegati, quamuis enim Barboſa ſenior exiſtimauerit, Inquiſi-
4. tores Generales Hiſpaniarum habere iuriſdictionem ordinariam *in dicta leg. cum Prætor*, §. *pri-*
5. *mo, num.* 65. *de iud.* Attamen in contrarium eſt verior opinio, vt docent Torreblanca *de Magia libro primo, capite quinto, num.* 2. *& ſequentib.* & latiſſimè Ferd. de Caſtro Palao *in ſuo opere morali, prima parte, tractatu quarto, diſputatione octaua, puncto* 12. §. *ſecundo, num.* 2. vbi bene addit iuriſdictionem Inquiſitoris Generalis eſſe delegatam, attamen habere omnia ferè priuilegia iuriſdictionis Ordinariæ ſeiunctis imperfectionibus.

Neque obſtat ratio Barboſæ quia etiam Supre- 6.
mi Inquiſitores in Regnis Hiſpaniarum ad nutum Summi Pontificis ſunt amouibiles.

Et quod diximus de hiſce generalibus Inqui- 7.
ſitoribus, idem protſus dicendum eſt de aliis Inquiſitoribus Italiæ, qui deputantur per ſpeciale Breue Sanctiſſimi D. Noſtri, vt eſt Inquiſitorum Mediolani.

Sed neque dubitari poteſt de aliis Inquiſitoribus Italiæ, qui deputantur per litteras Sacræ 8.
Congregationis Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Supremorum Inquiſitorum, Pegna *comment.* 51. *in tertiam partem directorij*, Farinac. *de hæreſi, quæſtione* 186. §. *ſecundo, num.* 31. Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. libro primo, capite primo, num* 5. *&* 6. vbi quod licèt olim eligerentur Inquiſitores, à Prouincialibus ſuorum ordinum attamen hodie deputantur à S. C. & de Inquiſitoribus Hiſpaniæ qui eliguntur à Supremo Illius Regni Inquiſitore Generale, Paramus *vbi ſuprà, num.* 37. Caſtro Palao, *dicto puncto* 12. §. 2. *num.* 3. verſ. *& in Hiſpania.*

Nam etiam hoſce Inquiſitores Delegatos eſſe 9.
Summi Pontificis certiſſima res eſt, vt aliis omnibus relatis probauit latiſſimè Caſtro Palao, videndus *vbi ſuprà num. quarto*, & hoc manifeſtè conuincit textus allegatus à Fulcodio, hoc loco, l. item eorum §. ſi decuriones ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, *ſi decuriones* (ait I. C.) *decreuerunt actionem per eum mouendam quem ducem veri elegerint, is videtur ab ordine electus, & ideo experiri poteſt, parui enim refert ipſe ordo elegerit, an is qui ordo negotium dedit*, quem textum allegat ad ſimile propoſitum, Azeuedus *ad Regias Hiſpaniæ Conſtitutiones libro quarto, titulo decimo-octauo, libro ſeptimo, numero quinquageſimo-nono*, & aliis in locis allegatis per Sebaſtianum Ximen. *ad leg. item eorum, in ſuis concordantijs, tomo ſecundo*, & ex illo eodem textu pulcherrima colligunt ibi Odofredus *numero primo*, verſiculo, *ex iſta littera colligitur*, Bartolus verſiculo, *Nota iſtum textum*, Albericus *numero ſecundo*, Baldus verſicul. *Nota quod paria ſunt*, Angelus *num.* 1. *&* 2. Caſtr. *num.* 1. vbi intelligit, & bene iſtum textum cum ſola nominatio perſonæ eſt conceſſa. Et alij *ibidem.*

QVÆSTIO QVINTA.

De Iuriſdictione Inquiſitorum in eos qui mutarunt Domicilium.

SVMMARIVM.

1 *HANC queſtionem de verbo ad verbum ponit Pegna comm.33.tertia partis Direct.*
2 *Mutatio domicilij inſtantiam cœptam non mutat.*
3 L.cũ quædã puella,de Iuriſd.omn.Iud.*adducta à Fulcod. hic intellectus latè declaratur,n.4.& ſeq.*
7 *Mutatio Domicilij fraudulenta non prodeſt Inquiſito, ex Souſa.*
8 *Hæreticus ſortitur forum in loco in quo deliquit.*
9 *Attamen vbique etiam poteſt puniri.*
10 *Quando remiſſio in hoc crimine habeat locum.*
11 *Hæreticus in pluribus locis delinquens vbi debeat puniri.*

QVam autem in eos habeant poteſtatem, qui cum ſcirent eos procedere, domicilium mutauerunt,quæ nun oportet, nam ſi citati erant non mutat forum, quia præuenti ſunt, ff de iuriſd.omn. Iudic. cum quædam puella, extr.de foro comp. c. propoſuiſti, quod ſi citati non erant, & ibi iam deliquerant, ibi poſſunt conueniri ratione delicti, & remittendi ſunt, C.vbi de Crim.agi oport.auth.quæ in prouincia, & in auth.vt nulli iudicum §.ſi verò, & 3.q. 6. cap. 1. & ſi deliquerunt in pluribus locis, puniri vtrobique poſſunt in bonis, ſed, & in corpore, ſi pœnitentia eis ſit indicenda, quæ ſit iterabilis, puta peregrinationis, vel eleemoſynæ,ſed in carcere ſecus ſicut patet lippis, & tonſoribus.

ANNOTATIONES CARENÆ.

1. HAnc quæſtionem quintam de verbo ad verbum
refert Pegna ad Eymeric.3.p.*directorij com.*33.
verſ.*ſi autem reperiatur.*
2. *Nam ſi citati erant non mutant forum,l.cum quædam puella ff.de iuriſd.omnium Iudicum.*Mutatio do-
micilij inſtantiam coram iudice cœptam non mutat
Lud. Gilhauſ. *in arbore iudiciaria Ciuili, c.1.p.2. de*
3. *foro competenti,* §.2.n.15. & quamuis text. allegatus
in d l cum quædam puella loquatur in mutatione
fori facta poſt latam ſententiam, vel vt I. C. ibi lo-
quitur, *poſt ſuſceptum cauſæ cognitionem*, quod DD.
intelligunt poſt litem conteſtatam, attamen iidem
DD. extendunt dictum textum etiam ad ſimplicem
citationem per quam taliter aiunt iuriſdictionem
præuentam, quod per mutationem domicilij ſubſe-
quentem nullum ei poſſit parari præiudicium, & ad
hanc extenſionem probandã adducunt text.*l ſi quis*
4. *poſtea quam de iud.*vbi dicitur,quod ſi quis poſtquam
eſt vocatus in ius effectus ſit miles,vel cœperit eſſe
alterius fori, in ea cauſa in qua vocatus eſt in ius,
non habet facultatem reuocandi forum in præiudiciũ
5. iudicis, cuius iuriſdictio fuit præuenta per vocatio-
nem in ius, & ſic per citationem,& ad idem induci-
tur text. in *c. propoſuiſti, de foro competenti*, vbi
6. expreſsè habetur per citationem iuriſdictionem in-
telligi præuentam, bene Cabedo deciſ. Regni Luſi-
taniæ 142.*n.*4. *tom.*1. & ita l. cum quædam puella,
intelligendam eſſe vt procedat etiamſi qui domici-
lium mutauit fuerit tantummodò citatus, latiſſimè
7. probauit Barboſ. ſenior.*in l ſi quis poſtea quam, n.*
29.*& plurib.ſeq. ff. de iud.*

Nec mutatio domicilij ſuffragari poteſt ei,qui per fraudem vult euitare iuriſdictionem Inquiſitoris, Souſa *in Aphoriſm. Inquiſitorum. lib.*1.*c.*31. *num.* 14. vbi in fortioribus terminis dixit, quod ſtante permiſſione Principis à Summo Pontifice approbata, quod hæretici ſecluſo ſcandalo poſſint ad Catholicorum loca mercaturæ cauſa venire, ſi quis ex Catholico loco in Angliam domicilium mutauit, vt Inquiſitorum effugeret iudicium, & poſt permiſſionem prædictam ad Catholicorum veniat, ac ibi Inquiſitoribus denuncietur de actu hæreticali geſto ante permiſſionem non poteſt gaudere beneficio dictæ permiſſionis, & fœderis, quia fraus fraudanti patrocinari non debet.

Quod ſi citati non erant, & ibi iam deliquerant. 8.
Hic dicit Fulcodius, & bene, quod hæreticus ſor-
titur forum ratione delicti in loco in quo deliquit,
& generaliter, quod ratione delicti quis ſortiatur
forum probant iura allegata in hac quæſtione, &
latiſſimè tradiderunt Lud.Gilhauſ. *in arbore iud. ci-*
*uili p.*2.*c.*1.§. 3. *de tertio modo ſortiendi forum ratio-*
ne delicti, num....& ſeq. bene videndus Gotofred. *in*
ſuis notis ad l.non eſt dubium 11.*ff.ne cuſtodia reorum*
& Barboſa ſenior, qui omnes alios allegat *in l. hæ-*
res abſens, §. proinde, ff.de iudiciis. 9.
Et quamuis hæreticus vbique delinquat, ac pro-
inde vbique poſſit puniri etiam extra locum delicti,
cum hæreſis crimen habeat in ſe cauſam conti-
nuam, & ſucceſſiuam, Pegn. p. 3.*comm.*91.verſ.
Iam quantum. Farin. *in Praxi Crim.q.*7. *num.* 27. &
Souſa *in Aphoriſm.Inq. lib.*2. *c.*28. *n.*1. 10.
Attamen ſi Iudex delicti præuenit ſumendo in-
formationes, vtique ad eum facienda eſt remiſſio
delinquentis ſeruatis ſemper aliis circumſtantiis in
remiſſione prædicta requiſitis,Souſa *ibid.n.*3.verſ. *ſe-*
cus verò, & alios latiſſimè allegans,Farin.*de hæreſ.q.*
197.§.1.*n.*12.*&* 13.verſ.*in hac contrarietate credo ve-*
ritatem eſſe, quod intelligendum eſt ſi Iudex delicti
dictam remiſſioné petat ,nam ſi eã non petat non eſt
neceſſe, quod dicta remiſſio fiat,Souſa *vbi ſuprà, n.*
4.Pegn.*com* 33.*in* 3.*part.*& Couar.*Pract q.*c.11.*n.* 12. 11.
Et ſi deliquerunt in pluribus locis,Pegn.*com.*33 *al-*
*leg.n.*131.verſ.*Rurſus in hæreticos*,ibi *melius putarem*,
ait,quod ſi pœnæ reiterabiles hæreticus in pluribus
locis delinquens pluribus pœnis ab Inquiſitoribus
locorum in quibus deliquit puniri debet, & ſe re-
mittit ibi ad hunc locum Fulcodij,idem dixit Souſa,
*d.cap.*28.*n.* 5. & latius Inquiſitor Caotera *in ſuis q.*
*Crim.de Iudice,quæſt.*3.*num.*14.

QVÆSTIO SEXTA.

An, & quomodo Inquiſitores poſſint procedere contra abſentes, & fideiuſſores.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus text. l. Abſentem, de pœnis allegatè a Fulcodio latè declaratur num. 2.*
3 *Quomodo de iure communi contra abſentem procedebatur.*
4 *De iure Canonico poteſt contra abſentem diffinitiuè procedi.*
5 *Forma procedendi contra abſentem hæreticum non conuictum, nec confeſſum.*
6 *Forma procedendi contra conuictum, vel confeſſum.*
7 *Ex ſtylo Romanæ Vrbis ſemper audiuntur hi abſentes condemnati, & quoad perſonam, & quoad bona ſi compareant.*
8 *In Hiſpania ſemper quoad perſonam, ſed quoad bona ſolum intra annum.*
9 *Adducitur text.* l. ſi quis reum *adductus à Fulcodio.* ff. de cuſtodia reorum, *& declaratur Lex* ſancimus *Cod.* de fideiuſſ. *num.* 10.
11 *Formula fideiuſſionum in noſtro Statu Mediol.*
12 *Deciſiones Senatus in materia purgationis moræ in fideiuſſoribus.*
13 *De iure fideiuſſor poteſt moram purgare cum Ius fiſci per nõ conſignationẽ rei, non eſt factũ deterius & n. 14. vbi quod hoc remittitur arbitrio Iudicis.*
15 *Pœnas has fideiuſſorum quæ fiſco Sancti Officij applicantur non ſolet Tribunali Sanctiſſimæ Inquiſitionis exigere cum principales ſponte compareant non obſtante mora fideiuſſoris.*

QValiter autem procedi poſſit contra abſentes ſatis plenè iudico, nam ſi conſtet de eorum perfidia, & ſint contra eos ſolemnia edicta propoſita quamuis de iure Ciuili in criminalibus non pronuncietur diffinitiuè contra abſentem ad impoſitionem pœnæ niſi vſque ad relegationem, vt ff. de pœnis l. abſentem, Credo de Iure Canonico poſſe pronunciari diffinitiuè ſuper iſto crimine, vt extra de teſt. c. veritatis eſt verbum, in fideiuſſores autem abſentium pœna pecuniaria dici poteſt ff. de iuſt. Reorum. l. ſi quis reum.

ANNOTATIONES CARENÆ.

1. Q*Vamuis de Iure Ciuili.* In Criminalibus de Iure Ciuili non condemnatur abſens diffinitiuè,
niſi vſque ad relegationem hoc dixit text. alleg. *in*
l. abſentem, de pœnis, & in l. abſentem. Cod. de accu-
ſat. hoc vtrobique notarunt ſcribentes, benè Ant.
Gomez *in l. 76. Tauri. num.* 1. Clarus, *§. fin. quæſtio-*
ne 44. *num.* 1. Farin. latiſſimè *de Inquiſit. quæſtione*
31. *num.* 1. *& ſeq.* & Lud. Gilhauſen. *in ſua arbore*
iud. crim. cap. 5 *ramuſculo* 1. *num.* 22. *& ſeq.* Ra-
2. tionem autem ob quam voluit I. C. in grauibus de-
lictis non poſſe abſentes pœna mortis puniri, nec
ſupra relegationem condemnari aſſignat Albericus
ibidem in §. *aduerſus contumaces, num* 4. his verbis,
quia ratio quare in abſentem non fertur ſententia eſt
quia inaudita cauſa damnari non debet, poteſt enim
eſſe quod abſens aliquam habeat iuſtam cauſam ſe
defendendi, quo caſu idem I. C. ibi ait, *Sanctius*
eſſe impunitum relinquere facinus nocentis, quam in-
nocentem damnare, bene Gotofred. ibi *in notis*, vbi
ait, quod Scipio, & Antoninus Imperatores dice-
bant, *malle ſe vnum ciuem ſeruare quàm mille ho-*
3. *ſtes occidere*, de iure igitur communi abſens citaba-
tur ad reſpondendum Inquiſitioni, quod ſi in termi-
no ſibi præſcripto non comparebat eius bona, an-
notabantur fiſci nomine, mox iterum citabatur per
edicta ad ſe excuſandum à delicto, & oſtendendum
innocentiam ſuam, & ipſe quandocumque compa-
rens audiebatur quoad perſonam ſuper eius inno-
centia, quo ad recuperationem autem bonorum
ſuorum non audiebatur niſi intra annum compa-
reret, Clar. Farin. & Gilhauſen. *vbi ſuprà*, & de
hoc ordine procedendi eſt text. *in l. 1. ff. de requi-*
rendis Reis.
4. *Credo de Iure Canonico poſſe pronunciari diffini-*
tiuè ſuper hoc Crimine, & meritò, quia etiam de
iure ciuili diſpoſitio dictæ *l. abſentem, ff. de pœnis,*
non habet locum in crimine læſæ Maieſtatis, vt
notauit Farin. *d. quæſt.* 31. *num.* 1. verſ. *prænitto im-*
primis, & de condemnatione hæretici abſentis latiſ-
ſimè tractarunt Pegna, cum Eymerico *in 3. part. di-*
rectorij, in decimotertio modo terminandi proceſſum in
cauſis fidei. Farinac. qui omnes antiquos allegat de
hæreſi, *quæſt.* 185. *num.* 93. *& ſequent.* Souſa *in*
Aphoriſm. Inq. lib. 2. *cap.* 49. Diana *reſolut. moral.*
part. 4. *tr.* 8. *reſol.* 42. *reſol.* 80. & Ferdinand. de Caſtro
Palao *in opere morali*, 1. *p. tract.* 4. *diſput.* 8. *puncto*
16. §. 5. *per totum.*
In forma condemnandi Hæreticum abſentem,
duo Caſus nunc breuiter ſunt diſtinguendi, latius
de hac re dicturi *in 3. parte tractatus de modo pro-*
cedendi in cauſis Sancti Officij.
Primus caſus eſt cum hæreticus abſens in actis 5.
S. Officij, nec euidentia facti, nec propria confeſſio-
ne, nec legitimis teſtibus eſt de hæreſi conuictus,
ſed tantum de ea aggreſſus, & in hoc caſu con-
tra hunc abſentem eſt procedendum iuxta formam
cap. *cum contumacia, de hæreticis in* 6. citatur enim
intra certum tempus ad reſpondendum de fide, ſub
pœna excommunicationis, quod ſi in termino præfi-
xo non comparuerit, excommunicatur, & ſi in ex-
communicatione per annum inſorduerit, vt hæreti-
cus formalis condemnatur, ita Pegna, 33. & 49. *in 3.*
p. direct. Farin. *d. q.* 185. *num.* 94. *& ſeq.* Lud à Pa-
ramo *de orig. S. Inq. lib.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 61. *& ſeq.*
Caſtro Palao *dicto* §. 3. *num.* 1. & bene Paulus Gar-
zia *in ſuo libro diſp. idiomate conſcriptum*, *Orden de*
proceſſar en el S. Oficio, editus ex ordine Supremi
Tribunalis S. Inquiſitionis Regnorum Hiſpaniæ,
fol. 65. cuius verba retuli *in addit. ad titul.* 17. *de mo-*
do procedendi in cauſis S. Officij, in rubr. de frang.
carceres S. Officij, vbi ait, quod ita declarauit etiam
Supremum illud Tribunal Hiſpaniæ Inquiſitionis.
Secundus caſus eſt cum hæreticus abſens eſt
plenè de hæreſi in actis Sancti Officij conuictus, 6.
& tunc non eſt neceſſe ſeruare formam dicti capi-
tuli cum contumacia, ſed ordinario proceſſu nullo
anno

anno expectato citatur, & ad ſententiam proceditur.
ita bene Garz. *vbi ſup.* verſ. *Pero auiendo* Simanch. *in
Enchir. tit.45. num.4.* Caſtro Palao, *vbi ſuprà*. verſ.
quod ſi delictum, Souſa *in Aphoriſm. Inq. lib.1. c. 49.
num.2. & 3.* & Scaccia *de iud. lib. 1. c. 98. num. 4.*
verſ. *ſi ſumus in primo caſu.*

7. Iſti autem abſenter ſic condemnati, quandocum-
que admittuntur etiam poſt eorum ſtatuam combu-
ſtam ad comparendum, & oſtendendam eorum in-
nocentiam, vt dixi *diſt.* 8, §. *n.24.* bene Farin. *de hæ-
reſi, q.185. n.109.* vbi quod Supremum Vrbis Tribu-
nal hos contumaces ſemper audit, & quoad per-
ſonam, & quoad bona, vide Sanch. *in ſum. lib. 2.
c. 10. n. 27.* Param *vbi ſuprà, num.47.* vbi quod de
8. conſuetudine Hiſpaniæ ſemper audiuntur quoad
perſonam, ſed quoad bona, non niſi intra annum,
iuxta diſpoſitionem *l. 1. ff. de requirendis Reis.*

9. *In fideiuſſores autem abſentium pœna pecuniaria
dici poteſt*, allegat Fulcodius text. vbi DD. omnes
hanc materiam pertractant *in l. ſi quis reum ff. de cu-
ſtodia reorum*, vbi ait I.C. *Si quis reum criminis, pro
quo ſatis dedit, non exhibuerit, pœna pecuniaria ple-
ctitur*, Antiquitùs virtute, *l. ſancimus Cod. de fideiuſſ.*
10. ſtatutum erat fideiu. tempus ſex menſium ad reum
Iudici præſentandum, nunc in promiſſionibus fide-
iuſſorum additur clauſula, *toties quoties, & ad om-
nem requiſitionem*, per quam ceſſat diſpoſitio dictæ
l. ſancimus Clar. *in praxi, quæſtione quadrageſi-
ma ſexta*, verſ. *ſed hic quæro*, Gothofred. *in ſuis
notis ad illum text. l. ſi quis, litera G, & in di-
cta l. ſancimus ſub litera H*, verſ. *ſi quis fideiuſſerit*,
Bellonus Papienſ. *de his quæ fiunt incent. lib. 2. c. 60.
11. num.2. & 3.* vbi alios allegat, & addit in formulis
fideiuſſionum iſtarum ſolere apponi, quod fideiu-
bens præciſa die teneatur reum ſiſtere etiam non
interpellatus, & abſque purgatione moræ, & vlte-
rius obſeruat admitti fideiuſſores huiuſmodi à Sena-
tu Excellentiſſimo Mediolani ad moram purgan-
dam ſi reum conſignent ea ipſa die qua fuit fide-
iuſſor condemnatus, & ita decidiſſe Senatum ſub
die 31. Augusti, 1619. referente D. Vicario La-
tuada atteſtatur *ibid. num. 7.* & hoc habere locum
vult, ſi ea ipſa die condemnationis Reus conſigne-
tur, nam ait Senatum eundem Mediolani dixiſſe
fideiuſſorem condemnatum Kal. Maij, in Veſperis,
qui Reum in mane diei ſequentis conſignauerat,
non purgaſſe moram, ſed ab eo exigendam eſſe
condemnationem, *n.9.*

Hæc autem Senatus decreta procedunt ex ſpecia- 12.
li ordine eiuſdem Senatus, ſub die XV. Decembris
1617. in hæc verba, *Cenſuis is ordo mandandum eſ-
ſe omnibus Magiſtratibus prout mandat, vt lapſo
die condemnationis illicò ad tranſmiſſionem mulcta in
cameram, & exactionem pœna procedant præciſa fi-
deiuſſoribus omni ſpe excuſationis, licet ſequenti die
principales ſiſtant.*

Sed quidquid ſit de hoc ſtylo Senatus, certè de 13.
iure fideiuſſor, qui intra ſtatutam diem Reum non
ſiſtit, moram purgare poteſt, ſi ius fiſci, & par-
tis non fuerit effectum deterius, Farin. *de carceribus,
& carceratis*, qui alios cumulat *quæſt.34. num.155.* &
arbitrio Iudicis relinquitur tempus, intra quod po- 14.
teſt fideiuſſor moram purgare, Menoch. *de Arbitr.
iud. caſu 40.* Et Bellon. *vbi ſuprà, num.6.*

Et in Sancto Officio multo magis arbitror eſſe 15.
locum huic purgationi moræ, quia Tribunal eſt
plenum pietate, & Miſericordia in Reos ſic quam-
uis poſſit fideiuſſores prædictos condemnare, iuxta
doctrinam Fulcodij & Pegna latè *comment. 139.* verſ.
Sed quid ſi de facto, & verſ. *Poſtremo ſi fi-
deiuſſor*, vbi quod hæc pœna applicatur fiſco
Sanctiſſimæ Inquiſitionis, attamen non ſolet in
hoc foro exigi pœna à fideiuſſoribus, ſi poſt termi-
num principales libere ſe ſe Sancto Officio conſi-
gnent vt his verbis atteſtatur Pater Maſſinus *in
Praxi Sancti Officij, parte nona, aſſertione cente-
*primæ Impreſſionis, *non vſa il Santo Officio di far
pagar la ſicurità à quelli che doppo il termine ſono
liberamente comparſi, perche con detta comparitione
ſpontanea s'intendono purgar ogni tardanza.*

QVÆSTIO SEPTIMA.

De Hæreticis abſolutis decedentibus ante ſibi iniunctas pœnitentias.

SVMMARIVM.

1 *HÆC quæſtio Fulcodij deciditur ab Alexã-
dro IV. c. accuſatus, §. ſi vero, de hæret. in 6.*
2 *De hac materia, qui DD. agant.*
3 *Archid. in dicto §. ſi verò, ſoluit hanc quæſtio-
nem per hæc eadem verba Fulcodij.*
4 *Qui ante iniunctas ſibi pœnitentias decedunt, re-
ſeruantur Purgatorio.*
5 *Si decedant poſt eas iniunctas, quid agendum.*
6 *Ad pœnas perſonales iniunctas hæretico pœniten-
ti non tenentur eius hæredes.*
7 *Secus ad pœnas pecuniarias pro fabricanda Eccleſ.*
8 *Hæc diſt. approbatur in dicto §.* Si vero,

DE his autem, qui ab Inquiſitoribus abſoluti, ante iniunctam ſibi pœnitentiam deceſſerunt, credo quod Purgatorio reſeruentur, nec dico aliquid Hæredibus iniungendum, licèt alij ſcripſerint contrarium, nam impoſitio pœnitentiæ perſonam ſequitur, & non tranſit ad hæredes, quod ex eo manifeſtè probatur, quia morientibus non imponitur, quod vtique fieret, ſi ad hæredes tranſiret, & Canon dicit, quod innoteſcendum eſt eis, & non iniungenda, 26. quæſtione ſeptima, capite primo, Nec obſtat ſi dicas, quod plerique puniuntur hæredes pro peccatis parentum extra. de hæretic. capite vergentis, verum eſt enim in confiſcatione bonorum, nec tamen corporaliter, nam peccata ſuos debent tenere auctores, quoad pœnam, Cod. de pœnis ſancimus, & ideo nec vt pœnitentia, nec vt pœna iudiciaria ad hæredes tranſire.

ANNOTATIONES CARENÆ.

QVæſtio hoc loco à Fulcodio propoſita, de-
ciſa reperitur ab Alexandro IV. in capite
Accuſatus. §. Si verò de hæreticis, in 6. quod capitu-
lum deſumptum eſt ab originali conſtitutione eiuſ-
dem Summi Pontificis, incipien. *Conſulens fe-
licis recordationis*, edita anno Domini 1612.

& impreſſa *in directorio Inquiſitorum*, 1. *part. inter Decem literas diuerſorum Summorum Pontificum, fol.*
2. *mibi*, 143. & de hac eadem controuerſia agunt Eymeric. *in directorio part.* 3. *quaſt.* 120 & ibi Pegna *comment.* 169. & Farinac. *de hæreſi, quaſt.* 193. *n.* 125. *& ſequentibus*, vbi alios omnes DD. antiquos referunt, non video in pertractandæ hac quæſtione, quod
3. mentionem aliquam faciant huiuſce noſtræ quæſtionis Guidonis Fulcodij, attamen Archidiaconus in dicto §. *ſi verò num.* 2. 7. *&* 8. & Geminianus *ibid. num.* 3. *&* 6. ſoluunt quæſtionem propoſitam, per eadem ferè verba, & iuta quæ hic allegat Fulcodius.

Ante iniunctam ſibi pœnitentiam deceſſerunt. Di-
4. xit hic Fulcodius, quod qui ante iniunctam ſibi pœnitentiam deceſſerunt Purgatorio reſeruantur, ita per eadem verba dixit Gemin. *in dicto* §. *ſi verò*, *num.* 6. ibi, *dic quod poſtquam ipſe eſt defunctus pœnitentia ſibi reſeruantur in Purgatorio*, hæc concluſio de plano procedit, & eam docuerunt Simancb: *de Cath. Inſtit. tit.* 46. *num.* 77. poſt Eymeric. *dicta quaſt.* 120. verſ. *ſi non*, vbi Pegna verſ. *quod ſi lite pendente*, Farin. qui omnes antiquos refert, *vbi ſuprà, num.* 128.

5. Difficultas eſt quid ſit dicendum, ſi hæreticus abſolutus ab Inquiſitoribus decedat poſt iniunctam ſibi pœnitentiam, ſed ante eam peractam, an hæredes ipſius teneantur ad eam pœnitentiam adimplendam, hæc difficultas, ſi attentè quæſtio noſtra legatur, ſoluitur optimè à Fulcodio.

6. Vel enim pœnitentia eſt perſonalis, vel eſt adimplenda in bonis, puta quia mortuus hæreticus damnatus fuit ad fabricandam Eccleſiam, vel hoſpitale. Primo caſu cum pœnitentia eſt perſonalis, puta corporalis, tunc ſine difficultate, ſi hæreticus moriatur ante perfectam pœnitentiam non debet vtique adimpleri per hæredes hæretici, hoc voluit dicere Fulcodius in illis verbis, *Non tamen corporaliter, nam peccata ſuos debent tenere auctores, quoad pœnam. l. ſancimus Cod. de pœnis*, ibi, *ſancimus ibi eſſe pœnam, vbi & noxa eſt*, ita expreſsè docuerunt Archid. *in dicto* §. *ſi verò, n.* 8. per eadem met verba Fulcodij, quo etiam modo loquitur Gemin. *num.* 6. verſ. *nec obſtat ſi dicatur*, Pegn. *dicta comm.* 169. verſ. *de ſecunda aſſertione*, Farin. *dicta q.* 193. *n.* 130. vbi exemplificat in pœnitentia conſiſtente in ieiuniis, Orationibus &c.

In ſecundo verò caſu, vtique hæredes tenentur 7.
iniunctam hæretico abſoluto, & defuncto pœnitentiam adimplere, ita innuit Fulcodius *hoc loco*, ibi, verum eſt in confiſcatione bonorum, quaſi dicat, quod cum pœnitentia conſiſtit in erogatione eleemoſynæ, pecuniæ, rerum &c. tunc eſt vtique adimplenda, ita comm. docuerunt DD. *ſuprà* citati. Gemin. *num.* 3. Archid. *num.* 8. Eymeric. *d. q.* 120. *n.* 3. verſ. *ſi autem pœnitentia non eſt perſonalis*, Pegna, *ibi*, verſ. *tertiam aſſertionem*, & Farin. *vbi ſuprà num.* 125.

Hæc diſtinctio expreſsè canonizatur ex textu in 8.
dicto capitulo accuſatus *in* §. *ſi verò*. & in allegata Conſtitutione Vrbani IV. §. quidam inſuper.

QVÆSTIO OCTAVA.

De Teſtibus cogendis, in cauſis fidei.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiati non excuſantur à ferendo teſtimonio in hoc foro S. Officij.*
2 *Hanc quæſtionem ad verbum ponit Pegna comm.* 111. *p.* 3.
3 *Et Reges, & Imperatores tenentur obedire Inquiſitoribus.*
4 *Teſtes in cauſis fidei non poſſunt celare veritatem.*
5 *Quid extra cauſas fidei quando ipſe ſolus ſcit veritatem.*
6 *Quid in Reo.*
7 *Iuramentum, & Votum, non excuſat teſtem à ferendo teſtimonio.*
8 *Excommunicatio Ordinarij in caſu noſtro non eſt timenda.*

A Ferendo teſtimonio priuilegiatos excuſari non puto, niſi ſuper hoc ipſo priuilegium haberent, quia ad veritatem detegendam in hoc caſu, omnes tenentur, vt infrà dicam, ſed nec iuramento, vel voto in contrarium emiſſo, nam licet veritatem celare poſſimus hoſti, vel perſecutori, vt 22. quæſtion. 2. capit. quis Iudici, tamen veritatem inueſtiganti eam occultare mortale peccatum eſt, vt 11. quæſt. 3. cap. quiſquis, ergo iuramentum, vel votum in contrarium emiſſum non eſt reſeruandum, 22. quæſt. 4. cap. in malis, & determinat quæſtionem expreſsè extra. de teſt. cog. cap. vlt. ſed nec excomm. Ordinarij nocet, qui illos excommunicare præſumpſit, qui coram inquiſitoribus deponerent veritatem, tum quia nõ poteſt inferior ſuperiorem ſuis diffinitoribus ſubiugare, 21. diſt. inferior tum quia maiori eſt potius obediendum 11. quæſt. 3 qui reſiſtit, tum quia huiuſmodi ſententia continet errorem expreſſum extr. de ſent. excom per tuas, nec eſt Q. quin in crimine hæreſeos teſtes ſint compellendi, vt extr. de hæret. c. excom. §. Adiicimus.

ANNOTATIONES CARENÆ.

A *Ferendo teſtimonio priuilegiatos excuſari non puto*, fauore fidei omnes etiam qui aliàs priuilegiati eſſent coguntur teſtimonium præſtare, ſic enim in cauſa hæreſis Pater contra filium, frater contra fratrem, ſeruus contra Dominum poſſunt examinari, Farinac. latiſſimè *de hæreſi, quaſt.* 188. *num* 2. Ferd. de Caſtro Palao, *in opere morali*, 1. *part. tractat.* 4. *diſputat.* 8. *puncto* 15. §. 1. *num.* 6. Ludouic. à Paramo *de origin. S. Inquiſit. lib.* 3. *quaſt.* 4.
2. *de forma, & ordine iudiciario*, *S. Officij*, *num.* 25. omnes poſt Pegnam *in tertiam partem directorij Inquiſitorum comm.* 111. verſ. *nec verò putandum eſt*, & verſ. *ſed Præter cæteros*, vbi poſtquam multos ad hoc DD. allegauit ponit integram hanc Quæſtionem Guidonis.

Omnes tenentur, quod in cauſis fidei omnes te-
3. neantur, etiamſi ſint Reges, & Imperatores dixi latiſſimè *de modo procedendi, tit.* 9. *de obligatione denunciandi*, §. *num.* 26. *& ſeq.* vbi ex Paramo retulit exemplum Inuictiſſimi Caroli V. qui iuſſit Ioannam

eius

eius filiam, ſtatim vocatam ab Inquiſitoribus coram eis integre omnia tam contra alios, quàm contra ſe deponere.

4. *Iudici tamen veritatem inueſtiganti*, In foro Sancti Officij nullum dubium eſt, quod teſtes ſub mortali tenentur Iudici interroganti veritatem aperire ad ea quæ dixi *in dicto titul.* 9. *de obligatione denunciandi per totum*, extra verò cauſas fidei, quod teſtis te-
5. netur manifeſtare veritatem Iudici, etiam in caſu in quo ſolus teſtis ſciat delinquentem ſub mortali arbitror veriſſimum, ita enim docuerunt Valer. *de differentiis vtriuſque fori*, in verbo *Inquiſitio, differentia vnica, num.* 9. Doctiſſ. & Religioſiſſ. Sancius, *in ſuis ſelectis diſp. de Sacramento Euchariſtiæ, & pœnitentiæ diſput.* 43. *num.* 39. qui alios latiſſimè allegant, quidquid in facti contingentia contrarium ſe ſe conſuluiſſe dicat Diana *reſol moral. p.* 2. *tract.* 15. *reſol* 63. cum aliis, quos ibi allegat.

6. An autem Reus ipſe ad euitandam mortem, mutilationem membri, vel aliam grauem pœnam, poſſit Iudici etiam legitimè interroganti celare veritatem non eſt huius loci hanc Quæſtionem pertractare, pro qua videri poterit Sancius *vbi ſuprà, d. diſputat.* 43. *num.* 29. *& ſequentib.* & Diana *dicto tract.* 15. *reſolut.* 26. *&* 27. qui omnes alios Doctores cumulant.

Ergo Iuramentum, vel votum in contrarium, bene dicit Fulcodius, quod non obſtante Iuramento, vel voto illius, qui iurauit non teſtificari, poteſt quis cogi ad teſtimonium ferendum, hoc expreſsè deciditur, *in c. fin. de teſtibus cogendis*, ibi, *vt ab huiuſmodi Iuramento abſoluatur* & ibi notat Barboſa Iunior, non huiuſmodi abſolutionem non eſſe neceſſariam, ſed potius ad cautelam, & melius idem determinauit Pontifex in c. *peruenit il primo eod. tit.* ibi *Iuramento adſtrinxit, vt non deponeret contra ipſum*, Far. *de teſtibus q.* 78. *n.* 149. qui alios allegat. 7.

Sed nec excommunicatio Ordinarij nocet. Et meritò tum quia, vt ait. Fulcodius manifeſtum continet errorem, tum quia in cauſis fidei Ordinarius eſt inferior Inquiſitore, latè Eymericus *in* 3. *p. directory Inquiſit. quæſtione quinta, num.* 4. & ibi latiùs Pegna *comment.* 54. & nos *ſupra* diximus *in prima quæſtione Fulcodij*, inferior autem non poteſt ſuperioris Iuriſdictionem quoquo modo impedire. 8.

QVÆSTIO NONA.

De Credentibus Hæreticorum.

SVMMARIVM.

1 *QVINAM meminerint huius Quæſtionis.*
2 *D. Archid. in cap. quicumque de hæreticis in 6. nulla facta Guidonis mentione hanc, & tres ſequentes Quæſtiones tranſcripſit.*
3 *Credentes ſunt qui dicunt ſe credere, quod credunt Hæretici.*
4 *Item credentes ſunt qui hæreticis reuerentiam præbent.*
5 *Qui verò eos alunt potius fautores dicuntur.*
6 *Communicantes cum hæreticis in eorum ritibus ſunt hæreticorum credentes, quid ſi in aliis factis communicent, n.* 7.
8 *Qui credit erroribus hæreticorum hæreticus eſt.*
9 *Communicans cum Caluiniſtis in cœna reputatur conuictus de hæreſi.*
10 *Indicia indubitata, quæ dicantur, & quibus nominibus a Iure Ciuili antiquis vocentur.*
11 *De audiente conciones hæreticorum.*
12 *Fauentes hæreticis quamuis non ſint credentes ſunt tamen de hæreſi ſuſpecti.*
13 *De legente. & retinente libros hæreticorum.*
14 *Duo pulcherrima loca D. Hieronymi in hac materia librorum hæreticorum.*

QVæritur hîc conſequenter, qui dici debeant credentes hæreticorum erroribus, & certè qui conſitentur ſe credere, ita eſſe ſicut ipſi dicunt, credentes vtique ſunt, nam ex ore ſuo ſe iudicant & non eſt confeſſi cauſa tuenda rei, & hoc ſine dubitatione eſt, qui vero adorauerunt, reuerentiam ſuo more exhibuerunt, confeſſionem, vel communionem ab eis iuxta ritum eorum acceperunt, vel ſimilia perpetrarunt quæ ad ritum eorum pertinent credentes vtique fuiſſe conuincuntur, nam ex factis exterioribus præſumitur de affectu, vt argumen. 32. quæſt. 5. cap. qui viderit, Cod. de dolo. l. dolum, nec enim refert vtrum dictis, ac factis quis voluntatem ſuam inſinuet ff. de l. & Senatus, cap. de quibuſnam negare, & confiteri poſſumus, & non ſolum ore, ſed etiam facto 11. quæſt. 3. cap. extimant, & hoc dico de iis factis in quibus error exprimitur, ſicut ſupra expoſui, de his, quæ ad ritum errantium pertinent, verum ſi quis eos viſitauit, eleemoſynam præbuit, ducatum præſtitit, & ſimilia fecit, in quibus nihil de ritu ipſorum expreſſum oſtenditur, quamuis alij contrarium ſcripſerint, non credo, quod poſſit credens iudicari, nam hæc omnia fiunt interdum ex affectione carnali, interdum precibus amicorum, interdum pecunia interueniente, & cum dicat Papa, non ſimpliciter credentes, ſed credentes eorum erroribus, velut hæreticos condemnamus, neceſſe arbitror, aliquod in eis erroris indicium deprehendi, vnde ſupradictos, quos vltimo loco poſui, non iudico hæretic. credentes, ſed potius fautores, vel receptatores, ſicuti infra monſtrabo, cum enim credens, hæreticus iudicetur, non ſitis quæſo faciles ad pronunciandum aliquem credentem, & ſic per conſequens Hæreticum, nam in hoc crimine etiam ex vehementi præſumptione nemo damnatur extr. de præſumptione literas, & ſi obiiciat quis, quomodo ergo dicis illos credentes, qui adorant, & ſimilia faciunt, ſi ex præſumptione neminem damnas? Reſpondeo non condemno illos ex præſumptione ſolum, imo ex vera probatione; nam hæc eſt probatio euidentiſſima, quæ fit ipſo facto, aliàs enim de animo conſtare non poſſet, quia altum eſt cor hominis, & inſcrutabile, ſed huiuſmodi indicia, quæ ad bonum retorqueri non poſſunt, nec aliud niſi ad id quod expreſsè indicatur pro probationibus ſunt habenda, & ideo perſpicuæ vocantur inſidiæ, C. de dolo. l. dolum, quid ergo dicemus de his, qui ſermones, ſeu prædicationes eorum audierunt, & poſtea numquam redire voluerunt, Inculpabiles erunt quoad hoc, ne credentes

iudicentur, nec enim videntur approbaſſe, quod poſtmodum euitarent, & hoc dico argumento can. 1. q. 1. c. conſtat, qui verò & prima vice venerunt, & poſtmodum frequentarunt, locis & horis ſuſpectis poſſunt credentes cenſeri, arg. habeo a ſenſu contrario ex dicto can. cap. conſtat & ſimile extr. de præſumptionibus, c. ex ſtudiis, ſanè omnes quos ſuprà dixi non poſſe iudicari credentes fateor ſuſpicione maxima non carere, & ideo poſſe eis purgationem indici, iuxta mandatum Apoſtolicum, & Can. ſanctiones, ſecundum illud, ſi qui inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, extr. de hæret. excommunicamus. Item, & illos qui libros Hæreticorum ſupprimunt, ſcilicet dico ſuſpectos, & purgandos ſi tamen eos combuſſerunt, immunes ſunt arg. 5. q. 1. c. 1. in fin.

ANNOTATIONES CARENÆ.

1. HVius quæſtionis Fulcodij quæ pulcherrima
eſt mentionem fecerunt Eymericus *in dire-*
ctorio Inquiſit. parte 2. quæſt. 50. in fin. verſ. *His con-*
cordat, & Pegna ibi *in commm. 75.* verſ. *ſunt qui-*
dam alij, qui ait Quæſtionem hanc Fulcodij eſ-
ſe multum aptam ad hanc materiam intelligen-
dam, ſed neuter verba huius Quæſtionis refert in-
tegra.

2. Solus Archid. *in c. quicumque num. 5. & ſeq. de hæ-*
ret. in 6. abſque vlla mentione Fulcodij tranſcri-
pſit hanc, & tres ſequentes Quæſtiones, vnde
Zanch. *de hæret. in 6. cap. in fin.* ait, quod de hac
materia plenius agit D. Archid. in dicto c. qui-
cumque & ſubdit *Salua tamen reuerentia D. Archid.*
illa non fuerunt verba ſua, ſed ea habuit, & tran-
ſumpſit, appropriando ea ſibi, ex quadam conſul-
tatione tradita olim Inquiſitoribus per venerabilem
Patrem D. Guidonem, qui poſtea fuit Papa, & vo-
catus Clem. IV. & in margine dicti loci habentur,
Hæc verba, *nota furtum Domini Archidiaconi*, quo-
rum verborum occaſione qui aliqua ſitu digna
videre voluerit de furto litterario, legat, Eberhar.
Speckham *in ſuis quæſt. Iuris Cæſarei, Pontificij, &*
Saxonici, q. 88. per totam.

3. *Qui confitentur ſe credere ita eſſe ſicut ipſi dicunt*,
hos verè credentes hæreticorum dixit Fulcodius,
& ita comm. omnes ſenſerunt, Eymericus *dicta*
quæſt. 50. num. 2. verſ. *verbis quidem*, Sanctareil. *de*
hæreſi cap. 11. dub. 4. num. 29. verſ. *Dico primo*, Fer-
din. de Caſtro Palao *in opere morali, tom. 1. tract. 4.*
diſp. 3. punct. 5. num. 1. Barboſa Modern. *in c. excom.*
il 1. §. credentes, n. 10. de hæreticis, Souſa *in Aphoriſ.*
Inquiſit. lib. 1. cap. 22 n. 3.

4. *Qui verò adorauerunt reuerentiam more ſuo exhi-*
buerunt, & hos ait Fulcodius credentes dici hæ-
reticorum, ſicuti, & omnes & quoſcumque alios,
qui cum hæreticis in eorum ritu communicant,
ad hoc vt quis hæreticorum credens dicatur pa-
rum refert, an voluntatem ſuam ore aperiat an
factis, per iura hic allegata. Ita docuerunt poſt
Fulcodium omnes pariter Theol. & Canoniſtæ, &
quidem vltra allegata à me in tractatu de modo
procedendi, *titul. 4. §. 7. num. 70.* Eymer. *dicta quæſt.*
50. num. 3. vbi omnia fere verba huius Quæſt.
tranſcripſit Pegn. *ibid.* in verbo, *factis*, vbi po-
nit verba quorundam DD. Auenionenſium, qui
bene declarant ex quibus factis poſſit quis dici
credens hæreticorum.

5. *Verum ſi quis eos viſitauit alimoniam præbuit, &c.*
Hos ait Fulcodius, & bene eſſe fautores hæreti-
corum non credentes, pro qua re Notandum eſt
ex hoc textu Fulcodij, quod alia ſunt facta ſpe-
ctantia ad ritum hæreticorum, vt cœna Valden-
ſium, de qua periti Auenionenſes apud Pegnam
loco ſuprà citato, verſ. *Aut cœna Valdenſium*, vel
cœna Lutherana, & Caluiniſtica his noſtris tem-
porib. & qui ſe cũ hæreticis immiſcet in his factis
ſine vllo dubio debet dici credens hæreticorum,
quia immiſcet ſe immediatè ritui hæreticorum, ex
quo non niſi credens eorũ erroribus indicatur, alia
ſunt facta, quæ non concernunt eorum ritus, ſed 6.
potius communem conuerſationem, & ſocieta-
tem, & in his factis communicans cum Hæreti-
cis non poteſt dici credens hæreticorum, quia,
vt ait, Fulcodius, Alimoniam præſtans hæretico
poteſt moueri ex Miſericordia, non ex eo quod
eius erroribus credat & cum Summus Pontifex
non loquatur ſimpliciter de credentibus, ſed de 7.
credentibus eorum erroribus, vt facto dicatur
quis credens, ſequitur quod factum indicet er-
rorem, & eum probabiliter conuincat, hoc idem
colligitur ex allegatis per me *loco citato*, *num. 63.*
verſ. *Tertio alij videntur*, & maximè ex Pegna
qui refert hæc pauca verba huius noſtræ *quæſt.*
comm. 75. loco ſuprà allegat. quoad communicatio-
nem autem cum hæreticis, & aliis Infidelibus in
eorum ritibus iure diuino vetitam, vide latè
Ferdin. de Caſtro Palao, *in opere morali tract. 4.*
diſp. 1. punct. 9. per totum.

Et ſic per conſequens hæreticum, qui enim erro- 8.
ribus hæreticorum credit hæreticus eſt, vt pro-
baui aliis cumulatis *dicto §. num. 61.* verſ. *Primo*
quidem, & num. 65. vbi declaraui quare Bulla Cœ-
næ Domini excommunicet hæreticos & eorum
credentes, & quomodo hæc vltima verba non
ſint ſuperflua.

Nam hæc eſt probatio euidentiſſima, Veriſſimum, 9.
eſt, quod qui in cœna Caluiniſtica, cum Caluini-
ſtis communicaret iudicaretur conuictus de er-
rore Caluiniſtarum, aliàs ait Fulcodius niſi ex his
factis rectè probaretur animus numquam poſſet
probari, & iſta ſunt quæ à DD. noſtris vocantur
indicia indubitata, quæ ſcilicet animum Iudicis 10.
mouent ad ſic firmiter credendum, Cantera *in*
ſuis quæſt. crimin. de Prob. cap. 2. quæſt. 6. num. 1. in fin.
& de his indiciis indubitatis loquitur text. *l. ſciant,*
Cod. de probat. quæ aliàs in iure noſtro dicuntur
apertiſſima argumenta, liquidæ, & manifeſtæ pro-
bationes vt notauit Gotofred *in ſuis notis ad illum*
text. ſub littera N.

Quid ergo dicemus de his qui ſermones ſeu prædi- 11.
cationes eorum audierunt. dicit hoc loco Fulcodius,
quod qui conciones hæreticorum frequentant
vtique eorum credentes iudicandi ſunt, ſecus ſi
quis ſemel eas audiuit, ſed nunquam ad eas rediit.

Hoc idem dixi *in eodem §. 7. num. 68.* & notanda
ſunt bene verba Fulcodij, ibi, *frequentarunt locis, &*
horis ſuſpectis, nam eodem modo loquitur quo
Concilium Narbonenſe allegatum à Pegna *dicto*
comment. 75. verſ. *& quamuis*, Ferd. de Caſtro Palao
dict. diſp. 3. punct. 5. num. 2. Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit.*
lib. 1. cap. 22. num. 7. & 8.

Sanè omnes quos ſuprà dixi. Omnes quos ſuprà
Fulcodius dixit non eſſe hæreticorum credentes, 12.
ait eſſe de hæreſi ſuſpectos, ac proinde purgatio-
nem, vel abiurationem eſſe indicendam, purgare
enim ſe debent iuxta mandatum Apoſtolicum, qui
inuenti fuerunt ſola ſuſpicione notabiles, cap. ex-
comm. de hæreticis. Hoc quod, hoc loco dicitur
probaui *dicto titul. 4. §. 7. num. 69.* vbi de audiente bis,
vel

vel ſemel concionem hæreticorum, quod non, credens, vel ſuſpectus de hæreſi, & *n.64.* vbi pariter dixi, quòd alimoniam hæreticis præſtantes, vel eos viſitantes, ſunt de hæreſi ſuſpecti licèt non ſint eorum credentes.

13 *Item illos qui libros hæreticorum ſupprimunt*, Ex retentione, & multo magis occultatione librorum hæreticorum, vtique oritur hæreſis ſuſpicio de qua re latè diximus *toto titul.* 10. *& in addit.* excipit Fulcodius eos qui dictos libros combuſſerunt, vt etiam diximus nos, *dicto titul.* 10. §.7. *num.* 38. vbi quod hi nec ſuſpecti ſunt de hæreſi, nec incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini contra retinentes libros &c. licèt male faciant, cum ex Conſtitutione Iulij III. incip. *Cum meditatio cordis*, inter litteras Apoſtolicas pro S. Officio *in fin. directorij Inquiſit. fol. mihi* 155. vnuſquiſque teneatur dictos libros Inquiſitoribus locorum conſignare.

Et ne litterarum ſtudioſi decipiantur In hiſcé hæreticorum libris perlegendis rogo eos in viſceribus Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod ſemper ante eorum oculus habeant duo pulcherrima loca D. Hieronym. videlicet Epiſt. 7. ad Lætam, vbi ait, *Venena non dantur, niſi melle circumlita*, & in eadem Epiſtola, *illorum delectetur ingenijs in quorum libris fidei Pietas non vacillet.* Et Epiſtola decima ad Furiam, *eorum dumtaxat tractatus lego quorum fides nota eſt, non neceſſe habes aurum in luto quærere.*

QVÆSTIO DECIMA.

De Fautoribus Hæreticorum.

SVMMARIVM.

1 *HÆC quæſtio Fulcodij pulcherrima eſt.*
2 *Qui Gladij habent poteſtatem omiſſione ſola fautores efficiuntur hæreticorum.*
3 *Non ſic priuata perſona, niſi requiſita ſint, vel Iuramento obligata, vt familiares, & Cruce ſignati n.4 & 5.*
6 *Qui non ex lubrico linguæ hæreticos excuſat fautor eſt.*
7 *Aduocati hæreticorum quandonam dicantur fautores, n.8. & 9.*
10 *Quandonam fautores dicantur ſuſpecti de hæreſi.*
11 *Qui alimenta hæreticis præbent, fautores dicuntur.*
12 *Item qui precibus eos liberant.*
13 *In fautoria pœnas incidunt fautores, etiam non ſecuto effectu.*
14 *Fauens ſuſpecto de hæreſi non videtur incidere in pœnas fautorum hæreticorum.*
15 *Mentio honorifica Reuerendiſſimi Patris Vincent. Prati è Serrauallo Inquiſitoris Cremonæ.*
16 *Probatur pluribus rationibus non eſſe licitum alicui Principi Catholico concedere domicilium hæreticis in locis Italiæ.*
17 *Probatur multis rationibus, & auctoritatibus quod ex frequenti, & diuturna communicatione hæreticorum cum fidelibus cuiuſque conditionis in operibus ciuilibus immineat periculum proximè infectionis.*
18 *Diffusè probatur, quod ex conceſſione liberi domicilij hæreticis in partibus Italiæ oriatur periculũ proximum ſcandali, & contemptus noſtræ fidei.*
19 *Probatur quod non licet alicui Principi Catholico concedere liberum domicilium in aliquo loco Italiæ ſibi ſubiecto, eſto quod ibi etiam ceſſaret periculum proximum infectionis.*
20 *Expenditur ſubtiliter Bulla Gregorij XV. in hac materia.*
21 *Probatur efficaciter non licere principibus Catholicis tale domicilium concedere, eſto quod ceſſaret in omnibus partibus Italiæ periculum proximum infectionis, ſcandali, & contemptus noſtræ fidei.*
22 *Argumenta in contrarium adducuntur, & ſoluuntur.*

SVbſequitur quæſtio de fautoribus, qui videlicet ſint cenſendi fautores. Qua in re notandum arbitror, quod aliquæ ſunt perſonæ priuatæ, aliæ verò publica poteſtate funguntur & non eſt omnium vna conditio. Qui enim gladij poteſtate funguntur, ex ſola omiſſione poſſunt dici fautores, puta ſi condemnatos ab Eccleſia non fugant, vt puniant ſicut debent, & quod ex hoc fauere intelligantur, probant ad litteram Canones iſti 23. quæſt 3. cap. qui poteſt, & prima quæſt. ſupra quæ in vetus, 5 q. 8. c. præterea, priuatæ vero perſonæ in hoc caſu nihil ſentiunt, ſi non capiunt, ſi prætereuntem non detinent, fautores dici non poſſunt, nam hæc ad eos pertinent, qui poteſtate funguntur, & eſt de hoc argumentum 26. quæſt. 1. cap. ſi de arca, & hoc fateor de perſonis quæ ad hoc non ſunt Sacramento adſtrictæ, ſi verò intauerant indicare ſicut faciunt multi, & celant, non nego illos fauere, cùm ad id teneantur ex debito iuramenti, & ſic peccatum mortale in hoc caſu veritatem occultare 11. quæſt. 3. cap. quis quæritur. Dixi ergo qualiter quis omiſſione fauere videtur, ſed & verbis fauere, quis poteſt, ſi quis enim excuſat hæreticos, non ex lubrico linguæ, nec per iocum, ſed in conuenticulis, vel etiam inter laicos, ſicut faciunt dicentes, ſæpè iſti homines non ſunt tales, quales eſſe videntur, nec negant iſta, vel illa, vel forte, quia aduocati ſunt aliqui, & defendendo ipſos excuſant per mendacia eorum exceſſus, poſſunt fautores dici, excuſſione habita perſonarum, & temporis, & locorum, nec enim hæc omnia poſſunt ad vnguem perſtringi, plerumque enim huiuſmodi verba, & homines ſimplices ad hæreticorum amorem prouocant, & deuotionem, quam habent ad Eccleſiam minuunt, & eneruant, & quod huiuſmodi excuſatores falſi fauere videntur, inſinuat canon 11. quæſt. 3. cap. timendo, ſed & illi Lothario cui Epiſcopi adhæſerunt, tamquam fautores eius condemnati ſunt 2. quæſt. cap. vltim. & dicit alibi Papa, quaſi faciendo modum exponens, quod fucatis defenſionibus eios crimina regere videbantur 11. quæſt. 3. cap. ita & ex illis duobus capitibus colligitur quod per huiuſmodi coloratas defenſiones intelligitur quis fauere: ſanè de his loquor, qui conſultè, & vt ple-

tumque ſit ex propoſito, non per iocum in huiuſmodi prolabuntur, nam lubricum linguæ ad pœnam vel damnum trahi non conuenit, ff. ad l. Iul. Maieſtat. l. famoſi, & ſimiliter, quæ per iocum dicuntur non obligant, ff. de accuſat. & oblig. l. obligationum ſubſtantia, & 21. quæſt. 2. cap. quod autem ait, Item fauet quis facto, & hoc ſatis videtur planum, & hoc dico in eo qui ducit; qui procurat, qui mittit alimoniam, qui liberat, qui ea per quæ liberantur ſubminiſtrat, & ſi quæ ad hæc ſunt ſimilia eſt ad hoc argumentum quamvis probatione non egeat, 33. quæſt. 4. eſt iniuſta ff. de furtis, l. ſi pignore, §. qui ferramenta. Idem dico in eo, qui precibus illum liberat argum. 14. quæſt. 6. cap. 5. in illo verſ. illud vero fidentiſſimè dixerim, &c. nec moueat, quod ibi dicitur ſocius criminis, nec enim intelligitur ſocius quaſi idem crimen commiſerit, ſed ſocius cap. particeps infectionis & de huiuſmodi ſocietate loquitur canon, vbi dicit, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, &c. 2. quæſt. 7. cap. Negligere. Sed quid dicemus de Prælatis, qui nolunt facere carceres, vel ſimilia quæ ad promotionem fidei pertinent, Reſpondeo cum id non ad fauorem hæreticorum, ſed ex Auaritia faciant non dico fautores, & ideo conſulo fratribus, quod de illis non ſe intromittant, ſed Apoſtolicam Sedem conſulant.

ANNOTATIONES CARENÆ.

1. PVlcherrima eſt hæc Fulcodij Quæſtio, ac miro ordine conſcripta, eius meminit Eymericus *in director. part. 2. quæſt. 53. in fine.* verſ. *Et Guido Fulcodius.* de hac materia lattiſſimè egi *tit. 4. §. 1. & 2.* vbi plures DD. allegaui, & in addit. ad ea loca.

2. *Qui enim gladij poteſtate funguntur.* In hac materia fautoriæ diſtinguit, & bene Fulcodius priuatas perſonas ab his, quæ poteſtatem habent, & ius gladij, & ait, quod quæ poteſtatem & iuriſdictionem habent, efficiuntur hæreticorum fautores omiſſione ſola, puta ſi hæreticos ab Eccleſia damnatos non capiant, vel non puniant captos, cap. *qui pot. 13. q. 3.* vbi Damaſus Papa ait, *quod impietati fauet, qui poteſt perturbare peruerſos, & non facit,* ita communiter tradunt DD. allegati per me, *dicto §. 1. num. 1. & pluribus ſeq.* quibus nunc addi poteſt Ferdinand. de Caſtro Palao *in opere morali, 1. p. tract. 4. diſp. 3. punct. 5. num. 6.* verſ. *omiſſione fauet hæreticis.* Souſa *in Aphoriſmis, lib. 1. cap. 25. num. 5.* Filliuc. *quæſt. moral. tom. 1. tract. 16. cap. 2. quæſt. 6. n. 38.* verſ. *Vel ſi ſit Princeps.*

3. *Priuata verò perſona.* Docet hoc loco Fulcodius priuatas perſonas omiſſione non fieri fautores hæreticorum, quia cum ex Iuſtitia non teneantur hæreticos capere, nihil ei poteſt ea Iuſtitia imputari, Ferdinand. de Caſtro Palao, *vbi ſuprà, num. 7.* verſ. *Ratio eſt,* Eymericus *dicta quæſt. 53. num. 3.* vbi Pegn. *comm. 78* verſ. *Priuati autem homines,* & hæc concluſio non habet in ſe difficultatem.

4. Solummodo dubitari poteſt an priuatæ perſonæ requiſitæ vt capiant hæreticum, ſi illum non capiant, hac omiſſione poſſint dici fautores in qua re Eymericus *vbi ſuprà* negatiuam tenet ſententiam ibi, *etiamſi ad id requiſiti non faciant,* & in eandem opinionem videtur inclinare Caſtr. Palao, *vbi ſup.* Verùm contrarium arbitror tenendum prout tenet Souſa *d. cap. 25. n. 6.* P. Diana *reſol. moral. p. 4. tract. 7. reſol. 21.* verſ. *Nota tamen,* & ante eos bene Sanchez *in ſumma lib. 2. cap. 10. num. 15.* verſ. *Secundus caſus eſt quando priuatus.*

5. *Et hoc fateor de perſonis.* Limitat Fulcodius concluſionem ſuam quod priuatæ perſonæ in fautoriam non incidunt ex omiſſione, vt non procedat in perſonis, quæ vinculo Iuramenti præſtiti de capiendis, & reuelandis hæreticis ſunt adſtrictæ, vt ſunt familiares, & Cruce ſignati, ita communiter tenent DD. relati *in dicto §. 1. num. 7. & tot. tit. 9.* de obligatione denunciandi, Ferdinand. de Caſtro Palao, *num. 7.* verſ. *Idem eſt de Cruce ſignatis,* Souſa *dicto cap. 25. num. 5.* Filliuc. *eodem c. 2. num. 38.* verſ. *Vt ſunt familiares Inquiſitorum,* & P. Diana *d. reſol. 21,* verſ. *Verùm hæc opinio,* vbi allegat Seſſe deciſ. Regni Aragoniæ, *tom. 4. deciſ. 474. num. 37.*

Si quis excuſat hæreticos non ex lubrico linguæ, incipit docere Fulcodius qua ratione incidant priuatæ perſonæ in fautoriam, & ait, quod in eam incidunt, & verbis, & facto.

Verbis quidem, ſi quis eos excuſat ex propoſito, de hoc exemplo fautoriæ agit Archid. in cap. *Quicumque,* in verbo *Fautores, num. 16. vſque ad num. 22. de hæreticis, in 6.* vbi omiſſo nomine Fulcodij totam hanc quæſtionem tranſcripſit de verbo ad verbum, Gemin. *ibid. num. 10.* verſ. *Poſſet quis facere,* Farin. *de hæreſi, quæſt. 182. num. 5.* & Souſa *dicto cap. 25. num. 9.* 6.

Vel fortè quia Aduocati, ſecundum exemplum fautoriæ in quam verbo incidunt priuatæ perſonæ imponit in Aduocatis per mendacia hæreticorum exceſſus excuſantibus, de his Aduocatis latè agunt DD per me allegati *d. titul. 4 §. 6. num. 60.* Et ideo dicit Fulcodius, per mendacia, quia Aduocatus hæretici, qui eius cauſam defenderet credens bona fide eſſe iuſtam non incurreret in pœnas fautorum, nec in ſuſpicionem hæreſis, vt notauit Souſa *in Bullam Cœnæ Domini, cap. 2. diſp. 18. num. 5. & in Aphor. Inquiſit. lib. 1. cap. 24. num. 5.* quamvis talis Aduocatus poſſit ab Inquiſitoribus puniri ſi tali hæretico patrocinium præſtet ſine licentia, Souſa *dicto num. 5.* & alij allegati per me *dicto n. 60.* Vide Duard. *in Bullam Cœnæ, lib. 2. can. 1. quæſt. 32, num. 9.* verſ. *Imo ſi aliquis defendat,* qui Viuald. Alteriom, & alios allegat, quibus addo ego D. meum Abb. Pueronum *in Bullam Cœnæ, capite 11. num. 149.* 7. 8. 9.

10. *Excuſſione habita perſonarum, temporis, & locorum,* bene enim omnes hæ circumſtantiæ ab Inquiſitoribus ſunt ponderandæ, vt intelligere poſſint quomodo, & qua ratione ſint ſuſpecti de hæreſi hi fautores, quod & pluries repetij ego *toto titul. 4.* & ſingulariter notat Diana videndus *in dicta reſol. 21. ferè per totam.*

11. *Item fauet quis facto.* Tranſit Fulcodius ad vltimum fautoriæ quod committitur facto, & rectè proponit exemplum de iis qui alimenta mittunt hæreticis qui eos è carceribus liberant vel ea per quæ liberantur ſubminiſtrant, eadem exempla proponuntur ab Eymerico, *dicta quæſt. 53. num. 4.* Sanctarell. *de hæreſi, cap. 11. dub. 1. ferè per totum,* Souſa *dicto cap. 25. num. 10.* Do. Pueruno *d. cap. 1, num. 159.* Ferd. de Caſtro Palao *dict. punct. 5. num. 6.* qui alios antiquos DD. allegat.

12. *Idem dico in eo qui precibus illum liberat,* Sanctarell. *loco cit. num. 8.* D. Pueronus *num. 151.* Sanchez *dict. cap. 10. num. 16.* Souſa *cap. 25. num. 9.* & hoc bene probat text. alleg. à Fulcodio, ibi *Illud verò fidentiſſimè dixerim eum qui pro homine ad hoc interuenit, ne malè ablata reſtituat ſocium eſſe fraudis, & criminis,*

Opportunè

Opportunè hoc loco ; quæri poteſt an quis
13. in fautoriæ pœnas incidat , ſi fautoriæ effectus non fuerit ſecutus , puta ſi quis preces porrexerit vt hæreticus liberetur, qui tamen non fuit liberatus , in qua te breuiter dico , quod ſic , ita enim tenent Suarez *de fide diſputation.* 14. *ſect.* 1. *num.* 14. Ferd. de Caſtro Palao *diſt. punct.* 5. *num.* 51. P Diana *d. reſolut.* 21. verſ. *at his non obſtantibus,* numquam enim vel rarò inciderent hi fautores in pœnas canonicas , & eum fauor prohibeatur , ne hæreſes firmitatem habeant, qui effectus ſemper durat.

14. An autem fauens ſuſpecto de hæreſi incidat in fautorum pœnas ſine difficultate dicendum eſt quod non , D. Peronus *d. cap.* 1. *num* 168. niſi fauiſſet ſuſpecto de hæreſi , vt ſuſpectus eſt , vide tamen Caſtro Palao *vbi ſupra num.* 12. & quæ dixi ego, *titulo nono* , §. *octauo* , *num.*4. verſ. *qua autem huc-vſque.*

15. An autem qui communicat in operibus ciuilibus , & contractibus politicis cum hæreticis in locis Italiæ exiſtentibus , hæreticis faueat , & peccet, & an hoc licitum ſit non eſt quod hoc loco à nobis hæc quæſtio pertractetur , quia eam pro dignitate enucleauit Reuerendiſſimus Pater Magiſter Vincentius Prætus vir morum ſuauitate , Religioſa diſciplina , ac doctrina ſingularis, qui poſtquam in præcipuis ſuæ Religionis vniuerſitatibus, Philoſophiam , & Sacram Theologiam per plures annos profeſſus fuit , merito ad munus Inquiſitionis in Ciuitate Genuæ , deinde , ob quædam prudentiam eius expoſcentia in Ciuitate Cremonæ ad idem munus , quod nunc diligentiſſimè exercet , euectus : vnde cum Quæſtio prædicta ab eo doctiſſimè pertractata ad manus noſtras peruenerit , ipſo inſcio,ad omnium vtilitatem hoc loco imprimendam curaui.

VTRVM LICEAT PRINCIPI Catholico concedere hæreticis liberum domicilium in locis Italiæ ſub commercij , & mercimonij, aut quovis alio prætextu.

HAne quoque Quæſtionem ex munere mei Officij libenter diſcutiendam aggredior,vt maxima pietas noſtrorum potentiſſimorum Regum Hiſpaniarum elucescat, qui nunquam tale domicilium in hoc Ducatu Mediolanenſi permittere voluerunt , & vt alij Principes videant quid in hac materia licitè agere poſſint.

Prima Concluſio.

16. NVllus Princeps Catholicus poteſt concedere liberum domicilium hæreticis in locis Italiæ ſub commercij,& mercimonij,aut alio quouis prætextu.

Probatur primò , Princeps ſæcularis Catholicus iure diuino , & naturali tenetur defendere Eccleſiam , ac fidem ; eſt enim ratione ſui muneris Eccleſiæ Protector , & vt dicit Leo epiſt. 75. ad Leonem Auguſtum *debet Imperator incunctanter aduertere Regiam poteſtatem ſibi non ſolum ad mundi regimen , ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam* , & S. Iſidor. lib. 3. de ſummo bono docuit *Chriſtianos Principes cogitare debere ſe reddituros eſſe rationem Deo propter Eccleſiam , quam à Chriſto tuendam ſuſceperunt* , ergo iure naturali , & diuino ad fidei , & Eccleſiæ defenſam tenetur Princeps Catholicus iuxta præſcriptum Sac. Sanctionum propulſare rebelles Eccleſiæ perpetuos hoſtes illius, vt ſunt hæretici à locis Italiæ ſibi ſubiectis , & non eos receptare.

Secundò probatur , Principi Catholico iure naturali , ac diuino prohibetur tolerare vitia atrocia publica bono communi directè nociua , ergo Princeps Catholicus iure naturali ac diuino tenetur iuxta præſcriptum Sac.Sanctionum arcere hæreticos à locis Italiæ ſibi ſubiectis , ergo multo magis iure diuino , ac naturali ei prohibetur liberum domicilium concedere illis Italiæ ſibi ſubiectis. Antecedens patet , quia Princeps ad hoc eſt inſtitutus , vt Rempublicam à vitiis directè tendentibus ad eius perniciem,& ab hoſtibus defendat.Sequela probatur,quia vera Religio maximè inter omnia ſpectat ad pacem, & felicem ſtatum Reipublicæ eſt verum firmamentum Regnorum, vt patet inter documenta relicta à Carol.V. Bruxelis,Philip.II.in abdicatione Regnorum,& ex alia parte hæreſis eſt contemptrix obedientiæ erga Principes , contumaciæ rudimentum , & dum ex mentibus hominum ſenſim exeutit Dei ingum,detrectare , atque excutere humana imperia ſimul docet,nimiſque exploratum iam eſt numquam hæreſim bona fide manſueſcere.

Hanc rationem tetigit Diuus Auguſtinus quæſt. 50. *quis (inquit) mente ſobrius Regibus dicat. Non ad vos pertinet in Regno veſtro , quis velit eſſe ſiue Religioſus ſiue ſacrilegus ? quibus non poteſt dici, non ad vos* , pertineat in Regno veſtro quis ſit pudicus quis impudicus.

Probatur tertiò,nullus Princeps poteſt permittere id,quod eſt intrinſecè malū niſi in duobus caſibus, ſcilicet ad euitandum maius malum,vel propter eliciendum maius bonum , ergo nullus Princeps Catholicus poteſt permittere vt fideles habeant communicationem cum hæreticis imminente periculo proximo infectionis , nulla neceſſitate phyſica, aut morali exiſtente, ergo nullus Princeps Catholicus poteſt permittere vt hæretici cum fidelibus cuiuſcunque generis indiſcriminatim habeant communicationem frequentem , & diuturnam pro libito in operibus merè ciuilibus nulla exiſtente phyſica, aut morali neceſſitate , ergo nullus Princeps Catholicus ſæcularis poteſt permittere , & multo minus concedere liberum domicilium hæreticis in locis Italiæ ſibi ſubiectis ſub commercij, mercimonij, aut quovis alio prætexto. Antecedens probatur ex communi doctrina Theologorum,qui etiam addunt Deum non poſſe permittere malum culpæ niſi propter maius bonum eliciendum. 17.

Addunt nonnulli Theologi tertium caſum quando poteſt intrinſecè malum permitti , ſcilicet quando non poteſt impediri, ſed quando ob defectum potentiæ malum non poteſt impediri , non dicitur permitti , nam ſicut de ratione permiſſionis culpabilis eſt non ſolum vt poſſit ſed debeat impedire , & non impediat, ita ad rationem permiſſionis vt ſic , pertineat poſſe impedire , & non impedire.Prima ſequela probatur,quia tenent omnes Theologi periculum proximum committendi aliquod crimen , & committere illud crimen eſſe eiuſdem ſpeciei quoad malitiam , quando illud periculum moraliter vitari poteſt , quare ſicut peccatum hæreſes eſt intrinſecè malum , ita periculum proximum labendi in hæreſim quando moraliter vitari poteſt eſt intrinſecè malum. Secunda ſequela probatur, quia talis communicatio frequens , & diuturna fidelium cuiuſcumque generis indiſcriminatim

natim cum hæreticis ad libitum habet annexum periculum proximũ infectionis reſpectu fidelium, licèt non collectiuè ſaltē diuiſiuè, vt ſtatim diffusè probabitur cum improbatione ſequelæ ſit poſita vis huius rationis. Vltimâ ſequela probatur, quia ex tali conceſſione, & permiſſione liberi domicilij naturaliter ſequitur, moraliter loquendo, communicatiu frequens diuturna hæreticorum cum fidelibus cuiuſcũque generis in operibus ciuilibus ad libitum, abſque vlla neceſſitate phyſica, aut morali, propter quam in locis Italiæ ſubiectis Principib. Catholicis poſſit tolerari, permitti talis diuturna, frequens communicatio, vt patebit ex reſponſionibus ad argumenta, tum quia nulla talis neceſſitas apparet, & poteſt aduci.

Probatur autem ſecunda ſequela.

Primò, quia hæreſis ex Doctoribus eſt peſtis ſpiritualis morbus contagioſus ex S. Thom. *4. ſent. diſtinct.* 13. *q.* 2 eſt virium infectiuum ex Apoſtolo ad Timotheum, eſt infirmitas, quæ vt cancer ſerpit, celeriter ſe ſpargit, ac diffũdit ad alios inficiendos, ergo ex communicatione diuturna, & frequenti hæreticorum cõ quibuſcunque fidelibus indiſcriminatim, imminet periculum proximum infectionis huiuſmodi fidelibus ſiue aliquibus ex illis. Sequela probatur, quia multi fideles reperiuntur ſimplices ac idiotæ qui ſunt parum inſtructi in rebus fidei, aut parum firmi in fide, aut proni ad malum in materia fidei, & ex alia parte plures rationes hæreticorum pro eorum ſecta prima facie videntur plauſibiles. Confirmatur primò ex communicatione diuturna hominis laborantis peſte corporali cum hominibus ſanis imminet periculum infectionis corporalis, ergo à fortiori ex communicatione diuturna & frequenti hæreticorum cum hominibus fidelibus cuiuſcũque generis, inter quos ſunt aliqui parum inſtructi in fide, aut parum firmi, aut proni ad malum in materia fide imminebit periculum proximum infectionis ſpiritualis Sequela probatur, quia hæreſis acutiùs penetrat, tenaciùs adhæret, difficiliùs curatur, quàm peſtis corporalis, vnde optimè aiebat Epiſc. Pactenſis *q.* 33 *n.* 22. hæreſis mentalis, eſt ſicut ſerpentis caput, quod niſi cõteratur, ſtatim exiens virus ſuum in alios effundet, & communiter DD. aſſerunt hæreſim mente conceptam vix contineri poſſe quin exterius prodeat. Confirmatur ſecundò, Eccleſiaſt. c. 13. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea qui communicauerit ſuperbo induet ſuperbiam*, ergo qui diuturnè, & frequenter communicauerit hæreticis induet hæreſim. Confirmatur terriò, hæretici ſua natura ſunt callidi, vt ait Epiphanius *de hæres. l.* 1. ſunt proditores, ac proterui, vt ait Apoſtulus ad Timotheum; pietatem ſimulant, ac ſanctitatem, vt ſæpe notat Baron. *in ſuis Annal.* & Oſorius Epic. Algarbienſis, vt facilius decipiant Catholicos, ergo ex huiuſmodi communicatione cum fidelibus ſemper prudenter poteſt timeri periculum proximum infectionis, nec hæreticis pollicentibus ſe nolle aliquid præſtare commorando in partibus Italiæ, quod poſſit officere noſtræ Religioni fides eſt adhibenda, quia vt in *Conc.* 4. *Tolet.* habetur infideles Deo, vt ſunt hæretici non poſſunt eſſe fideles hominibus. Confirmatur quartò, Theologi, S. Patres, Sac. Scriptora docent vno ore communicationem hæreticorum eſſe fugiendam Concilia, Sac. Canones grauiſſimis pœnis prohibent talem communicationem hæreticorum cum fidelibus, ergo ex communicatione frequenti, & diuturna hæreticorum fidelibus cuiuſcunque generis indiſcriminatim ſemper imminet periculum proximum infectionis. Sequela probatur, quia non adeò prædicta vrgerent fugam talis communicationis niſi prudenter exiſtimaretur talem communicationem ſecum afferre periculum proximum infectionis. Antecedens probatur primò ex Sac. Scriptura, Exod. 34. Deus dixit, *Caue ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum.*

Paralip. lib. 2. cap. 16. *His, qui oderunt Dominum, amicitia coniungeris, idcircò iram Domini mereris.*

Deuter. 7. & aliis ſexcentis locis veteris teſtamenti Deus maximè prohibuit communicationem fidelium cum infidelibus, *ne ex eorum conſortio à fide deficerent.*

Ioannes Epiſt. 2. *ne aue illis dixeritis, nolite eos in domum inducere.*

Paulus ad Rom. 16, *Declinate ab illis.*

Idem ad Corint. 5. *cum huiuſmodi nec cibum ſumere.*

Idem *ad Theſſalonic* 3. *Denunciamus vobis fratres in nomine Domini Ieſu Chriſt, vt ſubtrahatis vos ab huiuſmodi fratre ambulante inordinate, & non ſecundum traditionem qua accepiſtis à nobis.*

EX PONTIFICIBVS.

LEo Papa ſerm. 4. de collect. in fine. *Non ſinentur latere homines, qui Prophetis, & S. Spiritui contradixerunt. Cauendi ſunt ne cuiquam noceant, prodendi ſunt, ne in aliqua Ciuitatis noſtra parte conſiſtant.* 1.

Fabianus Papa Epiſt. ad Epiſcopos Orientis, *Segregatos nobis eſſe oportet omnes, qui extra Eccleſiam ſunt, quibuſcumque nec cibos capere, nec communicare nobis permittitur.* 2.

S. Leo Papa ſerm. 18. de paſſione Domini. *Nihil vobis commune ſit cum eis, qui ſolo nomine ſunt Chriſtiani.* 3.

Cyprianus lib. 1. Epiſt. 3. ad Corneliom in fine, *Nulla cum talibus commercia, nulla conuiuia, nulla colloquia commiſceantur, ſimúſque ab eis tam ſeparati, quàm ſunt illi ab Eccleſia profugi.* 4.

S. Athanaſius de S. Antonio in eius vita narrat, *nunquam cum hæreticis verba amicabilia fuiſſe locutum denunciando talem amicitiam, atque ſermones perditionem eſſe animæ, & moriturum ſuis diſcipulis vnicè commendaſſe, vt ſuum in hæreticos odium ſectarentur.* 5.

S. Irenæus lib. 3. cap. 3 aſſerit, *Apoſtolos, & eorum diſcipulos noluiſſe verbo tenus communicare cum aliquo eorum, qui adulterauerant veritatem.* 6.

Cyrillus Patriarcha Hieroſolymit. ſcribit. *Amicitia cum ſerpente, inimicitia cum Deo eſt.* 7.

EX CONCILIIS.

IN Canone 46. & 73. *Apoſtolorum feruntur pœna contra communicantes cum hæreticis.*

In Concilio 4. Carthag. cap. 69. 71. 72. *prohibetur communicatio cum hæreticis.*

Tandem omnia Concilia clamant, ne cum hæreticis aliquatenus commiſceamur.

EX IVRE CANONICO

DIſt. 93. cap. 1. *Nulli liceat ei communicare cui pro actibus ſuis Pontifex inimicus exiſtit, ſi quis verò amicus fuerit quibus ipſe non eſt amicus, & loquutus fuerit his, quibus ipſe non loquitur, vnus eſt, & ipſe ex illis, qui exterminare Dei Eccleſiam volunt.*

Lib. 5. decretal. cap. 8. tit de de hæreticis *ſub anathemate prohibemus, ne quis eos in domo, vel in*

terra

terra ſua tenere, vel fouere, aut negotiationem cum eis exercere præſumat.

Plura alia loca Iuris Canonici ſtrictè prohibentia huiuſmodi communicationem breuitatis cauſa omitto.

EX IVRE CIVILI.

THeodoſius, & Valentinianus in lege 5. tit. de hæreticis, in Codice imperant, *vt hæretici procul à Ciuitatibus amandentur, ne illorum peſſima contagione inficiantur, eorúmque præſentia contaminentur.*

Et ibidem præcipiunt, *ne eis locus aliquis relinquatur.*

Et lege cuncti, Codice de hæreticis, & Manichæis *Cuncti hæretici procul dubio nouerint, omnia ſibi loca adimenda eſſe.*

In lege Manichæos, Cod. de hæreticis. *Huic itaque hominum generi nihil ex moribus, nihil ex legibus commune ſit cum cæteris.*

Conſtantinus Magnus omnibus minatus eſt exilium, qui Niceno Concilio nolebant acquieſcere.

Quartò probatur, hæreſis, eſt crimen merè Eccleſiaſticum, vt docent omnes DD. ergo infectio quæ poteſt oriri ex domicilio libero hæreticorũ in locis Italiæ eſt ſpiritualis, ergo iudicare an ex tali domicilio libero hæreticorum in Italia poſſit refundi infectio, & contagio in fideles non poteſt competere Principibus ſæcularibus, ſed Sum. Pontifici & ſuis Iudic. quia de rebus fidei, & Religionis, ac de contagione ſpirituali aliquid iudicare, aut præcipere non ſpectat ad Principes ſæculares, vt patet tam ex inſtitutione veteris, quam nouæ legis, in quibus Deus totam poteſtatem ad Eccleſiam voluit pertinere, & ratio huius aperta eſt, quia res fidei ſunt ſupernaturales, ac proinde non ſpectant niſi ad poteſtatem ſupernaturalem, poteſtas autem Principum ſæcularium eſt naturalis, & Pontificis eſt ſupernaturalis. Pontifex verò, & ſui Iudices ſemper videntur ſupponere infectionis periculum ex domicilio libero hæreticorum in locis Italiæ, quia pœnis grauiſſimis illud dant prohibitum, vt patet ex Conſtitut. Greg. XV. data 1622. & ex edictis Inquiſitorum auctoritate Apoſtolica latis, ergo iure naturali, & diuino prohibetur Principi concedere liberum domicilium hæreticis in Italia.

Confirmatur, qui non denunciant Inquiſitoribus hæreticos commorantes in Italia, quicumque ſint illi, vltra peccatum mortale, ſunt ipſo facto excommunicati excommunicatione maiori reſeruata per edicta Inquiſitorum, & etiam per præceptum Eminentiſſ. Card. Sacr. Congreg. S. Officij datum die 5. Ianuar. 1623. ac per Bullas Innocentij IV. Nicolai III. incipientes *Nouerint*. Redduntur vlteriùs ſuſpecti de hæreſi, & habentur fautores hæreticorum, vt docent Regna, Duardus, Farinac. Sanctarel. Alphonſ. de Caſtro, Royas, Zecbinus, Sayrus, quia ad fautoriam non eſt neceſſe habere intentionem formalem fauendi hæretico vt hæreticus eſt, ſed ſufficit vt obſeruat Vgolinus, Toledus, Farinac. Suarez, & alij, ſcienter dare illi fauorem redundantem ne hæreſis deſtruatur, quamuis id fiat ex aliquo affectu humano, & temporali, ergo Summus Pontifex & Iudices fidei videntur certo extare periculum infectionis, aut aliud ſimile periculum ex libero domicilio hæreticorum in Italia, ergo iure naturali, & diuino Principi prohibetur concedere huiuſmodi domicilium.

Confirmatur vlteriùs, in locis Italiæ, vbi hæretici liberum habent domicilium fideles famulantur hæreticis in operibus domeſticis, & familiaribus, & moraliter tale domicilium trahit ſecum ſimilem famulatum, ergo tales fideles incidunt ob occaſionem liberi domicilij hæreticorum in periculum manifeſtum infectionis. Sequela probatur, quia omnis ſubiectio ingenerat ſubiecti animo quandam reuerentiam erga Superiorem, ac proinde nata eſt inclinare ſubiecti animum ad religionem Superioris, ergo iure naturali, & diuino prohibetur Principi, &c. 18.

Quintò principaliter probatur, Princeps iure naturali, & diuino tenetur vitare contemptum noſtræ fidei aut periculum proximum contemptus noſtræ fidei, exceptis duobus caſibus prædictis, ergo iure naturali, & diuino prohibetur Principi Catholico concedere hæreticis liberum domicilium in partibus Italiæ. Antecedens patet: Prima ſequela probatur, quia hæretici habendo domicilium liberum in Italia facilè notant peccata, & defectus fidelium, & quidquid in Catholicorum vita, & doctrina, ſaltem ſecundum externam aliquam apparentiam minus plauſibile videtur, carpunt & ita contemnunt noſtram fidem. Secundò quia hæretici exiſtentes in Italiæ locis multoties ingrediuntur Sacra Templa, intereſſunt diuinis Officiis, & Sacroſancto ſacrificio Miſſæ, à quibus omnibus deberent arceri, tum ob reuerentiam, tum quia ſunt excommunicati, vnde iniurioſi exiſtunt noſtræ fidei. Tertiò probatur, quia hæretici clarè vident Principes ſæculares concedendo ipſis liberum domicilium in locis Italiæ non obedire præceptis Sum. Pontificum, qui talem conceſſionem pœnis grauibus prohibent, ac proinde facilè iudicabunt à Catholicis contemni dignitatem Eccleſiaſticam, quam ipſi flocci faciunt, quia vt habetur diſt. 93. c. 1. *prælatura contemptibilis eſt ſine obedientia.* Quartò, Principes concedendo liberum domicilium hæreticis in locis Italiæ, non videntur vt par eſt eorum errorem deteſtari, & odio habere, quod cedit in damnum noſtræ fidei, nam non reſiſtere hæreticis eſt quodammodo hæreticorum errorem approbare, iuxta illud; *error, cui non reſiſtitur, approbatur*, & ſecundum Leonem Papam Epiſtol. 93. *qui alium ab errore non reuocat, ſeipſum errare demonſtrat*, vnde diſtin. 24. gloſſ. ait *ſi vos decepti non eſtis*, alij forſitan per talem veſtram familiaritatem poſſent decipi, qui crederent illos placere vobis, & ſic crederent illis. Quintò, in locis Italiæ vbi hæretici habent domicilium vt dictum eſt famulantur hæreticis, quod redundat in dedecus noſtræ fidei, nam ignominioſum eſt, vt filij Dei ſeruiant mancipiis diaboli, hoſtibus Eccleſiæ, reis læſæ Maieſtatis diuinæ.

Sextò principaliter probatur, Princeps iure naturali, & diuino tenetur vitare periculum proximum ſcandali quando moraliter vitare poteſt, ergo iure naturali, & diuino prohibetur Principi Catholico concedere hæreticis liberum domicilium, &c. Antecedens patet ſequela probatur. Primò quia alij populi Catholici, ex eo, quod vident in aliquo loco Italiæ hæreticos liberè communicare cum fidelibus facilè mouebuntur ad incendam familiaritatem cum eiſdem, & ſic facilè conſtituentur in periculo infectionis. Secundò quia ipſimet hæretici per talem communicationem impediuntur ne cognoſcant ſuum errorem, nam poſſemus fortaſſe ſperare quando viderent ſe ob hæreſim vitari, & exiſtimari indignos communicatione

oicatione cum fidelibus in operibus ciuilibus, vt erubeſcerent, & confunderentur, iuxta illud Apoſtoli ad Theſſalon ne commiſceamini cum illis vt confundantur. Vnde Diuus Auguſtinus Epiſt. 50. ad Bonifacium loquens de legibus Imperatorum contra hæreticos, magis pro illis ſunt iſtæ leges, quæ illis videntur aduerſæ, quoniam multi per illas correpti ſunt, & quotidie corriguntur.

Secunda Concluſio.

Eſto quod ceſſaret periculum proximum infectionis ex libero domicilio hæreticorum in aliquo loco Italiæ adhuc prohibetur Principem ſæcularem in dicto loco concedere huiuſmodi domicilium iure poſitiuo: ſcilicet per Conſt. Greg. XV. editam die Iulij 1622. & etiam per cap. *excommunicamus, §. moneantur*, vbi Domini temporales, qui non purgant terras ſuas hæreticis, grauiſſimis pœnis ſubiiciuntur, eorúmque exponuntur Catholicis occupandæ.

Probatur, Summi Pontificis partes ſunt omni ratione moraliter ſibi poſſibili efficaciter auertere ab quibus ſuæ curæ crediti omne periculum proximũ infectionis quod poſſit oriri ex libero domicilio hæreticorum in locis Italiæ, ergo Sum. Pontifex per præfatam Conſtitutionem non debuit prohibere tale domicilium ſolum in illis locis Italiæ in quibus periculum infectionis imminet relinquendo cuiuſcumque arbitrio iudicare in quo loco, & quibus periculum immineat, ſed generatim debuit prohibere in cunctis locis Italiæ, & ſuo tantum iudicio reſeruare, quibus in locis, & quibus perſonis tale periculum immineat, nam plures quibus tale domicilium eſt periculoſiſſimum, iudicaſſent ſe maximè abeſſe ab eo periculo, tùm quia facilè de nobis magna præſumimus, tum quia obcæcati affectu humano lucri, aut alterius boni temporalis verum diſcernere impedimur, ergo licet periculum infectionis in vno, vel altero loco Italiæ ex tali domicilio ceſſaret, tamen in dicto loco non cenſetur ceſſare obligatio dictæ Conſtitutionis, ergo nullus Princeps Catholicus poteſt concedere domicilium liberum in aliquo loco Italiæ, eſto quod in dicto loco ceſſaret periculum proximum infectionis.

Hæc vltima ſequela probatur, quia nullus Inferior poteſt diſpenſare in lege Superioris, ſed quilibet Princeps Catholicus eſt ſubiectus Romano Pontifici, & tenetur ei obedire in omnibus quæ ad bonum fidei Pontifex iudicauerit expedire, tum quia Reſpublica ciuilis, & Eccleſiaſtica vniuntur, ſicut in vno ſuppoſito anima, & corpus, ideò ſicut corpus regitur ab anima, & ſeruit animæ, & omne miniſterium exequitur, quod ad vitæ conſeruationem neceſſarium eſt, ita Reſpublica, & poteſtas ciuilis debet Eccleſiaſticæ ſubſeruire, exequendo fideliter id quod ad fidei (quæ eſt quaſi vita Eccleſiæ) conſeruationem neceſſarium eſt, & ſibi præcipitur.

Secundò, quia leges quæ non fundantur in præſumptione facti nec in præſumptione Iuris, ſed conditæ ſunt ad præcauenda pericula, aut incommoda, aut fraudes, quæ legiſlator prudenter iudicauit frequenter adeſſe, non ceſſant obligare, eſto quod hic, & nunc ceſſet periculum, aut fraus, vt docent omnes iuriſperiti, & præcipuè Couarruuias *primo variar. p.4.c.4.* hac de cauſa Matrimonium clandeſtinum factum ſine Præſentia Parochi, & teſtium eſt inualidum, etiam nullo periculo fraudis hic, & nunc interueniente; pariter profeſſio facta ante legitimam ætatem eſt inualida, eſto quod nulla fraus, aut periculum fraudis hic, & nunc adſit, ergo conſtitutionis præfatæ obligatio non ceſſat, ceſſante in aliquo loco Italiæ periculo infectionis, quia talis conſtitutio eſt condita ad vniuerſaliter præcauendum periculum, quod prudenter Pontifex iudicauit frequenter adeſſe ex tali domicilio, hic tradunt Doctores obligationem legis in aliquo particulari non ceſſare ceſſante fine legis in illo particulari, quia lex non reſpicit ſimpliciter ſingularem locum, aut ſingulares perſonas, ſed communitatem.

Tertiò, quando lex eſt condita ob plures cauſas motiuas, ſeu finales, ſi vna cauſa ceſſat, obligatio legis non cenſetur ceſſare, quia tantummodo cenſetur ceſſare, quantum ceſſat cauſa finalis in totum, & reſpectu totius communitatis. Ita omnes DD. ergo ſi in vno loco Italiæ ceſſaret periculum infectionis ex tali domicilio, adhuc tamen non ceſſant aliæ cauſæ finales, ob quas cenſetur edita talis Conſtitutio, ſcilicet euitatio ſcandali, contemptus noſtræ fidei.

Quartò, quia verba dictæ Conſtitut. Greg. XV. abſolutè, & abſque vlla reſtrictione prohibent huiuſmodi domicilium, ergo non eſt reſtringenda ſolum quando adeſt periculum infectionis, tum quia vbi ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, tum quia talis intelligentia abſoluta magis cedit in fauorem fidei, quem dicta conſtitutio intendit, & alioquin talis reſtrictio neque alio iure, neque efficaci ratione nititur.

Tertia Concluſio.

Eſto quod ceſſaret in omnib. partibus Italiæ periculum proximum infectionis, ſcandali, & contemptus noſtræ fidei ex domicilio libero hæreticorum, adhuc tamen Principi Catholico eſt prohibitum per Conſtitutionem iam dictam Greg. concedere tale domicilium.

Declaratur hæc Concluſio.

Conſtitutio Greg. XV. vt cuique patere poteſt continet duas prohibitiones. Prior eſt lata in hæreticos, & ope illius eis prohibetur mora, habitatio in partibus Italiæ ſub commercij, mercimonij, aut alio quouis prætextu & hæc prohibitio eſt vindicatiua, ſeu in pœnam hæreſis. Poſterior eſt lata in fideles, cuius beneficio prohibetur dare quocunque modo auxilium, & opem hæreticis quoad moram, & habitationem prædictam, & talis prohibitio hoc pacto eſt quædam cautio prudens fidelium ab omni labe. His ſtatutis probatur ſic concluſio.

In omni Republica bene inſtituta neceſſarium eſt, vt peccata puniantur ab habente iuriſdictionem, ergo neceſſarium eſt in Eccleſia quæ eſt quoddam corpus morale, & quædam Reſpublica, vt crimina merè Eccleſiaſtica, ac merè ſpiritualia publica, atrocia, & nociua dictæ Eccleſiæ puniantur à Summo Pontifice habente ſupremam iuriſdictionem in talia delicta, ergo neceſſarium eſt, vt abominabile crimen hæreſis puniatur à Summo Pontifice, quia crimen hæreſis, cum vt iam diximus, ſit merè Eccleſiaſticum, non niſi à Iudicibus Eccleſiaſticis poteſt recognoſci, & iudicari, vt Clarus *§. hereſis, n.4. q.96. n.7* Alciatus *c.1. n. 73.* & eſt etiam ſtatutum iure Canonico ſub pœna excommunicationis, cap. *vt Inquiſitionis, de heret.* & iure ciuili *leg. 5. in Cod. Theodoſiano, tit. de Relig.* eſtque grauius crimine læſæ Maieſtatis humanæ, quia per illud ex profeſſo grauiſſimè læditur cultus verus debitus Deo, eſt deteſtabilius, & periculoſius omnibus aliis peccatis ſecundum D. Hieronymum *in cap. 16. Ezechielis*, & ſecundum D. Auguſtinum 21.

guſtinum *l.6.contra Donatiſtas*: Eſt maximè nociuum Reipublicæ Chriſtianæ, quia ex eo oriuntur funeſtæ calamitates, & miſeriæ non ſolum in bonis ſpiritualibus, ſed etiam temporalibus: hinc euerſiones vrbium, proditiones Principum, deſolationes populorum emergunt, vt ex ſacris litteris, & ex exemplis omnibus ſæculi frequentibus conſtat, vt paſſim obſeruat Baron in ſuis annalibus Eccleſiaſticis, eſt & maximè iniurioſum Eccleſiæ, non ſolum quia per hæreſim euadunt homines rebelles, perfidi Eccleſiæ, ſe ab illa ſeparantes contra obligationem ſuſcepti militaris Chriſti ſigni, ac Sacramenti, ſed etiam quia errores, & mendacia illi tribuunt, ergo ne tam peſſimum delictum omnino remaneat impunitum neceſſarium fuit per conſtitutionem Gregorij XV. prohibere hæreticis huiuſmodi domicilium, moram in locis omnibus Italiæ ſub mercimonij & quocunque alio prætextu, nam remota hac pœna tale atrociſſimum delictum ferè impunitum abit, cum non poſſit puniri à Summo Pontifice alia pœna, quam hæretici ſibi reputant, moleſtam, damnoſam, aut ignominioſam. Vt autem hoc omnibus clareſcat, ſciendum eſt, quod pœnæ quibus poſſunt puniri hæretici ſunt triplicis generis. Aliæ ſunt ſpirituales, & hæ licet ſint grauiores aliis duabus, tamen hæretici parum ea curant, tum quia tota efficacia earum depēdet ex fide quam ipſi abiecerunt, & ex poteſtate Eccleſiæ, quam ipſi contemnunt, tum quia earum nocumentum ſenſibiliter non percipiunt: aliæ ſunt corporales, aliæ temporales, nullam harum poteſt Summus Pontifex hæreticis inferre in partibus extra Italiam, imo neceſſitatur eos in dictis locis tolerare, tum ob illorum potentiam, tum ad euitanda maiora mala, ergo patet, quod per ſolam prohibitionem habitationis, moræ, domicilij in locis Italiæ cum fidelibus poteſt Summus Pontifex tam atrox delictum punire pœna quam ſibi hæretici reputant damnoſam, moleſtam, & ignominioſam.

Ergo deuota Principum Catholicorum pietas, quam Deo debent, & reuerentia, qua tenentur proſequi Eccleſiam vt matrem, exigunt vt non ponant obicem tam iuſtæ pœnæ latæ in abominabilem hæreſim ne Deus eos puniat ob impunitatem hæreticis conceſſam contra ſacroſancta Summorum Pontificum decreta. Ergo non debent concedere liberum domicilium hæreticis in locis Italiæ, eſto quod in illis ceſſaret periculum infectionis contemptus noſtræ fidei & ſcandali.

Antiqui verum Deum ignorantes in vindicandis reis eorum violatæ religionis ſupplicia ſeueriſſima adhibebant, vt eſt apud Platonem *in Pericle*, apud Demoſthenem *in oratione aduerſus Androtionem*, apud Herodotum *l.4.* Ciceronem *l.2.de Legibus*, Iuſtinum Hiſtoricum *l.5.* Procopium *l.1.* & apud alios; Catholici verum Deum agnoſcentes Summum Pontificem punientem hæreticos, qui atrociſſimè delinquunt in Chriſtianam Religionem omninoq; ſanctiſſimam à Dei filio promulgatam, infinitis miraculis, oraculis diuinis ſuo pretioſo ſanguine confirmatam impedient, caueant ne iram Dei contra ſe iuſtiſſimè excitent.

Quarta Concluſio.

Eſto quod hæc noſtra ſententia non incluſione & expulſione hæreticorum à domicilio Italiæ non eſſet de conſenſu omnium DD. & fulta tot iuribus ac rationibus, & ſolum inniteretur auctoritate paucorum DD. & haberet iura parum fauorabilia, imo fulciretur opinione tantum vnius Doctoris, tamen eſſet præferenda contrariæ, eſto quod contraria eſſet communis.

Probatur quo ad primam partem hæc concluſio, quia ſemper illa opinio eſt tenenda quæ fauet Eccleſiæ ex *cap.fin.de ſent.& re iudic.* Papinian. *l.ſunt perſonæ, ff.de Relig.& ſumpt. funer.* qui ait, in ambiguis Religionum quæſtionibus, ſtricta ratio iuris omitti ſolet, *nam ſumma ratio eſt, quæ pro Religione facit*, ex Iaſone *in authentic. niſi rogati, ad SC. Trebell.* qui aſſerit quod quando in aliquo articulo ſunt diuerſæ opiniones DD. illa opinio eſt tenenda, quæ fauet Religioni ex Giga *quæſtione 17.de penſion.n. 19.* qui docet licet repugnet naturæ vſufructus tranſire ab vna perſona in aliam, tamen in fauorem Religionis vſusfructus per profeſſionem recedit à perſona vſufructuarij, & non extinguitur, ſed tranſit in Monaſterium item ex Felin. *in cap.1.num 104. de conſtit.* ex Iaſon. *in l.filius fam.§.diui, n.81.& in repet.n.110.ff. de leg.1.* ex Decian. *lib.3.conſ.80.num.22.* ex Honded. *lib. 1.conſ.3.n. 24* ex Beller. *in diſquiſit.Cler.part.1.tit.6.§.4.num.15.* ex Maynardo *de priuil.Eccl.contra Venetos part.2.artic.22 num.61.*

Probatur deindè concluſio, quoad ſecundam partem, quia in cauſa Matrimonij opinio vnius Doctoris claſſici pro Matrimonio præualet communi opinioni, quæ eſt contra Matrimonium, ex Felin. *ad rubr.de ſponſalibus,num.6.* ex Iaſon. *in auth. dicta ingreſſi, num.32.* ex Raſ. *conſ. 1.num.21.ex eod. conſ.2.num 83.vol.2.* incip. *Tametſi in cauſa*, ergo à fortiori in fauorem fidei opinio vnius Doctoris eſſet præferenda communi dato quod communis eſſet contraria. Ratio autem, & fundamentum horum eſt, quia *præſumptio iuris, & veritatis ſtat in dubiis pro fauore fidei.*

ARGVMENTA.

Periculum proximum peccati tunc cenſetur, quando facilè, & frequenter tale periculum inducit ad peccatum, ſed frequens diuturna communicatio hæreticorum in partibus Italiæ cum fidelibus cuiuſcumque generis non facilè nec frequenter inducit labem hæreſis in fidelibus, nec poteſt de facili inducere, ergo talis diuturna, & frequens communicatio hæreticorum cum fidelibus non habet annexum proximum periculum infectionis, ergo liberum domicilium hæreticis poterit concedi in locis Italiæ. Maior probatur, quia omnes DD. definiunt periculum proximum peccati eſſe illud quo dato pluries ſequitur peccatum, minor probatur, quia in omnibus Ciuitatibus Italiæ ſunt plurimi Theologi, DD. Concionatores, qui fidem Catholicam docent ac tuentur, ſunt Inquiſitores, qui accuratiſſimè contra hæreticam prauitatem inuigilant cogentes cenſuris omnes fideles ad deferendos Sac. Tribunali non ſolum hæreticos, ſed etiam de hæreſi leuiter ſuſpectos, vnde prudenter non poteſt timeri, quod ſequatur frequenter talis infectio. Secundò probatur, quia non apparet, quod de facto ſequatur talis infectio ex frequenti, & diuturna hæreticorum cum fidelibus communicatione in aliquibus locis Italiæ, in quibus hæretici habent liberum domicilium.

Ad hoc argumentum reſpondetur primò, negando vltimam ſequelam, quia eſto quod ceſſaret periculum proximum infectionis, adſunt aliæ rationes ob quas non debet concedi huiuſmodi domicilium, ſcilicet ne hæreſis delictum maneat impunitum, nec contemnatur noſtra fides, nec

alij ſcandalizentur. Secundò reſpondetur, diſtinguendo minorem: reſpectu omnium fidelium collectiuè non imminet periculum proximum infectionis, concedo, reſpectu fidelium diuiſiuè, nego, quia hæreſis ex ſua natura eſt infectiua aliorum, numquam bona fide manſueſcit, & multi fideles ſunt rudiores, parum inſtructi in fide, parum firmi, & valde proni ad malum in materia fidei, reſpectu quorum facillimum eſt, imo fortè ineuitabile, vt ex confabulatione, communicatione, conuerſatione diuturna, & frequenti hæreticorum cum ipſis non inducantur in aliquem errorem, aut ſaltem in dubium non reuocent aliquem articulum noſtræ fidei. Et cur quæſo Summ. Pontifices, S. Canones, SS. Patres vnanimi voce clamant communicationem hæreticorum eſſe fugiendam, certè non niſi ob periculum proximum infectionis, vt dictum eſt; nec probatio prima minoris obeſt huic reſponſioni, quia cum ex ſaluo conductu Principum hæretici ibi haberent domicilium, auctoritas Inquiſitorum non poſſet exerceri contra eos, & quia talis infectio cum maxima calliditate, & maxima occultatione ob metum pœnarum fieret, non poſſet per DD. Theologos, Inquiſitores, &c. impediri, maximè reſpectu rudiorum, &c.

Ad ſecundam probationem reſpondetur, quod licet non ſit notum omnibus, quod in Ciuitatibus in quibus hæretici habent domicilium, quod aliqui fideles fuerint infecti labe hæreſis, tamen hoc erit fortaſſe notum Iudicibus violatæ Religionis, tum quia dato quod adhuc eſſet omnino ignotum, tamen non poteſt colligi, quod non ſequatur talis infectio, quia fit cum maxima calliditate, & occultatione, vt iam dictum eſt, & aliunde poteſt prudenter timeri vt frequenter fiat talis infectio ob rationes iam allatas.

Reſpondetur tertiò, ſicut ex DD. cum D. Thoma 2. 2. *q.* 43. *art.* 1. *ad* 4. vt obſeruat Laym. *l. primo*, *tr.* 3. *cap.* 13 *n.* 2. duplex eſt ſcandalum, vnum quod ex ſuo genere, & ex ſua natura eſt aptum natum ex ſe præbere alteri occaſionem peccati, eſto quod hic, & nunc proximi ruina non ſequatur, vt manducare carnes coram aliis, diebus interdictis. Alterum quod non eſt inductiuum ex ſua natura ad peccatum, ſed ex eo alter ſumit occaſionem peccandi. ſicut etiam contractus ex DD. vt obſeruat Caſtro Palao, *lib.* 1. *tr.* 3. *diſp.* 2. *punct.* 14. *n.* 13. eſt duplex. vnus ex ſua natura periculoſus vt Matrimonium clandeſtinum, alienatio bonorum Eccleſiaſticorum abſque ſolemnitate à iure requiſita, & iſte eſt illicitus, & inualidus, eſto quod hic, & nunc non ſolùm ceſſet fraus, ſed periculum fraudis. Alter autem eſt non talis ex ſua natura, ſed aliquando admittit fraudem, & iſte eſt validus ceſſante fraude. Ita opus habens annexum periculum proximum infectionis duplex eſt. Vnum quod hic, & nunc inducit in tali ſubiecto infectionem ex infirmitate, vel ignorantia ipſius ſubiecti, eſto quod de ſua natura opus non ſit tale. Alterum quod ex ſua natura eſt inductiuum infectionis, eſto quod hic, & nunc non inducat ob aliquod accidens, & talis eſt communicatio frequens, & diuturna hæreticorum cum fidelibus idiotis, vel parum inſtructis, aut firmis in materia fidei, vel pronis ad malum in materia fidei, quia vt iam probatum eſt, hæreſis eſt ex ſua natura infectiua, & DD. ac Patres, quorum eſt iudicare de periculo proximo ſpirituali ſupponunt vt in pluribus adeſſe tale periculum.

Secundo argumentatur, periculum proximum peccandi tunc eſt ab intrinſeco malum, quando moraliter vitari poteſt, & eſt voluntariè aſſumptum abſque vlla neceſſitate morali vt tradunt multi DD. ſed in aliquibus Ciuitatibus Italiæ adeſt neceſſitas iuſta concedendi ibi liberum domicilium hæreticis, ergo eſto quod tale liberum domicilium habeat annexum periculum proximum hæreſis poteſt permitti, & concedi in tali Ciuitate. Minor probatur, quia adſunt aliquæ Ciuitates in Italia quæ ſine mercatura ſuſtineri non poſſunt, & talis mercatura manuteneri nequit, niſi concedendo liberum domicilium hæreticis.

Reſpondetur primò, negando maiorem, quia multi Theologi ſentiunt, quod periculum proximum peccandi non poſſit excuſari ob aliquam neceſſitatem, ſicut nec commiſſio peccati: nam periculum proximum peccati habet moraliter loquendo neceſſariam connexionem cum peccato, & qui vult antecedens, neceſſariò vult conſequens neceſſariò connexum cum antecedenti.

Reſpondetur ſecundò, negando minorem. Ad probationem dicitur, licet in aliquibus Ciuitatibus mercatura forſitan non poſſit ſuſtineri abſque hæreticis nautis, qui merces aduehunt, & per paucos dies, vel hebdomadas in portu commorantur, tamen poteſt ſuſtineri abſque hæreticis habentibus domicilium permanens in Ciuitate, & nulla poteſt adeſſe cauſa neceſſaria, aut rationabilis, ob quam Princeps poſſit concedere hæreticis tale domicilium, quia tales Ciuitates quando minus diuitiis affluebant per præterita ſæcula, potuerunt commodè ſuſtentari ſine tali receptione, ergo à fortiori de præſenti & futuro, & licet ad ſummum talibus Ciuitatibus maius lucrum adueniret ob huiuſmodi domicilia, tamen ob ſpem talis lucri non poſſunt Principes concedere tale domicilium, vt Hurtad. 2. 2. *diſp.* 76. *ſect.* 1. §. 28. Becan. *in ſuo manuali controuerſ. lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 13. docent, tum ob rationes ſupradictas. Addo quod potiùs damnum huiuſmodi temporale ex huiuſmodi domicilio reſultat talibus Ciuitatibus, tum quia hæretici ex ſua patria domicilium in Ciuitatibus Italiæ tranſportant, quia magnum lucrum reportant. quo lucro certè priuantur ciues, & alij fideles, tum quia homines talium Ciuitatum timoratæ conſcientiæ, & verſati in exercitio mercaturæ mihi teſtati ſunt potiùs damnum, quàm vtile refundi ex huiuſmodi domicilio hæreticorum. Deberéntque Principes confidere ſi ob cultum Dei, & ob Religionem Catholicam etiam lucri iacturam aliquam facerent ſe, non ſolum in alia vita, æterna fœlicitate donandos, ſed in *hac bonis temporalibus amplissimè compenſandos. Deus enim non patitur benignitate ab hominibus vinci.*

Tertiò argumentatur, poſt Concilium Conſtant. non tenemur euitare niſi excommunicatos, denunciatos, & publicos Clericorum percuſſores, ergo licèt hæretici ſint excommunicati, & notorij, tamen cum non ſunt denunciati, non tenemur eos vitare.

Reſpondetur omittendo opinionem Soti, *4. ſent. diſtinct.* 2. *quaſt.* 9. *artic.* 5. *concluſ.* 2. *&* *diſt.* 25. *quaſt.* 1. & Syluaſtri verbo *excommunicatio*, & Couaruuiæ *in c. alma mater*, & aliorum, qui cenſent Concilium Conſtantienſe non comprehendiſſe hæreticos, negando conſequentiam, quia hæretici ſunt euitandi non ob excommunicationem, ſed ob periculum proximum infectionis, ob contemptum noſtræ fidei, ſcandali periculum ne tale delictum maneat impunitum, vt iam dictum eſt.

QVÆSTIO

QVÆSTIO VNDECIMA.

De Receptatoribus Hæreticorum.

SVMMARIVM.

1 *Qui meminerint huius quæſt.Fulcodij.*
2 *Receptatorum genus peſſimum eſſe dixerunt I.C. Antiqui.*
3 *Fundamentum delicti iſtorum conſiſtit in ſcientia.*
4 *Receptatores à dicuntur etiam ſi ſemel tantùm recipiant.*
5 *Receptatores à Paulo I.C.dicuntur receptores.*
6 *Receptatores dicuntur quid id clam faciunt,& publicè.*
7 *Adducitur, & declaratur text.adductus à Fulcodio in l.de receptatoribus.*
8 *De receptatoribus hæreticorum conſanguineorum remiſſiuè.*

SVAEVNGITVR hîc quæſtio qui dicatur receptatores, & certè illi qui ſcienter huiuſmodi homines, etiamſi non frequenter recipiunt, licet ſecundum vires Grammaticæ hoc verbum ſit frequentatiuum, tamen in iure pro ſimplici verbo ponitur, id eſt receptare pro recipere, vt probant ff.de Recept.§.vlt.ſic pulſare dicitur, cædere ſine dolore,quamvis nulla ſit ibi frequentia,ff.de Iniur.l.lex Cornelia §.inter pulſationem,multa quidem in iure contra rationem diſputandi recepta ſunt,ff.ad l. Aquil. l. Ita vulneratus, Dico autem de illis qui ſcienter recipiunt, alij enim non ſunt in culpa,C. de his qui latrones occultant l. 1.hoc ſanè notandum videtur, quod Iura ciuilia videntur intelligere illum eſſe receptatorem, qui latenter recipit, & celat vt conſeruatus Iudicis manus euadat, & innuitur ff. de recept. l.1.& 2.& de offic.Præſid.congruit,& C.de his qui latr.occult. ferè per tot.ſed certè idem credo multo fortius,de his qui palam hæc faciunt, vt C.de his qui latr.occult. l.vlt. vbi loquitur de his qui reſiſtunt Præſidi,& aux.militari,quod non poteſt non eſſe notorium.

ANNOTATIONES CARENÆ.

1. HVius quæſtionis mentionem faciunt Eymericus *in directorio.part.2. quæſt.51. num. 5.* ibi, & etiam Guido, & eam ferè de verbo ad verbum transcripſit Archidiaconus in cap.*quicumque de hæreticis in 6.n.13.*

2. Horum receptatorum peſſimum genus eſſe vbique docent I.C. ſine iſtis enim hæretici diu viuere non poſſent. Marius Muta *ad cap. Regni Siciliæ, tom.1.ad cap.108. Regis Federici, num. 8.& tom.1. cap.52.Regis Iacobi extenſ.prima* verſ.*ampliare poſſumus*, & I.C.in l.1. ff. de Receptatoribus, *Peſſimum genus eſt receptatorum,ſine quibus latere diu nemo poteſt, & præcipitur vt perinde puniantur,ac latrones,* & in leg. congruit de Officio Præſidis hic allegata, *ſublatis,*ait I.C.*ſusceptoribus cupido graſſantium conquieſcit.*

3. *Qui ſcienter*, bene loquitur hoc loco Fulcodius, quia fundamentum, & baſis delicti in receptante, eſt ſcientia, quod receptatus ſit hæreticus, vt dixi *dicto tit.4.§.4.n.36.& ibid.in addit.* Et cum ſcientia ſit duplex vera & præſumpta,probata ſcientia vera, eſt locus in receptante omnibus Canonicis pœnis huic delicto impoſitis; præſumpta verò ſciẽtia locus tantummodò eſt pœnæ extra ordinem pro modo delicti vt notauit Souſa *in Aphor.lib.1.cap.23.n.20*

Licèt ſecundum vires Grammaticæ hoc verbum ſit
4. *frequentatiuum,* notatur hic differentia inter Grammaticos, qui verbum hoc non vſurpant, niſi cum adeſt actuum frequentia, & I. C. qui eo vtuntur pro ſimplici verbo *recipere*, vnde vt notat Gothofred. *in rubr. ff. de receptatoribus*, à Paulo I.C. *in l. 13.ff de offic.præſidis.* iſti receptatores vocantur receptores, ex quo colligitur, quod etiam ex vnica receptatione dicitur quis receptator, vt notarunt Pegna *comm.76 in ſecundam partem directory*, verſ. *quidam autem*, & alij per me allegati *di-* 5.
cto §.4. num. 26. quibus addo nunc Filliuc. *in ſuis quæſt.moralibus,tom.1. tract.16.cap.2. num.34.* Ferd. de Caſtro Palao *in dicto punct.5.n.4.*& Sanctarell.*de hæreſi.cap.12.dub.vnic.n.1.*Souſa *in Aphoriſ.cap.23. num.1.*

6. *Hoc ſanè notandum,* animaduertit hîc Fulcodius,quod,quod ex *l.prima, & ſecunda.ff. de receptatoribus* illi receptatores dicuntur, qui receptant, & occultant. Addit quod multo magis idem dicendum eſt de his qui palam hoc faciunt, ad quod allegat, *lib. 2. Codic. de his qui latrones occultauerunt,* & hoc idem per eadem verba notauit Archidiaconus *loco ſuprà allegato*, verſ. *Hoc ſanè notandum.*

7. *L.2. ff. de receptatoribus.* Huius textus hæc ſunt aurea verba, *is apud quem affinis vel cognatus latro conſeruatus eſt, neque abſoluendus eſt, neque ſeuerè admodum puniendus, non enim eſt par eorum delictum, & eorum qui nihil ad ſe pertinentes latrones recipiunt.* Quis enim receptator hic perſonæ conſeruandi gratia non approbandi delictum receptauit, ab omni pœna aliàs delicto debita excuſatur, & medio quodam modo punitur, vt in ſuis notis ad eum locum obſeruauit Dionyſ.Gothofred.*ſub littera D.& E.*

8. Tractandum hoc loco eſſet de receptante conſanguineum hæreticorum,ſed in hac materia me remitto ad ea,quæ dixi *in d.§.4.n.28.*& DD.ibi allegatos, quibus addo nunc Ferdinand. de Caſtro Palao *dict. punct.5.n.13.*& P. Dianam *in allegata reſol. 21.* verſ. *Notandum eſt tamen,*& Souſam in *Aphoriſm.Inquiſ. lib.1.c.23.n.7.& ſeq.*

QVÆSTIO DVODECIMA.

De Defenſoribus Hæreticorum.

SVMMARIVM.

1 *QVI huius quæſtionis mentionem faciant.*
2 *Aliquando quis errorem defendit, aliquando perſonam.*
3 *Primum defenſorum genus peſſimum eſt, & dicuntur Hæreſiarchæ, de ſecundo genere defenſorum loquitur Papa in Bulla Cœnæ dum excommunicat defenſores. num. 4.*
5 *Defenſores hæreticorum ſunt de hæreſi ſuſpecti.*
6 *Purgatio ferè numquam eſt in vſu, & eius loco ſucceſſit abiuratio.*
7 *Prælati negligentes in puniendis hæreticis non defenſores, ſed fautores hæreticorum.*
8 *In hac materia fautorum, & defenſorum videnda eſt Bulla Pij V.* Si de Protegendis.

SEquitur de defenſoribus inſpicere diligenter, defendit ergo quis interdum errorem, interdum perſonam errantem, & certo qui defendit errorem damnabilior eſt eo, qui errat, & non ſolum Hæreticus, imo, hæreſiarcha dicitur 24 q. 3. qui aliorum, & in eodem caſu intelligo, quod dicitur 11. q. 3. cap. qui conſenſerit, quamuis ibi videatur loqui de illo, qui defendit errorem, ſed intelligo, quod defendit errantem, & errorem per allegata cap. qui aliorum, aliàs enim acrius puniendus errante, de his autem defenſoribus non loquitur Papa in noſtro reſcripto, Illos enim non diſcerneret ab hæreticis, nec ſola diceret excommunicatione notandos, loquitur igitur de defenſione perſonæ, vbi quis perſonam defendit reſiſtẽs viribus, vel potentia ne ad manus Iudicis, veniat examinandus, vel puniendus, & de ſimili defenſione loquitur can. 11. q. 5. cap. ſi fortè, & in alia cap. quæſt. eiuſdem & 27. q. 1. c. ſi veſtros, & contra huiuſmodi defenſores poteſt ad excommunicationem procedi, & credo, quod pro ſuſpicione poſſet eis indici purgatio, ſi quæras vnde habeo, quod ſint ſuſpecti. Reſpondeo, quod ex iniuſta defenſione opinio male viuentium incurritur, 14. q. 6. c. ſi qui. item dicunt aliqui, quod Prælati, ſeu Principes, qui non corrigunt eos, & puniunt, poſſunt dici defenſores, quia negligere cum perſonis perturbare peruerſos nihil aliud eſt, quam fauere id eſt defendere, vt dicunt, ſed ego non conſentio, & expono fauere id eſt nutrire, & hoc oſtendit Canon 86. diſt. c. Inferiorum illos ergo fautores appello, vt dixi in decima quæſtione.

ANNOTATIONES CARENÆ.

1. DE hac etiam Quæſtione Fulcodij, mentionem facit Eymeric. *in direct: q. 52. in fi. verſ. & Guido Fulcodius*; prout, & eandem de verbo ad verbum tranſcripſit Archid. *in d. c. quicumque n. 14 de hæret in 6.* de hac eadem materia egi, *in ſæpè cit. tit. 4. §. 6. per totum.*

2. *Defendit ergo, quis aliquando.* Dicit hoc loco Fulcodius, quod aliquando quis defendit errorem, & hæreſim, aliquando perſonam errantem, & hæ-
3. reticum. Qui defendit errorem non ſolum hæreticus eſt, ſed Hæreſiarcha de quibus dixi *tit. 1. §. fin. & in alleg. § 6. n. 17.* vbi DD. allegaui, quibus nunc addi poſſunt, Caſtr. Palao, *in ſæpè cit punct. 5. num. 5.* vbi quod hoc perſonarum defendentium genus pernicioſiſſimum eſt, Souſa *in Aphor. Inq. lib. 2. c. 24. num. 1. & in ſuis commentariis in Bullam Cœnæ Domini c. 1. diſp. 12. num. 1.*

De his ergo defenſoribus errorum hæreticorum non loquuntur Pontifices, cum excommunicationis ſententiam pronunciant contra defenſores Hæreticorum.

4. Sed loquuntur de defenſoribus perſonæ errantis vt v.g. reſiſtendo viribus, & potentia ne ad manus Iuſtitiæ deueniat hæreticus, hos defenſores propriè eſſe hæreticorum communiter docuerunt ſcribentes, Eymeric. *ibid. n. 2.* vbi Pegna *in comm. 77. verſ. quidam alij ſunt*, Farin. *de hæreſ, q. 182. n. 64.* qui omnes alios antiquos allegat, Ferd. de Caſtro Palao *d. num. 5. verſ. defendis autem perſonam*, Souſa *d. c. 23. n. 3.* Filliuc. *q. moral. tom. 1 tract. 16. c. 2. n. 40.* Sanchez *in ſumm. lib. 2. c. 10 num. 18* Barboſa Modernus *in c. ſicut, num de hæreticis*, qui alios allegant.

5. *Et credo quod pro ſuſpicione poſſet indici purgatio.* Clariſſimum eſt, quod iſti hæreticorum defenſores ſunt de hæreſi ſuſpecti, ſecundum qualitates, & circumſtantias facti, dixi *d. §. 6. num 58. & 59.* Hodie tamen abiuratio, & non purgatio iſtis defenſoribus, 6.
prout, & quibuſcumque aliis de hæreſi ſuſpectis debet indici, quia purgatio Canonica ex praxi Supremi Tribunalis totius Chriſtianæ Reipublicæ Inquiſitionis vti remedium periculoſiſſimum, fallax & incertum iam ferè ab aula receſſit, ita vt non niſi rariſſime vſurpari ſoleat, vt teſtis eſt Farin. *de hæreſi, q. 194 n. 64. in fin.*

Item dicunt aliqui. Bene ait Fulcodius Prælatos, 7.
& Principes negligentes in hæreticis puniendis non hæreticorum defenſores, ſed fautores potius dici debere, vti etiam dixit *in quæſt. de fautoribus hæreticorum*, vbi DD. allegaui, interim ad intellectum, c. *Inferiorum, 86. diſt.* videatur Illuſtriſſ. Dominus Don Rodericus Acunha Archiepiſcopus, Bracharæ ſuper dicto textu, vbi plura erudite de negligentia Prælatorum.

Et ad materiam iſtorum defenſorum bene animaduertendum eſt ad exemplum Fulcodij de his, qui hæreticos defendunt, ne à Iudicibus capiantur, & puniantur, nam qui hæreticum defenderet, 8.
ne ab inimico occiderentur non eſſet dicendus defenſor hæreticorum, nec eſſet de hæreſi ſuſpectus, ex hoc præciſè nec excommunicatus excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini Ferd. de Caſtro Palao *d. punct. 5. num. 5. verſ. Dixi ſi defendas perſonam*, & Souſa *loc ſup. alleg. num. 7.* & Filliuc. *d. c. 2. num 40. verſ. Dixi in cauſa hæreſis*, qui alios allegant. In materia etiam horum fautorum, & defenſorum hæreticorum videnda erit Bulla Sanctiſſ. D. N. Pij Papæ V. *ſi de protegendis*, inter Bullas Apoſtolicas pro S. Officio poſt directorium, quæ in multis particularibus caſibus ſeueriſſimè diſponit.

QVÆSTIO DECIMATERTIA.

De non implentibus Pœnitentias.

SVMMARIVM.

1 *Qui huius quæſtionis meminerint.*
2 *Iudex poſtquam functus eſt officio ſuo non poteſt amplius in cauſa ſe ingerere.*
3 *Contra non implentes pœnitentias rectè procedunt Inquiſitores.*
4 *Ratio Fulcodij ad hoc.*
5 *Inquiſitores non cognoſcunt de cauſis ciuilibus pœnitentiatorum.*
7 *Non adimplens pœnitentias quando poſſit, vt impœnitens damnari.*
8 *Recuſans abiurare, quando pro impœnitente habendus, num. 9.*
10 *Huiuſmodi non implentes pœnitentias quomodò puniendi.*
6 L. aut damnum §. ſolent, ff. de pœnis declaratur.

ADDITVR hic quæſtio alia, an in illos, qui è carcere exierunt, vel alias iniunctas pœnitentias violarunt, ſit aliqua poteſtas Inquiſitorum, & aliquibus videtur non, quia functi ſunt officio ſuo, nec habent in executionem poteſtatem aliquam vltra annum, extr. de offic. Iudicis deleg. c. quærente Ego autem dico contrarium, quod vt liqueat inſpiciendum exiſtimo, quod abſoluti, & poſt modum detruſi in carcerem, vel aliis pœnitentiis leuiorib. onerati, nullam diffinitiuam ſententiam receperunt, nam non ſoluti à Crimine, quod vtique probatum eſt, ſed à ſententia excommunicationis quam incurrerunt ipſo facto, ſed nec pœna eis imponitur iudiciaria ſecundum quod crimen requirit, ſed pœnitentia temporalis, & carceris illa reclunſio non eſt tam ad pœnam criminis, quàm ad cautelam, ne noceant, nè alios inficiant, vt appareat, an in tenebris ambulent, an in luce, vt ibi pœniteant, nam diffinitiuè nemo in pœnam criminis, ad perpetuum carcerem damnari poteſt ff. de pœnis l. aut damnum §. ſolent, eſt enim pœnitentiæ iniunctio, & non iudiciariæ pœnæ impoſitio, ſicut ipſe Papa Greg. dicit, de hæret. in illa decretali excommunicamus, & in Concilio Tolet. in illo §. hæretici aut qui timore mortis &c. Durat ergo Inquiſitorum poteſtas adeo, quod illi, qui prædicta commiſerunt, ſi excuſationem non habent poſſunt tanquam hæretici condemnari, nam præſumitur ficta conuerſio, & confeſſio ſimulata, & materia veteris erroris recondita, arg. de pœnitentia diſt. 1. cap. ſi quis inuidiæ, quod autem, ait, & ex poſt facto oſtendunt, ſibi exceſſum veterem placuiſſe arg. 34. q. 1. c. cum per bellicam circa finem, ibi oſtendentes ſibi, &c. Illos ſanè dico excuſatus, qui auctoritate Sotani, vel Epiſcoporum, hoc dimiſerunt, & ſufficit ſi ad priſtinas redeunt pœnitentias, nam excuſat eos Eccleſiæ Iudicium, quale arg. extr. qui filij ſint legit. c. per venerabilem.

ANNOTATIONES CARENÆ.

1. HVinſce quæſtionis Fulcodij meminit Eymer. *in direct. Inq. p. 3. q. 97.* quam totam cum ſuis iuribus, & rationibus deſumpſit ab hac *q. 23.* de iſtis non implentib. pœnitentias latè egi *in meo tract. de modo procedendi in cauſis huiuſce Sacroſancti Tribunalis tit. 1. §. 4. per totum*, vbi DD. de hac materia loquentes allegaui.

2. *Quia functi ſunt Officio ſuo.* Iſta eſt ratio dubitandi in hac quæſtione, quia Iudex poſtquam functus eſt officio ſuo, non poteſt ſeſe amplius in cauſa ingerere l. Iudex poſtea quam ff. de re iudicata, ibi, *Iudex poſteaquam ſententiam dixit, deſinit eſſe Iudex*, cum concordantibus, ibi allegatis per Neuizan, & Sebaſtianum Ximenes, ille in ſuis remiſſionibus, hic in ſuis concordantiis, & hanc opinionem poſt Guidonem tenuerunt Calder, *conſ. 1. de hæret.* Dec, *conſ. 136. 137. n. 6.* & Decian. *lib. 5. c. 54. n. 40.*

3. *Ego autem dico contrarium* Contrariam opinionem hoc loco bene firmat Fulcodius, quæ etiam opinio hodie comm. ab omnibus tenetur Eymer. *ibid. d. q. 97.* vbi Pegn. *comm.* 146. Simanch. *in Enchirid. Iudicum viol. Relig. titul. 61. & Cathol. Inſt. tit. 47. num. 76. & ſequentib* Cantera *in ſuis quæſt. crimin. cap. 1. de hæret. num. 60.* Souſa *in Aphoriſ. Inquiſit. lib. 1. cap. 26. num. 38.* ſed latius *lib. 3. cap. 21. per tot.* & id ſupponit pro indubitato P. Diana *reſolut. moral. p. 4. tract. 7. reſolut. 14.* Bobadill. *in ſua Politica lib. 2. cap. 17. Per la Iuriſdicion Eccleſ. caſu 102. num. 148. in princip.* & Ferd. de Caſtro Palao *in ſuo opere morali, 1. part. tract. 4. diſp. 6. punct. 3. num. 2.* & hæc ſententia fuit etiam in Vrbe Romana in Supr. Tribunal S. Inquiſitionis in praxi recepta, vt videre eſt apud Farin. *in caſu 23.* inter deciſos Romæ poſt eius iudiciale Inquiſitorum.

Nam non ſunt ſoluti à crimine &c. Iſta eſt ratio qua bene Fulcodius fundat Iuriſdictionem Inquiſitorum, qui. n. pœnitentias ſibi iniunctas non adimplent clarè oſtendunt, ſe eſſe fictè conuerſos & præteritos errores non fuiſſe ex animo deteſtatos, & contra fictè conuerſos, vel de ficta conuerſione ſuſpectos procedunt Inquiſitores in omnium ſententia ita Caſtro Palao *vbi ſup.* verſ. *non enim. le nem ſuſpicionem* & per hanc rationem tollitur argumentum Calder. Decij, & Decia. quia non adimplens pœnitentia eſt ſuſpectus de ficta conuerſione. 4

Sicuti etiam ex hac eadem ratione tollitur quæſtio, quæ in hac materia controuertitur, an Inquiſitores ſint Iudices competentes iſtorum pœ-
nitentiatorum etiam in cauſis ciuilibus, & aliis 5
criminalibus cum ſunt Rei, nam cum Ratio ob quam Inquiſitores habent Iuriſdictionem in pœnitentiatos non adimplentes ſuas pœnitentias ceſſet in hoc caſu; ceſſabit etiam Inquiſitorum Iuriſdictio, vt dixi *titul. 2. §. 4. num. 16. & in addit. ad d. loc.*

L. aut damnum §. ſolent ff. de pœnis, ibi, *Carcer enim ad continendos homines non ad puniendos haberi debet*, ſecus tamen videtur de iure Canonico, vt in cap. quamuis, de pœnis in 6. vbi dicitur, quod Epiſcopus clericos poteſt damnare ad carcerem perpetuum vel temporalem *ad pœnitentiam peragendam*, de hac tamen re; & intellectu illius §. ſolent, vide Iac. à Calicio *in marg. Fiſci, in rub. de pœna carceris;* Gotof. *in notis ad d. §:* vbi eruditè Greg. Tholoſ. *in ſyntagm. lib. 31. c. 15;* 6

vbi diſt ingtit *carcerem* correctionis, cuſtudiæ, &
ſupplic.j.Caſtill *in l.*79. *Tauri*,in verbo *Præſes.n.*
8.Azeued.*in conſ.*27.*n.*11.& latiſſ. Greg. Lop. *l.*4.
*gloſ.*8.*tit.*31.*p.*7.Azeued.*in l.*3.*Non rec.tit.*6.*l.*15.*n.*9.
Auiles *in c.*18.*Prætorum in* verbo *carcel.*& eruditiſſi-
mū I. C.D.Ant.Cabreros,de Metu,*lib.*2.*c.*46.*n.*1.*&*
*ſeq.*qui locus dignus eſt quod ab omnibus videatur.
Si excuſationem non habent poſſunt vt hæretici
damnari. Hæc Fulcodij Doctrina intelligenda eſt
cum vel qui non adimpleuit pœnitentias non vult
reſipiſcere,Souſa *d.c.*29.*n.*8.vel cum iuſſus in recon-
ciliatione non accedere ad partes hæreticorum, vel
illos non receptare, ad illos acceſſit, vel eoſdem
receptauit, Souſa *ibi n.* 9. Diana *d. reſol.* 14. verſ.
Notandum eſt tamen Treuiſ. *dec.* 36. *lib.* 2. *num.* 2.
qui alios allegant, vel cum pertinax eſt in nolendo
vllam pœnitentiam ſibi iniunctam adimplere, Sou-
ſa *ib.n.*7.& P. Diana *eod.loco*, verſ.*nota etiam hic.* Ex
quo ſequitur, quod recuſans abiurare de formali,vel
vehementi relaxatur vt impœnitens brachio ſecu-
lari,P.Maſſin.*in praxi S.Offic.p.*9.*aſſert*... *p.* 9. *primæ*
Impreſſionis, recuſans verò abiurare de leui non eſt
ſtatim relaxandus, ſed excommunicatur, quod ſi per
annum inſorduerit in excommunicatione pertinaci-
ter relaxatur vt impœnitens Souſa *in Aphor. Inqu.*
*lib.*2.*c.*40.*n.*16.& P.Diana *d.reſol.*14. *in fin.*
Huiuſmodi igitur non implentes pœnitentias ſe-
cluſis caſibus de quibus *ſup.* arbitrio Iudicis erunt
pro modo culpæ puniendi, conſiderata ſemper
qualitate perſonæ ita Ferdin. de Caſtro Palao, *vbi*
*ſupr pun.*3. *n.* 4. vni quod hi puniendi ſunt pœna
pecuniaria,fuſtibus vel Ieiuniis.

QVÆSTIO DECIMA-QVARTA.

De Teſtibus ſingularibus in cauſis fidei.

SVMMARIVM.

1 *Per teſtes ſingulares non probatur plenè hæreſis ad effectum imponendi pœnam ordinariam, etiam ſi adeſſet cum teſtibus fama n.*7.
2 *Ratio concluſionis allegata à Cantera.*
3 *Ampliatur concluſio etiamſi teſtes deponerent de diuerſis actibus vnius ſpeciei hæreſis, n.* 4. *& ita in Supremo Tribunali ſeruatur, num.* 5.
6 *De requiſitis ad probandam famam remiſſinè.*
8 *In criminibus probationes requiruntur luce meridiana clariores.*
9 *Quando quis ex indiciis indubitatès poſſit puniri pœna ordinaria.*
10 *Grauato teſtibus ſingularib. in S.Officio indici debet purgatio,vel abiuratio.*

AN autem per teſtes ſingulares, & famam poſſit aliquis in hoc crimine condemnari, quæri non oportet, conſtat enim quod non,vt text. de teſtibus c.tam literis,præſertim cum in crimine, probationes debeant eſſe luce clariores C. de probat. l. ſciant, & in hoc crimine nemo ſit ex præſumptione damnandus, indicetur ergo purgatio vt oſtenſum eſt ſupra.

ANNOTATIONES CARENÆ.

1. PER *teſtes ſingulares*, hic concludit,& rectè Ful-
codius, quod per teſtes ſingulares non probatur
hæreſis crimen plenè, ad effectum condemnandi
reum in pœnam ordinariam, hanc concluſionem
probat text. per eum allegatus *in d.c tam litteris de*
teſtib. ibi, *teſtes ſint vel ſoli, vel tales qui non po-*
tuerunt illa legitimè comprobare. iuncta glo.& verè
etiam ita tenent comm.DD.noſtri, & in ſpecie Fa-
rin. *de teſtib. q.*64. *n.* 207. 215. *& ſeq.* vbi allegat,
Pegn.Royas, & Simanc. & poſt allegatus per eum
ita etiam ſenſerunt Sanctarell.*de hæreſ.c.* 39.*dub.*1.
*num.*2. *& ſeq.*F.de Caſt.Palao,*in ſuo opere morali*,1.
*par.*4.*diſp* 8.*punct.*15.§.4.*n.*8.Inq. Cantera *in ſuis q.*
*crim.de probat. per teſtes c.*2.*n.* 17. verſ. *Tamen his*
2. *non obſtantib.*vbi ait, quod vera ratio iſtius conclu-
ſionis eſt, quia omnes teſtes habentur loco vnius
reſpectu diuerſorum actorum de quib. deponunt,&
vnico teſti etiam de iure diuino in nullo caſu, eſt
credendum,c.in omni negotio, de teſtibus,vbi Mo-
des.Barboſa optimè Maldonat.*in ſua Sylua reſponſ.*
*lib.*1.*reſp.*9.*in* 1. *p.n.*38. vbi dixit, quod auctoritas
DD. qui in contrarium adducuntur nunquam eum
deterruit,vt ab hac vera opinione diſcederet.
Solum difficultas aliqua poteſt eſſe an huiuſmo-
di teſtes ſingulares ſaltem probent, ſi deponant de
3. diſtinctis actibus vnius, & eiuſdem ſpeciei hæreſis,
in qua Souſa *in ſua diſputatione vnica de teſtibus*
ſingularibus in materia fidei, ſectione ſecunda, con-
cluſione quarta, latiſſimè conatur probare affirma-
tiuam ſententiam, addendo ita in Inquiſitione Lu-
ſitan. paſſim obſeruari.
Verum verior, & receptior eſt etiam in hoc ca-
ſu contraria ſententia, quàm manifeſtè probat ra- 4.
tio Canteræ de qua *ſup.* quamque tenent in indiui-
duo, Farin. *vbi ſup.n* 214. Fr. de Caſtro Palao *lo-*
*co alleg. n.*11.*& ſeq.* Ignat. Mad. *in d. reſp.*9.*n.* 38.
Freitas ad Roder. *de confeſſ. ſollicit.* *q.*22.*n.* 24. vbi
quod licèt contraria opinio obſeruetur in Regno
Luſitaniæ, attamen in omnibus aliis Regnis aliter
practicatur, & præſertim in Supr.Tribu. Rom.Vni-
uerſalis Inquiſitionis, vt videre eſt ex caſib. 27. 35. 5.
& 37. Romæ deciſis poſt Ind. Inquiſitorum Lo-
cati. *Et famam*, de requiſitis ad famam proban-
dam, vt ex ea oriatur indicium validum contra 6.
reum videndus eſt Farin. *de Ind. & tort. q.*47.& poſt
eum Ludou. Gilhauſ. *in ſua arb. Iudic. cap.*6. *p.*
1. Marquard, Freber *in peculiari tractatu de fama*,
lib. 1. *cap.* 5. *&* 6. & Io. Zanger *de Indic. & tort.*
cap. 2. *num.* 80. *& ſeq.* & in foro noſtro S. Offi-
cij Cantera *de probat. per teſtes c.* 2. *quæſt.* 1. *de*
Indic. ſufficientib. ad torturam, num. 8. & P. Diana
qui alios antiquos DD. allegat. *part.*4. *reſol. moral.*
*rel. tract.*6.*reſol.*13. ac P. F.à Caſtro Palao *in oper.*
morar. 4. *diſp.* 8. *punct.*9. *num.* 9.
Concluſio autem hic per Fulcodium firmata, 7.
quod nec teſtes ſingulares iunctum cum fama ple-
nè probent, contra hæreticum ad effectum eum pu-
niendi pœna ordinaria veriſſima eſt, & eam in in-
diuiduo caſus noſtri docent, Ignat. Maldon. *d.*
reſp. 9. *p.*1. *n.*40.Freitas *ad d.q.* 22. Roder. Acun-
ha *de confeſſ. ſollic.* *n.* 24. verſ. *etiam ſi cum teſtib.*
concurreret publica vox, & fama.

Præſertim

8. *Præſertim cum in criminibus probationes debeant eſſe luce clariores.* Hoc vulgatum Axioma Fulcodij ad litteram probat text. allegatus, *in l. ſciant, quæ eſt fin. C de prob.* ibi, *vel indicijs ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita*, Bimius *conſ.* 171. *n.* 89. *vol.* 2. Caball. *reſol. crimin. cent.* 3. *reſol.* 230. *n.* 24. Camil. Laratta, *conſ.* 114. *n.* 8. Becc. *conſ* 67. *n.* 5. *vol.* 1. Io. Domin. Taſſon. *in Pragm. Regiam de antefato* verſ. 12. *obſ.* 1. *n* 43. & hoc multo magis habet locum in crimine hæreſis in hoc Tribun. in quo cum non pandantur Reo nomina teſtium, aliquo modo dicitur Reis tolli defenſio, qua ratione paſſim in hac materia vtuntur DD Canteta *d. c.* 2 *de probat. per teſtes, n.* 17. & F. de Caſtra Palao, *tr.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 15. §. 5. *n.* 2. vbi alleg. Guid. noſtrum hoc loco.

Et in hoc crimine nemo ſit ex præſumptione damnandus. An autem, & quando, & à quibus Iudicibus 9.
poſſit quis in pœnam ordinariam præſertim corporalem, & mortis damnari, latè dixi *in addit. ad tr. menm de modo procedendi in cauſis S. Officij, tit.* 12. §. 18. *appendic.* 1. *per tot.*

Indicetur ergo purgatio, & ita inconcuſſè hucuſque 10.
fuiſſe in Offic. obſeruatum atteſtatur Campeg. ad Zanch. *de hæres. c.* 11. verſ. *Doctrinam hanc longa temporum ſerie*, quamvis enim teſtes ſingulares etiam cum fama non conuincant ad effectum puniendi hæreticum, pœna ordinaria, probant tamen ad effectum eum torquendi abiurationẽ ei indicendi, & extraordinationem puniendi, vt notant omnes DD. *ſup.* allegati, *n.*.. & P. Dian. *p.* 4. *reſ. mor. tr.* 6. *reſ.* 5. *& tr.* 7. *reſ.* 31

QVÆSTIO DECIMA-QVINTA.

De confiſcatione bonorum Hæretici, & nonnullis animaduertendis per Inquiſitores.

SVMMARIVM.

1 *De Iure antiquo bona hæreticorum ſpectabant ad Principes ſæculares.*
2 *Hoc ius ſeruatur hodie in Hiſpania ob expenſas maximas quas potentiſſ. & Religioſiſſimus Rex Noſter ſuſtinet, idq; ex Pontificia conceſſione, n.* 3.
4 *Variæ conſuetudines aliarum Prouinciarum in hac materia remiſſiuè, vbi de conſuetudine Status Mediolani.*
5 *A die commiſſi criminis bona hæreticorum ſunt confiſcata.*
6 *Ante tamen declaratoriam Iudicis Eccleſ. non amittit hæreticus dominium & poſſeſſionem bonorum ſuorum.*
7 *Alienationes poſt hæreſim facta reuocantur.*
8 *Adducitur, & declaratur text. l. qui ea mente de furtis.*
9 *Secundùm opinionem Fulcodij, qui ſponte comparent non patiuntur confiſcationem bonorum, ſecus ſi compareant indicijs præuenti, & ita hodie ſeruatur in Hiſpania.*
10 *Ex benignitate Supr. Tribunalis de Vrbe hæretica etiam præuento ad cor reuertenti bona condonantur.*
11 *Poſſunt Inquiſitores condonare bona hæretico pœnitenti, non obſtante Iure fiſci Principis ſæcularis acquiſito à die commiſſi criminis contra Simancham, n.* 12.
13 *Inquiſitores poſſunt pluries teſtes examinare, & debent interrogari de cauſa ſcientiæ, & inimicitia, n.* 14. 15.
16 *Ex opinione Fulcodij duo teſtes non conuincunt in hoc crimine.*
17 *Forma ferendæ ſententiæ in hæreticum pœnitentem, & quid ſeruetur in praxi, n.* 18.
19 *In hac ſententia addenda eſt clauſula, ſi ex corde ad Eccleſiam redieris.*
20 *De Pœna perpetui carceris, & alijs pœnis imponendis hæretico pœnitenti, n.* 22.
23 *De pœna proferentium hæreſes ex ſimplicitate, & pœnis fautorum, remiſſiuè, n.* 24.

NOVISSIME quæritur de bonis iſtorum, an à Princip. licitè occupentur, & confiſcentur & conſtat quod hæret. bona confiſcantur extr. de hæret. c. vergentis, ſed quid de illis, qui ſponte, redeunt, vel non ſponte, ſed tamen pœnitent & immutantur, certè ad cognitionem Fratrum non ſpectat hæc quæſt. quia tamen propoſita eſt inter cæteras, & forſan expedit, eos dare ſuper hoc Principibus certum conſilium, vel preces eiſdem porrigere. Super iſtis diſcuſſio, Primum, & allego, quod licitè bona detineant omnium prædictorum, nam eo ipſo, quòd inciderunt in crimen, videntur bona commiſſa ex die criminis, quod ex eo patet, quia læſæ Maieſtatis ex eo die nihil poſſunt quolibet alienationis genere, in perſonam quamcumque transferre, C. ad l. Iul. Maieſt. l. quiſquis ergo, idem & hic quia crimen iſtud exequatur illi, imo grauius iudicatur, extr. de hæret. c. vergentis, poteſt etiam induci, quia nemo pœnitentia deſinit eſſe nocens, ff. de furt. l. quia ea mente, ego autem huiuſmodi non admitto in his, qui ſponte, & ante probationes receptas ſuam hæreſim manifeſtant, nam, etſi non omnino incógnita, tamen adhuc arcana reuelent, venia digni ſunt, vt eadem l. quis in fine legis, ſed na de illis videtur, qui poſt conuicti redeunt, etiam ſi incarcerentur, quoniam Eccleſia non iudicat eum Hæreticum, vel credentem, vt ita dicam, ergo tanquam Hæreticus, vel credens puniri non poteſt, vt in Concil. Tholoſ. in illo §. Ne autem innocentes, ſed puto contrarium, hoc eſt, quod licitè confiſcentur, per dicta iura in ſumma non vt minetuam inſtruam, nec ſolem facibus adiuuare præſumam, ſed vt memoriam noſtram excitem, mole plerumque negotiorum oppreſſam, admonendos vos arbitror, quoniam in alienum laborem intraſtis, quanti acta Inquiſitionis diligentius euoluatis, & ſi teſtes inueneritis confusè depoſuiſſe, ſuppleatis omiſſa, & eos de cauſa ſcientiæ, & cauſa cauſæ, vbi faciendum videbitur ſollicito requiratis, quod ſic fieri poſſe, ſcilicet iterari teſtium interrogationes omiſſas dicit decretalis de teſt. cap. per tuas, & concordat. l. ff. de quæſt. l. repeti, & hoc dico cum tanta diligentia faciendum, quia illis contra quos inquiritur præcluditur via iuris in notitia teſtium, & reddendis interrogationibus, prout in iure fieri conſueuit, & quanto magis eis præcluditur, tanto ſollicitudo maior vos incumbit, adeo quod etiam de inimicitia teſtium per vos debetis inquirere, cum non poſſint alij diui-

nare, & niſi teſtes plenè, & planè in omnibus concordauerint, melius eſt vobis purgationem indicere, vel differre ſententiam quam damnare, Adeoque non crederent tutum ad vocem duorum teſtium, hominem bonæ opinionis damnare, licet videat contra Ius dicere, quia vbi numerus teſtium non exigitur, duo ſufficiunt, ſed hoc dico, quod duos, vix duos iudico, eo quod vrgente neceſſitate ordo legitimæ defenſionis truncatur.

In ferendis autem ſententiis, ſeu potius pœnitentiis iniungendis in eos, vel eis qui redierint, non credo quod ſint hæretici, vel credentes pronunciandi, quia non ſunt tales, vt prob. 24. q. vlt. c. dixit Apoſtolus in fi. c. nec pronunciandum eſt, fuiſſe, quia nec eſt modus pronunciandi in Iure, dicitur ergo, ſic quia te inuenimus per te, vel per tuam confeſſionem Hæreticum, nunc vero ſaniori conſilio vſus, ad vnitatem Eccleſiæ, prout aſſeris de corde bono, & fide non ficta vis redire, ideo te imprimis abiurata hæretica prauitate, ſecundùm formam Eccleſiæ, ab excommunicationis vinculis, quib teneba ris adſtrictus, abſoluimus, ſi tamen ad eam ex corde redieris, & iniuncta tibi mandata ſeruaueris, & quia in Deum, & S. Eccleſiam prædictis modis temerè deliquiſti, ad peragendam condignam pœnitentiam in perpetuum carcerem te recludi volumus, & præcipimus, & ibidem te morari perpetuò, vel talem peregrinationem tibi iniungimus, & his ſimilia, &c. cauſa enim tollendæ Quæſtionis expedit eas poni, vt ſi forte eas non ſeruauerint appareat eos non fuiſſe abſolutos, nec dicant aliqui, quod veſtro officio functi ſitis, quamuis ad hoc ſupra reſponderim, ſcilicet Q. ſanè in his omnibus arbitror cautum, inſtrumenta publica retineri, & ſigillis Epiſcoporum muniri, præcipuè vbi cauſa erit nobilium, & potentum, ſed illud adiicio, quod omnes errores ſuos ſigillatim profiteri, & abiurare publicè faciatis, quia nihil magis in confuſionem Hæreticæ prauitatis redundat, & gloriam nominis Chriſtiani. Quid vero iniungendum ſit talibus diffiniri non poteſt, quia committitur arbitrio iudicantium, & aliter cum ſimplicibus eſt agendum, quam cum prudentibus aliter cum Clericis, quàm cum laicis, aliter cum Prælatis, quam cum ſubditis, & omnes circunſtantiæ ſunt notandæ, de Pœnit. diſt. 5. c. 1. quia tamen multi ex ſimplicitate in hoc crimen incidunt, credo multorum ſimplicitati parcendum, vt non caueſet à toto, ſed à tanto 85. diſt. c. tanta. Credo etiam eos, qui fauerunt, vel receperunt ſanguine coniunctos, mitius puniendos, ſicut dicit lex eleganter ff. de receptat. l. vlt. quamuis Magiſter Lactentius dicat contrarium arg. c. 17. q. 1. c. de filia.

Hæc omnia dico & ſcribo ſaluo fratrum, & aliorum prudentum conſilio meliore.

Hucuſque D. Guido Fulcodius.

ANNOTATIONES CARENÆ.

4. AN à Princip. inſtè occupentur, Videtur hoc loco præſupponere Fulcodius, quod bona hæretici confiſcata ſpectent ad Principem ſecularem, quod verum eſt ſi ſpectemus Ius antiquum de quo in capitulo vergentis de hæreticis, & hoc ius antiquum hodie ſeruatur in Hiſpania, quia Potentiſſ. & Religioſiſſ. Rex Noſter facit omnes expenſas Officij Sanctiſſ. Inquiſitionis quæ ſunt maximæ, ita Couar. *lib. 1 Var. reſol. c. 9. 2. 12.* Farin. *de hæreſi, quæſt.* 190. §. 12. *n.* 188. F. de Caſtro Palao *in opere morali,* 1. *p. tract. 4. diſp. 5. punct.* 13. *num* 5. verſ. *Imprimis enim in Hiſpania*, Souſa *in Aphoriſ. Inquiſit lib.* 3. *c* 20. *num.* 16. Id tamen fit ex conceſſione particulari Sedis Apoſtolicæ, vt animad ertit Farin. *vbi ſup.* quia ad Sum. Pontificem ſpectat pleniſſima poteſtas diſponendi de bonis hæreticis, vt vult, ita Pegn. *comm.* 168. verſ. *neque his quæ hactenus*, *p.* 3. *ad Eymer.* F. de Caſtro Palao *d.* §. 13. *n.* 1. *&* Souſa 20. *n.* 1. In aliis regionibus variæ ſunt conſuetudines de quib. memorati auctores, certè conſuetudo de qua in noſtro Mediolani Dominio atteſtatur Clarus *in* §. *hæreſis*, § *Item bona*, verſ. *In hoc Ducatu*, quod bona hæretici pro tertia parte Fiſco S. Officij, pro alia parte tertia fiſco Epiſcopali, & pro alia tertia fiſco Regio applicentur, videtur aliqualiter deſumpta ab illa trimembri diuiſione bonorum hæretici, de qua loquutur Conſt. Apoſtolicæ relatæ à Farin. *vbi ſup. n.* 176. *& conſ.* 157. *lib.* 2. & à Caſtro Palao *ibid. n.* 4.

5. *Ex die commiſſi criminis.* Veriſſimum eſt in crimine huc hæreſis bona intelligi confiſcata à die patrati criminis ipſo facto, ita loquitur text. *in c. cum ſecundùm leges, de hæreticis in ſexto.* Barboſ. Moder. qui alios cumular in c. *vergentis, n.* 3. *de hæret.* Ricciull. *de iure perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſten-*

6. *tium, lib.* 5. *c.* 31. *n.* 3. *& ſeq.* ante tamen Iudicis Eccleſiaſtici declaratoriam hæreticus non amittit dominium, & poſſeſſionem bonorum ſuorum, Ricciul. & Barboſ. *locis alleg.* F. de Caſtro Palao *d. diſp.* 8. *punct.* 17. vbi rectè animaduertit cum Suarez *de fide diſp.* 22. *ſect.* 3. *n.* 6. nihil prodeſſe hoc dominium hæretico, niſi quoad vtendum, & fruendum, nam à die criminis commiſſi, adeo ſunt bona hæc fiſco hypothecata, vt omnes alienationes interim factæ poſſint à fiſco reuocari, de quo Caſtr. Palao *eadem diſp.* 5. *punct.* 19. & latiùs Sanch. *in ſum. lib.* 1. *c.* 21.

Quia læſæ Maieſtatis ex eo die nihil poſſunt &c. transferre. Quidquid ſit de ea iuris controuerſia an alienationes factæ ab hæretico poſt lapſum in hæreſim ante ſententiam declaratoriam ſint ipſo iure nullæ, de qua latiſſimè Ricc. *lib.* 5 *cap.* 35. certum eſt, quod etiam ſi mero iure valeant, poſſunt è latere fiſci reſcindi, vt volunt infiniti propemodum DD. alleg. à Sanch. & Caſtr. Palao *vbi ſuprà* Souſa *in Aphor. Inqu. lib.* 3. *cap.* 15. & Sanctarell. *de hæreſi c.* 16. *dub.* 1. *&* 2. 7.

Poteſt etiam induci. Pulcherrimus eſt text. hic alleg. à Folcodio, *Qui ea mente*, ait, l. C. *alienum quid contrectauit, vt lucri faceret tametſi mutato conſilio id poſtea Domino reddidit, fur eſt, nemo enim tali peccato pœnitentia vſus nocens eſſe deſiit*, allegat concordantes Gothofr. *in ſuis notis*, vbi ait, *quod pœnitere videtur, qui nudam habuit voluntatem*, ad hunc text. videndus Tiraq. *de pœnis temperandis, cauſa* 30. *n.* 10. *& cauſa* 60. Gail *de pace publica, c.* 11. *n.* 26. Azeued. *ad Regias Hiſpaniæ conſt. l.* 3 *tit.* 3. *lib.* 8 *nouæ recompilat.* Gironda *de Gabellis p.* 4. *in princ. num.* 53. 8.

Ego autem huiuſmodi non admitto. Diſtinguit Fulcodius hoc modo, quod aut hæretici ſponte comparuerũt, aut indiciis, & probationibus præuenti faſſi ſunt ſe hæreticos fuiſſe, ſed pœnitent? In primo caſu poſſunt eis bona condonari, *arg. l. quiſquis C. ad l. Iuliam Maieſtatis.* In ſecundo verò caſu non, hæc diſtinctio ad vnguem ſeruatur in Hiſpania, vbi ex ſpeciali gratia hæretico tantummodo ſponte ſe deferenti condonantur bona prout & venienti ante tempus gratiæ, Souſa *in Aphoriſ. Inquiſit. lib.* 3. *c.* 21. P. Diana *p.* 4. *reſol. moral. tract.* 8. *reſol.* 44. verſ. *Igitur in Sacro Tribunali*, & conſtat ex ſententia Inquiſit. Hiſpan. contra hæreticum pœ- 9.

nitentem

nitentem cuius formam ponit Garz. *in praxi S.Officij,loco inf. à alleg.* De generali tamen conſuetudine totius Italiæ receptum eſt,vt hæretico ad cor reuertenti bona condonentur ,etiamſi contra eum probationes eſſent receptæ,vt dixi de modo procedendi in cauſis S.Officij,*tit.* 1.§ .1.*n.*9 vbi DD. allegaui.

11. An autem poſſint Inquiſitores condonare hæretico pœnitenti bona in præiudicium fiſci Principis ſecularis,cui vel ex conſuetudine , vel ex Pontificia conceſſione bona pertinent,vel eorum pars dubitari poſſe videtur , ob quandam doctrinam Simanch. *de Cath.Inſtit. tit.*47. *n.*15. vbi habet hæc formalia verba, *Nec enim Inquiſitoribus licere putamus bona ipſis iure confiſcata relinquere pœnitentib. in damnum cui videtur ius quæſitum.*

12. Verùm certiſſimum eſt id vndequaque Inquiſitorib.licere, quia ipſi ſunt Iudices,& Princeps ſecularis non poteſt ſe ingerere in bonis hæretici, niſi poſt ſententiam Inquiſitorum , & quia bona hæretici non ſpectant ad fiſcum ſæcularem,niſi ex Apoſt. Conſtit. & tandem quia ad Summum Pontificem ſpectat eorundem bonorum diſpoſitio , vt ſup.à vidimus,his tenent omnes DD. allegati per Ricciul. *de iure perſon.extra Eccleſiæ gremium exiſtentium l.*5. *c.*41.*n.*1.& paſſim in his noſtris partibus obſeruat Eminentiſſ.Tribunal DD.Supremor.Inquiſit.

13. *Et ſi teſtes inueneritis* , Iudex enim ſemper , & quandocumque poteſt ſupplere omiſſa per teſtes iterum eos examinando & diligentius interrogando, Farin.*de teſtib.q.*73. *num.*10.*ſeq.*bene Caſtro Palao, *tr.*4.*diſp.*8 *punct.*15.§.3.*n.*5.& Pegna omnino videndus *in* 3.*p comm.*111. verſ. *quod autem pluries poſſint examinari*,vbi integrum hunc locum Fulcodij refert, & addit nihil prudentius,& tutius in hac cauſa Inquiſitoribus præſcribi potuiſſe.

14. *De cauſa ſcientiæ , & cauſa cauſæ.* Hoc eſt præcipuum interrogatorium dandum teſti,quia teſtes deponentes ſine ratione,& cauſa ſcientiæ dicuntur deponere,vti pecudes.& nihil probant , latiſſimè Farin.*de Teſtibus tota quæſt.*70.

15. *Adeo quod etiam de inimicitiis teſtium.* In hoc etiam maximè Tribunali in quo nomina teſtium Reo non panduntur, teſtes omnino interrogari debent an inimicitiam aliquam habeant cum Reo denunciato , & de hac re omnibus poſſibilibus modis ſe certificare debent Inquiſitores,Farin.qui alios latiſſimè cumulat *de hæreſi q.*188.§.6.*n.*106. & poſt eum Souſa *in Aphoriſm.Inquiſit. lib.*2.*c.*10.*n.*12. vbi quod Inquiſitores debent etiam interrogare Reos in genere ſuper inimicis , de inimicitia autem quando repellat teſtem,necne,vide Farin.*vbi ſup.*F.de Caſtro Palao *in opere morali, tract.*4 *diſp.*8 *puncto* 15. §.1. *num.* 9.*& ſeq.* & nos latè *infrà in* 3.*p. huius operis*, an etiam inimicus capitalis ſit admittendus ad denunciandum in hoc S. Officio , vide P. Dianam *reſol.moral.p.*4.*tr.*8.*reſol.*40.

16. *Adeòque non crederem tutum ad vocem duorum teſtium.* Videnda ſunt quæ dixi de modo procedendi in cauſis S.Officij,*tit.*1.§.13 *n.*65.*& ſeq.*& eodem loco in addit.Farin *de hæreſi q.*188.§.3.*per tot.*Souſa *in Aphoriſm.Inquiſit lib* 2.*cap.*19 Ferd.de Caſtro Palao *tract.*4.*diſp.*8. *punct.*15.§.5. vbi firmat opinionem Fulcodij hoc loco , & allegat hanc eandem Quæſtionem Sanctarel.*de hæreſi,cap.*39.

Dicitur ergo. Huiuſce loci Fulcodij mentionem fa-
17. cit Pegna *in direct p.*3.*com.*43.verſ. *eiuſdem proceſſus meritis.*qui DD.antiquos enumerat, qui opinionem Fulcodij in hac re tenuerunt , in contrarium tamen nunc eſt communis Praxis S.Officij vt atteſtatur eo loco Pegn.& conſtat ex formulis ſententiarum iſtorum hæreticorum pœnitentium,de quibus Emeric. *in* 8.*modo terminandi proceſſum in cauſis fidei,n.*194.
Locatus *in formula expediendi hæreticos Pœnitentes* 18.
fol.mihi 4 6.*poſt ritus iudiciale Inquiſitorum* , & P. Maſſinus *in praxi S.Officij, p.* 7. *in rubr. forma della ſentenza, abiuratione d'vn heretico penitente non relaſſo, fol.mihi*.205.primæ impreſſionis , & idem ſeruatur in Tribunali Sup.S.Inquiſit.Hiſpanæ vt videre eſt ex ſimili ſententia de qua Paulus Garzia *in ſua praxi S.Officij Hiſpano idiomate conſcripta ex ordine Supremi Tribunalis illius Regni,fol mihi* 42 *à tergo*, ibi, *Declaramos el dicho Fulano hauerſi ſo herege Apoſtata Luterano,&c.* Et ita etiam de iure pronunciandum eſſe dicit,& probauit Lud.à Paramo *de orig.Inquiſition. l.*3.*q.*4.*n.*31.vbi refert ita etiam cautum fuiſſe Inſtruct.Hiſpalen.*c.*10. & *ibi* alios allegat.

Si tamen ad eum ex corde redierit, bene hic notat 19.
Fulcod. quod ex hac clauſula clarius,& manifeſtius firmatur iuriſdictio Inquiſitorum in huſce hæreticos pœnitentes lata ſententia hunc etiam locum refert Pegn.*d.comm.*44.verſ.*cur autem apponantur illæ conditiones* vbi notat idem docere Gemin.*in cap.vt commiſſi,§.necnon de hæreticis in ſexto*, quam doctrinam vti Gemin.ſequitur etiam Lud.à Paramo *d.q.*4.*n.*32. *& ſeq.*vbi ad probandam Iuriſdictionem Inquiſitorum in huſce hæreticos pœnitentes adducit auctoritatem Fulcodij *in quæſt.ſua* 13.de qua *ſuprà*

In perpetuum carcerem,de pœna huiuſce perpetui 20.
carceris hæreticis pœnitentibus imponenda dixi *tit.* 1.§.24 *per tot.& in addit ad dictum locum* , nunc addo Barboſam in ſuis Aphoriſm. Iuris vtriuſque in verbo,*hæretici,nec ſponte comparentes.* qui ait ea ſtylo Vrbis pœnam perpetui carceris tranſiiſſe in pœnam triremium, & ibi allegat Farin.qui hoc non dicit,ad dicta in meo tractatu me remitto.

Abiurare publicè faciatis. Quando abiuratio de- 21.
beat eſſe publica,& quando priuata dixi *in titul de Blaſph.*§ 11.*& in addit.ad dictum locum* , certè abiuratio de formali ſemper debet eſſe publica niſi ſimus in hæretico ſponte comparente,idque maximè ob rationem Fulcodij, quia ,*nihil magis in confuſionem hæreticæ prauitatis redundat,& gloriam nominis Chriſtiani*, bene Modernus Barboſa *in c.ad abolendam*,in verbo,*publicè,n.*11.*&* 15. *de hæret.* vide quæ dixi *in* 3.*p.tit.*12.addit Fulcodius, vt Inquiſitores faciant omnino, quod hi hæretici ſingulos ſuos errores profiteantur, ſic Eymericus *in forma abiurationis hæretici pœnitentis,n.*191.

Quid verò iniungendum ſit. De Pœnis imponen-
dis hiſce hæreticis pœnitentibus , me remitto ad ea 22.
quæ dixi *in tract.de modo procedendi in cauſis S.Officij, tit.*2.§.1.*& ibi in addit.*Souſa *in Aphoriſm.Inq. lib.*3.*cap.*43.*num.*11.vbi cum Fulcodio ait,quod vltra pœnas à iure expreſſas, aliæ etiam Epiſcoporum, & Inquiſitorum arbitrio imponi poſſunt, attenta perſonæ,& culpæ qualitate,vide Ferd. de Caſtro Palao 1.*p.operis moralis,tr.*4.*diſp.punct.*1.*&* 2.

Quia tamen multi ex ſimplicitate, de profitenti-
bus hæreſes ex ſimplicitate dixi latè de modo pro- 23.
cedendi in cauſis S.Officij *tit.*1.§.7.*& ibid.in addit. &* §.6.*eod.tit* vide etiam quæ dixi *in addit.ad tit.*10. §.3.*n* 24.verſ.*hæc tamen limitanda ſunt.*

Credo etiam eos qui fauerunt,dixi *titul.*4. *de Fau-* 24.
toribus Hæreticorum , §. 4. *num.* 38. *& ſequent. & in addit. ad dictum locum* , vbi notaui mitius puniendum Patrem receptantem filium Hæreticum , quàm fratrem receptantem fratrem pariter Hæreticum.

FRANCISCI PEGNÆ
SACRÆ THEOLOGIÆ, AC I.V.D.
Inſtructio, ſeu Praxis Inquiſitorum,

CVM ANNOTATIONIBVS CÆSARIS CARENÆ Cremonenſis Sacræ Theologiæ, ac I.V.D.

LIBER PRIMVS.

PRÆFATIO AVTHORIS.

POTISSIMVM Inſtitutum, & quaſi ſcopus huius Operis eſt iudicare Epiſcopis, & Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis Praxim tutò ſeruandam in ſingulis actibus Iudicialibus à tempore quo rei denunciantur, vſque ad finem Iudicij, quo illorum cauſæ expediuntur, in quo argumento ea, quæ magis iuri Sacris Conſtitutionibus Canonicis, & præſertim ad S Officium ſpectantibus, & ſtylo Supremi Tribunalis Sanctæ Romanæ Inquiſitionis ſunt conformia (quibuſdam breuiter præmiſſis, quæ viam dicendis, quaſi aperire videntur) dilucidè, & methodicè) quantum ſubiecta materia permittit) demonſtrabuntur. Hæc autem introductio quinque potiſſimum partibus, ſiue Libris continebitur.

In Primo generalia quædam de obligatione denunciandi Hæreticos, & de modo procedendi contra nos ipſos ſummatim explicabuntur.

In Secundo agetur de modo conficiendi in hoc foro validos, & legitimos Proceſſus.

In Tertio peculiariter, & diſtinctè tractabitur de Magis, Necromanticis, Ariolis, ſine Diuinatoribus, incantatoribus, Sortilegis, Veneficis, & Lamiis, & de modo procedendi in cauſis eorum.

In Quarto poſtquam proceſſus fuerint confecti demonſtrabitur, quomodo ſingulorum Reorum cauſæ ſint expediendæ.

In Quinto, & vltimo, ſingulorum miniſtrorum Sanctæ Inquiſitionis officia, & miniſteria recenſebuntur, vt vnuſquiſque intelligat quomodo fideliter ſuo munere fungi debeat.

CARENÆ ANNOTATIONES ad Præfationem Authoris.

SVMMARIVM.

1 *Quis fuerit Pegna.*
2 *Quot Libros de hac materia conſcripſerit,*
3 *Ex quibus ſuppleri poſſint libri qui deſunt.*

1. FRanciſcus Pegna Auctor huiuſce Inſtructionis Doctiſſimus vir fuit toto Orbi benè notus, id oſtendunt eius Commentaria in directorium, & Annotationes in lucernam Inquiſitorum, ac Vignati de hæreticis, fuit Hyſpanus ex Regno Aragonum, aſſumptus fuit in auditorem Rom. Rotæ in locum R. P.D. Chriſtophori Rubuſterij die 14. Octobris 1588. ad eiuſdem Tribunalis Decanatum aſcendit die 9. Iunij 1604. in locum Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. D. Cardinalis Hieronymi Pamphilij Meritiſſimi Patrui Sanctiſſimi D.N. Innocentij Papæ X. quem diù Eccleſiæ ſuæ Deus conſeruet incolumen, ac tandem obiit in Decanatu die 21. Auguſti 1612. Rubeus Senior in ſingularibus tom. 2. p. 2. in principio folio mihi 6. Cantalmaius in ſua Selectanea ex Rota in Catalogo Auditorum Rotæ.

Duo tantùm Primi huiuſce Auctoris Libri reperiri potuerunt, alij autem tres facta omni poſſibili diligentia inueniri minimè potuerunt, vt mihi atteſtatus fuit R. Eminentiſſ. D. meus Cardin. Gemporeus. Vnde ego addidi tractatulum de modo procedendi contra Striges, & Maleficos, quia materia neceſſaria eſt in hoc foro, vt ſuppleatur liber tertius Auctoris qui deeſt.

PROVT

Prout ſuppleri poteſt liber quartus ab eodem Auctore promiſſus ex his quæ egi ego in dicta parte de Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis integro *tit.* 10. De Indicijs, & tortura, & *titulo* 11. De modo terminandi proceſſus in cauſis Fidei.

Et liber quintus ex dictis per me in tota integra *p. p.* eiudem tractatus.

ARGVMENTVM.

Hæreſis crimen grauiſſimum eſt.

SVMMARIVM.

Hæreſis crimen grauiſſimum, & atrociſſimum eſt, num. 1.
Hæreſis in omnium iniuriam committi dicitur, n. 2.
Hæretici ſunt organa Diaboli, Vaſa Iræ, Deo Odibiles, Impij, & Euangelicæ veritati inimici, num. 3.
Hæreſis crimen dicitur committi in Deum, num. 4.
Delictorum grauitas cognoſcitur ex grauitate pœnarum, num. 5.

Cap. I.

1. VT intelligatur, quã diligenter in hoc foro procedendum ſit contra Reos hæreticæ prauitatis quam graue ſit crimen hæreſis cognoſcere oportet. Huius criminis grauitatem Pius, & Innocentius Romani Pontifices ex comparatione cùm alijs criminibus, quæ contra Maieſtatem Principum humanam, ſeù homines committuntur, breuiter, & verè oſtenderunt: Pius ſic. Et ſicut maius eſt peccatum, quod in Deum committitur, quam quod in hominem. Innocentius verò ſic. Cùm longè ſit grauius æternam, quam temporalem lædere Maieſtatem, Pius Papa Epiſtola I I. ad Italicos refert Gratianus in *cap.* ſicut qui Eccleſiam 17. *quæſt.* 4. Innocentius Tertius in *cap.* Vergentis de hæret.

2. Catholici Imperatores, Archadius, Honorius, & Theodoſius grauitatem metiti ſunt ex Iniuria, quæ per hæreſim omnibus infertur, his verbis. Quia quod in religionem Diuinam committitur, in omnium fertur Iniuriam. Hæc illi, & meritò, quoniam iniuria afficiuntur, omnes Catholici vere, & vera credentes quibus ab hæreticis aliud quam quod credendum eſt, credendam proponitur, quod longa inductione in ſingulis hæreſibus oſtendi poteſt, Catholici Imperatores *in l. Manichæos C. de hæret.*

3. Eadem ſpectant S. S. Patrum, & Doctorum teſtimonia, quibus Brunus vtitur ad eandem criminis grauitatem probandam, nam hæretici, & Diaboli Organa, & vaſa iræ, Deo odibiles ſæpe vocantur, & Felix Papa hæreſim nimis impiam, & Euangelicæ veritatis inimici appellauit, quæ non portionem aliquam, ſed Chriſtianæ Religionis conatur fundamenta conuellere, Conradus Brunus, *lib. 1. de hæret. c. 3.* Felix Papa *Epiſt.* 1.

4. Vgo de S. Victore ex differentia peccandi in Deum, & homines apertè docuit huius criminis grauitatem in hæc verba, In Deum peccare eſt per contemptum in his verbis, quæ ad ipſum ſpecialiter pertinent, vt in Sacramentis, & Fide, & in ſimilibus Deum offendere. In proximum peccare eſt ipſum aliqua iniuria lædere, quod eſt minus graue, quam primum; Vel in Deum peccare eſt interius mentem violare: in proximum exterius hominem verbo, vel exemplo lædere, non ergò omnis, qui in eum offendit, in Deum peccare dicitur. Vgo de S. Victore in Annotationibus elucidarij circa Epiſtol. primam S. Pauli ad Corinth *quæſt.* 55.

Deniquè ſi ex grauitate pœnarum, criminum grauitatem metiri licèt, nullum pluribus aut maioribus pœnis punitum reperietur, cum & omnis actus legitimus hæreticis ſit interdictus, & pœna, aut pœnæ effectus ſæpe poſteros afficiat, & in mortem quoquè Inquiſitio extendatur. *l. Manichæos C. de hæret.* 5.

Annotationes Carenæ ad Cap. 1.

SVMMARIVM.

1 *De hæreſis grauitate, & Catholica Religione à Principibus cuſtodienda.*

DE grauitate criminis hæreſis, quod maius eſt crimine læſæ maieſtatis, & cuius cauſa dicitur cauſa Dei, latiſſ. Farin. de hæreſi *quæſt.* 19. *num* 1. *& ſequent.* Videant, quæ dixi in anteludijs ad meum tractatum de Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis §. 2. *& 3. totum*, P. Contzen. in ſua Politica *lib.* 2. *cap.* 14. *& ſequen.* Nicolaum Vernulenm Politic. inſtitut. *lib 4. titul.* 10. §. 5. & Chriſtophorum Forſtner. in ſua centuria Hypomnematum Politicorum, Hypomnem. 73. vbi ait, *Chriſtianos autem Principes ea decet ſententia timorem, & amorem Dei Optimi Maximi feliciſſimam eſſe rationem populos gubernandi artem.* 1.

ARGVMENTVM.

Publicum eße hæreſis crimen, & conſequenter omnes obligari ad illud accuſandum, vel denunciandum.

SVMMARIVM.

Hæreſis crimen publicum eſt, & ad ad accuſandum quilibet admittitur, num. 1. & ſeq.
Delicta alia publica, & alia priuata, & quæ ſint publica, & quæ ſint priuata num. 3.
Reuelare, & denunciare hæreticos quiſque tenetur, num. 4.

Cap. II.

LEGISLATORES inter crimina, ſeu delicta, differentiam prudenter conſtituerunt, vt quædam priuata, & quædam publica eſſe dicerent: Priuata appellantes, quæ ſingulos Ciues lædere videtur, propterea ſque ad læſos tantum pertineat accuſatio, hæc enim minus atrocia ſunt, minuſque humanam ſocietatem perturbare putantur. Publica verò cenſentes, quæ non tam ſingulos Ciues, quam vniuerſam Rempublicam, & Ciuitatem lædere viderentur, quorum propterea accuſatio cuilibet de populo detur. Quamquam enim Iulianus prudenter reſponderit, ſemper Reipubl. intereſſe omnia ma- 1.

leficia

leficia puniri, ſed multo tamen magis intereſt ea quæ magis lædunt in primis coerceri *l. 1. & 1. ff. de public. iud. §. 1. inſt. eodem titul. Iulianus in l. ita vulneratus, §. quod ſi quis ff. ad l. Aquil.*

2. Crimen hæreſis meritò inter iudicia, ſeu delicta publica retulerunt Catholici Imperatores, cum enim in omnium feratur iniuriam, & vniverſum Reipubl. Stat. offendat, iure publico cenſendum fuit, & conſequenter cuilibet competit illud accuſare, id enim vt Ioannes de Platea, & cæteri communiter tradiderunt, qualitas delicti publici ſuo iure poſtulat Catholici Imperatores in *l. Manichæos C. de hæret.* Ioan. de Platea *in §. 1. num. 14. & 15. Inſt. de public. Iud.*

3. Et licet Ricadus de Senis Diaconus Cardin. S. Euſtachij in cauſa, quam ſuſceperat deffendendam contrarium ſentiret rationibus ſatis infirmis quas tecenſet Albericus, ipſe tamen non videtur eas amplecti, cum inferat omnes indiferenter admitti ad accuſationem in hoc crimine, quod iure munire videtur Albericus *in l. Manichæos num. 2. C. de hæret.* vbi allegat text. *in l. famoſi, & in l. in quæſtionibus ff. ad l. Iuliam maieſt.*

4. Quamobrem veriſſimum eſt, & quia hæreſis publicum crimen eſt, & quia vt ait S. Thomas ad corruptionem multitudinis tendit, omnes teneri ad illud propalandum, vel teſtificando, vel denunciando. Et in hoc foro ſic obſeruandum docuerunt Viri graues, & in eo bene verſati, quorum auctoritate ductus Ioannes Royas aſſerit omnes Catholicos neceſſariò teneri iudicare hæreticos etiam occultos Iudicibus Fidei, de quo artic. paulò poſt latius agetur, S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 70. *art.* 1. Archidiac. *in cap. ſi peccaueris* 2. *quæſt.* 1, *num.* 9. *quæſt* 7. verſ. *Reſpondeo diſtinguendo* Gundiſaluus *de* Villa Diego *tract. de hæret. quæſt.* 7. *n.*4. verſ. *hoc tamen fallit*, Alphonſ. Caſtrus *lib.* 2. *de iuſta hæreticorum punit. cap.* 25. Dominic. Sotus *lib.* 5. *de iuſtitia, & Iure quæſt.* 5. *articul.* 1. Ioannes Royas *tract. de hæret. part.* 2. *aſſert.* 3. *num.* 55. *& ſequent.*

Annotationes Carena ad Cap. 2.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſis crimen eſt publicum.*
2 *Omnes tenentur denunciare.*

1. NOn eſt dubium, quin hæreſis crimen ſit publicum. Quodque ideò ad accuſandum omnes admittantur, Farin. *de hæreſi quæſt.* 185. *num* 25. Illuſtriſſ. Tranſmiera per viginti, & plus annos de Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis benemeritus Doctiſſ Vir, & Dominus meus de obligatione denunciandi hæreticos. & de hæreſi ſuſpectos *quæſt.* 4. *cap.* 3. *num.* 3. Ego etiam aliqua dixi *part.* 2. de Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis *titulo* 9. vbi probaui omnes teneri ad denunciandos hæreticos etiam

2. Reges, & Principes. Et inſigne exemplum attuli antè omnium Regum, & Principum oculos ſemper habendum Caroli V. æternæ memor. qui iuſſit Sereniſſimæ Ioannæ eius Filiæ, vt ſtatim coram Inquiſitorum Prauitatis hæreticæ compareret & de nonullis Catholicam Fidem concernentibus deponeret, latè videndus D. Tranſmiera de obligatione denunciandi hæreticos *quæſt* 6. *cap.* 1. *per totum.*

ARGVMENTVM.

Sanctos Patres maiores noſtros nominatim conſtituiſſe, vt hæretici legitimis iudicibus denunciarent.

SVMMARIVM.

Reuelare, & denunciare hæreticos legitimis iudicibus quiſque tenetur; hoc probatur primò auctoritate S. Ambroſij, num. 1.
Secundò probatur auctoritate S. Leonis, num. 2. *&* 3.
Tertiò probatur auctoritate S. Epiphanij, num. 4.
Quartò probatur auctoritate SS. Hieronymi, Auguſt. Hilarij, Chryſoſtomi, Baſilij & Bernardi, num. 5.
Hæretici denunciandi ſunt non quibuslibet iudicibus, ſed Epiſcopis tantum, & Inquiſitoribus num. 5. *&* 6.

CAP. III.

SENTENTIA hæc de hæreticis accuſandis, deferendis, aut denunciandis, adeo vera eſt, vt ſinè graui reatu peccati id omitti non poſſit quàm multorum Patrum teſtimonio certum eſt probari. Primum Sanctus Ambroſius generalem Conſtituens regulam ſic pronunciauit, in cauſa Dei vbi Communionis periculum eſt, etiam diſſimulare, peccatum eſt non leue, S. Ambroſ. *lib.* 2. *de Offic. cap.* 14. *in fine.* 1.

Nomm verò eſt ingens communitatis eſſe periculum, vbi hæreſis graſſatur, quæ vbique antequam exoriatur opprimenda eſt, & cum auctore damnanda.

Præterea S. Leo de eodem argumento ſcripſit, vt autem in omnibus, dilectiſſimi, placeat Domino veſtra deuotio, etiam ad hanc vos hortamur induſtriam, vt Manichæos vbicumque latentes veſtris Presbiteris publicatis. Magna eſt enim pietas prodere latebras impiorum, & ipſum in eis cui ſeruiunt Diabolum debellari contra iſtos enim dilectiſſimi omnem quidem Orbem Terrarum, & totam vbique Eccleſiam decet Fidei arma erripere. Et paucis interiectis. Nihil eſt apud eos ſanctum, nihil integrum, nihil verum, cauendi ſunt ne cuiquam noceant, prodendi ſunt, ne in aliqua Ciuitatis noſtræ parte conſiſtant, S. Leo Serm. 4. de collectis circa finem. 2.

Elegans etiam eſt, & pietatis zelo plena eiuſdem Leonis exhortatio ad Fideles de denuncandis, & prodendis hæreticis in hæc verba. Illud quoque vos dilectiſſimi, obſecrans moneo, vt ſi cui verbum innotuerit, vbi habitent, vbi doceant, quos frequentent, & in quorum ſocietate requieſcant noſtræ ſolicitudini fideliter indicetis, quia parum prodeſt vnicuique quod protegente Spiritu Sancto ab iſtis ipſe non capitur, ſi cum alios capi intelligit non mouetur: Contra communes hoſtes pro ſalute communi, vna communis debet eſſe vigilantia, nec de alicuius membri vulnere etiam alia poſſint membra corrumpi. Et qui tales non prodendos putant in iudicio Chriſti inueniantur Rei de ſilentio, etiam ſi non contaminantur aſſenſu: Adſumite igitur religioſæ ſolicitudinis plum zelum, & contra ſæuiſſimos animarum hoſtes omnium fidelium cura conſurgat. Ideoq; enim miſericors Deus quamdam nobis partem prodidit hominum 3.

hominum noxiorum, vt manifeſtato periculo excitaretur diligentia cautionis. Non ſufficiat quod actum eſt, ſed eadem Inquiſitio perſeueret, quæ hoc auxilianti Deo coſeq:uitur, vt non ſolum qui recti ſunt, incolumes perſeuerent, ſed etiam multi, qui Diabolica ſeductione decepti ſunt, ab errore inuocentur] Idem S.Leo ſermone 5.non procul à fine de ieiunio decimi menſis.

4 Sanctus Ephiphanius, qui probè nouerat quantum noceat venenum hæreſis de hæreticis denunciandis ſic ſcriptum reliquit. [At miſericors Deus ab improbitate ipſorum (Gnoſticorum) nos liberauit, vt etiam poſt lectos à nobis ipſorum libros, & iure cognitam ipſorum opinionem, neque abductus ſim, & effugerim, ac tunc non inſectatus fuerim, ſed ſtudium adhibuerim, vt etiam Epiſcopis illius loci ipſos oſtenderem, & nomina in Eccleſia occultata deprehenderem, quo iidem Ciuitate eiicerentur (erant autem nomina circiter octuaginta) & Ciuitas à zizanioſa, ac ſpinoſa ipſorum materie purgaretur.] Hactenus S.Epiphanius hæreſi 26. contra Ggnoſticos

5 E multis iſtorum tamen referre placuit, aliorum enim SS. Patrum, & vigilantium Eccleſiæ Doctorum Hieronymi, Auguſtini, Hilarij, Chryſoſtomi, Baſilij, Bernardi, & cæterorum eadem eſt ſententia, idem iudicium, & eadem protſus cura, ſed obſeruanda ſunt Sanctorum Leonis, & Epiphanij verba quibus hæretici denunciari iubent. Non quibuſvis hominibus; aut iudicibus ſed Eccleſiaſticis Epiſcopis, iudicat qui cum Epiſcopi Conſecrantur Iure diuino procedendi contra hæreticos Iudiciariam, Ordinariam recipiunt poteſtatem, *cap. per hoc de heret.lib.6.*

6 Quod autem de Epiſcopis dictum eſt, intelligendum eſt de Inquiſitoribus Apoſtolicis, qui à Rom. Pontifice conſtituti in Orbis Chriſtiani Prouinciis hanc peculiarem curam ſuſceperunt, ad quos ferè dirigitur hæc introductio,

Annotationes Carenæ ad Cap.1.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio denunciandi probata ex Patrib.remiſſinè*

HAnc obligationem denunciandi in Chriſti fidelibus Patrum auctoritate firmatam vide apud Suar. *de fide diſput.*20. *morul. ſect.*4. *num.* 7. *& ſeq.*& Sanctar.*de hereſi c.*9. *dub.vnic.n.*1.*& ſeq.*

ARGVMENTVM.

Iure Canonico conſtitutum eſſe, vt ſub pœna excommunicationis heretici denuncientur.

SVMMARIVM.

*Hereticos reuelare, & denunciare quiſque tenetur etiam ſub pœna excommunicationis num.*1.
*Ruſtici & idiota perſona poſſunt hereticos reuelare, & denunciare ſuis confeſſoribus,n.*2.
*Hereticos reuelare & denunciare quiſque tenetur, etiam quod non denunciare promiſerit,n.*3.
*Sacerdotes tenentur reuelare, & denunciare hereticum, quem ſciunt ſub ſigillo ſecreti,n.*3.

CAP. 4.

QVAMVIS; vt ex ſupradictis patet ſub reatu peccati obligarentur fideles ad hæreticos legitimis Iudicibus denunciandos, adhuc Eccleſia cautius prouidens ſub excommunicationis cenſura id fieri debere præcipit, nam Greg IX.ita conſtituit. Item ſi quis hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu à communi conuerſatione fidelium vita, & moribus diſſidentes, eos ſtudeat indicare Confeſſori ſuo, vel alij per quem credat ad Prælati ſui notitiam peruenire alioquin excommunicationis ſententia percellatur, Greg IX. Conſtitutione edita Anno 1236 contra Patarenos, incipit excommunicamus 5. Item ſi quis, habetur in fine Directorij Inquiſitorum, inter litteras Apoſtolicas pro Sanctiſſ.Inquiſitionis Officio. 1

Notandum eſt quod Gregorius ordinauit de indicandis hæreticis Confeſſori, vel alij per quem ad notitiam legitimi Iudicis deuenire poſſint, nam cum facile patet aditus ad Epiſcopos, vel Inquiſitores, vt contingit in pagis, Villis ruſticanis, & oppidis ab Epiſcopis, vel Inquiſitoribus remotis, tunc potiſſimum ſi illi qui nouerunt quempiam hæreticum ſunt ruſtici, pauperes, vel legitimè impediti per Confeſſores poterunt obligationi ſuæ ſatisfacere, Inquiſitor autem, vel Epiſcopus curabit tales denunciatores diligenter interrogare, vt clarius ex ſequentibus apparebit 2

Hæc denunciandi hæreticos obligatio, tam vrgens eſt, vt nemo excuſari poſſit prætextu cuiuſlibet promiſſionis fidei datæ, aut Iuramenti ſic iam olim in hac facti ſpecie cenſuit Guid.Fulcodius qui poſtea fuit Clemens Papa IV. Vir ſingularis erudirionis, vt clarius S.Thom.qui poſtquam docuiſſet nullo pacto licere prodere, quæ homini ſunt commiſſa in ſecreto per confeſſionem circa alia ſecreta, quæ hominibus committuntur, ſic pronũciauit [Quandoq; ſunt talia quæ ſtatim cum ad notitiam hominis venirent homo ea manifeſtare tenetur, puta ſi pertinet ad corruptionem multitudinis ſpiritualem, vel corporalem, vel in graue damnum alicuius perſonæ, vel ſi quid aliud eſt huiuſmodi, quod quis propalare tenetur, vel teſtificando, vel deonunciando: Et contra hoc debitum obligari non poteſt per ſecreti commiſſum, quia in hoc frangeret fidem quam alteri debet,] Hactenus S.Thom. Guido Fulcodius in reſponſione ad conſultationes Inquiſitorum *c.*8. S.Thom. 2.2.*q.*70.*art.*1. Ioannes Royas in ſingularibus fidei, *ſing.*3. incipit *accuſare n.*23.verſic.5.*ampliatur.* 3

Annotationes Carenæ ad Cap 4.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio denunciandi hereticos oritur etiam ex precepto Eccleſiaſtico.*
2 *Extenditur etiam ad ſuſpectos de hereſi.*

OBligatio hæc denunciandi non ſolum oritur à Iure Diuino, ſed de ea adeſt etiam præceptum Eccleſiaſticum, de quo in *cap.*2. Extra. de hæreticis, ita firmarunt ibi Canoniſtæ vt dixi in allegat. *tit.*9. *p* 2.§.1.*n.*2.*& ſeq.*Pater Alberghin.in Manuali Qualificatorum, *c.*33 *n.*3.*& ſeq.*D. meus Tranſmiera, de obligatione denunciandi hæreticos, *q.*1.*cap.*2. Quinimo obligatio hæc non ſolum eſt quoad hæreticos, ſed etiam quoad ſuſpectos de hæreſi, vt probaui, *d. tit.*9.§.2.*n.*5.*& ſeq.* & latiſſ idem D.Tranſmiera, *q.*4. per multa capita, vbi latiſſ. agit de materia huiuſce denunciationis. 1

ARGVMENTVM.

Ab eodem Iure Canonico inbert conſtitui familiares miniſtros, qui de hæreticis inquirant, & eos denuncient.

SVMMARIVM.

Denunciatores hæreticorum aliqui conſtituendi ſunt ex Concilio Lateranenſ.n.1.
Idem conſtitutum fuit ex Concilio Tholoſano n. 2.
Idem conſtitutum fuit ex Concilio Bitterenſi. n. 3.
Publici iſti denunciatores in Italia, & præſertim in Lombardia Cruci ſignati vocantur n.4.
Publici hæreticorum denunciatores præſertim conſtituendi ſunt in Diœceſibus, contiguis Terris hæreticorum, vel de hæreſi ſuſpectorum n.5. Idem quando Diœceſes viſitantur. n. 6.

CAP. V.

1\. TAMETSI omnes Catholici vt ex hactenus dictis patuit hæreticus denunciare tenerentur adhuc in Concilio generali Lateranenſi Romæ, Anno 1215. magna Prælatorum frequentia celebrato, in quo multa fuerunt contra hæreticos ſalubriter conſtituta, hæc etiam ſancita leguntur, vt Archiepiſcopi, & Epiſcopi per ſe ipſos, aut per alias idoneas perſonas bis, vel ſaltem ſemel ſingulis annis Diœceſes ſuſpectas viſitent: Item vt tres vel plures boni teſtimonij viros iuramento conſtringant, qui hæreticos denuncient. Verba Concilij ſic habent. Adiicimus inſuper, vt quilibet Archiepiſcopus, vel Epiſcopus per ſe aut per Archidiaconum ſuum, aut alias honeſtas, idoneaſque perſonas, bis, aut ſaltem ſemel in anno Parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare circumeat, & ibi tres vel plures boni teſtimonij, vel etiam (ſi expedire videbitur) totam viciniam iurare compellat, quod ſi quos ibidem hæreticos ſciuerit vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu à communi conuerſatione fidelium vita, & moribus diſſidentes, eos Epiſcopo ſtudeat indicare, Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. *cap.3. refertur in cap. excommunicamus, §. adiicimus de hæret.*

2\. Hac ſalubertima Concilij Lateranenſis prouiſione, ſiue ordinatione, vti Patres in Concilio quodam Tholuſano ad extirpandos funditus Albigenſes Anno 1229. celebrato (ſic conſtituerunt) [Statuimus, vt Archiepiſcopi, & Epiſcopi in ſingulis Parochiis tam in Ciuitatibus, quam extra, Sacerdotem vnum, & duos, vel tres bonæ opinionis laicos, vel plures (ſi opus fuerit) Sacramento conſtringant, quo diligenter inquirant fideliter, & frequenter hæreticos in eiſdem Parochijs, domos ſingulas, & Cameras ſubterraneas aliqua ſuſpicione notabiles perſcrutando, & appenſa, ſeu adiuncta in ipſis tectis ædificia, ſeù quæcumque alia latibula, quæ omnia deſtrui præcipimus, perquirendo. Et ſi quos reperetint hæreticos credentes, fautores, & receptatores, ſeu defenſores, eorum, adhibita cautela, ne fugere poſſint Archiepiſcopo vel Epiſcopo, Dominis locorum, ſeu Bailiuis & eorundem, cum omni feſtinantia, ſtudeant intimare, vt animaduerſione debita puniantur. Hoc idem faciant Abbates exempti in locis ſuis quæ non ſunt Ordinariis Iure Diœceſano ſubiecta ſoliciti etiam ſint Domini Terrarum contra Inquiſitionem hæreticorum in Villis, domibus. & nemoribus faciendam, & circa huiuſmodi appenſa adiuncta, ſeu ſubterranea latibula deſtruenda Hactenus Concilium] Tholoſanum cap.2. quod extat manuſcriptum in libris Inquiſitionis illius ſeculi.

Hoc ipſum poſt aliquot annos in eadem facti ſpecie conſtituenda etiam Patres in Concil. Bitterēſ. in hæc verba decreuerunt. [In ſingulis etiam Parochiis tam in Ciuitatibus, quàm extra Sacerdos vnus, vel duo, vel tres bonæ opinionis laici, vel plures ſi opus fuerit Iuramenti vinculo aſtringantur amouendi vel mutandi, quando vobis (Inquiſitoribus) viſum fuerit, qui diligenter, fideliter, & frequenter inueſtigent hæreticos in Villis, & extra domos ſingulorum, & Cameras ſubterraneas, capannas, & cluſellas & alia latibula perquirendi quæ omnia obturari, vel deſtrui faciatis.] Hactenus Concil. Bitter. c.34 3.

Nemo contēnat hæc aut putet exoleta, & antiquata, & quaſi ad mores, & conditionē illius ſæculi pertinētia aut non poſſe, aut vix poſſe noſtro inſtituto, & mori procedendi huius ſæculi deſeruire quia quod attinet ad diligentiā adhibendā in Inueſtigandis hæreticis eadem cura nunc, quæ olim, & ſemper incūbit Epiſcopis, & Inquiſitoribus; quod attinet ad denunciatores, & laicos, quos Concilia conſtitui iubēt in illorū locum in Italia, & præſertim in Lombardia Cruce ſignati, ſeu Confratres S. Petri Martyris, de quibus loquitur Zancb. & Campeg. In Inquiſitionibus verò Hiſpaniæ familiares de quibus agunt Simanc. Ioann. Roy. & Lud. Param. ſucceſſiſſe videntur. Zanch *tract. de hæret. c.37.* Camil. Campeg *tract. de modo Cruce ſignandi, qui habetur in fine tract. eiuſdem* Zancb. Direct. Inquiſit. *p.3. q.129.* Iacob. Simanc. *de Cathol. Inſt. tit.41 de miniſtris n.19. & ſeq.* Ioann. Rojas *in ſingularib fidei ſingul.* 101. incipit Inquiſit. Lud. Param. *de orig. Offic. S. Inquiſit. lib.2. tit.1. c.3.* à quibus extenditur Textus in c. excommunicamus *il primo* §. *Cathol. verò de hæret.* 4.

Supradictis ordinationibus de conſtit. aliquot fidelibus exploratoribus, ſeu denunciatoribus hæreticorum potiſſimum locus eſt, quando Epiſcop. vel Inquiſit. habent diœceſes contiguas, vel proximas Oppidis, vel Terris hæreticorum, vel de hæreſi ſuſpectorum cum quib. vix poteſt mutuū euitari commercium; Nā quia tunc pluſquam veriſimiliter timere poſſunt ſubditos ſuos ad ſuam Iuriſdictionem pertinentes ab hæreticis infeſtandos, & corrumpendos omnē ſeduli diligentiam adhibere debent, vt intelligant apud quos diuertant hæret. in quorum domibus recipiantur: Et viciſſim an aliqui de ſubditis ad proxima hæreticorū oppida proficiſcātur, & qua de cauſa, & vtrū inde, vel in doctrina verbo accepta, vel in libris hæreticæ prauitatis venenum deferant. 5.

Denique tūc etiā eiſdē peculiaribus denunciatoribus cōſtituēdis locus eſſe poterit, cū Diœceſes viſitātur, tunc enim Inquirendū eſt an errores, & praua dogmata ad hūc forū pertinētia in eis ſerpant, aut facta hæreticalia, & ſortilegia hæreſim manifeſtā ſapientia perpetrētur, & exerceātur, tūc enim, & à conſtitutis particularibus denunciatoribus, & ab aliis inquirent Iudices de ſupradictis interrogantes de pluribus, quæ latenter introducuntur, & ſeminantur à Magiſtris errorū ad fidē Cathol. corrūpēdā qua in re multū prodeſſe poterūt interrogat. quas Burcardus Epiſc. Vormac. Epiſc. ſuas Diœceſes viſitantibus proponendas demonſtrauit; Burcardus l.1. decretorū c.94. incipit Videte Fratres, interrogatione 42.43.44. 48. & 49. & multis ſeq. quæ paulò poſt etiam in hoc cod. *l. c.10. §.2.* indicantur, & c.11. recenſentur. 6.

Annotationes Carena ad Cap. 5.

SVMMARIVM.

1 *De Cruce ſignatis remiſſiuè.*
2 *Habita ex ſigillo Confeſſionis non ſunt denuncianda, & quid in facto occurrerit.*

DE Cruce ſignatis obligatis ſpecialiter ad denunciandum hæreticos, & ſuſpectos de 7.

hæreſi

hæreſi. Farin. *de hæreſi q.* 197. *num.* 48. Lazar. *de Blaſphemia quæſt.* 12.*num.* 12. *dixi dicto tit.*9. §. 9. *num.* 42. Si tamen aliquis Cruce ſignatus eſſet Sacerdos, & in Confeſſione ſciret hæreſim alienius non teneretur denunciare, Imò obſtante ſygillo Confeſſionis non poſſet denunciare, dixi in allegato *tit.*9,*num.*10.*& ſeq.* Sanctarell.*de hæreſi c.* 9. *& dubio vnico num.*17. Et ſcio quod cum quidam Parochus denunciaſſet quendam de audiris ab eo in confeſſione in foro Epiſcopali de concernentibus Sanctum Officium, & iam ceptus eſſet proceſſus sci huiuſce habita notitia per Sacram Congregationem, iuſſit proceſſum comburi, & Parochum à Confeſſionibus ſuſpendi.

ARGVMENTVM.

Denunciandos eſſe hæreticos non præmiſſa fraterna Correctione.

SVMMARIVM.

*Denunciandi, & reuelandi ſunt hæretici, non ſolum manifeſti ſed etiam occulti,n.*1.*& ſeq.*

*Denunciandi, & reuelandi ſunt hæretici, etiam nulla præcedente correctione fraterna,n.*1.*& ſeq.*

*Denunciandi, & reuelandi ſunt hæretici nulla præcedente monitione pluribus rationibus de quibus. n.*2.

Denunciandi, & reuelandi an ſint hæretici præcedente fraterna monitione quando firmiter exiſtimatur per monitionem ſecretam poſſe eos pœnitentes ad fidem redire n. 3.*&* 4.

*Dogmatiſta hæreticus denunciandus & reuelandus eſt, nulla præcedente fraterna correctione.num.*5.

*Hæreticus denunciatus in publicum, vt euitetur ab aliis, non poteſt niſi prius ab Epiſcopis fuerit monitus, vt reſipiſcat.num.*6.

*Hæreticos non reuelantes & non denunciantes dicuntur eorum fautores, & Sanct. Inquiſ. Officij impeditores. num.*7.

*Inquiſitorum edicta de reuelandis, & denunciandis hæreticis iuſtiſſima ſunt, & ſeruanda. num.*8.

Cap. VI.

1. EX prædictis Sanctorum Patrum dicti Summorum Pontificum Decretis, & Conciliorum Canonibus apparet denunciandos eſſe hæreticos, qui cum indiſtinctè loquantur, indiſtinctè, tam de manifeſtis, quàm de occultis hæreticis intelligenda ſunt, idque fieri debet, nulla præcedente fraterna correctione, nam neque in ſententiis Patrum, neque in Epiſtolis Romanorum Pontificum decretalibus, neque in Conciliorum decretis, cum de hoc crimine deferendo, ſeu denunciando agitur de præmittenda fraterna correctione aliquod verbum vel indicium extat: quamobrem hæretici quantumuis occulti protinùs legitimis Iudicibus Eccleſiaſticis Epiſc. vel Inquiſitoribus denunciandi ſunt, ſicut grauiſſimi Viri, & hoc etiam foro bene verſati cenſuerunt, Alphonſ. Caſtrus *lib.* 1.*de iuſta hæret.punit.c.*25. Dominicus Sotus *in ſelect.* de ratione tegendi, & detegendi ſecretum *membr.*2.*quæſt.*4. *concluſ.* 2. Bernardinus Artualus *tract. de fraterna correct. concluſ.* 6. *propoſit.*6. Simanchas *de Cathol. Inſt. tit.* 19. *de denuncia n.*10. & Ioannes Royas *in ſingul. fidei ſingul.* 3. Incipit accuſare *n.*3.*ampl.*3.

2. Hæc ſententia firmis rationibus munitur, prima quia nulla lege conſtitutum videtur, quod prius moneri fraternè debeant. Secunda quia Patres, & Concilia relata nullo modo id faciendum indicarunt. Tertia quia cum hæretici ſint ſua natura callidi, & verſipelles facilè ſe fingerent correctos, & in malitia perſeuerantes grauiter læderent. Quarta fraternæ correctionis ordo ideo inſtitutus videtur, vt famæ illius qui corrigendus eſt conſulat antequam denuncietur, quod non videtur habere locum in hæretico qui peccat in communitatem, ideóque cum charitas bene ordinata poſtuletur vt bonum commune præferatur bono particulari, conſequens eſt, vt omiſſa fraterna correctione denunciandus ſit hæreticus Iudicibus fidei, Bernardinus Artualus *tract. de fraterna correctione concl.*6.*propoſ.*6.

3. Neque contrariam ſententiam aſſeruiſſe videri poteſt S. Thomas cum agens de fraterna correct. & de hæretico denunciando dixit. Niſi fortè aliquis firmiter exiſtimaret, quod ſtatim per ſecretam monitionem poſſet huiuſmodi mala impedire quia aduertendum eſt Doctorem Angelicum regulam præmiſiſſe generalem, quod quando peccata ſunt occulta, & tendunt in nocumentum proximorum, vel corporale, vel ſpiritualе, puta ſi aliquis occultè tractet quomodo Ciuitas tradatur hoſtibus, vel ſi hæreticus priuatim homines à fide auertat, tunc quia talis non ſolum peccat in ſe, ſed etiam in alios, ſtatim oportet ad denunciationem procedere, vt nocumentum impediatur S. Thom. 22 *q.* 33. *art.* 7. in corpore articuli, quem refert, & ſequitur Gondiſaluus de Villadiego *tract. de hæret. q.*10. *n* 7.

4. Illa verò limitatio, vt prudenter animaduertit Alphonſus Caſtrus prudentiſſime fuit adita non aſſertiuè, ſed ſub conditione niſi fortè, & quia non ſufficit leuis exiſtimatio, quod hæretic. corrigi poſſit, ideo adiecit firmiter exiſtimaret, & quod ſtatim per ſecretam adminiſtrationem poſſet huiuſmodi mala impedire, quæ omnia cum non niſi vir magnæ auctoritatis, & potentiæ, & doctrinæ præſtare poſſe, debeat, ſperare, tutius eſt ſtatim ſine vlla admonitione aut fraterna *correctione hæreticos* denunciare, Alphonſus Caſtrus *lib.*2. *de Iuſta hæreticorum punitione cap.*25.*concl.*1. verſ. *hoc tamen quod diximus*, Ioannes Royas *ſingul.* 3. *incip. accuſare n.* 31. *in* 3. *ampliatione*, verſ. *ſed S. Thomas.*

5. Supradictis addit Dominicus Sotus hanc ſententiam de ſtatim procedendo ad denunciationem hæreticorum, nulla præmiſſa fraterna correctione, maximè locum habere, quando hæreticus dogmatizat quales ferè ſunt hæretici omnes, ideóque iuſtiſſima lex eſt, vt ſtatim abſque alia præuia admonitione denuncientur: Dominicus Sotus *tract. de ratione tegendi ſecretum, memb.* 2. *q.* 4. verſ. *id vel maxime*, Ioannes Royas *ſingul.*3.*n.*21. *in tertia ampliat.* verſ. *maximè ſi hæreticus ſit dogmatizans.*

6. Neque aliud legitimè colligi poteſt ex doctrina Sancti Pauli, dicentis hæreticum hominem poſt vnam, & ſecũdam correctionem de vita, quia vt prudenter, & verè cenſuit Bernardinus Artualus, quam refert, & laudat Simanc. S. Paulus non ad quoſcũque ſententiam illam dixerit, ſed ad Titum Epiſcopum ad quem ex officio pertinebat hæreticum corripere, & per ſententiam cauendum, & euitandum proponere, vt ibidem docet Nicolaus de Lyra, dicens, de vita & facias ab aliis deuitari ne per eum inficiantur alij. Immeritò itaque quod officij, & Iuriſdictionis Epiſcoporum eſt ad ſingulos de plebe periculosè traducitur S. Paulus Epiſtola ad Titum cap. 3. Bernard. Artualus *tract. de fraterna correct. concluſ.* 6.

propoſ.6. Simancas *de Cathol.Inſt. tit.19. de denunciatione num.* 14.

7. Quicumque ergo ſub prætextu fraternæ correctionis occultos hæreticos quoſlibet contra fidem peccantes non denunciant fidei Iudicibus, aut aliis conſulunt, vt non denuncient præterquam quod in ſententiam excommunicationis incurrunt, tamquam occultatores hæreticorum, & offic.S.Inqu. impeditores, iuſtis pœnis à Iudicibus fidei puniri poſſunt; grauius autem puniendi ſunt peritiores,& qui ex malitia potius, quàm ex imperitia ita faciunt, vel conſulunt, Symancas *de Cathol. Inſt. tit.* 19. *de denunc. n.*16.

Ex prædictis infertur iuſtiſſima eſſe Inquiſitorum hæreticæ prauitatis edicta, illiſque parere oportere, quibus cauetur, vt de quolibet crimine ad hæreſim pertinente, etiam ſi occultum ſit, eis fiat denunciatio, cum vt prudenter cenſuit Artualus, etiamſi id non præciperetur nos facere teneamur. Bernardinus Artualus, *tract. de fraterna correct. concl. 6. propoſ. 6.* verſ. *colligitur ex dictis.*

Annotationes Carena ad Cap. 6.

SVMMARIVM.

1 *Correctio fraterna omittenda in denunciatione facienda Sancto Officio.*

1. DEnunciatio de qua agimus, tam quo ad hæreticos; quàm ſuſpectos de hæreſi omninò facienda eſt, ommiſſa correctione fraterna id probaui *d tit. 9. §. 4. per totum*, & latiſſ. ad ſatietatem Doct.Tranſmerta *de obligat. denunciandi, q.9.& in*, per plures ſectiones, & plura capita. Videatur quæſo hic Doctor, quia materiam hanc pro dignitate tractauit, & ſufficit ſi ſolus videatur.

ARGVMENTVM.

Contra delinquentes quot modis procedi poßit.

SVMMARIVM.

Proceditur contra hæreticos tribus modis, per accuſationem, Inquiſitionem, & denunciationem. 1.
Proceditur in omni Iudicio criminali, & contra omnes delinquentes tribus modis, vel. per accuſationem, Inquiſit. & denunciationem.n.2.

CAP. VIII.

1. AD corrigendos ſubditorum exceſſus tribus modis procedi poſſe docuit Concilium generale Lateranenſe ſub Innocentio III. in hæc verba, Contra quos (ſubditos) & ſi tribus modis procedi poſſit per accuſationem videlicet, denunciationem, & Inquiſitionem ipſorum, vt tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne fortè per leue compendium, ad graue diſpendium veniatur, ſicut accuſationem legitimam præcedere debet inſcriptio, ſic & denunciationem charitatiua monitio, & Inquiſitionem clamoſa inſinuatio præuenire, illo ſemper adhibito moderamine, vt iuxta formam iudicij ſententiæ quoque forma dictetur Concilium Generale ſub Innocentio III. *cap.* 8. refertur in *cap. qualiter, & quando il ſecondo de accuſat.* & Innocent. etiam III. cap. licet Heli de Simonia.

Iuxta has Sacras Sanctiones in Vniuerſa Republica Chriſtiana Iudicia in cauſis criminalibus, 2.
& inchoantur, ſeu inſtituuntur, & fiunt, & abſoluuntur. Sed quia meritò dubitari poteſt an in foro Sanct. Inquiſitionis, contra hæreticos ſalubriter exercetur, eiſdem tribus modis proceſſus formari poſſit, idem de ſingulis breuiter dicetur, vt magis vſitatus conſultò retineatur, & iuxta illum procedendi praxis clarè,& perſpicuè doceatur.

Annotationes Carena ad Cap. 7.

SVMMARIVM.

1 *Tres modi procedendi in Criminalibus remiſſiuè.*

DE tribus modis procedendi in hoc foro S.Officij in Generali dixi *p. 3. tit. 1. in principio*, bene etiam Auctor ad Director. *p. 3.comm.*12. cum aliis latè per me allegatis *loco cit.*

ARGVMENTVM.

De modo procedendi in hoc foro per accuſationem.

SVMMARIVM.

*Accuſatio proponitur coram Epiſcopo, vel Inquiſitore, & quomodo. n.*1.
*Accuſandi modus in crimine hæreſis periculoſus eſt, num. 2, & propterea eius loco ſucceſſit Promotor Fiſcalis num.*3.
*Accuſator non videtur admittendus, niſi conſultis Illuſtriſſ. Dom.Cardinal. S.Inquiſit.num.*4.
*Accuſatio in crimine hæreſis an debeat continere locum, & tempus commiſſi criminis.n.*5.
*Forma accuſationis in crimine hæreſis n.*6.
Iudices ſeculares in cauſis hæreticorum ſe intromittere nequeunt,n.7.& ſeq.
*Accuſatores in crimine hæreſis ad pœnam talionis ſe ſcribere non debent.n.*9.
*Accuſatore decedente,ſeu aliàs impedito Reus abſoluendus eſt, ſed Promotor Fiſcalis Iudicium proſequitur.n.*10.

CAP. VIII.

PRIMVS modus procedendi in cauſa fidei eſt per accuſationem, quando ſcilicet aliquis accuſat aliquem coram Epiſcopo, vel Inquiſitore de crimine hæreſis, vel fautoriæ, offerendo ſe legitime probaturum delicta de quibus reum accuſauit. Directorium Inquiſitorum *p.3. num.67. tit. de modo procedendi in cauſa fidei per accuſationem*, Gundiſaluus *tract. de heret.q.* 10.*n.*1.

Sed hic modus, vt prudenter,& benè monuit Eymeric. non eſt facilè in hoc foro admittendus, tùm quia non eſt vſitatus in cauſa fidei, tum quia accuſatori valdè eſt periculoſus, & multum etiam litigioſus, tametſi quandoque contra Viros etiam magnos fuerit vſurpatus, vt patet ex graui illa controuerſia, quam commemorat Albericus, §. Eymericus in Directorio Inquiſitorum *p.3.n.6.* verſic. *& accidat*

dat Inquiſitor. Alber. *in rubric. C. de haret. n.* 2. *&* 3.

Rurſus iſte modus nunc ne dum periculoſus, ſed ſuperfluus videtur ex eo quod, vt animaduertitur in *Direct.* in S. Officio Publicus Miniſter eſt conſtitutus (quem Fiſcalem dicimus) qui accuſatoris perſonam repræſentat, & reos accuſat non ſe Inſcribens, aut obligans ad pœnam talionis, neque ad alias, quas falſi accuſatores pati ſolent, animaduertitur *in direct. p.* 3. *comm.* 14. *num.* 67. *§. ſed cum hodie*, Repertorium Inquiſitor. verb. *Fiſcalis*.

4. Quod ſi aliquando contingeret tantum eſſe alicuius zelum, & odium in hæreſim, & hæreticum, vt & accuſare velit, & inſtanter ad accuſandum ſe admitti petat, licet directorium conſuluerit, quod Inquiſitor acquieſcat, & dicat accuſanti, vt accuſationem porrigat in ſcriptis, adhuc tutius eſt antequam talis modus procedendi per accuſationem inchoetur, conſulere DD. Card. Inquiſitores Gener. quia negari non poteſt modum iſtum periculoſum eſſe Director. Inquiſit. *p.* 3. *n.* 67. verſ. *vbi autem accuſator.*

5. Rurſus ſi viſum fuerit accuſatorem admittere, & per modum accuſationis procedere (tunc accuſator libellum accuſatorium crimina continentem) Vndè Inquiſitor, vel Epiſcopus inſtrui, & reus plenè obiecta crimina intelligere poſſit coram eodem Epiſcopo, vel Inquiſitore præſentabit, deſignando crimina, & tempus, & locum vbi fuerunt commiſſa, ſicut Paul. Iur. conſ. ordinandos accuſatorios libellos docuit, & Accurſius etiam legum interpres declarauit: Paul. *in l. libellorum ff. de accuſat.* Accurſius §. *in Verbo*, & in inſtituendis *inſtit. de publ. iud.*

6. Guillelm Durandus vulgò Speculator in hoc foro ſic eius modo libellum accuſatorium ordinandum docuit.

Coram vobis R. P. D. Epiſc. *tali propono contra* quod ipſe malè ſentit, dicens Sacram. Altaris, ſeù corporis & ſanguinis Chriſti nullum eſſe, damnat etiam matrimonium, nec credit reſurrectionem, & quotidie cum hæreticis conuerſatur in tali Ciuitate, in dumo ſua, in prima Camera, ſeu tali loco Ipſius domus, & hoc Anno ... menſe tali, regnante tali, eoſdem ibi adorauit, vel conſolatus fuit ab eis, ſeu manus impoſitionem accepit: Vndè ipſum vobis accuſo, & peto ipſum beneficiis priuari, & à tali ſuo ordine degradari, degradatumque Curiæ ſæculari tradi ſeù relinqui legitimè puniendum, Speculator *tit. de haret. n* 1. vbi rectè allegat Canones. Vnde talis libellus colligitur videlicet à *c. ad abolendum §.* 1. *& in cap. ſicut ait*, *& in cap. excommunicamus il primo §.* 1 *& § qui autem de haret.*

Cauendus eſt autem Speculator, dum ſubiungit,
7. quod ſi laicus laicum accuſet coram iudice ſeculari, debet ſic concipere libellum, Coram vobis D. Iudex, & quoniam, vt rectè ibidem animaduerunt Addentes in litera D, verſ. ſic dicet Libellus iſte non procedit, cum Iudex ſæcularis de hoc crimine, quod merè Eccleſiaſticum eſt, (vt Bonifacius deffiniuit,) cognoſcere non poſſit, neq; principaliter neque incidenter, vt gloſ. & communiter Canoniſtæ ibidem interpretantur. Speculator *tit. de hareticis*, verſ. *ſi autem laicus* Bonifacius VIII. *in cap vt Inquiſitiones §. prohibemus de haret. lib.* 6. *vbi gloſ. in* verſ. *quoquomodo, & ibidem communiter Canoniſta.*

Cautè etiam legendus eſt Petrus Gothofredus,
8. qui ſentit crimen hæreſis hoc iure ciuili, vltimo eſſe merè Eccleſiaſticum quantum ad Clericum, ſed quantum ad laicum attinet quodammodo mixtum ita vt de eo cognoſcat, & Iudicet Præſes Prouinciæ cum Epiſcopo, nam vt ipſe quoque Gotofredus agnouit Iure Canonico hæreſis Eccleſiaſticum crimen eſt, itavt quoquomodo iudices ſæculares non poſſint de illo cognoſcere vel iudicare, vt etiam Bonifacius definiuit: Petrus Gotofredus *in l. Manichæos* non procul à fine. *cap. de haret.* Bonifacius VIII. *in cap. vt Inquiſitiones §. prohibemus de hareticis lib.* 6.

Quo attinet ad inſcriptionem, ſeu obligationem, 9.
ad pœnam talionis, in Directorio dictum fuit non neceſſarium, vt accuſator ſe inſcribat cum pœna talionis, vt Couarruuias ſentit in vſu eſſe deſiiſſe, & Ioannes Royas in hoc crimine idem obſeruandum ſuadeat, quanquam Simanchas cenſeat ex maxima cauſa pœna talionis vti poſſe Inquiſitores, in Directorio Inquiſitorum *p.* 3. *n.* 67. *commentario* 14. Couarruuias *lib.* 2. *Variarum reſolut. cap.* 9. *n.* 1. Ioannes Royas *ſingul.* 6. *incipit accuſator debet ſe inſcribere num* 6. verſ. *Verum in crimine hareſis ſpeciale eſt*, Simanchas *de Catholica inſtitutione tit.* 64. *de teſt. num.* 93.

Si accuſator deceſſerit, aliáve cauſa impeditus 10.
accuſationem proſequi non poſſit. Paulus cenſuit poſtulante Reo nomen eius abolendum, id eſt vt Accurſius interpretatur cancellandum, & à iudicij obſeruatione abſoluendum, quod in aliis iudicibus, ſeu delictis, regulariter obtinere non ambigitur, ſed in crimine hæreſis ſecus eſt quia contra hæreticos mortuos procedi etiam poſſe explorati iuris eſt, & in Directorio latè oſtenſum. Quamobrem ſi accuſator decedet, vel impeditus non proſequatur accuſationem, nec ſingularis accuſator ſuccedat, qui eam proſequi velit, tunc Fiſcalis Sanctiſſimæ Inquiſitionis iudicium proſequetur & quia negotium hoc magni momenti eſt, Epiſcopi, & priuati Ciuitatum Inquiſitores Senatum Supremæ Romanæ Inquiſitionis conſulent. Paul. *in l. libellorum*, *§. ſi accuſator ff. de accuſatione, & ibidem* Accurſius *in gloſ. in verbo aboletur*, Directorium Inquiſitorum *p.* 3. *q.* 43. *& ibi latè commentario* 42.

Annotationes Carena ad Cap. 8.

SVMMARIVM.

1 *De accuſatione in foro remiſſiuè.*

DE accuſatione, & non procedendi per accuſationem in hoc foro dixi loco proximè citato §. 1. *n.* 4. *& ſeq.* & non eſt hic immorandum, quia in Italiæ Inquiſitionibus receſſit ab aula hic procedendi modus, Farin. *q.* 185. *num.* 40. *in fin.* Ego ipſe *loco alleg. num.* 11. in omni tamen caſu quo aliquis omninò velit accuſare ſeruet Inquiſitor monita Auctoris hoc loco.

ARGVMENTVM.

De modo procedendi in hoc foro per denunciationem.

SVMMARIVM.

Proceditur in crimine hareſis per denunciationem n. 1.
Denunciatio quid ſit. num. 2.
Forma denunciationis in crimine hareſis n. 3.
Denunciatores in crimine hareſis, an teneantur probare crimen denunciatum. n. 4

Denunciatores in crimine hæreſis non ſe ſubſcribunt ad pœnam talionis n.5.

Denunciatores ſi per calumniam denunciarunt extra ordinem puniri poſſunt num.6.

Denunciatione propoſita quid facere debeant Epiſcopus, & Inquiſitores num.7.

Denunciatores admittuntur etiam quod ſint minus idonei & infames num.8.

Denunciatorum, & teſtium qualitas in cauſis hæreticorum diligenter expendenda num.9.

Hæreticus quilibet vel in fidem peccans, Inquiſitori, ſeu Epiſcopo denunciandus eſt, num.10. etiam priuilegiatus n.11.

Cap. IX.

1. Alter modus procedendi in hoc foro, communis receptus, & vſitatus eſt per denunciationem, vt eum quilibet Catholicus vigore obligationis qui tenetur coram Epiſcopo, vel Inquiſitore hæreticos, vel de hæreſi ſuſpectos denunciat, vt corrigantur, & pœnis legitimis puniantur: Directorium Inquiſitorum *p. 3. n.68. tit. de ſecundo modo procedendi in cauſa fidei per denunciationem.* S. Antoninus *p.3. tit.9.c.9.* Gondiſaluus de Villadiego *tract. de hæret. q.10 n.6.& ſeq.*

2. Eſt autem denunciatio (vt Hoſtienſi placuit) criminis alicuius apud Iudicem, ſine inſcriptione legitimè facta delatio ad pœnitentiam, peragendam, vel aliam pœnam legitimam imponendam, vel etiam ad vtrumq. Hæc Hoſtienſis (qui breuibus verbis omnem denunciationis ſpeciem in Euangelicam Canonicam & Iudicialem comprehendit) Hoſtienſis in ſumma *tit. de denunciatione* §.1.

Licèt verò quidam Saliceti definitionem amplectantur qui denunciare dixit eſſe crimen alicuius apud Iudicem competentem (ſinè inſcriptione defer. ad pœnitentiam peragendam, vel aliam legitimam pœnam ſubeundam; Et hæc Saliceti diffinitio parum ab aliis differre videtur, vt verè Lancellot. Conrad. obſeruauit.) Nihilominùs Hoſtienſis diffinitio enucleatius denunciationis eſſentiam videtur patefacere: Salicet. *in l.ea quidem num.1 cap. de accuſat.* Lancellot. Conrad. *in pract. crim. de denunciat.*

3. In hac introductione ſiuè praxi de Iudiciali potiſſimum denunciatione ſermo inſtituitur cuius vigore, vel denunciatores conſtituti, vel quilibet fidelis indicant Epiſcopo, vel Inquiſitori tali die, à tali perſona fuiſſe commiſſum (tale crimen hæreticale) aut talem hæreſim à tali fuiſſe aſſertam, & id ſcitè Verbi gratia Caium, & Seium: Hæc eſt enim Iudicialis denunciatio, qua accepta Epiſcopus, vel Inquiſitor ex Officio procedit. Et hæc eſt verè denunciandi formula, vt apparet ex traditis in directorio, & ex aliis qui criminales praxes Inſtituerunt. In directorio Inquiſitorum *p.3.n.68.* de ſecundo modo procedendi in cauſa fidei per denunciationem, & ibid *com.15.* Lancellot. Conrad. *in pract crim. tit. de denunciat. num.11.* Iulius Clar. *in pract. crim. q. 7.* verſ. *quare nunc qua ſit forma.*

4. Licèt olim, vt Paulus, & Marcianus conſtituerunt denunciatores delicto, quæ denunciabant probare tenerentur. Hodie tamen, vt Salicet. Angel. Boſſ. & Clar. affirmant, vſus, & practica id non admittit, ſed ſufficit verbo, vel ſcripto proferre nomen teſtium, qui de contentis in denunciatione dicuntur informari Paul. *in l. ab accuſatione §. Nunciatores ff. ad S.C. Turpillianum;* Marcianus *in l. Diuus ff. de cuſtod. & exhibitio. Reorum* Salicet. *in l. & quidem num. 23. verſ. 18. quæro. C. de accuſation* Angel. *tract. de maleficiis tit.* nec non, & ad denunciationem *n.20.* verſ. quæro, an iſti denunciatores. Ægidius Buſſius de denunciatore *num.4.* Iul. Clar. *in pract. crim. q.7.* verſ. *quæro nunc.* Director. Inquiſitorum *p.3. num.68.*

5. Ex his conſequitur neq; denunciatores in hoc foro debere ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, neque regulariter tamquam calumniatores puniendos, licèt legitimè delicta denunciata non probentur, vt prudenter Auguſt. Ariminienſis adnotauit, Tùm quia ex præcepto denunciare tenentur. Tum quia ſic moribus introductum eſt: Auguſtinus de Arimino apud Angel. *tract. de malefic. tit. nec non ad denunciationem num.20.* verſ. *adde tu, quod vera eſt iſta concluſio,* Iul. Clar. *in pract. crim. q.7.* verſ. *vlterius quæro.*

6. Cæterum non eſt hoc ita generaliter, & ſimpliciter intelligendum, vt impuniti denunciatores ſemper ambire debeant, quaſi calumniatores deprehenderentur, vt Salicet. ſenſit, ſaltem extra ordinem puniendi forent, ne quid aliud tale, vt prudenter Martianus conſtituit, poſtea facere moliantur, ſed cùm talis caſus contigerit, Inquiſitores, & Epiſcopi locorum Generales, Cardinal. Inquiſitores conſulant, Salicet. *in l. ea quidem num.24. & 25. C. de accuſat.* Marcian. *in l. Diuus in fine ff. de cuſtod. reorum.*

7. Denunciatione propoſita non tenetur regulariter denunciator vlterius aliquid facere, ſed relinquit Iudici faciendam, Vnde in hoc foro Epiſcopi, vel Inquiſitoris partes erunt ſtatim Inquirere de delicto contra nominatum pro delinquente in denunciatione examinando teſtes in ipſa denunciatione nominatos, & etiam alios, à quibus veritas haberi poſſit, Directorium Inquiſitorum *p.3. num.68. com. 150. §. his peractis,* Iulius Clar. *in pract. crim. quæſt. 7.* verſ. *quæro nunc.*

8. Licèt grauis quæſtio ſit, quam copioſè tractat Hoſtienſis an omnes etiam minus idonei, & infames ad denunciandum admittantur, vel ſolum munus ſit honeſtarum perſonarum, quidquid ſit in aliis delictis, & foris, in hoc tamen foro Inquiſitionis nulla denunciatio contemnenda eſt, quia in fidei fauorem in negotio Inquiſitionis hæreticæ prauitatis, vt Alexander Papa conſtituit, teſtes inhabiles admittuntur, & denunciatores, vt paulò poſt dicetur in teſtium numero ponuntur. Hoſtienſis in ſumma *tit de denunciat. n.1. §.* qui poteſt denunciare, Alexand. IV. in *cap.* in fidei fauorem de hæret. in 6.

9. Cæterum in hoc etiam forum denunciatorum, & teſtium qualitas diligenter expendenda eſt, nam licèt inhabiles, & infames denunciatores, & teſtes ad denunciandum, & teſtificandum admittantur, non tamen tanta eis fides adhiberi ſolet, vt copioſè in directorio Inquiſitorum dictum fuit *p. 3. q.64.* & ibi late in commentario 115.

10. Et quemadmodum quilibet poteſt denunciare, ſimiliter etiam quilibet hæreticus, vel in fidem peccans in caſibus ad forum Sanct. Inquiſitionis pertinentibus poteſt, & debet Epiſcopo vel Inquiſitori denunciari, tùm quia regula Generalis eſt quam prudenter Hoſtienſis conſtituit, vt quilibet ſubditus denunciari poſſit. Tùm quia in hoc foro magis particulariter prouiſum eſt, vt Epiſcopo, vel Inquiſitori denuncientur hæretici: Hoſtienſis in ſumma tit. de denunciat *num.4. §.* quis denunciari vbi allegat text. benè regulam probantem in capit. fin. de Officio Archipresbiteri in hoc foro magis particulariter prouiſum eſſe de hæreticis denunciandis, abundè patet ex prædictis.

11. Prædicta Generalis regula ampliatur, vt in hoc

foro

foro quilibet quantumcumque ſit priuilegiatus denunciari poſſit, & debeat: Id enim multi Romani Pontific quorum reſcripta in director. recenſentur, ſalubriter, & prouidè conſtituerunt, ne quiſpiam prætextu priuilegiorum à Iuriſdictione Epiſcoporum, vel Inquiſitorum in hac cauſa eximeretur. Quamobrem quicumque Religioſi cuiuſlibet ordinis non militaris denunciari poſſunt, & debent, nec eorum Prælati ſub quocumque prætextu poſſunt in hac cauſa in ſuos ſubditos procedere, ſed præcisè tenentur, & debent, eos ad Epiſcopos, vel Inquiſitores deferre, etſi id facere omittant in ſententiam excommunicationis incurrunt, & tamquam Impeditores S. Officij haberi poſſunt, & in hoc foro iudicari, capit. vt Officium, §. denique de hæret. *lib* 6. *cap.* accuſatus, § *fin eodem titul.* Extant etiam multa reſcripta Alexandri IV. Vrbani IV. Clem. IV. & aliorum relata in director. vbi de hoc articulo copiosè agitur *p.* 3. *quæſt.* 28. *comm.* 77.

Annotationes Carenæ ad Cap. 6.

SVMMARIVM.

1 *De denunciatione in foro S. Officij remiſſiuè.*

1. MOdus conſuetus in foro S. Officij eſt per denunciationem, vide ſcripta per me *dit. titul.* 1. §. 7. per totum, latiſſimè Illuſtriſſ. & Reu. D. Transmiera de obligatione denunciandi hæreticos *quæſt.* 1. *cap.* 3. *&* 5. *per totum.*

ARGVMENTVM.

De modo procedendi in hoc foro per Inquiſitionem.

SVMMARIVM.

Proceditur in cauſis hæreticorum per Inquiſitionem. num 1.
Inquiſitio in crimine hæreſis locum habet, quando accuſatore, vel denunciatore deficiente inſurgit contra aliquem fama de hæreſi. num. 2.

Cap. X.

1. TERTIVS modus procedendi in hoc foro eſt per Inquiſitionem ad quam procedere poſſunt Epiſcopi, vel Inquiſitores in ſuis Diœceſibus ad clamoſam Intimationem præuenientem, vt Concilium Generale Lateranenſe indicauit. Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. *cap.* 8. refertur *in cap.* qualiter, & quando de accuſat.

2. De hoc eodem modo agunt, quatenus ad forum Sanct. Inquiſitionis ſpectat, Directorium Inquiſitorum, Repertorium Inquiſitorum, Tabienſis, & alij dicentes huic procedendi modo locum eſſe, quando accuſatore, vel denunciatore ceſſante fama defert, & clamor inſinuat in aliqua Ciuitate, vel loco, aliquem vel aliquos feciſſe, vel dixiſſe aliqua contra fidem: Vnde moti Epiſcopi, vel Inquiſitores diligenter de ea re inquirere debent, Directorium Inquiſitorum *part.* 3. *num.* 69. *titul.* de tertio modo procedendi in cauſa fidei per viam Inquiſitionis, & ibidem *comm.* 16. Repertorium Inquiſitorum in verbo Inquiſitio, Tabienſis in ſumma in verbo Inquiſitor, §. 17. *num.* 18.

Hæc vt facilius intelligantur, & ad praxim in hoc foro tutius reducantur, paulò diligentius explicanda ſunt, propoſita in primis definitione, & diſtinctione Inquiſitionis, nam niſi prudenter accipiantur, quæ à Sacris Canonibus, & à DD. dicuntur de procedendo per Inquiſitionem grauiter ſæpè, & periculosè errare contingeret. 3.

Annotationes Carenæ ad Cap. 10. §. 1.

SVMMARIVM.

1 *De modo procendi per Inquiſitionem.*

DE Inquiſitione dixi dicto *titul.* 1. §. 2. *per totum num.* 13. *& ſequent.* & benè Dom. Transmiera de obligatione denunciandi *quæſt.* 1. *cap.* 2. *num.* 13. cum alijs apud ipſum, & me hoc loco allegato. 1.

ARGVMENTVM.

Quid ſit Inquiſitio.

SVMMARIVM.

Inquiſitio quid ſit. num. 1.
Inquiſitio quotuplex. num. 2.

§. I.

HOSTIENSIS ait Inquiſitionem eſſe alicuius criminis manifeſti ex bono, & æquo Iudicis competentis Canonicè factam inueſtigationem Hoſtienſis in ſumma titulo de Inquiſitionibus numero primo, §. quid ſit Inquiſitio. 1.

Vix poteſt hæc Inquiſitionis diffinitio, ſeù potiùs deſcriptio intelligi non intellecta eiuſdem Inquiſitionis multiplici diſtinctione, de qua latè Bart. Baldus, & Salicetus, ex quibus fortaſſe clariùs, quàm ex recentioribus criminaliſtis res hæc percipietur, & ad forum Sanct. Inquiſitionis applicabitur, Bart. in *l.* Iubemus, *C.* de probation. Salic. in *l.* ea quidem *numer.* 31. *& ſequentib. C.* de accuſation. 2.

ARGVMENTVM.

De Inquiſitione in Generali.

SVMMARIVM.

Inquiſitio Generalis in crimine hæreſis quæ ſit. num. 1.
Inquiri poteſt Generaliter in crimine hæreſis, quando in aliquo loco eſt rumor, & fama quod ibi adſint hæretici. num. 2.
Inquiri poteſt Generaliter in crimine hæreſis quando Epiſcopi viſitant ſuas Diœceſes, quod ſemel in anno facere tenentur. num. 3.
Inquiri poteſt Generaliter in crimine hæreſis quando Inquiſitores accedunt ad Diœceſes ſibi commiſſas, & ibi ſuum Officium exercere incipiunt. num. 4.
Edicta de reuelandis, & denunciandis hæreticis in

quibuſdam locis publicantur in Eccleſia Cathedrali in 1. Dominica Quadrageſ. num 5.
Teſtes in crimine hereſis cogi poſſunt ab Inquiſitare, & Epiſcopo ad teſtificationem. n.6.
Inquiri, & procedi an poſſit ex ſchedulis literis, ſeu memoralibus, ſine nomine tranſmittentis tranſmiſſis num. 7. & 10.
Inquiſitio Generalis non aperatur vt ex ea poſſit ad ſententiam diffinitiuam deuenire. num 8.
Teſtes examinati in Inquiſitione Generali nunquid ſint repetendi in Inquiſitione ſpeciali. num.9.
Inquiſitio Generalis formari poteſt ex teſtibus ſine forma Iudicij, & non ſolemniter examinatis. num.9.

§. II.

1. DVæ potiſſimum ſunt Inquiſitionum formæ, vna Generalis, quæ pertinet ad ſolum Iudicem qui præeſt Territorio, & iſta appellatur præparatoria, & informatiua, in qua nemo eſt citandus, quaſi Reus, quia per eam nemini præiudicatur pro tunc, ſed Iudex ad ſuam informationem recipit Teſtes, qui notificant ei homines facinoroſos, & delinquentes, ad quod iure compelli poſſunt hanc Generalem Inquiſitionem, vt prudenter animaduertit Salicetus, faciunt Gubernatores, & Rectores Terrarum in principio ſuorum regiminum qui interdùm conſueuerunt mittere præconium, ſeu publicare edictum vt fures, latrones, adulteri, lenones, & cæteri malefactores debeant de Prouincia, vel Ciuitate diſcedere, iuxta conſilium Vulpiani, vnde Terrarum Gubernatores eam practicam ſumpſerunt Bald. *in l. Iubemus num.5. Cod de publ.* Salicetus *in l. ea quidem num.*; 1. verſ. *alia*, & 3. modo *Cod de accuſat.* Vulp. in *l. congruit ff. de Officio Præſidis.*

2. In hoc foro, ſiue in cauſis fidei, locus eſt huic Generali Inquiſitioni in tribus potiſſimum caſibus.

Primus eſt, quando rumor, & fama eſt, quod in aliqua Ciuitate vel oppido habitent hæretici, quod frequenter contingere ſolet in Ciuitatibus, vel oppidis propinquis Terris hæreticorum, & cùm eis commercium habentibus, tunc enim antequam ingens aliquod oriatur hæreſis incendium quod vniuerſam poſſit inficere prouinciam, quod ſemper timendum eſt, cum hæreſis, vt cancer ſerpat, tunc Epiſcopi, vel Inquiſitores, vel per conſtitutos certos exploratores, vel denunciatores, vel per quoſcumque fideles ea Officio curabunt generaliter inquirere vtrum fama, ſeu rumor de hæreticis habitantibus, & hæreſibus latenter ſerpentibus vera ſit, iuxtà præceptum Concilij Lateranenſis ſub Innocentio III. *cap.* 3. refertur in *cap.* excommunicamus, §. *adijcimus de hæret. & ſupra cap.5.*

3. Secundus caſus eſt, quando Epiſcopi viſitant ſuas Diœceſes, quod ſemel in anno facere tenentur, tunc enim etiam in genere de hæreticis, & hæreſibus aliiſque delictis ad ſuum forum pertinentibus, viſitando inquirere tenentur, interrogantes viros bonos, & inquirentes ab eis, an in ea Ciuitate, oppido, vel pago ſit aliquis hæreticus, Magus, Ariolus, aut Incantator, ſicut prudenter inquirendum, & Interrogandum docuit Burchardus libro primo decretorum, capitulo 94 incipit Videte fratres, interrogat. 42. 43 44. 48. 49. *& multis ſequent.*

Quoniam verò non omnibus eſt in promptu Burchardus, placuit aliquot ex illis Interrogationibus ad hunc forum pertinentibus in fine huius libri recenſere.

4. Tertius caſus eſt, quando Inquiſitores quamprimum creati ſunt, accedunt ad Diœceſes ſibi decretas, & ibi incipiunt exercere Officium Inquiſitionis, tunc enim edictis publicatis ſub pæna excommunicationis percipere ſolent, vt quicumque ſciuerit, aut ſciat eſſe hæreticos aut de hæreſi ſuſpectos, vel tenentes opiniones hæreticas, aut libros hæreticos, aut prohibitos, vel demones inuocantes, aut Eccleſiæ Sacramentis abutentes, aut Ritus Hæbreorum vel Turcarum obſeruantes, eos teneantur Inquiſitoribus denunciare, ſicut in formula admonitionis ad hæreticos reuelandos in Directorio continetur. In Directorio Inquiſitorum *par.3. n.52. & 53. tit.* de forma admonitionis de hæreticis reuelandis.

In multis Inquiſitionibus laudabiliter receptum eſt vt ſingulis annis in 1. Dominica Quadrageſimæ in Eccleſia Cathedrali inter Miſſarum ſolemnia, huiuſmodi edicta ad hæreticos reuelandos publicentur. Ideóque eo die à Sacra Concione habenda ceſſari ſolet, vt attentius omnes his quæ in edicto fidei continentur intendant, vbi hæc conſuetudo viget, retinenda eſt, vbi non viget, an eam introducere expediat, Senatus S. Rom. General. Inquiſitionis, ab Inquiſitoribus Prouinciarum conſultus, & informatus reſpondebit. 5.

Quoniam autem huiuſmodi Generalem Inquiſitionem facere ſolent, & debent Iudices ad ſuam informationem, vt deinde ad ſpecialem punitionem commodius deſcendere poſſint, ideò ex Officio, vt prudenter Baldus cenſuit, teſtes recipiunt, qui notificant homines facinoroſos, & delinquentes, quos teſtes propterea, vt teſtificentur compellere poſſunt, Bald. *in l. Iubemus n.5. verſ. ſed ad ſuam informationem per text. in l. fidem § ſi tibi Iudicium ff. de condit. ob turpem cauſam.* 6.

Quia ſæpè contingit vigore iſtorum edictorum ſuper generali Inquiſitione multos ad teſtificandum & denunciandum per ſeipſos accedere, & ſe coram Epiſcopo, vel Inquiſitore ſiſtere, & dicere quicquid nouerunt, alios verò timentes, ne in notitiam illorum, contra quos teſtificantur, veniant, ſecretè porrigere chirographa, ſeu notificationes, in quibus ſuppreſſo nomine notificantis, ſolent aliqui denunciari culpabiles. Ideò cauere debent Epiſc. & Inquiſitores ne ſuper huiuſmodi depoſitionib. & notificationibus ſe fundantes, contra quempiam Iudicialiter procedant, quia proceſſus eſſet nullus, & inualidus, cum ea quæ fiunt vigore iſtius Generalis Inquiſitionis, vt verè, & prudenter Bald. pronunciauit, præparatoria, & informatiua ſint; Et conſequenter rectè Clarus cenſuit eſſe quod præter iſtas informationes habitas deſcendatur ad Inquiſitionem, ſpecialem, Bald. *in l. Iubemus, num. 5. Cod. de probat.* Iul. Clar. *in pract. crim q.5. verſ. ſcias etiam.* 7.

Multo minus poſſunt Iudices vigore huius Generalis Inquiſitionis proferre diffinitiuam ſententiã contra aliquem de aliquo exceſſu, vel delicto denunciatum, quia per hanc Generalẽ Inquiſitionem Iudex informatur, & inſtruitur, poſtea verò deſcendit ad ſpecialem, quia re vera hæc Generalis Inquiſitio ad ſpecialẽ tendit, & ordinatur in qua citandus eſt reus, & iterato producenda ſunt teſtimonia; Et ratio eſt, qua vtitur Bal. quia prima Generalis Inquiſitio non continet formam Iudicij, Bald. *in l. Iubemus n.8.* verſ. *item dixi. C. de prob.* quem refert *& ſeq.* Auctor Repertorij Inquiſitorum, in verbo *Inquiſitio*, §. *Inquiſitio Generalis.* 8.

Quia verò iſta generalis Inquiſitio, quæ fit ex Officio Epiſcopi, vel Inquiſitoris principaliter tendit ad eum informandum, & inſtruendum. Ideo ex teſtibus ſine forma iudicij ſolemniter examinatis (vt ait Zabarella) poteſt ad eam procedi, Zabar. 9.

bar. in Clemen. 1. q. 7. n. 21. de Officio ordinarij, quem refert, & ſequitur Auctor Repertorij Inquiſitorum, in verbo Inquiſitio §. an ſine teſtibus iuratis.

10. Iam quod attinet ad notificationes, quæ ſuppreſſis nominibus denunciantium ſecretò dantur, animaduertendum eſt primò eas nullius eſſe roboris, quantum ad validum aliquod Iudicium inſtituendum, rurſus denunciantes per tales denunciationes, ſiuè notificationes ſecretò porrectas non ſatisfacere obligationi, quâ tenentur hæreticos denunciare. Ideóque vtile eſſet ad hanc vel fraudem, vel imperitiam denunciantium emendandam, quod Inquiſitores in edicto ad hæreticos reuelandos hoc ipſum nominatim aduertant.

Annotationes Carenæ ad Cap. 10. §. 2.

S V M M A R I V M.

1 *De Generali Inquiſitione, & edictis Inquiſitorum remiſſiuè.*

1. EGregiè Auctor hoc loco de Inquiſitione Generali de qua loquutus ſum ego, *tit. 1. tertia partis §. 1. num. 3. & ſeq.* D. Tranſmiera *quæ 1. cap. 2. n. 16. Auctor 3. part. directorij com.* 16. Farin. *q.* 181. *n.* 43. Caſt. Palao *in opere morali p. p. tract. 4. diſput. 8. punct. 4. num.* 1. De edictis Inquiſitorum & eorum publicatione vide dicta *tit. 9. p. 2.* in notationibus ad edictum noſtri Reuerendiſs. Inquiſitoris Cremonæ, & D. Tranſmieram, de obligatione denunciandi *quæſt. 2. cap. 4. & cap. 5.*

A R G V M E N T V M.

De Inquiſitione ſpeciali.

S V M M A R I V M.

Inquiſitio ſpecialis quid ſit, & illius definitio. n. 1.
Inquiſitio ſpecialis non fit ad inueniendum crimen ſed ad puniendum n. 2.
Inquiri non poteſt contra aliquem ſpecialiter, niſi infamia præcedente n. 3. & 5 vbi præſertim quod indicia ſuccedunt loco diffamationis.

§. III.

INquiſitionem ſpecialem ex Bartolo Angelus eſſe dixit Ius quoddam per officium procedendi ad condemnationem, & punitionem contra
1. aliquos nominatim inquiſitos, de certis delictis infamatos, Angel. *tract. de malef. tit. hæc eſt quædam inquiſitio. §. & pro expeditione num. 8. verſ. alia eſt inquiſitio ſpecialis* ex Bar. *in l. 2. §. ſi publico ff. ad l. Iuliam de Adult.*

2. Hæc Inquiſitio ſpecialis, vt Bald. & Salic. teſtantur non fit ad inueniendum, ſed ad puniendum, eius enim finis non eſt ſcire facinoroſos, ſed eos punire, ideóque dicitur punitoria, & regulariter, vt inquit Salicet. ex communi omnium Doctorum antiquorum ſententia non eſt permiſſa, ſed prohibita, quia regula eſt, quod ſine accuſatore nemo punitur, Bald. *in l. Iubemus num. 6. verſ. ſecunda forma C. de probat.* Salicet. *in l. ea quidem num.* 33. verſiculo, *eſt, & alia ſpecies C. de accuſat.*

3. Et quoniam in deffinitione iſtius ſpecialis Inquiſitionis continetur diffamatio, ideò D.D. communiter tradiderunt ad hanc ſpecialem Inquiſitionem per quam ſpecialitèr de certis perſonis, & criminibus inquiritur deueniri non poſſe, niſi præcedat infamia, quæ vicem accuſatoris obtinet, Doctores Canoniſtæ communiter *in cap. qualiter, & quando il ſecondo* de accuſation. & *in cap.* licèt Heli de Simonia, & *in l.* congruit, vbi Bart. *num.* 5. quem alij communiter ſequuntur *ff. de officio Præſid.* & alij quos referunt, & ſequuntur Hieronymus Hiatus *conſ.* 79. incipit, in cauſa Inquiſitionis *n. 5. 6. & ſeq lib. 2.* & Hyppolit. Marſilius, *conſ.* 53. incipit, longè eſt Dominus, *num.* 4. Conrad. *in pract. crim. tit. de Inquiſitione num* 29. verſ. *non debet*, vbi concludunt proceſſum eſſe nullum quando Iudex non probata infamia, proceſſit per Inquiſitionem contra aliquem.

Iſta tamen ſententia, ſiue regula limitatur in multis caſibus, quos præ cæteris recenſet, Conradus, in quibus per Inquiſitionem procedit, licèt non præcedat infamia, & omiſſis alijs, qui non pertinent ad hoc inſtitutum, vnus eſt in hoc foro 4.
in crimine hæreſis, in quo propter criminis grauitatem poteſt, & debet procedi, etiam ſi non præcedat diffamatio, ſufficiunt enim ad inquirendum legitima argumenta, & præſumptiones de quibus paulò poſt initio ſecundi libri dicetur, & hanc limitationem communiter commemorant, & amplectuntur Zabarella, Ioannes de Anania, Geminianus, Francus, Salicetus, Conradus, Simancas, & alij. Zabar. *in cap.* excommunicamus *il primo* §. adijcimus *num.* 2. verſic. vnde nota ſingulariter de de hæret. & ibidem Ioannes de Annania *n.* 2. verſ. & ſic eſt hic caſus, Gemin. *in cap.* vt officium *n.* 1. verſ. nota quod in crimine hæreſis de hæret. *lib.* 6. vbi Philippus Francas. in principio *num.* 1. Salic. *in l.* ea quidem *num.* 33. verſ. item in crimine hæreſis C. de accuſat. Iulius Clar. *in pract. crim q.* 16. *num.* 7. verſu. item ſi ſcias quod prædicta concluſio. Conradus *in pract. crimin. titul. de Inquiſitione num.* 29. verſ. 13. adde, vt in cauſa hæreſis, Simancas *de Cathol. in titul.* 44. de ordine procedendi *num* 9.

Hæc ſententia de Inquirendis hæreticis nulla infamatione præcedente propter legitima indicia, 5.
& veriſimiles ſuſpiciones in Directorio Inquiſitorum tamquam veriſſima aſſerta fuit, quæ eo potiſſimum nomine in hoc foro retinenda eſt, quia frequenter hæretici in locis præſertim vbi contra eos exercetur Inquiſitio occultare ſe ſolent, & clanculum hæreſes ſub ſpecie Sanctitatis, & fictæ pietatis, ac religionis inſinuare conſueuerunt. In Directorio Inquiſitorum *p. 3. num. 69 comm.* 16. §. quamquam in hoc crimine ſuper *tit. de* 1. modo procedendi in cauſa fidei per viam Inquiſitionis,

Quoniam autem ex tribus modis procedendi
in hoc Tribunali Primus per modum accuſationis non eſt vſitatus Secundus verò per denunciationem licèt ſit communis & vſitatus, magis videtur eſſe initiatiuus, quam completiuus totius proceſſus, quia ex eo quod Iudicibus fidei denunciantur rei læſæ Diuinæ Maieſtatis, illi incipiunt inquirere, & procedere, & in toto hoc negotio potiſſimas per teſtes ſibi vindicat inquiſitio, ideo ab hoc tertio modo procedendi per Inquiſitionem & Iudices vocantur Inquiſitores, & Tribunal, & Miniſtri dicuntur etiam eſſe Officij Sanctiſſimæ Inquiſitionis. 6.

Annotationes Carenæ ad Cap.10.§.3.

SVMMARIVM.

1 *De ſpeciali Inquiſitione remiſſinè.*

DE Inquiſitione ſpeciali in criminibus ad S. Officium ſpectantibus, vide Farin. *qu.* 185. *de hæreſi num.*43.*& ſeq* & omnes allegatos ad proximum Auctoris capitulum.

ARGVMENTVM.

Interrogationes quædam ſuper delictis ad hunc forum pertinentibus,quas Burchardus lib.1.director cap.94.Epiſcopis viſitantibus proponendas demonſtrauit.

SVMMARIVM.

Forma interrogandi Magos, Incantatores. diuinatores, aut Sortilegos n.2.
Forma interrogandi ſortilegia facientes in venatione aut animalium infirmorum ſanitate.n.3.
Forma interrogandi fœminas maleficas & incantatrices.n.4.
Forma interrogandi eos qui putant cum ſortilegys,ſe poſſe Dei Iudicium peruertere n.5.
Forma interrogandi eos, qui vanè obſeruant dies, lunam, & menſes n.6.
Forma interrogandi eos, qui aliquod opus incipiunt magica arte. n.7.
Forma interrogandi mulieres, quæ in ordiendis telis aliquid dicunt, aut variè obſeruant.n.8.
Forma interrogandi ſortilegos, qui de nocte ſupra mortuum diabolica carmina cantant n.9.
Forma interrogandi eum qui excommunicationem parui pendendam exiſtimat,n 10.
Interrogatoria Burchardi, vnde fuerint deſumpta. num.11.
Epiſcopi diligenter inquirere debent ſuper ſuperſtitionibus, & diuinationibus.n.12.

CAP. II.

SVPRA *cap.5.denique tum etiam, &c.*10.§.1. cum ageretur de Inquiſitione Generali, verſ.
1. Secundus caſus eſt, notificata fuit de quibuſdam Interrogationibus, quas hoc loco ex Burchardo recenſere promiſimus, quæ verò ad hunc forum pertinere poſſunt ſic habent.

Interrogatio 42.

2. Interrogandum ſi aliquis ſit Magus, Ariolus, aut incantator, diuinator aut ſortilegus, vel ſi aliquis vota ad arbores, vel ad fontea, vel ad lapides faciat, aut ibi candelam ſeu quodlibet munus deferat, veluti ibi quoddam numen ſit, quod bonum aut malum poſſit inferre.

Interrogatio 43.

Perſcrutandum, ſi aliquis ſubulcus, vel bubul-
3. cus, ſiue venator, vel cetri huiuſmodi, diabolica carmina dicat ſuper panem,aut ſuper herbas,aut ſuper quædam nefaria ligamenta, & hæc aut in arbore abſcondat, aut in biuio, aut in triuio proijciat, vt ſua animalia liberet à peſte, & clade, & alterius perdat.

Interrogatio 44.

Perquirendum ſi aliqua fœmina ſit quæ per quædam maleficia, & incantationes mentes hominum ſe immutare poſſe dicat, id eſt de odio in amorem aut de amore in odium conuertat, aut bona hominum, aut damnet, aut ſurripiat. 4.

Interrogatio 49.

Si eſt aliquis qui bibit aut manducauit, aut portauit ſuper ſe, quo exiſtimauerat ſe Dei iudicium peruertere poſſe. 5.

Interrogatio 50.

Si eſt aliquis, quis Calendis Ianuarij aliquid fecerat, quod a Paganis inuentum eſt, & dies obſeruauit, & lunam, & menſes, & horum effectiua potentia aliquid ſperauerat in melius, aut deterius poſſe conuerti. 6.

Interrogatio 51.

Si eſt aliquis, quodcumque opus inchoans, qui aliquid dixerat, aut quacumque magica arte aliud fecit, niſi vt Apoſtolus docet, omnia in nomine Domini facienda,neque enim dæmones in noſtrum adiutorium debemus inuocare, ſed Deum. 7.

Interrogatio 52.

Quærendum etiamſi mulierem in lanificijs, vel in ordiendis telis aliquid dicant aut obſeruent, niſi vt ſupra dictum eſt, omnia in nomine Domini. 8.

Interrogatio 54.

Si eſt aliquis, qui ſupra mortuum nocturnis horis carmina diabolica cantaret, & biberet, & manducaret ibi, quaſi de eius morte gratularetur. 9.

Interrogatio 57.

Si eſt aliquis excommunicatus, qui pro nihilo duxerit excommunicationem. 10.

Obſeruatio Prima.

Burchardus Epiſcopus Vuarmatienſis *lib.*1.*decretorum cap.* 94. incipit videte fratres, has, & alias interrogationes ibi delatas deſumere ſe dicit ex decretis Euthichiani Papæ *cap.*9. quæ tamen in duabus Epiſtolis decretalibus Euthichiani, quæ circumferuntur impreſſæ non reperiuntur, quinimò idem Burchardus *lib.*10. *decretorum*, vbi multos Conciliorum Canones refert, in quibus eadem interrogationum verba continentur(non ex decretis Euthichiani, ſed ex diuerſorum Conciliorum Canonibus deſumpta oſtendit, quod clarius patet ex decreto Iuonis *part.*11. vbi ad confutandas omnes diuinationes, incantationes, ſortilegia, & diabolicas illuſiones, & maleficia multorum Conciliorum 11.

ciliorum Canones recenſet, ſicut & Gratianus fecit 26. *quaſt.* 5. inde non magno labore poterunt Iudices fidei videre, ex quo potiſſimum Concilio deſumpta fuerit quælibet interrogatio.

Obſeruatio altera.

12. Quia dæmonis impoſturæ frequentes ſunt, & tendentes, vt homines in Idololatriam, & Apoſtaſiam inducant, quod maximè præſtare ſolet in illis Prouinciis, & locis, vbi, vel rarò verbum Dei prædicatur, vel negligentius Chriſtiana Doctrina docetur, vel Diœceſes minus frequenter, quàm ſacris Canonibus conſtitutum ſit, viſitantur, Ideo Epiſcopi ſuum officium ſuper inquirendis hæreſibus, & ſuperſtitionibus, & diuinationibus diligenter exercere curabunt: Maximè verò illi in hoc ſtudium incumbent, quæ in ſuis Diœceſibus habent Indæos, vel Græcos, genus hominum his impoſturis apprimè deditum. Et iuxta denunciationes generales, quas viſitantes à piis viris, & bonis Chriſtianis habebunt, poterunt alias interrogatione prudenter formare, vt perfectè intelligant veritatem.

Ad intelligenda verò huiuſmodi delicta curabunt præ manibus habere Burchardum, qui præcitato loco, & *lib.* 10. decretorum Canones Conciliorum contra has impoſturas recenſet; Item Iuonem qui *p.* 11. Decretorum, & Gratianum qui 26. *q.*1.2.3.4.*&* 5. idem præſtant. Et pœnitentiale Romanum nuper editum ab Antonio Auguſtino *tit.*4. de Incantatoribus, & Auguribus, & Diuinis, & ſortilegiis & variis illuſionibus diaboli.

Annotationes Carena ad Cap. 11.

NOtandæ ſunt hæ interrogationes Grauiſſimi Auctoris, de modo autem reos interrogandi vide quæ notauimus ad Librum Secundum Auctoris, vbi plura diximus in Praxi notanda.

FINIS PRIMI LIBRI.

FRANCISCI

FRANCISCI PEGNÆ
SACRÆ THEOLOGIÆ AC I.V.D.
Inſtructio, ſeu Praxis Inquiſitorum, Quæ nunc prodit in lucem.

CVM ANNOTATIONIBVS CÆSARIS CARENÆ Cremonenſis Sacræ Theologiæ, ac I.V.D.

LIBER SECVNDVS.

PRÆFATIO AVTHORIS.

IVXTA Conſtitutum ordinem agendum eſt iam in hoc Secundo Libro, de modo ſeu Methodo Iuridica conficiendi validos, & legitimos Proceſſus: Quoniam verò regulariter à denunciationibus inchoari ſolent, hic eſt enim communis, & vſitatus modus procedendi in hoc foro, ideò quomodo id peragatur, ſeriatim demonſtrabitur.

ARGVMENTVM.

De recipiendis denunciationibus.

SVMMARIVM.

Denunciatione recepta, Epiſcopus vel Inquiſitor procedit contra perſonas denunciatas, n. 1.

Denunciatione data Iudices fidei non ſtatim, & præcipitanter procedere debent, n. 2.

Denunciator reputatur teſtis ſponte comparens vt num. 2.

Forma recipiendi denunciationem, n. 3.

Denunciator non recipitur, niſi præſtito per eum Iuramento de veritate dicenda n. 4.

Iuramentum à teſte an dicatur præſtitum ex aſſertione Notarij dicentis N. teſtis iurauit tactis, &c. n. 4.

Denunciatori antequam ab Inquiſitore dimittatur, tota denunciatio, ſeu depoſitio ſicut ſcripta eſt legi debet, num. 5.

Denunciator debet ſe ſubſcribere denunciationi per eum factæ, num 6.

Denunciatori faciendum eſt præceptum, vt teneat ſecretum quod denunciauit, n. 7.

1. *Notarius in fine denunciationis debet facere fidem de lectura denunciationis denunciatori facta de eius ſubſcriptione, de additione, detractatione ſeu mutatione, prout fieri contigerit, & de iniuncto præcepto ſecreto, n. 8.*

Denunciator quando non poteſt expediri in vnico examine, quid faciendum, n. 9. & 10.

Denunciatores poſſunt eorum denunciationem in ſcriptis diſtēre eamque Inquiſitori exhibere, & quid tunc faciendum, n. 11. & 12.

CAP. I.

NON eſt hic ſermo de generali denunciatione aut Inquiſitione, de qua dictum fuit ſuprà *lib. 1. cap* 10. §. 1. & 2. ſed de ſpeciali, cuius vigore procedendum eſt contra certam, vel certas perſonas de hoc crimine Epiſcopo, vel Inquiſitori denunciatas, vt iudicies fidei intellecta, & recepta denunciatione ad ſpecialem Inquiſitionem deſcendant, vt ſupra eodem 1. *lib. cap.* 10. §. explicatum fuit.

In hac denunciatione recipienda Iudices fidei prudenter ſe gerere debent ne indiſtinctè, aut præcipitanter quorumlibet denunciantum voces confeſtim admittant, Iudicialiter recipiant, aut proceſſum inchoantes in proceſſu ſcribant. Qua in re hæc ferè animaduertenda occurrunt, cum denunciator (qui, & teſtis comparens appellari ſolet) ad Epiſcopos vel Inquiſitores accedit, antequam eius denunciationem in forma iuridica Notarius excipiat, interrogandus eſt, quid proponere velit, vt intelligatur; An quod denunciare decreuit ad Sanctum Officium pertineat, cum contingat ruſticos præſertim quoſdam & idiotas. Item eos qui ſcrupulis anguntur ea deferre, quorum cognitio ad Inquiſitores non ſpectat, horum enim denunciationes facilè recipiendæ non ſunt, ſed Inquiſitores pio, & paterno affectu eos erudient, & ne errent benignè admonebunt, aut ad aliquem Doctorem, ſeu virum eruditum mittent, à quo quid

quid tenere debeant, diſcant, & inſtruantur, Dominus Bannes apud S.Thom. 22. q. 53. art. 8. *dubio* 2. *verſ. ad ſeptimum argumentum.*

3. Sed cum cognouerint crimen delatum ad S.Officium ſpectare exacto iuramento à denunciatione de veritate dicenda, mox Notarius coram Epiſcopo, vel Inquiſitore, aut coram Epiſcopi, vel Inquiſitoris Vicario integram denunciationem recipiet, concipiendo denunciationem, ſiue narrationem denunciantis ſub prima perſona, vt præſenti cap. demonſtrabitur.

4. Ne de iuramenti validitate dubitare contingat, quod deficiente vniuerſa denunciatio corruet, meminit Inquiſitor, vt à denunciante ſeu teſte ſponte comparente ſicut, & à teſte citato ſuper Sanctis Scripturis tactis exigat iuramentum, & Notarius per extenſum ſcribat talem tactis ſcripturis, iuramentum præſtitiſſe, hoc enim tutius eſt, quàm ſcribere tactis &c. ne inde elaborandum ſit in huiuſmodi actibus defendendis propter hunc defectum; Sunt enim graues D. D. affirmantes non probari iuramentum fuiſſe formiter præſtitum & conſequenter examen eſſe inualidum, quando Notarius ſolum dicit, talis teſtis iurauit tactis &c. quia dicere oportet N. iurauit tactis ſcripturis; & hanc ſententiam Rota ſequitur, vt Verallus teſtatur: Verallus *deciſ.* 246. incipiente, *notarius, part.* 2. *& deciſ.* 295. *Incipiente teſtis non probat, part.* 3.

5. Denunciatione receptâ, tria hæc obſeruanda ſunt, antequam denunciator ab Auditorio recedat. Pri-Primum, vt tota denunciatio, ſeu depoſitio, ſicut ſcripta fuerit eidem denunciatori perlegatur quod prudenter Baldus conſuluit, vt integrum ſit addere, demere, vel mutare, Bald. *in l. final. n.* 1. *&* 2. *C. plus valere quod agitur, quem refert,* & ſequitur Felinus *in cap. per tuas num.* 7. *verſ.* 2. *adde de teſtibus,* & de hoc vide amplius infra, & hoc eodem lib. c. 22.

6. Alterum eſt, vt depoſitioni ſuæ denunciator ſubſcribat, aut ſi ſcribere neſcit ſaltem ſignum Crucis apponat, quemadmodum quædam legum decreta faciendum indicant in *l. ſcimus, §. ſin autem dubius, verſ. ſubſcriptionem C. de iur. delib. venerabili ſigno Crucis,* & *in authent. de teſtibus in principio, §. licere autem,* ibi, *& ſignum venerabile Crucis,* vbi gloſ. *in verb. venerabile.*

7. Tertium, & poſtremum eſt, vt denunciatori ſub præcepto præſtiti iuramenti iniungatur tenere ſecretum, quod Speculator monuit, & praxis huius fori prudenter obſeruat: Speculator *titul. de teſtibus, §. ſequitur de teſtium iuramento, num.* 2. *verſ. quidam etiam addunt, & bene.*

8. Idem Notarius in eadem ſcriptura teſtificabitur, & lectam fuiſſe denunciatori ſuam depoſitionem eique ſubſcripſiſſe, & addidiſſe, vel detraxiſſe, aut nihil mutaſſe prout fieri contigerit, & ſibi præterea fuiſſe iniunctum, vt ſecretum ſeruaret. Hæc eadem obſeruanda ſunt, cum teſtis citatus deponit, aut examinatur.

9. Sæpè contingit, vel propter temporis anguſtias, aut horam tardam, vel incompetentem, aut propter prolixam narrationem denunciantis, non poſſe vnico actu, ſiue contextu recipi integram denunciationem, quo caſu interrumpi ſolet depoſitio, & dici propter horam tardam dimiſſum fuit examen, iniunctumque quod redeat quamprimum ad Sanct. Officium, & quod ſe ſubſcribat, & hac praxi vtimur; cæterùm ſi fieri poteſt, etiam aliqua Iudicis incommoditate curandum eſt, ne depoſitiones denunciantium, vel teſtium citatorum interrumpantur. Vide infrà *in hoc lib.* 2. *cap.* 18. *§. illud quoque Inquiſitor præcaueat.*

Verùm ſi ob prædictas cauſas interrupta fuerit depoſitio, cùm iterum reuertitur denunciator ad integram denunciationem explicando iterato tactis Scripturis Sacris de dicenda veritate coram Inquiſitore, & Notario iurare debet, & rogari, ſeu moneri, vt dicat quæ ſibi dicenda ſupererant in alia ſua præcedenti comparitione, ſub die menſis in hoc S.Officio. 10.

Solent quandoque denunciatores defferre ſecum à ſe deſcriptam denunciationem, quam Inquiſitori exhibent, quo caſu eam in auditorio accipiet Inquiſitor, & Notario tradet proceſſui inſerendam, & Notarius ſcribet in actis qualiter N. tradidit ſuam denunciationem ſeu depoſitionem Domino Inquiſitori in ſcriptis tot folijs comprehenſam incipientem ſic &c. & finientem ſic &c. curabitque Inquiſitor vt denunciator ſuam ſubſcriptionem apponat, ſic & ego N. affirmo, vt ſuprà manu propriâ. 11.

Quoniam verò denunciatio, & verbo, & ſcripto fieri poteſt dummodo ea legitimè recipiatur in actis, non placet quorundam praxis iubentium in ſcriptis fieri debere denunciationes, præſertim cùm ſæpè contingat fieri denunciationes à literarum, & ſcribendi ignaris. Cæterùm licèt denunciatio in ſcriptis fiat, & ſcripta à Iudicibus fidei proceſſui inſerenda recipiantur, non ideò omittere debent ſolitas facere interrogationes. 12.

Annotationes Carenæ ad Cap. 1.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio debet continere nomen cognomen denunciantis.*
2 *Quid dicendum de denunciatione in ſcriptis ſine nomine, & cognomine, & an ſi agatur de delicto grauiſſimo procedendum ſit n.* 3.
3 *Deciſio Sac. Congreg. de Vrbe.*
4 *Denunciatio debet eſſe iurata.*
5 *Quomodo de iuramento debeat conſtare.*
6 *Denunciator excutiendus.*
7 *Denunciatori ſecretum indicendum.*

NOtanda ſunt, quæ hoc loco admonet Auctor circa denunciationem in S. Offic. circa quam aduertendum imprimis quod denunciatio debet continere nomen, & cognomen denunciantis, ita D. Transmiera *de obligatione denunciandi hæreticos, & ſuſpectos de hæreſi qu.* 7. *cap.* 3. *n.* 1. *& ſeq.* & in Edictis, quæ Inquiſitores publicant ex ordine ſupremæ Congregationis, in materia fidei leguntur infraſcripta verba. *Auuertendo, che à queſti noſtri precetti non ſodisfaranno, ne s'intendono ſodisfar quelli che con bolettini, ò lettere ſenza nome, & cognome delli Autori, ò in altra maniera incerta, (delle quali niun conto ſi tien nel S. Officio) pretendeſſero riuelar li Delinquenti.* 1.

Difficultas eſt, quid dicendum eſſet de denunciatione in ſcriptis porrecta, ſine nomine, & cognomine denunciantis, ſed cum plena narratione delicti, & nomine teſtium. 2.

In quo in meo tractatu de Officio S.Inquiſitionis dixi *p.* 3. *tit.* 1. *§.* 3. *num.* 21. *& ſeq.* quod quidquid voluerit Lud. à Paramo *de origine S. Inquiſit. lib.* 3. *q.* 6. *n.* 91. *& ſeq.* Vſus inueteratus in Sanct. Officio erat non procedendi ſuper huiuſmodi denunciatione idem ſcripſi *p.* 2. *tit.* 9. *§.* 7. *num.* 27. & vtrobique DD. allegaui, vbi tamen ageretur de delicto grauiſſimo,

mo, vt puta de hæreſiarcha, & dogmatizante vel alio ſimili crimine, conſulo Reuerendiſſimis Inquiſitoribus, vt Sacram Congregationem Vrbis conſulant. Aliquando enim Emin. illi Principes pro negotij qualitate ſolent Inquiſitoribus mandare, vt ſecretè, & cum maxima circumſpectione ſe informent, & Sacram. Congregationem ex poſt commonefaciant, ſic reſcripſit eadem Sacra Congregatio Inquiſitori Cremonæ ſub die 10 Maij 1619.

Debet denunciatio eſſe iurata, quia in hoc foro denunciator, eſt loco teſtis, vt dixi *d. tit.* 1 *num.* 20. & alibi ſæpè, & teſtis dictum, vt afficiat reum debet eſſe iuramento vallatum, latè ad hoc D.D. cu-
5. mulaui 3. *p. tit.* 7. §. 1. *&* *n.* 1. *& ſeq.* Et de hoc iuramento debet conſtare ex atteſtatione Notarij, ſeu Cancellarij S. Officij, qui vt notat hic auctor, dicat talem denunciantem tactis Sacroſanctis ſcripturis iuramentum præſtitiſſe, de qua re plura dixit Farin. *de teſtibus q.* 73. *num.* 74. Et ego *dict. tit.* 7. §. 1. *num.* 15. vbi allegaui hunc locum Pegnæ, de hac materia probanda iuramentum ex atteſtatione Notarij, & de enunciatiua Notarij, *teſtis iuratus &c. & teſtis iuratus in forma.* Addentes *ad deciſ.* 39. *Gregor. XV.* & Ferentill. *ad dec. Buratti* 148. *num.* 11. *&* 12. vbi latè aliæ deciſione. Rot. allegantur & firmatur ex enunciatiua *iuratus in forma*, probari iuramentum ſufficienter, cum ait Ferentill. idem importet dicta enunciatiua, ac teſtis qui iurauit tactis ſcripturis.

6. Poſt denunciationem com, vt dixi denunciator ſit loco teſtis diligenter debet ab Inquiſitore examinari, & Interrogari ſuper his quæ denunciauit, vt notat benè Auctor, & poſt completum examen, debet ſe ſubſcribere, de ſubſcriptionis forma, & effectibus, & modo qui ſeruatur in Hiſpana Inquiſitione dixi *in eis tit.* 7. §. 3. *n.* 18. *& ſeq.*

7. De Decreto indicendo denuncianti, teſtibus, & reo dicam *infrà*, & de eo egi latè *part.* 2. *tit.* 17. §. 17. *&* *p.* 3. *d. tit.* 7. §. 3. *num.* 3.

ARGVMENTVM.

Formula recipiendi denunciationem, ſiue teſtem ſpontè comparentem ad denunciandum.

SVMMARIVM.

Forma denunciationis, & quid tunc facere debeat Inquiſitor. num. 1.

Denunciator debet ab Inquiſitore interrogari de pluribus de quibus. n. 2.

Notarius in examine teſtium debet ſcribere omnia interrogatoria per extenſum. n. 3.

CAP. II.

1. IN hoc foro hæc formula communiter recepta eſt. [Die   menſis   anni   comparuit ſpontè perſonaliter in tali Inquiſitione coram R. P. Fr. N. Ordinis Prædicatorum Sacræ Theol. Lectore, vel Magiſtro, in meique Notarij præſentia N. filius N. de tali loco ætatis ſuæ anno circiter   talis, & talis conditionis, qui medio eius iuramento tactis Sacroſanctis Scripturis præſtito expoſuit vt infra, vid. &c.] Et ſcribatur eius denunciatio, ſiue teſtificatio, prout à denunciante propoſita fuerit, & poſtquam recepta fuerit, Inquiſitor vel eius Vicarius in auditorio Notario fideliter excipiente, prudenter eundem denunciatorem ſuper infraſcriptis interrogabit.

Primùm ſi non eſt perſona nota, interrogabit de nomine, cognomine, Patria, & exercitio, & in quo loco habitet.

Deinde à quanto tempore cognouerit N. contrà quem denunciauit.

Item quæ fuerit cauſa cognitionis.

Rursùs an aliquando ex verbis vel ex factis obſeruauerit prædictum N. eſſe ſuſpectum in his quæ ad fidem pertinent.

Item quoties viderit N. feciſſe, vel dixiſſe illa, propter quæ ſibi fuit hæreticus, vel de hæreſi ſuſpectus.

Item quo tempore, & quibus præſentibus prædictus N. fecerit, vel dixerit illa, de quibus fuit denunciatus.

Item ſciat prædictum N. in prædictis delictis habuiſſe complices, vel ſcripturas pertinentes ad delicta denunciata.

Item ad quem finem, & effectum prædicta fuerint facta, vel dicta à prædicto N. & an ſeriò, aut ioco prædictus N. talia dixerit.

Quod ſi longum interuallum ſit inter tempus quo aſſeruntur delicta denunciata fuiſſe commiſſa, & tempus quo facta fuit denunciatio, quærendum eſt à denunciante, cur tandiu diſtulerit accedere ad S. Officium, & non antea depoſuerit, præſertim ſi ſciebat ex omiſſione incurrere in pœnam excommunicationis.

Item an ſciat aliquid aliud de N. quod concernat Sanctum Officium, vel etiam de aliqua alia perſona.

Item an aliquando habuerit cauſam odij, vel inimicitiæ cum prædicto N. & vnde proceſſerit.

Item interrogabitur quo zelo, & qua intentione ad S. Offic. & ad denunciandum acceſſerit.

Item an aliqua animi paſſione, mala voluntate, vel odio, vel ſubornatione inductus denunciauerit, & monebitur, vt dicat ingenuè veritatem.

Et meminerit inprimis Inquiſitor vt de cauſa ſcientiæ diligenter ſemper inquirat indè enim potiſſimùm pendet pondus, & validitas teſtimonij.

Et iuxta contenta in denunciatione, & alias reſponſiones, quas denunciator dabit, poterunt fieri aliæ prudentes interrogationes, vt veritas clariùs elucescat.

Quicquid autem ad ſingulas interrogationes denunciator reſponderit, Notarius fideliter deſcribet, & omnibus tandem peractis concludetur ſic.

Quibus habitis fuit dimiſſus, & iuſſus in virtute præſtiti Iuramenti ſeruare ſilentium, & iniunctum vt ſe ſubſcribat.

Obſeruatio.

In interrogandis teſtibus, & reis iubeat Inquiſitor Notario, vt ſcribat omnia interrogatoria per extenſum, vt intelligi poſſit, an competentes ſint reſponſiones, & an teſtes vel rei ad propoſitum reſponderint. Hinc enim ceſſabit abuſus quorundam, qui omittentes ſcribere interrogatorium per extenſum ſolent dicere, ſic interrogatus reſpondit, tunc enim poteſt intelligi, an teſtes, vel rei ad propoſitum reſponderint.

Annota

Annotationes Carenæ ad Cap. 2.

SVMMARIVM.

1 *Denunciator excutiendus ſuper cauſis ſcientiæ.*
2 *Interrogandus cur diſtulerit denunciare.*
3 *Denunciatori miſſo a confeſſario augetur fides.*
4 *Interrogatorium an amore, vel odio &c. non eſt omittendum.*

POnit hoc loco Auctor modum excutiendi denunciantem, qui diligenter obſeruandus eſt, videndus etiam in hac re erit P. Maſſin. *in ſua Praxi Sancti Offic. p. p. fol. mihi* 22. ſecundæ impreſ.

1. Diligenter autem interroganda præcipuè ſuper cauſis ſcientiæ, quia ratio eſt anima teſtis, de qua te latè dixi *part. 3. titul. 6 §. 10. per totum.*

2. Non eſt omittenda interrogatio cur diſtulerit denunciare N. S. Officio, tum quia aliquando ex tarditate in denunciando præſumatur in denunciante calumnia, vt per Fariu. *de indic. & tort. quæſt. 45. num.* 103. tùm vt ſciatur an denunciauerit ad id coactus à confeſſario, qui noluit eum abſoluere, niſi denunciaret. Quia in hoc caſu augetur fides denuncianti, dixi *part. 2. tit. 6. §. 9. n. 55.* verſ. *Primò conſiderandum.*

3. Inter alia neceſſarium eſt interrogatorium, an amore, vel odio, quia cum in Officio non pandantur reis nomina teſtium, & ideo eis multum ſint obtruncatæ defenſiones, vt notaui *ad quæſtio. 14. Guid. Fulcodij num.* 8. æquitas omnis expoſtulat, vt Inquiſitores diligenter animaduertant ad qualitatem teſtium, an ſcilicet ſint reis inimici, & quomodo contra eos depoſuerint.

ARGVMENTVM.

Quando denunciatores non ſunt præſentes, ſed per literas denunciant Inquiſitoribus delicta hæreſis, vel Apoſtaſiæ, an procedere poſſint contra tales denunciatos.

SVMMARIVM.

Teſtes non poſſunt deponere per ſcripturam ſed ore proprio teſtificare tenentur num. 1. Contra num. 2. diſtingue plures caſus num. 3. & ſequent.

Denunciator poteſt abſens per litteras ſuam denunciationem tranſmittere quando eſt perſona digna. & facile ad Inquiſitorem accedere non poteſt, præſtito tamen iuramento apud Inquiſitorum Commiſſarios num. 3. Idem ſi in infirmitate aut carcere impeditur ad Inquiſitorem venire num. 4. & 5.

Denunciatores quando admittuntur abſentes per literas quid tunc obſeruare debeat Inquiſitor. num. 6. & ſequent.

Inquiſitores poſſunt Vicarios ſiue Commiſſarios inſtituere, num. 4. verſ. nec dubium.

CAP. III.

SÆpe contingit denunciatores præſertim in
1. locis remotis degentes non per ſe ipſos, ſed per ſecretas literas alicuius hæreſim, vel Apoſtaſiam denunciare, & conſequenter meritò quæritur, An Inquiſitores aduerſus talem denunciatum præſertim bonæ opinionis, & famæ procedere poſſint. Hæc quæſtio pendet ab illa, An teſtimonium illorum ſit recipiendum qui illud proferunt in ſcriptis, in qua Geminianus, & eum ſequutus Albertin. opinionem negatiuā tenuerunt aſſerentes teſtimonium volentis loqui, in ſcriptis non valere, quibus adſtipulatur auctoritas Calixti, prohibentis, ne teſtes per quamque Scripturam teſtimonium proferant. Gemin. *conſil.* 14. incipiente *in cauſa prioris num.* 4. Arnaldus Albertinus *tract. de Agnoſcend. aſſertion quæſt. 34. num* 54. vbi allegat Ioannem de Imola Abbatem, & alios *in cap. de teſtibus titul. de teſtib.* Calixtus *in Epiſt. 2. ad Epiſcop. Galliæ,* quem refert Gratian. *in cap. Teſtes 3. quæſt. 9.*

Contrariam ſententiam profitetur Bartol. affirmans valere dictum teſtis, vel rei ſcribentis depoſitionem, & ſcriptam Iudici tradentis, licet Iudex poſſit compellere teſtem, ad referendum viua voce, vt facilius comprehendat veritatem, Bart. *in l. Theopompus num.* 12. verſ. *quæro an teſtis, ff. de dot. prælec.* 2

Et licèt Panormitanus putet Bart. ſententiam eſſe de directo contrà text. *in d. cap. teſtes 3. quæſt.* 9. addátque in contradictorio Iudicio poſſe annullari tale teſtimonium in ſcriptis Iudici traditum, & magis videatur prima negatiua ſententia ad veritatem accedere. Nihilominùs tamen in caſu propoſito locum habere poteſt opinio Bart. prudenter intellecta, & ad praxim redacta diſtinguendo aliquot caſus facilioris doctrinæ gratiâ, Panormitan *in cap. de teſtibus n. 10. verſ. ego puto de teſtibus.*

Primus caſus eſt, quando is, qui per literas ſecretas defert aliquem de hæreſi, vel Apoſtaſia eſt 3
fide dignus, & habitat in locis remotis, itavt facile ad Inquiſitorem accedere non poſſit. Huius enim teſtimonium (vt ait Simancas) repellendum non eſt, concurrentibus duobus requiſitis ab eodem Simanca indicatis, videlicet, quod is, qui ſcribit literas aliqua fide dignus eſſe videatur, & quod iuramento id confirmauerit apud Inquiſitorum Commiſſarios, Simancas *de Cathol. Inſtit. titul. 44. de ordine procedendi, num.* 10.

Secundus caſus eſt, quando ille, qui per literas denunciat eſt ſimiliter fide dignus, & licet non ſit 4
in locis multum remotis, quoniam tamen ægrotat, vel alio legitimo impedimento detinetur, non poteſt facile ad Inquiſitorem accedere, tunc enim ſcriptæ ab eo literæ ad Inquiſitorem inquiſitioni initium dare poterunt.

Tertius caſus eſt, quando is qui denunciat ratione alicuius qualitatis detinetur, quo minus ad In- 5
quiſitorem, accedere poſſit, tunc enim per litteras, & chyrographa denunciare poteſt, & iuxta qualitatem denunciantis, & rei denunciatæ inquiſitor inchoare poterit ſuum proceſſum, tales ſunt Moniales & aliæ honeſtiores fœminæ, quæ non ſunt facile in iudicium quæ ab Inquiſitoribus trahendæ, ſed vel ad eas ſuper denunciatis audiendas & interrogandas, ipſi potius ire, vel alios mittere debent. Quod ex dignitate, & authoritate, & honeſtate, aliiſque teſtium qualitatibus, vt Simancas prudenter admonuit, conſtituendum erit, Simanc. *de cath. inſt. titul. 64. de teſt. num.* 13.

Cæterùm in omnibus præfatis caſibus, & alijs ſi- 6
milibus quamuis propter ſecretas literas Inquiſitores inchoare poſſint proceſſum, & procedere contra denunciatos, tutius tamen eſt, vt antequā ad aliquem actum præiudicialem contra ſic denunciatum procedant vnum de infraſcriptis obſeruent.

Primum, vt ſi commodè fieri poſſit, & grauitas caſus meritò exigere, videatur ipſe Inquiſitor ad ſcribentem litteras ſeſe cum Notario conferat denunciantē examinaturus modo in ſuperioribus tradito.

Vel ſuum ſocium ſiue Vicarium ad eum tranſmittat cum prædictis litteris ſuper quibus more ſolito denunciantem examinabit, vt recognoſcat an ſint ſuæ, quo conſilio aut cauſa ſcriptæ.

Nec dubium, quin id facere Inquiſitor iure poſſit, cum Inquiſitores, Vicarios ſibi, ſiue Commiſſarios inſtituere poſſint, vt copioſè in Directorio ſcriptum eſt, in Directorio Inquiſitorum *p.3.num.17.& multis ſeq. de inſtit. Vicar.ſeu Commiſſ.* & ibi latè *comm.10.& eadem p.3.q.13.*

Vel ſi in illis partibus habet iam Inquiſitor aliquem Vicarium, ſeu Commiſſarium inſtitutum ad illum ſcribat ſecretas illas litteras denunciatoriam tranſmittendo, vt denunciantem promiſſo iuramento de more examinet. Nam Inquiſitores ab Vrbano, & aliis Pontificibus poteſtatem habent committendi teſtium examinationes. Ab Vrb.IV. in Extrauag.incipiente, *licet ex omnibus*, quæ habetur in fine Directorij Inquiſitorum inter litteras Apoſt.pro Offic.S.Inquiſitionis.

Ex his facilè ceſſabit difficultas ex decretali Innocentij III.iubentis non procedendum contra aliquem ad petitionem eorum qui cedulas proponunt iudicibus contra aliquem, in qua diluenda laborat Simancas, Innocent.III.*in c.Inquiſitionis §.tertia dubitationis de accuſat.*Simanc.*de Cathol. inſtit. tit.44.de ordine procedendi n.10.*

Annotationes Carenæ ad Cap. 3.

SVMMARIVM.

1 *Denunciandi modus per Epiſtolā non eſt iuridicus.*
2 *Quando poſſit practicari, & quæ tunc obſeruanda, num.3.*
4 *De denunciatione facienda à Moniali, vel puella nobili.*
5 *Forma recipiendi hanc denunciationem.*

1 DEnunciandi modus per Epiſtolam, quamvis nec iuridicus ſit, & plenus magnis periculis, vt
2 obſeruauit D.Tranſmiera *de obligation denunciandi, quæſt. 7. cap. 2. num.2.* Attamen aliquando neceſſe eſt, quod fiat in certis caſibus enumeratis ibi à D. Tranſmiera *num 4.* Cùm in longinquis, & paruulis locis adeſt vnus tantum Capellanus, qui fœminam honeſtam ſollicitauit, quæ ad loca vicina vbi vel Inquiſitores, vel eorum Commiſſarij, & Vicarij reſident ſe transferre nequit, vel ſi ipſe Capellanus non poteſt ad Inquiſitorem vel Commiſſarium vicinum accedere. Quinimò addit idem Tranſmiera, quod ſi vnicus tamen ſit Capellanus, qui fœminam ſollicitauit, poteſt ſi fœmina neſciat ſcribere, mandare alicui confidenti, vt Epiſtolam ſcribat Inquiſitori, in qua ei denunciet Capellanum.

3 Et licèt hi caſus ſint Methaphyſici de rarò contingentibus tamen vbi aliquis eorum accideret animaduertenda eſt perſona denuncians de iuramento ab ea præſtando, de conſignando Epiſtolam ei qui tutò eam Inquiſitori deferre poſſit, & quod confidens cui fœmina neſciens ſcribere negotium communicaſſet .... illud alicui non reuelare.

4 De denunciatione facienda à Moniali, vel puella nobili honeſtiſſima, quæ nequit ad Sanctum Officium accedere, videndi ſunt Pater Boſſius amiciſſimus meus *in ſua Appendice ad tractatum de Iubileo, dubitat 31.* Lazar.*de Blaſphem q.12.n.65.* Acugna *de confeſſ.ſollic.q.22.n.14* Mart Delrio *diſquiſit.Magic. lib.5. ſect. 5. num. 3.* Comitul. Reſponſ. *Moral. lib. 4 q. 7. in fin.* Portell. *in dubijs regul.* in *verbo ſollicitare num.21.* D. Tranſmiera *loco ſuprà citato*, Lupus *in Comment. ad Edictum Sancti Officij p.p.lib.4. diſt. 4. art. 2. diffic. 2. & 3.* & ego ipſe *p. 2. tit.9.§.7.n.34.*

Ex quorum omnium dictis colligitur quod monialis, & huiuſmodi virgo tenentur denunciare coram ſuo confeſſario, qui ad id petit à Reuerendiſſimo Inquiſitore licentiam, & facultatem recipiendi dictam denunciationem quam vti ſpecialiter deputatus recipiet, præuio iuramento, ſubſcriptione, & indictione ſecreti, & bene eam interrogabit, & excutiet.

Monent tamen ſupra citati Doctores, quod deberet confeſſarius in hoc caſu accipere à moniali Mandatum denunciandi Inquiſitori extra confeſſionem, ita Comitull.Tranſmier. & alij apud ipſum.

Formulam accipiendi hanc denunciationem ponit Lupus vbi ſupra *difficultate 2.* Seia dimiſſa 5
à confeſſario, qui noluit eam abſoluere, niſi Sancto Officio denunciaret. [Coram me N. ſpecialiter à Reuerendiſſimo Patre Inquiſitore deputato comparuit ſponte die menſe anno & ei delato per me iuramento quod tactis Sacroſanctis Euangelijs præſtitit, pro exoneratione conſcientiæ ſuæ, vt dixit denunciauit in modum ſequentem videlicet, Ponatur.]

Modus hic denunciandi coram confeſſario approbatus reperitur à S. D. Vrban. VIII. in Epiſt. tranſmiſſa Epiſcopis nomine Sacræ Congreg. ſub die quæ impreſſa habetur apud Rodericum Acugna, & Bariolam *in floribus directorij*, vbi ſic legitur, *N. S. ſi contenta, che dal Veſcouo, ò dall'Inquiſitore ſi dia auttorità al Confeſſore di recceuer per ſcrittura, & con il giuramento la denoncia per portarla ſubito, à chi li hauerà dato auttorità di receuerla.*

Occaſione huiuſce rei plura dicenda eſſent de Monialibus in ordine ad hoc Sacroſanctum Tribunal, ſed de hac re latè in meis additionibus ad *tract. de Officio Sanct.Inquiſitionis.*

ARGVMENTVM.

Formula recipiendi Confeſſionem ſponte comparentis de ſeipſo teſtificantis.

SVMMARIVM.

Sponte venire ad pœnitentiam, & miſericordiam recipiendam quid dicatur, n.1.& 3.
Sponte venientes, & pœnitentes ſuos errores confitentes mitius tractandi ſunt quàm qui non ſponte veniunt, num.2.
Abiurare non publicè, ſed ſecretè debent illi qui ſponte venientes ſuos confitentur errores, n.2.
Forma recipiendi eos qui ſponte venientes ſuos confitentur errores, n.4.& ſeq.
Interrogatoria quæ non facienda ſunt ſponte venientibus, & ſuos errores confitentibus, num. 6. & ſeqq.
Sponte non dicitur comparare, pœnitens qui comparet poſtquam fuit denunciatus, vel indicijs præuentus, licet non fuerit citatus n.12.

Cap. IV.

Antequam ad vlteriora procedatur viſum eſt hic poſt explicatam praxim recipiendi confeſſionem denunciantium contra alios agere de praxi recipiendi teſtificationes ſpontè comparentium, contra ſe ipſos teſtificantium.

Sponte venire dicuntur, qui voluntarie ad S.Officium accedentes ſuos confitentur errores, & eorum veniam petunt, antequam ab aliquo præueniantur, vel denuncientur, & meritò quia ſponte fieri dicitur quod quis à ſe ſua voluntate non inuitè facit, quod etiam Archidiac. & Eymericus ſenſerunt *l.ſponte, ff.de muner & honor.l.1.C de his qui latrones occult l.4. §.fin.C.ad l. Cornel. de Sicar.* Arch
2. chid. *in cap. vt Commiſſi*, in verbo *obedientes de hæret.lib.6.* Eymericus *in directorio Inquiſitorum p 3. num.58.in principio tit.de ſponte reuenientibus in tempore gratiæ.*

Sponte venientes, & ſuos errores confitentes magnum priuilegium conſequentur, quoniam mitius tractandi ſunt, & ſi peccatum occultum fuerit, pœnitentia etiam occulta iniungenda eſt, quamuis errores abiurare teneantur, vt eleganter docuit Concilium Bitterenſe in directorio ad hoc propoſitum allegatum cap.Prouerbiorum §.*diſtinctum* glo.*in c.de hoc in verb.in iure de Simonia*, vbi Hoſtienſis, & Panormitanus *num.6.* Concilium Bitterenſe *cap. 5.* relatum in Director. Inquiſitorum *p. 2. comm.65.§. Qui primo modo reuertuntur.* videatur etiam directorium *part.3.comm.12 n. 56. § Magnam veniam*, vbi plura de ſponte comparentibus.

3. De ſponte relicta hæreſi ad Eccleſiam venientibus, & quomodo olim reciperentur elegans extat Epiſtola Cornelij ad Cyprianum *lib. 3. Epiſt.* 11. aliàs ſecundum ordinationem Pamelij, & 46. incipit, *quantam ſolicitudinem*, vbi Cornelius ſponte redeuntes vocat eos, qui ſimplici voluntate veniunt, dicentes, Nos errorem noſtrum confitemur, Nos impoſturam paſſi ſumus, Circumuenti ſumus perfidia, & loquacitate captioſa.

4. Cum his ergo hæc praxis ſeruanda eſt. Die menſe Anno Comparuit ſponte perſonaliter in S.Offic.talis Ciuitatis, vel loci coram R.P. Fr. N.Ordinis Prædicatorum Sac.Theol.Mag.vel Lect. in meiq. Notarij præſentia N.filius N.de tali Ciuitate, vel oppido, degens ſub Parochia N.ætatis ſuæ anno circiter qui medio ſuo iuramento quod tactis ſcripturis præſtitit, dixit, depoſuit, & confeſſus eſt vt infra, videlicet.&c.

5. Hic inſeritur confeſſio ſponte comparentis confitentis ſuos errores, quæ coram Iudice fidei facta ſimpliciter, & fideliter excipienda eſt à Notario, prout à ſponte comparente verbo profertur. Quod ſi eam ſcripto exhibeat, obſeruandum eſt, quod ſupra dictum eſt de denunciante in ſcripto ſuam denunciationem exhibente.

6. Mox interrogabitur, an illis erroribus adhæſerit, vel potius de illis dubitauerit.

Rutſus interrogabitur quanto temporis ſpacio in
7. illis erroribus, & hæreſibus permanſerit, & à quibus, & quomodo eas didicerit, & an aliquos libros hæreticos, vel ſuſpectos habuerit, & legerit, & quos, & à quibus habuerit, & quid de illis fecerit.

8. Præterea diligenter interrogabitur de complicibus in hæreſibus, & illarum nomina explicet, & ſimiliter explicabit hæreticos, vel ſuſpectos de hæreſi quos cognouerit.

9. Et moneatur etiam quod aduertat bene, & ſimpliciter dicere integram veritatem, quam nouerit tam de ſe quàm de aliis, quia ſi poſtmodum
reperietur aliquid dolo ſubticuiſſe velut diminutus 10.
confitens & impœnitens, ac fictè conuerſus iudicaretur.

Interrogetur item an aliquando in aliquo Tribunali, ſeu coram aliquo Iudice de prædictis erroribus, ſeu de aliis ad hæreſim ſpectantibus fuerit
inquiſitus, proceſſatus, aut delatus, vel denunciatus. 11.

Interrogetur etiam, an peniteat ipſum in huiuſmodi errores, & vel hæreſes incidiſse, & an paratus ſit illos errores, & quaſcumque alias hæreſes aduerſus Sanctam Apoſtolicam, & Romanam Eccleſiam ſe extollentes, abiurare, maledicere, & deteſtari, & de cætero Catholicè iuxta
Romanæ Eccleſiæ fidem viuere, ac pœnitentiam 12.
ſalutarem, ſibi iniungendam deuotè adimplere.

Animaduertant diligenter Inquiſitores, quod ſi quis accedat ad S.Officium ad confitendos ſuos errores, & poſtquam fuit denunciatus, vel Indicijs præuentus, licet ipſe reus nondum fuerit verbaliter citatus non debent Inquiſitores in principio comparitionis ſcribere, quod talis ſponte comparuerit quia talis comparitio poſt delationem non præſumitur ſpontanea, nec facta candida, & ſimplici voluntate, ſed potius meticuloſa, & inuita, metu, & timore probationum ad euitandas pœnas ordinarias poterit tamen ſcribi, quod talis non citatus, nec vocatus comparuit.

Quo pacto ſponte comparentium cauſæ expediri debeant, in quarto libro demonſtrabitur.

Annotationes Carena ad Cap.4.

SVMMARIVM.

1 *De ſponte comparentibus remiſſiuè.*

2 *Confeſſario ſollicitanti, an poſſit imponi ſuſpenſio à confeſſionibus, & quid cum eo prácticandum*

3 *De ſpontè comparente diminuto.*

4 *De ſpontè comparentibus notanda plura ex Illuſtriſs.Inquiſitore San Vincente.*

De ſpontè comparentibus latè dixi *p.2.* in peculiari titul.de ſponte comparentibus, & de tempore gratiæ, vbi explicaui qui propriè ſint in
hoc foro ſponte comparentes, & in quo differant ab his, qui non citati, & non vocati veniunt ad ſe denunciandum in Sancto Offic. aliqua etiam de eiſdem ſponte comparentibus notaui in meis annotationibus *ad q.1 Guid.Fulcodij.* 1.

Regulariter ſponte comparentibus imponuntur tantum pœnitentiæ ſalutares.

Difficultas poteſt aliqua eſſe ſollicitanti ſponte comparenti, an ei poſſit imponi ſuſpenſio à confeſſionibus. 2.

Ego in praxi numquam vidi iniunctam huiuſmodi confeſſarijs hanc ſuſpenſionem quia in Sancto Officio inuiolabile eſt priuilegium ſponte comparentium, ſcio bene aliquando ex prudentia Eminentiſſimorum Supremorum Inquiſitorum huiuſmodi confeſſarijs ſponte comparentibus iniunctum, vt confeſſiones non audirent, niſi ex ſuorum ſuperiorum obedientia in quo mandato elucet ſumma integritas, iuſtitia, & æquitas Eminentiſſimorum Patrum, qui Supremo Vrbis Tribunali præſunt, ſeruatur enim hoc modo indultum ſpontè comparentium, & ſaluti confeſſarij conſulitur & Sacramenti dignitati.

Optimè auctor monet, vt ſpõte comparens plenam de ſe, & alijs veritatem fateatur, aliàs enim vti diminutus confitens non poteſt frui beneficio
3. ſpontè comparentium, dixi *tit.* 18.*p.p.*§.1.*n.*7. videatur P. Alberghinus digniſſimus Qualificator in Regno Siciliæ in ſuo Manuali Qualificatorum c.40. per totum, vbi non ſolum de diminutè confeſſo, ſed etiam de ſpontè comparente aliàs præuento in aliis Inquiſitionibus.
4. Et quia de hiſce ſpontaneis confitentibus plura notauit illuſtriſſimus Inquiſitor San-Vincente eius ſcripta hîc tranſcripſi, quæ habui ab Illuſtriſſimo, & Religioſiſſimo D. meo Don Conſalno Brauo Graſcera meritiſſimo Inquiſitore in Regno Siciliæ.

Cap. IV.

De Confeſſionibus Spontaneis.

RAtioni conſonum eſt omni benignitate, & miſericordia admitti, & tractari illos qui ſua ſponte, & vltro declarant crimina Tribunali Sanctiſſimæ Inquiſitionis antequam, de illis fuerint teſtificati, Siquidem, *in l. Veteri*, ille qui furti, conuictus fuerat condemnabatur vt reſtitueret quinquies duplum, quam fuerat furatus. Qui ſi talis fur ſpontaneè confitebatur ſuum delictum, ſolum damnabatur, vt reſtitueret eandem rem vel valorem, & vltra quintam, partem tamen, vt conſtat Eod. *a. & num.*5. ſic Nicol. de Lyra, & ſic ſententia D. Auguſtini, & lex naturalis idem docet in exemplo Dacij relato à Terentio, & facit *l. edicto ff. de iure fiſci.*

Et ſic quando ſe reus defert ſpontaneè antequam teſtificetur, & integrè ſua delicta, & complices manifeſtat, tametſi præſumatur id feciſſe ob metum ne teſtificetur à compluribus incarceratis eſt receptum in praxi talem nullatenus incarcerari, niſi expediret videatur eſſe in loco cuſtodiæ, vbi ab alijs non poſſit ad malum induci, & ſolet eiuſdem cauſa agi eo areſtato domi ſuæ, vel in Ciuitate, & ſi minor 25. annis eſt, prouideatur illi curator, in cuius præſentia ratificetur ſecundum verum confeſſionem, & declarationem ab eo factam, & cauſa concluſa ſi conſtat fuiſſe hæreticum formalem deliberatur vt in loco audientiæ reconcilietur, dummodo ſi vir eſt ſit maior 14. annis, & tunc imponetur illi habitus tantum durante actu reconciliationis cum bonorum confiſcatione, & ad hoc prius debet à Supremo Conſilio facultas obtineri, ſtatim enim conceditur, licet iam viderim aliquos ita fuiſſe reconciliatos non petita venia à ſupremo Conſilio ſed mihi tutius, & neceſſarium videtur cum ſit contra inſtructionem non exire in actum publicum.

Et ex his ſpontaneis aliquos, vidi etiam Iudaizantes in quadam Inquiſitione qui reconciliati fuerunt cum confiſcatione bonorum vt regulariter fit, licet aliquando conſulto Supremo Conſilio prouideatur vt reconciliati dent certam quantitatem ne ab eis eorum bona auferantur, & vendantur.

§. I.

QVando nulla præceſſit probatio de commiſſione, quod reus ſponté confitetur, nec de proximo ſperatur, quatenus ex eius dictis colligatur confeſſionem eſſe diminutam, debet talis confeſſio admitti ſecundum Bartol. *in l. Aurelius §. idem quæſitum ſ. ff. de lib. legata*, & Iul. Clar. *qu.*55. *num.*15. & 56, quia qui proprium delictum fatetur poterit ſuam interpretari confeſſionem, *Bald. in addit. Specul. depoſ. in quinta col. & in cap.* 1. §. *ſi vaſſallus col. vltima de contro. in verſ.* 1. *& latè* Farin. *qu.* 81. *num.* 15, Royas *de heret.* 1. *p. à n.* 149.

Et ſic talis reus eſt reconciliandus poſtquam confeſſus fuerit intentionem, & pertinaciam, & credulitatem, & debet fieri reconciliatio ſecreta, & ſi videatur dictam confeſſionem non fuiſſe factam metu probationis cum reus ſit minor, aliquando poteſt reconciliari ſine habitu & abſque bonorum confiſcatione, conſulto tamen prius Conſilio Supremo, quia eſt contra Inſtructionem 4. & 8. de Seuilla, & ita in duabus cauſis conſulto Senatu mihi reſponſum fuit, & in ſententia declaratur fuiſſe diſpenſatum ab Illuſtriſſimo Inquiſitore Generali in bonorum confiſcatione, ſcilicet ne confiſcarentur, & iure communi, niſi reus ſit alieni generis de quibus iam deliberatum eſt Epiſtola, quæ dicitur vulgò *accordada* anni 1605. die 25. Apr. fieri poſſe ſine habitu, & bonorum confiſcatione, & ad cautelam tantum abſolui, quando non fuerant prius inſtructi, ſeu Cathechizati ſufficienter circa noſtræ fidei miſteria, & quando reconcilientur ſola eorum confeſſione ſine aliis audientijs, & accuſatione per Inquiſitores tantum non conſulto Ordinario, vt animaduertere. Vide Supremum Conſilium in quadam Inquiſitione.

§. II.

QVando aliqui Viri minores 25. annis, & maiores aliquantulum 14. & fœminæ paulò maiores 12. annorum, & ſuos errores fuerint confeſſi quos antè prædictam ætatem habuerunt non obſtante Inſtructione Valliſoletti diſponente quod tales abiurent ſuos errores, quos habuerunt durante minoritate, ſi iam erant doli capaces, & præſumitur, Idolea *part. Verſ.* 13. an & fœmina 12. plus minuſue tales debent abſolui ad cautelam abſque aliqua pœna ſpirituali, & pœnitentia & tradantur alicui viro religioſo, vt illos doceat, & inſtruat circa noſtræ fidei myſteria, & quia hæc doctrina apponitur dictæ inſtructioni tutius eſt conſulere Supremum Conſilium, niſi tales ſpontanei eſſent de dictis alienigenis, quod videlicet vide Supremum Conſilium decreuiſſe in aliquibus, qui videbantur ex Melancholia, vel ſcrupulo peccaſſe, vel ex aliqua animi incapacitate agitari, vt ſupra dixi *l.* 2. §. 16.

§. III.

SI confitentes ſpontanei dicant ſe feciſſe aliquod opus exterius contra fidem ſine intellectus errore, quamuis aliqualis præceſſerit probatio non debent hæretici probari, vt in cap. dixi *Apoſtolos* 24. *q.* 1. Nam qui erant, & parati corrigi nequaquam ſunt inter hæreticos computandi, *&c. quicumque de heret. in* 6. Caſtr. *de inſtit. hæreticorum lib.* 1. *c.* 1. S. Thom. 22. *qu.* 11. *art.* 1. Royas *à num.* 34. *vſque* 40. Albert *in rubr. de heret. in* 6. *qu.* 1. *num.* 55. *& qu.* 23. *num.* 4. vbi refert quinque, quæ requiruntur vt quis dicatur hæreticus. Vnde de confitentibus ſpontaneis credi, licet quod quamuis aliquis commiſerit graue delictum, veruntamen dicat errorem in intellectu, & ſic non fuiſſet formaliter hæreticus poterit fides adhiberi, Exhortandus tamen eſt ne per timorem veritatem taceat, vel præ verecundia debetq; clarè illi explicari, quæ, & quot requirantur ne ipſi metu illudantur.

§. IV.

§. IV.

EX his facilè infertur, quod ſi quis fateatur feciſſe aliquas ceremonias Iudaicas, vel alicuius ſectæ ob aliquam ſuam commoditatem, vt accidit in captiuis, qui exterius abnegare ſolent noſtram fidem, vt melius poſſint à ſeruitute liberari, abſque alia intentione, & vt alium vidi, qui amore laſciuo cuiuſdam fœminæ ex nouiter conuerſis ex Saracenis, quæ promiſit ei commiſcere carnaliter ſi ipſe prius feciſſet ceremoniam illius ſectæ, quæ dicitur *Gaedoc*, & ob turpitudinis cauſam eam eſſe Chriſtianus verus fecit, vt illa dixit, & ſtatim ſpontaneè fuit confeſſus, & non habuiſſe aliam prauam intentionem, & ſic per Supremum Conſilium fuit deliberatum, vt abſolueretur ad cautelam anno 1618.

§. V.

1. POteſt autem euenire aliquis caſus ex quo oporteat confitentem ſpontaneum abiurare de vehementi, vt mihi accidit in quadam Inquiſitione, cum quidam Chriſtianus nouus ex Saracenis ab Hiſpania expulſus fuiſſet poſtea à Chriſtianis manu captus qui ſe ſtatim detulit, feciſſet, dum inter Mauros eſſet feciſſe aliquas ceremonias, & actus ſectæ Maumetanæ, & cum mihi videretur quaſdam ex his ceremoniis eſſe valdè voluntarias, veluti duxiſſe in vxorem Infidelem Mauram. Sine vlla violentia, neque alia vtilitate, negando in eo habuiſſe prauam intentionem, examinaui eius concaptiuos, & cum conuictum feciſſem tale fuiſſe confeſſum, metu probationis determinatum fuit, vt abiuraret de vehementi, quod Supremo Conſilio placuit, ſed cum talis reus aliquot diebus detineretur, vt integrè veritatem poſſet fateri, eandem plenè faſſus fuit vt reconciliatus in forma Romæ accidit magis quam Hiſpaniæ vrget mos abiurationis de vehementi in ſpontaneis confitentibus, vt teſtatur Pegna in *Directorio quaeſt. 34. comm. 59.*

ARGVMENTVM.

Denunciatione recepta Inquiſitor teſtes à Denunciatore nominatos vocat & examinat.

SVMMARIVM.

Denunciatione porrecta Inquiſitor vocare facit teſtes in denunciatione nominatos. num. 1.

Forma interrogandi teſtes citatos ad informandum S. Offic. & de pluribus interrogatariis, examinando teſti faciendis. 2. & ſeq.

Teſtes examinandi ſunt diligenter admonendi, vt veritatem dicant. num. 3.

Teſtibus examinatis datur Iuramentum, & iniungitur preceptum de non reuelando ſuam depoſitionem n. 6. in fine.

Teſtibus examinatis in cauſis hereticorum quandoque mandatur ne diſcedant ex palatio Inquiſitionis. n. 7.

CAP. V.

2. DEnunciator poſtquam legitimè denunciando ſuo munere functus fuerit, non tenetur vlterius aliquid facere, ſed relinquit Inquiſitori faciendum, cuius partes ſunt ſtatim cum ſummo ſecreto, & diligentia inquirere de delicto, vel delictis contra nominatum tanquam delinquentem in ipſa denunciatione vocando, & examinando teſtes in ipſa nominatos, & etiam alios à quibus veritas haberi poſſit. Directorium Inquiſitorum *p. 3. n. 68. com. 15. verſ. & abſulit*, Iulius Clarus *in praxi crim. q. 7. verſ. quæro nunc quæ ſit forma.*

Cognitis ergo teſtibus à denunciatore nominatis Inquiſitor per ſuum nuncium ſpiritualem eos vocari curabit, vt accedant ad Officium Inquiſitionis, qui poſtquam, venerint legitimè de more examinabuntur.

Hæc actio iuxta receptum Sanctæ Inquiſitionis ſtylum ita peragitur, [In Offic. S. Inquiſit. N. coram R.P. Fr. N. Ord. Præd. Sac. Theol. Lect. vel Mag. in meique Notarij præſentia comparuit N. ex Offic. pro informatione S. Offic. aſſumptus, & vocatus, qui tœdio ſui iuramenti, quod tactis Sacris Scripturis præſtitit.] Vel ſic. [Comparuit perſonaliter vocatus in Sancto Officio N. coram N. cui delato iuramento de veritate dicenda, & per eum tactis ſcripturis ſuſcepto, fuit per D. Inquiſitorem interrogatus an ſciat vel præſumat cauſam ſiue vocationis, & præſentis examinis, reſpondit &c.]

Si reſpondit affirmatiuè, rurſus interrogatur quomodo id ſciuerit.

Si reſponderit negatiuè, interrogetur an cognouerit, ſeu cognoſcat de præſenti aliquem, ſeu aliquos hæreticos, vel de hæreſi ſuſpectos, aut ſaltem nominare intellexerit.

Interrogatus an cognouerit, & de præſenti cognoſcat N. ex qua cauſa, & à quanto tempore citra, & an cum eo ſolitus ſit, vel fuerit conuerſari.

Interrogatus an aliquando aliquid audiuerit à prædicto N. quod concernat Religionem Catholicam.

Interrogatus an aliquando fuerit in tali loco cum prædicto N. & ibidem dictus N. vel fecerit talia, & talia hæreticalia, vel hæreſim ſapientia.

Interrogatus in quorum præſentia N. ſupradicta dixerit, vel fecerit.

Interrogatus quoties ſupradicta vidit dici vel fieri, & qua occaſione, & quomodo.

Interrogatus an prædictus N. ſupradicta dixerit iocosè, ſeu animo indeliberato, aut per lubricum linguæ, aut alicuius, vel aliorum hæreſes referendo.

Admoneatur ad veritatem ſimpliciter dicendam, quia ſi de falſo fuerit ſuper his deprehenſus vltra periurij etiam fautoriæ pœnas ſubibit, & propterea reſoluat dicere veritatem, & caueat à mendaciis.

Quia ſi per teſtes fide dignos conſtaret S. Offic. ipſum teſtem eſſe conſcium eorum ſuper quibus interrogatus fuit, & ſubticet, ſeu occultat poſſe detineri, vel ſaltem cogi ad cauendum, & ad ſe obligandum de non diſcedendo à Ciuitate, vel loco vbi examinatur, & ad ſe repræſentandum toties, quoties, & quandocumque ad mandatum Domini, & ſub pœna ei bene viſa.

Interrogatus an odio vel amore ductus aliquid dixerit, quod non erat dicendum, vel omiſerit, & tacuerit, quod erat explicandum.

Prædictas, & alias inſuper prudentes interrogationes iuxta denunciata proponet Inquiſitor ad inueniendam, & elucidandam veritatem.

Completo verò examine Notarius concludet 5.
ſic. Quibus habitis Dominus dimiſit examen, & ipſum teſtem licentiauit, iniuncto ei virtute præſtiti iuramenti ſeruare ſecretum, & quod ſe ſubſcribe-

ret,vel ſic.Quibus habitis fuit dimiſſus, ininncto ſibi ſilentio cum iuramento, & quod ſe ſubſcribat.

6. Non eſt reſpuenda praxis quarundam Inquiſitionum, quæ in Supremo Sanct. Romanæ Inquiſitionis Tribunali quandoque ſeruata notaui, vt antequam reus comprehendat. Teſtes à denunciator nominati poſt biduum, vel triduum iterato vocat,e interrogetur, ſic enim firmius remanet Teſtimonium ſi in eo perſiſtant, quo caſu ſic procedi ſolet. [Comparuit iterum perſonaliter vocatus N.qui medio Iuramento tactis Sacris Scripturis præſtito.]

Interrogatus an ſibi occurrat aliquid dicendum pro vlteriori veritate, vltra ea quæ depoſuit in alio ſuo examine reſpondit, &c.

Quod ſi ex qualitate teſtis timeatur ipſum reuelaturum cauſam,cum maiori verborum energia Miniſtri Sanctæ Romanæ Inquiſitionis concludere ſic ſolent.[Quibus habitis fuit dimiſſum examen acceptatis &c. animo &c. iniuncto ſibi ſilentio ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ vna pro trina monitione præmiſſa, & ſub aliis pœnis arbitrio S.Officij.]

7. Solet inſuper ex iuſtis cauſis quandoque prouideri, & mandari teſti, vel teſtibus examinatis, vt de Palatio, ſeu domo Inquiſitoris non recedant ſine expreſſa licentia D. Inquiſitoris, etiam in ſcriptis habenda.

Et eodem prorſus modo examinantur alij teſtes à denunciatore in ſua denunciatione nominati.

Annotationes Carenæ ad Cap. 5.

S V M M A R I V M.

1 *De Iuramento præſtando à teſtibus in S. Offic. vbi formula Inquiſitionis Hiſpanæ notanda.*
2 *Inquiſitores ipſos examinent teſtes. & ita cautum peculiari Hiſpan. Inſtructione.*
3 *Circa Interrogatoria facienda teſtibus remiſſiuè.*
4 *De Interrogatorio, an fuerit cum N. in tali loco &c. & quid vſu receptum ſit in Italia Inquiſitionibus.*
5 *De ſubſcriptione teſtis, & rei remiſſiuè.*

DE Teſtium examine latè egi de Officio Sanctiſſ.Inquiſitionis *p. 3.tit. 7.* vbi plura notaui obſeruanda ab Inquiſitore ante examen,in examine, & poſt examen.

1. De Iuramento præſtando à teſtibus notanda eſt forma quæ obſeruatur apud Inquiſitiones Hiſpanas,de qua Garxias *in Praxi Sancti Officij fol.mihi* 2. quæ talis eſt, *Que iurais por Dios Nueſtro Señor, y por la Señal de la Cruz (y ſiendo de Orden Sacro) por los Ordenes Sacros, que recebiſtes que direis verdad enteramente de todo lo que ſupieredes, entendieredes,ouieredes viſto, ò oydo dezir, que alguna perſona,ò perſonas aſſi; viuas, como defunctas ayan fecho ò dicho que ſea, ò parezca ſer en offenſa de Dios nueſtro Señor,ò contra nueſtra Santa Fè Catholica, Ley Euangelica que tiene, guarda, predica, y enſeña la Santa Madre Ygleſia de Roma, ò contra el libre, y recto exercicio del San. Oficio, ſin encubrir coſa alguna, ni leuantar falſo teſtimonio* Et licet in proceſſu non ponatur hæc Iuramenti forma ſic per extenſum, tamen debet teſti declarari, quod Iuramentum ei præſtitum ſuper Sacroſanctis Scripturis id importat, ita Garxias vbi ſupra,*verſ.Aunque eſſe.*

2. In Hiſpania, in qua ſic floret religio Catholica, & in quo Sancti Officij Tribunal ſumma in veneratione habetur, peculiari inſtructione cautum reperitur, quod Inquiſitores teſtes examinent per ſeipſos,ſic cauetur *inſtructione* 17.*anni* 1584.Item *que los Inquiſidores por ſi miſmos reciban, y examinen los teſtigos, y que no cometan la examinacion dellos al Notario, ni à otra perſona.* Et excipit Inſtructio ſolum caſum,in quo teſtis eſſet infirmus,nec poſſet, vel decens eſſet, quod ad eius domum iret Inquiſitor,tunc enim vult Inſtructio quod munus examinandi teſtem demandetur Iudici Eccleſiaſtico ordinario cum Notario.

Cum hac Inſtructione concordat Senatus Vniuerſalis Inquiſition. vt teſtatur hic Auctor *hoc eodem libro cap.*61. *num.*7. vbi refert hæc verba.*Gratiſſimum foret Sanct. & D.D.Cardinalibus,Inquiſitoribus Generalibus vt Epiſcopi per ſeipſos in his cauſis tractandis, & iudicandis aſſiſterent.*

Circa interrogatoria facienda teſtibus videndum Directorium Inquiſitorum *p.*3.forma excommunicationis teſtium, & ibi Auctor noſter *comment.*17. 3

Quoad interrogatorium, An fuerit in tali loco cum N. & audierit N.dicentem &c. 4

Animaduertendum eſt, quod Garzias in forma examinandi teſtem *fol.mihi* 3.habet hæc verba.*Algunos Inquiſidores acoſtumbran declararle el lugar donde paſſo el delito, y aun nombrarle la perſona,teſtificada, y otros Inquiſidores dizen,que es mui peligroſo, y mucho rigor, mayormente ſi es negocio tani graue.*

Attamen vbi ex ore teſtis,ex interrogatoriis Generalibus veritas non poteſt haberi,ſemper vidi deſcendere Inquiſitores Italiæ ad interrogatoria particularia loci, & perſonæ denunciatæ, aliàs difficillimè poſſet haberi veritas, vbi præcipuè ageretur de delicto antiquo.

De ſubſcriptione teſtis dixi p. 3. *tit.*7.§. 3.*n.*18 5.

A R G V M E N T V M.

Si denunciator fuerit particeps, vel ſocius criminis poterit Inquiſitor contra ipſum tanquam Reum procedere, & illum vocare, & examinare.

S V M M A R I V M.

Denunciator ſi ipſe fuit particeps criminis, an Inquiſitor contra ipſum procedere debeat, & quomodo. num 1.*& ſeq.*
*Particeps criminis qui dicantur num.*2.*&* 3. *vbi ponuntur exempla.*
*Denunciatores criminis ſi etiam ſe ipſos deferunt mitius puniendi ſunt n.*3. *in fine.*
Sententia abſolutoria lata pro vno ſocio, ſeu participe criminis prodeſt etiam alteri, & è contra n. 4.
*Forma interrogandi denunciatorem alicuius hæretici, quando & ipſe fuerit particeps criminis.n.*5.
*Adhærentes æquiparantur participibus, & ſociis criminis n.*6.
*Complices,& ſocij criminis idem ſunt.n.*6.

C A P. VI.

QVod initio proximè ſuperioris capitis dictum eſt de denunciatore quod poſtquã denunciando functus eſt officio ſuo non tenetur vlteriùs aliquid

quid facere, ſed relinquit Inquiſitori faciendum, cautè intelligendum eſt de mero, & ſimplici denunciatore, qui crimini non conſenſit, nec particeps, nec ſocius fuit, ſecus autem eſt de illo denunciante, qui delicto conſenſit, nam ille licet non teneatur aliquid agere, Inquiſitor tamen habet agere cum illo, vt iurè puniatur licèt mitius, quia denunciauit.

2. Participes criminis ſunt, vt iurè Baldus ſentit, quem refert, & ſequitur Marcus Antonius Blancus, qui ſunt de eadem parte, & qui ad eundem effectum tendunt ope, conſilio, & fauore, Bald. *in l. 1. n. 1. c. ſi rector Prouinciæ*, vbi allegat textum *in Clem.* 1. *de pœnis*. Marcus Antonius Blancus *tract. de Indiciis n.* 167. vbi ait domeſticos, & conſiliarios comprehendi ſub verb. particeps.

Et licet Accurſius putauerit ſocios, & particeps. criminis dici illos, qui eiuſdem delicti numero fuerunt ſocij, verius eſt, quod Salicetus, Campegius, & Conradus cenſuerunt, eos etiam dici participes. qui non tantum in eodem crimine numero fuerunt ſocij, ſed etiam in diuerſo crimine connexo tamen, quale eſt, quod eſt cauſa vel occaſio alterius, vt eſt lænocinium reſpectu adulterij, Accurſius *in l. quoniam liberi, in gloſſ. ſuper verbo participes criminis* C. *de Teſtibus*, vbi Salicet. *n. 5. verſ. redeo ad quartum* Campeg. *tract. de teſtibus, reg.* 107. Conradus *in pract. crim tit. de teſtibus, §. perſonæ teſtium, num.* 39.

3. In hoc foro frequentia occurrunt exempla, Lutherus combuſſit Eccleſiam, Bucerus ei præſtitit conſilium, aut fauorem particeps ergò, & ſocius criminis fit. Titius dæmonem familiarem habere optauit, Sempronius operam dedit, vt haberet, & conſuleret. In delicto ergo participauit, licet ergo deinde Bucerus, & Sempronius meliori conſilio ducti, Lutherum, & Titium apud S. Officium denunciauerint, non tamen erunt immunes, licet mitius puniendi veniant.

4. Regolariter tamen cauſæ exitus expectari ſolet, itaut quemadmodum abſolutoria pro vno lata prodeſt alteri, ſic condemnatoria quale ei parit præiudicium, vt Accurſius & Salicetus cenſuerunt, Accurſ. *in l. quoniam liberi in glo. ſuper verb. participes criminis*, & ibi Salicetus *n. 5. C. de teſtibus*.

5. Poſtquam itaque, verbi gratia, cauſa alicuius Necromantici, vel Magi fuerit terminata per abiurationem de formali, vel de vehementi, ſiſtendus eſt in Iudicio denunciator tamquam Reus, & ſuper ſuo delicto interrogandus in hunc modum.

Die Menſe Anno

Conſtitutus coram Admodum R.N. Ordinis N. inquiſitore hæreticæ prauitatis Ciuitatis, meique Notarij præſentia N. filius Q.N. de loco N. talis qualitatis ætatis ſuæ annorum N. circiter de quo ſupra cui delato iuramento de veritate dicenda, quod tactis Sacris Scripturis præſtitit fuit per Dominum.

Interrogatus, an recordetur aliàs comparuiſſe in hoc Sancto Officio, & nonnulla depoſuiſſe ad dictum Officium pertinentia, tam contra ſe quàm contra alios, eiſque velit aliquid addere pro maiori, & clariori veritate.

Interrogatus, an alias præter occaſiones, vices & modos per ipſum iam in ſua denunciatione propoſita operam dederit, vel partem habuerit cum operam dantibus rebus Magicis, & necromanticis.

Interrogatus num ipſe curauerit vt N. haberet dæmonem familiarem, an crediderit licere habere commercium, & familiaritatem cum dæmonibus eos alligatos detinere, ab illis reſponſa petere, & eorum opera, ad quoſcumque effectus vti.

Quibus habitis, fuit dimiſſus iniuncto ſibi ſilentio vigore præſtiti iuramenti, & quod ſe ſubſcribat.

Iſtis, & ſimilibus prudentibus Interrogationibus, quas poterit formare Inquiſitor iuxta materiam ſubiectam poterit interrogare ſimiles participes, & ſocios criminis.

Quod dictum eſt de participibus, & ſociis criminis intelligenda quoque ſunt de adhærentibus, qui ſpontè eiuſdem velle ſunt cuius principalis, vt explicant Angelus, & Felinus, quos refert, & ſequitur Marcus Antonius Blancus, Angel. *in auth. de hæred.* & Falcid. *in cap. olim de accuſationibus, & in rubric. de treuga. & pace*, Marcus Antonius Blancus, *tract. de indiciis num* 168. *verſ. Adhærentes ſunt.* 6.

Idem Iudicium eſt de complicibus, quid dicuntur ſocij ad malum, & non ad bonum, vt voluit Io. Andreas, quem refert & ſequitur Felinus, & Marcus Antonius Blancus, Io. Andreas *in c. cum oporteat de accuſat.* Felin. *in rubr. de tregua & pace num.* 11. *verſ. Complices dicuntur*, Marcus Antonius Blancus *tract. de Indiciis num.* 169. *verſ. complices dicuntur.*

Annotationes Carenæ ad Cap. 1.

SVMMARIVM.

1 *Quid obſeruare debeat Inquiſitor cum denunciator detegitur particeps criminis.*
2 *An poſſit procedi contra denunciantem nondum expedita cauſa contra participem.*
3 *Quis dicatur particeps, & complex remiſſiuè.*

Quia aliquando contingere poteſt, quod qui complices, participes, & ſocios hæreticos denunciauit, nihil contra ſe depoſuerit, vt notat ex Nauarro, Farin. *de hæreſi quæſt.* 197. *num.* 35. *ad finem*. Ideò auctor hoc loco notat ex teſtium vel complicium examine aliquid emergente contra denunciantem, ipſum vocandum, & contra ipſum vti reum procedendum. 1.

An autem poſſit procedi contra denunciantem nondum expedita cauſa contra participem, Dicit hic Auctor quod non *num.* 4. Hoc ego intelligo vbi abſolutoria participis poſſet iuuare denunciantem, in his terminis loquitur Pegna, ſed vbi denunciator fuiſſet à duobus, vel tribus complicibus grauatus tunc ſine dubio contra omnes ſimul eſſet procedendum. 2.

Quis autem particeps & complex delicti dicatur, declarat latè Farin. *de Conſultoribus q.* 129. *n.* 35. *& ſeq. qui alios allegat.* 3.

ARGVMENTVM.

Poſt receptam denunciationem, & teſtes in ſummario Iudicio examinatos, ſi dubitetur de qualitate delictorum, an propriè, & verè pertineant ad Sanctum Officium, prudenter, & conſultò expendenda ſunt infraſcripta.

SVMMARIVM.

Inquiſitores ſunt competentes Iudices contra denunciatum

ciatum

ciatum de manifeſta hæreſis, ſeu fautoria, & in alijs caſibus n. 1.
Inquiſitores quando dubium eſt an habeant iuriſdictionem, nec no debent Peritos conſulere n. 1.
Carcerari non debet in ſecretis carceribus denunciatus pro lenibus delictis, pro propoſitionibus malè ſonantibus, ſcandaloſis, vel Blaſphemijs vel alias quibus hæreſes formatæ non concluduntur, num. 3.

Cap. VII.

1. PRæmiſſis in ordine ſupradictis diligentiis pro informatione S.Officij protinus Inquiſitor in conſultationem vocat. An delicta, & probatione, ſiue inditia in iudicio ſummario recepta ſint talia, quæ merito inducant ad procedendum ad vlteriora, videlicet ad citationem realem, ſiue ad capturam contra denunciatum: Sufficientia autem, ſiue idonea Crimina iudicabuntur, cum eorum cognitio ad Sanctum Officium pertinuerit, quoniam ſcilicet continent hæreſim manifeſtam, fautoriam manifeſtam aut ritus ceremonias Iudaicas, vel nefaria Legis Mahumetanæ, vel ſortilegia manifeſtè hæreſim ſapientia, qualia ſunt ad aras Idolorum nefarias preces emittere, ſacrificia offerre, Dæmones conſulere, Sacramentis Eccleſiæ ad prædicta perpetranda abuti, & ſimilia quæ Oldradus Gloſa, & communiter DD. recenſent, Oldrad. *conſ.* 210. incipiente *Regularis habet traditio*, Gloſ. & Doctores *in c. accuſatus § ſane in verbo ſaperent de hæret. l. 6.* Rota in vna Oſcenz coram Vgone apud Simonettam *deciſ.* 25. incipiente *in cauſa Oſcenz.* vbi cenſuit Dæmones conſulere pro ſciendis occultis hæreſim ſapere manifeſtam.

2. Quod ſi dubium fuerit, vtrum delicta aut propoſitiones delatæ ad Iudicium Sacri Tribunalis ſpectent, & propterea neceſſarium videatur earum expendere qualitatem, periti ſeu Conſultores præſertim Theologi aduocabuntur, quibus difficultas, de qua deliberandum ſit proponetur, & dabitur ſimiliter tempus ſi oportuerit ad ſtudendum, & ſuffragiũ quod tulerint ſcriptum, & propria manu ſubſcriptum dabunt, & proceſſui inſeretur, vt conſtet Inquiſitorem cum multa cautela proceſſiſſe, ſicut prudenter faciendum conſuluit Ioannes Monachius *cap. vt commiſſi § aduocandi de hæret. lib. 6.* & ibi Ioannes Monachus *n. 1. ſuper verb. expedire.*

3. Propter leuia delicta, ſeu propoſitiones male ſonantes, vel ſcandoloſas, vel Blaſphemas, vel alias quibus hæreſes formatæ non concluduntur, non facile quemquam in carceribus ſecretis mancipandum, ſed in aliquo Monaſterio, vel propria domo, ſeu Ciuitate detinendum cenſuerunt viri graues & in hoc bene verſati, Ioann. Royas *tract. de hæret. part. 2. aſſert. 1. n. 19. verſ. Ideo propter leuia delicta* ibi allegat *tex. in l. leuia crimina ff. de accuſ. & in l. reſpiciendum § 1. ff. de pœnis*, & Alexand *conſ. 13. n. 11. lib. 6.* Idem voluit Simancas, *de Cathol. inſtit. tit. 16. de cuſtodia reorum n. 2.*

Annotationes Curenæ ad Cap. 4.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas tribuens iuriſdictionem in primis fundanda.*
2 *Qualificatio propoſitionum quomodo fiat.*
3 *Pulcherrima Inſtructio Hiſpan. circa hoc.*
4 *Qualificatores proferant votum in ſcriptis.*
5 *Votum Qualificatorum deciſiuum.*
6 *Qualificant propoſitiones Turrianus per ſex centurias.*
7 *Communicans bis in die non ſubijcitur iudicio Inquiſitorum, vbi Deciſio Inquiſitionis Hiſpana.*

QValitas tribuens iuriſdictionem iudici imprimis & ante omnia fundanda eſt. Vnde prius conſiderare debent Inquiſitores an delictum de quo agitur ſpectet ad Sacroſanctum Tribunal. in qua re videnda ſunt, quæ ſcripſi de Officio Sanct. Inquiſitionis *p. 2. per totam.* 1.

Quo ad qualificationem propoſitionum in Inquiſitione Vniu. Rom. & in Inquiſitionibus Hiſpaniæ adeſt congregatio particularis Theologorum pro qualificandis propoſitionibus, an ſint hæreticæ, ſapientes hæreſim, ſcandaloſæ, temerariæ, maleſonantes, piarum aurium offenſiuæ, de quarum propoſitionum gradibus dixi *p. 2. tit. 16. per totum.* 2.

In alijs Inquiſitionibus Italiæ hoc munere funguntur Conſultores Theologi; ita in noſtra enim Inquiſitione Cremonæ adſunt quatuor Theologi, quatuor Canoniſtæ, & quatuor I.C. Laici 3.

De hac qualificatione propoſitionum loquitur inſtructio Toletana *anni* 1561. *cap. 1.* ibi *Hallando ſe algunas perſonas ſufficientemente teſtificandas de alguna coſa cuyo conocimiento pertenezca al S. Oficio de la Inquiſicion ſiendo tal que requira calificacion deueſe conſultar con Theologos de letras y conſciencia, en quien concurran las calidades, que para eſto ſe requieren, loſquales den ſu parcer, y lo firmen de ſus nombres* Et ita per Supremam Hiſpanam Inquiſitionem decretum fuiſſe atteſtatur Diana *parte 4. tractatu octauo, reſolutione* 84. Videatur Royas *de hæreticis parte ſecunda, aſſert. 1. & p. p. num.* 395.

Qualificatores hi debent in ſcriptis porrigere Votum ſuum ab ipſis ſubſcriptum, quod votum debet inſeri in actis proceſſus tamquam fundamentum iuriſdictionis Inquiſitoris, P. Alberghin. *in manuali Qualificatorum cap. 4. de Qualificatoribus n. 1. & num. 5.* vbi quod votum hoc eſt deciſiuum quamuis vota Conſultorum ſint conſultiua, nec arctent Inquiſitores, & ordinarios cum aliis ibi allegatis. 4.

Circa hoc, quod votum Qualificatorum ſit deciſiuum, ipſe P. Alberghinus fundatur ſuper traditione Royas *de hæret. pp. n.* 384. vbi loquens de Qualificatoribus, ait. Quorum aſſertionibus Inquiſitores omnimodam adhibeant fidem *l. ſeptimo menſe*, vbi Bald. de Statu hominum, an autem ſit abreuiata manus reo in eius defenſionibus impugnare votum horum Qualificatorum per conſilia peritiorum, Quid enim ſi Qualificatores vnius Ciuitatis, & Inquiſitionis qualificent vnam propoſitionem pro ſapiente hæreſim. Et reus afferret in deffenſionibus vota Vniuerſitatum Louanienſis, Pariſienſis, Bonon. videtur quod reo hoc liceat per regulam, quod dictum Periti nunquam tranſit in Iudicatum cum poſſit reuocari per Peritiorem, Bal. *in l. admonendi n. 39. ff. de iur. iur.* ex alia parte, ſi ad id agendum admitteretur reus, proceſſus Inquiſitionis conquaſſarentur Vnde ſi ego eſſem Inquiſitor non admitterem capitula rei Impugnatoria voti Qualificatorum, niſi conſulto Supremo Vrbis Tribunali. 5.

6. Qualificationis propoſitionum ſex centurias ex proprio marte poſuit Turrianus in ſuis Varijs tractatibus, non tamen ſemper huic Auctori adhærendum, quia aliquæ Cenſuræ ab ipſo opinionibus DD.

DD. datæ non poſſunt ſubſiſtere, & omnes ſunt Doctorum auctoritate deſtitutæ.

Notata in hoc capite Pegnæ diligenter obſeruare debent Inquiſitores ne cauſas ad alia Tribunalia ſpectantia ſibi vſurpent.

Vnde cum ſub die 1. Auguſti 1630. in Ciuitate Placentiæ duæ mulieres Luſitanæ bis ſumpſiſſent SS.Euchariſtiam, & ibi interrogatæ cur id egiſſent reſpondiſſent quia intellexerant, quod quoties communicabant toties Iubileum quod Portiunculæ vocant lucrabantur, & fuiſſent in carceribus S.Offic.detentæ, & earum bona ſequeſtrata, Dom Inquiſitores cognito cauſam ad fidei Tribunal non ſpectare eas è carceribus dimitti, & earum bona eis relaxari mandarunt, vt teſtis eſt Gomez Baycus *in Praxi Eccleſiaſtica & ſeculari p.4.lib.1.q.116.* vbi de hac re latiſſimè,& doctiſſimè agit.

ARGVMENTVM.

Qualia indicia, & probationes requirantur vt ad citationem realem ſiue ad capturam procedi poßit in hoc crimine, & vt tutius fiat quid ſit obſeruandum.

SVMMARIVM.

Capi ſeu carcerari nemo poteſt, niſi procedente contra reum aliqua ſummaria Inquiſitione, & probatione, num. 1.

Capi, & carcerari pro crimine hæreſis quis non poteſt niſi præcedente ſufficienti probatione arbitrio Iudicis a iure tamen regulato, num. 2.

Capi & carcerari nemo poteſt niſi ex præcedenti plena probatione maximis indicijs vehementique ſuſpicione contra accuſatum, n. 3.

Capi, & carcerari nemo poteſt niſi præcedat pluſquam ſemiplena probatio, n. 4.

Teſtis vnus de crimine hæreſis deponens ſufficit ad capturam, num. 5. dummodo ſit omni exceptione maior deponátque de viſu, vel proprio auditu num. 6.

Teſtis vnus etiam omni exceptione maior ſufficit ad capturam concurrente dicto denunciatoris. num. 7.

Accuſator, & teſtis quis regulariter eſſe non poſſit, hoc tamen fallit in crimine hæreſis. num. 7.

Teſtis vnus integer ſufficit ad capturam in crimine hæreſis contra perſonam abiectam, vilem, & alias ſuſpectam num. 8. ſecus contra perſonam nobilem bona opinionis, & fama num 9. Item ſecus contra Sacerdotes Religioſos, Rectores, & Magiſtros, num. 10. & 11.

Capi, & carcerari in crimine hæreſis præcipitanter quis non debet, n. 12.

Capi, & carcerari an quis debeat, conſulendi ſunt Iuriſperiti, Theologi, & Conſultores num. 13.

Capi, & carcerari non debent Nobiles, Presbiteri, Religioſi, & ſimiles niſi conſulto Suprema Sancta Rom. Inquiſitionis Senatu, n. 14.

Inquiſitor ſine Epiſcopo, & Epiſcopus ſine Inquiſitore poſſunt capere Carcerare, aut areſtare ponendo etiam in compedibus, & manicis ferreis, num. 15.

CAP. VIII.

REGVLA Generalis eſt in omnibus cauſis 1.
tam Ciuilibus quam criminalibus obſeruanda, vt a captura Reorum minimè ſit inchoandum niſi præcedente de maleficio contra Reum aliqua ſummaria Inquiſitione, & probatione, ideoque Baldus prudenter conſuluit non debere capi reum ante ſummariam informationem, niſi ſit probabilis ſuſpicio de receſſu, *l. nullus in carcerem, & l. ſquali* vbi Bart. Salicetus, & communiter Doctores, *Cod. de exhibendis reis l neme carcerem C de exactor trib. lib.* 10 Bald. *in l. quod euitandi num. 2. cap. de cond. ob turbem cauſam.* Salycet *in l. abſentem num.* 0. *cap. de accuſat.* Archidiaconus *in cap. 1. de Iudicijs Lib.* 6. Ioan. Andreas *in cap. ſi Clericos de ſententia excommunic. lib.* 6. Boher. *decif.* 215. incipiente *an equam veniam, num.* 34. vbi refert quatuor requiſita ad capturam reorum neceſſaria, Repertorium Inquiſitorum *in verbo captura, § primo, & §. ſed pra fama.*

In hoc foro, in quo ſola captura captis grauiorem 2.
irrogat infamiam, diligenter prouidendum eſt, vtrum exquiſita cautela, & matura deliberatione præcedente ad capturam procedatur, Ideoque probatio ſufficiens requiritur, vt aliquis ob crimen hæreſis in carcerem mittatur, Gundiſaluus *tract. de hæret. quæſt.* 11. Simancas *de Cathol. Inſtit. titul.* 16. *de cuſtodia reorum, num* 1. & 1. Ioannes Royas *tract. de hæret part. 2. aſſert. 1 num.* 16. Rota apud Cæſarem de Graſſis *decif.* 184. *alias 2. de accuſat.*

Et quamuis arbitrio Inquiſitorum relictum ſit, qualis ſummaria cognitio ad capturam reorum delatorum ſit neceſſaria; Id tamen arbitrium regulatum eſſe debet, & quantum fieri poteſt iuri conforme, inſpecta delicti, & perſonæ qualitate.

Eymericus in Directorio Inquiſitorum ſentire 3.
videtur non aliter ad realem capturam deueniendum, quam ſi factum ſit planè probatum, vel maxima indicia, & ſuſpitiones ſint vehementes contra Accuſatum, ait enim ſic, ſi Inquiſitor viderit factum eſſe probatum plenè, vel eſſe maxima indicia, & ſuſpiciones vehementes contra accuſatum, & timetur de fuga accuſati, faciat eum capi Eymericus *in Directorio Inquiſitorum part. 3. titul. de forma examinationis teſtium, n. 73 §. conſimiliter examinantur.*

Simancas ad reos comprehendendos pluſquam 4.
dimidias, ſeu pluſquam ſemiplenas probationes requirit, nec aliter permittit capturam decernere, ex quo ſola captura pro crimine hæreſis vehementer infamet, Simanch. *in Enchiridio Iudicum violata Religionis titulo 25. de comprehendendis reis, num* 2.

Qui tenent vnum teſtem integrum ſufficere ad 5.
torturam, ſicut plures Doctores more ſuo referendo conſueuerunt, multo magis arbitrantur ad reorum capturam vnius teſtimonium eſſe ſufficiens, cum maior ſolemnitas in tortura, quam in captura à Iure requiratur, & certè regulariter ex dicto vnius teſtis omni exceptione maioris deponentis de viſu vel auditu proprio ſufficere ad capturam non temerè dixit ſe arbitrari Ioannes Royas, cuius ſententia ſine periculo recipi poterit, cum temperamentis tamen infrà dicendis, Gloſ. communiter recepta *in l. 3. in verbo conuictus, C. ad l. Iuliam. Maieſt.* Bart *in l. maritus in proprio ff. de quæſt.* Hippolitus Marſilius *in pract. crimin. §. diligenter in propro, & num. 6. & 12.* Bald. *in l. Miles C. de quæſt.*

quaſt.Abb.& alij *n cap.cum in contemplatione de reg. iur.* Thomas Grammat.*vot.*3.*num.*21. Ioannes Royas
6. *tract.de haret.p.* 2.*aſſert.*9. Antonius Gomes *tom.* 3. *variarum cap.*13.*num.*7. Iulius Clarus *in pract.crim. qu.*22.*num.*2.*&* 3.

Supradicta ſententia de mittendo in carcere reum delarum ex teſtimonio vnius, tuac ſine periculo poteſt habere locum, quando teſtis eſt omni exceptione maior qui deponit de viſu, vel audito proprio, nam talis teſtis ſemiplenam facit probationem ad capturam ſufficientem, cum idem faciat ſufficiens indicium ad torturam præſertim concurrentibus alijs legitimis indicijs, Roman. *conſ.* 451. incipiente *quadam mulier n.*4. Iulius Clarus *in pract. crim.q.*21.*verſ.vnus teſtis* Antonius Gomeſius *tom.*3. *variarum reſol cap.*13.*n.*7. vbi hanc ſententiam vocat communem, Eymericus *in direct. Inquiſitorum p.* 3. *q.* 61. *verſ. quarta regula eſt*, qui loquuntur in tortura, & Ioannes Royas, qui loquitur in captura *tract.de haret.p.*2.*aſſert.* 1. *num.*24. *& ſequentibus.*

Eadem ſententia multo magis habet locum, ſi
7. iſte teſtis, licet non ſit omni exceptione maior, ſed alias idoneos conueniat cum denunciatore, nam ſi cum denunciatore conueniat, tunc non vnus, ſed duo teſtes dicentur teſtificari, & conſequenter pluſquam ſemiplenam probationem facere ad capturam ſufficientem. Quamuis enim in eadem cauſa nemo poſſit eſſe accuſator, & teſtis, in crimine tamen hæreſis denunciator, qui Iudicibus fidei indicat reum, in numero teſtium computari ſolet, quia nullo priuato commodo mouetur ſed zelo Sancto Religionis Catholicæ tuendæ ad publicam Eccleſiæ vtilitatem, & vt hæreticus corrigatur malefactorem defert *cap. in omni negotio de teſtibus*, Dominicus Sotus *tract.de ratione regendi ſecretum memb.*2.*qua* 4. Idem *lib.*5.*de iuſt. & iur. quaſt.*6.*art.*2 *concl* 4. quem refert, & ſequitur Simancas *de Cathol. Inſt.tit.* 64 *de teſtibus num.* 55. *verſ.quamuis autem*, latè Ioannes Royas *in ſingulari fidei ſingul* 7. Incipiente *accuſator, ſeu denunciator*. quod ante ipſos tenuit Repertorium Inquiſitorum in verbo *teſtes*, §.*an Iudex procedens* vbi allegat Batt.*in l.Diuus fin de cuſt. reorum.*

8. Præterea eadem ſententia de vnico teſte integro ſufficiente ad capturam, locum habebit, ſi perſona, contra quam tulit teſtimonium fuerit abiecta, vilis, & aliàs ſuſpecta, ſicut eſſe ſolent deſcendentes ex Secta Mahometica, Iudaica, & qui in Prouincijs Hæreticorum commorati fuerunt, exercentes ibi mercaturam, vel aliquid particulare miniſterium, ſine legitima Romani Pontificis aut alterius poteſtatem habentis licentia, *cap. ſi gens Anglorum*, 56.*diſtinct.l.quod ſi nolit*, §.*qui mancipia*, *ff.de adilit.edict.* Ioannes Royas *tract. de haret.numer.*2.*aſſert.*1.*num.*32. *&* 33.*verſ. Item ad id conſidero.*

9. Cœterum ſi denunciatus ſit Nobilis, ac bonæ opinionis, & famæ ad eius capturam non ſufficeret vnius teſtis dictum, nam vt Ioannes Royas ait, plures, & indicia requiruntur, & Iulius Clarus affirmat fortiora indicia haberi debere ad carcerandum perſonam Nobilem, & Inſignem, quam pauperem, Ioannes Royas *tr.de haret.p.* 2.*aſſertione prima, num.*34. Iul.Clarus *in pract.crim.qu.*28.§.*ſcias autem, verſ.aliter enim, & verſ.& ideo.*

Idem Iudicium eſt, ſi Sacerdotes, ſeu Præsbi-
10. teri apud Sanctum Officium denuncientur, vt ſapienter Sixtus Papa conſtituit, & propterea Simanc. affirmat presbiteros non eſſe comprehendendos, niſi aduerſis eo duo, vel tres dixerint teſtimonium, cum nec accuſatio contra illos recipienda ſit, niſi ſub duobus, vel tribus teſtibus, Sixtus Papa *in cap.accuſation.* 2. *quaſt.* 7. Simancas *in* 9.
Enchiridio Iudicum violata religionis tit. 25.*de comprehendendis, num.*5.

Quæ de Viris Nobilibus, & Presbiteris proxi- 11.
me dicta ſunt obſeruanda quoque ſunt in capturis Religioſorum, & Doctorum, & Magiſtratuum, ſeu Rectorum ciuitatum, & Nobilium oppidorum, In
his enim capiendis Iudicio etiam, & prudentia opus 4.
eſt, ne capiantur ſine pluribus teſtibus, & legitimis indicijs, & Supremo Senatu inconſulto, *commentario* 108.*p.*3.*directorij ſuper quaſt.*59.

Item vt tutius ad capturam delatorum proce- 12.
datur hæc obſeruanda ſunt. Primum ne præcipitentur. Neque enim vt ait Ioannes Royas proni eſſe debent Inquiſitores ad reos capiendos, Io. Royas *tract. de haret. parte ſecunda, aſſert.prima, l. num.*35.

Alterum vt ſic in expendendis delictorum, & 13.
propoſitionum qualitatibus, conſulendi ſint Theologi eodem modo in examinandis probationibus & indicijs Iuriſperiti Conſultores conuocentur, quorum ſuffragium ſcriptum, & manu propria ſubſcriptum proceſſui inſeretur, ſicut paulo ante *c.* 5.§.*quod ſi dubium*, de ſuffragio Theologorum dictum fuit.

Poſtremum ne Rei præſertim Nobiles, Presbi- 14.
teri Religioſi, & ſimilis aut maioris qualitatis in carcerem mittantur, antequam ſupremus Sanctæ Inqu.Senatus conſulatur. Ad quem vt maturius deliberare poſſit, & quid fieri oporteat reſcribere, vt ſcribit Simancas, ſummariam criminum informationem Inquiſitores mittere curabunt, Simanch. *de Cathol. Inſt.tit.* 16.*de cuſtodia reorum n.*2.*verſ.hoc amplius.*

15.
iure Conſtitutum extat Inquiſitorem ſine Epiſcopo, & vice verſa, Epiſcopum, ſine Inquiſitore poſſe citare reos, & arreſtare, ſiuè capere, ac in te cuſtodiæ mancipare, ponendo etiam in compedibus, & manicis ferreis alter tamen ſine altero ad perpetuum ſeu temporalem carcerem damnare non poteſt Clem.*pr.*§.*propter quod verſic.ſic quod quilibet de haret.* vbi communiter Canoniſtæ Simanch. *de Cathol. Inſt. tit.* 16. *de cuſtodia reorum num.*4. Repertor. Inqu.*in verbo captura*, §. *ſed nota.*

Annotationes Carena ad Cap. 8.

SVMMARIVM.

1 *Indicia ad capturam arbitraria Iudici.*
2 *Semiplena probatio ſufficit.*
3 *Mentio honorifica Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Dom Franciſci Marin.de Rodezno, & Illuſtr.& Reu.D.Tranſmiera num.*4.
5 *Teſtis vnus an ſufficiat ad capturam.*
6 *Ante capturam, an communicanda Indicia Conſultoribus.*
7 *Quid ſeruetur in Inquiſitione Cremona, caſus ibi de facto.*
8 *Ante capturam, quando negotium communicandum Supremo Vniuerſalis Inquiſitionis Tribunali.*
9 *Maiora indicia requiruntur ad capturam perſonarum Inſignium.*

Iudicia

1. INdicia ſufficientia ad capturam ſunt Iudici arbitraria *l. 1 ff de cuſtodia reorum*, vbi Vulpianus I.C. ait, *De cuſtodia reorum Proconſul æſtimare ſolet vtrum in Carcerem recipienda ſit perſona, an militi tradenda, an fideiuſſoribus committenda, vel etiam ſibi.*

2. Vnum in foro noſtro certum eſt ſemiplenam probationem delicti ſufficere ad capturam, hanc concluſionem probaui *de Offic. Sanct. Inqu p. 3. tit. 2. § 6. per totum*, & adſunt pulcherrimæ Inſtructiones ſuper hoc in Inquiſitione Hiſpana, & præcipuè Matriten. anni 1561. *cap.* 46. ibi quando *eſta ſemiplenamente prouado el delito; ò ay tales indicios contra el Reo.*

3. Ad id alias Inſtructiones, & iura ac D.D. auctoritates allegat Illuſtriſſimus, & Reuerend. D. Dominus Franciſcus Maria de Prodezno Doctiſſ. & Integerrimus Inquiſitor Granatenſis in ſua eruditiſſima deciſione ſui Tribunalis S. Offic. in cauſa libelli famoſi contra Dom. Noſtrum Ieſum Chriſtum, & eius Sanct. Virginem Matrem impreſſa Granatæ 1641. quam ex eius benignitate idem Illuſtr. Inqu. mihi tranſmiſi, quæque digna eſt, quæ in omnium Inquiſitorum manibus voluatur, & reuoluatur in principio ante dubium 1 *num* 21. *& ſeq.*

4. Ad idem videndus Illuſtr. Tranſmiera de Hiſpana Inquiſitione benemerentiſſimus in ſuo tract. de Poligamia, & Poliuiria *lib. 3. quæſt. 3. per totam.*

5. Ex hoc colligitur regulariter vnum teſtem omni exceptione maiorem, vel vnum teſtem patientē exceptionem vnà cum adminiculis ſufficientibus ad conſtituendam vnà cum dicto teſte ſemiplenam probationem ſufficere ad capturam, Auctor hic D. Tranſmiera *d. quæſtione* 16. *num.* 6. *& ſeq.*

An autem antequam ad alicuius capturam deueniatur communicanda ſunt Conſultatoribus Indicia, & monenda Sacra Vrbis Congregatio, & in Regn. Hiſpaniarum Supremum ibi in Inquiſitionib. Tribunal.

6. Quoad Conſultores hoc eſt omninò poſitum in arbitrio Inquiſitorum; ſolummodò hoc loco ponam verba inſtructionis Toletanæ 3. anni 1561. quæ talia ſunt, *y pareceo laria* (loquitur de captura rei) *ſe communicaſſe con los Conſultores de aquella Inquiſicion, ſi buenamente ſe podio hazer, y pareciere à los*

7. *Inquiſidores conueniente, y neceſſario.* In noſtra Inquiſitione Cremonæ regulariter id non præſtant Inquiſitores, aliquando tamen vidi id ſeruatum, & præcipuè in cauſa duarum mulierum quæ in quodam oppido noſtræ Diœceſis per publicam vocem, & famam habebant, & reputabantur ſtriges, contra quas in Sancto Officio plures receptæ fuerant probationes, nam Religioſiſſimus P. Mag. Io. Baptiſta à Sextula inſignis Illuſtriſſimi Prædicatorum Ordinis vir Inquiſitor Cremonæ communicauit hoc negotium Conſultoribus, inter quos tunc ego eram, & concluſum fuit non poſſe contra dictas mulieres deueniri ad capturam & de hoc eodem caſu memini ego *p. 2 tit. 12. § 13. n. 103. verſ. hinc memini.*

8. Quò verò ad Supremum Tribunal Hiſpan. & Sacram Vrbis Congregationem, cùm agitur de carceratione miniſtrorum Regis, Dico quòd quia agitur de perſonis inſignibus, ſemper monenda eſt Suprema Vrbis Sacra Congregatio, & à Reu. P. Inquiſitore Martinengo, tunc meritiſſimo Vniuerſalis Inquiſitionis Commiſſario audiui id mandaſſe Sacram Congregationem Inquiſitoribus ſub die 25. Iulij 1613. id tamen intelligendum, dummodò periculum non ſit in mora, vt quia aliquis ex Regis Miniſtris Hæreticus eſſet, vel alia grauiora delicta ad Sanctum Officium ſpectantia commiſiſſet fugam pararet, ex vulgaris D.D. traditionibus.

Quo verò ad alios nobiles, Religioſos feudatarios, & ſimiles, puto id totum in arbitrio eſſe Inquiſitorum, qui tamen monendo Supremam Sacram Congregationem, & Conſilium Hiſpanæ Inquiſitionis cautiùs agunt, Pegna ad Directorium Inquiſitorum *p. 3. comm.* 108. *verſ. Verum hæc.*

Animaduertant tamen Inquiſitores maiores probationes requiri ad capiendum perſonam inſignem nobilem & aliàs probatæ vitæ, vt notarunt D.D. per me allegati *d. tit. 3.* & bene legendus D. Tranſmiera. 9.

ARGVMENTVM.

Proceſſurus Inquiſitor cum Conſultoribus, vel ad expendendas delictorum, vel propoſitionum qualitates, vel explorandas, probationes, & indicia, vel alios actus iudiciales peragendos diuinum auxilium implorare debet.

SVMMARIVM.

Periti, & Conſultores conuocati ad aliquid reſoluendum, debent imprimiſ diuinum auxilium inuocare. num. 1.

Oratio, quæ in ſignatura gratiæ, & aliis Congregationibus Vrbis dici ſolet antequam incipiatur tractari de reſolutione cauſarum n. 2. & 3.

CAP. IX.

QVANDO Periti, ſeu Conſultores conuocantur, vt vel ſuper propoſitionum qualitate; vel ſuper pondere probationum, & indiciorum, vel ſuper proceſſu aut ſententia ferenda, vel aliquo dubio cauſæ articulo Inquiſitoribus conſilium præbeant opportunum, ſicut iure facere debent celebrantium Concilium more confeſtim antequam cauſa proponatur, vel conſultandi ratio ineatur, diuinum auxilium eſt humiliter implorandum, vt Spiritus Sanctus deliberatoris aſſiſtat. 1

Romæ frequenti conſuetudine ab antiquis doctis temporibus receptum eſt, vt in omnibus ferè Congregationibus infraſcript. oratio recitetur in ſignatura gratiæ coram Sanctiſſ. eam recitat Referendarius, qui primo loco cauſas relaturus eſt genuflexo cum cæteris Prælatis, Pontifice Summo, & Cardinalibus aperto capite ſtantibus. In ſignatura Iuſtitiæ eamdem recitat Cardinalis ſignaturæ Præfectus. In Rota eam ſuo ordine pronunciant Auditores ſtantes, & ſimiliter in Congregationibus Sancti Officij, quæ habentur vel coram Sanctiſſimo, vel coram Cardinalibus eadem oratio recitatur; quam Inquiſitores cum Conſultoribus genuflexo humiliter recitabunt, habet autem ſic. 2.

Adſumus Domine Sancte Spiritus, Adſumus peccati quidem immanitate detenti, ſed in nomine tuo ſpecialiter congregati. Veni ad nos; Adeſto nobis, dignare illabi cordibus noſtris, doce nos quid agamus, quò gradiamur, & oſtende quid efficere debeamus: vt auxiliante tibi in omnibus placere valeamus: Eſto ſalus, & ſuggeſtor, & effector Iudiciorum noſtrorum, qui ſolus cum Deo Patre, & eius filio nomen 3.

poſſides glorioſum, non nos patiaris perturbatores eſſe Iuſtitiæ, qui ſummam diligis æquitatem, vt in ſiniſtrum nos ignorantia non trahat, non fauor inflectat, non affectio muneris, vel perſona corrumpat, ſed iunge nos tibi efficaciter ſolius tuæ gratiæ dono, vt ſimus in te vnum, & in nullo deuiemus à verò, quatenus in nomine tuo collecti, ſic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iuſtitiam, vt hic à te in nullo diſſentiat ſententia noſtra, & in futuro pro bene geſtis conſequamur præmia ſempiterna.

Et in hac oratione non dicitur *Pater noſter*, nec benedictio, ſed ipſa ſolummodò oratio confirmatur: finita autem oratione reſpondetur ab omnibus *Amen*. Habetur hæc precatio in vetuſto tractatu de ordine celebrandi concilium relato in primo *tomo Conciliorum, & alibi.*

Annotationes Carenæ ad Cap. 9.

SVMMARIVM.

1 *Auxilium Diuinum ante omnes noſtras actiones inuocandum.*
2 *Oratio* Adſumus Domine S. Spiritus, *recitabatur in Concilijs Generalibus a Summo Pontifice.*
3 *Oratio hæc in noſtra Inquiſitione Cremonæ à quo recitari ſolita.*
4 *Ordo ſedendi in Congregationibus inter Epiſcopum & Inquiſitorem & quid cùm Epiſcopus eſt Cardinalis.*

1. IN omni actione noſtra inuocandum eſt Diuinum Auxilium, *cap. obſeruatis* 16. *quæſt.* 7. *c. non liceat* 26. *quæſt.* 5. Io. de Zanis *conſ.* 51. incipiente *cum dicatur in principio*, inter conſ. Alex. *vol.* 4. maximè autem id agi debet in negotio omnium maximo, quales ſunt cauſæ fidei.

2. Oratio, *Adſumus Domine Sancte Spiritus*, recitatur in principio Congregationum Sancti Officij, prout ſolere recitari à Summo Pontifice in celebratione Concilij Generalis Epiſcopis, & alijs Prælatis genuflexis, teſtis eſt Chriſtophorus Marcel electus Archiepiſcopus Corciren. *Sacrarum caremoniarum lib.* 1. *cap.* 9. *de pub.* 5. *ſeſſ. fol. mihi* 278. *Impreſſionis Venetæ anni* 1573.

3. Recitabatur oratio hæc in noſtra Inquiſitione Cremonæ ab Eminentiſſimo D. meo Cardinali Camporeo Epiſcopo, dictæ Ciuitatis, Inquiſitore à dextris in angulo tabulæ, & Vicario Generali à ſiniſtris in alio angulo, & cæteris Conſultoribus per ordinem genuflexis.

4. Prior, & eminentior locus in Congregatione erat Eminentiſſimi D. Cardinalis nomine Cardinalitiæ dignitatis, nam cum adeſt ſimplex Epiſcopus, tunc in capite tabulæ ſedent Epiſcopus & Inquiſitor in æquali omninò ſede in omnibus Italiæ Inquiſitionis, ſedente ratione Epiſcopalis dignitatis Epiſcopo in ſede dextro loco poſita, & Inquiſitore in alia, nec mirum Epiſcopis videri debet ſi in Sede æquali cum Inquiſitoribus ſedeant, cum Inquiſitores auctoritate, & Iuriſdictione vti Apoſtolici Delegati Maiores ſint Epiſcopis, vt dixi *in annotation. ad* 1. *quæſtion. Guidoni Fulcodij.*

***

ARGVMENTVM.

Propoſitionum qualitate examinata, & probationibus receptis conſideratis, fit deliberatio ſuper captura, & quid in ea ſit obſeruandum.

SVMMARIVM.

Capi, & carcerari pro crimine hæreſis non debet quis niſi ſit de fuga ſuſpectus. n. 1. *&* 2.
Capere, & carcerare licet poſſit Inquiſitor ſine Epiſcopo, & Epiſcopus ſine Inquiſitore, tutius tamen eſt hoc facere cum Conſilio Conſultorum Inquiſitionis, ſi commodè id fieri poſſit, & Inquiſitori videatur. num. 3.
Capi, & carcerari in crimine hæreſis nullus debet, imò nec citetur ad iudicium, neque examinetur, niſi ſit ſufficienter indiciatus. n. 4.
Forma, & modus, quo captura, & carceratio decernitur. n. 5. *&* 6.
Forma decreti faciendi ſuper captura alicuius. num. 7.

CAP. X.

EYMERICVS *in directorio* de hoc articulo & ſi breuiter prudéter, tamen ſcribit, [Quibus 1.
teſtibus examinatis ſi Inquiſitor viderit factum eſſe probatum plenè, vel eſſe maxima indicia, & ſuſpiciones vehementes contra accuſatum, & timetur de fuga accuſati, vtpotè ſi accuſatus ſentiat, quod contra eum de hæreſi inquiritur, faciat eum capi, ſi autem non timeat de fuga accuſati, faciat eum citari.] Hactenus ibi Eymericus *in Directorio Inquiſitorum part.* 3. *tit. de forma examinationis teſtium, num.* 78. conſimiliter examinetur alij.

Repertorium Inquiſitorum de eodem articulo ſic ſcribit ex Salicceto. [Sed quæ forma debeat te- 2.
neri circa capturam, & dicendum, quod de more ſequatur iſta practica, quod informatione præhabita per Iudicem de Maleficio, & malefactore ſine alia citatione verbali præcedente mittunt Iudices ad capiendum reum, ſi crimen eſt enorme quale eſt iſtud, quod committitur in Diuinam eſſentiam, & permittitur iſta captura, ne fugam arripiat conſcius de crimine.] Hæc ibi. Repertorium Inquiſitorum *in verb. captura, §. ſed qua forma*, ex Salicceto *in l.* 2. *C. de exhibend. reis.*

Sed magis ſpecificè de hoc articulo loquendo in deliberando ſuper captura reorum duo hæc obſer-
uanda ſunt. Primum quamuis, vt ſupra demonſtra- 3.
tum fuit ſolus Inquiſitor, & ſolus Epiſcopus, alter ſcilicet ſine altero ad capiendos reos procedere poſſit, magis tamen iuſtificata videbitur ſi fiat cum conſilio conſultorum eiuſdem Inquiſitionis, ſi commodè fieri poſſit, & Inquiſitori conueniens, vel neceſſaria videatur ſupra *cap.* 6. *§. fin.* Idem ſuadetur *in Directorio Inquiſitorum p.* 3. *tit. de forma examinationis teſtium, comment.* 17. *§. hæc res.*

Alterum eſt, vt qui non eſt ſufficienter Indicia- 4.
tus nullo modo capiatur, ſed neque facilè vocetur ad iudicium, neque examinetur, tum quia frequenti experientia compertum eſt eum qui ſolutus ſua libertate vtitur non facile confeſſurum ſe reum eſſe: tum quia ſimiles vocationes, & examinationes potius deſeruiunt ad admonendos reos denunciatos, vt ſibi caueant, & delictum occul-
tent,

tens, quam ad bonum aliquem effectum producendum. Itaque tutius eſt expectare, vt nouæ probationes, & ſufficientia indicia ſuperueniantur. Interim verò opportunum erit adhibere diligentem aliquem exploratorem Sancti Officij amicum, & fidum, vt vitam, & mores, & conuerſationem illius conſideret & exploret.

5. Poſtremò hic actus decernendi capturam duobus modis fieri ſolet, nam in quibuſdam Inquiſitionibus, vt iudicium actore, reo, & Iudice ſecundum iuriſdictionem conſtare videatur *cap. forus, de verb. ſign.* Procurator Fiſcalis, cui omnia in proceſſu contra patuerunt, porrecto libello inſtare ſolet vt reus denunciatus capiatur, & legitimis pœnis afficiatur, & in eodem libello, dum Fiſcalis petit comprehendi reum, ſimul inſerit, & præſentat teſtificationem habitam contra eum, & qualificationem propoſitionum, vndè liquere poſſit legitimè comprehendi debere, & hæc petitio, ſiue inſtantia Fiſcalis inſeri etiam ſolet in proceſſu illius de quo capiendo tractatur Directorium Inquiſitorum *p. 3. ſuper tit. de forma examinationis teſtium commens. 57. §. hac res* Ioannes Royas *tract. de hæret. p. 1. aſſert. 1. n. 42.*

6. In aliis verò Inquiſitionibus non conſueuit hæc inſtandi formula pro captura ſpectari ſed conſuetus, & vſitatus modus eſt, vt Inquiſitores perpenſis actis de captura deliberent, vt quod decreuerint executioni demandetur.

Vterque modus videtur legitimus, & vbi vnus viget, tutò retineri poteſt nec alter videtur ſine neceſſitate introducendus.

7. Decretum verò, quod ſuper captura facienda emanauerit ſub die menſe & anno, quo factum fuerit, notandum erit in proceſſu illius, de cuius cauſa agitur ſub hac ferè formula.

Die Menſe Anno

In congregatione habita in Palatio Sanctæ Inquiſitionis N. coram R. P. D. Hæreticæ prauitatis Inquiſitore in qua inter fuerunt N. & N. Conſultores eiuſdem Inquiſitionis Propoſita cauſa N. in hoc Sancto Officio denunciati, nec non lectis, & viſis indiciis, & probationibus contra ipſum reſultantibus, decretum fuit quod dictus N. capiatur, & in carcerem Sancti Officij mittatur.

Annotationes Carenæ ad Cap. 10.

SVMMARIVM.

1 *Quæ Auctor dixit num. 4. deſumpſit à pulcherrima instructione Hiſpan. maxime in omnibus Inquiſitoribus notanda.*
2 *Verba inſtructionis referuntur.*
3 *Notanda circa mandatum de capiendo.*

1. Plura ad hoc caput pertinentia dixi ſupra *in Annotationibus ad cap. 8.* ſolum aduerte ad ea, quæ dixit Auctor hic *num. 4.* Ea enim deſumpſit ab Inſtructione Toletana 4. anni 1561. vbi ſic legitur. *En*
2. *caſo, que alguna perſona ſea teſtificada del delito de la heregia ſi la teſtificacion no fuere baſtante para priſion, el teſtificado no ſea llamado, ni examinado, ni ſe haga con el diligencia alguna, porque ſe ſabe por experiencia que no ha de confeſſar, que es herege, eſtando ſuelto, y en ſu libertad, y ſemejantes examenes ſiruen mas de auiſar los teſtificados, que de otro buen effeto, y aſſi conuiene mas aguardar, que ſobreuenga nueua prouança, à nueuos indicios.*
3. Circa mandatum de capiendo, vide quæ notaui etiam ex ſtylo Inquiſitionum Hiſpaniæ de officio Carena *de Offic. Inquiſit.* Sanctiſſimæ Inquiſitionis *p. 3. tit. 2. §. 8. de obſeruandis circa capturam reorum in hoc foro.*

ARGVMENTVM.

Capturâ decretâ datur mandatum de capiendo, & quid in eo actu ſit obſeruandum.

SVMMARIVM.

Capi, & carcerari nemo poteſt in crimine hæreſis ab executoribus ſine mandato, & executoribus ſine mandato aliquem capere volentibus, licitum eſt reſiſtere num. 1.
Forma mandati de capiendo dicto n. 1.
Capiendi, & carcerandi quando ſunt plures rei plura mandata de capiendo expedienda ſunt. num. 2.
Inquiſitores poſſunt habere familiam armatam n. 3.
Iudices ſeculares in capiendis reis, requiſiti à Iudice Eccleſiaſtico debent illi brachium ſeculare impertiri. num 4.
Forma carcerandi Nobiles, Doctores, vel Religioſos pro crimine hæreſis in vrbe num. 5.
Forma capiendi, & carcerandi reos in crimine hæreſis exiſtentes in remotis partibus num. 6.
Defendere hæreticum ne capiatur, aut captum auferre de manibus executorum, graue delictum eſt, & punitur, vt n. 7.
Birruarij an poſſint accidere capiendum pro crimine hæreſis, ſi in captura, ne capiatur ſe deffendere voluerit.

CAP. II.

POSQVAM decretum fuerit reum fore perſonaliter capiendum, & in carcerem mittendum, 1.
mandatum de capiendo ab Inquiſitore ſubſcriptum, datur executori qui reum capturus eſt, quia ſi executor non haberet mandatum de captura, & ſecum non portaret tempore capturæ, vel executionis, non poſſet capere crimino ſum, & ex iſta cauſa ab eo ſe poſſet deffendere, *cap. cum in iure*, vbi gloſ. *in verbo ſuper mandato de Officio deleg.* & tradit in terminis huius iuris Repertorium Inquiſitorum, *in verbo captura, §. nam qualiter.*

Huius autem mandati hæc eſt vulgaris formula, [De mandato Admodum Reuerendi Patris N. Inquiſitoris hæreticæ prauitatis, capiatur N. & captus ad carceres Sancti Officij ducatur, non relaxandus ſine expreſſa licentia eiuſdem Domini Inquiſitoris.]

Si plures rei eodem tempore capiendi ſint, pro 2.
ſingulis, ſingula mandata executori dabuntur, vt ſi neceſſe fuerit capturam vnius vel alterius rei comprehendi communicare cum aliquo, qui non fuerit de miniſtris, vel Officialibus Sancti Officij, captura aliorum ſecreta remaneat.

Mandatúmque de capiendo totidem verbis quibus executore conſignatum fuerit inſeret Notarius in proceſſu eiuſdem rei,

Cum Inquiſitores hæreticæ prauitatis de iure 3.
familiam armatam habere poſſint, tum ad tutamen ſuarum perſonarum, tum ad capiendum hæreticos, credentes receptatores, & defenſores eorum, & valdè expediat in his actibus tam grauibus ſer-

uare ſecretum, & hæc de capiendis reis mandatia nonniſi fidis miniſtris conſignare, ideò executori Sancti Officij ſi propriùs adſit conſignanda ſoni; Inquiſitores de Iure poſſunt habere familiam armatam, Clement. *uolentes*, §. *finali* vbi notant gloſ. *in verbo conceſſione*, & communiter Canoniſtæ *de hæret*. Directoriom Inquiſitorum *p*. 3. *q*.56. & ibi latè *comment*. 105. vbi enumerantur Doctores de hoc priuilegio loquentes de quo extat, Extrauagans Ioannis XXII. incipiens, *Exigit Ordinis Religio*, relata inter literas Apoſtolicas pro Officio Sanctæ Inquiſitionis in fine Directorij.

4 Vbi verò huiuſmodi priuilegium habendi familiam non reperitur vſu receptum, vt propterea neceſſe ſit inuocare auxilium Iudicis ſecularis, curandum eſt Inquiſitori, vt fido executori, qui ſecretum, & fidelitatem ſeruare nouerint, huiuſmodi mandata conſignet, aliàs enim ſi capiendus præmoneretur, facilè fugeret, & captura redderetur inanis.

5. Rectores autem terrarum miniſtros ſuos, ſicut Epiſcopi, vel Inquiſitores petierint fideliter exhibebunt, ſicut Innocentius, & Alexander conſtituerunt his verbis. [Poteſtas præterea militem ſuum vel alium aſſeſſorem ſi Diœceſanos, vel eius Vicarius, aut Inquiſitor à Sede Apoſtolica deputati, ſeu dicti Officiales petierint cum ipſis Officialibus mittere teneatur, & cum ipſis eorumque officium exercere fideliter.] Innocentius Quartus, & Alexander Quartus Conſtitutione, incipiente *Ad extirpandam* §. *poteſtas prætereà*.

6. In Vrbe, vbi carcerem mittendi ſunt viri Nobiles, Doctores, vel Religioſi, aut alij huiuſmodi, vel Commiſſarius Sanctæ Inquiſitionis, val alius miniſter ire ſolet ad domos capiendorum, quos curru exceptos, & delatos in carcerem mittit. Alios vbi non eſt timor de fuga per ſpecialem nuntium vocatos ad Sanctum Officium venire iubet.

Captum reum, benè cuſtoditum, & ſi opus fuerit catenis conſtrictum deducet executor ad carceres Inquiſitionis, & cuſtodi carceris conſignabit. Cuſtos verò illum in ſua cuſtodia recipiet, & eas circa eum iam carceratum leges obſeruabit.

Quod ſi de remotis locis quiſpiam deducendus fuerit non eſt tutum, vel in Hoſpitiis, vel domibus priuatis pernoctari, quia facilè fugam arripere poſſet, ideóque monendus eſt executor, vt vel ad Epiſcopos locorum, ſi adſint, vel ad Iudices ſeculares diuertat, & in eorum carceribus reus deponatur, & cuſtodiatur. Id per literas ſuas eidem executori datas prædictis Magiſtratibus per quorum Territorium reus deducendus eſt ſignificare poterit Inquiſitor, & eoſdem cohortando vt opportunum, & neceſſarium, auxilium præbeant, & fauorem, ſicut expreſsè in hac facti ſpecie conſtituit Bonifacius Octauus *in cap. vt Inquiſitionis* §. 1. *de hæret. lib.* 1.

7. Graue delictum eſt defendere hæreticum, ne capiatur, aut captum auferre de manibus capientium, ideóque Innocentius, & Alexander in ſimiles delinquentes meritam pœnam conſtituerunt, quam Pius V. optimo iure auxit, Innocentius IV. & Alexander Quartus, Conſtitutione incipiente *ad extirpandum*, §. *Quicunque autem*, & Pius V. conſtitutione incipiente, *ſi de protegendis*, habentur inter literas Apoſtolicas in Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis in fine Directorij Inquiſitorum.

8. Quamuis Repertorium Inquiſitorum affirmauerit licere executor inuadere hæreticum, & occidere ſi ſe in captura defendat, ne capiatur, quia non permittitur inſtè inualido ſe defendere contra legitimum executorem ſufficiens habentem mandatum, & hæc ſententia Iure munita videatur, admonendus tamen eſt executor, vt quantum poteſt adhibeat diligentiam, vt tutò capiat reum, ne ad occiſionem illius deueniatur, quàm fortaſſis poterit facile euitare, ſi plures ſecum ſatellites ducat, & ex improuiſo aut aliis tutis modis reum aggrediatur, Repertorium Inquiſitorum *in verbo captura*, §. *Sed qualiter*, per Text. *in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad Eccleſiam confugiunt, & in l quemadmodum* §. *Magiſtratus, Verſ. ſi quid tamen ff. ad l. Aquil.*

Annotationes Careno ad Cap. 11.

SVMMARIVM.

1 *De materia ſupraſcriptis capitis remiſſiuè.*
2 *Tres Hiſpanæ Inquiſitionis inſtructiones circa reorum capturam maximè notanda.*

DE materia huius cap. dixi *part*. 3. *tit*. 1. §. 8. 1
vbi videatur notanda tantum hoc loco eſt inſtructio Toletana anni 1561. X. XI. & XII. in hæc verba.

X. Preſo el Reo el Alguazil le pondra à tal recaudo, que ninguna perſona le pueda ver, ni ablar, ni dar auiſo por eſcrito, ni por palabra, y lo miſmo hara con los preſos ſi prendiere Muchos, que no los dexara comunicar vnos con otros, ſalvo ſi los Inquiſidores lo huuieren auiſado, que la communicacion entre ellos, no reſulterà inconuenience, en loqual guardara la orden, que por ellos fuere dada. Y no les dexara en ſu poder armas, ni dineros, ni eſcrituras, ni papel, ni joyas de oro, ni plata, y a eſte recaudo lleuarà los preſos à la carcel de S. Officio, y los entregara al Alcayde, elqual en los mandamientos de priſion que el Alguazil lleuò para prender los dosentos reos, firmara, y aſſentara como los recibe, y el dia, y la hora (para la cuenta de la deſpenſa) y el mandamiento ſe poudrà en el proceſo, y luego el Alguazil darà cuenta à los Inquiſidores de la execucion de ſus mandamientos. Y la miſma diligencia hara el Alcayde, con qualquier preſo, antes que le apoſente, catandole, y mirandole todas ſus ropas, porque no meta en la Carcel coſa de las ſuſo dichas, ni otra que ſea dañoſa, à loqual eſtarà preſente alguno de los Notarios del Officio. Y lo que ſe hallare en poder del preſo, ſe aſſiente en el ſecreto de àquel preſo, y ſe de noticia à los Inquiſidores, para que lo depoſiten en alguna perſona.

XI. El Alcayde no iuntara los dichos preſos, ne los dexarà communicar vnos con otros, ſino por la orden, que los Inquiſidores le dieren guardandola fielmente.

XII. Otroſi, el Alcayde tendrà vn libro en la carcel, en elqual aſſentarà las ropas de cama, y veſtir, que qualquiera de los preſos traxere. y alli lo firmarà el y el eſcriuano de ſecretos, y lo miſmo hara de todas las otras coſas, que durante la priſſion recibiere. Elqual antes que lo reciba, dara cuenta, à ambos los Inquiſidores dello aunque ſean coſas calidad, de comer, ò de otra y con ſu auiſo lo recibirà, y ſe darà à los preſos, ſiendo coſa que ayan meneſter, y no de otra manera.

⁂

ARGVMEN

ARGVMENTVM.

Tempore Capturæ, an ſit facienda ſequeſtratio bonorum vel aliquod inuentarium.

SVMMARIVM.

Annotatio ſeu ſequeſtratio bonorum reo capto, & carcerato pro crimine hæreſis non eſt facienda, n. 1. & ſeq.

Annotatio, & ſequeſtratio bonorum in crimine hæreſis Reo citato, & non comparente fieri poteſt. Et comparens intra annum recuperat, ſi ſe purgauerit n. 1. in fine.

Annotatio ſeu ſequeſtratio bonorum in crimine hæreſis fieri non poteſt lite pendente n. 2. reo capto, & carcerato, inconſulto ſupremo Senatu Sanctæ Generalis Romanæ Inquiſitionis. 3.

Libri, & ſcriptura inquiſiti pro crimine hæreſis ſunt perquirenda in eius domo tempore capturæ. num. 4.

CAP. XII.

1. NE ex quorundam praui fallantur Iudices Fidei, vt faciant, quæ non conueniunt, admonendi ſunt hoc loco non eſſe facilè recipiendam Doctrinam Ioannis de Royas affirmantis, quod quando reus comprehenditur pro hæreſi vera, & formali, & carceribus S. Officij mancipatur ſtatim fieri debet ſequeſtratio bonorum illius ne ſurripiantur, vel abſcondantur, itavt penes aliquam perſonam idoneam coram Tabellione, & executore ponantur, quæ eorum cuſtodiam, & curam habeat. Illa verò quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, Inquiſitorum mandato per cuſtodem vendantur, Ioannes Royas *tract. de hæret. p. 1. aſſert. 2. n. 45.* cum aliquot ſequentibus.

Hoc ille auctor aſſeruit ſequutus potiſſimum conſtitutiones Inquiſitionis ſuæ prouinciæ. Nam iura, quæ allegat *in l. fin ff. de requirendis reis. & in l. prima Cod. ead. tit.* non loquuntur in hoc caſu, ſed in alio longè diuerſo, videlicet quando reus non comparent intrà annum ad ſe purgandum, tunc enim bonorum adnotatio fieri debet, quæ nihilominùs recuperatur, ſi intra annum veniens ſe purgauerit.

2. Nec dicatur quod cum Bonifacius Papa conſtituerit bona hæreticorum ipſo iure à die commiſſi criminis fore confiſcata merito capturæ tempore poſſe etiam, & debere, tamquam alia adnotari, & ſequeſtrari, quoniam cum nondum conſtet reum eſſe hæreticum formalem neque ex proceſſu informatiuo facto in ſummario iudicio talis conuincatur, Iure communi inſpecto verius videtur non poſſe ad talem ſequeſtrationem deueniri, & eo maximè, quia cum ſequeſtratio regulariter ſit de iure prohibita non eſt ab eâ inchoandum, & lite pendente non debet reus à ſua poſſeſſione remoueri, Bonifacius Octauus *in cap. cùm ſecundum leges, verſ. bona hæreticorum de hæret. lib. 6.* vbi gloſ. *in verbo ipſo iure*, & ibi communiter Canoniſtæ. ſequeſtratio regulariter eſt de iure prohibita *l. 1. C. de prohibit. ſequeſtrat.* gloſ. *in c. dilectus, in verbo ſequeſt. poſſeſ. & fruct.*

3. Si autem ſimul cum hæreſi ex ſummaria Informatione tam graue flagitium commiſſum fuiſſe Inuenerit, vt meritò ad confiſcationem bonorum deueniendum videatur, & conſequenter adnotatio, & ſequeſtratio bonorum meritò appareat facienda, eam priuati Prouinciarum Inquiſitores Inconſulto Supremo Senatu Sanctæ Generalis Romanæ Inquiſitionis nequaquam decernent.

4. Cæterum ſi reus delatus eius conditionis ſit, & de tali delicto denunciatur, aut libros, & ſcripturas habere præſumatur, quales ſunt qui de ſortilegiis pro inueniendis theſauris, & ſciendis futuris, & omnibus conciliandis, & de rebus magnis accuſantur, iſti enim omnes, vel Salomonis (vt vocant) clauiculã, vel Abbatis, Tritemij, ſeu verius Cornel. Agrip. Steganographiam, vel aliquod horum, vel ſimilium Scriptorum nefaris fragmenta habere ſolent, iſto caſu diligens perquiſitio, & deſcriptio librorum, & ſcripturarum fieri debet, & capturæ tempore diligens inuentarium conficiet Notarius, & ſi quos libros, vel ſcripturas hæreticas vel ſuſpectas inuenerit, ſecum deferre curabit, Indè enim pro inuenienda veritate, magnum poterit deſumi argumentum, & niſi adhiberetur hæc diligentia facile poſſent ipſius amici, & domeſtici, vel dolo, vel putantes ſe id iure facere poſſe talia ſcripta occultare, & corrumpere, cum Vulpianus reſponderit in hæc verba. [Tantumdem debebit facere, & in libris improbatæ lectionis, magicis fortè, vel his ſimilibus. Hæc enim omnia protinus corrumpenda ſunt.] hactenus ibi, quamuis aliò planè tendat Vulpiani reſponſum: Cenſuit enim libros improbatæ lectionis, id eſt prohibitos, & magicos quibus continentur Dæmonum inuocationes. non venire in iudicium familiæ Herciſcundæ, ideſt non eſſe inter hæredes diuidendos, ſed protinos corrumpendos, Vulp. *in l. cætera, §. tantundem, ff. familiæ herciſcundæ.*

Annotationes Carena ad Cap. 12.

SVMMARIVM.

1 *Fidei priuilegiũ eſt quod non litigat ſine poſſeſſione.*
2 *Cum de hæreſi formali agitur fit ſequeſtratio bonorũ.*
3 *Perquiſitio fit in actu capturæ, & quid ſeruandum.*

QVia priuilegium eſt ſingulare Fiſci, quod nunquam litigat, ſine poſſeſſione, vt notaui *in meis reſolutionibus Practicis* hoc anno editis *Cremonæ, reſolutione 112. n. 15. centuria 2.* vbi, & declaraui quomodo id procedat. 1.

Hinc eſt quod cum de crimine hæreſis formalis agitur ſolet fiſcus bona delinquentis apprehendere, & ea ſub ſequeſtro ponere, de cuius forma adſunt inſignes inſtructiones Hiſpanæ, vulgò *di Toledo* dictæ *ind. 8 & 9.* dixi *parte 3. titul. 1. §. 8. n. 31.* 2.

Facienda etiam eſt eo modo, quo præſcribit Auctor, perquiſitio in domo detenti, vt notaui aliis allegatis *p. 2. tit. 12. §. 24. n. 207.* 3.

ARGVMENTVM.

De ordine in cuſtodiendis Carceratis obſeruando.

SVMMARIVM.

Cuſtodiendi in carceribus capti pro crimine hæreſis

non omnes pari modo tractandi ſint, ſed aliqui mitius, aliqui autem grauius cuſtodiri debent, iuxta perſonarum qualitatem, & criminis pro quo detinentur num. 1.

Carcer Fœminarum debet eſſe diſtinctus à carcere Maſculorum num. 2. vbi etiam quid ſi carcerare contingat maritum, & vxorem n. 2.

Carcerati cuſtodiendi ſunt ſinguli ſoli in carcere abſque aliorum ſocietate niſi ex cauſa aliter facere putauerint Inquiſitores num. 3.

Carceratorum tranſlatio de vno carcere ad alium quomodo facienda n. 4. & n. 5.

Fœminæ quando ſunt carcerandæ pro crimine hæreſis, in quibus carceribus, & quomodo carcerandæ ſint n. 6.

Cuſtodes carcerum debent diligenter carceres, perquirere, & viſitare, ne parietes perforentur, & carcerati aufugiant n. 7.

Carcerati, ſi Inquiſitori videbitur, poſſunt detineri in compedibus, & manicis ferreis, & præſertim noctis tempore n. 8.

Inquiſitores poſſunt inuocare brachium ſeculare pro cuſtodia carceratorum n. 9.

Alimenta carceratis quomodo ſint præſtanda numer. 10. & 11.

Cap. XIII.

1. SEries, & ordo huius praxis poſtulare videtur, vt hoc loco de hoc articulo breuiter agatur pro faciliori Inquiſitorum Inſtructione. Primum ergo obſeruandum eſt non omnibus reis pares carceres eſſe conſignandos, ſed pro delictorum, & perſonarum qualitate aliquando duriora conclauia, & obſcuriora, aliquando verò lætiora, & amæniora conſignabuntur, nam qui leuiùs deliquerunt, & mitiùs tractari, & leuius cuſtodiri debent, & aliter iuuenes, quam ſenes, plebei, quàm nobiles ſæpè cuſtodiri debent *l. prima ff. de cuſtodia reorum l. Diuus, ff. de officio Præſidis.* Directorium Inquiſitorum *parte 3. comment. 108. ſuper q. 59.*

2. In eodem conclaui, mares, & fœminæ mixtim occludendi non ſunt, quod Imperatoria lege ita cauetur. Sexu autem diſpares diuerſa clauſtrorum habere tutamina iubeantur, *l. quoniam, C. de cuſtod. reorum.*

Sed ſi pro eodem delicto maritus, & vxor in carceres Inquiſitionis conijcerentur in eodem conclaui occludi poſſent, niſi forſaſſis timeretur, quod alter alterum impediret à libera delicti confeſſione, conferunt tradita in Directorio Inquiſitorum *quæſtion. 3. commentario 108. ſuper quæſt. 59. §. hoc tamen fallit.*

3. Præterea duo, vel plures ſimul in eodem conclaui recludendi non ſunt niſi aliter ex cauſa faciendum putauerint Inquiſitores. Quoniam rei carcerati, & præſertim facinoroſi maiori ex parte ſecum ineunt conſilia de fuga arripienda; de veritate celanda, de euitandis, & excludendis Iudicum interrogationibus, & de iuſto iudicio ſubterfugiendo; id verò tunc potiſſimum obſeruandum eſt, (vt prudenter Afflictus admonuit) quando reus confeſſus eſt, ſiue in tormentis, ſiue extra tormenta, nam ſi tunc cum aliis ſociaretur, facilè reuocaret confeſſionem. Directorium Inquiſitorum *p. 3. comment. 108. ſuper quæſtione 59. §. Item id* Matthæus de Afflict. *ſuper conſtit. Regni lib. 1. rubr. 27. de Homicidio Clandeſt. in conſtitutione incipiente, ſi damna num. 62. & 63.*

4. Carcerati qui ſimul in eodem conclaui recluſi fuerint, ſi ad aliud conclaue fuerint transferendi, idque fieri debet, vt euitentur carceratorum communicationes, exploratum eſt enim, quod cum transferuntur de vna ſocietate in aliam referunt mutuo, inter ſe ea quæ geruntur, ſed cum legitima cauſa ſuaſerit faciendam eſſe talem tranſmutationem, prudenter, & cautè fieri poterit.

Sed cùm quis ex reis carceratis confeſſus fuerit, & benè conuerſus, itaut de eius vacillatione Inquiſitori amplius non videatur timendum, facilius ille poterit de vno conclaui in aliud transferri, imò verò eius miniſterio ſæpè vti poterit ad eruendam ab aliis carceratis veritatem, iuxta conſilium Eymerici, quod competenti loco, & tempore vſurpare licebit, Eymericus in Directorio Inquiſitorum *part. tertia de cautelis Inquiſit. contra hæreticorum fraudes num. 107. verſic. nona cautela, & in comment. 23. §. & faciat, quod ille loquatur.* 5.

Cum fœminæ in carcerem mittendæ fuerint ad omnem mali ſuſpicionem præcauendam, ſingulis pro qualitate earum vna ſaltem honeſta fœmina, veluti ſocia adiungetur, quæ à carceratæ latere nunquam diſcedat, hæc ſocia ætate matura, bonis moribus prædita, pia, & fidelis eſſe debet, authen. *Hodie nouo iure, C. de cuſtod. reorum.* 6.

Sæpè etiam fit, vt cùm carcerandæ ſunt fœminæ non ad carceres Inquiſitorum, & præſertim regularium. quando ſunt intra ſepta Monaſteriorum, ſed ad Monaſteria Sanctimonialium deducantur, quod cùm contigerit, ordinandum eſt Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ, ne quemquam admittat ad colloquendum cum fœmina ibi recluſa, abſque expreſſa Inquiſitoris facultate, & vt ordinem ibi præſcriptum diligenter obſeruet.

Quando tamen cauſa grauius eſt, & plena periculi, quales maiori ex parte cauſæ fidem tangentes eſſe ſolent, tutius eſt, vt etiam fœminæ in carceribus Inquiſitorum recludantur, ſuper quo conſulendi erunt Cardinales Inquiſitores Generales, qui re maturè conſiderata, videbunt an magis expediat reos huiuſmodi in carceribus Epiſcopi, vel Inquiſitorum regularium cuſtodiri, præſertim ſi iuuenes, & pulchræ fuerint, quales ſæpe eſſe ſolent, quæ ſortilegiis amatoriis dant operam.

Generaliter obſeruandum eſt, vt carcerati diligenter cuſtodiantur, & vt cubicula, ſeu conclauia, in quibus detinentur cuſtode carceris frequenter viſitentur, & explorentur, ne quid clam introducatur, quo vel ſe carcerati interficere, vel parietes perforare, ac fugere poſſint. Cæterùm circa fœminas exactior diligentia adhibenda, quæ cùm ſint ſexu fragiliores, & iræ, ac deſperationi magis ſuccumbant, quàm mares, faciliùs quærunt occaſionem ad necem ſibi inferendam. 7.

Si expedire videatur, vt tutiùs cuſtodiantur carcerati in compedibus, & manicis ferreis ponere; Id facere poterit Inquiſitor, cum & iure cautum, & ſæpè neceſſarium ſit; Cum facinoroſis quibuſdam, & magis criminoſis, id plerumque obſeruandum erit, & præſertim noctis tempore, quando maximè ſolent ſcelerati, & de rumpendis vinculis, & perforandis parietibus, & de fuga arripienda cogitare, iure cautum in Clem. *1. §. propter, quod, de hæret.* 8.

Quod ſi tanta fuerit, vel Iudicum fidei paupertas, vel carcerum ſuorum penuria, aut minimè tuta cuſtodia, quia Verbi gratiâ, tenues ſunt parietes, & feneſtræ ſine cratibus ferreis, & ianuæ ſine firmo clauium præſidio, vt neceſſe ſit ad Iudices ſeculares pro tuta captorum cuſtodia recurrere, Ma- 9.

giſtratus

giſtratus ſaeculares operam ſuam fideliter præſtare tenentur iuſta præceptum Alexandri ipſis directum in hæc verba. [Teneantur inſuper poteſtas Capitan. Conſules, ſeu Rector vel alij huiuſmodi omnes hæreticos, & hæreticas, qui capti amodo fuerint cuſtodiri facere ſub expenſis Communis Ciuitatis vel loci qui præſunt per viros Catholicos ad hoc electos à Diœceſano, ſi fuerit præſens, & fratribus ſupradictis, vel Inquiſitoribus, ſeu Inquiſitore in aliquo ſpeciali carcere tuto, & ſecuto in quo ipſi ſoli teneantur. Seorſum à latronibus, & bannitis, donec de ipſis fuerit definitum.] Alexander Quartus Conſtit. incipiente *ad extirpanda*, §. *teneantur inſuper*, Concordat text. *in cap. vt Inquiſitionis* §. 1. *de haret. lib.* 6. & directorium Inquiſitorum *parte tertia, titulo de modo interrogandi reum accuſatum num.* 75. §. *& ſi videat, Verſ. vel teneat eum.*

Alimenta quæ carceratis conferuntur, taxanda ſunt iuxta qualitatem temporis, & caritatem, vel abundantiam rerum comeſtibilium, Cœterum ſi aliqua perſona qualificata, & opibus abundans capta fuerit, & voluerit manducare, & ſumptus facere vltra ordinariam, conſuetam alimentorum taxationem, & iuxta conſuetudinem ſuam, indulgendum eſt eius voluntati, & concedendum quidquid fuerit viſum honeſtum, & conueniens ſibi, & famulo, vel famulis ſuis, ſi quos ſecum habeat intra carceres.

Sed nec cuſtos carceris, nec alius miniſter accipiet, quæ fortè ſupererunt alimenta, ſed ea in pauperes diſtribuentur.

11. Eadem alimenta reis præbenda, regulariter in domo Inquiſitionis præparanda, & coquenda ſunt nam ſi vel ex domibus reorum, vel aliunde præparata afferentur facile poſſent occultum aliquod nuntium continere, quo rei carcerari, vel ad veritatem occultandam, vel ad inditium eludendum, vel ad fugiendum, vel ad alia huiuſmodi perpetranda inſtruerentur.

An autem, & quando ſine periculo in domibus reorum præparari poſſint prudentiæ, & arbitrio Inquiſitorum relictum eſt.

Cœterum ob prædictam cauſam nonniſi rarò, & cum exquiſita conſideratione hoc arbitrio vti oportet.

Annotationes Carena ad Cap. 13.

SVMMARIVM.

1 *De reorum cuſtodia.*

2 *Verba Pulcherrima Hiſpana Inſtructionis circa cuſtodiam reorum.*

3 *De alimentis dandis carceratis alia Inſtructio Hiſpana Inquiſition. notanda.*

1. Circa ordinem in cuſtodiendis huiuſce Fori reis pulcherrima ſunt monita Auctoris hoc loco omnino obſeruanda, multa ex his idem auctor repetijt ad directorium Inquiſitorum parte tertia, commentario 108. & aliqua dixi ego. *p.* 2. *tit.* 11. §. 24. Pro Inquiſitionibus Hiſpaniæ adeſt. inſtructio prima ſub titulo *las inſtrutiones, que tocan al Carcelero ſon eſtas, que ſeguen*, in Inſtructionibus Hiſpali annis 1500. *Item que ningun Alguazil, ni Carcelero, que tuuiere carge del carcer y preſos no conſenta ni de lugar, que ſu muger ni otra perſona de caſa ſuia, ni de fuera vea ni hablo con ningun de los preſos ſalue el que tuuiere carge de dar da comer à los dichos preſos el qual ſea perſona de confianza, y fidelidad iuramentado de guardar ſecreto, y los cate, y mire loque les leuare que no vaia en ello cartas, ò auiſos algunos.*

Et in inſtructione ſecunda *ibidem* cauetur quod deputatus ad dandum carceratis alimenta debet eſſe deputatus ab Inquiſitoribus.

Circa eadem alimenta reis danda, notanda eſt alia Toletana inſtructio 75. anni 1561. *El mantenimiento, que ſe ha de dar à los preſos por la Inquiſition, ſe baſſe conſeſſione al tiempo, y la careſtia de las coſas de comer. Pero ſi alguna perſona de Calidad, y que tienga bienes en abundacia fuere preſa, y quiſiere comer, y gaſtar mas de la racion ordinaria deuereledar a ſu voluntad todo lo que parciere beneſte perra ſu perſona, y criado, ò criados ſi les tuuiere en la carcel.* 3.

ARGVMENTVM.

De prima audientia quâ Inquiſitores Reos carceratos excipiunt: & quid, & quomodo eos interrogare debeant.

SVMMARIVM.

Forma plurium interrogatoriorum faciendorum reo carcerato in eius primo conſtituto num. 1. & omnibus ſeqq.

Reus in crimine hæreſis carceratus diligenter primo loco interrogandus eſt de cauſa ſua captura, n. 2. & ſeqq.

Reus pro crimine hæreſis, interrogandus eſt de eius parentibus, & conſanguinibus n. 4.

Reus carceratus pro crimine hæreſis interrogandus eſt de locis in quibus habitauit n. 5. & ſeqq.

Reus carceratus pro crimine hæreſis interrogandus eſt de ſua profeſſione, exercitio, paupertate, diuitijs, & his ſimilibus n. 8.

Reus pro crimine hæreſis carceratus, interrogandus eſt, an aliàs fuerit carceratus in Tribunali Sancta Inquiſitionis, n. 9.

Reus carceratus pro crimine hæreſis, interrogandus eſt an quolibet anno ſua peccata confeſſus fuerit, & Sanctiſſimam. ſumpſerit Euchariſtiam, dicto num. 9.

Reus carceratus pro crimine hæreſis interrogandus eſt ſi habeat aliquot inimicos & quos n. 10.

Notarius debet fideliter ſcribere interrogatoria, & reſponſiones reorum n. 1.

CAP. XIV.

Reos iam carceratos quando Inquiſitores voluerint ante ſe, & Notarium, ſiue Secretarium Sanctæ Inquiſitionis ſiſti iubebunt, & præſtito iuramento de veritate dicenda interrogabunt, 1.
tam de ſe, quam de alijs dicere veritatem iuxta infraſcriptum ordinem Directorij Inquiſitorum *part. 3. titulo de modo interrogandi reum accuſatum, num. 74. & ibidem in commentario* 18. Simancas *de Catholic. inſtitution. titulo 44. de ordine procedendi num. 14.*

Die Menſis N. Anni N. 2.
Conſtitutus in tali Ciuitate, & tali Inquiſitione coram R. P. D. Fratre N. Ordinis Prædicatorum

Sacræ Theologiæ Magiſtro,in meique Notarij præſentia N. Filius N. de tali loco ætatis ſuæ annorum N. in circa, cui delato Iuramento de veritate dicenda, quod præſtirit tactis Sacroſanctis Scripturis fuit per Dominum.

Interrogatus, An ſciat cauſam ſuæ capturæ, vel ab aliquo,aut aliquibus intellexerit.

Reſpondit &c.

Interrogatus vbi, quando, & quomodo fuit captus. Si reſponderit neſcire

Interrogatus, an ſaltem cauſam poſſit cogitare, & dicat an ſciat in quibus carceribus ſit detentus, & qua de cauſa homines in illis detineantur.

Si dixerit, quod non, ſed eſſe in carceribus Sancti Officij vbi detinentur hæretici, & ſuſpecti de hæreſi.

Dicatur ſibi, quod cum ſciat, quod detinentur capti ex cauſa Violatæ Religionis, debet etiam cogitare quod, & ipſe detineatur propter cauſas violatam religionem concernentes, & ideo dicat ob quam cauſam credat ſe fuiſſe captum, & in carceribus S.Offic detineri.

Si negatiuè reſponderit.

Tutum videtur ſemper oretenus quandam benignam monitionem hic aliis interrogationibus præmittere, commemorando videlicet benignitatem Sancti Offici erga non coactè confitentes, & rigorem iuris quo vtitur contra renitentes, & comparando alia Tribunalia cum Sancto Officio; nam in aliis delicta confitentibus, parata eſt executio & pœna In foro verò Inquiſitionis confitentes, & pœnitentes mitius tractari ſolent.

3. Mox in ſcriptis moneatur, & dicatur ei quod Miniſtri Sancti Officij neminem comprehendunt, aut comprehendere ſolent ſine iuſta cauſa, quamobrem ab eo obnixè petitur eique præcipitur,& mandatur vt exactè cogitet, & diligenter perpendat actiones ſuas, ſuamque conſcientiam examinet, & expurget à delictis, & erroribus quibus fortè tenetur,& de quibus eſt denunciatus.

4. Interrogatus vnde originem trahat, & qui ſunt eius parentes.Hoc interrogatorium eſt magnæ conſiderationis,præſertim quando agitur de hominibus obſcuris,& plebeis, tunc enim ne dum de parentibus, ſed etiam de Maioribus, ac tranſuerſalibus interrogari poterunt, & vlterius iuberi, vt declarent Genealogiam,ſiue genus ſuum,& clarè,& ſingulariter explicent; An aliquis ex prædictis fuerit aliquando à Sancto officio captus & pœnitentiatus; hæc enim non imprudenter inquiruntur cum ſicut à bonis progenitoribus boni ita ſæpè à malis mali filij, & nepotes prodire ſoleant, & deſcendentes ſæpè maiores ſuos ſtudioſè imitari ſolent, Hoc præcipuè locum habet in illis qui ab Hebreis, & Mahumetanis, & factioſis originem habent, Grammaticus *conſil.* 13. incipiente *in Ieſu Chriſti num.*5.

Interrogatus vbi fuerit nutritus, & in quibus lo-
5. cis habitauit; etſi mutauerit locum proprium, ſiue Patriam.

Interrogatus quare locum natiuitatis mutauit, & qua de cauſa ſe tranſtulit alium locum.

Interrogatus cum quibus in prædictis locis fuerit conuerſatus, & quorum amicitia,& familiaritate vſus fuerit.

Interrogatus, An cum illis cum quibus dixit ſe fuiſſe conuerſatum, aliquando de rebus religionis ſermonem habuerit, vel illos de religione loqui audiuerit,& in quo loco, & quando &, quoties & de quibus rebus,ſeu de qua materia loquerentur.

De prædictis ideo diligenter interrogandus eſt 6.
reus, præſertim ſi fuerit vafer,& callidus,& de quo non confidit Inquiſitor quod facilè ſit dicturus veritatem; quoniam vt prudenter admonent Oratores, ex genere, natione, patria, educatione; diſciplina,tempore præterito, ſocietate, amicitia, moribus, & verbis non leuia ſuſpicionum argumenta oriuntur. Cicero. *lib.2. Rhetoricorum ad Herennium.* Quintilianus *lib.* 5. *capitulo* 8. *oratoriarum Inſtitutionum* Gandinus *tract. crimin. titul. de præſumptionibus*, Franciſcus Caſonius *tractatu primo, de Indicijs ex perſona, capitulo primo, & multis ſequentibus*, Antonius Tiraquellus *in l.ſeptima connub num.*17.

De his tunc maximè inquirendum eſt,cum agitur 7.
de examinandis reis qui habitauerunt in Terris Schiſmaticorum, Hæreticorum Gentilium, & aliorum quorumcumque Infidelium,ſiue errantium quorum mores facilè ſequuntur, qui diu præſertim inter ipſos habitauerunt Exempla ſunt in promptu; Sed nullum clarius aut lamentabilius, quàm quod de filiis Iſraël toties repetunt Sacræ litteræ qui ad idololatriam valdè proni ſæpè verum Deum dereliquerunt, quia mores Ægyptiorum imbiberant, quod breuiter ſed luculenter Dauid *Pſalmo* 105. declarauit dicens. *Et commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum, & immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs.* Confert. text. *in l. quod ſi nolit, §. qui mancipia ff de ædil. edit.*

Interrogatus cuius profeſſionis ſit, ſeu quod 8.
exercitium habeat.

Interrogatus, An ſit diues, vel pauper, quantum habeat in redditibus, & cuius expenſis viuat

Dicatur ei quod reddat rationem vitæ ſuæ, & quid à pueritia, & citra fecerit.

Interrogatus in quibus locis,ſeu Ciuitatibus, & ſtudiis litterarum operam dederit.

Interrogatus quos præceptores habuerit, & explicet nomina illorum.

Interrogatus quas artes didicerit.

Interrogatus quos libros legerit, & habuerit, & an de præſenti habeat libros de Religione tractantes, & quos.

Interrogatus,An aliquando in aliquo Tribunali, 9.
vel in Tribunali Sanctæ Inquiſitionis fuerit examinatus, vocatus, vel in aliquo iudicio conſtitutus vti proceſſatus, & ex quibus cauſis, & an ſequuta fuerit abſolutio, vel condemnatio, & per quem Iudicem,& quo anno.

Et an vnquam fuerit excommunicatus, & ob quam cauſam, & an poſtea fuerit abſolutus, vel condemnatus, & ex qua cauſa.

Interrogatus,An ſingulis annis ſit ſolitus ſacramentaliter confiteri peccata ſua, & quoties,& dicant, in qua Eccleſia, & exprimat nomina tam confeſſorum, quam illorum, è quorum manibus Euchariſtiam ſumpſerit, & maximè à decem annis, & citrà.

Interrogatus quas orationes, ſiue Sacras preces recitet.

Interrogatus, an habeat aliquos inimicos, &
exprimat nomina ipſorum, & dicat cauſas inimici- 10.
tiarum.

Si ex iſtis, vel ſimilibus interrogationibus pluribus, vel paucioribus inductus reus palam confeſſus fuerit veritatem peracta erit eius cauſa,cum protinus innoteſcat,quem exitum ſit habitura.

Quod

Quod ſi adhuc neget dicens ſe neſcire, cur vocatus, aut in carcerem miſſus ſit, Inquiſitor poterit explicare quod cum ex eius dictis appareat ipſum conſtitutum nolla pateſacere veritatem, nec conſtet ipſum tales habere inimicitias, nec tales extare odij cauſas, vt aliqui moueri potuerint aut debuerint ad ipſum calumnioſè, & falsò denunciandum, maior oritur ſuſpicio, quod veræ eſſe poſſint teſtificationes habitæ in Sancto Officio contra ipſum, & propterea monitus iterum ad melius, & melius cogitandum, & ad veritatem ingenuè confitendam, dicat an in prædicta materia ad fidem, & Sanctum Officium ſpectante, verbis, & factis errauerit, vel ſuſpectum ſe alijs exhibuerit.

Omnia verò interrogatoria reis propoſita, & eorum reſponſa, & dicta ſicut propoſita fuerint, & prolata à Notario fideliter, & per extenſum ſcribenda ſunt.

Quod ſi Inquiſitori videatur finire examen, antequam ad alia interrogatoria particularia deſcendat, tunc ſeruato ſtylu conſueto dicetur ſic.

Quibus habitis Dominus acceptans &c. dimiſit examen animo &c. iniuncto quod ſe ſubſcribat &c. mandauit reduci ad locum ſuum.

Si Reus ſcit ſcribere ſe ſubſcribat, ſin minus apponit ſignum Crucis.

Annotationes Carena ad Cap. 9.

SVMMARIVM.

1 *Ordo interrogandi reum in propria audientia.*
2 *Tres inſignes Instructiones Hiſpana circa interrogandum reum in propria audientia.*
3 *Monitum Inquiſitoribus diligenter cuſtodiendum ex alia Instructione Inquiſitionis Hiſpana.*

1. POnit hic Pegna modum & ordinem primæ audientiæ dandæ reis quem, & modum eos interrogandi, egregiè declarat instructio 13. 14. 15. & 16. Toletana Anni 1561. his verbis.

2. 13 *Pueſto el preſo en la carcel, quando alos Inquiſidores parecia mandaran trahiere ante ſi, y ante vn Notario del Secreto mediante iuramento le preguntaran por ſu nombre, y edad, y officio, y Vezindad, y quanto ha que vino preſo, o los Inquiſidores ſo auran con los preſos humanamente tratandoles, ſegun la calidad de ſus perſonas, guardandos con ellos la autoridad conueniente, y no dandoles ocaſion aque ſe deſmidan. Suelenſe aſſentar los preſos en vn banco, ò ſilla baxa, por que con mas atencion puedan tratar ſus cauſas, aunque al tiempo, que ſe les pone la acuſacion, han de eſtar en pie.*

14 *Luego conſecutiuamente ſe le manderà, què declare ſu genealogia, lo mas largo que ſer pueda, comenzando de Padres, y abuelos con todos los tranſuerſales de quien tanga memoria, declarando los officios, y Vezindades, que tuuitron, y con quien fueron Caſados, y ſi ſon viuos, ò defuntos, y los hijos, que los dichos aſcendientes y tranſuerſales dexa en, Declararà aſſi miſmo conquien ſon ò han ſido caſados los dichos reos, y quantas veçes lo han ſido, y los hijos, que han tenido, y tienen, y quanta edad y el Notario eſcriuir à la genealogia, en el proceſſo, poniendo cada perſona por principiò de renglon declarando ſi alguno de ſus aſcendientes, ò de ſu ligna ha ſido preſo, e penitenciado por la Inquiſition.*

Fecho eſto, ſe le pregunte al reo donde ſe ha viuido, y con que perſonas, ſi ha eſtudiado alguna facultad, y ſi ha ſalido deſtos Reynos, y en que companias, y hauiendo declarado todas eſtas coſas, ſe le pregunte generalmente ſi ſabe la cauſa de ſu priſion, y confeſſion à ſu reſpueſta ſe le hagan las 2.
demas preguntas, que conuengan à ſu cauſa, y le amoneſtero, que diga, y confieſſe verdad confieſſo al eſtilo, e inſtruciones del Santo Officio, haziendole tres moniciones, en differentes dias, con alguna interpelacion, e ſi alguna coſa confeſſare, y todo lo que paſſare en la audiencia, eſcriualo el Notario en ſu proceſſo, y aſſi miſmo ſe le pregunto por las oraciones, y doctrina Chriſtiana, y quando ſe confeſſo, y conque confeſſores y deueo ſiempre los Inquiſidores eſtar aduertidos, que no ſean importunos, ni demaſiados en preguntar alguna de las coſas ſuſtanciales teniendo aſſi miſmo mucho auiſo de no preguntar fuera de lo indiciado, ſino fueren coſas, que al reo de ocaſion por ſu confeſion, y ſi fuero confeſſado, dexen le dezir libremente ſin atajar non ſiendo coſas impertinentes las que dixere.

16 *Para los Inquiſidores puedan hazer eſto, y iuzgar rectamente, deuen ſiempre eſtar ſoſpechos de que puedan recebir engaño, aſſi en la teſtification, como en las confeſſiones, con eſte cuydado y rezelo miraran, y determinaran la cauſa conforme à verdad, y iuſticia, porque ſi fueſſen determinados à la vna, ò a la otra parte: facilmente pueden recebir engaño.*

ARGVMENTVM.

Quando Inquiſitor non poteſt de ore Rei eruere veritatem, vigore generalium interrogatoriorum ad particularia interrogatoria deſcendere debet.

SVMMARIVM.

Forma interrogandi reos pro crimine hæreſis carceratos quando prima vice examinati ſuper generalibus ſteterunt in negatiua n. 1. & ſeq.

CAP. XV.

SI ex propoſitis ſupradictis interrogatorijs generalibus non potuerit à reo aptum reſponſum haberi ad habendam veritatem, mox deſcendendum eſt ad interrogatoria particularia hoc eſt ad illa quæ concernunt materiam ſiue delicta, aut hæreſes, de quibus Reus fuit denunciatus, videlicet ſi accuſatus fuerit, quod negauerit Purgatorium, poſt vnum, duos, aut tres dies poſt primum examen, ſuper hoc fient prudentes interrogationes, iuxta infraſcriptam formulam;

Die N. Menſe N. Anno N.

Conſtitutus vbi, & quibus ſupra in meique Notarij preſentia N. de quo ſupra cui delato iuramento de veritate dicenda, quod tactis ſcripturis præſtitit, fuit per Dominum.

Interrogatus, An vltra ea, quæ ipſe conſtitutus dixit in alio ſuo examine occurrerit ſibi aliqua dicenda, & quæ.

Reſpondet &c.

Interrogauit

Interrogatus, an melius cogitauerit, & recor-
2. dari potuerit cauſam ſuæ carcerationis, & examinis prout aliàs fuit interrogatus, & an ſaltem habeat aliquam ſuſpicionem, à quo deferri potuerit apud Sanctum Officium, & ſuper quibus rebus.

Interrogatus, an vnquam audiuerit loqui de Paradiſo, Purgatorio, & Inferno.

Interrogatus, quid audiuerit loqui de præfata materia.

Interrogatus, qui ſunt illi à quibus audiuit de præfata materia tractari, vel diſputari.

Interrogatus quid ipſe reus ſuper hoc aliquando ſit loquutus.

3. Interrogatus, quid ipſe tenuerit & crediderit, & de præſenti teneat, & credat de purgatorio.

Et ſi reſponderit ſe rectè de eo tenuiſſe, & neget ſe malè ſenſiſſe, ſed crediſſe id quod tenet, & docet Sancta Mater Eccleſia.

Præcipiatur ei vt dicat, quid de eo teneat, & credat Sancta Mater Eccleſ. Rom.

Et habita eius reſponſione moneatur, vt bene aduertat dicere veritatem, & caueat à mendacio, quoniam contrarium habetur teſtificatum contra ipſum videlicet, quod loquendo de Purgatorio dixerit talia, & talia, ponendo verba præciſa, quæ ab eo dicta fuiſſe depoſuerunt denunciator, & teſtes.

4. Et ſucceſſiuè in eadem, vel in alio examine ſimili modo interrogabitur de ſingulis alijs articulis, de quibus eſt denunciatus, vt ſi Verbi gratia dixerit ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum, aut licitum eſſe inuocare dæmones, & eis ſacrificia offerre, & ſimilia, nam poſt generalia interrogatoria deſcendetur ad particularia conſtringentia reum, vt ſe vel conformet cum teſtificationibus habitis contra ipſum, vel ſi cum ipſis non conueniat adhuc iterum, atque iterum examinetur, & ad vlteriora remedia procedatur.

Et in fine examinis dicatur ſicut ſupra.

Quibus habitis &c.

Annotationes Carenæ ad Cap. 15.

SVMMARIVM.

1 *De ſecunda reorum audientia.*
2 *De interrogatione ſuper intentione quid potiſſimum animaduertendum.*
3 *Rei quando ſuper intentione interrogandi.*
4 *Confeſſarij cum in crimine ſollicitationis examinantur qui debeat Inquiſitor præcauere.*

VBi à reo veritas nequeat haberi ex interrogatorijs generalibus docet Pegna debere Inquiſitorem deſcendere ad particularia, & quamuis modus reum in Sancto officio examinandi potius ſit prudentiæ, quàm artis, vt ex eodem Pegna *ad directorium parte* 3. *commentario* 21. *num.* 85. notaui ego *parte tertia titulo ſecundo*, §. 9. *num.* 35. tamen DD. noſtri multa docent, quæ
1. deſeruire optime poterunt Inquiſitoribus in huiuſce examinibus inſtituendis. Videnda imprimis conſtitutio Martini V. edita anno 1410. incipiente, *inter cunctos*, Verſiculo *ſuper præmiſſis*, impreſſa poſt Directorium, Simancha *de Catholica inſtitution. tit.* 43. *num.* 14. *& ſeq.* Et in Enchirid. *Iud. Violata Relig. tit.* 28. Paramum *de origine Sanctæ Inquiſitionis lib.* 3. *quæſtione quarta*, *Rubrica de forma*, *& ordin. Iud. num.* 37. *& ſeq.* cum alijs recenſitis à Farinacio *de hæreſi q.* 185. *n.* 9.

Vbi de hæreſi formali non agatur de ſortilegio 2.
aliquo qualificato vel dictis hæreticalibus, rei debent interrogari ſuper intentione ad quam tantè detegendam Inquiſitores totum ſuum conatum adhibere ſolent, & debent, cum in hoc formaliter hæreſis conſiſtat.

In hoc igitur caſu animaduertere præcipue debent Inquiſitores an propoſitio erronea, vel hæretica ſemel tantum fuerit prolata, & factum ſortilegum ſemel geſtum, an pluries. Quoniam ſi pluries id contigerit, non debent ſtatim Inquiſitores acquieſcere Reo affirmanti bonam intentionem, & credulitatem, eo quia quò pluries geſtum fuerit factum ſortilegium, & pluries prolata propoſitio hæretica, eò etiam maior oritur ſuſpicio, quod eius intentio, & credulitas fuerit vulnerata, vnde debent Inquiſitores ad primam rei reſponſionem, quod Catholicè ſemper ſenſerunt illi obijcere hoc vel ſimili modo. Et ei dicto quod cum pluries protulerit &c. ſeu factum illud hæreticale, & experimentum Magicum iteratis vicibus patrauit, & poſt primam prolationem, aut patrationem, iterum, atque iterum in eiſdem inciderit præſumitur in ipſo eſſe vel fuiſſe malam credulitatem, & intentionem, ſcilicet corde adhæſiſſe propoſitioni &c. & præſtitiſſe fidem dicto experimento magico inueriſimile enim eſt, quod non credatur id quod pluries profertur, & non præſtetur fides facto, quod iterum atq; iterum patratur, ſic de verbo ad verbum notatum reperi in quibuſdam manuſcriptis Eminent. D. mei Cardinal. Camporei æternæ memoriæ ſub titulo Monita Reuerendiſſimi Commiſſarij S. Offic. de Vrbe.

Et in eiſdem manuſcriptis ſub eodem titulo re-
peri notatum vt infra Rei non ſolent interroga- 3.
ri quid crediderint circa articulos ei obiectos, niſi poſtquam faſſi ſunt protuliſſe verba, & feciſſe actus, qui contra eos deponuntur, aut vbi de illis habentur ſufficienter conuicti.

Hoc loco moneo Inquiſitores, vt magna cau-
tela vtantur, cum Sacerdotes reos ſollicitationis 4.
examinant, ne eorum interrogationibus inducant confeſſarios ad reuelationem eorum quæ cadunt ſub ſigillo, & ſcio accidiſſe in quadam Inquiſitione, quæ tranſmiſſo proceſſu ad Sacram Congregationem, & hoc per illos Eminentiſſimos Patres animaduerſo, iuſſa fuit delere omnia, quæ fumum fractionis ſigilli redolebant.

ARGVMENTVM.

Arbitrio Inquiſitorum relictum eſſe quoties debeat conſtitui, moneri, & examinari reus.

SVMMARIVM.

Monitiones quot hæretico carcerato fieri debeant, vt confiteatur antequam Fiſcalis contra eum accuſationem proponat. num. 1. *& ſeqq.*

Reus pro crimine hæreſis carceratus, quoties conſtitui & examinari debet, ad effectum vt veritatem fateatur n. 1 *& ſeq.*

Articuli antequam à Promotore Fiſcali dentur, & proponantur contra Reum, quoties Reus ipſe moneri & examinari, & conſtitui debet n. 1. *& ſeq.*

Cap.

Cap. XVI.

1. ALphonsvs Caſtrus duas tantum monitiones fieri debere hæretico contendit, quia Sanctus Paulus in Epiſtola ad Titum, non plures quam duas monitiones exigit, Iacobus tamen Simanchas verius eſſe dicit vt tres monitiones requirantur, antequam Fiſcalis contra reum accuſationem proferat eaſque eodem tenore renouandas proponit intra decem primos dies poſt capturam reorum, Alphonſus Caſtrus *lib. 2. cap. 8 de iuſta hæret. punit.* Sanctus Paulus *in Epiſtola ad Titum capitulo 3* Simanchas *de Catholica inſtitut. tit. 44. de ordine procedendi n. 16. 18. 19. 20. & 21.*

2. Sed cùm in hoc foro nullo certo iure conſtitutum videatur vt prædicto modo fiant monitiones arbitrio Inquiſitorum relictum erit, quoties oporteat conſtituere, & monere reum vt veritatem ſimpliciter confiteatur, & ad Catholicam reuertatur

3. Cæterùm ex qualitate delicti, & perſonæ, & ex confeſſione rei facilè Inquiſitor arbitrabitur, quoties eum conſtituere, & monere debeat, qui ex malitia recuſant patefacere veritatem quales ſunt regulariter omnes hæretici pluries monendi, & examinandi ſunt, vt prudenter Directorium cenſuit Idem fiet cum illis, qui fortè non ex malitia, ſed quia non recordantur ea de quibus denunciati ſunt, omittunt confiteri, & agnoſcere ſuos errores. Quid facilius confitentur quales ſunt, vt plurimum fœminæ, & iuuenes 25 annis minores, non indigent tot monitionibus, Directorium Inquiſitorum *part 3. tit de modo interrogandi reum accuſatum n. 76.* verſ. *cum accuſatus.*

4. In Supremo Sanctæ Romanæ Inquiſitionis foro, vbi à Viris peritis proceſſus fiunt, antequam Fiſcalis det poſitiones, & articulos contra reum ne dum ter conſtituuntur, ſeu producuntur Rei in Auditorio & examinantur, ſed etiam pluries ſicut expedire graues illi, & prudentes Miniſtri arbitrantur. Nam, & quinquies, & ſepties interdum reperiuntur conſtituti, moniti, & examinati, & aliquando ter intra decem dies, aliquando verò ne dum intra decem dies, ſed etiam poſt viginti, quamquam, vt mox dicetur, magis conueniat ſtatim admonere, & examinare, nec ſinere, elabi multos dies inter vnum conſtitutum, ſiue examen, & aliud quia dum memoria eſt recens, commodius, & vtilius iſti actus fieri ſolent.

5. Reperitur etiam quandoque Reos iuuenes de grauibus criminibus delatos, ter tamen fuiſſe monitos, & examinatos, antequam Fiſcalis daret articulos idque extra terminum decem dierum ex quibus videntur poſſe conſtitui in hac materia, quatuor veluti regulæ memoria iudicibus fidei retinendæ.

6. Prima eſt, quam ponit Directorium his verbis. [Cùm accuſatus fuerit captus interrogabit, & examinabit eum frequenter Inquiſitor ſuper his quæ negat, & ſunt probata, vel ſunt ſuſpiciones vehementes contra eum quovſque amplius nolit fateri fatendo, vel negando, & in cauſa ſit concluſum.] Hactenus ibi Directorium Inquiſitorum *part. 3. titulo de modo interrogandi reum accuſatum num. 6.* & latius *ibidem comm. 18. § fin.*

7. Secunda regula eſt: Tunc expedit pluries reum monere, & interrogare quando vel obiecta crimina negat, vel partim negat, & partim confitetur, vel noua ſuperueniunt indicia, & probationes tunc enim maximè locum habet, quod Eleuterius Papa conſtituit his verbis; & tamdiu actio ventiletur quovſque ad rei veritatem perueniatur frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermiſſum forte remaneat, quod annecti conueniat, Eleuterius Papa *in cap. iudicantem 30. q. 5.* vbi gloſſ. *in verbo remaneat.*

8. Tertia regula eſt arbitrio Inquiſitoris relictum eſt quoties debeat Reus conſtitui, moneri, & examinari, & in dubio tutius eſt pluries admonere, & examinare, quia vt prudenter cenſuit gloſſa, vbicumque æquitas mouet, iudicem poteſt interrogare, gloſſ. *in cap. iudicantem in verbo remaneat, 30. quæſtione 5.* vbi allegatur text. *in cap. vbicumque, ff. de interrogat. actio.*

9. Quarta regula eſt quámvis nullo certo iure cautum reperiatur, & intra primos decem dies à captura tres monitiones fieri debeant, tutum tamen eſt, vt paulò poſtquam in carcerem rei miſſæ ſunt, conſtituantur in Auditorio, moneantur, & interrogentur, & alia examina fiant intra paucos dies, dum memoria eſt recens. Certè Paulus Tertius, & Pius Quartus Roman. Pontifices meritò conſtituerunt, ne iudices captum pro quovis crimine in ſecretis carceribus, vltra triduum antequam examinentur, retineant, ſed infrà triduum carceratum examinent. Paulus Papa Tertius conſtitutione incipiente, *Ad omn., de viſitatione carcerum*, & Pius Quartus, conſtitutione incipien. *Inter multiplices, de reformatione*, Auditoris Cameræ, qui tamen ſcilicet Pius hoc addidit temperamentum, niſi tamen natura cauſæ aliud ſuadeat.

Annotationes Carena ad Cap. 16.

SVMMARIVM.

1 *Quoties ſit reus examinandus in arbitrio eſt poſitum Inquiſitoris.*

1. IN Arbitrio omnino poſitum eſt prudentis Inquiſitoris, quoties reum examinet, interroget, & moneat, dixi aliis allegat. *tertia parte, titulo ſecundo, §. nono, numero trigeſimo ſexto*, illud certum eſt, reum negantem pluries, & pluries examinandum, & interrogandum. Et Pegna hoc loco doctiſſimè loquitur dignum certè capit. quod ſemper in hac materia præ oculis ab Inquiſitoribus habeatur.

ARGVMENTVM.

Quando nec in ſecundo examine reus confitetur, Inquiſitor iterum conſtituit, monet, & interrogat eum.

SVMMARIVM.

Forma interrogandi reos carceratos in crimine hæreſis, quando in primo, & ſecundo examine veritatem dicere recuſant, n. 1. & ſeq.

Cap. XVII.

DIe N. Menſe N. Anno N.

1. Conſtitutus perſonaliter vbi, & coram quibus ſupra in meique Notarij præſentia N. de quo

quo ſupra, qui delato iuramento de veritate dicenda, quod tactis Sacroſanctis Scripturis præſtitit, fuit per Dominum.

Interrogatus, an melius cogitauerit de Iniuncta ſibi dicenda veritate, prout ſe cogitaturum, & facturum promiſit in alio examine.

2. Dicatur prout factum, vel dictum fuit, vel ſic Interrogatus an vltra in dicta in alijs ſuis examinibus ſibi occurrant, modo aliqua alia pro veritate dicenda, & quæ.

Reſpondit &c.

Interrogatus, quid ipſe particulariter teneat, & credat de Purgatorio.

Interrogatus à quo, vel à quibus hoc ſibi fuerit perſuaſum.

Præcipiatur ſibi, quod explicet in particulari.

Interrogatus, qua occaſione inciderit in errorem.

Interrogatus, quanto tempore in eo permanſerit.

Interrogatus, an eum errorem ipſe alios docuerit.

Interrogatus, an habeat alios errores.

3. Et moneatur vt dicat ſimpliciter veritatem, an ipſe conſtitutus fuerit in aliqua alia falſa opinione præter confeſſatam, vel confeſſatas, & aduertat bene, vt dicat magis ingenuè veritatem, quoniam in Sancto Officio habentur teſtificationes contra ipſum, quod ipſe conſtitutus male loquutus fuerit de alijs rebus ad fidem Catholicam pertinentibus.

Et non dicatur niſi, quod in denunciatione, & depoſitionibus teſtium continetur, quia non licet dicere mendacium ad eruendam veritatem.

4. Et ſic deſcendatur ad particularia interrogatoria ſpeciales materias, & articulos concernentia, & in fine examinis dicatur.

Quibus habitis Dominus dimiſit examen, animo &c. iniuncto quod ſe ſubſcribat, & mandauit reduci ad locum ſuum &c.

Annotationes Carenæ ad Cap. 17.

SVMMARIVM.

1 *Prætextu extorquendæ veritatis, Iudices nunquam dicere debent mendacium reis.*

1. TErtio loco ſolet conſtitui, & interrogari reus, vt notat hoc loco Pegna, qui bene animaduertit Iudices prætextu extorquendi à reis veritatem, numquam debere eis dicere mendacium mouendo eos &c. quia in proceſſu appareat hoc, & hoc, quod verè non apparet, dixi *parte 3. titulo ſecundo*, §. 9. *num. quinto*, & videndi duo Inſignes Iur. Conſtituti ibi allegati Azeued. *l. pr. titulo 2. num. 14. nou. recompill.* & Mattienz. Iunior *in cap. afferte mihi gladium, de præſumption.*

ARGVMENTVM.

Si dum Reus examinatur occaſione illorum, quæ vel negat, vel confitetur, oritur aliqua difficultas, Inquiſitor iterum vocari iubet denunciatorem, vel teſtes in denunciatione nominatos, & eos interrogat.

SVMMARIVM.

Forma examinandi, & interrogandi teſtes examinatos quando repetuntur ad effectum declarandi eorum dubias depoſitiones. n. 1. & ſeqq.

CAP. XVIII.

SI dum reus examinatur ex eius reſponſionibus oriatur aliquod dubium conſideratione dignum ſuper quo oporteat ſcire quomodo illud intellexerint denunciator, & teſtes qui Reum audiuerunt, iterum vocandi, & examinandi ſunt, Verbi gratia, Titius accuſatus de aſſertione quod non eſt Paradiſus nec Infernum in ſuo examine dicit ſe protuliſſe quidem ea verba, ſed vel per iocum vel refferendo hæreticorum errores, vel per ſe ipſum interpretando confitetur, quod ea verba protulit declarando tamen. Ideo dixiſſe, non eſſe Purgatorium, vel Paradiſum quia neutrum vidit, vel expertus fuit, quo caſu licet male fecerit, & puniendus veniat, quia in rebus fidei non eſt licitum iocari, nihilominus tunc excluderetur hæreſis, quia licet ſit error in verbis, non eſt tamen error in mente, ideò neceſſarium eſt, vocatis teſtibus diligenter percunctari quomodo Titius protulerit prædicta verba, An ſcilicet aſſerendo, & affirmando, vel per iocum, ſeu aliorum tamen hæreſes referendo. Directorium Inquiſitorum *parte tertia, titulo de forma examinationis teſtium num. 72. Verſiculo Item Interrogatus ſi attentis omnibus.* Et ibidem *commentario 17. §. ſeu dixerit, & § ſequenti* vbi obſeruatur quomodo, & quando recitantes aliorum hæreſes excuſari poſſint. 1.

Sed obſeruandum, ne Inquiſitor iterum examinando denunciatorem, vel teſtes indicet, quid Reus ſenſerit, vel depoſuerit, ſed quaſi ex ſe loquendo interroget Inquiſitor, quod ſcire cupit pro ſua informatione. 2.

Frequenter enim in hac facti ſpecie poſt receptam denunciationem, & depoſitiones teſtium, & confeſſionem accuſati, niſi crimen fateatur, & conueniat cum denunciatore, & teſtibus occurrunt tales varietates, & dubitationes, vt neceſſarium ſit iterum venire ad examen denunciatoris, & teſtium, vt magis ſpecifice quædam intelligantur, iſta verò ſic peragentur in praxi.

Die N. Menſe N. Anno N. 3.

comparuit iterum vocatus, vbi, & coram quo vt ſupra N. de quo ſupra cui delato Iuramento de veritate dicenda, quod tactis Sacroſanctis Scripturis præſtitit, fuit per Dominum.

Interrogatus, an ſibi occurrat aliquid dicendum, præter ea quæ dixit in alio ſuo examine de prædicto N.

Interrogatus, cum dixerit, quod dictus N. tali die dixerit in præſentia ſua talia, dicat ſingillatim, & in indiuiduo, quæ dixit tali die, & in quo loco, & quibus præſentibus.

Interrogatus, an ea quæ dixit circa Paradiſum, & Purgatorium retulerit per iocum.

Interrogatus, an ea quæ prædictus N. dixit retulerit non ex propria ſententia, ſed recitando, ſeu refferendo aliorum errores, & aduertat bene, & recordetur quomodo prædictus N. loquutus fuerit.

Interrogatus, an inter N. & eos, qui audiuerunt, fuerit, vel ſit aliqua rixa, ſeu odium, vel inimicitia, aut inimicitiæ cauſa.

Quibus habitis dimiſſus, fuit, iniuncto ſibi ſilentio, & quod ſe ſubſcribat.

Annotationes Carenæ ad Cap. 18.

SVMMARIVM.

1 *Omiſſa per teſtes ſemper per Inquiſitores poſſunt ſuppleri.*

Iudex

IVdex ſemper, & quandocumque poteſt ſupplere omiſſa per teſtes, iterum eos examinando, & diligentius interrogando, locus inſignis eſt in materia noſtra Guidonis Fulcodij *in ſua quæſtione decima quinta, ad Inquiſitores* ibi *& ſi teſtes inueneritis* vbi ego *num.* 13. Doctores allegaui, & alios addidi *parte tertia, titulo ſeptimo, §. quarto, numer.* 31.

ARGVMENTVM.

Inquiſitores cùm reos potiſſimum examinant, tum in prima, tum in alijs ſeſſionibus, ſiue audientijs quid potiſſimùm obſeruare debeant.

SVMMARIVM.

Rei quando examinantur pro crimine hæreſis carcerati toties, quoties examinetur curare ſemper debent, num. 1.

Teſtes toties quoties examinantur ſemper iurare debent, num. 2.

Rei carcerati pro crimine hæreſis, quam primùm examinandi, ſunt, nec vltra triduum eorum examen differendum. num. 3.

Rei pro crimine hæreſis carcerati, quando examinantur benignè ſunt tractandi, & quomodo, num. 4. *&* 5.

Rei pro crimine hæreſis carcerati, benignè monendi ſunt quando examinantur, vt veritatem fateantur, num. 6.

Teſtes quando examinantur in crimine hæreſis in eorũ examine adhiberi debent duæ Religioſæ perſonæ, num. 7. *vbi idem quando examinantur Rei, ſed in Sancto Romano Inquiſitionis Officio hæc ſolemnitas in vſu non eſt, num.* 8.

CAP. XIX.

1\. QVONIAM ex prudentibus, & legitimis interrogationibus, quæ Reis proponuntur, & ex eorum reſponſionibus tota cauſa, & exitus ipſius cauſæ potiſſimum pendet, ideò Inquiſitores in hoc præcipue munere valde prudentes, & diligentes eſſe debent, & ne errent, præſtare quædam, & cauere quædam debent.

Illud imprimis diligenter ipſis obſeruandum eſt, vt ne dum in primo conſtituto; ſiue examine, ſed toties etiam quoties conſtituuntur, ſeu iudicialiter rei interrogantur tactis Sacroſanctis Scripturis iurent de veritate dicenda, & ratio eſt quia (vt prudenter Cynus, & Salicetus dixerunt) ſemper iuramentum depoſitionem præcedere debet Idem iudicium eſt, cum teſtes reiteratò examinantur. Cynus, & Salicetus *in leg. Iuſiurandi, Codic de Teſtibus.*

2\. Idem iudicium eſt de teſtibus, vt quoties examinantur initio examinis, ſiue conſtituti, iterum iurare debeant, non obſtante quod examen ſecundum, vel tertium non ſit de per ſe cæptum, ſed continuatiuum alterius examinis interrupti, & ſic inuiolabiliter obſeruatur in Suprem. S. Inquiſitionis Rom. Tribunali.

Rurſus curabunt Inquiſitores examinare, & interrogare reos paulò poſt quam miſſi ſunt in carcerem, & ne vltra triduum id differant ſupra cap. 14. notatum fuit. 3.

Præterea, dum rei audiuntur interrogantur, & examinantur, benignè tractandi ſunt; meminerint Iudices fidei ſe homines eſſe, qui niſi Dei gratia munirentur in eadem aut ſimilia delicta incidere poſſunt; vnumquemque autem reum tractabunt, iuxta qualitatem, & dignitatem illius, ſemper tamen ſuam auctoritatem prudenter, & modeſtè ſeruantes, Directorium Inquiſitorum *part.* 3. *commentario* 18. *ſuper titulo de modo interrogandi reum accuſatum, num.* 74. 4.

Quo attentius, & pacatius cauſas ſuas agere rei, & reſpondere poſſint dum conſtituuntur, aut examinantur, quamvis ignobiles, & plebei ſint ſedere debent. Directorium Inquiſitorum *part.* 3. *commentario* 18. 5.

Ad hæc Inquiſitores reos admonebunt, & hortabuntur vt ſimpliciter plenè, & verè fateantur quidquid contra Catholicam fidem commiſerunt, & vt caueant, ne contra ſeipſos, aut contra quoſlibet alios falſum teſtimonium dicant, Simanch. *de Catholic. inſtitution. titul.* 44. *de ordine procedendi, num.* 16. 6.

Iure cautum extat, vt in examinandis teſtibus cum multa cautela procedatur, ideoque mandatur vt in eorum examinatione adhibeantur duæ perſonæ Religioſæ, & diſcretæ: Id Directorium in examinatione etiam Reorum ſiue delatorum locum habere voluit, & meritò quia cùm grauiſſima cauſa ſit, vt omnis ſuſpicio de fraude committenda, repellatur, curandum eſt vt in examinatione reorum, & teſtium duæ illæ Religioſæ perſonæ adhibeantur ne contra Inquiſitorem vel Notarium obiicere vnquam poſſint rei præſertim aſtuti, & ſeductores, vel teſtes ſe aliter dixiſſe, aut teſtificatos fuiſſe, quàm reperiatur ſcriptum iure cautum *in cap. vt officium, §. Verùm quia de hæretic. libro ſexto*, Directorium Inquiſitorum *parte tertia, titulo quod perſonæ eſſe debeant in examinatione teſtium & delatorum num. octuageſimo primo, & octuageſimo-quarto*, & rurſus *in eadem parte tertia, quæſtione ſexageſima quinta*, vbi *in commentario centeſimo duodecimo*, multa ad hunc articulum ſpectantia traduntur. Et quæ de adhibendis duabus religioſis perſonis in examinibus teſtium hic dicuntur, multo diligentius obſeruanda ſunt, cum repetuntur, quia tunc maius negotium geritur, vt *infrà capite* 32. *obſeruatione tertia*, demonſtratur. 7.

Nec refert, quod in Supremo Sanctæ Romanæ Inquiſitionis Tribunali regulariter in examinandis Reis aut teſtibus duæ iſtæ religioſæ perſonæ non ſoleant adhiberi, & nihilominus proceſſus ſic factos, tanquam validos, Supremus ille Senatus ſuſtinet, quoniam magna differentia eſt inter hoc Supremum Tribunal, & alia inferiora, in hoc enim ne dum coram Generali Sancti Officij Commiſſario ſed plerumque coram eiuſdem Sancti Officij Aſſeſſore viris grauibus, & magna probitate, & Doctrina præditis, examinari teſtes, & Rei ſolent, quamobrem tutius, & conſultius eſſe videtur priuatis Inquiſitoribus hoc tutum, tum in examinibus, quæ coram ipſis fiunt, adhibere.

Annotationes Carenæ ad Cap. 19.

SVMMARIVM.

1 *Rei quanto citius examinandi vbi verba inſtructionis Hiſp. Inquiſition.*
2 *Inquiſiteros interrogare debent reum clarè, & apertè.*
3 *Reus poteſt petere vt Inquiſitor declaret ſuam interrogationem obſcuram.*

1. DE hiſce obſeruandis ab Inquiſitore in examinatione reorũm dixi, & DD. allegaui de Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis *p.* 3. *titulo ſecundo, §. nono num.* 35. *& ſeq.* circa non differendum examen rei ſed quanto citius incipiendum adeſt inſtructio Granatenſis tertia anni 1699. quæ ſic habet. *Y deſpues de aſſi preſo dentro de diez dias ſe le ponga la acuſacion, y en eſte termino ſe le hagan las amoniciones, que en tal caſo ſe requieren y poſſedan en las cauſas, y proceſſos, con toda diligencia, y breuedad.*

2. Interrogare Inquiſitor reum debet clarè, apertè, & dilucidè, quod ſi obſcura ſit interrogatio, iure
3. reus petexe poteſt, quod Inquiſitor, & quilibet alius Iudex ſe declaret, Scaccia *de iudiciis Ciuilibus, Criminalibus, & hæreticalibus lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 32. vbi etiam agit quandonam liceat Iudici ad eruendam veritatem vti interrogationibus ſophiſticis, & obſcuris.

ARGVMENTVM.

Inquiſitores, cum Reos potiſsimùm examinant, tum in prima, tum in aliis ſeſsionibus, ſeu audientiis, quid potiſsimùm præcauere debeant.

SVMMARIVM

Reis carceratis pro crimine hæreſis quando examinantur non eſt præbenda occaſio immodeſtè, & intemperanter agendi n. 1.
Impunitatem Reis pro crimine hæreſis carceratis Inquiſitores nullo pacto promittere debent num. 2.
Carceratus, & captus pro vno crimine ſuper aliis de quibus non adſunt indicia, interrogari non debet. n. 3. *&* 4. *Declara vt num.* 5.
Teſtium examinatorum nomina reo carcerato, dum examinatur, Inquiſitor nullo pacto propalare debet num. 6.
Suggeſtiua interrogatoria reo examinando Inquiſitores facere non debent, & quando interrogatoria dicuntur ſuggeſtiua. num. 7. *& ſeq.*
Confiteri vbi reus incipit non eſt interrumpendum examen, ſed illud proſequendum eſt vſque quo plenè veritatem fateatur n. 9.
Teſtium ſeu reorum dicta plenè à Notario ſcribenda ſunt, tam quæ faciunt contra reos, quàm quæ pro reis. num. 10.
Reſponſiones reorum ſunt ſcribenda à Notario eo modo. quo ipſi illa proferunt, & in eadem lingua, in qua loquuntur. num. 11. 12. 13.
Reus quando examinatur ſi neſciat latinè, aut vulgariter ſtala more loqui, vel alias, vt Inquiſitor, & Notarius eius linguam non intelligunt, debet adhiberi fidelis interpres. num. 12.
Teſtium dicta ſcribenda ſunt per Notarium per extenſum, & non per relationem ad aliorum teſtium depoſitiones. num. 14.
Interrogatoria, quæ Inquiſitores Reis, aut teſtibus faciunt, ſunt per Notarium ſcribenda per extenſum. num. 5.
Rei, quando pro crimine hæreſis ſtant carcerati, & præſertim examinantur Inquiſitor non debet cum illis loqui, niſi de ſpectantibus ad cauſam n. 16.
Notarius debet ſcribere in margine proceſſuum maioribus litteris examina, ſeu confeſſiones reorum, vel teſtium. num. 17.

CAP. XX.

IAm in eiſdem actibus hæc in primis præca- 1.
uenda ſunt. Primùm ne reis præbeatur occaſio immodeſtè, & intemperanter agendi, aut conuitiandi id quod rectum iudicium perturbare valde ſolet.

Rurſus cauendum, ne dum Inquiſitores confeſ- 2.
ſionem ab ore reorum habere cupiunt eis promittant, vel impunitatem, vel plenam liberationem, nè vel promittendo, quod fortaſſis præſtare non poterunt mendaces arguantur, vel rei ſub ea ſpe confiteantur quæ fortaſſis ne perpetuarentur, quod facilè contingere poſſet, ob deſiderium, quo regulariter tenentur rei ad ſe citò liberandum, vt in Directorio notatum eſt. Poſſent etiam huiuſmodi confeſſiones urgui inualidæ, vt in his terminis argui Bertazzolus. Hoc ergò ſolum promittunt Inquiſitores quod mitius agetur cum illis, qui citius, & libentius veritatem confitebuntur, Directorium Inquiſitorum *parte* 3. *comm.* 23. *num.* 106. Bertazzol.
conſ. 95. *lib.* 1 *in Criminalibus.* 3.

Ad hæc caueant Inquiſitores quia non debent eſſe negligentes, & deſides omittendo interrogare, quæ ad cauſam ipſam, & articulos in iudicium deductos pertinent, ſic non debent eſſe nimis moleſti, & imprudentes interrogando de impertioentibus, vel ad cauſam non ſpectantibus, quæ ideo re meritò generaliter conſtitutum eſt, vt Iudices captum pro vno crimine, ſuper aliis de quibus indicia aliquà non habent, nullo modo interrogare præſument, interrogandi enim, aut examinandi non ſunt vltra ſeu extra indicia, quæ contra reos legitimè habentur, Paulus Papa III. Conſtitut. incipien. *Ad onus* §. *Idem Id ius.* Hyppolitus Marſilius *conſilio* 46. incipien. *Omnipotent, num. nono, & decimo, & conſilio* 53. *num.* 9. vbi plures allegat, *& conſilio ſeptuageſimo nono,* incip. *Auertat, num.* 6. *& conſilio centeſimo vigeſimo,* incipien. *Splendore gratiæ, num.* 27. *verſ. num de delicto, & num.* 38. *& conſilio centeſimo vigeſimo tertio,* incip. *Conditor orbis num.* 35. Quibus concludit non poſſe reum interrogari non præcedentibus validis, & legitimis indiciis, & ſi interrogatus reſpondeat eius reſponſionem ſibi non nocere. Idem reſpondit. Alexand. *conſilio centeſimo trigeſimo tertio,* incip. *ſtantibus his num.* 11. *Verſiculo quoad quintum dubium libro ſeptimo,* & hæc doctrina vera eſt nec ab ea recedendum, quæ etiam tamquam vera proponitur in Directorio *parte tertia, ſuper titu-*
lo de modo interrogandi reum accuſatum, numer. 4.
74. *commentar. decimo-octauo,* §. *& ſic prudens Inquiſitor.*

Nec audiendus eſt Thomas Grammaticus, qui poſtquam veram ſententiam retuliſſet, audito quodam Reg. eam leuiter mutauit in cauſa cuiuſdam Inquiſiti, & confeſſi de homicidio, quem

iudex

Iudex in tortura nullis præcedentibus indiciis ſuper furto interrogauit, dicens de generali conſuetudine Italiæ contrarium ſeruari, quia prior ſententia vera eſt, & firmioribus rationibus munita, & à D. D. magnæ authoritatis aſſerta, hæc verò de interrogando ſine indiciis nulla firma ratione conſtat, imò verò idem Grammaticus addit ſe tunc ſynderesis ſtimulo teneri, niſi Reus poſt latam ſententiam furtum fuiſſet confeſſus, Grammaticus *vot. 13. incip. Tremendi Dei.*

5. Cæterùm ſi reus reſpondendo ad legitimas interrogationes fundatas in legitimis indiciis, accuſationem dederit de aliis interrogandi, ſicut quandoque contingere ſolet, tunc (vt ſupra in Direct. dictum fuit) ſi ea non ſunt prorſus inepta, & extrà cauſam ſuper illis poterit interrogari propter indicium, quod ipſemet dedit in ſua reſponſione, & in hoc foro quandoque contingit ex huiuſmodi reſponſionibus Reorum etiam cauſaliter redditis ad magna quædam detegenda aditum aperiri. In Director. Inquiſitorum *part. tertia ſuper modo Interrogandi reum accuſatum n. 74. com. 18. §. & ſi prudens Inquiſitor.*

6. Idem diligentiſſimè cauendum, ne ex interrogationibus detegantur teſtes contra Reum deponentes, quod maximè reſpicit fidei fauorem, quia ſi Rei deuenirent in notitiam teſtium, facilè conſpirarent contra ipſos, & conſequenter difficulter reperirentur, qui hæreticos, vel ſuſpectos denunciarent, aut contra eos teſtificarentur.

7. Illud verò in primis præcauere debent Iudices fidei, ne ſic reos interrogent vt ſuggerere potius illi modum eludendi iudicium, quam inquirendi veritatem videantur. Vt autem periculoſa ſuggeſtio euitetur, cùm quis de proprio delicto interrogandus eſt, inde paulatim ad ſpeciem deſcendendum. Nam, vt inquit Iuriſconſultus, qui quæſtionem habiturus eſt, non debet ſpecialiter interrogare an Lucius Titius homicidium fecerit ſed generaliter quis id fecerit, alterum enim magis ſuggerentis, quam requirentis videtur Iuriſconſulto *in l. 1. §. cauſa tributorum ff. de quæſt. com. 18. in dir. eſt. Inqu. part. 3. num. 74. § vt autem periculum.*

8. Inter cæteros ſuggeſtionis modos, ille habetur valdè periculoſus, cum iudex facta interrogatione, in reſponſione præuenit Reum ſubtiliter quaſi indicando ei viam euadendi, vt ſe tueatur, quod in hoc foro graue delictum eſt, vt in directorio Inquiſitorum *parte tertia, commentar. 18. titulo de modo interrogandi Reum accuſatum §. inter cæteros, videatur Franciſcus Caſtonius de tormentis cepis.*

9. Illud quoque Inquiſitor maximè præcaueat, vt ſi Reus confiteri cæperit, & liberè dicere veritatem, ne eum impediat, perturbet, aut interrumpat, nec omittat eius recipere confeſſionem, tametſi alia negotia inſtent peragenda, aut hora tarda ſit, & & tempus elabitur, quoniam ſæpè compertum eſt eos, quorum interruptæ, vel dimidiatæ fuerunt confeſſiones, malo conſiliò ductos, & in peius actos, vel nulle amplius veritatem fateri, vel quod ſemel confeſſi ſunt reuocare. Eymericus in Director. Inquiſitorum *parte tertia, tit. de cautelis Inquiſitor. contra hæreticor. cauillationes num. 18. Verſ. decima cautela.*

10. Non ſolum quæ contra ſe dicant Rei, dum examinantur recipienda, & ſcribenda ſunt, verùm etiam illa quæ in fauorem ſuum, vel aliorum proponunt, id aliter fieri ratio recta nullo modo patitur, cum teſtes, aut denunciatores deponunt, Idem obſeruandum eſt, vt non tantum, quæ contra reos, ſed illa quoque quæ pro reis interdum deponunt conſcribi debeant, vt alibi animaduerſum fuit.

Sæpè contingit Reos, vel ſtatim ab initio, dum examinantur vel in progreſſu examinis interno cordis dolore ita moueri, & pœnitudine affici, vt vel lacrimas emittant, vel flexis genibus, aut iunctis manibus, aut percuſſione pectoris Iudicum miſericordiam implorent, & errati veniam petant, hæc pœnitentiæ ſigna cum non parum, & ad pœnam minuendam, & ad maiorem benignitatem eis impartiendam conducant, quo tempore ea contigerit in eodem examinis, & loco proceſſus, qui tunc ſcribunt, quaſi per parentheſim inſerenda, & notanda ſunt, ac dicendum ita, vel alio ſimili modo, & cum hæc Reus proferret copioſas lacrimas emiſit, vel iunctis manibus veniam petiuit &c.

Cùm de aliis criminibus ageretur prudentiſſimè Paulus Papa conſtituit in hæc verba. [Ne litteratum ignari ex mala Notariorum in latinum translatione, quandoque indebitè damnum patiantur, decernimus &c. quod verba ſuper quibus interrogatur Reus eorum quo ipſe illa profert in latinum, ſi latinè proferat, vel vulgari ſermone per Notarium ſcribatur, etſi reus loquatur in lingua vulgari adhibeatur Notarius illius linguæ, vel idiomatis, cuius eſt Reus, vel cum interprete illius linguæ.] Paulus Papa III. Conſtit. incipient. *Ad onus, §. ac inſuper.* 11.

In hoc foro vbi maius eſt periculum diligentius præcauendum eſt iubendumque vt in ea omninò lingua Notarius ſcribat, in qua loquitur teſtis, vel Reus, & nihil mutando, addendo, vel minuendo, aut tranſponendo, vel inuertendo eadem verba deſcribat. 12.

Quod ſi reus vel teſtis neſciat latinè, nec Notarius vel Inquiſitor intelligat linguam, quia verbi gratia Gallus, vel Hiſpanus, Anglus, vel Germanus linguæ Italæ imperitus examinatur tunc Inquiſitor fidelem adhibebit interpretem, ſic fit Romæ in Supremo Sanctæ Inquiſitionis Tribun. vbi caſus frequenter contingit.

Quod ſi ſcribendo dicto teſtis, vel rei eodem modo, & eiſdem verbis, quibus prolatum eſt, tunc maximè obſeruandum eſt, cum agitur de hæreſi formali, nam tunc non ſufficeret, quod teſtes probarent ſubſtantiam facti, ſed neceſſe eſſet, quod conuenirent in eiſdem verbis formalibus, ſicut Antonius de Butrio, Abbas, & alij communiter tradiderunt, quæ quia in hoc foro magni momenti ſunt, diligenter aduertenda ſunt, Antonius de Butrio *in cap. nihil obſtat num. 2. verſ. Quod intellige verùm*, vbi Abbas, *num. 2. Verſiculo, & hoc intellige*, & alij communiter *de verbor. ſignificationis.* 13.

Ex his infertur nullo pacto permittendum, quod poſtquam Notarius ſcripſit per extenſum dictum primi teſtis, poſteà audito ſecundo, vel tertio dicat talis teſtis per omnia depoſuit ſicut primus, hæc enim praxis periculoſa eſt, & communiter à D. D. reprobata, & maximè ab hoc foro repellenda eſt, in quo frequenter agitur de hæreſi formali probanda communiter à D. D. reprobata *in dicto cap. nihil obſtat de verb. ſignific.* vbi Antonius de Butrio *num. tertio, Verſ. Inducit Hoſtienſis*, vbi concludit de iure verum eſſe, quod tales teſtes non probent, & ideò ſcribenda eſſe dicta teſtium extensè per conſequentiam litterarum non abbreuiatè, idem tenet Abbas *n. 3. verſ. Item adducitur* 14.

rer, vbi concludit hoc videri verius, licet primum æquius.

Eodem modo præcauendum eſt, ne interrogato-
15. ria quæ in examinatione teſtium, & Reorum à Iudice fiunt prætermittantur, ſed curandum, vt per extenſum ſcribantur, quod felic. record. Clemens Papa VIII. die 9. Nouembris anno 1600. in Generali Congregatione Inquiſitionis ſeruandum ab Inquiſitoribus præcepit, & conſequenter omnino explorandus eſt perniciofus, & illegitimus Notariorum abuſus, qui poſt verbum Interrogatus omiſſo interrogatorio, ſtatim ſcribunt reſponſionem, ſic interrogatus reſpondit.

Denique illud generaliter debent Inquiſitores
16. cauere ne cum reis loquantur, vel cum examinantur, vel cum viſitantur niſi de illis, quæ ad eorum negotium ſpectant: Sed nec ſolus inquiſitor, vel dum viſitat, vel dum aliter eos auſcultat, eſſe debet ſed cum ſocio, vel ſaltem cum Notario, vel alio fideli Sancti Officij Miniſtro, Directorium Inquiſitorum *p.3.comm.106.verſ.hac amplius ſuper q.59.*

Vt in proceſſibus reorum præſertim magnis, exa-
17. mina, & conſtituta (cum opus eſt) facilius quarto folio ſingula ſint, reperiantur prudenter facerent Inquiſitores, iniungendo ſuis Notariis, vt exemplo multorum proceſſuum, qui in Supremę Sanctæ Romanæ Inquiſitionis Tribunali fabricantur in margine ſuorum proceſſuum examina, ſeu conſtituta ſuo ordine literis maioribus notarent.

Annotationes Carena ad Cap. 9.

SVMMARIVM.

1 *De Interrogatorijs ſuggeſtiuis remiſſiuè.*
2 *Confeſſio Rei vnquam interrumpenda.*
3 *Quod in hoc acciderit auctori in Inquiſitione Cremonæ dum vti Aduocatus Fiſcalis aderat torturæ vnius Sortilegæ.*

DE præcauendis ab Inquiſitore dixi *eodem tit.*
1. *p.3.n.55.& ſeq.*

De Interrogatoriis ſuggeſtiuis fugiendis, & quæ talia ſint Interrogatoria ſuggeſtiua, Farin. *de reo confeſſo, & conuicto quaſt.43.n.84.& ſeq. & quaſt. 81. n.310.& ſeq. dixi ex p.3.tit.8.de confeſſ. Reorum §.*
2. *6.n.33.& ſeq.* & omnino videatur Scaccia *lib. 1. de Iud.cap.86. num.8. vbi de ſuggeſtione aperta, & palliata*, quam ibi, *& num.40.41.* bene declarat.

Circa non interruptionem confeſſionis ea nunquam intermittenda, nec vnquam Reus è tortura dimittendus, niſi poſtquam confiteri cœperit, Dicam quod mihi accidit in Inquiſitione mea Cremonæ aderat in tortura quædam mulier ſortilega, quæ commercium habuerat cum Dæmone, fuit ad torturam poſita per horam, in media hora voce magna clamabat, & videbatur valdè pati, & cœpit dicere, quod relaxaretur, quia volebat dicere veritatem, & clamabat, quod aperiebatur per medium, & quod in illis partibus erat infirma, iuſſit Par. Inquiſitor, & ordinarius, quod dimitteretur in terra, vt veritatem fateri poſſit, & viſitaretur animo tamen &c. Poſtquam fuit in terra aliquantulum reſpirauit, & ſtatim dixit quod nullam infirmitatem habebat, & quod iam veritatem dixerat, vndè fuit in altum iterum eleuata, nec ab ea aliquid vlterius potuit haberi.

***

ARGVMENTVM.

Si Reus noluerit interrogationibus ſibi factis reſpondere quid ſit agendum.

SVMMARIVM.

Torqueri poteſt reus ſi interrogatus non reſpondet, aut obſcurè reſpondet n.1.
Torqueri poteſt reus nolens reſpondere Iudici interroganti non ſolum ſuper facto principali, ſed etiam ſuper circumſtantiis ſubſtantialibus.n.2.
Torqueri poteſt Reus ſi interrogatus à Iudice, an hoc vel illud commiſerit, reſpondet ſe non eſſe culpabilem. n. 3.
Torqueri poſſunt Rei, quando interrogati à Iudice non reſpondent ad propoſitum & fingunt ſe dæmones.num.4.
Reo nolenti præcisè reſpondere Iudici interroganti, an ſit dandus terminus ad præcisè reſpondendum. num.5.& 6.
Torquere Reum recuſantem præcisè reſpondere abſquè præfixione termini ad præcisè reſpondendum, Inquiſitores non poſſunt ſine peritorum iudicio, num.7.

CAP. XXI.

SI Reus interrogationes ſibi in Iudicio factas 1.
reſpondere nolit; aut reſpondet quidem, ſed per verba incerta, & dubia, nempe neſcio, non recordor, oblitus ſum, aut ſimilia, poteſt tunc Iudex illum torquere pro habenda præcisè reſponſione affirmatiua, vel negatiua, Hæc eſt vera Baldi ſententia, quam praxis in aliis Tribunalibus, atque pro veritate aliorum delictorum eruenda non temerè obſeruare ſolet; in iudiciis verò Sanctæ Inquiſitionis eo potiſſimum nomine retinendum eſt, quia non ſolent pro crimine hæreſim ſapiente, ſine legitimis iudiciis, & pluſquam ſemiplenis probationibus comprehendi Rei, Bald. *in l. accuſationem num.12. Verſic. ſuper hoc melius diſtinguo c. de his qui accuſare non poſſunt*, quem refert, & ſequitur Capic. *decif. 145.* incip. *in cauſa cuiuſdam accuſati*, Iulius Clarus *in pract. crim. qu. 45. verſ. ſed pone quod Reus.*

Eadem ſententia locum habet ne dum quando 2.
Reus non vult præcisè reſpondere ſuper facto principali, ſed etiam cum renuit reſpondere ſuper circumſtantiis ſubſtantialibus ad ipſum delictum pertinentibus modò tales ſint, de quibus cum recordari veriſimile eſt, vt quia verbi gratiâ interrogatur de facto proprio, aut de tempore modico, aut ſimilibus de quibus aliis veriſimiliter recordari ſolent, quod Inquiſitor conſiderata perſonarum, & reorum qualitate, prudenter arbitrari poterit. Iulius Clarus *in pract. crim. quaſt. 45. verſ. ſed pone quod Reus.*

Idem iudicium eſt, cum reus legitimè interrogatus, 3.
an hoc vel illud commiſerit, reſponderit, ſe non eſſe culpabilem, hæc enim reſponſio admittenda non eſt, nam ſicut verè Bartolus cenſuit, reus reſpondere debet ſuper facto, an fecerit, id de quo accuſatur, iudicare autem, an ſit culpabilis, vel non ſit, ad Iudicem ſpectat, Bart. *in l.prima §. accuſationem n. 60. verſ. Idem facit ad aliam quaſt. ff. ad ſen. Conſult. Turpill.*

Sunt

Sunt etiam interdum nonnulli, qui vt Iudicium euadant dementiam fingunt, aut ſtultitiam ſimulant, qui ſi poſt vnam, aut alteram admonitionem ſeriò adhibitam præciſè affirmando, vel negando reſpondere noluerint, pariter vt in directorio Inquiſitorum dictum eſt, torquendi ſunt; iam in his caſibus (vt rectè Clarus obſeruat) non adhibetur pro veritate eruenda, ſed pro habenda præciſa reſponſione, Director. Inquiſitorum *parte 3. num 96. ſuper titulo de modo decem hæreticorum, quibus errores ſuos obtegere ſtudent*, Iulius Clarus *in pract. crim. q. 45. verſ. penè quod reus.*

5. Quamuis Baldus, & alij, quos refert Clarus ſenſerint in Criminalibus, cum quis accuſatur de facto proprio non eſſe dandum Reo tempus ad deliberandum, ~~au velit~~ cedere, vel contendere, ſed ſtatim cogendum eſſe ad reſpondendum in hoc Sacro Tribunali vbi benignius, & mitius cum reis agitur, quam in alijs Iudiciis forenſibus iſtorum ſententia recepta eſt, quia ne dum Reo petenti conceditur tempus ad reſpondendum ſed etiam ſæpè monetur, & quaſi inuitatur, vt melius cogitet, & curet facta, & dicta ſua ad memoriam reuocare, vt vera poſſit reſpondere, & ad hunc potiſſimum finem toties examinatur, & interrogatur, vt ex prædictis apparet.

6. Iam tutiſſima hæc praxis in hoc foro tunc potiſſimum ſeruari ſolet quando Reus, vel teſtes interrogantur de factis alienis aut etiam de proprijs, quorum tamen veriſimiliter obliti videri poſſunt, quod Inquiſitorum arbitrio, conſiderata rerum, & perſonarum qualitate relinquitur. Bald. *in l. cum falſum, n. 2. ff. de acquir. hæred.* Iul. Clar. *in pract. criminal. quæſtione 45. Verſiculo ſed hic quæro.*

7. Quoniam verò iſta omnia iure pendenda, & prudenter executioni demandanda ſunt, Inquiſitores Conſultorum Iuriſperitorum conſilio vtentur.

Annotationes Carenæ ad Cap. 21.

SVMMARIVM.

1 *Reus qui non vult reſpondere torquetur vt reſpondeat.*
2 *Aliquando iuſſit Sacra Congregatio huiuſmodi reos macerari carcere, & ieiunio, iuxta qualitatem facti.*
3 *Idem ſeruatur in eo qui præciſè non vult reſpondere.*

1. Reus, qui non vult reſpondere Inquiſitori torquetur, vt dixit Farin. *de indicijs, & tortura, quæſt. 37. n. 177. & ſeq.* & Notaui ego *part. 3. tit. 10.* §. 8. *n.* 119. vbi poſui declarationem Sacræ Congregationis in eo qui nolebat iurare, fuit enim ex eius mandato tortus, vt iuraret, & iurauit.

2. Aliquando ſecundum variam factorum contingentiam, & qualitatem perſonarum mandauit S. Congregatio reum qui præciſè nolebat reſpondere macerari carcere, & ieiunio, vt accidit in quadam Inquiſitione Italiæ, in quodam reo, cui ego deputatus fueram Aduocatus de ordine Sacræ Congregationis.

3. Idem ſeruandum, cùm reus non vult præciſè reſpondere ſuper circumſtantiis ſubſtantialibus, Farin. *d. q. 37. n. 182. & de tempore dando reo an velit cedere, vel contendere*, Farin. *ibidem ind. num.* 179.

ARGVMENTVM.

Finito examine, teſtibus, & Reis legendæ ſunt eorum depoſitiones.

SVMMARIVM.

Teſtibus vel reis examinatis, debet legi eorum examen, vt poſſint addere, demere, corrigere, vel mutare, quod ipſis placuerit n. 1. & 2.
Teſtis poſtquam receſſit ab examine non poteſt amplius ſuum dictum corrigere n. 2.
Teſtis debet deponere viua voce, & non per ſcripturam num. 3.

CAP. XXII.

Qvò grauiores cauſæ ſunt, quæ aguntur in hoc foro, quam in aliis, eò cautius procedendum eſt in eis, & remouenda diligentius omnia pericula, quibus, vel difficiliùs veritas inueniatur, vel fides proceſſibus adhibeatur. Itaque quotieſcumque Rei vel teſtes ſiue in prima, ſiue in aliis audientiis examinantur, finito examine, antequam ab auditorio recedant, Inquiſitores præcipient Notario, vt clarè, & diſtinctè legat illis ſuas depoſitiones, vt ſtatim rei, vel teſtes poſſint addere, demere, corrigere, vel mutare, quod ipſis libuerit, ſicut iure cautum eſſe videtur *in l. ſi falſum C. plus valere*, quod agitur ibi ſubſcribere te non relegantem, vel ſic ſubſcribenti non relecto. Vide ſupra *hoc eodem lib. cap. primo, §. renunciatione recepta.* 1.

Hoc autem, vt prudenter Baldus admonuit, quem Felinus, & Rota referunt, & ſequuntur ideo fieri debet, vt per relectionem examinis dictum compleatur, & error ſi quis eſſet in ſubſcribente remoueatur, qui aliàs non remoueretur. Bald. *in l. ſi falſum n. 1. & 2. C. plus valere quod agitur*, Felin. *in cap. per tuas num. 7. verſ. ſecundo adde de teſtibus*, Rota *in cauſa Spoletana Bonorum die 5. Iulij 1589. coram me.* 2.

Nam ſi poſtquam Teſtis vel Reus receſſiſſet ab Auditorio, vel aliàs ex interuallo vellet dictum ſuum corrigere, vel mutare, id ſibi non permittetur, vt in eadem cauſa Rota cenſuit, &

Conſequenter verò Notarius in fine eiuſdem examinis ſcribet, & teſtificabitur ſcripturam, ſiue depoſitionem fuiſſe Reis, vel Teſtibus lectam, & ſimiliter ſcribet quicqid Reus addiderit, demerit, mutauerit, vel emendauerit.

Licet Bartolus cenſuerit, valere dictum teſtis, vel rei ſcribentis depoſitionem, & ſcriptam Iudici tradentis: Magis tamen videtur ad veritatem accedere negatiua opinio, aſſerens verbo deponere debere, vt Iudex poſſit conſiderare vocem, conſtantiam, & trepidationem vt Panormitano placuit, & quamuis Inquiſitor non prohibeatur teſtimonium ſcriptum accipere, quod actis inſerere debet, tamen teſtem, vel reum ſic deponentem debet omnino interrogare, & ſingulatim examinare Bartol. *in l. Theopompus n. 12. ff. de dot. præleg.* Abb. *in cap. de teſtibus num. 10. de teſtibus per textum expreſſum in cap. teſtes 3. quæſt. 9. ibi, teſtes per quamcunque ſcripturam teſtimonium non proferant.* Vide ſupra hoc eodem *lib. c. 13.* 3.

Annotationes Carenæ ad Cap. 12.

SVMMARIVM.

1 *Ex ſtylo S. Offic. teſtes ſubſcribunt ſuas depoſitiones.*
2 *Teſtis non tenetur ſubſcribere, niſi eius depoſitio ſibi legatur.*
3 *Quando poſſit teſtis ſe corrigere remiſſiuè.*
4 *Stante ſubſcriptione non poteſt teſtis dicere ſe aliter teſtificatum quam ſcriptum*

1. ANtiquitùs fuit in Sancto Officio ſtylus, quod teſtes ſubſcribant ſuas depoſitiones quod etiam in reo obſeruatur, vt ex Scaccia, & aliis notaui ego *parte tertia, titulo ſeptimo* §. 3. *n.* 18. *& ſeq.* Vndè meritò finito examine ait Pegn. *hoc loco* depoſitiones teſtibus, & reo aptè referendo legendas eſſe, ſtante
2. maximè, quod vt notauit Farin. *de falſitate quaſt.* 158. *n.* 192. *& ſeq* non tenetur teſtis ſe ſubſcribere, niſi ei tota eius depoſitio legatur,

3. De teſte quando poſſit ſe corrigere, & quando non, vide latè Bellunum Papienſem *in ſuo tractatu de his quæ Incontinenti fiunt lib. primo, capitulo* 20. *per totum* qui alios allegat, & præſertim Farin. *de teſtibus quaſt.* 66. *num.* 227. *& pluribus ſeq.* ſed præ omnibus Rutger. Rulant. *de commiſſ. & commiſſionibus Cam. ra Imperialis part.* 2. *l.* 2. *capitulo* 27.
4. Stante teſtis ſubſcriptione ſi ſe dicat ſe non fuiſſe teſtificatum vt Notarius ſcripſit ei non creditur contra Notarium, Ginthba *conſ. Crimin.* 78 *n* 14. *&* 15. Et ego id habui in facto in noſtra Inquiſitione Cremonæ.

ARGVMENTVM.

Multa præſtare oportere Inquiſitorem vt veritatem inueniat, ideóque non tantum à teſtibus in denunciatione nominatis, ſed ab aliis etiam, & aliundè, ſi fieri poteſt inquirendum.

SVMMARIVM.

Teſtium, & reorum dicta verificari debent ab Inquiſit. quantum fieri poteſt. Libri, Epiſtolæ, & Scriptura eorum, qui ſunt de hæreſi Inquiſiti, ſunt maximè perquirenda pro habenda veritate eius quod quæritur. num. 23.

CAP. XIV.

1. VT Inquiſitores incorruptiùs, & ſinceriùs Iudicium ferant, & in veritate indaganda diligẽtius incumbant, cogitare ſecum debent falli ſe poſſe, tam in teſtificationibus, quas contra reos recipiunt, quam in Confeſſionibus eorumdem reorum. Hoc enim timore perculſi, cauſam ad iuſtitiæ, præſcriptum præmouebunt, & terminabunt, ſecus autem contingeret, ſi firmiter vni ex partibus adhærerent, tunc enim facilè deciperentur.

Ideóque, ſi alia haberi poſſunt, non debent eſſe contenti ſola teſtificatione denunciatoris, vel teſtiũ ab eo denominatorum, ſed vlterius inquirendum an cætera reſpondeant, & conuenientia ſint teſtimonia: Quod tunc potiſſimum præſtabunt, quando teſtes, vel Reus in ſuis depoſitionibus cauſam dabunt, alios videlicet nominando, tam contra, quam pro, nam tunc ſi præſentes ſint eos curabit Inquiſitor vocari, & interrogari, ſi verò abſentes ſint, nec tutum, vel facile ſit illos vocare ad illum Inquiſitorem, vel Epiſcopum in cuius Diœceſi reperiuntur, ſcribetur, vt ab illis ſecretò vocatis, & interrogatis requirat de veritate, & quidquid inuenerit fideliter, & ſecretò ſibi tranſmittat, iuxtà Concilium Narbonenſe, quod de hac facti ſpecie his verbis conſuluit, ita tamen vt Inquiſitores cæteri quicquid de illo noſſe poterint, & inquirant nihilominus, & ſcribant Inquiſitoribus illis, quibus idem culpabilis ſit adſtrictus Conc. Narbon *c.* 22.

Quod dicitur de teſtimoniis quærendis, & habendis pro inuenienda veritate locum habet in Scripturis, Libris, vlt. Epiſtolis, Chyrographis, & aliis huiuſmodi, quæ ſæpè à Reis ad alios ſcribi ſolent, vel pro ſuis opinionibus perſuadendis, vel indicandis, vel pro habendis quibuſdam rebus ad ſuum propoſitum pertinentibus; ex his enim ſæpè habetur vel dilucida probatio veritatis, vel indicia ad eam tutius, & breuius inueniendum, ſicut aliquando contigit in cauſa cuiuſdam Inquiſiti de Necromantia, qui cùm repertus eſſet ſcripſiſſe literas ad quendam Magum pro habendo ſpiritu familiari ex hoc facto manum habitum fuit argumentum contra Inquiſitum, quod ipſe deindè in Iudicio nunquam diluere potuit. 2.

Quando, & quomodo hæc exercenda ſint non eſt poſſibile in ſingulis caſibus præſcribere. Cæterum prudens Inquiſitor iuxta cauſarum, & articulorum varietatem, & perſonarum qualitatem, & teſtium, & Reorum depoſitiones, ſiue teſtificationes facile poterit conſiderare vnde, & quomodo iſta probationum argumenta haberi poſſint. 3.

Quicquid autem ſiue teſtimoniorum, ſiue Scripturarum habebitur ſuo ordine, ſicut habebuntur in proceſſu illius, de cuius cauſa agitur inſerentur.

Annotationes Carenæ ad Cap. 23.

SVMMARIVM.

1 *Vndequaque veritas ab Inquiſitore in hoc Tribunali indaganda.*
2 *Quid agere debeat Inquiſitor in crimine ſollicitationis.*
3 *Perquiſitio librorum, & Scripturarum in crimine hæreſis, & ſortilegij.*

CVm in hoc Tribunali valdè ſint reo obtruncatæ defenſiones, vt dicebat Guido Fulcodius, ideò veritatem, tam pro reo, quam pro fiſco vndequaque perquirere debet Inquiſitor. 1.

Hinc Garz. in praxi Sancti Officij Hiſpaniæ folio mihi 3. dixit. *Quando el delito es de ſolicitacion ſe han de informar los Inquiſidores, ò los commiſſarios, verbalmente ſin hazer informacion por eſcrito del credito que ſe deue dar à los teſtigos, y poner la razon dello à la margen de ſus dichos, en la parte, que le pareciere mejor.* 2.

Diligenter facienda eſt perquiſitio, maximè in crimine hæreſis, & ſortilegij ſcripturarum, librorum, & aliarum rerum quæ quomodo ad ſortilegia perpetranda aptè videantur. Dixi in tit. de ſortilegiis, & de ſcriptura continente hæreſim reperta penes Inquiſitum eius manu ſcripta, vide Farin. *de hæreſi, quæſt.* 187. *num.* 10.

ARGVMEN

ARGVMENTVM.

Proceſſurus Inquiſitor ad cauſæ expeditionem interrogare ſolet Reus an velit habere teſtes pro repetitis, & quid circa hunc articulum ſit obſeruandum.

SVMMARIVM

Teſtes an reus velit habere pro ritè & rectè examinatis, Inquiſitor interrogare ſolet n.1.

Forma interrogandi reum an velit habere teſtes pro rite, & rectè examinatis n.2.

Forma plurium reſponſionum quas Reus facere poteſt quando ab Inquiſitore interrogatus & an velit habere teſtes pro ritè & rectè examinatis, n. 3.& ſeqq.

Teſtes examinati in Iudicio Summario regulariter non probant, niſi fuerint repetiti in plenario parte citata, & ſuper interrogatorijs ab eadem parte datis.n.5.

Forma decreti faciendi per iudicem declarantem teſtes haberi pro ritè, & rectè examinatis. num. ſeptimo.

Teſtes in Crimine hæreſis an & quando poſſint haberi pro ritè, & rectè examinatis & quando, non obſtante partis declaratione Iudex teneatur illos repetere, n.8.& ſeq.

Teſtes haberi poſſunt pro ritè & rectè examinatis. ſaluis exceptionibus contra perſonas, & dicta n.9.

Teſtes poſſunt haberi pro ritè, & rectè examinatis, præter mortuos & abſentes n.10.

Teſtes, an in cauſis hæreticorum poſſint haberi pro ritè, & rectè examinatis ſaluo iure repetendi n.11

CAP. XXIV.

1. Confecto proceſſu iuxta ordinem ſupradictum, antequam Inquiſitor deueniat ad teſtium repetitionem, interrogare ſolet reum, an velit habere teſtes contra ſe examinatos pro ritè, & rectè examinatis, & legitimè repetitis, ad quem actum biſariam procedi ſolet primò in præſentia ſui Procuratoris, vel Aduocati. Secundo in abſentia Procuratoris vel Aduocati, cum ſit procuratore, vel Aduocato præſente, ſic peragitur Die N. Menſe N.Anno N.

2. Eductus è carceribus, & conſtitutus coram ſupradicto R.P. D.N. Inquiſitore, & præſente N. Procuratore, vel Aduocato in meique Notarij præſentia.

N.de quo ſupradictum ſibi fuit per eundem D. Inquiſitorem an velit habere teſtes in eius cauſa contra ipſum examinatos pro ritè, & rectè examinatis, & repetitis, ſeu potius velit eos repeti, & de nouo examinari.

Quibus per ipſum N.auditis:

Reſpondit &c.

Et ex inde remiſſus fuit ad locum ſuum.

Cùm hæc interrogatio fit abſente Procuratore vel Aduocato, tunc ommittuntur illa verba, & præſente N.Procuratore vel Aduocato.

3. Quoniam vero contingere poteſt, vt varijs modis reſpondeat Reus ad prædictam interrogationem, ideo de ſingulis breuiter agendum eſt, vt ſciat Inquiſitor quomodo ſe gerere debeat, & qualiter ſit facturus decreta proceſſui inſerenda, quia res magni momenti eſt

Primo ergo modo poteſt reſpondere, ſe velle quod teſtes repetantur, quia vult eos examinari cum ſuis interrogatorijs, & arguere de falſo, & tunc fiet decretum ſuper huiuſmodi reſolutione, videlic.

Die N.Menſe Anno N.

Intellecta reſponſione N.R. P. D. decreuit, vt teſtes in eius cauſa recepti cum ſuis interrogatorijs repeterentur :& ideo in continenti mandauit ſibi dari copiam articulorum à Procuratore Fiſcali ordinatorum ad effectum formandi interrogatoria.

Secundo modo poſſet reſpondere ſe velle deliberare, & conſulere ſuum Procuratorem vel Aduocatum, & ſi hoc modo reſponderit, ſimiliter decernendum eſt, vt ſibi detur copia articulorum à Procuratore Fiſcali formatorum ad effectum melius deliberandi. 4.

Tertio modo poſſet reſpondere, remittendo ſe ad Iuris diſpoſitionem, & tunc perinde eſt ac ſi reſpondiſſet ſe velle quod teſtes repetantur, quia de iure teſtes recepti in iudicio ſummario, regulariter non probant niſi in plenario parte citata reproducantur, & repetantur ſuper interrogatorijs Reorum, vt ſuas teſtificationes, & depoſitiones ratas faciant Bartol. *in l. maritus numero tertio, & in leg.fin. num. octauo, ff. de quæſtion.* Abb. *in cap. ſi clericis, numero* 15. *de foro competenti* Robert *deciſion.*45.*num.*3.Ioan.Vincentius Honded. qui multos refert, *conſilio* 101. incip. *primo ſe offert dubitatio num. quinto, & multis ſequentibus, libro primo*, & hanc ſententiam ſolet Rota amplecti, & ſignanter fuit ſequuta in vna Romana de Ramboglietris die 2. April. Anno 1590. coram Cardin. Mantica tunc Rotæ Auditore, & coram me in vna Bonon.Cenſus die 19.Octobris 1598. & in hoc foro eam tenuerunt Albertinus *tractat.de agnoſcendis aſſertionibus quæſt.*34. *num.*16.*& ſeqn.* & Ioannes Royas *tract. de hæret. parte ſecunda, aſſertione quarta, num.*107.& Simanch.*de Cath.Inſt.tit.*64.*de teſtibus, num* 16. 5.

Quarto modo poſſet reſpondere remittendo ſe ad arbitrium Inquiſitoris, quo caſu Inquiſitor non debet ſuſcipere tale arbitrium ne contingat ſibi poſtea obijci, quod abſtulerit reo legitimam deffenſionem. Itaque tutius eſt remittere reum ad Iudicium ſui Procuratoris, vel Aduocati, quod ſi tanta eſſet alicuius rei importunitas, vt diceret omnino ſe velle Inquiſitoris arbitrium ſequi: Tunc prudenter aget Inquiſitor, vt periculum paulò ante indicatum euitet, ſi Reo conſulnerit, vt petat fieri teſtium legitimam repetitionem. 6.

Denique quinto modo poſſet reſpondere ſe habere velle teſtes contra ſe deponentes pro ritè, & rectè examinatis, & legitimè repetitis, quo caſu ſimiliter fiet decretum ſic: 7.

Die N.Menſe N.Anno N.

Eductus è carceribus & conſtitutus coram ſupradicto R.P.D.Inquiſit.N. & præſente N. Procur. in meique Notarij præſentia.

N.de quo ſupra,& dicto ſibi per eundem R.P.D.Inquiſitorem an velit habere teſtes in eius cauſa contra ipſū examinatos pro ritè,& rectè examinatis,& legitimè repetitis, ſeu potius velit eos repeti,& de nouo examinari, habitoque colloquio cum ſuo Procur. reſp.ſe velle habere dictos teſtes pro legitimè repetitis, ſaluis tamen exceptionibus contra perſonas,& eorum dicta in deffenſionibus deducendis.

8\. Nam licet Thomas Grammaticus, & in hoc foro Simanchas, & Ioannes Royas cenſuerint, quod quamuis reus dicat ſe habere velle teſtes pro ratificatis, & legitime repetitis. Nihilominus Iudices fidei tenentur iterum eoſdem teſtes examinare, & interrogare, ne fortè deffenſio reorum pereat, cui nequeunt renunciare, & praxis hæc tutiſſ. videatur, & regulariter ſit obſeruanda. Cum enim ſæpe ſoleant rei ſuas reuocare confeſſiones niſi præd. diligentia adhiberetur, proceſſus, & teſtificationes abſque fide remanerent Thom. Grammaticus *voto ſeptimo*, Incipiente *in cauſa Nobilis n. 5. Verſiculo, & facit ratio vrgentiſſima*, Simanchas *de Cathol. Inſtitut. titulo 64. de teſtibus num.* 25. Idem *in Enchiridio Iudicum Violata Religionis titulo 45. de teſtibus, num.* 11. & Ioannes Royas *tractat. de hæret. parte ſecunda, aſſertione quarta, num.* 111. *& ſeqq.*

Quamuis inquam iſta ſententia tuta ſit, & regulariter obſeruanda, nihilominus tamen de conſenſu partis poteſt ab ea recedi, cùm graues DD. affirment pacto, & conſenſu partium inualidas atteſtationes poſſe roborari. DD. *in l fin. C. de Teſtibus* vbi Bald. *numero primo, & ſequ.* Iaſ. *in rubr. ff. de ferijs*, Purpurat. *conſilio* 498. incip. *Viſo ſingulari, & verboſo proceſſu num.* 10. *libro ſecundo*, Guidopapæ *deciſ.* 216. incip. *Iudex de voluntate partium num.* 2. *Verſiculo ſed quid ſi in cauſa.*

9\. Et omnem amaritudinem tollit prædict. clauſ. præſeruatiua ſaluis exceptionibus contra perſonas, & dicta, quas ſemper opponere poterit Reus in ſuis deffenſionibus, ideoque in Supremo Sanctæ Romanæ Inquiſitionis Tribun. vbi hæc praxis recepta eſt ſatis per prædictam clauſulam indemnitati Reorum, Patres conſultum eſſe putant; nec immerito cum legitima, & Iuridica eſſe videatur, & in Iure Canonico fundata vbi ad ſimilem prepoſitum Interrogationem, ſimilem reſponſionem datam, conſtat, *capit. veniens l.* 2. *§. cum igitur, Verſic. Vtrum atteſtationes, & Verſic. qui reſpondit de teſtibus*, vbi ſancitur atteſtationes receptas in Iudicio ſummario fidem non facere in plenario, niſi pars eas admittere voluerit.

Obſeruatio I.

10\. OBſeruatum eſt in quibuſdam Supremi Tribunalis proceſſibus à quibuſdam Procuratoribus ſuaſam Reo infraſcriptam declarationem.

N. de quo ſupra declarauit ſe habere teſtes contra eum examinatos pro ritè, & rectè examinatis præter abſentes, & mortuos, ſaluis deducendis exceptionibus tam contra dicta, quam contra perſonas illorum in ſuis deffenſionibus, & ſaluo etiam Iure repetendi &c. & ita proteſtatus fuit &c.

Quod dicitur de abſentibus, & mortuis, prudenter adiectum vt declarat Flaminius Chartarius, & dicetur ſuo loco commodius, Flaminius Chartar. *in pract. interrog. reorum lib.* 3. *cap.* 3 *num.* 611. ſed reſpectu mortuorum conſultius eſt expreſſe proteſtari, ne habeantur pro repetitis propter magnum præiudicium, quod inde fieret Reis propter opinionem aſſerentium Teſtes mortuos non repetitos probare, vt ſenſit Burſatus, contra tamen ſenſuit Hondedus Burſat. *conſil. ſeptimo, numero decimo. Verſiculo ad ſecund. libro primo*, Ioannes Vincentius Hondedeus *conſilio* 101. Incip. *Prima ſe offert dubitatio numero* 12. *libro primo.*

Obſeruatio altera.

ADuertat tamen Inquiſitor, ne facilè admittat talem declarationem, cum illa clauſula (& ſaluo etiam iure repetendi) quia ſic eluſoria eſſet declaratio, quod Reus habuit teſtes pro ritè, & rectè examinatis, & legitimè repetitis. 11.

Sed neque admittat aliam clauſulam, (& ita proteſtatus fuit) quia illa verba &c. ſolent extendi alias de nullitate geſtorum vel gerendorum in contrarium, & conſequenter contra proceſſum poſſet opponi validitas, ſeu nullitas, à quibus periculis procul abeſſe debent geſta, præſertim in hoc foro.

Obſeruatio III.

CVrare debent Inquiſitores ne inducant Reos ad habendos teſtes pro legitimè repetitis, ne poſtea conquerantur de Iudicibus fidei, ſi cauſa non expediatur, ad eorum fauorem, quod tunc maxime præcauere debent, quando dicta teſtium non conueniunt cum confeſſionibus Reorum. 12.

Obſeruatio IV.

IN cauſis grauibus quales regulariter eſſe ſolent omnes, quæ in hoc foro in materia fidei tractantur, & præſertim in articulis continentibus hæreſim formalem, aut à fide apoſtaſiam, licet Reus habere velit teſtes pro repetitis legitimè, adhuc Inquiſitores curare debent, vt formiter repetantur, quod tunc maxime fieri oportebit, cum vel de teſtium morte timetur, vel de eorum abſentia diuturna, tunc enim lite etiam non conteſtata teſtes recipi poterunt, & vt Simancas cenſuit in hoc foro repeti antequam à Fiſcali accuſentur, ſiue antequam Procurator Fiſcalis contra eos producat articulos cap. quoniam frequenter, vt lite conteſt. Simanch. *de Catholic. Inſtitut. titulo 64. de teſtibus n.* 21. 22. *&* 23. 13.

Annotationes Carenæ ad Cap. 24.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes, vt reum afficiant, debent repeti.*
2 *De Proteſtatione facta à Reo, quod habet teſtes pro repetitis.*
3 *Stante hac proteſtatione non repetuntur teſtes, niſi cum agitur de Hæretico negatiuo.*

TEſtes contra Reum examinati in iudicio ſummario non probant contra Reum, niſi parte citata repetantur in Iudicio plenario, dixi, & doctrinas allegaui de officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis *part.* 3 *tit.* 7. *§.* 1. *num.* 33. vbi etiam dixi de poteſtate ſolita fieri à Reis, quod habent teſtes pro ritè, & rectè examinatis, & quod non obſtante dicta proteſtatione poſſit reus iterum petere, quod teſtes repetantur, & de reſeruatione opponendi contra perſonam, & dicta teſtium, & quid dicendum de mortuis, & abſentibus. 1.

Stante hoc proteſtatione facta à Reo, teſtes non ſunt repetendi, ex ſtylo Generalis Inquiſitionis niſi cum agitur de hæretico negatiuo, Farin. *de hæret. q.* 188 *n.* 27. *dixi dicto §.* 5. *n.* 34. 2.

Et generaliter de repetitione teſtium videatur Farin. *de teſtibus q.* 72. per totum vbi habetur tota materia hæc pleniſſime tractata. 3.

ARGV,

ARGVMENTVM.

De Procuratoribus Reorum.

SVMMARIVM.

Procurator, & Aduocatus in Crimine hæreſis datur Reo ad reſpondendum articulis ad formanda Interrogatoria, & ad alias ſuas defenſiones faciendas facto tamen proceſſu informatiuo, & reo plenè examinato, n. 1.

Procurator pauperum certus conſtitutus eſt in Supremo Vrbis Sanctæ Inquiſitionis Officio num. 1. ſi tamen Reus poſtulat alium Procuratorem ſolet concedi Procurator alius ex iuſta cauſa, n. 2. vbi etiam quæ iſto caſu dicatur iuſta cauſa.

Forma concedendi Reo Inquiſito Procuratorem pro hæreſi n. 3.

Forma Iuramenti quod præſtare debet Procurator datus Inquiſito in crimine hæreſis. n. 4. & 5.

Forma decreti, quod Notarius extendere debet in conceſſione Procuratoris dati reo pro crimine hæreſis carcerato, n. 6.

Cap. XXV.

1. QVONIAM Rei ad deliberandum an velint vel nolint habere teſtes pro legitimè repetitis, & ad reſpondendum articulis quos Procurator Fiſcalis producet contra ipſos, & ad formanda Interrogatoria, & ad parandas ſuas legitimas deffenſiones indigent opera Procuratorum, & Aduocatorum. Ideò de his eſt hîc breuiter agendum iuxta ſtylum Supremi Tribun. S. Romanæ, & Generalis Inquiſitionis, in quo regulariter concedi ſolent reis Procuratores, & Aduocati, niſi quando Procurator Fiſcalis contra eos producturus eſt articulos, vt teſtes repetantur, hoc eſt, nonniſi poſtquam in Iudicio Summario receptæ ſunt omnes informationes, ſeu probationes ad cauſam facientes, & reus plenè examinatus extiti: tunc enim, cum iudicium plenarium inchoetur ad parandas legitimas defenſiones opus eſt conſilio Procuratoris, vel Aduocati.

2. In hoc Supremo Tribunali licet certus Procurator ſit conſtitutus, quem pauperum carceratorum Procuratorem vocant, qui Reorum in vinculis detentorum cauſas agit, eos defendit. Nihilominus tamen ſi Reus alium procuratorem ſibi concedi poſtulet, Supremus Senatus ex cauſa indulgere ſolet, & concedere, dummodo ſit vir probus, Iuriſperitus Iuſtitiæ cultor, & veritatis amator, in primaris au... Prouinciarum Inquiſitoribus quamuis ſimili ... certus Procurator C...ceratorum ſit conſtitutus ex iuſta cauſa ... fieri poterit, vt afflictis hoc ſolam ... pro iuxta, autem cauſa recenſeri ... & ... dulitas alicuius carcerati ..., melius cauſam ſuam tractandam fore ab hoc, vel ab illo Procuratore quem ipſe putat eſſe magis litteratum, vel diligentem. Si grauiores cauſæ concurrant ſicut in paruis Ciuitatibus ſæpè concurrere ſolent, faciliùs ſuadebunt concedendum petitum Procuratorem. Cæterum, ſi quid periculi timeatur non erit operoſum Supremum Senatum conſulere.

3. In concedendo ergo Procuratore poſtquam petitus fuerit, & reſolutum concedendum, ſic notabitur in proceſſu.

Die N Menſe N. Anno N.

In Congregatione habita coram R.P.D. Inquiſitore fuit N datus Procurator N. qui ſolitum præſtitit Iuramentum.

Cum verò ad notitiam dati Procuratoris deuenerit ſe fuiſſe datum Procuratorem genibus flexis coram Inquiſitore, vel eius Vicario conſuetum præſtabit Iuramentum prout ſequitur. 4.

Ego N vtriuſque Iuris Doctor conſtitutus coram vobis R. P. Fratre N Ordinis Prædicatorum S. T. Magiſtro, vel Lectore, Sanctæ Inquiſitionis N. contra hæreticam prauitatem Inquiſitore tactis per me Sacroſanctis Dei Euangelijs coram propoſitis, iuro ac promitto N. carceratum in carceribus huius Sancti Officij reum Inquiſitum ex cauſis de quibus in actis dicti Sancti Officij apparet, cuius patrocinium mihi commiſſum fuit ſincerè, & fideliter, ſemotis quibuſcumque cauillationibus, & fraudibus deffendere, & eius cauſam tueri, eundem principalem meum ad veritatem in iudicio tacendam, non inſtruere, & quatenus cognouero dictum principalem meum eſſe reum, conuictum criminis, ſeu criminorum, de quo, vel quibus eſt Inquiſitus patrocinium huiuſmodi dimittere, necnon quatenus in cauſa huiuſmodi perquiſitione habuero notitiam alicuius complicis, vel alterius culpabilis in cauſa huiuſmodi quanto citius dicto Officio reuelare polliceor, atque promitto ſub pœna periurij, & excommunicationis à qua non niſi ab hoc Sancto Officio abſolui poſſim, ſic me Deus adiuuet, & hæc S. Dei Euang.

Mox verò Notarius notabit ſic

Die Menſe Anno 5.

Dominus N ſupradictus conſtitutus, genuflexus coram ſupradicto R. P. Fr N. Inquiſitore corporaliter manibus tactis Sacroſanctis Dei Euangelijs, coram propoſitis ſuum iuramentum præſtitit vt ſupra.

Actum in Palatio Sancti Officij in manſionibus ſolitæ reſidentiæ d R.P. Inquiſitor præſentibus ibidem N. & N teſtibus, &c.

Obſeruatio V.

SOlet quandoque Notarius in ſecunda perſona referendo decretum de conſtituto Procuratore 1. eius Iuramento his verbis referre

Die Menſe Anno

Magnificus Dominus N. I D. Informatus per me Notar. de decreto D. Inquiſitoris facto die N. Menſe N. Anni N ad fauorem N. Rei carcerati ſuper admiſſione in illius Procuratorem. Ideò conſtitutus perſonaliter coram R. P. D. N. Inquiſit. méque Notario infraſcripto tactis Sacroſanctis Litteris in manu eiuſdem R. P. D. Inquiſitoris exiſtentibus iurauit atque promiſit eundem N. Inquiſitum, & proceſſatum ex cauſis de quibus in actis non inſtruere ad veritatem in iudicio tacendam, neque illum vel eius cauſam calumnioſè deffendere, ſed tantummodo eum iuxta formam, & tenorem Sacrorum Canonum, & ſtylum Sancti Officij fouere, & quamprimum notitiam habuerit illum eſſe culpabilem, & conuictum criminis, de quo inquiritur, deſiſtere a patrocinio, & proſecutione cauſæ huiuſmodi, & ſi aliquem, ſeu aliquos in proſequutione huius cauſæ pro complice, ſeu culpabili ſcire contigerit, eum &c. & eos dicto Sanct. Officio reuelare, eique proceſſum contra dictum N. formatum, & contenta in eo nomini

directe

directè, vel indirectè propalare, neque de eis diſſerere niſi cum D. comprocuratoribus, & cum Aduocatis ab eodem Sancto Officio ad patrocinandum in cauſa huiuſmodi admiſſis, & deputatis in caſibus tantum occurrentibus ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ, à qua abſolui non poſſit, niſi ab eodem Sancto Officio, & alijs pœnis arbitrio D. Inquiſitoris imponendis.

Actum in Ciuitate vel loco N. in Palatio Sancti Officij in manſionibus ſolitæ reſidentiæ D. Inquiſitoris in præſentia mei Notarij Præſentibus ibidem N. & N. Teſtibus.

Annotationes Carenæ ad Cap. 25.

SVMMARIVM.

1 *De procuratore reorum remiſſiuè.*

1. DE Procuratore Reorum vide quæ dixi *in prima parte, titulo decimo, & in tertia p. tit. de defenſionibus reorum.*

ARGVMENTVM.

De Aduocato Reorum.

SVMMARIVM.

Aduocatus conceditur Reo carcerato pro crimine hæreſis, qui debet præſtare Iuramentum ſub forma præſcripta n. 1 & 12.

Forma Iuramenti præſtandi per Procuratorem, & Aduocatum inſimul iurantes in cauſis hæreticorum. n. 1. & 3.

Cap. XXVI.

1. QVæ ſuperiori capite dicta ſunt de Procuratore reis concedendo, eadem de Aduocato intelligenda ſunt, quo ſæpe non minus, quam Procuratore indigent rei, eodemque modo de fideliter deffendendis reis iuramentum præſtare tenentur. Quod ſi contingat ab eodem reo ſimul Procuratorem, & Aduocatum peti, ſimul poterunt Procurator, & Aduocatus idem præſtare iuramentum ſicut in regiſtris Sancti Officij Supremi Tribunalis quandoque factum inuenitur ſic.

Die Menſe Anno

Dominus N. I. V. D. & in Ciuitate, vel loco N.
2. Cauſarum Aduocatus, ac

Dominus N. I. V. D. & in Ciuitate, vel loco N. Cauſarum Procurator habentes vt aſſeruerunt,
3. notitiam de decreto R. P. D. Inquiſitoris N. admiſſionis ipſorum N. & in Aduocatum, & Procuratorem reſpectiuè N. inquiſiti, facto ſub die N. Menſis N. Anni N. Ideo conſtituti perſonaliter coram R. P. D. N. Inquiſit. méque Notario infraſcripto tactis Sacroſanctis ſcripturis in manibus eiuſdem R. P. D. Inquiſitoris exiſtentibus, iurauerunt, atque promiſerunt eundem N. Inquiſitum, & proceſſatum ex cauſis de quibus in actis, non inſtruere ad veritatem in ſud eio tacendam, neque illum, vel eius cauſam calumnioſè deffendere, ſed tantummodo eum iuxta formam, & tenorem Sacrorum Canonum, & ſtylum S. Offic. fouere, & quamprimum notitiam habuerint illum eſſe culpabilem, & conuictum hæreſis, ſeu criminis, de quo inquiritur deſiſtere à Patrocinio, & proſequutione cauſæ huiuſmodi, & ſi aliquem, ſeu aliquos in proſequutione huius cauſæ pro cõplici, ſeu culpabili ſcire contigerit eum, & eos d. S. Offic. reuelare, atque proceſſum contra d. N. formatum, contra, in eo nemini directè, vel indirectè propalare, neque de eis diſſerere, niſi cum DD. Coaduocatis, & comprocuratoribus ab eodem Sancto Officio ad patrocinandum in cauſa huiuſmodi admiſſis, & deputatis, in caſibus tamen concurrentibus ſub pœna excummunicationis maioris latæ ſententiæ, à qua abſolui non poſſint, niſi ab eodem S. Officio.

Actum in Ciuitate, vel loco N. in Palatio Sanctæ Inquiſitionis, & in manſ. ſeu Auditorio ſolitæ reſidentiæ eiuſdem R. P. D. Inquiſitoris Præſentibus N & N. Teſtib. &c.

Quod ſi magis placuerit, quod ſeparatim Procurator, & Aduocatus præſtent Iuramentum huiuſmodi ſub narratiua concepta in propria perſona, vt dictum fuit in primo ſuperiori capite de iuramento Procuratoris id facilè fieri poterit. 3.

Annotationes Carenæ ad Cap. 26.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus Reorum reſtituit proceſſus habitos, & ſic cautum in Hiſpania.*

DIxi in prima parte, titulo de Aduocato, & Procuratore Reorum, & parte tertia, tit. nono, de defenſ. reorum. Huic Aduocato non relinquitur proceſſus offenſiuus rei, ſed illum factis defenſionibus reſtituit, ſic vſu receptum eſt in Inquiſitionib. Italiæ. & expreſsè cauetur inſtruction. 36. Toletana in Hiſpana Inquiſitione. ibi, *Y los Abogados no ſe quedan con ningun traſlado de acuſacion publicacion ni de teſtigos ſino que todo lo bueluan ante los Inquiſidores.* 1.

ARGVMENTVM.

De Curatore dando in hoc foro minoribus 25. annis.

SVMMARIVM.

Curator dandus eſt minori Carcerato pro cauſa criminali aliter proceſſus eſt nullus, etiam quod minor confeſſus ſit delictum. n. 1.

Curator minori carcerato pro crimine hæreſis dandus eſt, aliter proceſſus eſt nullus. n. 2. & ſeqq.

Forma, & practica dandi curatorem minori carcerato pro crimine hæreſis. n. 4. & ſeq.

Curator dandus minori carcerato pro crimine hæreſis qui eſſe debeat n. 6.

Cap. XXVII.

REo 25. annis minori in cauſa criminali antequam accuſationi, ſeu articulis reſpondeat dandum eſſe curatorem, cuius auctoritate confeſſiones ratificet & proceſſus formetur multi viri graues clara iuris ſanctitate mori, cenſuerunt aſſerentes proceſſum aliter factum eſſe nullum, & inualidum, quia minores, vel ob imperitiam, vel ob Iuuenilem 1.

iem ætatem aliquid dicere, vel tacere poſſunt, quod ſi fuiſſet omiſſum, vel prolatum eis prodeſſe poſ-
1. ſet. *l. Clarum C. de auctor. præſtan.* vbi communiter DD Alexan. *conſilio* 115. incip. *in cauſa Inquiſitionis*, Hyppolitus Marſilius *conſil.* 150. incip. *Conductor orbis num.* 11. *& multis ſeqq.* Gratus *conſilio* 52. incip. *In cauſa, num* 9. *libro ſecundo*, affirmantes id procedere, etiam ſi interuenerit minoris iuramentum. B. rriand. *conſilio* 326. incipiente *Tortura*, *prima parte*, *libro tertio*. vbi hanc dicit eſſe communem ſententiam Anton. Gumeſius *tomo tertio de relictis capitulo primo*, *num.* 64. Dec. *in pract. crimin. libro quinto*, *capitulo* 37. *num.* 56. *Verſiculo Aduertendum tamen*. Et Matheus da Afflictis *deciſ.* 288. incipiente *Minor adultus*, *vbi num.* 5. affirmat per totum conſilium fuiſſe concluſum, quod ſi minor confeſſus eſt delictum in iudicio ſine curatore, & poſtea allegat ſe læſum ex dicta confeſſione, & petat ſe aduerſus eam reſtitui, talem confeſſionem ei non nocere, ideoque reſtituendum.

In Crimine hæreſis id obſeruandum nominatim cenſuerant Bernardus Commenſis Vmbertus
2. locatus. Iacobus Symanchas, & Tiberius Decianus, aſſerentes proceſſum aliter factum, nullius prorſus eſſe momenti, & Conſulentes Inquiſitoribus, vt ſint cauti ne in minorum cauſis procedant ſine curatorum auctoritate quæ ſententia vtique adeo in quibuſdam Inquiſitoribus inualuit, vt ſpeciali conſtitutione cautum ſit, vt priuſquam minor 25. annis accuſationi reſpondeat, ſibi detur curator, cuius auctoritate ratificet confeſſiones, & totus proceſſus fiat, Bernardus Comenſis *in lucerna Inquiſitorum in Verb. Minor.* Vmbertus Locatus *in opere iudiciali in verbo minor.* Simanchas *de Cathol. inſtitut. tit.* 19. *de filiis, & minoribus num* 60. eadem ſententia affirmatur in directorio Inquiſitorum *parte tertia*, *commentario* 28. *n.* 117. § *hoc tamen non omittam.*

3. Multis rationibus hæc ſententia potius quam contraria affirmata à Iulio Claro ad Contrariam conſuetudinem recurrente retinenda eſt.

Prima, quia claro iure munita eſt, ſecunda, quia tutiſſima eſt, & validis rationibus munita. Tertia, quia nullum præſtat impedimentum, neque magis in longum tempus producit proceſſum, aut remoratur cauſæ expeditionem. Quarta, & poſtrema eſt, quia datum interdum minori 25. annis curatorem, conſtat ex regiſtris Supremi Tribunalis Sanctæ Romanæ Inquiſitionis, claro iure munita *in l. Clarum C. d. auctor. præſtan.*

4. Retinendo hanc ſententiam in curatorem minoribus decernendo hæc praxis ſeruanda eſt.

Primum ſummariè inquirenda, & probanda eſt minor ætas, quæ probabitur vel per librum Baptiſmi in quo noteri ſolent nomina & cognomina Baptizatorum ſimul cum tempore, quo fuerunt Baptizati, vel per notam aliquam ſiue memoriam quam ſæpe ſolent, litteris mandare parentes, quando ipſis naſcuntur filij, vel per teſtes, vel teſtem deponentem, de tempore natiuitatis illius de cuius cauſa agitur.

Secundò fiet decretum de curatore prouido, & fideli dando minori.

Tertiò curator iam conſtitutus præſtabit ſolitum iuramentum, iſta verò omnia ſic peraguntur.

Die Menſe Anno

5. R.P D. Frater N. Inquiſitor contra hæreticam prauitatem in Ciuitate N. & Vniuerſo eius diſtrictu in executionem decreti facti ſub die N. ad fauorem N. inquiſiti Dominum N. ibidem præſentem in Curatorem N. dicti N. licet abſentis ad cauſam, & cauſas in hoc Sancto officio Inquiſitionis contra eum vertentes deputauit, conſtituit, & aſſignauit, atque etiam illi dedit, & conceſſit facultatem, & auctoritatem comparendi in S. Officio, & eundem N. & eius iura, & cauſam & cauſas, iuxta Sacrorum Canonum ſanctiones, & ſtylum Sancti Officij deffendendi, & patrocinandi præſtito per eundem D. N. iuramento per Procuratorem reorum Sancti Officij, & curatores ſimilium minorum in Sancto Officio præſtare ſolito, dicendo eidem N. eſto Curator D. N. ac pro eo vtilia facito, & inutilia prætermittito, & illum indefensũ non derelinquito omni meliori modo &c.

Præſens ſupradictis, N. & omnia prædicta audiens, & dictam curam, ſeu officium curatoris D. N. Inquiſiti, ſponte ſuſcipiens & vtilia facere pro eo, & inutila prætermittere promittens, ac obſeruare volens omnia ſibi vt ſupra à R.P. D. Inquiſitore impoſita, & demandata tactis corporaliter manibus Sacroſanctis Dei Euangelijs in manibus dicti R. P. D. Inquiſitoris exiſtentibus iurauit non deffendere dictum N. carceratum calumnosè, nec inſtruere ad veritatem in iudicio tacendam, ſed tamen iuxta formam Sacrorum Canonum & ſtylum dicti Sancti Officij ſtatim & quamprimum habuerit notitiam illum eſſe hæreticum, & pertinacem, deſiſtere a proſequutione cauſæ & à patrocinio illius. Caſu autem quo S. M. Eccleſiæ ſe reconciliare voluerit eum adiuuare. & ſi aliquem ſeu aliquos in proſequutione cauſæ huiuſmodi pro complice, ſeu culpabili ſcire contigerit, eum & eos reuelare, nec proceſſum illius, nec contenta in eo, minuſque merita cauſæ huiuſmodi directè vel indirectè aliquo pacto cum aliqua perſona, niſi cum ipſo principali, aut eius Procuratore vel Aduocato tractare ſub pœna periurij, ac excommunicationis latæ ſententiæ, à qua abſolui non poſſit, niſi ab hoc Sancto Officio, & eo caſu cum expreſſione cauſæ propter quam motus fuerit ad contrauenienndum huiuſmodi eius iuramento.

Actum in Ciuitate vel loco N. in Palatio dicti Sancti Officij in manſionibus dicti Dom. Inquiſitoris præſentibus ibidem N. & N. Teſtibus.

Obſeruatio.

Cvrator minoris non debet eſſe aliquis de officialibus Sancti Officij poteſt tamen eſſe (vt in directorio indicatur) eius Procurator, vel Aduocatus vel quilibet alius fidelis, honeſtus, prudens, & bonæ conſcientiæ. Poteſt quoque eſſe eiuſdem minoris Pater, vt Antonius Gomeſius animaduertit. Directorium Inquiſitorum *parte tertia*, *commentario* 18. *ſuper titulo de deffenſionibus Reorum.* § *de hoc curatore* Antonius Gomeſius *tom. tertio, var. reſolution. capitulo primo*, *num.* 64. *Verſ. & poteris eſſe.* 6.

Annotationes Carenæ ad Cap. 47.

SVMMARIVM.

1 *Curator de Iure dandus minori in Criminalibus, & ſic cauetur Hiſpana Inſtructione, cuius verba referuntur.*

2 *Hoc non ſeruatur in Inquiſitionibus Italiæ.*

Circa hoc caput non eſt immorandum, quia licet de iure ſit, quod minori, in Criminalibus 1.

bus dandus eſt curator, aliàs proceſſus eſt nullus & nulla inde ſequuta confeſſio, *l. Clarum C. de auctoritate præſt.* in Hiſpania idem obſeruatur, vt ex inſtructione Tolerana, Anni 1561 25. *Si el reo fuere menor de viente, y cinquo annos proueer ſe hà de curador en forma, antes que reſponda, à la accuſacien y con ſu autoridad ratificara en las confeſſiones que huuiere hecho*, & mox ſubiungit inſtructio qualitates, quas debet habere curator.

2. Tamen in Inquiſitione Vniuerſali Romana, & in aliis Inquiſitoribus Italiæ Conſtitutio hæc curatoris non ſeruatur, ita Locat *in lud. Inquiſitorum in verbo Minor, num. 2.* & ego latè dixi *parte tertia, titulo 8. §. 8. num. 42. & ſequent.* vbi etiam quid in aliis Tribunalibus obſeruetur.

ARGVMENTVM.

Iubet Inquiſitor exhiberi reo articulos, vel ad effectum deliberandi, an velit habere teſtes pro rite & recte examinatis, & repetitis, vel ad effectum dandi interrogatoria vt ſe defendat, ſi nolit habere teſtes pro repetitis.

SVMMARIVM.

Articulorum copia danda eſt Reo carcerato pro crimine hæreſis ad effectum vt ſi nolit habere teſtes pro ritè, & rectè examinatis poſſit in eorum repetitione dare interrogatoria. num. 1.

Forma dandi copiam articulorum reo carcerato pro crimine hæreſis ad effectum dandi interrogatoria. num. 1.

Cap. XXVIII.

1. SVPRA *capitulo* 24 dictum fuit quod Inquiſitor proceſſurus ad cauſæ expeditionem interrogate ſolet Reum, an velit habere teſtes pro ritè & rectè examinatis, & legitimè repetitis, & quoniam ad deliberandum ſuper hoc articulo Reus indiget conſilio peritorum, ideò actum fuit in proximè præcedentibus capitibus de Procuratore, & Aduocato Reorum, & Curatore dando minoribus 25. annis tunc ſuo ordine cætera tradenda ſunt, donec proceſſus legitimè compleatur, itaque vel ad effectum, vt reus poſſit deliberare An velit vel nolit habere teſtes pro legitimè examinatis, & repetitis, vel ad effectum, vt ſe deffendere poſſit, ſi fortè nolet eos habere pro repetitis, Inquiſitor iubet ſibi dari copiam articulorum à Procuratore Fiſcali ordinatorum, ſic

2. Die Anno Menſe

In cauſa N. decretum fuit, vt repetantur teſtes, & detur ſibi copia articulorum Procuratoris Fiſcalis pro formandis interrogatoriis in regiſtris Sancti Offic in actu exhibitionis articulorum hæc formula ſeruata legitur.

Die Anno Menſe

Pro Fiſco Sancti Officij contra N. de tali loco carceratum in carceribus Sancti Officij & Inquiſitum ex cauſis de quibus in actis eodem die R. P. Fratre N. Ordinis N. Inquiſitor mandauit per Cuſtodes carcerum dicti Sancti Officij educi è dictis carceribus dictum N. & coram R. P. N præſentari, cui ſic præſentato & præſenti tradidit, atque conſignauit copiam, articulorum pro parte Reue Domin. Procuratoris Fiſcalis pro repetendis teſtibus pro eius parte in actis pro informatione Sancti Officij aliàs examinatis ſuper cauſa dicti N exhibitorum prout in actis, atque idem ſtatuit, & præfixit terminum trium dierum ad dandum interrogatoria, quatenus illa dare intendat omni meliori modo &c.

Hæc formula Iuridica eſt, & in hoc foro à practicis in eo verſatis iam olim præſcripta, nam auctor Repertorij Inquiſitorum notauit in foro Inquiſitionis dari articulos, ſeu capitulorum copiam ipſi accuſato de illis de quibus contra eum inquiritur. Auctor Repertorij Inquiſitorum in verbo articulus, §. Item nota, & in verb. copia § ſed an Inquiſitio, &c.

Quod de præfixo termino trium dierum dicitur, arbitrarium eſt, poteſt enim Inquiſitor ex cauſa maiores inducias reo concedere ad formanda interrogatoria.

Annotationes Carenæ ad Cap. 28.

SVMMARIVM.

DE hoc capitulo mentionem fecit Farin. *de hæreſi quæſt.* 188 *num.* 14. & ego *part.* 3. *tit.* 7. §. 11. *num.* 37. *& ſequent.* vbi ex praxi Genuenſ *cap.* 4 in antiqua impreſſ. *n.* 3. dixi ex ſtylo Inquiſitionum Italiæ teſtes pro fiſco productos ſolere examinari ſuper articulis fiſci, & interrogatorijs Rei, Pater Maſſin. *in Praxi Sancti Offic. parte quarta folio mihi* 97. *Verſ. Douendoſi perciò proſeguir la repetitione.*

ARGVMENTVM.

Procurator Fiſcalis producit articulos ad probandam ſuam intentionem.

SVMMARIVM.

Forma articulorum, quos Procurator Fiſcalis producit contra carceratum, & Inquiſitum pro eo quod negauerit Purgatorium, & de Purgatorio malè ſenſerit, ac de ſuffragijs pro defunctis. n. 1.

Forma articulorum, quos Procurator Fiſcalis producit contra Reum carceratum, & Inquiſitum de inuocatione dæmonum, & quod ad nocturnas eorum Congregationes acceſſerit. num. 1.

Forma articulorum contra carceratum in crimine hæreſis pro eo quod conſuluerit Necromantiam pro habendo dæmonem familiarem. num. 3.

Cap. XXIX.

POSTQVAM Inquiſitor ſupradictis modis recepit informationem contra Reum 1.
ſibi denunciatum, Procurator Fiſcalis in quibuſdam Inquiſitionibus præſentat in iudicio præſente Reo libellum accuſatorium continentem capita delictorum de quibus Reus fuit delatus, quem exhiber Inquiſitioni. In ſupremo tamen foro Sacræ Romanæ, & Generalis Inquiſitionis Procurator Fiſcalis loco libelli, dat poſitiones, & articulos, eadem delicta continentes, in quo actu hæc formula ſeruari ſolet.

Poſi

Poſitiones, & articulos infraſcriptos, & contenta in eis dat, facit, & exhibet Magnificus Dominus N. I V.D. Sanctæ Inquiſitionis N. Procurator Fiſcalis aduerſus hæreticam prauitatem in cauſa hæreſis, & apoſtaſiæ à fide Catholica quam habet contra, & aduerſus N in carceribus Sancti Officij detentum quos ad probandum recipi, & admitti petit iuxta ſtylum Sancti Officij, tam in Romana Curia, quàm extra eam ad ſuperfluam probationem ſe non adſtringens, de quo proteſtatur expreſsè.

Et Primo hic loco Articulorum Procurator Fiſcalis prædictus repetit, & reproducit teſtes deſuper examinatos, illorum depoſitiones, & dicta eiuſdem inquiſiti, confeſſiones, conſtituta, acta, & documenta quæcumque in huiuſmodi cauſa reſpectiuè factas, & facta in parte tamen, & partibus ſiue quatenus prædicta omnia & eorum ſingula, ſicut ſuprà repetita, & reproducta pro fiſco faciunt, & contra dictum N. & non alias, aliter, nec alio modo, de quo præſtatur expreſsè.

1. Ex quibus hic repetitis clarè conſtat de bono iure fiſci, & malo iure prædicti N. inquiſiti, & quatenus non conſtaret, probare vult, & intendit (inſtructionis gratiâ ponitur exemplum de accuſato negante Purgatorium) qualiter dictus N tanquam hæreticus malè ſentiens de Purgatorio, & de ſuffragio pro defunctis, auſus fuit pluries cum pertinacia negare adeſſe purgatorium, conſequenter etiam negare ſuffragia pro defunctis, falsò, & mendaciter aſſerendo, quod eſt inuentio Religioſorum, quod fuit, & eſt verum, & aliàs provt teſtes fide digni teſtificati ſunt, & teſtificabuntur.

2. Item ponit &c. qualiter dictus N. in corroborationem prædictorum ſuorum errorum, pluries, & diuerſis modis obloquutus fuit de exequiis, & ſuffragijs pro defunctis (examinantur hic huiuſmodi obloquutiones ſiue blaſphema colloquia) quæ habentur in proceſſu teſtificata.

3. Item &c. ponit qualiter prædictis N. quærentibus eleemoſinas pro dicendis Miſſis, pro ſuffragiis defunctorum, ne dum noluit dare eleemoſynam, ſed dixit quod erat vindemia Religioſorum, provt extiterit in proceſſu teſtificatum.

4. Item ponit &c. qualiter dictus N. quæſiuit ſeducere quandam perſonam ne crederet Purgatorium, & ne ſuffragia faceret pro defunctis, ponatur ſicut in proceſſu extiterit teſtificatum.

5. Item ponit &c. qualiter dictus N. habetur reputatur, & tenetur, & maxime ab illis de eo in præmiſſis cognitionem habentibus pro hæretico & de fide Catholica malè ſentiente palam, & publicè, &c.

6. Item ponit &c. qualiter de prædictis omnibus & ſingulis in Ciuitate N. ſiue in loco N. extat publica vox & fama, & eſt publicum, & Notorium & alias provt teſtes &c.

Saluo iure addendi, minuendi, mutandi, & corrigendi, & alterius petitionis quandocumque faciendæ.

Non ſe adſtringens propterea ad probandum, niſi ſolùm ea omnia, & ſingula, quæ ſibi ſufficiunt ad probandum ſuam intentionem.

Deducens in præſenti iudicio omne ius ſuum, ſibi competiturum vndecumque quomodocumque, & qualitercumque.

Et omni meliori modo quo de iure, ſummas Pontificias Conſtitutiones, & ſtylum Sanctæ Inquiſitionis vti poteſt, & debet, vt delicta huiuſmodi, quæ diuinam, & humanam Maieſtatem lædunt non remaneant impunita.

Carena de Offic. Inquiſit.

ALTERVM EXEMPLVM.

De Inuocatione Dæmonis, ad nocturnas eorum Congregationes.

Poſitiones, & articulos infraſcriptos, ac contra in eis dat, facit, & exhibet magnificus D N. I.V. D. Sanctæ Inquiſitionis N. Procurator Fiſcalis in cauſa hæreſis, & apoſtaſiæ à fide Catholica, quam habet contra N in carceribus Sancti Officij detentum, quos ad probandum recipi, & admitti petit, tam in Ciuitate N. quàm extra eam, ad ſuperfluam tamen probationem ſe non adſtringens de quo proteſtatur expreſsè. a.

Et imprimis hoc loco articulum Procurator Fiſcalis prædictus repetit, & reproducit teſtes deſuper examinatos illorum depoſitiones, & dicta eiuſdem Inquiſiti Confeſſiones, & Conſtituta, acta, documenta quæcumque in huiuſmodi cauſa reſpectiuè factas, & facta in, præſente tamen, & præſentibus in fauorem fiſci, & contra dictum N. facientes, & facientia, & non aliàs, aliter, nec alio modo, de quo proteſtatur expreſſè. 1.

Ex quibus ſic repetitis clarè conſtat de bono iure fiſci, & malo iure dicti N. Inquiſiti, & quatenus non conſtaret, probare vult, & intendit, qualiter prædict. N. malè ſentiens de Sancta Fide Catholica, & ab illa apoſtatando ſeriò, & examini deliberatione apertè declarauit ſe pluries in diuerſis locis interueniſſe Congregationi Dæmonum, in qua ſicut deponitur in actis huius Sancti Officij de eo renunciatur, & Sancta Fides Catholica abnegatur, Dæmon inuocatur & adoratur, ac aliàs ſe idololatraſſe, & Dæmonem humiliter adoraſſe, quod fuit, & eſt verum publicum, & notorium, provt teſtes notitiam de hoc habentes, & benè informati, teſtificantur, & teſtificabuntur. 2.

Item ponit &c. qualiter dictus N. aſſeruit, & declarauit ſe in tali dæmonum Congregatione eum gradum obtinere, vt ſi quis ſe cum eo ſe conferret à dæmone impetrare ei poſſet, vt tantum geſta in dictis ludis perſpiceret ac plus matronas, & perſonas qualificatas illuc conuenire, pro diuerſis voluptatum illecebris faciendis, & inſuper mutuo inter ſe, & cum dæmone carnaliter commiſceri, quod fuit, & eſt verum publicum, & notorium, provt teſtes de hoc notitiam habentes & bene informati teſtificantur, & teſtificabuntur. 3.

Item ponit qualiter prædict. N. maxima cum inſtantia precibus, & voluptatum lenociniis pluries ſollicitauit quandam vt præfatam dæmonum Congregationẽ adiret, aut conſentiret quod in Camera tali vna nocte fieret, vt eidem Congregationem intereſſet, quia ſic dæmon ſibi conferret honores, ſcientias, pulchritudinem, diuitias & longam vitam, quod fuit, & eſt verum, publicum, & notorium, provt teſtes, &c.

Et ſimiliter formabuntur alij articuli provt fuerit teſtificatum in proceſſu, & poſtea addentur clauſulæ in fine præcedentis exempli poſitæ.

TERTIVM EXEMPLVM.

De conſulente Necromanticam pro habendo dæmonem, quem vulgus Spiritum familiarem vocat.

Articulos infraſcriptos &c. vſque ad illa verba ex quibus ſic repetitis &c. 3.

1. Ex quibus ſic repetitis clarè conſtat de bono iure Procuratoris Fiſcalis, & malo iure N. & quatenus non conſtaret, probare vult, & intendit, qualiter dictus N. valdè cupiens ſpiritum familiarem habere, adhibuit diligentiam, vt inueniret Magum, ſeu Necromanticum, à quo poſſet talem ſpiritum habere, ad quem Magum, ſeu Necromanticum inuentum miſit nuncium cum litteris, & muneribus, & ſic fuit, & eſt verum, publicum, & notorium, prout teſtes &c.

2. Item ponit, qualiter dictus Magus, ſeu Necromanticus receptis litteris promiſit ſe daturum ſpiritum familiarem, dummodò tales, & tales fierent diligentiæ, ponatur ſicut teſtificatum extiterit, in proceſſu.

3. Item ponit &c. qualiter N. pro habendo dicto ſpiritu ſicut Magus, ſeu Necromanticus, reſponderet, fecit prædictas diligentias, committendo cuidam, vel quibuſdam perſonis, vt omnem curam adhiberent ad prædictum effectum. Ponatur prout teſtificatum extiterit in proceſſu,

4. Item ponit &c. qualiter adhibitis prædictis diligentiis prædict. Necromanticus miſit ad prædictum N. quendam annullum, in quo dicebat eſſe incluſum ſpiritum familiarem & ſimul præſcripſit modum quo vti deberet ad compellendum prædictum ſpiritum, vt ſibi reſponſa daret, vel alia faceret, quæ prædictus N. multum deſiderabat, & cupiebat.

5. Item ponit &c. qualiter prædictus N. ſicut ſibi à Mago præſcriptum fuerat proferendo quædam verba, & profundendo quendam liquorem ſpiritum inuocauit, & ſic fuit, & eſt verum, publicum, & notorium prout teſtes &c.

Et ſimiliter formabuntur alij atque alij articuli ſicut deductum, & teſtificatum fuit in proceſſu.

Annotationes Carenæ ad Cap. 29.

SVMMARIVM.

Forma articulorum & quid in Hiſpania obſeruetur, vbi verba inſtructionis Toletanæ.

1. PONitur hoc loco formula articulorum formandorum à Procuratore Fiſcali Sancti Officij aliam ſimilem formulam vide apud P. Maſſin. in Praxi S. Officij loco ſupra proximo capitulo allegato

In Inquiſitione Hiſpana Aduocatus Fiſcalis S. Officij format accuſationem contra Reum continentem capita delictorum de quibus Reus eſt inquiſitus inſtructio Toletana 18. anni 1561. *El Fiſcal tendra cuydado de poner las acuſaciones à los preſos en el termino que la inſtrucion manda acuſandoles generalmente de hereges, y particularmente de todo lo que eſtan indiciados aſſi por la teſtificacion como por los delitos, que huuieren confeſſado.*

Loco iſtius accuſationis in Suprema Vniuerſali, & aliis Italiæ Inquiſitionibus formantur articuli à Fiſcali contra Reum, qui ſuccedunt loco libelli accuſatorij, & eundem omninò effectum habent.

ARGVMENTVM.

In formãdis articulis, quæ regulæ ſint ſeruandæ.

SVMMARIVM.

Articuli, quos Procurator Fiſcalis contra reum Inquiſitum producit, formantur variis modis ſecundum negotiorum diuerſitatem, num. 1. & 2. vbi idem de num. articulorum.

Articuli impertinentes, & extra rem de qua agitur produci non debent à Procuratore Fiſcali numer. 3.

Articuli per verba affirmatiua, non autem negatiua formari debent. num. 4.

Articuli non ſunt formandi ſub diſiunctione niſi agatur de facto alieno, in quo ignorantia eſt probabilis. num. 5.

Articuli quomodo formari debent à Procuratore Fiſcali contra Inquiſitos de adoratione dæmonum vel de familiaritate cum ipſis, vel quando agitur de formali hæreſi, aut apoſtaſia num. 6.

Articulos contra Inquiſitos de hæreſi Procurator Fiſcalis admitti petere debet ad eos probandum, non ſolum à Curia, ſed etiam extra. num. 7.

Articuli quando producunt à Procuratore Fiſcali contrà Inquiſitos de hæreſi debet idem Procurator repetere teſtium depoſitiones, & ipſius Inquiſiti confeſſiones num. 8. & 9. vbi etiam quod debet repetere libros, & ſcripturas penes Inquiſitum repertas.

Clauſula ſaluo iure &c. non ſe adſtringens &c. apponi debet in fine articulorum quos Procurator Fiſcalis producit contra Inquiſitos de hæreſi. num. 10.

Articuli quos producit Procurator Fiſcalis contra Inquiſitos de hæreſi, debent continere diem productionis. num. 11.

CAP. XXX.

CVM caſus ſingulares, qui occurrere poſſunt, & eorum circumſtantiæ ſint fere innumerabiles non poteſt doceri ſpecialis, & indiuidua praxis contra formationem ſingulorum articulorum, & propterea ex aliquot regulis generalibus infraſcriptis accommodatis ad caſus particulares, quilibet prudens Procurator Fiſcalis poterit feliciter in hoc foro prout cauſa poſtulauerit articulos formare. 1.

Sit prima, Iam olim à Speculatore prudenter præſcripta ſimplicem negotiorum varietatem ſtudioſus Aduocatus, & in hoc foro prudens Procurator Fiſcalis articulos variabit, & minuet & addet, prout negotio viderit expedire, Speculator *titulo de teſt. §. nunc videndum à nobis n. 17.* 2.

Ex hoc infertur non poſſe ſtabiliri certam regulam ſuper conſtituendo certo numero articulorum, quia ſicut quando Reus eſt de paucis accuſatus, pauci formandi ſunt articuli, ſic vice verſa plures ſunt formandi, quando de pluribus eſt accuſatus. 3.

Sit ſecunda, Rectè Paulus, & Speculator conſuluerunt dicentes non eſſe formandos articulos, niſi ſuper re de qua agitur; nam ſicut non licet interrogare, aut examinare reum ſuper illis de quibus non extant indicia, ita non ſunt formandi articuli, niſi ſuper illis de quibus fuit denunciatus vel confeſſus, Paulus *in l. Confeſſionibus, ff. de Interrogator. act.* Speculat. *titul. de depoſitionibus §. 7. n. 4. Verſ. regular iter autem.*

Sit tertia, Articuli per verba affirmatiua formari debent non per negatiua, quia negantis factum nulla eſt directa probatio, Speculator *tit. de teſtibus, paragrapho nunc videndum à nobis. num. 18.* 4.

Sit quarta regula, Articuli non ſunt ſub diſiunctione formandi niſi fortè ageretur de facto alie- 5.

no,

no, in quo probabilis eſt ignorantia, tunc enim, vt Speculator cenſuit, ſub diſiunctione formari poſſent, Speculator, *tit. de teſt. §. tunc videndum nobis, num. 19. Verſ. Item articuli.*

Obſeruatio I.

6. IN præambulando articulorum Procurator Fiſcalis regulariter dicere ſolet in cauſa, quam habet, aliquando tamen dicit in cauſa hæreſis, aliquando verò in cauſa hæreſis, & apoſtaſiæ, quæ verba appoſita obſeruari, quando Procurator Fiſcalis producit articulos contra inquiſitos de adoratione dæmonum, vel de familiaritate cum ipſis ſimilia verba rectè opponi poſſunt quando agitur cum Inquiſitis de hæreſi, vel apoſtaſia formali, aliàs melius eſt ſimpliciter dicere in cauſa quam habet.

Obſeruatio II.

7. IN eodem præambulo prudenter Procurator Fiſcalis petit admitti articulos ad probandum in Curia, & extrà, quoniam ſi ad ſuam intentionem fundandam indigeret probatione extra locum vbi cauſa agitur recipienda; non poſſet opponi, quod non fuerit petitum, in aliis ergo Inquiſitionibus, Procurator Fiſcalis dicere poterit quod ad probandum recipi, & admitti petit in Ciuitate N. vel loco N. & extra.

Obſeruatio III.

8. QVando Procurator Fiſcalis initio articulorum dicit ſe repetere, & reproducere teſtium depoſitiones, & ipſius Inquiſiti confeſſiones, aduertat quod ſi aliàs Inquiſitus, in alia vel in eadem inquiſitione vocatus vel captus aliquas confeſſiones fecit nunc reproductas, tunc Procurator Fiſcalis dicat quod repetit, & reproducit confeſſiones alias de Anno N. in S. Officio factas.

9. Præterea ſi præter depoſitiones teſtium, & confeſſiones Rei habeantur in proceſſu aliqua ipſius ſcripta, vel libelli quemadmodum vt plurimum contingit in proceſſibus magorum, & necromanticorum, & inuocantium dæmones, tunc Procurator Fiſcalis dicet; Quod repetit, & reproducit teſtium depoſitiones, & ipſius confeſſiones, nec non, & ſcripta, videlic. talia, & talia deſcribendo qualitates ipſorum.

Obſeruatio IV.

10. IN fine articulorum in Tribunali Sanctæ Rom. & Generalis Inquiſitionis addi ſolent clauſulæ cæteræ videlic. ſaluo iure &c. non ſe aſtringens &c. quæ laudabiliter apponi ſolent, licet in libellis Criminalibus in fine libellorum infraſcripta Clauſula apponi conſueuerit, ſuper quibus omnibus & ſingulis ab eis dependentibus, emergentibus, & connexis, Iudex procedere intendit, & culpabiles punire debita forma Iuris, & quocumque alio modo, via, iure, & forma, quibus melius poterit, & debebit, ſic, & taliter quod ipſorum delinquentium pœna cæteris tranſeat in exemplum, Ioan. Petrus de Ferraria *in Practica Papienſi in fine, titulo de forma inquiſitionis, Verſic. ſuper quibus omnibus*, vbi hæc clauſula, ſiue concluſio, & verba in ea contenta explicantur, Roman. *conſil.* 110. *num.* 3. Socin. *conſ.* 188. *lib.* 2. Felin. *in cap.* 2. *de reſcriptis*, *& in cap. licet cauſam de probat.*

Carena de Offic. Inquiſit.

Obſeruatio V.

IN productione articulorum quæ fit Procur. Fiſcalis, vt plurimum ſolet omitti dies productionis, ſed tutius eſt, quod in quibuſdam proceſſibus legitimè confectis obſeruaui, vt ſcilicet in calce vltimi folij tempus productionis notetur ſic. Die N. Menſe N. Anno N. talia Sancti Officij Procurator Fiſcalis produxit: Et addi quandoque ſolet, & ſtatim tradita fuit copia Procuratori N. in carceribus S. Offic. detenti. 11

Annotationes Carenæ ad Cap. 30.

SVMMARIVM.

1 *Articuli an formandi, etiam de non ſpectantibus ad S. Offic.*

2 *Quod obſeruatur in Hiſpania vbi verba pulcherrima Inſtructionis Toletanæ* 18.

NOtanda ſunt omnia hoc loco à Pegna admonita. 1

Solum dubitari poteſt an ſi reus in proceſſo Indiciatus ſit etiam de delictis non ſpectantibus ad hoc Sacroſanctum Tribunal articuli ſint formandi etiam de his delictis, ego dicerem quod ſic monet ea inſigni inſtructione Toletana 18. ſupra allegata, quæ licet loquatur in accuſatione Fiſcalis, attamen cum articuli de quibus agimus ſucceſſerint loco libelli accuſatorij, idem de articulis dicendum, quod de accuſatione.

Inſtructio autem ſic habet, *Y aunque los Inquiſidores no pueden conocer de delitos, que no ſepan manifeſta heregia ſiendo teſtificado el reo de delitos de otra calidad, deue el Fiſcal acuſarle dellos, o para lo que los Inquiſidores le caſtigen por ellos, ſino paga agrauacion de los delitos de Heregia y para que conſte de ſu mala Criſtianidad, ò manera de biuir, y de ali tome indicio en lo tocante alas coſas de la fe de que ſe trata.*

ARGVMENTVM.

De formatione, & exhibitione interrogatoriorum.

SVMMARIVM.

Teſtes examinandi ſunt ſuper interrogatoriis datis à Reo inquiſito pro crimine hæreſis. num. 1.

Forma dandi interrogatoria in Crimine hæreſis Tribunali Sanctæ Rom. Inquiſition. n. 2.

Forma plurium interrogatoriorum dandorum repetantur teſtes examinati contra aliquem de hæreſi inquiſitum, & denunciatum. n. 2. *per totum.*

Forma productionis interrogatoriorum productorum. num. 2. *in fine, & num.* 5.

Interrogatoria variantur ſecundum varietatem caſuum, & ſic etiam eorum variatur numerus num. 3.

Teſtes repetendi in Crimine hæreſis, maximè interrogandi ſunt de odio, & inimicitia, ſi quam habent cum Inquiſito num. 4.

Interrogatoriorum copia debet etiam dari ſi petatur producendi illa. n. 6.

Cap. XXXI.

1. IVris auctoritate ſit, vt poſtquam Procur. Fiſcalis ad fundandam ſuam intentionem contra Reum produxit articulos, Reus det ſua interrogatoria petatque à Iudice, vt ſuper illis teſtes interrogentur, *cap. præſentium §. teſtes etiam*, vbi Gloſ. *in verb. interrogatoria*, & ibi communiter Canoniſtæ *de teſtibus lib. 6.*

2. In dandis itaque Interrogatoriis in Supremo Tribunali S. Rom. Inquiſitionis regulariter hæc forma obſeruari ſolet.

Interrogatoria Infraſcripta, & contenta in eis, dat, facit, exhibet, & producit Procurator, ac defenſor, & eo nomine N. in carceribus detenti, ſuper quibus prætenſos teſtes pro parte magnifici D. Procuratoris Fiſcalis inductos, ſiua inducendos diligenter, & ſingulatim examinari, & interrogari petit, aliàs de nullitate examinis, & quod eorum dictis nulla prorſus fides adhibeatur expreſſè proteſtatur omni meliori modo &c ſaluis tamen, & reſeruatis ſibi ſemper omnibus, & ſingulis exceptionibus, tam contra perſonam, quàm dicta prætenſorum teſtium quorumcunque, & quibuſuis aliis defenſionibus ſibi quomodolibet competentibus, & competituris omni meliori modo &c.

Imprimis quilibet teſtis diligenter moneatur de grauitate, & importantia iuramenti, & quod qui falſum teſtimonium dicit, mortaliter peccat, & Deum Omnipotentem offendit, ac Iudicis, & Tribunalis Sancti Officij Maieſtatem grauiter lædit, & præter pœnas quas incurrit in vtroque foro tenetur etiam læſo damna, expenſas, honorem, famamque, ac id quod eius intereſt reſtituere, quia non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum.

Moneatur etiam quod ne dum committit falſum, qui teſtificatur, & affirmat, quod non eſt verum, ſed etiam qui nega vel ſimpliciter tacet veritatem, vel eam minuit, infringit, occultat, tegit, paliat, alterat, vel aliqua ex parte immutat, & cum materia hæreſis ſit grauiſſima, debet teſtis in illa circumſpectè procedere, & teſtificari, ne forte innocentem perdat, offendat, ſeu opprimat, putans illum aliquid vno modo, vel ad vnum propoſitum, aut ex vna cauſa dixiſſe, vel feciſſe, quod tamen ille alio modo, & ex alia cauſa, & ad aliud propoſitum, & in alium ſenſum dixit, & fecit, propterea etiam benignè rogetur, vt ſuæ ſalutis memor ferat teſtimonium, purum, ſincerum, conſtans, nullis mendaciis, aut commentis admixtum.

3. Interrogetur quilibet teſtis, de patria, ætate conditione, ſtatu, exercitio, & profeſſione, & an ſit diues, vel pauper, Clericus, vel Laicus, religioſus, regularis, vel ſecularis, vxoratus, vel ſolutus, pater familias, vel filius familias.

Interrogetur teſtis, ſi non ſit ciuis, vel incola illius Ciuitatis vbi cauſa agitur, quo tempore ad eum locum venerit, & an ſemper in eo, qua de cauſa, & quibus negotiis operam dederit, & an propriis, vel alienis expenſis viuat.

4. Interrogetur ſi vllo vnquam in Iudicio vel extra ad fauorem alicuius, vel contra aliquem depoſuerit medio iuramento ea, quæ vera non erant, & in periurium inciderit, nec non ſi inciderit, in aliquam excommunicationem, qua de cauſa, & quo in loco, & an ipſe, vel parentes eius fuerint aliqua infamia notati, interdicti, excommunicati, & inhabiles ad teſtificandum declarati.

5. Interrogetur quilibet teſtis an ſit hoc anno tempore Paſcatis ſua peccata confeſſus, & cui confeſſori, & in qua Eccleſia, & an pariter ſumpſerit Sac. Euchariſt. & per manus cuius Sacerdotis, & quibus præſentibus.

Interrogetur teſtis, an aliquando fuerit Inquiſitus, accuſatus, vel proceſſatus de aliquo crimine, vel criminibus, & de quo vel quibus, & an fuerit ſubſequuta abſolutio, vel condemnatio, & per quem Iudicem. 6.

Interrogetur teſtis quilibet, an ſibi fuerit aliquid dictum, promiſſum, vel remiſſum, aut conceſſum adhoc vt teſtificaretur contra aliquem, vel ad hoc vt aliquid generale, vel particulare diceret in ſuo examine, & an ſperet vel ſperauerit ex depoſitione aliquod commodum, & quale. 7.

Interrogetur, an cognouerit, vel cognoſcat N, & à quo primum tempore, quo in loco, quæ fuit cauſa cognitionis, & an ſæpè cum illo fuerit conuerſatus, & quibus de rebus ſermonem cum N. habere conſueuerit, & an eo tempore quo primum eum cognouit, haberetur pro bono, & Catholico Chriſtiano, & homine bonæ conſcientiæ, & Deum timente. 8.

Deindè deueniat ad articulos, & ſuper primo interrogetur de conteſtibus, anno menſe, die, loco, & hora, vbi, & quando prædictus N. protulit præfatam hæreſim, negando Purgatorium, & dicat qua occaſione, & quibus verbis eam protulerit, & quo loci, & quæratur à teſte, an ex animi ſententia, deliberatè, & ſeriò loqueretur N. vel potius referendo aliorum, verba.

Super ſecundo articulo quæratur à teſte de tempore præciſo, & præciſis verbis, quibus N. malè loqueretur de Purgatorio, & coram quibus, & quoties illæ malæ obloquutiones habitæ fuerint, & ſuo ordine rem omnem exponat.

Super tertio articulo, requiratur à teſte qui fuerint illi petentes eleemoſynam, quibus prædict. N. eam tribuere negauit, & dixit quod illa erat Vindemia Religioſorum, quia non eſt veriſimile virum Catholicum, & in Doctrina Chriſtiana bene inſtructum talia dicere potuiſſe.

Super quarto articulo, inquiratur à teſte de tempore preciſo, & verbis quibus N. voluit ſeducere illam perſonam, & qua occaſione cum illa habuerit colloquium.

Super quinto articulo inquiratur à teſte quomodo ipſe ſciat quod N. teneatur, & reputetur pro hæretico, & quod exprimat à quibus pro tali teneatur, & reputetur.

Super ſexto inquiratur à teſte quid ſit fama, vel communis reputatio.

In reliquis ſuppleat Domini Inquiſitoris examinantis diligentia, quem credit, & perſuaſum habet N. futurum acerrimum veritatis indagatorem, prout ſupplicat, ne innocentia opprimatur.

Die Menſis Anni Prædictus N. produxit, vel ſic

Die Menſis Anni Prædictus N. conſignauit, & exhibuit in actis.

Obſeruatio. I.

PRæter prima Interrogatoria generalia, quæ in omnibus fere cauſis, quæ dictis teſtium obuiantur dari ſolent, vix poterit in cæteris aſſignari certus numerus interrogatoriorum, & merito quia cum, vt inquit Speculator, interrogatoria ſint quædam interrogationes, quas pars vult fieri teſtibus contra ſe inductis ſuper negotiis, & circumſtantiis, & negotia, & cauſæ, & eorum circumſtantiæ in ſingulis fere caſibus varientur, interrogatoria quoque prudenter 3.

prudenter varianda, & proponenda erant, Speculator *tit. de teſte* §. 6. *de interrogatoriis*, quem refert, & ſequitur Albericus de Maletis *tract. de teſtibus c.* 8. *de interrogatoriis num.* 1.

Obſeruatio. II.

4. LIcet Speculator monuerit cauendum eſſe Iudicibus, ne indifferenter proponantur interrogatoria loquentia de odio, lucro, & ſimilibus, quæ non ſunt de negotio principali, ſed ſolum de ſubſtantialibus cauſæ, videlicet de cauſis, perſonis, loco, & tempore, nec teſtem eſſe de facto alieno interrogandum, in hoc tamen foro, in quo potiſſima, & frequentiſſima reorum defenſio conſiſtere ſolet in odio, & inimicitia capitali, quam rei opponere conſueuerunt teſtibus contra ſe deponentibus, hoc interrogatorium de odio, & inimicitia capitali, tamquam ad cauſam maximè pertinens, ſæpè repetendum eſt, & toties teſtibus inculcandum, quoties reus cauſam dederit; allegando ſcilicet odium, & inimicitiam capitalem, & conſpirationem contra ſe initam, & deductam ex cauſis ſufficientibus ad repellendum teſtes, de quibus in Directorio copiosè dictum fuit, Speculator, *tit. de teſtè* §. 6. *de interrogatoriis num.* 19. *verſiculo caueat tamen Iudex*, in Directorio Inquiſitorum *part.* 3. *q.* 6 - *comm.* 116. vbi recenſentur cauſæ, vnde oritur inimicitia capitalis.

Obſeruatio III.

5. IN fine vltimi folij, ſiue pagellæ, quo interrogatoria continentur, dies productionis notari ſolet, prout apparet *ſuprà capitulo* 31. *in fine interrogatoriorum* circa quod obſeruandum videtur conſilium Speculatoris in hæc verba. Item cautè faciet Aduocatus exhibens interrogatoria, ſi ea in ſcriptis redigat, & ſic præſente Notario iudici porrigat, & hæc ille Speculator *titulo de teſte* §. 6. *de interrogatorijs n.* 21. *Verſ. Item cautè*, vnde iuxtà hoc conſilium in fine interrogatorij poſſet ſic notari.

Die Menſe Anno prædict. N. Procurator, & defenſor N. in præſentia ſui principalis, & Notarij S. Inquiſit. N. Reo. P. D. N. Inquiſitori exhibuit prædicta interrogatoria.

Quod ſi non Procurator, ſed idem principalis interrogatoria produceret, eadem ſeruata formula poſſet dicere ſic

Die Menſe Anno Prædict. N. in præſentia mei Notarij N. R. P. D. N. Inquiſitor exhibuit prædicta interrogatoria.

Obſeruatio IV.

6. OBſeruatum apparet in proceſſibus ſupremi Tribunalis, quod aliquando in notulo productionis interrogatoriorum, idem principalis producens petit eorundem ſibi dari copiam, ſic,

Die Menſe Anni conſignauit, & exhibuit in actis, & petiit eorundem interrogatoriorum ſibi dari copiam ad effectum vt ſi quid occurrerit addendum addere poſſit.

Hæc cautela non videtur improbanda, & tunc potiſſimum adhibenda, vt admittenda videtur, quando de calumnia teſtium dubitaretur.

Annotationes Carena ad Cap. 31.

SVMMARIVM.

1 *An teſtis teneatur reſpondere interrogationi criminoſa remiſſiuè.*

Carena de Offic. Inquiſit.

2 *Forma alia interrogatoriorum,*
3 *De interrogatorio loci, & temporis remiſſiuè.*
4 *De interrogatorio an teſtis ſit confeſſus in Paſchate.*
5 *Teſtis quomodo debeat deponere de forma.*
6 *Teſtis examinatus ſine interrogatorijs, an probet.*

1. AN teſtis teneatur reſpondere interrogationi criminoſæ, dixi *parte tertia, titulo ſeptimo* §. 11. *num.* 71. *& ſeqq. Verſiculo dubia tamen admodum*, ad ibi dicta me remitto.

2. De ſimili interrogatoriorum formula Patet Maſſinus *in Praxi S. Offic. p.* 4. *fol. mihi* 181. *verſ. Gli interrogatorij poi.*

Et de teſtibus examinatis ſine interrogatoriis, an probent, videatur latè differens de hoc Farin. *de teſtibus quæſt.* 74. *num.* 2 *& plur. ſeq.*

3. Circa interrogatorium loci, & temporis notat Farin. *de Teſtibus quæſt.* 73. *num.* 28 eſſe omninò neceſſarium, licet addat, & benè non eſſe teſtes reſtringendos ad angulum temporis nec ad qualitatem, an tempus eſſet ſerenum, vel nubilum, Barboſ. Iun. *C. cum cauſam, num.* 5. *de teſtibus.*

4. De interrogatorio an teſtis ſit confeſſus in Paſchate Farin. *quæſt.* 56. *num.* 261. *& ſeq.* An ſit proceſſatus idem Farin. *ibidem num.* 126. *& num.* 167. *& & ſeq. & quæſt.* 73. *num.* 70. *&* 71. Et an ſibi fuerit aliquid promiſſum, Farin. *q.* 67. *num.* 236.

5. Quomodo autem de forma deponere debeant teſtes, vide quæ dixi *p.* 3. *tit.* 10. *num.* 64. *ſeq.* Et num ſuper ſuperfluis interrogatoriis teſtes ſint examinandi, Farin. *quæſtione* 73. *num.* 48. *& ſeq.*

6. Rectè proteſtatur Aduocatus Rei de nullitate examinis, vbi ſine interrogatoriis teſtes examinentur. Quia alias examen ſine eis eſſet validum, licet adhuc cum interrogatoriis deberent repeti, latè Ferentill. *ad deciſionem milleſimam Buratti num.* 25. *& ſequent.*

ARGVMENTVM.

In conficiendis, proponendis, & admittendis interrogatoriis, quædam eſſe particulariter, & diligenter obſeruanda.

SVMMARIVM.

Interrogatoria formanda ſunt ſecundum ea, quæ continentur in articulis. num. 2.

Interrogatoria formanda ſunt ſecundum circumſtantias cauſæ, & perſonarum qualitatem, vt illis reſpondendo teſtes appareant, an ſint veraces, an verò mendaces, contrarij, aut vacillantes num. 3.

Interrogatoria captioſa, & impertinentia Iudices reſecari poſſunt, & debent num. 4. *&* 5. *Vbi quod in dubio interrogatoria ſunt interpretanda non impertinentia, & non ſuperflua.*

Interrogatoria data ad inuoluendum, & intricandum teſtem, vel ad veritatem occultandam admittenda non ſunt. n. 6.

Dilatio, ſeu terminus competens dandus eſt Reo Inquiſito pro crimine hæreſis ad dandum interrogatoria num. 7.

Teſtes poſſunt examinari ſine interrogatorijs quando pars monita interrogatoria non dedit n. 8. *fallit*

quando etiam poſt perfectum examen eademque pars petit eorundem teſtium repetitionem ſuper ſuis interrogatorijs & ſic vellet errorem purgare. n. 9.

Iudex debet examinare teſtes cum omnibus interrogatorijs datis à parte nec debet aliquod interrogatorium omittere. num 10.

Teſtes ſi fuerint examinati ſine interrogatorijs datis à parte, an eorum examen ſit validum, aut nullum. num. 11.

Iudex poteſt ſupplere ex officio in eo quod pars deficit in dandis interrogatorijs. num. 2.

Teſtes debent examinari à Iudice, nec eorum examen à Notarijs committi. num. 13.

Teſtis depoſitio quando eſt varia magis attenditur illa quæ facta eſt interrogatorijs, quam ſuper articulis num. 16.

Iudices, an, & quando poſſint interrogare teſtes vltrà eá, quæ continentur in interrogatorijs datis à parte. num. 14. & 15.

Reſponſiones datæ à teſtibus ſuper interrogatoriis ipſis factis debent fideliter, & per extenſum ſcribi à Notario. n. 17.

Cap. XXXII.

1\. Qvoniam in iudiciis iam ciuilibus, quam criminalibus, in quibus probationes fiunt per teſtes, frequentiſſima eſt hæc praxis dandi interrogatoria, vix enim ſine illis teſtes examinantur, quod maximè obtinet in foro Sanctæ Inquiſitionis. Ideò viſum eſt hoc loco hanc articulum de conficiendis proponendis, & admittendis interrogatoriis quibuſdam breuibus, & claris regulis propoſitis dilucidare.

2\. Sit Prima regula, quæ reſpicit Aduocatum, ſeu Procuratorem reorum accuſatorum, cui incumbit interrogatoria formare. Procurator acceptos articulos contra Reum productos tamquam ſpeculum intuebitur, & ex illis ſua interrogatoria formabit, Speculator. *tit. de teſte, §. 6. incip. iam de interrogatoriis num. 3. verſ. habita ergo dilatione.* Idem *titul. depoſitionibus §. 5. num. 4. Verſiculo formans enim poſitiones*, Canoniſtæ *in capitulo præſentium §. teſtes etiam*, vbi gloſ. *in verb. interrogatoria*, & *ibidem* Io. Andr. *num. 15. & 16.* & Alex. *conſil.* 166. incipien. *in cauſa, & lite num 7. lib. 6.*

3\. Sit Secunda regola in interrogatoriis formandis, prudentes, & diligentes eſſe debent Aduocati, vt forment interrogatoria, ſecundum circumſtantias cauſæ, & perſonarum productarum gloſ. & communiter Canoniſtæ docuerunt, vt interrogatorium vigore conſtituti Teſtes, vel veraces, vel mendaces, aut contrarij, vel vacillantes, vel ſingulares deprehendantur, quod qualiter fieri poſſit ſubtiliter more ſuo diſcurrendo per Decem Cathegorias, ſiue prædicamenta, docuit Bald. vide eosdus. Gloſ. & Doct. *in cap. præſentium de teſtibus lib. 6.* Bald. *in l. Teſtium num. 16. & ſeq. & n. 21. Cod. de teſtibus.*

4\. Sit Tertia regula, ſi Aduocatus vel Procurator ſuperflua, doloſa, captioſa, vel tendentia in hoc foro ad detegendos denunciatores, vel teſtes, vel impertinentia interrogatoria dederit, Inquiſitor ex officio illa poterit reſecare, id enim facere poſſet Iudicem cauſæ communiter cum Gloſſa, Canoniſtæ, & Speculator profitentur, & Archidiaconus affirmat, quod Iudex recipat interrogationes pertinentes, impertinentes verò non admittat, indè ortum habuit laudabilis praxis, qua vti ſolent Iudices, cum dantur, & admitti petuntur interrogatoria dicentes, ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum Gloſ. *in c. præſentium § teſtes etiam in verb. interrogatoria de teſtibus lib. ſexto*, vbi Ioannes Andreas *num. 6.* Archidiaconus *n. 17. Verſiculo Iudex autem, Gemin. in dicto §. teſtes, num. 9. &* Philippus Francus *num. 6.* Speculator *titulo de teſte §. 6.* incipiente *iam de interrogatoriis n. 3. Verſiculo Imo Iudex* Alberic. de Valetis *tractat. de Teſtib. capitulo octauo de interrogatoriis num. 2.* 5.

Sit Quarta regula diligenter conſideranda. In dubio Iudex ſemper interpretari debet, quod interrogatoria non ſint ſuperflua, & conſequenter non veniant reſecanda, quia ſi eſſet facilis ad reſecandum interrogatoria, multum poſſet Reo nocere, & argueretur vel malitioſus, quia repellit pertinentia, vel negligens, ſi ſuper admiſſis non interrogaret teſtes, ideóque potiùs debent admitti ſuperflua quam omitti vel reſecari aliquid neceſſarium, vel vtile, nam regulam tradidit Hoſtienſ. quam Canoniſtæ communiter ſequuntur, & ideò in Rota Dom. Auditores non ſunt admodum faciles ad reſecanda interrogatoria, Hoſtienſ. *in capitulo per tuas num. 1. & ſequentibus* vbi latè proſequitur materiam *titulo de teſtibus*, Canoniſtæ communiter *in dicto cap. præſentium §. teſtes etiam, de teſtibus*, vbi Ioannes Andreas *num. 15. & 16.* Geminian. *num. 9.* Philippus Francus *num. 6.*

6\. Sit Quinta regula veluti ſuperiorum declaratoria, & limitatoria: Illa interrogatoria in hoc potiſſimùm foro admitti non debent, quæ vel tendunt ad inuoluendum, & intricandum Teſtem vel ad veritatem occultandam, vel ad detegendas tales circumſtantias ex quibus poſſet Reus deuenire in cognitionem denunciatoris, vel teſtium, nec regula probatur ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Communi ſtylo huius fori, quibus iuſtè, & laudabiliter receptum eſt, ne nomina teſtium, & denunciatorum accuſatis publicentur ac ne illæ quidem circumſtantiæ, ex quibus in cognitionem teſtium Reus accuſatus deuenire poſſet, vt in Directorio copioſè oſtenſum fuit in Directorio Inquiſitorum *parte tertia commentario 124. ſuper quæſt 75.*

7\. Sit Sexta regula: Poſtquam in hoc foro &c. Procurator Fiſcalis produxit articulos contra Reum vicisſim Reo competens terminus aſſignandus eſt ad danda interrogatoria; Is verò terminus Iudici arbitrarius eſt, & iuxta cauſæ, & perſonarum & articulorum qualitatem, nunc plurium dierum, nunc pauciorum terminus aſſignandus eſt; vt ſupr. *capitulo* 28. in fine notatum fuit, cùm de articulorum exhibitione ageretur, Gloſſ. *in cap. præſentium §. teſtes etiam* in verb. *interrogatoria*, vbi communiter Canoniſtæ *de teſtibus lib. 6.* Speculator *titulo de teſte §. ſexto*, incip. *Iam de Interrogatoriis num. 1. 2. & 3.*

8\. Sit Septima regola. Si poſt competentem dilationem Reus monitus, ſine legitimo impedimento, & ſine iuſta cauſa noluerit dare Interrogatoria, Iudex ex officio & in hoc foro Inquiſitor cum Interrogatoriis à ſe factis poterit examinare, & repetere teſtes, & examen valebit, neque enim propter malitiam, vel culpabilem negligentiam reorum debet impediri cauſæ proceſſus: Et iuxta hanc ſententiam, quam graues DD. profitentur, ſæpè Rota, & ſignanter in vna Cameracen. bonorum ſuſtinuit Teſtium examen factum ſine interrogatoriis partis, non tamen ſine interrogatoriis Iudicis, *c. cum cauſam de teſtibus*, notant Canoniſtæ *in d. cap. præſentium §. Teſtes etiam de teſtibus libro ſexto*, vbi Ioannes Andreas *num. 15. in fine*, & Francus *num...*, Gloſſ. *in l. prima in verb. de nominibus*,

bus,ff. de Magiſtratibus conueniendis, vbi pulchrè Bald.*in §.ſi curatores*, Signorol.de Homodeis *conſilio* 19.incipiente *in aſſumptione,num.* 1. *Verſiculo Item dicta parſ.* Cagnol.*in l.p.num.*102.*ff.ſi cert. pet* Rot. apud Peregr *deciſ.*106. *libr.* 2. & in cauſa Cametinon, bonorum die 20. Martij 1589. coram Franc. Penia Rotæ Auditore.

9. Sit Octaua regula: Si poſt elapſum terminum ad danda interrogatoria, & poſt examen, ſiue repetitionem teſtium factam cum interrogatorijs Iudicis, Reus ſaniori conſilio vſus interrogatoria dederit, & teſtes ſuper eis examinari, & repeti petierit, licet præcedentes depoſitiones ſubſiſtant, eo quo teſtes fuerunt examinati, & repetiti cum interrogatorijs ab Inquiſitore factis, nihilominus retardato tantiſper proceſſum, iterum cum interrogatorijs à Reo datis examinandi ſunt, & repetendi ipſius Rei expenſis, quod maximè decet huius Tribunalis benignitatem, & Iudicum miſericordiam ne conqueri vnquam poſſint rei, quod via defenſionis fuerit illis præcluſa, præſertim in hoc foro vbi nomina teſtium non manifeſtantur. Hæc autem regula multo magis habebit locum, quando, vel propter inimiciam, vel negligentiam Iudicis, vel propter aliam cauſam non fuerunt repetiti teſtes ſuper interrogatorijs à Reo datis, quamuis enim tale examen de ſtricte Iuris ratione non ſit inualidum, vt Rota ſemper reſpondit, repetendi tamen ſunt teſtes, nec interim eſt in cauſa ad vlteriora procedendum, Rota apud Putbeum *deciſ.*427. incip.*fuit ſextam lib.*1.*& deciſ.*317.incip.*in vna Vulturina n.*2. *lib.* 2. Ioannes Vincentius Honded. *conſilio* 101.incipit.*practica ſe offert dubitatio, num,*16. *libro primo.*

10. Sit Nona regula: Ne teſtium repetitio, ſiue examen reddatur inualidum, diligenter conſiderare debet Inquiſ quomodo parte rei dentur interrogatoria, Quia Procuratores Reorum in exhibitione interrogatoriorum, regulariter ſolent petere, vt teſtes pro parte Procuratoris Fiſcalis inductos, & inducendos Inquiſitor diligenter examinet, & interrogatorijs, vel ſuper omnibus Interrogatorijs, & alias expreſſe proteſtatur de nullitate. Quo caſu, quoniam Inquiſitor cum tali proteſtatione admiſit Interrogatoria, ne examen reddatur inualidum, nullum interrogatorium debet omittere, tum propter proteſtationem, tum quia ſic admittendo Interrogatoria ad eam formam obſeruandam, videtur, ſe obligaſſe, Barbatia *conſil.tertio* incip.*illud referam num.* 25. *lib.* 3. Rota in vna Siracuſana quarta die 29. Maij anni 1592. coram Petro Franciſco Gyptio, vbi allegantur Felinus *in capitulo per tuas num.*2.*circa medium, Verſiculo vade dicit de teſtibus* Puteus *deciſion* 427.incip.*fuit tentum libro primo, Paleottus deciſion.*118. & Fabius Accorambanus *deciſion.*40.*libro primo*, idem tenuit Rota in cauſa Patmen. Status die 4. Iunij Anni 1604. coram R.P. D. Garzia Millino Speculator *tit. de teſte* §.6.incip. *Iam de Interrogatorijs n.*21. *Verſic. Item caute facit.*

11. Sit Decima regula: Quando Aduocatus, vel Procurator reorum, dat interrogatoria ſimpliciter petendo teſtes ſuper illis repeti non facta aliqua proteſtatione ſuper nullitate examinis, tunc licet magnus ſit D.D. conflictus, an ſi omnia, vel aliqua omittantur examen reddatur nullum, & fortaſſis ſecundum magis communem opinionem non deberet valere, tamen de quadam æquitate Rota cenſuit examen ſuſtineri, licet teſtes ad inſtantiam Rei dantis Interrogatoria repeti debeant, & interrogari ſuper Interrogatorio, vel Interrogatorijs omiſſis quod Hoſtienſ. Speculator, & Ioannes Andreas adeò verum eſſe exiſtimauerunt, vt etiam atteſtationibus publicatis iterum interrogari, & examinari debere affirmauerint Doctores in capitulo per tuas de teſtibus. Rote apud Accorambonum *deciſ.* 49.incipiente *fuerunt examinati teſtes, lib.*1. Decius *in capitulo lites cauſam, num.*56. *Verſiculo ſi tamen prætermiſſis interrogatorijs de probat.* Alceaod. *conſilio* 172. *num.* 9. *libro ſecundo, & conſilio* 104. *num.*7.*libro quinto*, Ruinus conſil.35. *num* 4. *libro quarto* Putheus *deciſ.*427.*libro primo, & deciſ.*317. *lib.*2. Peregrinus *deciſion.* 85 *lib.*1.*& deciſ.* 68 *libro* 2. Ioannes Antonius Maſuerus *in additione ad practicam Papienſ.titulo de forma Iuramenti teſtium ſuper verbo Interrogatoria.Verſiculo ſed ſi Iudex* Hoſtienſ. *in capitulo per tuas num.*2. *Verſiculo ſi enim Iudex de teſtibus*, Speculator *tit. de teſte* §. 6.incipi. *Iam de interrogatorijs num.*21. *Verſiculo Item cautè facit Aduocatus*, Ioannes Andreas *in capitulo præſentiam de teſt.lib.*6.*num.*16.*Verſ.quia ſi fuit factum interrogatorium.* 12.

Sit Vndecima regula, prudenter conſuluit Speculator, vt ſi Iudex viderit aliquid deeſſe interrogatorijs pro parte Rei datis ex officio ſuo suppleat, tum quia quæ deſunt Aduocatis, Iudex ſupplere debet, tum quia ad eius officium ſpecialiter pertinet teſtes interrogare, cuncta rimari, & de circumſtantijs veritatem inquirere diligenter, & rerum ordinem plena Inquiſitione dignoſcere. Quod in foro Inquiſitionis eo potiſſimum nomine cùm opus fuerit, videtur præſtandum, quia cùm non publicentur reis nomina teſtium, vix in omnibus, & per omnia poteſt Aduocatus talia interrogatoria formare, ex quibus poſſit ad inueniendum veritatem præciſe deuenire, Specul.*tit.de teſte* §.*ſexto*,incipien.*iam de interrogatorijs in princ.ante num.*1.*Verſiculo ſecretè ergo dabuntur Iudici l.* 1. *C.quæ deſunt Aduocat.cap.Iudicantem* 30.*q. vlt.*

13. Sit Duodecima regula, cum magni momenti res ſit, recte teſtes examinare, & interrogare, vt ab ipſorum ore veritas, vel mendacium eruatur ſuper interrogatorijs pro parte rei datis, Iudices per ſe ipſos teſtes examinare debent, vt prudenter Hoſtienſis, Ioannes Andreas Geminian.& alij communiter cenſuerunt prauam iudicum conſuetudinem damnantes, qui examinationem teſtium Notarijs & ſimplicibus committunt, in hoc foro maximè curandum eſt vt Inquiſitores per ſe ipſos teſtes examinent, tam in iudicio Summario, quàm
in plenario, cum teſtes ſuper interrogatorijs repetuntur, quod ſi ex legitima cauſa impediti, Iudices fidei teſtes examinare non valeant non alijs, quam ſuis Commiſſarijs probis prudentibus, & peritis committere debent examen. Hoſtienſis *in cap. præſentium num.*27.*&* 28.*de teſtibus lib.*6. *vbi* Ioannes Andreas *num.* 18. *Verſiculo, Et arguit contra Iudices*, & Geminianus *ibidem in* § *teſtes etiam num.* 9. *Verſiculo, Et conſulit, Hoſtienſis*, Idem Hoſtienſis *in capitulo per tuas num.*7. *Verſiculo de his igitur de teſtibus.* 3.

14. Sit Vltima regula. Quamuis non debeant Iudices fidei cùm teſtes repetuntur, eos interrogare extra contenta in interrogatorijs à Reo datis, id tamen intelligitur, niſi teſtis, dum examinatur cauſam præbuerit de alijs quoque interrogandi, tunc enim vltra contenta in interrogatorijs poterunt teſtes interrogare.

Obſeruatio I.

15. SIue Reos dederit interrogatoria, ſiue dare es omiſerit, ſemper Iudices fidei curabunt diligenter, vel ſoper interrogatorijs à Reo datis, vel ſuper interrogatorijs à ſe factis, vel faciendis diligenter teſtes examinare, quod tunc maximè præſtare debent, qoando aliqua ſuſpicio eſt contra teſtes, tunc enim Iudices, & Iudicum, & patronorum, ſeu Aduocatorum perſonsm induere debent, vt rectum iudicium fiat, ſic vt neqoe iuſtitia deſeratur, neque contra Iuſtitiam Reus opprimatot.

Obſeruatio I I.

16. IDeò Teſtes ſuper interrogatorijs reorum, tsm diligenter interrogandi ſunt, quia quando datur aliqua variatio, vel diſcrepantia in dicto teſtis, Rota magis attendit dictum teſtis ſuper interrogatorijs, quam ſuper articulis, Rots apud Verallium *deciſ.* 421. iocip. *quando datur*, *lib.1.in manuſcript.*

Obſeruatio III.

17. CVrent Inquiſitores diligenter, vt in interrogandis teſtibus, & reis ſcribere faciant omnia interrogatoria per extenſum ſic iubente Felic. rec. Clemen. Papa V I I I. & ſic decernente die 9. Nouembris Anni 1600. fuit Ioquiſitoribus ſignificatum.

Annotationes Carenæ ad Cap.32.

SVMMARIVM.

1 *Præcipua regula circa formationem horum Interrogatoriorum.*
2 *Teſtis quando poſſit interrogari ſuper circumſtantijs impertinentibus.*
3 *Interrogatoria quæ ſint impertinentia.*
4 *Citatur reus ad dandum interrogatoria.*
5 *De proteſtatione vbi teſtes non examinantur ſuper interrogatorijs.*

1. DAt hoc loco Pegna regulas Iuridicas ad formanda interrogatoria, inter quæ præcipuum eſt, quod ab Aduocato Rei fieri ſolet ſuper circumſtantijs facti, ſeu dicti, de quo Reus eſt indiciatus, dummodo tamen ſint ſubſtantiales, Farinac. *de teſtibus quæſtione* 73.*num.*26. 48.*&* 51. Barboſ.*in dicto capitulo cum cauſam num.*3. *de teſtibus*, bene Farinac.*num.*52.vbi quod teſtis Iudici ſuſpectus debet
2. interrogari ſuper circumſtantijs etiam impertinentibus, & non ſubſtantialibus, quod idem dixit Scaccia *de Indicijs tomo primo, cap.*86.*num.* 15. *in fin.* vbi quod talis teſtis poteſt illaqueari varijs interrogatorijs; ſic autem interrogare eſt munus Iudicis non Aduocati formantis interrogatoria.
3. Certiſſimom eſt interrogatoria impertinentia reijcienda eſſe per Inquiſitorem, & per quoſcumqoe alios Iudices, licet in dubio cenſends ſint non impertinentia. Farin.*d.quæſtion.* 73.*num.*48. *&* 50.
4. Citari etiam debet reus cum termino opportuno ad dandom, & in actis præſentandum interrogatoria, Farin.*dicta quæſt.*73.*n.* 24.vbi de Generali praxi Curiæ Romanæ. Hoc enim acto ſi interrogatoria pars non produxerit, certum eſt, quod teſtes ſine eis examinari probant, Farin.*vbi ſupra n.*73.
5. De Proteſtatione de nullitate vbi non examinentur teſtes ſuper interrogatorijs rei, Vide Ferentill. allegatum *in capitulo prædicto*, & Farin.*vbi ſup. n.*73.apod quem vide alia quæ in hac materia occurrere poſſunt.

ARGVMENTVM.

Exemplum repetitionis Teſtium.

SVMMARIVM.

Forma repetitionis teſtium examinatorum pro informatione Curiæ contra reum inquiſitum de hæreſi. num.1.& ſeqq.

CAP. XXXIII.

SVprà *cap.*31.oſtenſom fuit in praxi quomodo formaoda in hoc foro, & exhibenda pro parte Reorum forent interrogatoria ad effectum repetendi teſtes in iudicio plenario, vt exploretur ao ſiot mendaces, varij, & vacillantes. Nunc qoaliter Inqoiſitor ad ipſum repetitionis actum procedere debeat, breuiter demonſtrandum eſt. 1.

Itaque poſt aliquot dies poſtquam Procurator Fiſcalis prodoxit articulos, & reus dedit iorerrogatoria, teſtes ſic repetendi ſunt.

Die Menſe Anno 2.

Examinatus, & repetitus fuit in Ciuitate N. in Palatio, ſiue in domo Sanctæ Ioquiſitionis per R. P. F.N.Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Magiſtrum (dicetur prout fuerit) aſſiſtente N.N. eiuſdem R.P.Inquiſitoris ſocio, meque Notario N.præſente, & depoſitiones ſcribente.

N.Filius quondam N.de tali loco Diœceſis N. ætatis ſuæ annorum N. in circa (vt aſſeruit) Teſtis alias pro parte Procuratoris Fiſcalis, & pro informatione Sancti Officij examinatus, nunc verò ad illius inſtantiam primò iuxta interrogatoria partis aduerſæ, deinde ſuper articulis dicti D. Procuratoris Fiſcalis repetitus, cui delato iuramento de veritate dicenda, & per eum tactis Sacroſ.Scriptur.præſtito. 3.

Primò iuxta primum interrogatorium fuit monitus, prout in eo de importantia iuramenti, & de pœna periurij.

Iuxta Secundum reſpondit *Io ſono nato in tal loco, ſono di tal età &c.* Scribat præcise, prout teſtis reſponderit ad ſingula in ſecundo ioterrogatorio contenta.

Iuxta Tertium *Io come hó detto, ſono nato in tal loco &c.*& ſcribatur ſimiliter fideliter, prout teſtis depoſuerit. 4.

Iuxta Quartum reſpondit &c. ſcribatur prout depoſuerit, an ſcilicet aliquando in iudicio vel extra teſtificatus fuerit medio iuramento, ea quæ vera non erant.

Iuxta Quintum reſpondit &c. ſcribatur diligenter quidquid reſponderit, quia hoc Interrogatorium, An teſtis fuerit eo anno peccata confeſſus, eſt magni momenti ad dandam, vel minuendam fidem teſti.

Iuxta Sextum reſpondit &c. ſcribatur ſimiliter prout teſtis reſponderit, quia hoc quoque interrogatorium eſt magni momenti ad dandam, vel minoendam fidem teſti, nam ſi teſtis fuit Inquiſitus, vel proceſſatus de aliquo crimine, & non fuerit abſolutus minorem fidem merebitur. 5.

Iuxta Septimum reſpondit &c. ſcribatur diligenter

ter prout teſtis teſponderit, & tunc maxime ſuper hoc interrogatorio euacuando exacta diligentia adhibenda eſt, quando adeſt aliqua ſuſpicio contra teſtem, quod propter aliquod intereſſe, datum remiſſum, vel promiſſum dixit teſtimonium contra aliquem.

Iuxta Octauum reſpondit *Io hò conoſcinto N. da tal tempo &c.* ſcribatur prout teſpondetit, & in hoc quoq; interrogatorio euacuando magna cura adhibenda eſt; Nam ſi teſtis præciſè ad contenta in Interrogatorio reſponderit, reddendo cauſam de cognitione, & tempore, & loco cognitionis, & conuerſationis cum eo, contra quem fuit teſtificatus, latè patebit aditus ad veritatem inueniendam.

Eodem modo procedendum eſt ad interrogandum teſtem ſuper cæteris interrogatorijs ipſius rei, nam ſæpe pro qualitate cauſarum plura interrogatoria formari ſolent.

4 Euacuatis interrogatorijs, protinus deſcendat Inquiſitor ad interrogandum teſtem ſuper articulis, & Notarius incontinenti dicet ſic.

Deinde deuentum fuit ad articulos pro parte Procuratoris Fiſcalis exhibitos, & primò,

Super Primo dixit ſcribatur præciſe, & fideliter prout teſtis dixit, affirmando, vel negando, vel diſtinguendo.

Super ſecundo dixit &c.

Et ſimiliter Inquiſitor exquiret à teſtibus, quos repetit quid dicant ſuper ſingulis articulis, curando in primis vt teſtis probè intelligat contenta in ſingulis articulis.

5. In fine examinis cuiuſlibet teſtis Notar. more ſolito ſcribet ſic.

Quibus habitis fuit dimiſſum examen, & ſe ſubſcripſit iniuncto ei ſub iuramento quod ſeruet ſilentium.

Et ſi teſtis ſcit ſcribere dicet ſic.

Io N. conferme quanto diſopra manu propria.

Si verò ſcribere neſciat, dicet ſic.

Quibus habitis fuit dimiſſum examen, & iniunctum, vt faciat ſignum Crucis, cùm neſciat ſcribere.

Annotationes Carenæ ad Cap 33.

SVMMARIVM.

1 *Forma repetitionis Teſtium.*

2 *Forma repetitionis teſtium in Inquiſitionibus Hiſpaniæ, ex Inſtructione Toletana cuius verba referuntur.*

1. INcipit hoc loco Pegna agere de actu ipſo repetitionis teſtium, de materia recurratur ad ea quæ dixi *de Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis p.3. tit. 7.§.5. per totum.*

Formam aliam repetitionis teſtium vide apud Par. Maſſinum. *in ſua Praxi, folio mihi* 105.

2 Formam notificationis in Regnis Hiſpaniarum habes ex Inſtructione Toletana 30. Anni 1561. his verbis, *Pregunte les ſi ſe acuerden hauer dicho alguna coſa ante algun Iuez en coſas tocantes à la fe, y ſi dixere que ſi diga la ſuſtancia de ſu dicho, y ſi no ſe acuerdare leyendoles las preguntas generales, por donde ſe pueda acordar de lo que dixo y ſi pidiere que ſe le ſea hazerſe aſſi.*

Exemplar autem magis ſpecificum hæreſis ex Garzia in *Praxi S. Officij fol. mihi 10. à tergo* Verſiculo marginali *Ratificacion de Teſtigo.*

ARGVMENTVM.

In actu repetitionis Teſtium magnam curam adhibendam eſſe, & quare.

SVMMARIVM.

Teſtes pro informatione Curiæ examinatos Reus de hæreſi inquiſitus pro ritè, & rectè examinatis habere non poteſt. n.1.

Teſtes repetendi, ſunt primò interrogandi, & monendi an velint aliquid addere, detrahere, mutare, aut corrigere de ijs quæ aliàs depoſuit numero ſecundo. n.2.

CAP. XXXIV.

QVIA in hoc ſecundo examine, ſiue teſtium repetitione omne fere teſtimoniorum pondus 1.
conſiſtit, adeo vt graues DD. dixerint, vt ſupra notatum fuit, quod licet Reus vellet habere teſtes pro ratificatis, & repetitis, nihilominus Inquiſitor tenetur eoſdem teſtes iterum examinare, & interrogare, ne fortè defenſio Reorum pereat. Ideò in hac poſteriori examinatione magna diligentia, & cura adhibenda eſt, vt veritas eruatur.

Quamobrem placet illa praxis, quam in hoc repetitionis actu monuit Simanchas ſeruandam, vi- 2
delicet vt teſti repetendo primò dicatur, an ſciat quare vocatus ſit, & vtrum velit addere detrahere, mutare, aut corrigere aliquid, interim autem quidquid reſponderit, ſcribendum eſt fideliter à Notarijs ſupra *capitulo* 24. *§. nam licet* Simanchas *de Cath. inſt. tit. 44. de ordin. procedendi n.* 23.

Annotationes Carenæ ad Cap. 34.

SVMMARIVM.

1 *Veritas maximè in hoc Tribunali indaganda.*

QVia ſcopus huiuſce Sacroſancti Tribunalis eſt 1
veritatem ſimpliciter indagare, maximè cùm vt ſæpè ſuprà, monuimus defenſiones ſint multum reis noſtris obtruncatæ, ideo rectè Pegna hoc loco docet maximam adhibendam eſſe per Iudices Viuluntatæ Religionis diligentiam in hac repetitione ritè, rectéque peragenda.

ARGVMENTVM.

In actu repetitionis teſtium, an & quando ſint teſtibus priora teſtimonia oſtendenda, & quid ſit obſeruandum.

SVMMARIVM

Teſtis referens ſe ad id quod prius in alio examine dixit numquid probet n.2. & 3.

Teſtis repetendus poteſt proteſtari, quod non intendit à primo dicto recedere n.3. & ſeqq.

Teſtis referendo ſe ad primum examen, probat, quan-

do

do de dicto primo examinis conſtat num.4.

Teſtis qui ſe ad primum examen refert, ſi non obſtante hac relatione explicitè depoaat, & reſpondeat, probat in eo, quod explicitè dicit etiam quod de primo ex.mine noa conſtet.nam.5.

Teſtis repetendus non poteſt petere ſibi oſtendi, & legi priores teſtificationes nam.6.

Teſtibus repetendis, & petentibus ſibi oſtendi primum examen, danda eſt competens dilatio ad memoria reducendum, quid in primo examine depoſuerint. num.7.& 8.

Teſti repetendo in crimine hæreſis, & petenti ſibi legi primam depoſitioaem Iudex tenetur illam legere n. 8.Declara vt num.9.

Teſtis repetendus ia cauſis criminalibus aunquid poſſit ſe referre ad primam depoſitionem dicto aum.9.

Teſtibus repetendis nunquid legendum ſit primum examen de verbo ad verbum prout iacet.num.10.

Teſti repetendo aa ſit legendum primum examea. ſic ipſo inſtante & petente Iudicis arbitrio remittitur. anm.11.

Teſtibus ſuſpectis repetendis legi non debet primum exnmen etiam qaod ſis ſibi legi petierint, & inſtiterint dicto num.11.

Teſtibus repetendis legi debet primum examea quando factum eſt antiqnum.num. 12.

Teſtibus varia, & contraria deponentibus in deuerſis examinibus arguendi, & monendi ſunt de varietate, & contrarietate eorum depoſitionis eorundemque examina, in quibus varietas, & coatrarietas conſiſtit legenda d.num.12.

Forma repetendi teſtes, quando plaries depoſuerunt in eadem cauſa num.13.& 14.

Cap. XXXV.

1. QVIA in actu repetitionis ſæpè teſtes petere ſolent, vt oſtendantur, ipſis priores teſtificationes ad eas ſe referentes, quæ res, quia magni momenti eſt, ideò ſeriùs de ea agendum eſt, & videndum diligenter an, & quando in hac repetitione eis ſint priora teſtimonia oſtendenda, cuius inſpectionis occaſione plures occurrunt dubitationes ſuo ordine ſic recenſendæ, & diluendæ.

2. Prima dubitatio eſt, an teſtis referens ſe ad id quod prius in alio examine dixit, probet, & regulariter non probare, reſpondit Bald. contra Bartolum aſſerentem. Teſtes, qui coram Iudice repetuntur poſſe dici, & teſtificati hoc modo: Teſtificor prout dixi in alia teſtificatione Bartol *in l.legata inutiliter, ff.de legat.primo*, idem *in l.eos ff. ad leg. Corneliam de falſis*, Bald *in leg. Iuriſiurandi num.3.verſ.Nec ſufficit in teſte, & in l. Finali num. 11.Verſiculo vlterius quæro, & verſ. ego dico, Cod. de Teſtibus.*

3. Altera dubitatio eſt, præſuppoſito quod teſtis iuxta doctrinam Bartoli, quem refert, & ſequitur Panormitanus, & Rota ſæpè approbauit ad euitandam contrarietatem proteſtatur, quod refert ſe ad primum examen, & non intendit ab eo recedere, & Iudices dictá proteſtationem non poſſunt reiicere an ſit danda fides Teſti ita deponenti, & Rota diſtinguendo duos caſus non eſſe tali teſti fidem derogandam cenſuit.

4. Primus caſus eſt, quando conſtat de examine, ad quod fit relatio; Nam tunc tenuit probare talem teſtem, quia quando relatum eſt certum, id eſſe attendendum, latè contra Decium probauit, Cagnolus, Bartol. *in dicta leg.eos num.6.ff. ad leg. Corneliam de falſis*, Panormitanus *in cap.cum in tua, num. 3. de teſtibus*, Cagnolus, *contra Decium in auth.ſi quis in aliquo, num 74. Cod de edend.* Ripa *in l.admonendi a 35 ff. de Iure Iur.* Rota *in vna Calagruitana Matrimonij die 14.Decembris. Anni 1575.* coram Cardin. Seraphino tunc Rotæ Auditore vbi approbauit Doctrinam Bartoli loco præcitato refertur, 1.*p.diuer.deciſ.430.n 3.& 4*

Secundus caſus eſt, quando teſtis non obſtante relatione quam fecit ad aliud examen, interrogatus explicitè depoſuit ſuper vno, vel pluribus, & hoc caſu, ſiue producatur, ſiue non producatur, aut conſtet, vel non conſtet de priori examine, recedẽdum eſt teſti in eo quod explicitè depoſuit quia licet regula *auth.ſi quis in aliquo C.de edendo*, habeat, quod non eſt credendum referenti niſi conſtet de relato, tamen non habet locum in his quæ pendent à voluntate, & poteſtate alicuius, & explicitè deponit, pendet autem à voluntate teſtis, quid & quomodo velit deponere, & conſequenter in eo quod explicitè deponit, fides ei adhibenda eſt, non obſtante generali relatione, Bald *in l.1.in fin.Cod.de Epiſcop.& Cleric.* Crau *conſil.171. num 3. & 16.& conſil.681.num.3.* Andreas Gail. *in pract.obſeruat.104.* incip.*in quadam cauſa*, Rota in vna Cauien.iuriſdictionis coram bo. mem. Cantuccio. & Cardinale Blanchetto tunc Rotæ Auditoribus. Item in vna Parmen.Status die 16.Maij, & die 17 Iunij an.1594. coram D. Cardin. Seraphino Oliuario tunc Rotæ Auditore, in his deciſionibus Rota diſtinxit prædictos duos caſus 5.

Tertia dubitatio eſt, an teſti petenti ſibi oſtendi priores teſtificationes edi debeant, antequam iteratò interrogatus reſpondeat, & rectè Bald. cenſuit, quod debet iteratò clarè deponere, nec ſufficere iſtam confuſam depoſitionem, & bona rarò eſt, quia alias fruſtra lex præciperet, quod teſtes repeterentur, ſi ſufficeret ſimpliciter ſe referre ad primas atteſtationes, Bald.*in l fin.n.12.Verſ.ego dico, C.de teſtib.* iuxta cuius doctrinam bene procedit conſil.Iacobi Simanchæ, licet non alleget Bald *de Cath inſtit. tit.44. de ordine procedendi, num.23.Verſ.deinde iterum examinantur.* affirmantis priora teſtimonia teſtibus qui repetuntur oſtendi non ſolere, vt planiùs veritas aut mendacium ex eorum conſtantia, aut inconſtantia deprehendatur, quod ſeq.Ioann. Royas *tract.de hæret.part.2.aſſert 4 Verſ.ſed ſumma cura adaertendum.* 6.

In eadem facti ſpecie placet, quod Baldus, & Salicetus admonent, videtur probis, & perfectis viris teſtificantibus dandam eſſe aliquam dilationem ad rememorandum, & videndum quod primò depoſuerunt, eam tamen dilationem ſuſpectis teſtibus denegandam, Bald.*in d.l.fin n.11.Verſ.Vnde ego bene, Cod.de teſtibus.* 7.

Quarta dubitatio eſt quid ſit agendum, ſi teſtis vel inſtructus, vel alio ſpiritu ductus conſtanter renuat reſpondere niſi ſibi oſtendatur primum examen, Bartolus quem refert, & ſequitur, Boſſius affirmare videtur tali teſti petenti ſibi legi ſuam teſtificationem, iudicem teneri legere, quæ ſententia Inquiſitoribus Hiſpaniæ Madriliana quadam inſtructione præcepta videtur, Bart. *in l eos n.6. Verſ. Tunc iſtud conſilium teſti, ff ad l.Cornel. de falſis*, Ægidius Boſſius, *tit.de appoſit.contra teſtes n 8.Verſ. dico*, prout aliàs dixit inſtructio Madril. anni 1561. cap 30. 8.

Ex prædictis apparet in iſta teſtium repetitione eſſe facile, & præcipitanter eis petentibus oſtendi priora teſtimonia, indulgendum. Cæterùm quia in re 9.

tam

tam graui conſilio, & prudentia opus eſt infraſcripta videntur Inquiſitoribus proponenda, & obſeruanda.

Primum itaque cum præſuppoſito, quod etiam in cauſis criminalibus teſtis poſſit ſe referre ad primum examen, contra quam Corneus, Crauetta, Brunorus, & quidam alij ſentire videantur quæ ſententia locum quoque habet in crimine hæreſis vt Simancas, & Ioannes Royas teſtantur, & communi etiam praxi huius fori receptum eſt, in hoc tamen articulo magna prudentia opus eſt, & potiſſima cura habenda Inquiſitori, ne in ratificatione, ſeu depoſitione teſtium multum facilis ſit ad iſtas relatiuas depoſitiones Teſtium admittendas, Corneus *conſil. 56. num. 4. Verſicul. Item teſtis l. 1.* Crauett. *conſil 115. n 8 verſ. amplius cum ſimus in Criminalibus*, Brunorus à ſole *in ſuo conſilio criminali num 58. verſ. vnde ſuccedit illud*, & alij ab iſtis allegati. Simanchas *de Cathol. inſtit. tit. 44. de ordine procedendi num. 24. & tit. 64. de teſtibus num. 24.* Ioannes Royas *tractat. de hæret. parte ſecunda, aſſertione 4. n. 108. Verſ. ſed ſumma cura.*

10 Secundum, antequam priores teſtificationes repetendis teſtibus oſtendantur, licet ipſi id inſtanter petant, blande ab Inquiſitoribus admonendi ſunt, vt illis non viſis loquantur, & teſtificentur, eiſdem benignè offerendo competentem dilationem ad rememoranda, quæ dixerunt in priore examine, vt prudentes Baldus, & Salicetus conſuluerunt, quoniam ſi facile, & ſtatim teſtibus petentibus ſibi oſtendi, & de verbo ad verbum legi priores teſtificationes, ſatisfieret, valde poſſent grauari rei, ſic enim raro aut numquam teſtes mendaces, vacillantes, aut varij deprehenderentur, & tamen ad hunc finem inducta fuit teſtium repetitio. Quamobrem non ſine ſuſpicione grauioris culpæ, & læſæ conſcientiæ, quidam Iudices cauſarum criminalium permittunt ad oſtendendas teſtibus repetendis priores teſtificationes. & Notarij eorum in repetendis teſtibus, ad Fiſcalis, ſeu Curiæ fauorem receptis valde vtuntur iſto nefariæ repetitionis genere, cum poſtquam præcipitanter legerunt teſtibus priora teſtimonia, ſcribunt teſtes fuiſſe legitime repetitos, prudentius ergo ſuadent Simanchas, & Ioannes Royas, dicentes priora teſtimonia illis oſtendi non ſolere, vt planius veritas, aut mendacium ex eorum conſtantia deprehendatur Bald. *in l. fin. num. 12. Verſiculo ego dico C. de teſtibus, & ibi* Salicetus *n. 1.* Simanch. *de Cathol. inſtit. tit. 44 de ordine procedendi num 23. & tit. 64. de teſtibus num. 24.* Ioannes Royas *tract. de hæret. p. 2. aſſert. 4. n. 18. Verſiculo ſed ſumma cura.*

Tertium conſideranda eſt teſtis qualitas, quia ſi
11 veriſimile videtur Inquiſitori teſtem velle ſibi legi priores teſtificationes non ex defectu memoriæ, neque ex veriſimili obliuione, ſed vt euitet fortè mendacium, aut variationem, tunc curandum eſt, vt antequam priora teſtimonia legantur ipſe diſtinctè, & clarè loquatur, & teſtificetur. Baldus *in dicta l. fin. Verſ. ego dico Cod. de teſtibus &c.*

Hoc maxime obſeruandum eſt cum teſtibus ſuſpectis, de quibus veriſimiliter timetur, quod odio, precibus, pretio, aut aliquo commodo, vel reſpectu temporali inducti teſtificati fuerint contra reum, præſertim cum graues Doctores cenſuerint teſtes ſuſpectos non poſſe referre ſe ad primum examen, neque petere illud ſibi exhiberi, & legi, Felinus *in cap. cum in tua num. 1 limit. 3. & Verſic. fatetur tamen de teſtib. Tindarus tract. de teſtibus part. 3. cap. 11. n. 2. Verſ. addo etiam. Crott. tract. de teſtibus n. 375 Verſ. contrarium tamen,* Marſilius *in locos num. 4. Verſicul. prædicta contra limita ff. ad legem Corneliam de falſis.* Menoch. *tract. de arbitr caſ. 19 n. 11.* 12.

Quartum ſi factum eſſet perplexum, & antiquum cuius veriſimiliter Reus oblitus præſumi poſſit, facilius oſtendi poſſent teſtibus repetendis priores teſtificationes ſicuti ſi factum, nec eſſet antiquum, nec perplexum, Iacob Menoch *tract. de arbitrarijs Iudicum caſ. 109. n. 11.* Iacobus Simanchas in hoc foro bene verſatus indicare videtur, tunc teſtibus qui repetuntur legi debere priora teſtimonia, cum poſteriora, non prioribus congruentia fuerint, & teſtes tunc interrogandos cum illa tam varie dixerint, & modeſtè monendos, vt in veritate perſiſtant, & teſtes varios, ac vacillantes in cuſtodiam mittendos, & ſi cauſa depoſcat torquendos, & puniendos, Simanch. *de Cathol. Inſt tit. 44. de ordine procedendi num. 24.* vbi allegat *l. eo, ff. de falſis, l. ex libero ff. de quæſtionibus.* 13.

In Supremo Sanctæ Romanæ Inquiſitionis Tribunali, vbi cum exquiſita conſideratione, & prudentia proceditur hæc praxis inoluiſſe videtur vt poſtquam repetitus fuerit teſtis iuxta interrogatoria, & ſuper articulis in fine examinis legantur ei priora teſtimonia, qui actus regulariter ſic expediri ſolet:

Deinde ad omnem bonum finem, & effectum lecta fuerunt ipſi teſti examina alios facta in hoc Sancto Officio, videlic. primum ſub die N. Menſis N ſupra in hoc proceſſu fol. N. ſecundum ſub hac die N menſis N. fol. N. tertiam ſub Die N. menſis N. fol. N dicatur prout ſuntib.

Quibus lectis, & per ipſum teſtem auditis fuit per Dominos interrogatus, & monitus, an ſibi quidquam occurrat pro complemento veritatis, addere vel minuere, & bene aduertat dicere integram veritatem, an ſit memor iuramenti præſtiti, & ne incurrat in fautoriam ſubticendo aliquid in gratiam cuiuſuis perſonæ.

Reſpondit &c.

Quibus habitis fuit dimiſſus, iniuncto vt ſe ſubſcribat cum iuramento de ſeruando ſilentio. 14.

Supradictaque obſeruanda ſunt, tam in repetitione teſtium in carceribus, quàm extra carceres exiſtentium.

Annotationes Carena ad Cap. 35.

SVMMARIVM.

1 *De depoſitione relatiua teſtis.*
2 *Teſti repetendo an ſint oſtendenda priora teſtificata*
3 *Quid obſeruatum Cremonæ.*

NOn eſt dubium, quod depoſitio relatiua teſtis ad ſuum prius dictum valet, DD. ad hoc allegaui *parte tertia, titulo ſeptimo, §. 5. n. 39.* An autem ſemper poſſit Teſtis petere, quod ſibi prior legatur depoſitio controuerſia grauis eſt inter DD. eruditè, & doctè de hac re Pegna hoc loco ego *dicto §. 5. n. 40. & ſequ.* alios DD. allegaui, quibus addo nunc Rutger Rulant. de Commiſſionibus Cameræ Imperialis *parte prima lib. 6. cap. 10 num. 11. & ſeq.* vbi dixit quod quamuis ſit in arbitrio Iudicantis cognoſcere, an ſufficiat ſola relatio teſtis ad primam depoſitionem ſine alia explicita reiteratione attamen *numer. 14.* ait in dubio Iudicem non debere admittere relationem ad priorem teſtificationem, videatur Faber *in ſuo Cod. lib. 4. titul. 14. diff. 47. & 51.* 1.

Sanè dum eſſem in Patria Pro Iudex Maleficiorum

D. Sena

D. Senator Salamanca tunc Prætor non fuit paſſus in quadam cauſa, in qua dubitabatur de calumnia, & falſitate teſtium, qui repetebantur, repetiri modo in Curijs Criminalibus Secularibus conſueto per lectionem priorum teſtificationum, ſed fuerunt ex Integro excuſſi, & varij torti, ac proindè falſitas detecta.

QVoniã dum repetitionẽ teſtium agimus ſumus in materia graui, ideò ea deet coram Inquiſitore fieri vt & de examinibus teſt ũ ſupra monuimus. 1.

Solemnitas *c. vt officium §. verùm de hæreticis in 6.* quod teſtes examinantur coram Inquiſitore Notario & duabus perſonis religioſis, & diſcretis, nunc non obſeruatur in praxi, ita notaui 3. *p. tit. 7. §. 1. n. 14. & ibi* dictis adde Farin. *de Hæreſi q. 188. n. 33.* 2.

ARGVMENTVM.

Repetitio teſtium coram quibus fieri debeat.

SVMMARIVM.

Teſtes quando ſunt repetendi, talis repetitio in Supremo Sanctæ Inquiſitionis Romanæ Tribunali facienda eſt coram Commiſſario Generali, Aſſeſſore, & Tabellione. num. 1.

Teſtium repetitio fieri debet in præſentia duarum perſonarum Religioſarum. num. 2. Præſertim quando agitur de aliqua maiori, & grauiori cauſa, vt puta de relapſo vel pertinace. num. 3.

Teſtes extrà Vrbem, & in Prouinciis in crimine hæreſis repetendi ſunt in præſentia duarum perſonarum Religioſarum. num. 4.

Cap. XXXVI.

QVONIAM vt dictum eſt in actu repetitionis teſtium totius cauſæ, & probationis pondus conſiſtit; prudenter in Supremo Sanct. Inquiſitionis Romanæ Tribun. hæc teſtium repetitio fieri ſolet coram primarijs eiuſdem Tribunalis Officialibus, videlicet Commiſſario Generali aſſeſſore & Tabellione.

Addit Simanchas interuenire etiam debere duas
2. religioſas, & diſcretas perſonas à Iure adhiberi iuſſas, nam cum pars ipſa cuius intereſt, adeſſe non poſſit eius vice interuenire debent honeſtæ perſonæ *cap. vt officium §. verum quia de hæretic. libro ſexto* Simanchas *de Catholic. Inſtitut. titul. 44. de ordine procedendi num 23. Verſiculo demum hæc ratificatio, & titul. 64. de teſtibus num. 21.* Directorium Inquiſitorum *parte tertia, titul. quot. perſonæ eſſe debeant in examinatione Teſtium, & delatorum num. 81. & 84. & in eadem parte tertia 65.* vbi latè *in Commentario 12. & ſupra hoc eodem libro cap. 19. §. Iure cautum.*

3. Tũc potiſſimum in hoc actu adhibendæ ſunt duæ illæ Religioſæ perſonæ cum agitur maior aliqua grauior cauſa qualis eſt relapſi vel pertinacis, vel cum Reus, aut teſtis qui examinatur callidus videtur, & cauilloſus, Directorum Inquiſitorum *part. 3. quæſt. 63. commen. 112 §. equidem in hac cauſa.*

Et inprouincijs eò diligentius Epiſcopi, & Inqui-
4. ſitores in ſuo foro hæc obſeruare curabunt quò ex inobſeruantia in grauiora, & moleſtiora pericula incurrere poſſunt.

Annotationes Carenæ ad Cap. 36.

SVMMARIVM.

1 *Repetitio teſtium debet fieri coram Inquiſitore.*

2 *Solemnitas* cap. vt officium §. Verùm de hæreticis in 6. *hodie non ſeruatur in Inquiſitionibus Italiæ.*

ARGVMENTVM

An teſtes ante litem conteſtatam ſint repetendi.

SVMMARIVM

Teſtes ante litem conteſtatam, licet repeti non poſſint Hoc tamen fallit, niſi ex iuſta cauſa aliter Iudici viſum fuerit. n. 1.

Teſtes repetere poſſunt antè litem conteſtatam quando ſunt infirmi, vel diu abſuturi, & alias vt n. 2.

Teſtes quando ſunt repetendi antè litem conteſtatam ex aliqua iuſta cauſa, tunc onus faciendi interrogatoria ſpectat ad Iudicem n. 3.

Teſtes quandoque repetuntur non ſuper omnibus articulis de conſenſu reorum, & de forma huius repetitionis n. 4.

Cap. XXXVII.

REGVLA negatiua eſt, ante litem conteſtatam non eſſe teſtes repetendos, ſic enim conſtituit Innocentius, & tradunt communiter Doctores, Innocent. *in capit. quoniam frequenter,* & ibidem communiter Canoniſtæ, *vt lit. non conteſt.* 1.

Cæterùm propter eamdem rationem ſupra indicatam, quod ſcilicet in hac teſtium repetitione totius ferè cauſæ pondus conſiſtit, prudenter Simanchas cenſuit in hoc foro ex iuſta cauſa teſtes eſſe repetendos, etiam ante litem conteſtatam, ſeu antequam Procurator Fiſcalis det articulos & Reus exhibeat ſua interrogatoria.

Iuſtam autem cauſam repetendi, ſeù ratificandi 2.
teſtes, eſſe, ſi ſint ægri, & morbo graui affecti ne fortè moriantur, antequam repeti poſſint. Item ſi diù ſint abſuturi. Item ſi teſtes tamquam alicuius Criminis Rei ſint Curiæ Seculari relinquendi vltimo ſupplicio afficiendi. Item ſi Reus ipſe eſt abſens, aut potens, ſed nondum comprehenſus, aut in carcerem coniectus. Nam propter iſtas, vel ſimiles cauſas ante litem conteſtatam repetendi ſunt teſtes, & Procurator Fiſcalis inſtare debet, vt repetantur, & ſuas teſtificationes ratificent, quod Inquiſitores negare non debent, ne probationem pereant, præſertim cum quæcumque iuſta aut probabilis cauſa ſufficiens videatur ad repetendos teſtes, quod non eſt à iure alienum, nã idem Innocentius qui ſupradictos excepit. Simanchas *de Cathol. inſtitut. tit. 64. de Teſtibus num. 21. 22. & 23.* Idem Innocentius *Tertius in dicto cap. quoniam frequenter vt lit. non conſtet, vbi* communiter Canoniſtæ.

Et cum teſtes antè litem conteſtatam repetendi 3.
ſunt, munus conficiendi Interrogatoria, eis proponenda ad Iudicem pertinet vt prudenter, & verè Ioannes Andreas docuit *in dicto c. quoniam frequenter num. octauo, Verſicul. & interrogatoria, vt lite non conteſtata,* circà quem articulum de interrogatorijs vide latè ſupra *capit. 32.*

Obſeruatio.

Obſeruatio.

4. SÆpè contingit teſtes de voluntate reorum non eſſe ſuper omnibus articulis repetendos. Ideóque quando omiſſis quibuſdam articulis teſtis petitur ſuper aliis prudenter Romæ in Supremo Sanctæ Inquiſitionis Tribunali à prudentibus illis, & Iurisperitis Officialibus iudicari ſolet ſic.

Deinde deuentum fuit ad Articulos Domini Procuratoris Fiſcalis S. Officij, & omiſſis aliis de voluntate ipſius producentis interrog.

Super N articulo (exprimatur numerus,) dixit &c.

Annotationes Carenæ ad Cap. 37.

SVMMARIVM.

1 *Qui DD. agunt de materia repetendi teſtes ante litem conteſtatam.*
2 *Quæ ætas requiratur ad id, laus Don Didaci de Narbona.*

1. DE teſtibus repetendis antequam Fiſcus det articulos, & reus interrogatoria ex aliqua cauſa, vel infirmitatis, vel abſentiæ, vel ætatis, latè Farin. *de teſtibus, quæſt.* 76. *n* 82. *& ſeq.* vbi de requiſitionis in hac repetitione, & in foro noſtro *qu.* 188. *de hæreſi n.* 15 aliqua dixi *p.* 3. *tit.* 7. *num.* 45. quæ ætas requiratur vt ſit locus huic examini, vide eruditiſſimum I.C. Hiſpanum Don Didacum de Narbona *in ſuo tract. de ætate,* anno 61. *q.* 1. *per totam,* vt dicit requiri ad minus annum 61. vel 62.

ARGVMENTVM.

Si teſtis in reproductione, ſeu repetitione dicat aliter quam primo loco teſtificatus eſt quid ſit agendum.

SVMMARIVM.

Inquiſitor poteſt punire teſtem varium, contrarium ſeu vacillantem, coram ipſo deponentem. num. 2.
Inquiſitor poteſt torquere teſtes coram ipſo deponentes pro habenda veritate. n. 3. *&* 5.
Teſtes ſibi varius, contrarius, ſeu vacillans poteſt torqueri ad videndum in quo dicto perſiſtat. n. 4. *&* 7.
Inquiſitor poteſt carcerare teſtes varios, contrarios, & vacillantes. num. 6.

CAP. XXXVIII.

1. POTISSIMA cauſa repetendi teſtes, eſt, vt planiùs veritas, aut mendacium ex eorum conſtantia, aut inconſtantia deprehendatur, & exploretur. An ſint mendaces, varij, & vacillantes: ideò de his breuiter eſt agendum, vt inſtructus inquiſitor cognoſcat ſi talia contingant, quid agere debeat.

Duæ occurrunt inſpectiones. Prima eſt quid agere debeat inquiſitor quando teſtis in repetitione dicit contrarium eius, quod antea teſtificatus fuit.

Altera inſpectio eſt. Præſuppoſita dicta contrarietate, cui dicto ſit ſtandum, primo, an ſecundo, de qua in ſequenti capite dicetur.

2. Circa primam inſpectionem, duæ occurrunt dubitationes. Prima eſt, An Inquiſitor poſſit punire teſtes in ſuo foro delinquentes, qui videlicet mendacio, contrarietate, vacillatione, aut varietate maleſtatem huius fori offendunt. Et licet olim de hoc dubitaretur, quia iſte caſus à Iure Canonico non videbatur in hoc foro ſatis clarè expreſſus, nihilóminus deindè claruit id poſſe facere Inquiſitorem ex propria iuriſdictione ſibi per delegationem conceſſa, Speculator *tit. de teſte,* §. 1. *n.* 44. *verſiculo ſed quid de Delegato,* vbi Ioannes Andreas *in verb. cogat.* & Abbas *in cap. primo n.* 1. *de Crimine falſi,* Eymericus in Directorio *parte tertia. quæſt.* 73. & ibi latè *comm.* 122.

Altera dubitatio eſt. An inquiſitor poſſit torquere teſtes pro habenda veritate, & ſententia affirmatiua recepta eſt, quam iam olim Paulus de Leazaris in hoc foro ſeruandam cenſuit, licet enim dubitatum fuerit, An inquiſitor pro habenda veritate poſſet teſtem ſibi contrarium, varium aut vacillantem torquere, nunc amplius non dubitatur, Paulus de Leazaris in Clem. multorum, *de hæret. ſuper verb. vel tormentis exponere,* & alij relati *in Directorio part.* 3. *commen.* 122. *ſuper q.* 73. 3.

In aliis quoque iudiciis, & foris recepta ſententia eſt, quam profitentur Doctores antiqui, & recentiores, Baldus, Marſilius, Gomeſius, & Clarus, pro regula tradentes, poſſe torqueri teſtem varium, vacillantem, aut ſibi contrarium ad videndum in quo dicto perſiſtat, Bald. *in l. Presbiteri, n.* 2. *C. de Epiſcopis & Clericis,* idem *tract. de teſt p.* 2. *num.* 2. Hyppolitus Marſilius *ſing.* 103. incip *Varietas.* Antonius Gomeſ. *tom.* 3. *var. reſolut. tit. de tortura reorum,* Iul. Clar. *in pract. Crim. q.* 25. *Verſiculo Item teſtis varius.* 4.

Cum in hoc foro talis caſus occurrerit, non debet Inquiſitor diſputare, an teſtis ex contrarietate, vel vacillatione dicatur conuictus de falſo, ad effectum, vt puniatur, quia ſuper ea re conſulendus erit Supremus Senatus, ſed ſolum, an pro inueſtiganda veritate debeat torqueri, & ad torturam deueniri poſſe pro veritate inueſtiganda, communiter omnes D.D. tenere Alexander affirmauit, Alex. *conſil.* 73. incip. *breuiter ommiſſis non neceſſariis, n.* 3. *&* 4. *lib.* 1. 5.

Sed cùm iudicium iſtud cum teſte delinquente fieri non poſſit, niſi eo in carceribus exiſtente, conſequenter inquiſitor teſtes varios, & vacillantes in cuſtodiam ſeu carcerem mittere poterit, vt rectè Simanchas obſeruauit, Simanch. *de Cath. Inſtitut. tit.* 44. *de ordine procedendi n.* 24. 6.

Et quia grauius eſt in hac cauſa, quàm in aliis quemquam lædere, ideò generaliter verum eſt poſſe quemlibet teſtem ſibi contrarium aut varium, vel vacillantem, Laicum, & Clericum, etiam presbiterum in carcerem conijci, & torqueri, vt ex communi Canoniſtarum ſententia concludit Ioan. Bernardinus Diaz *in pract. crimin. canon. capit.* 117. *de tortura,* Canoniſtæ communiter *in cap. cum in contemplatione de reg. Iur.* Zanchinus *tract. de hæret. cap.* 14. qui loquitur de teſtibus in hoc foro delinquentibus. 7.

Sed prudentiâ opus eſt, antequam ad hunc torquendi actum deueniatur nam quando varietas, ſeu contrarietas non eſt in ſubſtantialibus, tunc non ſufficit ad torquendum teſtem, & paulò poſt expliaatiùs dicetur, Ægidius Boſſius *tit. de tort teſtium. n.* 29. *&* 30. Crau. *conſil.* 177. incip. *viſo proceſſu num.* 4. 8.

***

Annotationes Carena ad Cap. 38.

SVMMARIVM.

1 *De tortura teſti inferenda,remiſſiuè.*
2 *Teſtis in repetitione coatrarius primo depoſitioni quando torquendus.*

1. DE tortura teſti inferenda non diſcedas à regulis traditis per nos *de Officio Sanct. Inq.p.3.tit. 7.per totum num. 54.& ſeq.*

2. An autem cum teſtis in repetitione dicit contrarium eius, quod dixerat in primo examine ſit locus torturæ, die quod ſie regulariter extra tamen caſum *cap.accuſatus* §. *licet de heret.in* 6.quia tunc cum ſit ſtandum ſecundo dicto in fauorem fidei lato, non puto eſſe poſſe locum torturæ, quia aliàs deſtruerent diſpoſitio *d. text.*vt notaui*.d.tit.*7.§.5. *n.*46.

ARGVMENTVM.

Quando teſtis in ſecundo examine dixit contrarium eius quod teſtificatus fuit in primo, cui dicto ſit ſtandum.

SVMMARIVM.

Teſtes ſi in ſecundo examine dixerunt contrariam eius quod primo loco depoſuerant, quod dictam magis attendendum ſit,an primum vel ſecundum n. 1.*& ſequent.*

Teſtis depoſitio prima licèt magis attendatur quàm ſecunda, debilitatur tamen prima depoſitio num. 3.

*Teſtis depoſitio prima attenditur potius, quàm ſecunda quando teſtis in ſecunda eſt varius à prima. num.*2.

*Teſtis ſecunda depoſitio emanata in tortura attenditur potius, quam ſine tortura n.*4.

Teſtis ſecundo dicto magis ſtatur quàm primo in crimine hereſis.

Teſtis ſecundo dicto magis ſtatur, quàm primo in crimine hereſis, quando ex manifeſtis indicius apparet ipſum teſtem non animi leuitate aut odij fomite ſeu corruptione pecunia, ſed zelo fidei ſuum primum dictum corrigero voluiſſe n 6 *&* 8.

*Teſtis ſecundo dicto magis ſtatur,quàm primo in crimine hereſis ſiue teſtificetur contra ſe, & complices ſuos, ſiue etiam coatra alios.n.*7.

Teſtis licet regulariter in crimine hereſis attendatur potius ſecundum dictum, quam primum.non tamen ex hoc ſequi poteſt condemnatio in conſulto Supremo Senatu Sancta Romana Generalis Inquiſitionis num 9.

*Teſtis ſecundo dicto ſtandum eſt potius quam primo in crimine hereſis, etiam quod in ſecundo dicto contra hereticos non deponat. n.*10.

*Teſtes qui dicantur falſi,contrarij, contradicentes,variantes,varij, ſeu vacillantes, remiſſiuè n.*11.

1. HAnc inſpectionem perplexam, obſcuramque obſcuriorem reddiderunt regulæ quædam, ampliationes,limitationes, & ſublimitationes, quas quidem ex quolibet ferè Doctorum verbulo, ſiue neceſſitate multiplicauerunt. Quibus omiſſis Iudicio Rotæ quæ optima eſt in iudicijs ſentiens magiſtra inſiſtendo aliquot breuibus, & claris poſitis regulis obſcuritas declarabitur.

Sit prima regula: Primum dictum teſtis attendendum eſt, & ſecundum dictum non attenditur in preiudicium partis cui eſt ius quæſitum.Hanc regulam ex communi Doctorum traditione ſæpè Rota ſequuta fuit, Rot *deciſ.* 19. *incip.ſi teſtis Iuratus de teſtibus in Nouiſ.* & apud Cæſarem de Graſſis *deciſ.*77. *incip. teſtes eſſe reſeruandos* aliàs eſt 8.*tit. de teſtibus* in impreſſis, & in vna Firmana Aliaris die 30.Octobris 1600.coram me, Doctores communiter *in cap. cum in tua*, & vbi Felin,*num.* 4.*Verſ. ſecunda conclusio de teſtibus* & dictum fuit latè *in Direct. part.* 3.*q.*65. *& ibi in comm.*114.

Sit ſecunda regula:Quamuis regulariter primum 3.
dictum attendendum ſit, nihilominus tamen primum dictum debilitatur quo ad fidem probationis, ſic cenſuit Rota in prædictis deciſ.vbi multi DD.allegantur, vt optima ratio eſt, quia teſte reuocante primam teſtificationem aut dicente contrarium eius, quod primò teſtificatus fuit Iudex hæret, & ſtatim incipit dubitare in quo dicto veritas conſiſtat, & conſequenter primum dictum debilitatur, & per ſecundum, Rota in duabus deciſionibus coram Cæſare de Graſſis, & coram me. Abbas *in cap.cum in tua num.* 9. *verſic. aut ex interuallo de teſtibus*,Decius *conſ.*189.*num.*12. *Verſiculo Tertio ad dictum*, Iulius Clarus *in pract. crim. q.*53. *Tertius eſt caſus* Gabriel. *in concluſ. crimin concluſ.* 9.*n.* 1. *Verſiculo contrarium*,& in terminis de teſte reuocante, & retractante dictum ſuum in hoc foro tenet Zanchinus videndus *tract. de heret.cap.*14 *num.* 5.

Sit tertia regula. Tùm maxime debilitaretur pri- 4.
mum dictum teſtis ſi ſecundum primò contrarium fuiſſet habitum in tortura, & poſt legitimum interuallum ratificatum, nam in ſimili facti ſpecie ſtandum eſſe ſimplicitet ſecundo dicto, cenſuerunt Bartolus, Romanus, Alexander, Crau. & alij quos refert, & ſeq. Gabriel. Bart *in l. eos, num.* 2. *Verſiculo Ideo.ff. ad leg. Corneliam de falſis*, Roman. *conſil.* 505. *num.* 5. *Verſiculo aliquando in eo*, Alex. *conſil.*63. *num.* 4. *lib.* 1. Crau. *conſil.* 75. *num.* 32. *Verſiculo nam videmus*, Gabriel.*de crim. concl.* 31. *num.*7.*Verſiculo ſublimita niſi ſecundum.*

SitIV. regula:In crimine hæreſis ſpeciali conſti- 5.
tui ſolet, vt poſteriori dicto ſtetur, idque fauore fidei,vnde quamuis teſtis primò dixerit aliquem eſſe Innocentem ſi poſtea dicat eum eſſe hæreticum,ſtatur vltimo dicto, quamuis vtrumque fuerit indiciale, Gloſ. c.p. accuſatus §. licet in verb, poſt modum, vbi Archidiaconus. & Doctores *de heret. libro* 6. Eymericus, in Directorio *part.*3.*queſt.*65. *& ibidem* latè *in commen.* 114. *Verſiculo cæterum in cauſa fidei*, Gondiſaluus *Tract. de heres. q.*13. *n.* 12.Ioannes Nicolaus Arelatanus *Tract.de heret.notab.* 13. Ioannes Royas *ſing.* 394. *incip. Teſtes qui in Iudicio.*

Hæc tamen regula prudenter intelligenda eſt, vt 6.
habeat locum, ſicut Alexander Papa conſtituit, quando ex manifeſtis indiciis appareret teſtem non animi leuitate aut odij fomite, ſeu corruptione pecuniæ, ſed zelo fidei orthodoxæ dictum ſuum velle corrigere, ac modò, quæ prius tacuerat reuelare, nam tali caſu In fauorem fidei niſi aliud obſtat ſtari debet ſecundo dicto, tam contra teſtem, quàm contra alios. Alexander Papa IV. *in cap. accuſatus*, §.*licet de heret. lib.* 6. quem ſic explicant Doctores in ſuperiori § allegati, & Conarruuias *libro ſecundo variarum reſolut. cap* 13. *num.* 9. & Ioan Royas *ſing.* 206. *incip. teſtis qui contra aliquem.*

Eadem

7. Eadem quoque regula intelligenda eſt, vt habeat locum non ſolum, quando teſtis teſtificatur contra ſe, & complices ſuos, ſed etiam contra quoſlibet alios, vt contra Conarrnuiam obſeruatum, & probatum fuit in Directorio Inquiſitorum *p.3. comm. 104. verſ. rurſus hac ſententia.*

8. Niſi ergò manifeſta indicia, & coniecturæ ſuaſerint teſtem reuocaſſe dictum ſuum, quo primo loco hæreſim celauerat, & deindè in ſecundo dicto pro veritate eam manifeſtauerat, ſicut Alexandri decretum conſtituere videtur inhærendum erit primæ regulæ de attendendo primo teſtis dicto, dubitari tamen non poteſt quin primo dicto propter reuocationem multum detrahatur, Alex. decretum eſt *in dicto cap. accuſatus. § licet de hæret lib. 6.*

9. Quia verò propter reuocationem multum debilitatur primum dictum quoad fidem probationis, ideò prudenter Rota cenſuit hoc caſu non eſſe ferendam ſententiam, iuxta primum dictum teſtium, quamobrem, vt tutius ſemper procedat iudicium, Inquiſitor cauebit à reo condemnando inconſulto Supremo Senatu Sanctæ Romanæ Generalia Inquiſitionis, Rota apud Cæſarem de Graſſis *deciſ. 77. aliter de teſtibus* in impreſſis, Anton. Gabr. *lib. 7. communium concluſionum de criminal. concluſ. 29. n. 24. verſiculo 7. limita.*

10. Denique non eſt improbandum quod Iacobus Simanchas affirmat non eſſe audiendos, eos qui putant non aliter poſteriori teſtimonio fidem habendam eſſe, quàm cùm teſtis prius teſtimonium corrigit, contra hæreticos, in fauorem Catholicæ fidei, nam quamuis prima fronte Alexandri conſtitutio id dicere videatur, mens tamen legiſlatoris hoc etiam ſentit, vt nedum quando reuelat veritatem pro Innocentia reorum admittenda ſit, & attendenda contra primum, ſi ex manifeſtis indiciis apparuerit id veriſimilius eſſe, quamprimum, rationes quibus hæc ſententia ſuadetur graues ſunt, & ponderoſæ. Prima quia æqualitas ſeruanda eſt in iudiciis inter accuſatorem, & reum. Secunda quia non debet eſſe fauorabilior hæreſis detentio, quam innocentis à tam graui crimine liberatio. Tertia quia, iure conſtitutum eſt fauorabiliores eſſe debere Reos, quàm accuſatores, & Iudices proniores ad abſoluendum, quàm ad condemnandum, & ſatius eſſe nocentem abſoluere, quàm innocentem punire, Simanch. *de Cathol. Inſtit. titulo 64. de teſtibus num. 60.* Alexandri Papa IV *Conſt. in cap. accuſatus, §. licet de hæret. lib 6. l. fauorabiliores, ff. de reg. Iur. & l. abſentem ff. de pœnis.*

Obſeruatio.

11. VT doctrina præcedenti capite tradita apertiùs intelligatur quanta fieri poterit perſpicuitate declarandam eſt hic, qui dicantur teſtes falſi, ſibi contrarij, vel contradicentes, variantes, ſeu varij vacillantes, & animoſè deponentes, præſertim cum teſtibus ſæpè iſtæ exceptiones apponantur, quod maximè in hoc foro ſcire oportet, præſertim quando agitur de formalitate verborum, & de cenſendis propoſitionibus hæreticis quæ frequenter in formalitate verborum, conſiſtunt, tunc enim contrarietas, varietas, aut vacillatio, quæ ſenſum mutant valde conſideranda eſt.

Annotationes Carenæ ad Cap. 39.

SVMMARIVM.

Cui ex duabus contrarijs eiuſdem teſtis depoſitionibus ſtari debeat.

Carena de Offic. Inquiſit.

CAput hoc continet materiam textus *in cap. Accuſatus. §. licèt de hæret. lib. 6.* circa quam vide Modernum Barboſam ibi, latè etiam ego de eadem re egi *p. 3. tit. 6. §. 7. num. 60. & ſeq* vbi etiam dixi, quid ſentiendum in caſu contrario dicto textui, videlicet quando quis primo loco depoſuit contra ſe, & contra alios, poſtea verò reuocat in ſecundo examine confeſſionem ſuam. 1.

ARGVMENTVM.

De teſte falſo, quis dicatur, & à quo Iudice puniri debeat.

SVMMARIVM.

Teſtis falſus dicitur qui contra veritatem doloſè falſum dicit. n. 1.

Teſtis falſus dicitur etiam qui veritatem occultat. n. 1.

Teſtis falſus eſt, etiam qui non eodem ſenſu dicta per aliquem intelligit, aut refert quando dicuntur. n. 1.

Crimen præſertim in Crimine hæreſis grauiſſimum eſt. n. 2.

Teſtis laicus deponens falſum coram Iudice Eccleſiaſtico poteſt ab eo puniri. n. 3.

Teſtis laicus, qui in crimine hæreſis falſum depoſuit coram Epiſcopo vel Inquiſitore, poteſt ab eodem Epiſcopo, vel Inquiſitore puniri. n. 4.

Teſtis Clericus deponens falſum, coram Iudice Seculari non poteſt puniri ab eodem Iudice laico. num. 5.

Falſitas vt commiſſa dicatur, tria requiruntur mutatio veritatis, dolus, & quod alteri ſit nocitura num 6.

Teſtis falſus, etiam quod nemini nocuerit, adhuc pœna extraordinaria puniendus eſt num. 6. Verſ. ſed verior ſententia.

CAP. XL.

BArtolus falſa teſtimonia dicit eſſe quæ contra veritatem doloſè dicunt falſum, ſed quoniam multis modis poteſt id contingere; Ideò Iſidorus breuibus complectens teſtem falſum, dicit eſſe eum, qui & mendacium dicit, & veritatem occultat, his verbis; Vterque reus eſt, *& qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia. & ille prodeſſe non vult. & iſte nocere deſiderat*: Hactenus Iſidorus Aliis quoque modis falſitas conſideratur in teſte, vt optimè explicat Sanctus Hieronymus, nam falſus teſtis eſt: qui non eadem ſenſu, ſed dicta intelligit, aut refert, quo dicuntur, & quia iſte modus facilè contingere poteſt in hoc foro, præſertim cum agitur de formalitate verborum, & ideo conſiderandus eſt, vt in Directorio explicatur Bart. *in l. eos, num. 5. verſiculo Pro huiuſmodi declaratione, ff. ad l. Corneliam de falſis,* Iſidorus, *lib. 3. de ſummo bono capitulo 59.* refertur *in cap. 1 de crimine falſi,* vbi tribuitur Auguſt. ſed Iſidori eſt S. Hieronymus *in cap. 26. ſuper Mathæum* in illis verbis, *Nouiſſimè autem venerunt duo falſi teſtes,* In Directorio Inquiſitorum *p. 3. comm. 112. ſuper q. 73.* 1.

In omni negotio, & foro grauiſſimum eſt crimen falſi, ſed in hoc maximè reprehenſibile, & punibile eſt, cùm grauius hic quiſpiam quàm in aliis nocere poſſit propterea quod reis Teſtium nomina non publicentur. Grauitatem huius delicti Idem 2.

Iſidorus, & breuiter, & copioſè demonſtrauit, dicens falſidicus teſtis, trib is perſonis eſt obnoxius, primùm Deo, cuius præſentiam contemnit, deindè Iudici, quem mentiendo fallit, poſtremò innocenti, quem falſo teſtimonio lædit. Hactenus Iſidorus, cuius dictum ſummus Pontif. legem conſtituit, quam S. Thomas, Speculator, & plures alij declarauerunt. Iſidorus *lib.3.de ſummo bono cap.59.* Pontifex *in capitulo primo de Crimine falſi*, S.Tho. *2.1.q.70.art.4.* Speculator *tit.de teſte §.1. num. 44.* Iodoc. *in pract. crim. c.21.* Symanc.*de Cath.Inſt.tit. 64.de teſtibus n.84.& ſeq.*

Teſtem falſum non probare communiter tradunt Doctores, Salicetus, Alexander, & plures alij, quos refert Gabriel, Salicet.*in l.nullum,n.1.Verſ.Item notu, C. de teſtibus*, Alexand. *conſ.151. num. 10. lib.7.* vbi de communi, Iulius Clarus *in pract.crim.q.53. Verſicul. frequentiſſimè autem*, Antonius Gabriel. *lib.7. communium concluſionum,concluſione* 4.

3. De Iudice, qui teſtem falſum punire poſſit, ſemper incidit quæſtio, in qua conſtituenda videtur regula quod licet teſtis ſit laicus, qui falſum depoſuit coram Iudice Eccleſiaſtico, poteſt ab eo puniri, & quamuis Matthæus de Afflictis, Rolandus, Ægidius Boſſius, & alij teneant locum eſſe præuentionis, & teſtem laicum falſum deponentem coram Iudice Eccleſiaſtico, ab vtroque Iudice puniri poſſe dicant, verior mihi videtur ſententia, quæ Iudici Eccleſiaſtico, quem mentiendo fefellit, iuriſdictionem tribuit, Matthæus de Afflictis *deciſ.* 219. incip. *in hoc foro Archiepiſcop.*, & ibi Cæſar Vrſillus, Rolandus *conſil. 12. Verſiculo Primo etenim eſt dubitatio, num.12.& ſeq.2.* Ægidius Boſſius *tit. de falſis n.* 107. Couarruuias *in pract. quæſt.*18. *n.*8. Iulius Clarus *in pract. Crim.qu.* 58. *Verſ.quæro nunquid.*

Sed quidquid ſit in aliis delictis in hoc foro non videtur dubitandum quin ab Inquiſitore, vel ab Epiſcopo puniendus ſit teſtis laicus, qui coram eo de hoc crimine contra aliquem falſo teſtificatus fuit, tùm quia in eius foro falſum teſtimonium dixit, & mentiendo eum fefellit, tùm quia delictum Eccleſiaſticum eſt, tùm quia hæc qualitas teſtem falſum ad hunc forum reducit. Zanchinus *tract.at. de hæret.cap.* 14 *num.1.* vbi Camillus Campegius, Speculator *tit.de teſte §. 1.num.44. verſiculo ſed quid de Legato*, Abbas *in cap primo,num.9.verſiculo ſed hic quæritur de crimine falſi.* Eymericus *in Directorio Inquiſitorum p. 3. in 12. modo proceſſum fidei terminandi, tit. de forma puniendi falſos teſtes, & in eadem p.3.q. 73.* & ibi latè *in comment. 122.*

5. *Bertaz.conſ.72. lib.1.*

De teſtibus Clericis non eſt dubitatio, quin puniri debeant à Iudice Eccleſiaſtico in cuius foro deliquerunt

Sed vice verſa verior, & communior ſententia eſt, quod quando Clericus dicit falſum teſtimoniũ coram Iudice ſeculari neque principaliter, neque incidenter poteſt à Iudice ſeculari puniri, ſicut verè cenſuit Hoſtienſis, & alij, quos refert, & ſequitur Bernardinus Diaz Hoſtienſ.*in cap. 1.de foro competenti*, vbi Ioann. Andreas, & Antonius de Burrio, quos refert, & ſequitur Bernardinus Diaz *in pract. crim.Canonicu c. 93. de falſi teſtimonij reo*, & hanc ſententiam amplexus fuit conſilium Neapolitanum, vt conſtat ex deciſ.Mathæi de Afflictis 250. incip. *fuit per relatorem.*

6. Ad falſitatis eſſentiam duo requiruntur, Hoſtienſis, Azo, & Tancredus, quos refert, & ſequitur Auctor repertorij Inquiſitorum videl. mutationem veritatis, dolum, & quod alteri ſit nocitura; quaſi quod ſi non ſit nocitura non ſit punibilis, quod voluerunt Bartolus, Corneus, Rolandus, & Marſil. Hoſtienſis, Azo, & Tancred. *in ſummis tit. de crimine falſi*, Auctor Repertorij Inquiſitorum *in verbo falſitas, §.ad eſſe falſitatis* Bartol.*in l prima, §. vltimo ad l.Corneliam de falſis* Corneus *conſ.182. lib.4.* Roland. *conſil. 38. num. 22. & 44 n.1.* alios recenſet. Hippolitus Marſil *in l. prima, §. Præterea num.14.ff. ad l.Corneliam de ſicariis*, ſed verior ſententia eſt, quod licet teſtis falſus non nocuerit; nihilominus pœna extraordinaria puniendus ſit, Tùm quia falſum teſtimonium dicendo nocere voluit, tùm quia res mali exempli eſt. Ideóque ſic graues DD. tenuerunt, in quibus eſt Baldus, Afflictus, & alij Bald. *in l. prima. num.2. C. de ſepulcro violato*, Matthæus de Afflictis *deciſ.* 21. *num.13.* Hyppolitus de Marſiliis *in dictu l. primu §. Præterea, num. 23. ad l.Corneliam de ſicariis.* Ludouic. Bologoin. *conſ.* 30. Iul. Clar.*in §.falſum. Verſiculo item excuſatur.*

Sed cum hic caſus occurrerit, Supr.Senatus conſulendus eſt, & multa conſideranda, quæ latè in Directorio circa hunc articulum conſiderata fuerunt.

Annotationes Carena ad Cap. 40.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis falſus coram quo Iudice puniendus, & de materia* l.nullum C.de teſtibus.
2 *Inquiſitor punit teſtem falſum coram ſe deponentem.*
3 *De materia teſtis falſi remiſſiuè.*

EX diſpoſitione *text. in l. Nullum. C. de teſtibus*, falſus teſt. ſortitur forum vbi depoſuit, & ibi hoc notant communiter DD. & præſertim Barboſa iunior, qui eos cumulatiſſimè refert, & agitat quæſtionem an diſpoſitio dicti textus procedat in Delegato, & concludit, quod ſic, cum ſumus in delegato à Principe, an autem eadem l. procedat priuatiuè, vel cumulatiuè quo ad ordinarium teſtis falſi Iudicem, vide Coſtam Siculum *conſil. 90.num. 41. & ſeq.& ibidem in additionib.* 1.

Quo ad Inquiſitorem res certiſſima eſt, eum poſſe punire falſum teſtem qui coram ſe depoſuit: Ita ſeruatur in Inquiſitionibus Italiæ, indiſtincte, & in Inquiſitionibus Hiſpaniæ, ſic etiam practicatur, vnde Inſtructio Granatenſ. Octaua Anni 1499. ſic ait Item *que los Inquiſidores caſtigen, y den pena publica, conforme à derecho à los teſtigos, que halaren falſos.* 2.

De materia dixi *parte ſecunda, titulo 17. §.15. num. 55. & ſequentibus & parte tertia, titulo quinto, §. nono, num. 68. & ſeq.* Vide omnino de officio Iudicis circa hunc teſtem mentientem, & falſum, Rutger. Rulant. *De Commiſſar. & Commiſſionibus Cameræ Imperialis parte ſecunda, lib. 2. cap. 25.* 3.

ARGVMENTVM.

Teſtis ſibi contrarius quis dicatur.

SVMMARIVM.

Teſtes ſibi ipſis contrarij, dicuntur qui duo impoſſibilia

... lis dicuntur num.1. & num.5. contra num.2.

Teſtis ſibi contrarius dicitur, qui contraria tenaciter aſſerit num.3.

Teſtis ſibi contrarius dicitur, qui duo incompatibila deponit. n.4

Teſtis contrarius dicitur, quando ex ſerie ſui teſtimonij contrarius apparet.num.6.

Teſtes ſibi ipſi contrarij nihil probant.n.7.

Cap. XLI.

INNOCENTIVS, quem Ioannes, An-
1. dreas, Antonius de Butiro, & Canoniſtæ communiter ſequuntur teſtem ſibi contradicentem, vel ſibi contrarium eum eſſe pronunciauit qui duo impoſſibilia dixit, id eſt qui primò dixit ſe ſciuiſſe contractum celebratum in tali loco, & tali die Interrogatus verò vbi tali die fuerit, dicit ſe alibi fuiſſe, Innocentius *in cap. Præterea n.4. verſiculo contradicens ſibi. de teſt.cogen* vbi Io. Andreas *n.11.verſ. contradicens.* Antonius de Buttrio *n.14.Verſ contradicens,* Io.de Imola *n. 10.Verſ. contrarius verò dicitur, Zabarella n.1.* Hoſtienſ. *num.4.*

2. Hæc Innocentij ſententia non placuit Baldo, dicenti ſibi videri, quod Innocentius debuerit dicere totum contrarium videlicet, quod contradicens ſit ille, qui ſibi directè contrariatur, Bald. *in dicto capitulo Præterea n.6. Verſ. dixit Innocentius de teſtibus cogendis.*

Nellus breuius hæc tradens, ait, Teſtem ſibi con-
3. trarium eſſe qui contraria tenaciter aſſerit, Nellus *tract. de teſtib. p.2. n.216. Verſ. quæ autem teſtimonia.*

Albericus de Malettis ſatis clarè, & magiſtraliter de hac re loquens ait teſtis contrarius dicitur,
4. qui dicit duo incompatibilia, vt ſi fuerit teſtificatus, quod interfuit tali die, & hora ad celebrationem talis contractus, & poſtea dixerit eodem tempore ſe fuiſſe in alio loco multum remoto, & diſtanti à loco celebrati contractus, nam talem (inquit) appellamus contrarium ex eo, quia duo ſimul incompatibilia teſtificatur Alberic. de Malettis *tract. de teſtibus cap.9 de oppoſitionibus contra dicta teſtium, n.2. Verſiculo contrarius dicitur.*

5. Hoſtienſis qui copioſius hoc proſequitur teſtem ſibi contradicentem eum vocat, qui duo impoſſibilia ponit, quod exemplis declarat, vt ſi quis diceret contractum fuiſſe celebratum Pariſijs in die craſtino Reſurrectionis, & mox interrogatus vbinam fuerit eodem die reſponderit Romæ, Hoſtienſ. *in d. cap præterea de teſtibus cogendis, n.9.Verſ.contradicens verò ſibi.*

6. Innocentius Papa generaliter videtur accepiſſe teſtis contrarietatem videlicet cum ex ſerie ſui teſtimonij ſibi contrarius apparet, dicens quamquam autem pars teſtes multos produxerit ſuper negotio principali, vix tamen ex illis ſex remanſerunt concordes, cùm alij ſibimet in ſerie ſui teſtimonij contradicant, Innocentius Tertius *in cap.licèt cauſam §.quamquam de probationibus.*

7. Teſtes ſibimet contrarios, quorum dicta conciliari non poſſunt nihil probare, Innocentius videtur diffiniſſe, quod gloſa, & communiter DD. comprobauerunt. Innocentius *in capitulo cauſam de probat.* vbi gloſ. *in verbo contradicant, & ibidem* Aret. *n.15.*Decius *n.58.*Beroius *n.37. Verſiculo quando verò vnus.* Anton.de Buttrio *in c.cum in tua, n.10. verſ dixi teſtes,*& ibi Felin. *n.3.Verſic.Prima concluſio de teſtibus* Innocentius *in cap.præterea n.4.in fine, & ibidem* Ioannes Andreas *num.11. Verſiculo horum autem teſtimonium de teſtibus cogen.* vbi Hoſtien.*n. 4.* Antonius de Buttrio *n. 14.* Couarruuias *lib.1. Variarum reſolut. cap. 13.n.8. verſiculo cæterum teſtis,* Conrad. *in praxi tit. de contrarietate teſtium, n.10.* ex quibus multi addunt teſtem ſibi contrarium eſſe puniendum, per *text.in l.nullum Cod.de teſtib.*Sed hoc non eſt præſentis inſpectionis.

Annotationes Carenæ ad Cap.41.

SVMMARIVM.

1 *Contrarietas vt tollat fidem teſti debet eſſe in ſubſtantialibus.*

2 *Quando teſtis dicatur ſibi contrarius in ſubſtantialibus.*

DE teſte ſibi ipſi contrario dixi *part.3 tit.6. §.7.n 58. & pluribus ſequentibus,* illud certum eſt contrarietatem vt tollat fidem teſti debere eſſe ſuper ſubſtantialibus delicti non ſuper circumſtantiis accidentalibus, Canoniſtæ omnes *in cap. licet cauſam, de probationibus,* vbi Barboſ. Iunior qui videatur Buratt. *deciſ.614.n.6.* vbi quod niſi contrarietas ſit in ſubſtantialibus non attenditur Gregor. XV. *deciſ.29.n.3.*Vide latè Farin. *de teſtibus quæſt.45.n.5. & ſeq. & quæſt.65.num.13.& ſeq.* & me ipſum *loco citato num.47.* vbi quando teſtis datur contrarius in ſubſtantialibus.

ARGVMENTVM.

Teſtis varians.ſeu varius quis dicatur.

SVMMARIVM.

Teſtis varius dicitur is qui primò dixit aliquid, & poſtea dicit contrarium nullam cauſam variationis aſſignans.num.1.

Teſtis ſibi varius dicitur qui indirectè dicit contrarium eius, quod in primo loco dixerat. ſi verò directè ſibi contradicit, non varius, ſed contrarius dicitur.num.2.

Teſtis varius dicitur qui non ſatis firmus in ſuo dicto ſtat.num.2.& 3.

Teſtis ſibi varius, vel contrarius in effectu idem eſt num.4.

Teſti vario credendum non eſt.num.5.

Teſti vario in negotio principali, ſeu in circumſtantiis negotij principalis non creditur. ſecus ſi varietas conſiſtat circa aliquas demonſtrationes circa pronomen, vel agnomen vel circa locum originis vnius ex partibus. num. 6.

Cap. XLII.

VARIANTEM teſtem, vocat Innocentius, qui primò dixit aliquid, & poſtea eius contrarium nullam cauſam variationis aſſignans. Nam teſtis variantis deſcriptionem communiter amplexi ſunt Canoniſtæ, & Albericus, Baldus tamen eam ſibi non placere dixit, quia teſtis contradicens ſiue ſibi contrarius, eſt ille qui directè ſibi contrariatur. Varians verò qui indirectè, neuter enim poteſt reddere rationem ſui teſtimonij per ſenſum corporis, quia impoſſibile eſt, quod duo ſenſus contrarij, vel

Incompatib les ſimul ſtent, vel concurrant io eodem ſubiecto Innocentius *in cap. preterea n. 4. de teſtibus cogen.* vbi Ioan Andreas, *n.* 11. Hoſtienſ. *n.* 4. Antonius de Butrio *num.* 14. Ioannes de Imola *num. decimo* Albericus de Maletris *tract. de teſtibus cap.* 9. *n.* 1. Verſiculo *Varius autem dicitur*, Bald. *in d. cap. preterea, n.* 5.

2. Nellua breuius teſtem variantem dicit eſſe illum qui non ſtat firmus, Nellus *tract. de teſtibus, part.* 2. *n.* 16. *Verſ. qua autem teſtimonia.*

3. Baldus variantem teſtem eſſe aſſeruit eum, qui variè loquitur, vt quia primò dixit Titium mutuaſſe centum florenos in Carlenis; Poſtea verò dixit in Bolognlnis, vel Imperialibua, Bald. *dicto cap. preterea n.* 7. *de teſtibus cogendis.*

4. Hoſtienſis perſpiciatus rem eooſiderando pronunciauit, Teſtem ſibi contradicentem, [Vel variantem idem in effectu eſſe, his verbis vel dic quod varians, & ſibi contradicens idem ſunt in effectu, hoc ſaluo quod varians dicitur ille, qoi pro ſe ipſo variat dictum ſuum, contradicens verò ille, qui intercipitur per Ioterrogariones ſibi factas.] Hæc Hoſtienſis *in cap. Preterea n.* 4. *Verſ. vel dic quod varians de teſtibus cogendis.*

Quamuis ſupradictæ deſcriptiones Teſtis ſibi contrarij, & teſtia variantis non videantur eſſentialem, & indiuiduam differentiam oſtendere intes
5. iſtos, quia deſcriptio teſtis variantis, vt Bald. conſiderauit teſti etiam vario conuenire videtur, nihilominus tamen ſatis demonſtrant iſtorum teſtium volubilem, mutabilem, & incouſtantem naturam, qoibus propterea non ſit leuiter eredendum, Bald. *in dicto capitulo preterea n.* 5 *de teſtibus cogendis.*

Prudenter Bartol. pronunciat varietatem in teſte intelligendam eſſe reſpectu negotij principalis, ſiue
6. quatenus verſetur circa ipſum negotium principale, vel circa circumſtantias ipſius negotij principalis; nam ſi varietas eſſet circa aliquas demonſtrationes, & circa pronomen vel agnomen vnius ex partibus, vel circa horum originis vnius ex partibus, propter hoc non dicetur teſtis varius, Bart. *in l. eos n.* 5. *Verſ. intellige ff ad l. Corneliam de falſis, quem refert, & ſeq Boſſ. t. de tortura teſtium n.* 27. luculenter S. Thom. 22. *q.* 70. *art.* 2. *ad ſecundum argumentum.*

Annotationes Carenæ ad Cap. 42.

SVMMARIVM.

1 *Quot modis teſtis varius dicatur.*

1. MAretiam iſtius teſtis vide apud Farin. *quaſtion.* 45 *num.* 1. *& ſeq.* vbi quot modis dicatur varius, *& n.* 13. *& ſeq.* vbi quantum huic teſti credi poſſit, *& quaſt.* 65. *num.* 7. vbi an teſtis varius & contrarius in effectu ſit vnum, & idem.

ARGVMENTVM.

De Teſte vacillante, quis dicatur.

SVMMARIVM.

Teſtis vacillans, dicitur qui dubitando, & timendo loquitur n. 1.

Teſtis vacillans dicitur qui duo proponit variè, aſſeritque ſe neſcire eligere quod verius ſit n. 1.

Teſtis vacillans dicitur, qui dubitanè vel cum timore vel cum dubitatione loquitur n. 2.

Teſtis vacillans poteſt ab Inquiſitore torqueri n. 3.

Cap. XLIII.

VAcillantem teſtem, dicit eſſe Innocentius eum qui dubitando, & timendo loquitur, Hoſtienſis poſt relata verba Innocentij, addit, vel eum etiam dici vacillantem, qui duo proponit variè, & aſſerit, quod neſcit eligere quod verius ſit de illis duobus, Ioannes Andreas, & Antonius de Butrio, vtrumque complectentes dicunt teſtem vacillantem eſſe, qui dubitando, & timendo loquitur Item qoi variè loquitor Innocentius *in dicto capitulo preterea, num. quarto, Verſiculo Vacillans dicitur, De teſtibus cogendis*, Hoſtien. *ibidem num.* 40. *Verſiculo Vacillans autem* Ioannes Andreas *num.* 11. *Verſiculo Vacillans qui dubitando*, Antonius de Butrio *numero* 14. *Verſiculo Vacillans.* 1.

Placet, quod Innocentius, Ioannea Andreas, Hoſtienſis, Bald Zabarella, Ioannes de Imola, & Albericus Generaliter tradiderunt Teſtem videlicet, eo ipſo cenſeri vacillantem, qui dubitatiuè, vel cum timore, vel cum dubitatione loquitur, quod eſt diligenter notandum, ad effectum vt non intelligatur non eſſe firmiter eredendum teſti, ita teſtificanti, nam iuxta hanc ſententiam Teſtes dicentur vacillare, eo ipſo quod dubitando, timendo, aut titubando teſtificantur, licet varia non loquantur, Innocentius *in capit. preterea, numer.* 4. *Verſiculo vacillans dicitur, de teſtibus cogendis, & ibidem* Ioannes Andreas *num.* 11. *Verſiculo vacillans*, & Hoſtien. *numero quarto, Verſiculo vacillans autem*, Baldus *num. ſexto*, Zabarella *numero primo*, Ioan. de Imola *num. decimo. Verſ. vacillans verò dicitur*, Albericus *in l. qui falſa num.* 5. *de teſtibus.* 2.

Teſtem vacillantem poſſe ab Inqoiſitore torqueſi affirmauit Zanchinus cuius ſenteotia iure, & ratione munitur, tum quia in alijs eriminibus Teſtis vacillans torquetur, tum quia non poſſet aliter veritas patefieri, Zanchin. *tract. de heret. cap.* 14. *n.* 3. qui allegat textum *in l. ex libero, & in l. de minore §. Tormenta ff. de qu.* 3.

Annotationes Carenæ ad Cap. 43.

SVMMARIVM.

1 *Munus Iudicis circa teſtem vacillantem.*

PRoximi falſarij teſtibus ſunt vacillantes, vt notat Rutger Rulant. *de Commiſſarijs, & Commiſſionibus Cameræ Imperialis parte ſecunda, lib.* 2. *cap.* 26. *per totum vbi numero tertio*, ait circa hunc teſtem partes eſſe Iudicis in eum hortando benignè, vt ad errorem ſuum animaduertat, vt pœnas falſorum teſtium recogitet, tam quo ad Deum, & in foro conſcientiæ quàm in foro exteriori. Quis autem dicatur vacillans teſtis, vide Farin. *quaſtione* 65. *num. decimo*, bene Rutg. vbi *ſupra num. primo*, qui dixit teſtes falſos eſſe, qui notoriè peccant, vacillantes verò qui Iudici ſub vulpina pelle furtum facere ſtudent. 1.

ARGV

ARGVMENTVM.

De Teſte animoſe deponente.

SVMMARIVM.

Teſtis animoſè deponere dicitur, qui conatur probare impoſſibilia n.1.

Teſtis dicitur animoſè deponere; quando in fauorem producentis conſtanter aſſeuerat illud quod de certo ſcire non poteſt n.2.

Cap. XLIV.

1. DE Teſte animoſè depoonente, ſic ſcripſit Hoſtienſis [Animoſus verò vel nimis partialis, & fauorabilis, quinimo, & falſus poteſt dici teſtis ille qui adhoc vt, cui fauet, obtineat conatur probare impoſſibili Iuris, vt ſi quis probare aſtruat negatiuam.] Hoſtienſ. *in cap. praeterea num. 4. verſic. animoſus verò de teſtibus cogendis.*

2. Tunc etiam teſtis dicitur nimis animoſè, & audacter deponere quando in fauorem producentis conſtanter aſſeuerat illud quod certitudinaliter ſcire nō poteſt, Roland. *conſ. ſeptimo n. 10. lib 1. & conſ. 27. n. 21. lib. tertio*, Menoch. *conſ. 31. num. 26. & a . lib. 1.* Ægid. Boſſius *tit. de oppoſit. contra teſt. n. 25.*

Obſeruatio.

EX his ſatis breuibus ſed claris DD. documentis, & veluti regulis prudens Inquiſitor poterit colligere, quomodo ſecum teſtibus gerere debeat ad erueodam veritatem, vel colligendum mendacium, aut varietatem ex ore, & verbis ipſorum, quod valde intereſt huius fori, in quo idem potiſſimum quæritur, quod Dei honorem, & Catholicæ fidei puritatem reſpicit.

Annotationes Carenæ ad Cap. 44.

SVMMARIVM.

1 *De teſte animoſè deponente, remiſſiuè.*
2 *De modo reſpondendi, & loquendi teſtium, remiſſiuè.*
3 *De vultu, & fronte teſtis.*

1. DE teſte animoſè deponente, quis dicatur, & quantum probet Farin. *de teſt. q. 60. n. 35. & 36.* & Ruger Rulant vbi *ſupr. c. 23.* qui optimè agit de modo reſpondendi, & loquendi teſtium, vbi etiam de nimia moroſitate, vel celeritate teſtis in reſpondendo Iudici, de animoſè, affectatè, & per præmeditata verba deponente, & ſimilibus. Et de fronte, & vultu teſtis deponentis inſpiciendis, & à Iudice conſiderandis, idem Rutger. Rulan. *c. 24. per totum.*

ARGVMENTVM.

Quomodo intelligatur, quod regulariter dici ſolet, teſtem ſibi varium, aut ſibi contrarium, aut contradicentem eſſe concordandum.

SVMMARIVM.

Teſtis vt varius, & contrarius non dicatur, & ad euitandam contrarietatem, & varietatem, ſemper concordia facienda eſt. n.1.

Teſtis varij depoſitio, vt ad concordiā reducatur etiam verba impropriãda ſunt n.2.

Teſtis varius ſibi poteſt ſuam depoſitionem declarare & declarationi eius ſtatur n.3.

Teſtis variatio, ſeu contrarietas, quando eſt euidens & manifeſta, tunc in eius dicto, concordia fieri non poteſt. n.4.

Teſtis varius quando eſt perſona ſuſpecta nulla in eius depoſitione procuranda eſt concordia n.5.

Teſtis varius, & ſibi contrarius reducitur ad concordiam ad effectū euitandi falſum, non ad effectum probandi n.9. Contrarium quod immò etiam potius reduci ad concordiam ad effectum probandi n.7. & 8. Dummodo habeat confeſſiem n.9.

Teſtis varius & contrarius reductus ad concordiam, nunquam tamen probat in Criminalibus n.10. declara vt n.11.

Teſtis varius, & ſibi contrarius, & ad concordiam reductus non probat plenè, ſed aliquid de eius fide diminuitur n.11.

Cap. XLV.

DOCTORES communiter conſtituunt hanc regulam ad euitandam contrarietatem & varietatem in teſte curandum eſſe, vt eius dicta ad concordiam reducantur, Canoniſtæ communiter in c. cum tu de teſtibus, vbi Antonius de Butrio n. 4. *Verſ. & aduerte quod hac concordia.* Abbas n 4 *Verſiculo Item dic.* & Felin. *num 1 Verſ prima concluſio* Alexander, qui teſtatur de communi *conſil. 190. incip. Viſis atteſtationibus num. 1. lib 7.* Iulius Clarus *in pract. crimin. quaeſtio. 53.* Verſiculo, *Quartus caſus*, pro qua regula faciunt etiam deciſiones Rotales, & ſignanter coram bo. mem. Cardinali Paleotto in vna Neapolitana pecuniaria die 28. Iunij ani 1557. & coram Cæſare de Craſſis in vna Vliſſiponen Matrimonij die 24. Martij anni 1574. eſt in impreſſis deciſ. quarta, titulo de teſtibus, numero quinto, & coram me in vna Toletana Parochialis die 16. Decembris anni 1561. vbi fuit etiam dictum ad euitandam contrarietatem in teſte, depoſitiones eſſe diuiſionibus, & diſtinctionibus adiuuandas Ex Bartolo *in prima Codicis Inſtitut. num. 13.* & Iaſone *in l. ait Praetor la prima §. Iurari num. 19. & ſequent. ff. de Iureiur.*

Hanc regulam, Bartolus, Socinus, Riminaldus, & Conradus adeò veram eſſe contendunt vt curanda ſit in teſte concordia, etiam impropriè verba in telligẽdo, Bartolus *in l. huius §. quaeſitum de leg. 3.* Socin ſen. *in l. ſed & in illo, §. fin num. 3. & 4 ff. de rebus dubijs* Rimin. *ſen. conſil. 53. n. 11. & ſeq. lib. 1.* Conrad. *in pract. titul. de contrarietate teſtium num. 12.* Addunt idem Riminaldus, & Alexander eandem regulam obſeruandam etiam per ſubauditos intellectus, & ſic per interpretationem ſuppletiuam, Rimin ſen *conſil. 56. num. 6. lib. 1.* Alexander *conſil. 43. num. 35 lib. 4.* quos refert Petrus a Petra *tract. de fideicomm. quaeſt. 12. num. 956.* 2.

Denique eadem regula de procuranda in dicto teſtis concordiam, tunc maximè locum habet, quando idem teſtis dictum ſuum declarat, nam ſtandum eſt teſtis declarationi ſi ſit veriſimilis. Rota in dicta cauſa Toletana Parochialis die 16. Decemb. anni 1591. coram me. 3.

Eadem tamen regula non eſt obſeruanda quan-
4 do varietas, & contrarietas in teſte eſt patens, & manifeſta, tunc enim nullo pacto, vt Baldus, & Alexand. affirmant curanda eſt concordia, vel conciliatio Bald. *in l. ſed & ſi poſſeſſionem, §. ſed & ſi reum. ff. de Iur. Iuran.* Idem *in pr. conſtitut. Codicis §. quibus, num. tertio*, Alexander. *in l. inter ſtipulantem §. primo, num. 11. ff. de verb. obligat.* Idem *conſilio 20. num. 3. libro 4.* Felin. *in capitulo cum tu n. 1. in fine, verſicul. & procedit Secundum iſtos de teſtibus.*

5. Præterea non procedit regula quando teſtis eſt ſuſpectus. nam tunc non eſt in dicti teſtis ſuſpecti procuranda, concordia immo debet Iudex omnibus modis per aliquas contrarietates intercipere, interrogando eum de circumſtantijs etiam illis in quibus ſubſtantia rei non verſatur, vt notab liter dixerunt Alexander Natta, & Crauetta. Alexan. *conſil. 154.* incipiente *viſo Themate, num. ſeptimo, libro quinto*, Natta *conſilio 315. Incipit impugnatur venditio num. 17.* vbi addunt non valere dictum teſtis ſuſpecti variantis in circumſtantijs etiam non requirentibus ſubſtantiam rei, quod cenſuit Rota in cauſa Parmen. ſtatus de 4. Iunij anni 1601. coram Mellino.

6. Grauiſſima eſt inter DD. controuerſia an teſtis varius, & ſibi contrarius ſit reducendus ad concordiam ſolum ad effectum, vt euitetur falſum, & periurium, vel etiam ad effectum vt probet, & quod ſolum ad effectum, vt euitetur falſum, & periurium ſuffragetur concordia, tenuerunt multi, & graues DD. Imola, Alexander. Ruinus, Grammaticus, Clarus, & alij ab ipſis relati, ex quibus nonnulli affirmant hanc eſſe communem opinionem, Ioannes de Imola *in capitulo cum tu num. quarto, de teſtibus* Alexander *conſilio 20. num. 3. & conſ. 43. num. 5. lib. 4. & conſilio 190, num. 1. libro 7.* Ruin *conſil. 140. & 149. num. 18. & ſeq. lib. 5.* Thomas Grammat. inter conſilia ciuilia *conſilio 90. num. 35. & ſequ.* Iulius Clarus *in pract. criminal. quæſtione 53. verſiculo Quartus eſt caſus & alij.*

7. Contrariam opinionem, quod teſtis ſibi varius & contrarius ſit, etiam concordandus ad effectum vt probet, & profitentur Felinus, Aretinus, Crottus, Alciatus, Socinus, Petrus à Petra, & alij. Felin. *in cap. cum tu numero tertio, de teſtibus, &* ibidem Aretinus *num. 3. & ſequ.* Crottus *tractat. de teſtibus parte ſeptima, num. 328.* Alciatus *il leg. prima, num 21. ff. de noui oper. nunciat.* Socin. *conſilio 73 numero ſeptimo, libro ſecundo, & conſilio 56. num. 17. libro quarto*, Petrus à Petra *tract. de fidei comm. qu. 12 num. 932. & multis ſequ*

8. Rota hanc ſecundam opinionem amplexa, ſæpe cenſuiſſe videtur Teſtem ſibi varium, aut contrarium, reducendum ad concordiam, non ſolum vt euitet periurium ſed etiam vt probet, ita enim ſenſiſſe conſtat ex multis deciſionibus, & ſignanter coram Puteo *deciſ. 18.* incipien *in cauſa Romana hæreditatis num. tertio lib. 3.* & coram me in cauſa Toletana Parochial. die 16. Decemb. 1591. & coram Ceſare de Graſſis *deciſ. 73.* & alias *4 de teſtibus* vbi licèt hoc non dicatur expreſsè, ex ſerie tamen deciſionis colligitur teſtem reductum ad concordiam, ad effectum, vt probaret.

9. Hanc tamen opinionem ſic intellexiſſe videtur Rota, vt tunc teſtis reductus ad concordiam probet, quando reperiuntur teſtes conteſtes, vt in dicta deciſ. Toletana Parochialis.

Eſt etiam aduertendum quod Rota in prædictis deciſionibus loquitur in cauſis ciuilibus, nam fortaſſis in criminalibus ſuam opinionem temperaſſet, & præſertim in criminibus exceptis, & grauiſſimis quale eſt crimen hæreſis, & præſertim in hoc foro, in quo non publicantur nomina teſtium

Licet teſtis reductus ad concordiam probet, vt aſſerit ſecunda opinio, numquam tamen probabit, proinde ac ſi illam exceptionem non pateretur. Vnde Saniori ſententia, ſemper ſuo honore habito per teſtes reductos ad concordiam probantes non eſſet imponenda pœna criminis ordinaria, quia ſemper verum erit dicere tales teſtes non eſſe idoneos, qualem præſertim in criminalibus Iura poſtulant.

Annotationes Carenæ ad Cap. 45.

SVMMARIVM.

1 *De Teſtium contrariorum concordia, & quantum ſic concordati probent.* 1

DE Teſtium concordia, & quantum concordati teſtes probent maximè in Criminalib. dixi 1.
3. p. tit. 6. §. 7 n. 58. Verſ. an autem in teſtibus, vbi DD. allegaui.

ARGVMENTVM.

Poſtquam Procurator Fiſcalis ſuas fecit probationes, & teſtes fuerunt repetiti, eorum fit publicatio, ſiue atteſtationum, & indiciorum reo traditur copia.

SVMMARIVM.

Copia indiciorum, & proceſſus danda eſt Reo Inquiſito pro crimine hæreſis, vt ſe defendere poſſit num 1.

Forma traditionis copiæ Indiciorum & proceſſus illam petenti dicto n. 1.

Teſtes in Crimine hæreſis reo citato publicantur. num. 2.

. Cap. XLVI.

CAuſis reorum ſic conſtitutis, & repetitio- 1
ne teſtium perfecta probationem contra Reos receptarum copia eiſdem fieri ſolet, vt citius deliberare poſſint, an velint cedere, vel contendere, quæ res ordinate & legitime ita fieri conſueuit.

Inſtare enim, & ſollicitare ſolet Reus vel eius Procurator, vel Aduocatus vt ad cauſæ expeditionem properetur, & ob id ſollicitè petere ſibi tradi cap. proceſſus, vt ſe legitime defendere, & ſuam innocentiam oſtendere poſſit. Ea petitione audita proceſſus copia eidem Reo, vel eius Procuratori fieri ſolet, &c.

Die Menſis Anni

Conſignata fuit copia proceſſus, & indiciorum tot foliorum (exprimatur numerus foliorum) N. in carceribus Sancti Officij detento per me Notarium N. coram R. P. D. Inquiſitore, cum præfixione termini dierum N. ad faciendas ſuas defenſiones

Die Menſis Anni

Tradita fuit copia proceſſus N. in Officio Sanctæ Inquiſitionis detenti Magnifico Domino N.eius Procuratori.

2. Nec traditio copiæ proceſſus ſiue atteſtationum & indiciorum contra Reos habiturum, vulgo dici ſolet publicatio teſtium, nam poſtquam teſtes recepti ſiut, & legitimè repetiti eorum atteſtationes (vt docet Nellus) coram partibus præſentib. (vel abſentibus, citatis tamen, publicantur, eſt autem teſtium publicatio, vt ait Antonius de Butrio, atteſtationum occulte depoſitarum ſolemnis in lite, & deliberata partibus mandato Iudicis facta detentio. Nellus *tract. de teſtibus parte ſecunda, in principio n.* 120 Antonius de Butrio *in cap. fraternitatis n.7. Verſ.ſecundus terminus de teſtibus.*

Annotationes Carenæ ad Cap. 46.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit publicatio proceſſus, & quotuplex, & quando facienda, remiſſiue.*

1. COmpléto proceſſu, publicantur dicta teſtium examinatorum contra Reum de quo vide Farin *de teſtib.q.75 n.1.& ſeq.* Et quæ dixi ego *part.3. t.7.§.9.n. 63. & ſeq.* Pat. Maſſin. in praxi S.Officij *part.4.folio mihi* 108.*in tit.modo di èſamınar li teſtimonij.* Et Garzias in praxi Hiſpana *folio mihi* 22. marginali *El Fiſcal pide publication.*

ARGVMENTVM.

In publicatione atteſtationum quid obſeruari, & quid edi, & quid occultari debeat.

SVMMARIVM.

Teſtium depoſitionum copia danda eſt Reo, illam petenti per extenſum & non per ſummarium num.1. diſtinctè, & ſeparatim non autem in confuſo. num.3.

Teſtium nomina reo edenda, & publicanda non ſunt num.4. neque etiam cognomina num.5. neque etiam circumſtantia, ex quibus reus in teſtium cognitionem deuenire poſſit.n.6.& 7.

Teſtium depoſitionum copia Reo de hæreſi inquiſito danda numquid debet continere menſem, & annum, Quibus teſtes depoſuerunt vel etiam locum commiſſi criminis n.8.& 9.

11 *Indiciorum, & proceſſus copia danda eſt Reo Inquiſito pro hæreſi, etiam quod iam faſſus fuerit n.10. & 16.& ſeq.*

Appellatio non datur à denegata publlicatione nonorum teſtium nominatorum.n.11.

Indiciorum copia danda eſt Reo inquiſito pro hæreſi cum competenti termino ad faciendum ſuas defenſiones n.12.& 14. vbi quod non ſufficit præfixio vnius.

Aduocatus dandus eſt Reo, cum quo conſulere poſſit exceptiones, & defenſiones quas ipſe reus facere debet n 13.

Reo carcerato pro crimine hæreſis quando dantur defenſiones, dari etiam debet attramentum, & papirum, vt communicato negotio cum Procuratore, vel Aduocato in præſentia Inquiſitoris poſſit articulos ad ſui defenſionem formare. num 15.

Inquiſitores, & Officiales Sanctæ Inquiſitionis nihil debent recipere pro quouis decreto examinibus. reorum, aut teſtium, nec etiam pro ſportulis.n. 18.

Notarius pro traditione copiæ Indiciorum ſolum accipere poteſt quantum proprio, & labore ſcribendi impenſum fuerit.n.18.in fine.

CAP. XLVII.

IN hac teſtium publicatione ſiue proceſſus copia reis facienda in hoc foro, infraſcripta obſeruanda ſunt. 1.

Primò, depoſitiones teſtium litteraliter reo edendæ ſunt, ſicut à teſtibus prolatæ fuerant, vt apertè intelligat, quid quiſque teſtis contra Reum depoſuerit, itaque non ſufficit ea referre aut edere ſummatim, ſeu vt dici ſolet in ſubſtantia. 2.

Secundò, Neque atteſtationes debent confundi, aut intermiſceri, ſed ſingula teſtimonia diſtinctè, & ſeparatim ab alijs ſcribenda, & edenda ſunt, tum vt reos commodius ea intelligere, & ſingulis reſpondere poſſit, tum vt facilius ſe defendere valeat. 3.

Tertiò, Nomina edenda non ſunt, quia vel teſtibus, vel Sanctæ Inquiſitioni graue periculum, ac detrimentum, ex eorum propalatione immineret vt prudenter Simancas admonuit, & late in directorio oſtenſum fuit, Simancas *de Cathol. Inſtit. titulo* 44. *de ordine procedendi numer.* 25. Directorium Inquiſitorum *parte tertia, titulo de defenſionibus reorum num.* 117. *Verſiculo quando vero crimen, & eadem parte tertia, quæſtion.* 75. & ibi late *commentario* 124. Idem teſtatur Iulius Clarus *in pract.crimin q.49.n. 3. § habetque locum hæc concluſio,* 4.

Quartò, Neque cognomina teſtium Reo edenda ſunt propter eandem rationem, ſic Pius IV. Conſtituit Pius Papa Quartus in Breui Apoſtolico Incip.cum ſicut, quod habetur inter litteras Apoſtolicas pro Officio Sanct. Inquiſition.in fine directorij Inquiſitorum. 5.

Quintò, Idem Iudicium eſt de circumſtantijs, de quibus Reus in teſtium cognitionē deuenire poſſet 6.

Sextò, Idem cenſuit Supremus Senatus de reſponſionibus teſtium ſuper reorum interrogatorijs, quas edendas negauit, ſi inde teſtes cognoſcerentur, vt patet ex ſubiecto decreto, quod Vmbertus recenſet, in quo quatuor proxime dicta continentur illuſt Card. Inquiſitores Generales, in Congregat. ordinaria decreuerunt dari debere nuda teſtium dicta, prout hucuſque obſeruatum fuit abſque nominum publicatione, aliarumque circumſtantiarum, propter quas poſſet deueniri ad ipſorum teſtium notitiam, & quoad reſponſiones teſtium ſuper rei interrogatorijs pariter decreuerunt non eſſe dandas, ſi ex illarum publicatione deueniretur in notitiam, quinam fuerint teſtes ipſi. Hactenus decretum recenſet Vmbertus Locatus.in. fine operis Iudicialis, de qua re plura in direct.Inquiſitor.*parte 3 commentar.* 124.*ſuper qu.*75. 7. 8.

In publicatione atteſtationum menſis, & annus quibus teſtes depoſuerunt edi poterunt, præciſius autem tunc non edetur neque exprimetur, quando ex appoſitione diei periculum immineret, quod reus poſſet venire in teſtium cognitionem.

Locus ſimiliter commiſſi delicti edi poterit, quoniam hoc ad legitimam defenſionem reorum pertinere videtur, ſed locus loci non exprimetur quia

quia ſi exprimeretur; idem periculum, quod ex dici expreſſione pronenite contra teſtes poſſet, quod in factis recentibus diligenter obſeruandum videtur

10. Reis etiam confitentibus edendam eſſe copiam proceſſus, & indiciorum quidem prudenter cenſuerunt, tum, vt intelligant ſe legitima informatione procedente fuiſſe in carcerem miſſos, tum, vt in ſententia poſſit pronunciari illos fuiſſe conuictos & confeſſos, tum denique ne vllo tempore imputari Inquiſitori poſſit, quod in hac cauſa, in qua non vocatur Reus, vt ſit præſens in iudicio quando teſtes iurant, omiſerit aliquod genus legitimæ defenſionis.

11. Non eſset audiendus Reus, licet conſtanter, aut obſtinato potius animo peteret ſimul cum atteſtationibus edi ſibi nomina teſtium, nec ſi appellaret eius appellatio eſset admittenda, ſed Inquiſitor appellatione reiecta poſset, & deberet ad cæteros Iudiciales actus in cauſa procedere, vt in Directorio obſeruatum fuit contra Petrum Paulum Pariſium qui Iudæis Portugaliæ nimis fauendo contrarium perſuadere conatus fuit, ſed eius ſententia in hoc potiſſimum foro meritò exploſa eſt in Directorio Inquiſitorum *part.3.commentario 124.ſuper q.75.§.ex his refellitur*, Petrus Paulus Pariſius *conſ.1. incipien. & ſi eſſe Iudæum à n. 154. vſque n.175.l.4.*

12. In hoc ſupremo Sanctæ Inquiſitionis Romanæ Tribunal hæc proceſsus, & indiciorum copia reo, vel eius Procuratori tradi ſolet, quandoque ſimpliciter ſine alienius termini præfixione, quandoque verò cum præfixione quinque aut ſex dierum, quo tempore reus conſiderat proceſsum, vt quid ſibi magis expediat, deliberare poſſit, Iacob. Simanchas triduum præſcribit reis ad retinenda teſtimonia contra ſe prolata, quo elapſo, ſiſtunt ſe ad reſpondendum coram Inquiſitore, ſed cum hic terminus arbitrarius ſit pro qualitate cauſæ, & proceſſus volumine, maiorem terminum poterit Inquiſitor indulgere, Simanchas *de cathol. inſtit.t.44.de ordine procedendi n.25.Verſ.deinde per triduum.*

13 Si viſis atteſtationibus reus delicta confeſsus fuerit acta ferè cauſa erit, ſi autem adhuc negauerit cum ſuo Procuratore, vel Aduocato communicabit exceptiones, & defenſiones quas contestes, & eorum teſtimonia, proponere, atq; probare ſibi expedire putauerit, quod neceſſitate fere cogente fieri oportet, quoniam vt prudenter Marcus Antonius Blancus dixit, inanis eſset datio indiciorum cenſenda, & proceſsus copia inutili reo futura foret, ſi non haberet Aduocatos, quos conſulere, & quorum præſidio defenſiones parare, & iura ſua deducere poſset, præſertim cum rei in carceribus exiſtentes, & maxime litterarum ignari, quales ſunt ruſtici, mulieres, & aliæ perſonæ idiotæ id præſtare nequeant, Marcus Anton. Blancus *in l. fin.ff.de quæſt. ſiue in tract. de indicijs non procul ab initio in 4.præmiſſo n.31. Verſ. præterea ſuperflua.*

14. Cæterum quia ad parandas, & probandas legitimas exceptiones, & probationes opus eſt ſtudio tempore, & ſeria cogitatione, ideo noua iterum dilatio concedenda *eſt l. 1. & ſequentib.C. de dilat.* Simanch.*de cathol.inſtitut titul.44.de ordine procedendi n.25.verſic.quod ſi hæreſes.*

15. Et quoniam ad conſcribendas ſuas defenſiones papyro, & atramento indiget Reus, ea ſibi conſignari iubebit Inquiſitor, inde negotio communicato, cum Procuratore, vel Aduocato in præſentia Inquiſitoris eidem Procuratori, vel Aduocato conſignabuntur, vt articulos ad defenſionem rei ordinare poſſit, vt in ſequenti Capitulo demonſtrabitur.

Obſeruatio. I.

16 HÆc videtur tutiſſima praxis edendi reis copiam proceſsus, ſiue publicationem atteſtationum, nam quatuor illi primi modi, quos in directorio recenſuit Eymericus periculoſi ſunt. Eymeric.in Directorio Inquiſitorum *parte tertia, num. 119.titul.de modis ſex tradendi copiam proceſſus delato de hæreſi.*

Obſeruatio II.

17 COncurrentibus prædictis cautelis non poteſt Inquiſitor negare reo copiam proceſſus, quia alias illi inferret grauem iniuriam, auferret, enim illi legitimas defenſiones; Et caueat ne fallatur auctoritate Vmberti, qui poſtquam retuliſset conſuetudinem Venetorum procedendi in cauſis criminalibus, non data reis copia indiciorum, neque publicatis atteſtationibus, ſubintulit fortè expedire in crimine hæreſis modum hunc in procedendo, vbique ſeruare; ſed non eſt audiendus Vmbertus, quia ſi non ederetur Reis indiciorum copia, valde eorum innocentia periclitaretur, ſicut periclitaretur etiam teſtium ſalus, niſi tuta hæc praxis in editione obſeruaretur, Vmbertus Locatus *in opere iudiciali in verbo proceſſus, §.proceſſus publicari, Verſ. Venetijs tamen.*

Obſeruatio III.

18. VNde decet Maieſtatem huius Sacroſancti Tribunalis ab omni ſordidi quæſtus, & auaritiæ ſuſpicione procul abeſſe. Quamobrem Inquiſitores, eorumque Vicarij, tam regulares, quã ſeculares omnia gratis expedient, & neque pro ſportulis, neque pro quouis decreto, neque pro conſtitutis, ſiue examinibus reorum, aut teſtium aliquid omnino, accipient, ſicut felic.recordat. Clementis Papæ VIII. ſub die 9. Nouembris anni 1600.& ſub die 7.Iunij anni 1601.decretis cautum extat, & Inquiſitoribus ſignificatum.

Pro copia verò proceſſus tantum accipi ſolum poterit quantum pro papyro, & labore ſcribendi penſum fuerit.

Annotationes Carenæ ad Cap. 47.

SVMMARIVM.

1 *Nomina teſtium in hoc foro non eduntur, & ibi inſtructio Hiſpalenſis.*

2 *Tempus, & locus, an debeant teſtibus publicari quomodo, & ibidem inſtructio Toletana vbi de modo huius publicationis.*

1 ILlud in hoc foro præcipuè animaduertendum quod nomina teſtium, nec cognomina, nec circumſtantiæ, ex quibus poſſet Reus venire in cognitionem teſtium ſunt edendæ reis, de hoc eſt text *in cap.fin.§.Iubemus de hæreticis in 6.* Pulcherrimè auctor ad direct. Inquiſitorum *p.3.c.124.* Farin *de hæreſi q.188.§.1.n.7.ego dicto §.9.n. 63.* in Hiſpania adeſt ſpecialis inſtructio Hiſpalenſ. 16. anni 1484. vbi ſic cauetur. *Pero deuen hazer publicacion de los dichos, y depoſiciones calando los nombres, y circunſtancias. por las quales el Reo accuſado podria venir en conocimento de las perſonas de los teſtigo*

Non

Non tamen tam manca debet eſſe hæc publicatio vt in totum reis auferantur defenſiones, vnde debet in ea exprimi, vt hic notat Auctor, annus & menſis delicti commiſſi, ac dies, & locus, licet non
2. locus loci ſic in forma publicationis, quæ ſeruatur in Hiſpania ſolet hoc modo practicari, & adeſt inſignis Inſtructio notanda aureis litteris 31. Toletana anni 1561. vbi loquens de hac publicatione ſic habet, *En laqual pondra el mes y año, en que deponen los teſtigos porque ſi reſultare algun inconueniento de poner el dia puntual no ſe deue poner, y baſtarà el mes, y año. Aſſi miſmo ſe dara en la publicacion, el lugar, y tiempo donde ſe cometio el delito, porque toca à la defenſa del Reo, però no ſe le ha de dar lugar de lugar y dar ſe le ha el dicho del teſtigo, mas à letra que ſer pueda y no tomando ſolamente la ſuſtancia del dicho teſtigo, y ha ſe de aduertir que aunque el teſtigo deponga en primiera perſona de diciendo que trato con el Reo &c. En la publicacion ſe ha de ſacar de terzera perſona, diciendo Vio, y yo que*
3. *el Reo tratava en cierta perſona*

De defenſionibus in cauſis Sancti Officij dandis reis etiam confeſſis. Vide *parte 3. tit. 9* § 1. vbi plura de materia, & quod plures termini ſint reis aſſignandi ad defenſiones faciendas, text *eſt in leg.* 1. *C. de dilat.* vbi D.D. Farin. latè *de indicijs, & tortura, q. 39. n. 4 & ſeq.*

ARGVMENTVM.

De articulis, quos exhibere ſolet Reus ad probandam ſuam Innocentiam.

SVMMARIVM.

Articuli pro defenſione Rei inquiſiti de crimine hæreſis formandi ſunt à Procuratore vel Aduocato ad probandam eiuſdem Rei innocentiam n. 1.

Forma articulorum quos Procurator ſeu Aduocatus Rei Inquiſiti producere debet ad illius innocentiam probandam n. 2.

Forma articuli ſuper negando factum de quo inquiritur Reus pro crimine hæreſis carceratus, & probandi contrarium n. 2. in 1. articulo, & ſeq. & n. 3. & ſeq.

Forma plurium articulorum, quibus Reus probare intendit plura facta non hæreticalia, & conuenientia fidei Chriſtianæ n. 2. in 1. articulo, & ſeq. & n 3. & ſeq.

Forma articulorum ſuper negatiua eius de quo reus pro crimine hæreſis Inquiſitus eſt n. 3. & ſeq.

Forma exceptionum quas Reus contra teſtes contra ipſum examinatos exhibet n. 4. artic. 14. & ſeq.

Forma articulorum ſuper bona vita & moribus, & bona Chriſtianitate Rei Inquiſiti pro hæreſi n. 4. in 17. art. & ſeq.

Forma productionis articulorum quos reus pro crimine hæreſis Inquiſitus ad ſuam defenſionem producit n. 4. in 20. art. in fine

CAP. XLVIII.

1. IN hoc foro, quaſi in bellico certamine contendunt Procurator Fiſcalis, & Reus Vnde poſtquam Fiſcalis ſuas parauit probationes viciſſim reus ſuas conatur parare defenſiones ad ſuam innocentiam probandam, ideò ſuos articulos formare, & exhibere regulariter conſueuit.

Et quoniam potiſſima defenſio reorum conſiſtit in tribus, vid. licet in negando facto, & in repellendis teſtibus, & in bona vita, & bonis moribus, & bona Chriſtianitate, ſiue Catholicitate eorundem reorum probandis articulis methodice, itaque prædicta tria infraſcripta modo formari ſolent, ſic tamen, vt prudens, & Catholicus Procurator ſiue Aduocatus ad ſuum Iuramentum oculos conuertat, vt ea quæ vera arbitratur ſicut a Reo, quem ſuſcepit defendendum ſibi ſuggeruntur, in articulis referat, nec tamen admonere deſinat, vt veritatem ſimpliciter fateatur. 2.

Præcedente ergo decreto, vt inf. a tot dies reus ſuos exhibeat articulos, illos formatos, ſolet in iudicio coram Inquiſitore, & Notario producere iuxta ordinem infraſcriptum.

Vt magis liqueat de innocentia N. Procurator, & defenſor eiuſdem, dat, facit, exhibet, & producit articulos infraſcriptos, quos petit in curia, & extra recipi, & admitti, & teſtes hic in calce, ſeu in fine deſcriptos, & inductos, ac inducendos diligenter examinari, non ſe adſtringens &c. & alias omni meliori modo &c.

In primis Procurator prædicto hic loco articulorum repetit, & reproducit omnia, & quæcumque acta, ſcripturas, & documenta, & teſtium depoſitiones & omnia alia, & ſingula ad fauorem dicti ſui principalis quomodolibet facientia in cauſa, quã habet cum Procuratore Fiſcali Sancti Officij, quatenus tamen ad fauorem ſui principalis faciunt, & in ea parte & partibus, tamen, & non alias, nec alio modo.

Ex quibus ſic repetitis clarè conſtare credit de bono iure, & innocentia ſui principalis, & malo iure, & calumnia accuſatoris, & denunciatoris, & quatenus non conſtaret (quod non credit) probare vult, & intendit.

Qualiter veritas fuit & eſt, quod prædictus N. 1. ſuus principalis nunquam negauit Purgatorium, immo verbis, & factis aſſeruit, & confeſſus fuit verbis quidem, quia ſæpè de illo bene, & Catholicè locutus fuit, factis autem, quia vt mox patebit, ea fecit, & operatus fuit, quæ ſine fide firma de Purgatorio fieri non poterant.

Item veritas fuit, & eſt quod prædictus N. ſæpe, ſed ſignanter coram tali, & tali, propter talem accuſationem dixit, & affirmauit animas defunctorum qui in gratia Dei ab hac vita decedunt, in quibus remanet aliquid purgabile ire ad locum Purgatorij, vnde poſtquam ſatisfecerint liberatè transferuntur ad Cœlum Beatorum.

Item veritas fuit, & eſt in corroborationem prædictæ firmæ, & Catholicæ fidei, quod prædictus N. ſuus principalis ſæpe ſignanter, tamen in 3. die omnium defunctorum pro animabus illis quæ erant in Purgatorio, & particulariter pro animabus ſuorum parentum, & conſanguineorum fecit celebrari plures Miſſas in tali Eccleſia, vel in tali Monaſterio.

Item veritas fuit, & eſt, quod pro dictis Miſſis celebrandis pro ſuffragijs piè in Chriſto defunctorum quorum animas in Purgatorio detineri firmiter credebat, donec Diuinæ Iuſtitiæ ſatisfacerent, Sæpe dedit eleemoſinas, & ſignanter, tali vel tali Religioſo, & tali, vel tali Presbitero.

Item veritas fuit, & eſt, quod quando moriebatur aliquis amicus, vel conſanguineus, prædicti ſui principalis, ipſe illum comitabatur ad ſepulturam, & cum ſuo pſalterio, ſiue Roſario in mani-

bus, cum deuotione qua poterat, precabatur De-
um, vt illius animam per ſuam miſericordiam à pœ-
nis purgatorijs liberaret.
Item veritas fuit, & eſt, quod prædictus ſuus prin-
cipalis ſolet recitare Officium Defunctorum pro quo
recitando defert ſecum prædictum Officium cuius
folia propterea apparent ſordida, & lacerata.

Obſeruatio.

SImiliter prudens Aduocatus, vel Procurator po-
5. terit talios, atque alios articulos formare, conti-
nentes rei accuſati innocentiam per actus inducen-
tes contrariam probationem ſiue præſumptionem:
Et eodem ordine procedetur ad excludendam pro-
bationem, ſiue præſūptionem aliarum hæreſum, ſiue
6. errorum, de quibus quis fuerit accuſatus, & verbi
gratia ſi quis fuerit accuſatus quod negauerit
adorationem Sacrarum imaginum, ad hunc errorem
excludendum, poterit ſic articulari.
Item veritas fuit, & eſt, quod N. ſuus principalis
7. eſt deuotus Sacrarum imaginum, quas piè colit, &
veneratur. Quia vbicumque illas repetit, ſiue in pa-
rietibus, ſiue in Eccleſiis depictas, aperiendo caput
humilem eiſdem exhibet reuerentiam, & genufle-
xo eaſdem adorat.
Item veritas fuit, & eſt, quod genuflexo coram
8. eiſdem Imaginibus prædictus N. meus principalis
eorum Sanctorum, & Sanctarum inuocauit, & in-
uocat auxilium, quos referunt illæ imagines.
Item veritas fuit, & eſt, quod cum particularem
9. habeat deuotionem ad Beatiſſimam, & Sacratiſſi-
mam Virginem Mariam Ieſu Chriſti, & Dom. No-
ſtri Matrem, illius imaginem habet decenter collo-
catam in ſuo cubiculo, antequam ſæpè quotidie, ſed
præſertim, paulo antequam ad dormiendum co-
ram ea humiliter preces effundere ſolet.
Item veritas fuit, & eſt, quod eadem deuotione,
10. & pio affectu curat vt in cubiculis ſuorum domeſti-
corum & famulorum eadem Beatiſſimæ Virginis
Mariæ Imago decenter retineatur, & adoretur.
Item veritas fuit, & eſt, quod prædictus ſuus prin-
11. cipalis eandem piam venerationem exhibet, & à ſuis
exhiberi curat aliis Sanctorum, & Sanctarum Ima-
ginibus, ſignanter tamen Sancti Franciſci, Sancti Ca-
roli Borromei, & N. N. exprimantur Sanctorum no-
mina, quorum Imagines coli, & adorari dicunt.
Item veritas fuit, & eſt, quod dictus ſuos princi-
12. palis conſueuit Eccleſiam frequentare, & in eis
cum deuotione diuina Officia audire, ibidem ge-
nuflexo, & aperto capite Sanctorum Imagines ve-
nerari. In hac materia, & in aliis articuletur prout
Reus dixerit, vel illa ad ſuam defenſionem facien-
tia aſſeuerat.
Item quia prædictus N ſuus principalis præten-
dit teſtes contra ſe inductos eſſe mendaces, & Ini-
micos ſuos capitales in euentum, in quem aliqua
dicantur quæ poſſent alicui iniuriam afferre, dicit
id fieri animo, & intentione conuitiandi, ſed citra
illorum iniuriam, aſſerendo tamen, quatenus per-
tinet, & pertinere poteſt ad ſuam legitimam defen-
ſionem, & non aliàs.
13. Et ſic excipiendo dicit veritate caruiſſe, & eſſe-
re prædictum N. ſuum principalem commiſiſſe de-
lictum de quo imputatur, & pro quo carceratus
fuit, & detinetur quia prædicto tempore quo præ-
fatus N. ſuus principalis aſſeritur commiſiſſe deli-
ctum non erat in loco vbi delictum commiſiſſe di-
citur ſed in loco longè diuerſo à tali.
14. Item excipiendo dicit, quod cum præfatus N.
diuerſa negotia tractauerit, & lites, & rixas habue-
rit ipſe propterea ſuſpicatur, quod à tali, & tali
non bono zelo, ſed calumnioſè, & falsò fuerit ac-
cuſatus: Ideò magis in ſpecie per teſtes inferiùs
nominandos probare vult, & intendit.
Quod N. quem pro certò tenet contra ſe depo- 15.
ſuiſſe eſt ſuus inimicus capitalis, quia de tali tem-
pore, propter talem cauſam rixatus fuit cum ipſo.
Item quod N. de tali tempore, propter talem 16.
cauſam fecit ſuo principali talem iniuriam, quamob-
rem ſuus principalis, vt de prædicta iniuria ſe
purgaret arundine vel baculo percuſſit N quem
nunc prætendit contra ſe odio canino inductum te-
ſtificatum fuiſſe.
Item ponit, & dicit N. quem credit à fiſco con- 17.
tra ſe inductum ſuum Inimicum eſſe capitalem
propter talem, & talem cauſam.
Et licèt præmiſſis ſtantibus ſatis clarè de bono 18.
iure, & innocentia prædicti N. ſui principalis, &
de calumnioſa, & falſa delatione conſtare præten-
dat, nihilominus ad abundantiorem cautelam, &
vt Iura Iuribus addantur, & non alias & citra onus
ſuperfluæ probationis Procurator prædictus, pro-
bare vult & intendit, qualiter prædictus, probare
vult, & intendit, qualiter prædictus N. ſuus princi-
palis ex honeſtis, & probitate, ac religione commen-
datis maioribus, & parentibus ortus, ab ijſdem op-
timè educatus, & inſtitutus fuit.
Item veritas fuit, & eſt, quod prædictus N. cum 19.
primum per ætatem Intelligere cœpit rudimenta
Catholicæ Sanctæ Fidei, ſiue Doctrinam Chriſtia-
nam à ſuis parentibus, & fidelibus educatoribus
didicit, & nihil magis circa eum Sacratum fuit,
quam quod bonus Chriſtianus, & valdè Catholi- 20.
cus ſuaderet.
Item veritas fuit, & eſt, quod ſemper deinde eun-
dem vitæ curſum retinendo adeò honeſtè, & Catho-
licè, vixit, vt ne dum ſuis æqualibus, ſed maioribus 21.
quoque dederit virtutis, & probitatis exemplum.
Item veritas fuit, & eſt, quod ne dum ſtatutis ab
Eccleſiis temporibus quibus regulariter, & generali-
ter Chriſtiani omnes ad pœnitentiæ Sacramentum
accedere iubentur, ſed etiam multis aliis diebus, &
temporibus prædictus N. peccata ſua humiliter con-
fiteri, & Sacra Communione ſe reficere ſolebat.
Item veritas fuit, & eſt, prædictum N. ſuum 22.
principalem præcepta Eccleſiæ venerabiliter cuſto-
dire ſolitum, & in domo ſua id ſemper potiſſimùm
curaſſe, vt venerabiliter à ſuis domeſticis obſerua-
rentur, & cuſtodirentur.
Item quod de præfatis omnibus, & ſingulis fuit, 23.
& eſt publica vox, & fama, & publicum, & noto-
rium apud omnes, vel maiorem partem.
Nos autem articulos &c.
Non ſe adſtringens &c.
Saluo Iure &c.
Saluis aliis &c.
Proceſſaus &c.
Omni meliori modo &c.
Nomina teſtium.
Dominus N. ſuper 1. & 3. articulis.
D. N. ſuper 3. & 4. art.
D. N. ſuper 2. & 6. art.
D. N. ſup. 8. & 10. art.
D. N. ſuper 1. & 8. art.
D. N. ſuper omnibus art.
Die N. Menſis N. Anni N. Prædictus N. produxit,
vel ſic.
Die N. Menſis N. Anni N. Prædictus N. meus
principalis coram admodum R. P. D. Inquiſitore
exhibuit mihi Notario, vel ſic.

Die

Die Menſis Anni

N. eductus è carceribus de mandato R.P.D. Inquiſitoris, & coram Reuerenda Paternitate ſua, ac in mei Notarij præſentia perſonaliter conſtitutus facto exhibuit mihi Notarius officij vnum, vel duo folia (dicatur prout veritas fuerit) retro ſcriptos articulos, & exceptiones continentia, qui R. Pat. Dom. Inquiſitor admiſit, ſi & in quantum.

Annotationes Carenæ ad Cap. 48.

SVMMARIVM.

1 *Forma articulorum Rei.*

1. POnitur hoc loco forma articulorum rei, quæ notanda eſt, vide ſimilem formulam apud Patrē Maſſinum *in praxi part. 4. fol. mihi* 111.

ARGVMENTVM.

In admiſſione, & ordinatione articulorum quid ſit obſeruandum.

SVMMARIVM.

Articulorum admiſſio, an ſit neceſſaria, vt à Iudice fiat, an vero cenſeantur tacitè admiſſi, eo ipſo quod Reus declarat nolle habere teſtes pro repetitis n. 1.
Articuli ſunt vulgari idiomate concipiendi in Supremo Tribunali Sanctæ Romanæ, & Generalis Inquiſitionis n. 2.
Articuli ſunt formandi clarè, & diſtinctè ſingula in ſingulis articulis narrando, non autem multa confusè conculcando n. 3.
Teſtium nomina in fine articulorum ſunt exprimenda pro parte rei inquiſiti de hæreſi, qui illos produxit n. 4.
Teſtes examinandi ſuper articulis datis debent ſpecificari ſuper quo articulo examinandi ſunt n. 5.
Articuli additionales admittendi ſunt à iudice, & de forma productionis articulorum additionalium n. 6.
Articuli ad defenſionem Rei inquiſiti pro crimine hæreſis debent excludere, vel minuere delictum n. 7.
Articuli ad defenſionem Reorum producendi ſunt primò ſuper negando facto, ſecundò ſuper exceptionibus contra teſtes, tertiò ſuper bona vita, & moribus reorum n. 8.

CAP. XLIX.

1. REctè mouit Philippus Francus non eſſe neceſſarium quod iudex expreſſe pronunciet ſuper admiſſione articulorum iuxta deciſionem Rotalem 105. incip. *Valet receptio*, quam allegat quæ ſententia, tunc maximè habebit locum in foro quando Reus noluerit habere teſtes pro repetitis, nam conſequenter intelligitur abſque alio decreto, quod velit dare articulos pro ſuo defendente, Philippus Francus *in c. præſentium §. teſtes n. 4. Verſ nec eſt neceſſe de teſtibus l. 6.*

2. Frequenter obſeruari ſolet in proceſſibus, qui in Supremo Tribunali Sanctæ Romanæ, & Generalis inquiſitionis fiunt, & articuli quos producit, & exhibet Reus ad faciliorem teſtium examinandorum intelligentiam vulgari idiomate concipiantur, quod ſine vitioſitate vbique obſeruari poterit & maximè id fieri conuenit, quando extra locum vbi fit iudicium contra Reum, teſtes examinandi ſunt, tunc enim maximè oportet eum qui committitur examen ab Inquiſitore, vt fideliſſime ſuper conceptis verbis articulorum teſtes examinet, non ſupponendo noua, vel diuerſa verba, quod facile contingere poſſet, ſi articuli à reo dati ad ſuam defenſionem latino ſermone conciperentur.

In ordinandis articulis cautus, & prudens debet eſſe Aduocatus, vel Procurator Reorum, vt eos clarè, & diſtinctè concipiat ſingula in ſingulis articulis narrando, non autem multa confuse inculcando, nam ſi multa ſimul in ſingulis articulis cōfuse inculcarentur, non poſſet haberi à teſtibus clara reſponſio, *c. præſentium § præterea de teſtib. l. 6.* vbi gloſ. in verbo *ſigillatim per text. in l. certum. ff. de confeſſis.* 3.

In fine articulorum pro parte rei productorum exprimuntur nomina teſtium per quos reus probare vult ſuam innocentiam, quod eſt iuri conforme ne poſſit eſſe variationi locus, *c. præſentium, § teſtes etiam, Verſ. quorum nomina*, vbi gloſ. *in verb. nomina de teſtibus, lib. 7.* & ibi Geminianus *num. 1. notabili tertio num. 8. Verſ gloſa, ſuper verbo nomina.* 4.

Rurſus in eiſdem proceſſibus ordinatis in Supremo Tribunali à peritis Officialibus in fine eorundē articulorum prudenter notatur, quod teſtes examinandi ſunt ſuper quolibet articulo. Nam cum non facile contingere poſſit, vt vnus teſtis ſciat omnes materias contentas in omnibus articulis, ideò ne Inquiſitor vel ille cui ex cauſa Inquiſitor committit examen diuinare cogatur quis teſtis ſciat talem materiam contentam in tali articulo, vel ne cogatur omnes teſtes nominatos examinare ſuper omnibus articulis conſultò indicatur quod talis teſtis examinetur ſuper tali, & tali articulo, & ſic de ſingulis, & Verbi gratia Reus in carceribus detentus vult probare talem teſtem, quem ſuſpicatur cōtra ſe depoſuiſſe eſſe ſuum inimicum capitalem, ſicut in tali articulo continetur, & hoc probare vult per teſtes A B.C. quos prætendit, eſſe informatos de cauſa talis inimicitiæ. Item vult probare contra in alio articulo per teſtes D.E.T. & ſic de ſingulis gloſ. *in dicto c. præſentium in §. teſtes* etiam in verb. *nomina de teſtib. l. 6.* vbi ponit hanc practicam, & ibidem communiter Doctores, & ſignanter Hoſtienſis *ſuper verb. in eiſdem art. n.* 24. & Gemin. *in* 8. *verſ. gloſ ſup. verb. nomina.* 5.

Si poſt ſemel productos articulos, & admiſſus reus voluerit illis aliū, vel alios additionales articulos addere cū id expreſſo iure prohibitum nō reperiatur, Inquiſitor talem, vel tales articulos admittet, ſicut primo productos admiſit, quod ſic fieri ſolet. 6.

Prædictus N articulis à ſe alias datis addit tunc infraſcriptum vel infraſcriptos, quibus

Articulat, & probare intendit &c.

In fine vero folij, vel foliorum ſimiliter Notarius adnotabit ſic.

Die Menſis Anni

Prædictus N. conſtitutus coram R.P.F.N. Inquiſitore facto exhibuit mihi Notario præſens folium tenoris prout in eo.

In formandis articulis prudens Aduocatus, vel Procurator illa conſiderare debet, quæ vel delictum excludunt, vel minuunt, qualia ſunt tēpore cōmiſſi delicti reū non fuiſſe in loco, vbi ab illo dicitur fuiſſe perpetratum teſtes inimicos eſſe capitales Reum furore correptum facto, vel verbo deliquiſſe, aut per ebrietatem inter pocula hæreſim protuliſſe, aut non ex propria ſententia, ſed referendo aliorum errorem locutum fuiſſe, aut adeò ſenem eſſe Reū, aut contra adeò puerum, vt quidquid 7.

loqueretur neſciret, & ſimilia, quæ paulò poſt copioſiùs explicabuntur. Nam cum negari factum non poteſt ad legitimas defenſiones, & exceptiones articulandas, & probandas recurrendum eſt.

8. In articulis formandis ſupradictus ordo tutò teneri poteſt, vt primo loco ponantur articuli ſuper negando facto, ſecundo articuli ſuper exceptionibus contra teſtes, tertio verò loco articuli ſuper bona vita, & moribus reorum, & licet aliquando aliud obſeruetur, vt primo loco ponantur articuli ſuper bona vita, & moribus reorum, & deinde alij ſubſequantur, parum refert, vtrum hic, vel ille ordo retineatur, dummodò articuli clarè & diſtinctè concipiant.

Annotationes Carenn ad Cap. 49.

S V M M A R I V M.

1 *De modo formandi articulos ad reorum defenſionẽ.*

1. Circa modum formandi articulos ad reorum defenſionem, debet Aduocatus ipſorum diligenter perquirere omnes fere fontes, ex quibus eorum defenſio hauriri poſſit, & ſic legere poterit totum titulum de defenſionibus Reorum *in 3 p. mihi tract. de Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis* cum D.D. ibi cumulatis, & an articuli tendentes etiam ad defenſionem abſentium, & contumacium ſint admittendi vide ibidem §. 20. *per totum.*

A R G V M E N T V M.

An poſtquam Reus produxit, & nominauit teſtes, poſſit alios producere.

S V M M A R I V M.

Teſtes vltra nominatos in articulis producens alios amplius nominare non poteſt. n. 1. contra n. 2 declara vt n. 3.

Forma interrogatoriorum, quæ fiſcus produxit ad effectum vt ſuper illis interrogentur teſtes examinandi ad defenſionem Reorum Inquiſitorum pro crimine hæreſis. n. 1.

Interrogatoria plura facienda per fiſcum vt ſuper illis interrogentur teſtes examinandi ad fauorem Rei Inquiſiti pro crimine hæreſis. n. 1. & ſeq.

Forma productionis interrogatoriorum, quæ exhibet fiſcus contra Reum volentem examinare ad ſui defenſionem. n. 2.

C A P. L.

1. Hoſtienſis, & eum ſequutus Ioannes Andreas putauit poſt ſemel productos, & nominatos teſtes, non poſſe Reum alios producere, quam nominatos, vel eoſdem tranſponere, Hoſtienſis in *dicto capitulo præſentium de teſtibus lib. 6. numer. 25. Verſic. Quid ergo ſi velis, vbi Ion. Andr. in gloſ. in verb. nomina.*

2. Sed magis ad æquitatem accedere videtur opinio affirmatiua, vt Inquiſitor ex cauſa, ſi fraudem & dolum abeſſe cognouerit, alios præter nominatos ex interuallo admittere poſſit, cui ſtylus Supremi Tribunalis conſentire videtur, vt patet ex capitulo mox ſequenti vbi procurator Fiſcalis Sanctæ Inquiſitionis exhibet interrogatoria ne dum contra teſtes iam inductos, ſed alios forſan inducendos, & hanc opinionem huius Tribunalis praxis obſeruat, & vbi caſus occurrit, ſic geri ſolet.

Dominus N. Procurator N. declarauit velle examinare teſtes ad fauorem ſui principalis talem teſtem, vel tales teſtes ſuper tali, & tali articulo.

Cæterum quamuis hæc opinio affirmatiua æqua, & tuta videatur, & ceſſante fraude ex cauſa in praxi obſeruari poſſit ab eo Inquiſitore, vel Epiſcopo, qui contra Reum proceſſum formare cæpit, ſecus tamen erit dicendum de illo, cui per remiſſoriam, de qua paulo poſt dicetur, committitur teſtium examen, cui non licebit admittere alios teſtes præter nominatos ſibi tranſmiſſos, & hoc bene videntur probare iura ab Hoſtienſe allegata *in l. diligenter ff. mandati & in c. cũ dilecta de reſcrip. & in c. Venerabili de offic. deleg.* Hoſtien. *in d. c. præſentium n. 25. Verſ. quid ergo ſi velis de teſtibus lib. 7.* 5.

Annotationes Carenn ad Cap. 50.

S V M M A R I V M.

1 *Æquum eſt nouos teſtes à reo productos admitti & cur.*

Sæpe diximus ex non publicatione nominum, & cognominum teſtium pro fiſco examinatorum, valde diminui reo defenſiones, vnde omni ratione conſentanea eſt, æquitas de qua auctor hic quod admittitur Reus ad producendos nouos teſtes ab inquiſitore quotieſcunque prudenter arbitrabitur, nullã ſubeſſe latere rei fraudis ſuſpicionem. 1.

A R G V M E N T V M.

Procurator Fiſcalis Sancti Officij dat interrogatoria teſtibus à Reo nominatis proponenda antequam examinentur ſuper articulis.

S V M M A R I V M.

Forma interrogatoriorum dandorum pro parte fiſci quando teſtes à reo nominati ad ipſius defenſam nominantur. n. 1. & ſeqq.

C A P. L I.

Svpra *cap. 30.* actum fuit de formatione, & exhibitione Interrogatoriorum quæ reus exhibere ſolet, vt Inquiſitor ſemper illis interroget teſtes à Procuratore Fiſcali contra ſe productos in iudicio plenario examinandos, & quando viciſſim Fiſcalis ſua exhibet interrogatoria, vt teſtes, quos reus producit ad ſuam defenſionem ſuper illis examinentur, in quo actu in Supremo Tribunali hæc praxis ſeruari ſolet. 1.

Interrogatoria infraſcripta dat, facit, exhibet, & producit Reuerendus Dom. N. Sanctæ Inquiſitionis N. Procurator Fiſcalis aduerſus hæreticam prauitatem in cauſa quam habet contra, & aduerſus N. in carceribus Sancti Officij detentum iuxta quæ prætenſos teſtes ad defenſum vt dicitur, inductus, ſeu forſan inducendos, antequam

ad

ad artlculos partis aduerſæ deueniatur diligenter interrogari. & per ipſos teſtes ſufficienter reſponderi petit, & inſtat, alias proteſtatur de nullitate examinis omni meliori modo &c.

1. Imprimis quilibet teſtis moneatur de vi Iuramenti, & de pœna periurij, & quod falsũ deponens non ſolũ Deũ, & animam propriam offendit, verum etiam acriter punitur, præſertim in cauſis S. Officij, in quibus agitur de extirpandis hæreſibus, & conſeruanda puritate fidei Catholicæ ad Dei honorem, & ſalutem animarum. Ideo bene aduertat ad ea quæ dicit, & caueat à mendacijs, & ſciat, quod falſum committitur nõ ſolum deponendo ea quæ vera non ſunt, ſed etiam tacendo ea, quæ vera ſũt, & deponendo de propria ſcientia, quæ non ſciuntur de certa ſcientia, ideo Deum præ oculis habeat.

2. Deinde interrogetur de nomine, cognomine, parentibus, patria, & habitatione, quantum habeat in bonis, cuius expenſis viuat de exercitio, an ſcit Regularis, Clericus, Laicus vxoratus, Pater familias.

3. Interrogetur, an fuerit confeſſus peccata ſua ſingulis annis, & Sacram. Euchariſtiam ſumpſerit, & præſertim in Feſto Paſchatis proxime præterito & an ſit vel fuerit vnquam proceſſatus, carceratus, bannitus, aut excommunicatus, quoties vbi, & quando, & pro qua cauſa, & an fuerit abſolutus, vel condemnatus, & in quam pœnam, & præſertim an ex cauſa falſi

4. Interrogetur an cognoſcat, vel cognouerit N. Reũ in carceribus S. Officij detentũ, à quanto tempore citra, & quæ fuerit cauſa cognitionis, & an ſit eius conſanguineus, vel affinis, & in quo gradu, & an fuerit, vel ſit eius amicus, domeſticus, familiaris, procurator, compater, ſocius, famulus, debitor, aut creditor, in qua ſumma, & pro qua cauſa.

5. Item interrogetur quomodo acceſſerit ad ſubijciendum ſe præſenti examini, an ab aliquo fuerit requiſitus à quo, ſub quibus verbis, & quid ipſe teſtis reſponderit, & an ſibi fuerint oſtenſi articuli ſuper quibus eſt examinandus, ſeu alias quomodolibet fuerit inſtructus, quid deponere debeat, & an fuerit ſibi aliquid datum, promiſſum vel remiſſum, & quid, ſeu, an aliquid commodi ſperet ex præſenti eius depoſitione, ſeu ex liberatione dicti N à carceribus S. Offic. & quid.

6. Item interrogentur, an ſciat, vel dici audiuerit prædictũ N. habuiſſe, vel habere aliquos inimicos, & quos, illoſque ſigillatim recenſeat, vnà cum cauſa inimicitiæ, & quomodo iſte teſtis talia ſciat.

7. Interrogetur, an cognoſcat, & quo tempore cognouerit N. & N. ſeu alterum ex ipſis exprimatur hic nomina, illorum teſtium, quos Reus nominauit. tamquam inimicos, & an ſciat, vel dici audiuerit, quod prædicti sũt viri probi, & fide digni bonæ conditionis, opinionis, & famæ & quod communiter habentur, & reputantur pro veridicis, & fide dignis.

8. Item interrogetur, an ſciat, vel dici audiuerit. inter prædictos, ſeu alterum ipſorum, & dictum N. in carceribus Sancti Officij detentum aliquando interueniſſe aliquam cauſam odij. vel inimicitiæ, & ſi negatiue reſponderit, non interrogetur vlterius, ſi vero affirmatiuè reſponderit, exprimat huiuſmodi cauſam, & dicat de quo tempore, & quomodo ipſe teſtis hæc ſciat, & de conteſtibus loco, & loco, & loci omnia ſigillatim referendo.

9. Hic obiter obſeruandum eſt, quod ſi Reus nominauerit plures pro inimicis ex diuerſis cauſis de ſingulis formanda ſunt ſingula interrogatoria proſequendo ſic.

Interrogetur, an cognoſcat, vel quo tempore cognouerit N de tali loco, & an ſciat, vel dici audiuerit quod d. N. eſt vir probus, fide dignus & bonæ conditionis, & famæ, & quod communiter habetur, & reputatur pro veridico, & fide digno.

10. Item interrogetur, An ſciat, vel dici audiuerit, quod inter præfatum N. & N. Reum carceratum, aliquando interceſſerit aliqua cauſa odij vel inimicitiæ, & ſi negatiuè reſponderit amplius non interrogetur, ſi verò reſponderit affirmatiuè, exprimat cauſam, ſeu cauſas, de quo tempore & quando ipſe teſtis hæc ſciat, de conteſtibus, loco & loco loci, omnia ſingulatim referendo.

11. Item interrogetur, an ſciat, vel dici audiuerit, quod aliquis inſtigauerit, vel induxerit aliquem contra prædictum N. in carceribus Sancti Officij detentum in cauſa pro qua carceratus exiſtit, & an ſeduxerit, ſeu ſollicitauerit teſtes aliquos ad deponendum contra eundem, & ſi negatiue reſponderit, vlterius non interrogetur, ſi verò affirmatiuè reſponderit, exprimat, quis, vel qui talia fecerint, & interrogetur de cauſa ſcientiæ, de conteſtibus, de loco & loco, loci, de tempore, & verbis præciſis, omnia ſingulatim referendo.

12. Item interrogetur, an ſciat quomodo prædict N fuerit educatus, & inſtructus, in his quæ ad bonos mores, & Chriſtianã Religionem ſpectant.

Item, Interrogetur, an bene notam habeat vitam & conuerſationem prædict. N. præſertim in illis quæ ad Catholicæ Religionis cultum ſpectant.

13. Item interrogetur, an ſciat N. habuiſſe, & tenuiſſe conuerſationem hominum bonæ vitæ, vel potius hominum prauorum, & corruptorum morum & ſi affirmatiue reſponderit exprimat nomina eorum, & cauſam ſcientiæ.

1. Item interrogetur, an ſciat, vel dici audiuerit quod prædictus. N. in Ciuitate N. vel in loco N. fuerit habitus pro ſuſpecto de hæreſi, & pro homine malæ conditionis, opinionis, & famæ in ſpectantibus ad Sanctam Fidem Catholicam, & Religionem Chriſtianam, & ſi affirmatiue reſponderit, interrogetur de cauſa ſcientiæ exprimendo errores, & hæreſes, & de conteſtibus, de tempore & loco, & loco loci, omnia ſingulatim referendo.

In cæteris ſuppleat diligentia D. Iudicis examinantis quatenus pro opportunitate materiæ, & reſponſionum teſtium examinandorum alias ſint interrogatoria formanda.

15. Vel ſic, & quatenus pro opportunitate reſponſionum ipſorum teſtium examinandorum, alia interrogatoria ſint formanda pro magis clare, & integre veritate habenda, ſuppleat diligentia; & religio D. Iudicis

Poſt interrogatoria producta in fine folij, vel foliorum interrogatoria continentium Notarius productionem ſolet notare modo infraſcripto.

Die N. Menſis N. Anni N. Reuerendus Dom. N. Procurator Fiſcalis inquiſitionis N. produxit & exhibuit mihi Notario.

Annotationes Carenæ ad Cap. 51.

SVMMARIVM.

1 *Forma interrogatoriorum Fiſcalis* S. Officij.

Hic ponitur forma interrogatoriorum producendorum per Fiſcalem S. Officij, de qua, & ſimili alia forma, vide Patrem Maſſinum *in praxi fol. mihi* 113. *Verſ. II. Fiſcale poi.* 1

ARGVMENTVM.

In ordinandis, & proponendis iſtis interrogatorijs quid ſit obſeruandum & quæ cautelæ ſint fugiendæ.

SVMMARIVM.

Procurator Fiſcalis quid obſeruare debeat in conficiendis interrogatorijs ſuper quibus ſunt interrogandi teſtes examinandi ad fauorem Rei n. 1.

Procurator Fiſcalis in fine interrogatoriorum, quæ facit quando Reus producit articulos ad ſui defenſionem debet petere vt Inquiſitor teſtes examinaturus pro opportunitate materiæ, & reſponſionum, quas teſtes debent, faciat Interrogatoria. n. 2.

Interrogatoriorum copia danda non eſt præſenti, qui articulos produxit n. 3.

Interrogatoria de credulitate ſunt cauilloſa, & non admittenda n. 4.

Interrogatoria de poſſibilitate, an ſint admittenda. n. 5. & 6.

Cap. LII.

1. IN ordinandis primis ſex, vel ſeptem interrogatorijs generalibus in omnibus fere cauſis, quæ dicti teſtium nituntur, regulariter dari ſolitis exiguus labor exigitur, in alijs magis requiritur Procuratoris Fiſcalis induſtria, cum vt Speculator, & alij prudenter cenſuerunt, interrogatoria ſint Interrogationes, quæ pars vult teſtibus contra ſe examinandis fieri ſuper negotijs, vel cauſis, & negotiorũ vel cauſarum circumſtantijs. Itaque vt Procurator Fiſcalis legitima, & opportuna interrogatoria formare poſſit cauſæ merita intuebitur, & delictorum qualitatem, & circumſtantias expendet, vt illis ipſis hærendo talia interrogatoria teſtibus pro innocentia reorũ examinandis proponantur, vt ad veritatem penitus indagandam, & inueniendam facilior aditus pateſiat neque omittat frequenter in interrogatorijs repetere, vt de cauſa ſcientiæ quilibet teſtis interrogetur, ſpeculator *tit. de teſte § 6. de interrogatorijs in princ.* quem refert, & ſequitur Albericus de Malettis *tract. de teſtib. c. 8. de interrog. n. 1.*

2. Legitima praxis eſt, quam Procurator Fiſcalis Supremi Senatus Sanctæ, & Generalis Romanæ Inquiſitionis obſeruat, vt in fin. interrogatoriorum petat vt Inquiſitor, qui teſtes examinaturus eſt, pro opportunitate materiæ, & reſponſionum, quas teſtes dabunt, alia poſſit opportuna interrogatoria formare. Sæpe enim contingit, dum examinantur teſtes talia ab ipſis proferri, quæ nouis interrogatorijs indigeant. Ita plerumque neceſſarijs, & ad
3. rem pertinentibus, vt maxime inde veritas pateſiat, licet enim vt ait Albericus de Malett. quidam antiqui Doctores oppoſitam ſententiam tenuerint, verius tamen eſt opinio affirmatiua Speculator. quam Albericus laudat, vt poſſit iudex interrogatorijs ipſis teſtibus faciendi pro veritate indaganda, & exquirenda ſupplere, Speculator. *t. de teſte § 6. de interrogatorijs in princ.* Alberic. de Malet. *tract. de teſt. c. 8. n. 2. Verſ. poterit etiam iudex.*

4. Prudenter quoque Speculator, & Albericus animaduertunt parti teſtes producenti non eſſe danda copiam interrogatoriorum, tum propter euitandam ſubornationem, tum quia interrogatoria dantur ad inſtructionem iudicis examinantis. Dabuntur ergo interrogatoria ſecretè per partem ipſi iudici cuius Officium erit ſuperflua, & calumnioſa reſecare vt ſup. c. 31. *copioſe* dictum fuit, ſpeculator *t. de teſte § 6. de interrogatorijs in princ.* Alberic. de Malet. *tractat. de teſtibus cap. 8. num. 1. Verſ. nec de talibus interrog.*

Generaliter in omni foro, atque iudicio diligenter debent Iudices curare, vt repellant aſtutiam & cautelam quorundam Aduocatorum, & Procuratorum ſtudentium infringere dicta teſtium qui ſæpe ſolent poſt omnia interrogatoria addere, vt interrogetur quilibet teſtis. An credat omnia quæ ſupra dicta ſunt, nam ſi teſtis affirmatiuè reſponderit ſe credere, videtur tunc credere de omnibus prædictis, quo caſu non valet dictum ipſius tamquam de credulitate deponentis; vnde merito eiuſmodi cautelam ſpeculator, & Albericus reprobarunt, quæ maxime in hoc foro animaduertenda ſunt, vbi de veritate ſimpliciter inuenienda, & de recto iudicio faciendo tractatur, Specul. *t. de teſtibus § 6. de interrogatorijs in fin. n. 24 Verſ. in ſum. caueat Iudex*, & Alberic. de Malett. *tract. de teſtibus c. 8. n. 26. Verſ. eſt notandum.*

Quandoque obſeruare Procuratorem Fiſcalem 5.
Sanctæ Inquiſitionis in fine interrogatoriorum, tale interrogatorium contra quendam Reum propoſuiſſe. Item interrogetur, an ſciat, vel dici audiuerit, quod dictus N. in dicta Ciuitate N. fuerit habitus pro ſuſpecto de hæreſi, & pro homine malæ conditionis, opinionis, & famæ in ſpectantibus ad Sanctam Fidem Catholicam, etſi affirmatiuè reſponderit, interrogetur de cauſa ſcientiæ, exprimendo errores, & hæreſes de conteſtibus, de tempore, de loco, & loco loci ſigillatim omnia referendo, ſi verò negatiuè reſponderit, interrogetur an eſſe poſſit, quod dictus N. fuerit habitus pro ſuſpecto de hæreſi, & alias malæ vitæ conditionis, & famæ in ſpectantibus ad Sanctam Fidem Catholicam & tamen ipſe teſtis hoc neſciat.

Secunda pars huius interrogatorij periculoſa vi- 6.
detur, apta ſcilicet ad improbandum dictum teſtis, nam ſi teſtis reſponderit poſſibile eſſe, quod N. fuerit habitus pro ſuſpecto de hæreſi, id tamen teſtis neſciuerit, vel neſciat dictum ipſius laborabit.

Et licet Albericus de Malettis, & Arnoldus de Reyger eum ſequutus, valde laudent huiuſmodi Interrogatorium, dicentes illud optimum, & mirabile, quo dicta fere omnium teſtium reijci poſſunt, vt quando teſtis depoſuit dictum ſuum, tunc interrogetur, An poſſibile fuiſſet rem aliter ſe habuiſſe, quod teſtis eo tempore ignoraſſet; nam ſi fatetur tunc fuiſſe impoſſibile, ille teſtis non probabit, quoniam teſtis concludere debet de præciſa neceſſitate, licet inquam iſti Doctores laudent huiuſmodi interrogatorium. Ego potius in hoc Foro, ſi à Procuratore Fiſcali proponeretur, putarem ab Inquiſitore reſecandum, ne ſi teſtis imperitus, quales ſunt omnes fere plebei, & vulgares, reſponderet poſſibile fuiſſe vel eſſe, Idem Procurator Fiſcalis poſt confectum proceſſum, quando probationes expenduntur omnes probationes reorum per iſtam cautelam in diſcrimen adduceret. Caret ergo Inquiſitor per legitimas interrogationes ſic habere claras, & diſtinctas teſtium reſponſiones, vt veritate inuenta, iuſtum iudicium fiat, Alberic. de Malett. *tract. de teſtibus cap 8. de interrogatorijs n. 8. Verſ. addito vos*, Arnoldus de Reyger *in Theſaur. Iur. tit. de interrogatorijs n. 577. Verſic. nota optimum*

&,

& mirabile Interrogatorium, quo loco hoc dictum tribuit Alberico de Roſate, ſed ego non inueni viſi in Alberico de Malettis.

Annotationes Carena ad Cap.52

SVMMARIVM.

1 *Obſeruanda per Aduocatum Fiſcalem in formatione horum interrogatoriorum.*
2 *Interrogatorium an ſit poſſibile reſecandum.*

1. DE obſeruandis in formandis iſtis interrogatorijs, iam dictum fuit ſupra cum de Interrogatorijs rei ad articulos fiſci, & quoniam interrogatoria hæc fiunt ad instructionem Iudicis, ideò bene auctor dixit quod eorum copia non debet dari parti, de quo vide Farin.*de teſt.q.*73.*n.*16

2. Interrogatorium an poſſibile ſit &c. tecte dixit eſſe ab Inquiſitore reſecandum quia poteſt inuoluere dictum teſtis, & ſicut non debet admitti pro fiſco contra teſtes rei, ita nec debet admitti pro reo contra teſtes fiſci ex regula generali de interrogatorijs cauilloſis, de quibus Scaccia *de Iud.l.*1. *c.*86 *n.*32.*&* Farin.*dicta q* 73.,*num.*51.

ARGVMENTVM.

Exemplum, & praxis examinandi teſtes ad defenſionem Reorum.

SVMMARIVM.

*Forma examinandi teſtes ad defenſionem Reorum ſuper interrogatorijs datis pro parte fiſci n.*1.
*Forma examinandi teſtes ſuper articulis datis pro parte reorum carceratorum pro crimine hæreſis num.*2.
*Forma concludendi examen teſtium examinatorum ad defenſionem rei inquiſiti, & carcerati pro crimine hæreſis n.*3.
*Interrogatoria danda examinandis ad fauorem reorum debent continere proteſtationem de nullitate examinis niſi teſtes examinentur ſuper omnibus interrogatorijs.n.*4.
*Interrogatoria facienda teſtibus ad defenſionem rei examinandi debent ſcribi per extenſum n.*5.
Forma omittendi examinationem teſtium ſuper aliquo articulo de voluntate producentis.n 6.
*Teſtes plures quando ſunt examinandi, ſi dubitatur quod vnus teſtis examinatus conferat ſuam depoſitionem cum alijs examinandis teſtibus retinetur donec omnes fuerint examinati n.*7.*&* 8.
*Teſtium examinatorum ad defenſam copia non eſt danda Reo, niſi perfecto examine omnium teſtiũ n.*9.

CAP. LIII.

1. DIE N. Menſis N. Anni N.
Examinatus fuit in Ciuitate vel loco N. in Palatio ſiue in Officio Sanctæ Inquiſitionis N. per Reuerendiſſ. Patr. Domin. N. Ord. N. Inquiſitorem aſſiſtente D. N. eius ſocio, meq. Notar.&c.

Dom. N. filius quondam N. de terra, vel loco N. Diœceſis N. talis profeſſionis ætatis ſuæ annorum N. vel circa, teſtis pro parte O. inductus ad eius defenſam, cui delato iuramento de veritate dicenda, & per eum præſtito fuit primum examinatus ſuper interrog R. Dom. Procuratoris Fiſcal.&c.

Iuxta primum fuit monitus prout in eo.

Et reſpond. *Io ſon qui per dire la verita*, ſiue rectè reſponderit, ſiue non ſcribatur prout teſtis reſponderit.

Iuxta ſecundum reſpondit eſſe nominis cognominis, & patriæ vt ſupra, & eſſe ætatis annorum N. & eſſe talis profeſſionis &c. ſcribatur punctualiter prout teſtis reſponderit.

Iuxta tertium reſpondit &c. ſcribatur ſimiliter prout teſtis reſponderit.

Iuxta quartum reſpondit, ego cognoſco, vel non cognoſco N. de quo loquitur interrogatorium, ſcribat ſimiliter Notarius quidquid teſtis reſponderit.

Iuxta quintum reſpondit ego veni ad ſubiiciendum me examini propter talem cauſam &c. Scribatur ſimiliter quidquid teſtis reſponderit, donec totum interrogatorium euacuauerit.

Iuxta ſextum reſpondit &c.& ſi teſtis affirmatiuè reſponderit, dicendo ſe ſcire, quod Reus ad cuius defenſã examinatur, habeat ioimicos, exprimat illos, & referat cauſas inimicitiarum, nã huius interrogatorij magnus eſt effectus, quia ſi teſtis ad defenſionem rei examinatus nominauerit perſonas, vel teſtes qui contra carceratum teſtificati fuerunt, & cauſas legitimas inimicitiæ, recenſuerit, vnde vel adimatur, vel minuatur fides teſtiũ contra Reum deponentium magna, & præcipua erit defenſio.

Iuxta ſeptimum reſpondit &c. ſimiliter hic curandus eſt, vt teſtis, qui ad defenſionem Rei examinatur euacuet interrogatorium iuxta contenta in eo propter cauſam proxime dictam ſuper proximo interrogatorio.

Iuxta octauum reſpondit &c. ſimili modo. hic ſcribatur, quidquid teſtis reſponderit circa odiũ & inimicitiam talis, & talis, contra reum carceratum.

Iuxta nonum reſpondit &c. ſimiliter hic ſcribatur, quidquid teſtis reſponderit de bona vel mala fama illius de quo agitur quia multum prodeſt ad augendam vel minuendam Fidem.

Iuxta vndecimum reſpondit &c. ſimili modo ſcribatur punctualiter quidquid teſtis reſponderit.

Iuxta 11. reſpondit &c. Hoc interrogatorium eſt magni momenti, nam ſi teſtis, qui ad defenſionem rei examinatur affirmatiuè, reſpondendo detexerit aliquem inſtigatorem, vel inductorem teſtium, qui contra reum depoſuerunt, magna præſumptio erit, quod iniuſtè, & calumnioſè fuerit accuſatus, & patienter aditus aperietur Inquiſitori ad indagandam veritatem.

Iuxta 11. reſpondit &c. Et hoc quoque interrogatorium bene euacuatum per teſtes ad defenſionem receptos, magnum præbebit adminiculum Veritati. Nam ſi teſtes de bona, & Chriſtiana educatione teſtificati fuerint, valde proderunt reo ad eius defenſionem, multum enim præiudicabunt reo, & valde ſuffragabuntur Procur. Fiſcali. ſi de mala educatione, & malis moribus teſtimonium tulerint.

Iuxta 13 reſpondit &c. Et hoc quoque interrogatorium propter cauſam ſupraſcriptam multum ſuffragabitur veritati, ſiue ad condemnationem, ſiue ad abſolutionem.

Iuxta 14. reſpondit &c. Hoc interrogatoriũ bene euacuatum idem adminiculũ præſtabit, quia ſicut ex bonorũ conuerſatione oritur bona præſumptio, ita ex malorum conuerſatione capitur mala ſuſpicio.

Iuxta 15. reſpondit &c. Similiter hoc interrogatorium

gatorium bene euacuatum, multum confert ad indagandam veritatem, quia ſicut bonam vitam, & ſanctitatem alicuius fama publicare ſolet, ſic non ſolet tacere malox mores, & malam credulitatem eorum qui irreligiose viuunt, licet hoc ſæpe fallat vt apparet in vita, & moribus hypocritarum, qui cùm impie viuant, & ſententiam in occulto per actusexteriorex boni Chriſtiani apparent.

Simili modo interrogabuntur teſtes, & ſcribentur eorum reſponſiones ſuper cæteris interrogatoriis, licet multa Procurator Fiſcalis dederit ſinito examine ſuper interrogatorijs, ſubſequitur examen ſuper articulis, & continuatur ſic.

Deinde deuentum fuit ad articulos N. vel ſic.

Deinde deuentum fuit ad articulos pro parte N. productos ac.

1. Super primo articulo dixit &c. ſcribatur quidquid teſtis dixerit, & præſertim quidquid ad factum principale pertinuerit vnde intelligi poſſit affirmatiua, vel negatiua delicti, à Reo commiſſi, vel non commiſſi, vt perſiſtendo in eodem exemplo, de eo qui negauit Purgatorium, dicat teſtis, & ſcribat notarius, id quod à teſte probatum pro fiſcale, vel contra ipſum fecerit.

2. Super ſecundo dixit &c. exprimatur ſimiliter id quod teſtix dixerit, nam ſi affirmauerit, quod ponitur in articulo, quod poſtquam animæ ſeparantur à corpore in gratia Dei, in quibus tamen remanet aliquid purgandum, tendunt ad locum, in quo purgentur, & inde poſtea liberatæ perueniunt ad Regnum Cœlorum, magna defenſio erit pro reo, quod verè non negauerit Purgatorium.

3. Super tertio articulo dixit &c. ſi teſtis affirmatiuè reſponderit de celebratione Miſſarum pro animabus exiſtentibus in Purgatorio præcipua quoque defenſio erit pro reo, nam iſta non fiunt à negantibus Purgatorium, vel Reſurrectionem mortuorum.

4. Super quarto articulo dixit &c. ſimiliter ſi teſtix ad defenſionem Rei examinatus, affirmatiue depoſuerit de actibus particularibus datarum eleemoſinarum pro celebrandis Miſſis pro defunctis multum prodeſt ad rei defenſionem.

5. Super quinto articulo dixit &c. iſte quoque actux particularis articulatus, & probatus, probabile indicium præſtabit innocentiæ Rei, ſignanter dicitur quod præſtabit indicium probabile, quia quandoque iſti actux exteriorex fieri ſolent ab huiuſmodi nebulonibus malè credentibus, vt ab hominibus bene credentes, & boni Catholici putentur.

6. Super ſexto dixit &c. hoc indicium deſumptum ex recitatione officij mortuorum, præſertim aſſidua, & continuata, maiorem præſumptionem facit ad excludendam, malam credulitatem ſuper art. de Purgatorio.

7. Super ſeptimo dixit &c. iſti actus exteriores de præſtanda adoratione ſacris Imaginibus iuuare poſſunt ad innocentiam Rei probandam, ſed non ad inducendam contrariam probationem, cum iſti actus exteriores ſimiliter fieri poſſint à male ſentientibus de cultu, & veneratione Sacrarum Imaginum, vt ab hominibus bene ſentientes, & recte credentes exiſtimentur.

8 Super Octauo articulo dixit &c Reſponſio quoque ad iſtum articulum affirmatiua iuuat pro innocentia, ſed non excludit omnino præſumptionem malæ credulitatis, niſi multi alij actus concurrant,

9. Super nono articulo dixit &c. Si articulus iſte de retenta Imagine Beatiſſimæ Virginis Mariæ cum cultu, & adoratione benè probatetur per plures, aut ſaltem per duos teſtes idoneos magnum argumentum præſtaret pro innocentia.

10. Super decimo articulo dixit &c. idem obſeruandum occurrit, quod ſuper proximo art. obſeruatur.

11. Super 11. art. dixit &c. Idem obſeruandum occurſit, quod proxime obſeruatum eſt, ſed aduertendum, quod ſi plures actus huiuſmodi probarentur maiorem facerent præſumptionem pro rei innocentia ad excludendā incredulitatem ſibi oppoſitam.

12. Super 12. art. dixit &c. idem obſeruandum, quod in ſuperioribus obſeruatum fuit

13. Super art. dixit &c. ſi reus per teſtes ad ſuam defenſionem inductos probauerit, quod ipſe tempore commiſſi delicti non erat in loco in quo teſtex, qui contra eum teſtificati ſunt delictum ab eo commiſſum fuiſſe affirmauerunt, & procul dubio abſoluendus erit, quia neceſſariò infertur, quod ipſe non commiſit tale delictum, quod multo magis verum erit ſi probauerit ſe eo tempore fuiſſe in loco ab eo remoto, & diſtante à loco commiſſi delicti, vt impoſſibile fuerit eodem die vel hora fuiſſe in loco, in quo teſtes dixerunt fuiſſe ab eo delictum commiſſum. Videantur Hoſtien. *in c. præterea n. 4. de teſtibus cogen.* & Albericus de Maiet. is *tr. de teſtibus c. 9. n. 2 ſupra Allegati c. 41. tit. de teſte ſibi contrario.*

14. Super 14. art. dixit &c. ſimiliter ſi Reus diminauerit teſtes qui contra ipſum depoſuerunt, & probauerit eos ſuos eſſe inimicos, per cauſas, ex quibus inimicitiæ oriri ſolent præſertim capitales, de quibus copiose dictum fuit in Directorio: magnam ſibi defenſionem comparabit. in directorio *p. 2. comm.* 116 *ſuper q. 67.* videatur etiam Hieronymus, Gabriel *conſ. 74 l. 2.*

15. Super 15. artic. dixit &c. ſi articulus probatus fuerit, & cauſa rixæ fuerit talis, quæ odium maximum ſit apta producere etiam in hoc crimine repellit teſtem, Hieronymus Gabriel. *d. conſ.* 174. *l. 1.*

16. Super 16. art. dixit &c Idem occurrit obſeruandum, quod ſuper proximè præcedentibux articulis obſeruatum eſt.

17. Super 17. art. dixit &c. Idem obſeruandum eſt, quod in proxime præcedentibus eſt obſeruatum.

18. Super 18. art. dixit &c. Hic articulus probatux magni momenti eſt, nam ab origine, & educatione magnum ſumitur argumentum, vt ſupra c. 14. de examine reorum oſtenſum fuit.

19. Super 19. art. dixit &c. Idem quod in proxime ſuperiori obſeruandum eſt.

20. Super 20. artic. dixit &c. ſi eum vita in iuuenili ætate honeſte acta, conſentiant actus ſubſequentix vitæ innocenter quoque actæ pro innocentia Rei, multum præſumendum erit, huiuſmodi autem actus facile intelligi poterunt ex dictis teſtium, notas habentium vitam, & actiones rei, iuxta qualitatem ſtatus cuiuslibet Nam ſi de Epiſcopo ageretur, inquirendum eſſet, an munera Epiſcopalia aſſidue, & decenter exerceat ſi de presbitero curam animarum habente, ſimiliter, an ei diligenter inuigilet, & à prauis, & inhoneſtis conuerſationibux abſtineat, & an potius det operam libris caſus conſcientiæ explicandis, quam laſciuis, & ſortilegia, & dæmonum inuocatione continentibus, ſimilis Inquiſitio fiet de Virix Religioſis, & magiſt decentibus, & iuuenes inſtituentibus, & de cæteris hominibus iuxta cuiuslibet ſtatum, & conditionem.

21. Super 21. articulo dixit &c ſi contenta in hoc articulo de frequentia Sacramenti pœnitentiæ, in ſumptione Euchariſtiæ, legitimè probentur, magnum præſidium innocentiæ præſtabit.

Super

22. Super 22. articulo dixit &c. Idem obſeruandum eſt quod ſuper proximo ſuperiori, nam ſi probabitur Reum Eccleſiaſtica præcepta inuiolabiliter obſeruaſſe, innocenter egiſſe putabitur.

23. Super 23. articulo, dixit &c. fama quoque bona probata innocentiæ adminiculum præſtabit.

Similiter ſcribentur, & notabuntur teſtificationes ſuper aliis atque aliis articulis, quando plures alios reos dederit.

3. Finito examine more ſolito iniungitur teſti ſilentium cum iuramento, & vt manu propria, ſi ſcit ſcribere, ſe ſubſcribat, & dicitur ſic.

Quibus habitis fuit dimiſſus ſub Iuramento ſilentij habita prius ſua ſubſcriptione, vel ſic.

Quibus habitis fuit dimiſſum examen, iniuncto vt ſe ſubſcribat, dato ei iuramento de ſilentio ſeruando in forma.

Ego N. pro veritate depoſui, vt ſupra.

Item ſubſcriptiones generaliter fiunt lingua vulgari quia regulariter teſtes neſciunt Latinè loqui nam ſi teſtes Latinè ſcirent, latinè poſſent ſe ſubſcribere.

Obſeruatio I.

4. SVper conſideranda Procuratoris Fiſcalis proteſtatione, quam facit in exhibitione interiorum.

Animaduertat Inquiſitor Fiſcalis proteſtationem contentam in proœmio ſuorum interrogatoriorum ſupra *cap. 50. in principio §. Interrogatoria*, vbi proteſtatur de nullitate examinis niſi teſtis examinetur, ſuper omnibus interrogatoriis, & videat quæ dicta fuerunt *cap. 31. in reg. 9. & 10.*

5. ### *Obſeruatio II.*

MEminerit Inquiſitor, vt interrogandis teſtibus ſcribere faciat omnia interrogatoria per extenſum, ſicut ordinatum fuit, & explicatum *cap. 31. in fine obſeru. 3.*

6. ### *Obſeruatio III.*

QVando de voluntate Rei producentis articulos omittuntur aliqui, vel aliquis, ſuper quibus, vel quo non deponit teſtis, notandum eſt in ſerie examinis ſic.

Super tali articulo ommiſſis aliis de voluntate producentis dixit &c.

Obſeruatio IV.

7. SVper retinendo teſte donec alij fuerint examinati.

Si de alicuius teſtis Fide, conſtantia, & ſilentio dubitaretur, quod ſi finito examine dimitteretur, poſſet cum teſtibus examinandis ſermonem habere, retineri poteſt, & ſolet in Sancto Officio donec alij teſtes fuerint examinati, & in fine teſtificationis talis teſtis dicitur ſic.

Quibus habitis fuit dimiſſum examen, iniuncto ipſi teſti, vt ſe ſubſcribat.

Et quoniam adhuc ſunt examinandi alij teſtes ſuper eiſdem materiis, ac continuato tempore, ne teſtes examinandi poſſint cum teſtibus iam examinatis ſermonem habere, Dominus mandauit ipſum teſtem retineri in Sancto Officio ad omnem bonum
8. finem, & effectum, donec alij teſtes fuerint examinati, & ita mandauit omni meliori modo &c.

Signanter dictum fuit ſi dubitaretur de Fide, & de ſilentio alicuius teſtis, quia tunc retinendus eſt, donec alij teſtes fuerint examinati.

Secus autem regulariter fieri ſolet cum teſtibus probis, & bonæ conditionis, & famæ, qui a præfato periculo reuelandi ſuas teſtificationes procul eſſe putantur.

Obſeruatio V.

SVper non danda copia atteſtationem ante finitum examen.

Sæpe contingit reos, vel eorum Procuratores petere copiam teſtium examinatorum ad defenſionem, 9.
& interim conari, vt in examinandis aliis contineatur, ſed hoc fieri non debet, niſi cum infraſcripto temperamento, & decreto.

Dominus Inquiſitor auditio N. Procuratore N. in carceribus Sancti Officij detenti, decreuit, vt facta declaratione in actis per principalem nolle alios teſtes examinare ad ſuam defenſionem, detur ſibi copia teſtium examinatorum.

Quod ſi principalis fecerit talem declarationem & renunciauerit vlteriori examini, tunc dari copia, poterit, ſin minus non ſolet dari copia, nec de iure dari poteſt antè finitum examen in Tribunali Rotæ hæc praxis ſeruari regulariter conſueuit.

Annotationes Carena ad Cap. 44.

SVMMARIVM.

1 *Forma examinis teſtium ad defenſam.*

HAbes hoc loco formam examinis teſtium ad defenſam de qua etiam Pater Maſſinus *p. 4. fol. mihi* 117. Impreſſionis Genuæ anni 1625. Circa quam vide quæ dixi *in tertia parte in titulo de teſtibus quo ad examen, & titulo de defenſionibus reorum.*

ARGVMENTVM.

De remiſſoria, an in hoc foro dari poſſit, & quando, & quomodo ſit exequenda.

SVMMARIVM.

Remiſſoria regulariter in criminalibus non conceditur n. 1. fallit in crimine hæreſis n. 2.

Remiſſoria conceditur ad examinandum teſtes ſenes, & valetudinarios. num 3.

Remiſſoria conceditur ad examinandum teſtes exiſtentes in locis remotis, ſiue in alienis Diœceſibus, qui commode ad Inquiſitores venire non poſſunt. n. 4.

Remiſſoria conceditur ad examinandos teſtes, vt puta Marchiones, Duces, Comites, & eorum Vxores, n. 5. & 6. vbi an Inquiſitores debeant accedere ad domum iſtarum illuſtrium perſonarum.

Remiſſione concedenda ad examinandas moniales, & alias honeſtiores fœminas num. 7.

Remiſſoria quando conceditur mittendi ſunt articuli, & interrogatoria ad illum iudicem, cui committitur examen. num. 8.

Remiſſoria quando conceditur articuli producendi ſunt coram iudice cauſæ, & non coram iudice remiſſoriæ. num. 9.

Forma quam Iudex remiſſoria ſeruare debet in examinandis teſtibus.n.10.

Remiſſoria conceditur in crimine hereſis ad defenſionem Rei, an in teſtium examine citandi ſint filia eiuſdem Rei n.11.& 12.

Remiſſoria Iudex debet Iudici committenti fideliter tranſmittere copiam teſtium examinatorum authenticam, & cum originali collatam.n.13.

Cap. LIV.

1. SÆPE contingit teſtes repetendos, aut aliàs examinandos eſſe abſentes à loco, in quo fit Iudicium contra aliquem huius criminis Reum, & propterea oportere ad eos examinandos fieri remiſſionem, ſiue alicui debere committi examen. Ideo quà cautela hoc facere poſſint, & debeant Inquiſitores, breuiter iudicabunt.

Doctores enim communiter tradiderunt regulam negatiuam, quod in criminalibus non ſit concedenda remiſſoria, ex eo quod Iudex per ſe ipſum debet interrogare teſtes, & explorare, qua conſtantia, aut qua trepitudine, & cultu loquatur, quod non ita præſtare poſſunt illi quibus committeretur examen. Doctores communiter *in authent. apud eloquentiſſimum*, vbi Odofredus, & Bald. *in principio*, Cynus *n.1.* Salicetus *in Sum. C. de Fide Inſtr.* Capyc. *de iſ 90 n.15.* Socin. Sen. *conſ.* 60. *n.* 1. *&* 2 *lib.* 2. Grammaticus *conſ* 41.*n.* 15. Octauius Cacheranus *conſil.64.num.20 & ſequentibus, & conſilio 65. n.7.*

Et ſignanter in crimine hæreſis non eſſe concedendam remiſſoriam voluit Seuerolus contra Felinum, quia in probatione huius criminis maior requiritur diligentia, & ſolemnitas, quam in cæteris deſideretur. Hercules Seuerolus *tractat. de remiſſionibus litigatorum c. in fine, Verſiculo addit Felinus.*

2. Sed quidquid ſit in alijs criminibus, & quidquid ſenſerit Seuerolus in crimine hæreſis rectè concedi poſſe remiſſoriam cenſuerunt Felinus, Auguſt. Ariminenſis, Proſper Carauita, Veſtrius, Symancha, Penia, & alij, quam ſententiam huius fori praxis obſeruat, Felin. *in c. cum cauſam n.23. Verſ. fallit.1. de teſtibus* Auguſt. Arim. *ad tract. Angeli de Maleficijs tit qui Iudex ſtatuit terminum n.33. verſ. Item hoc non habet locum*, Proſper Carauita *ſuper ritibus magna Curia ritu 157.n.9.verſ.7. fallit* Octauianus. Veſtrius *in praxi Romana Curia libro ſexto cap. vlt. numero primo Verſiculo Idem ſi hereſis Inquiſitor*, Simanchas de Cathol. *Inſt. titulo 64 de teſtibus num.11.* Et Ego Franc. Pegna *in director. Inquiſitorum parte tertia, commentar.* 10. Additio. ad Panormitanum *in cap. primo, de teſtibus cogen. in litera D.*

Firmata ergo regula, quod teſtium examinatio ab ipſiuſmet Inquiſitoribus fieri debet, vt ſupra multis locis oſtenſum fuit; plures caſus occurrunt in quibus à præd. receditur, & in hoc foro alteri committitur examen.

Primus caſus eſt, quando teſtis, vel teſtes ſunt ſenes, & valetudinarij, & ſunt extra Diœceſim, ita vt ad Iudicem facile venire non poſſint, tunc enim examen eſt alteri committendum, Rota in vna Hiſpalenſ. Matrimonij coram Fabio incip. *In cauſa Hiſpalenſ.* habetur *part.1.lib 2. diuerſ decis* 221. & in vna Rauennatenſ. Terrarum *die 5. Iuny anni* 1560. coram Paleotto Incip. *fuerat alias decreta* habetur *part.1.lib.3. diuerſ. deciſ.* 618. & hic eſt vitatus ſtilus Rotæ.

Et in hoc caſu Simanch. cenſuit poſſe Inquiſitores committere examinationem teſtium Vicario Epiſcopi, & prudenti viro, qui tabellione, ſiue ſecretario cauſæ teſtimonia ſcribente teſtes examinet, Simanch *de Cath. Inſt t.64. de teſtib n.* 10.

Secundus caſus eſt, quando teſtes ſunt in locis remotis, ſiue in alienis Diœceſibus, qui ſine magna impenſa non poſſent venire ad Inquiſitores, vt ab ipſis examinentur, tunc enim alteri oportet committere examen, & de iſto caſu, Simanchas idem quod de primo ſentire videtur. 4.

In Sopremo tamen Tribun. Sanctæ, & General. Inquiſition. Romanæ in vtroque caſu frequentiori vſu receptum videtur, vt examen teſtium extra Diœceſim exiſtentium committatur Inquiſitori illius Diœceſis, in qua ſunt teſtes, etiam abſque aliqua participatione cum Epiſcopo, vel eius Vicario.

Tertius caſus eſt, quando teſtes ſunt Illuſtres quales ſunt Marchiones, Duces, Comites, & eorum Vxores, & Fratres, & iſto caſu Rota ſic diſtinxit, ſi prædictæ perſonæ ſunt Iluſtres, in loco vbi ſit Iudicium, Iudices poſſunt ire ad eorum domos ad eos examinandos, nec eſt examen committendum Notario. Si verò prædicti teſtes illuſtres ſint extra locum poſſunt Iudices mittere Notarium cum bono interprete ad recipiendum iuramentum, & depoſitiones talium teſtium. Idem de hoc caſu ſentire videtur Simanchas, Rota coram Fabio *deciſ.* 221. incip. *in cauſa Hiſpalenſ.* habetur *p.3.l.2. diuerſ.* Simancha *de Cath Inſtit.t. 64. de teſtib.n.* 13. 5.

In iſto caſu ſi facile Inquiſitores accedere poſſunt ad iſtos teſtes illuſtres examinandos id præſtare debent ſin minus alteri Iudici Eccleſiaſtico, vel prouido viro, & honeſto, qui cum Notario legitimè examinare nouerit, committi poſſe examen cenſuit quædam Inſtructio, olim Hiſpaniæ Inquiſitoribus præſcripta, à qua non diſſentit Couarruuias Cæterum ſi perſonæ iſtæ in loco remoto ſunt, tutius eſt idem ſeruare quod in primis duobus caſibus dictum eſt, vel alteri viciniori Inquiſitori, vel Epiſcopo, vel eius Vicario committatur examen, qui poſtquam teſtes diligenter examinauerit modum, & conſtantiam, & aliàs teſtium, & teſtimoniorum circumſtantias ad Inquiſitorem, qui commiſit examen, mittere debet. Inſtructio Hiſpalenſ. anni 1484.*c.*17. Couaruu. *l 2. var. reſ. c.13.n. 9. verſ. ſic in quæſt.* 6.

Quartus caſus eſt quando examinandæ ſunt moniales, & aliæ honeſtiores fœminæ, quæ non facilè ſunt ad iudicium ab Inquiſitoribus trahendæ, & ſicut vel Iudices ad eas ire, vel certe alijs, qui ad eas eant committere debent examen ſeruatis cautelis in ſuperioribus caſibus indicatis. 7.

Ex prædictis patet in hoc foro locum eſſe remiſſoriæ, & ſæpe dandam, & cum iſtis cautelis executioni demandandam.

Obſeruatio I.

SVper mittendis articulis, & Interrogatorijs ad illum cui committitur.

Inquiſitori, vel Iudici, qui cõmittitur examen teſtiũ pro defenſione Rei ſimul cum remiſſoria, ſiue cum cõmiſſione mitti debent articulo, & interrogatoria ſuper quibus debeat teſtes examinare eodem modo quo examinarentur ab Inquiſitore, corã quo agitur cauſa, qui vigore ſuæ cõmiſſionis, teſtes in fine articulorum nominatos diligenter examinare curabit, & finito examine per fidelem delatorem, proceſſum ad Inquiſitorem delegatum tranſmittat. 8

Obſeruatio

Obſeruatio II.

9. QVod coram illo, cui examen committitur pars non poteſt dare articulos.

Inquiſitor, vel Epiſcopus delegans, ſiue committens examen non debet permittere vt coram Iudice cui dirigitur examen pars det articulos in partibus quia articuli coram Iudice cauſæ dandi ſunt, & non eſt danda facultas, eos dandi in partibus, ſic Rota ſæpe cenſuit, & ſignanter in vna Hiſpalenſ. Matrimonij coram Fabio. Habetur *parte 3. l. diuerſ. deciſ. 211. incip. in cauſa Hiſpalenſ.*

Obſeruatio. III.

QVomodo iudex remiſſoriæ debeat ordinare proceſſum.

10. Ille inquiſitor, ſiue Iudex qui committitur examen, initio ſui proceſſus ponere debet originalem commiſſionem, ſibi directam, vt conſtet de ſua Iuriſdictione, & ſuum proceſſum inchoabit ſic.

Die Menſe Anni

Ego N. (exprimatur perſona) accepi litteras ſiue commiſſionem infraſcriptam. Ponatur commiſſio cum toto tenore remiſſoriæ, & poſtea ſubſequatur ſic, cuius commiſſionis vigore acceſſi ad locum N. pro examinandis teſtibus ad defenſionem N. & poſtea fiat examen eodem modo quo oſtenſum fuit faciendum *ſupra c. 53.*

Obſeruatio. IV.

11. OBſeruatum fuit aliquando in examinatione teſtium facienda ad defenſionem alicuius rei vigore remiſſoriæ citatos fuiſſe filios illius rei, vt nominarent teſtes examinandos pro defenſione in tali cauſa ſui Patris, cum præfixione termini certi temporis duorum vel trium menſium ad nominandos, & producendos teſtes, qui teſtes produxerunt & eos examinare curarunt, ſed non eſt neceſſarium filios, vel alios conſanguineos rei adhuc viuentis citari, ſed ſufficit tranſmittere Iudici, cui committitur examen, articulos cum nominibus teſtium, & interrogatorijs, vt ipſe eodem modo eos examinet, ſicut examinarentur coram inquiſitore cauſæ, vbi non citantur, nec admittuntur filij rei carcerati, quia non eſt de Iure, cum id in caſu mortis ſeruetur *c. filij de heret. l. 7.*

12. Et licet prædicti filij non debeant ad iſtum actum citari tamquam filij, poſſunt tamen citari tamquam Procuratores Patris, vt coram iudice, cui commiſſum eſt examen inſtent pro proceſſu faciendo, ſed hoc caſu tutius eſt, & magis ſecundum iura, vt alius Procurator conſtituatur, qui ſeruatis ſeruandis interſit, & cauſam agat, ſicut ſupra oſtenſum fuit.

Obſeruatio V.

SVper tranſmittendo fideliter proceſſu remiſſoriali.

13. Copiam proceſſus originalis authenticam fideliter extractam, & cum originali collationatam, & à iudice, & Notario ſubſcrip. curabit Iudex remiſſoriæ tranſmittere ad inquiſitorem Delegantem, iuxta ſtilum, quem ille Notarius ſeruare ſolet, ſed ſi periculum amiſſionis ceſſaret, proceſſus ipſe originalis tranſmitti poſſet retenta copia authentica penes iudicem remiſſoriæ executorem.

Annotatione, Carena ad Cap. 54

SVMMARIVM.

1 *In criminalibus regulariter non datur remiſſoria.*
2 *Fallit in cauſis Fidei, vbi de modo ſeruando à iudicibus.*
3 *Duobus Iudicibus remiſſionalibus datis, an vnus ſolus altero impedito vel recuſante poſſit examinare.*
4 *Teſtes ſuſpecti non ſunt examinandi per remiſſoriã.*

INcipit auctor agere hic de remiſſoria & litteris remiſſorialibus, & iudice remiſſoriali in criminalibus; regula eſt non dari remiſſoriam pro examinandis teſtibus, hanc firmauit, & lauſſime probauit, ac varijs ampliationibus, & limitationibus exornauit Farin. *de teſtibus q. 77. n. 71.* 1.

In crimine tamen hæreſis, & in hoc foro ex qualibet iuſta cauſa conceditur huiuſmodi remiſſoria vt firmat Pegna hoc loco, & ad directorium *p. 3. commentario 10.* latius alios cumulans Farin. *de teſt. dict. q. 77. n. 108.* 2.

Modum obſeruandum in hac re, tam à Iudice remittente, quam à Iudice remiſſoriæ, vide apud auctorem hic & ſequenti capitulo, & apud Farin. *vbi ſupra cap. 3. per totum num. 115. & ſeq.* latiſſ. de materia hac Scaccia *de iud. libro ſecundo cap. 8. num. 10. & ſequ.* ad quem in hac materia ſemper recurre.

Si duo ſint deputati Iudices remiſſoriales, examẽ factum coram vno non valet, niſi alter ſe excuſet, & delegationem, recuſet, Gregor. XV. *dec. 327.* vbi Beltram. Burat *dec. 388. n. 1.* vbi quod ſtatur aſſertioni iudicis remiſſorialis dicentis ſe impeditũ, aduertendum tamen quod ſi aliqui ſint teſtes ſuſpecti hi non ſunt per remiſſoriam examinandi, Alciat. *conſ. 151. l. 7.* impreſſionis Venetæ. Vnde memini ego in grauiſſima cauſa quæ agitabatur in Sup. Vrbis Inquiſitione nõ fuiſſe conceſſã remiſſoriã in partibus ad teſtes examinãdos ſed eos fuiſſe coactos Rom. ire. 3. 4.

ARGVMENTVM.

Iudicem Remiſſoriæ cui committitur examen teſtium ad defenſionem, poſſe etiam recipere Scripturas Inſtrumenta, & alia iura ad eandem defenſionem ſpectantia.

SVMMARIVM.

Remiſſoriæ iudex in crimine hereſis delegatus ad examinandos teſtes ad defenſionem rei, nunquid, & quando poſſit recipere Scripturas ſeu alia inſtrumenta ad eiuſdem defenſionem facientia n. 1. & ſeq.

Remiſſoriæ iudex in Crimine hereſis delegatus ad recipiendum defenſionem Rei poterit recipere capitula ſiue notationes alicuius libri exiſtentis in aliqua Eccleſia, vel Monaſterio n. 3. & 4. & ſeq. vbi quod pariter poterit recipere fides inſtrumentorum rogatorum ab alio Notario, ſeu exiſtentium in Archiuio.

CAP. LV.

HÆc commiſſio directa extra locum iudicij pro examinandis teſtibus ad defenſionem 1.

nem alicuius rei moltis modis concipi poreſt, &

Primo verbis amplis, & vt dici ſolet prægnantibus videlicet ad examinandos reſtes, & recipiendum quodlibet aliud genus defenſionis, & iſto caſu non eſt dubium, quin coram iudice remiſſoriæ produci poſſint ſcripturæ, & inſtrumenta, & à iudice remiſſoriæ recipi.

Alio modo poreſt fieri commiſſio verbis minus late patentibus, videlicet ad faciendas defenſiones pro N & iſto etiam caſu præter reſtes recipi poſſunt inſtrumenta ad defenſionem ſpectantia.

2. Tertio modo poteſt fieri commiſſio verbis magis ſtrictis, & minus omnino patentibus, videlic. pro examinandis teſtibus ad defenſionem N. & iſto caſu omiſſa antiquorum altercatione placet opinio affirmatiua, quam antiqua, & præſens etiam Rota amplectitur, & Philippus Francus refert, & ſequitur videlicet inſtrumenta etiam produci, & recipi poſſe, quia appellatione teſtium inſtrumenta continentur Rota *dec.248.*incip. quando cauſa, alias 17.*de teſtibus in nouiſ.n.2. Verſ.alia vero*, vbi allegantur textus bene hoc probantes *in l. in exercendis C.de fide inſtr. & in c.peruenit il 1. §. intelligitur de teſtib.cogend.*Philipp. Francus *in c.præſentium §. teſtes n.5.Verſ facit etiam de teſt.l.6.*

3. Vigore igitur talis commiſſionis poterit iudex remiſſorialis cui commiſſum fuit teſtium examen, recipere inſtrumenta, & fides, quæ coram ipſo producentur in ſcriptis pro defenſione illius Rei, Verbi Gratia capitula, ſiue notationes alicuius libri exiſtentis in aliqua Eccleſia, vel Monaſterio vbi notatum extet, qualiter N tali anno, menſe, & die fecit celebrari exequias pro tali defuncto: ex hoc enim poterit debilitari præſumptio, quod negauerit Purgatorium.

4. Item poterit produci, & recipi aliquod inſtrumentum exiſtens apud aliquem Notarium de facta pace cum tali, vel tali, qui fortaſſis accuſauerunt N.inde enim argui poterit, quod interceſſerunt inimicitiæ ex quarum reliquijs moueri poterunt ad ipſum accuſandum.

Similiter poterit allegari, recipi, & produci fides de aliquo Archiuio, vel Notario, vnde conſtet, quod inter N.inquiſitum, & talem, vel talem, qui prætendunt ipſũ accuſaſſe de tali tempore fuit orta, & agitata lis Ciuilis, vel Criminalis quæ pariter iniuſte accuſationi cauſam præbere potuerit.

Hæc ergo, & ſimilia produci, & recipi poterunt, vigore talis commiſſionis.

Annotationes Carena ad Cap.55.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione teſtium veniunt inſtrumenta.*

1. REctè Auctor, quod iudex delegatus ad receptionem teſtium poteſt etiam recipere probationes per ſcripturas, quia apellatione teſtium veniunt Scripturæ, Barboſ *de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignificatione* inter eius varios tractatus *appellatione* 163.vbi late alios allegat.

ARGVMENTVM.

Si pendente iudicio ſuperueniant noua indicia, tam contra reum, quam pro reo illa recipienda eſſe

SVMMARIVM.

Pendente cauſa hæreſis, ſi contra reum ſuperueniant, aliqua indicia euſdem, vel alterius delicti, illa ſummi debent, & in illis procedi, ac ſi a principio ſuperueniſſent.n 1.

Rei carcerati pro crimine hæreſis cauſa pendente ſi aliquid ſuperuenerit, quod illius innocentiam derogat recipi debet omni cum diligentia, n.2.

Cap. LVI.

SI tempore quo partes, Procurator videlic. Fiſcalis, & reus incumbunt ſuis probationibus faciendis in quacumque parte proceſſus ſuperuenerint nouæ probationes, & indicia contra reum, vel reus commiſerit nouum delictum à Procuratore Fiſcali poteſt, & debet articulari, & produci contra reum, & reus modo in ſuperioribus explicato tenebitur reſpondere, &c. 1.

In hoc foro hic articulus ſic peragitur.

Die Menſis Anni.

In cauſa N.decretum fuit in N. ſeu eius Procuratori N.detur copia indiciorum, quæ ſuperuenerunt pro faciendis defenſionibus.

Ex aduerſo autem, ſi quid ſuperuenerit ad rei fauorem non minori diligentia recipiendum, & in proceſſu ſcribendum eſt vt ſi Verbi Gratia, denunciator vel teſtis melius recordatus redierit ad deponendum de aliqua circumſtantia quæ delictũ extenuare poſſit, vel quiſpiam alius acceſſerit ad aliquid detegendum, quod rei innocentiam patefacere valeat. Quo in genere præcipuum locum obtinet retectio alicuius coniurationis initæ contra reum aut alicuius ſubornationis quæſitæ, vt teſtis, vel teſtes contra reum teſtificarentur. 2.

Annotationes Carena ad Cap.56.

SVMMARIVM.

1 *In hoc foro ſemper probationes recipiuntur.*
2 *In Hiſpania fiſcus numquam concludit.*

IN hoc Tribunali in quo veritas ſola inquiritur non eſt dubium recipiendas eſſe probationes ſuperuenientibus nouis indicijs, tam pro reo, quam contra reum. &, quidem quo ad fiſcum in Hiſpan. numquam concluditur in cauſa, inſtructio 39.Toletana anni 1561.ibi, *Y no queriendo pedir otra coſa ſe deue concluir la cauſa aunque es mas aduertado, que el Fiſcal no concluya pues no es obligado à ello, y porque con mas facilidad pueda pedir qualquier diligencia, que de nueuo ſe conuenga.*

ARGVMENTVM.

Tactis probationibus ad rei defenſionem fit ei copia proceſſu defenſiui.

SVMMARIVM.

Forma decreti faciendi ab Inquiſitore ſuper conceſſione copiarum indiciorum, & proceſſus reo concedenda n.1.& 2.vbi ponitur alia forma prædicti decreti.

CAP. LVII.

NO conſilio parat reus ſuas defenſiones, vt excludat Procuratoris Fiſcalis probationes in articulis contectas. Vnde conſultò ſibi edendæ ſunt, vt in facto, & in iure de earum releuantia, & ſuo bono iure docere poſſit.

Actus verò editionis ſic fieri, & notari ſolet.

Die Menſis Anni

In cauſa N. carcerati in hoc Sancto Officio audito N. eius Procuratore decretum fuit, vt ſibi detur copia proceſſus defenſiui, &c.

Die N. Menſis N. Anni N. tradita fuit copia proceſſus defenſiui Domino N. Procuratori N. foliorum N.

Si proceſſus defenſiuus non fuerit factus in loco iudicij, ſed alibi, vigore remiſſoriæ in editione ſolet dici ſic.

Die N. Menſis N. Anni N decretum fuit, vt ſibi detur copia proceſſus defenſiui miſſi de tali loco.

Quando traditur copia proceſſus principali vel eius Procuratori ipſe ſolet confiteri ſe recepiſſe ſic.

Die Menſis Anni

Ego Procurator N. carceratiin Sancto Officio habui copiam proceſſus defenſiui in cauſa eiuſdem N. foliorum N.

Similiter notari ſolet dies reſtitutionis eiuſdem proceſſus ſic.

Die N. Menſis N. Dominus N. Procurator N. reportauit ſupraſcriptum proceſſum defenſiuum ſib accommodatum.

Iſta autem decreta, & notationes in eodem folio ſcribi ſolent.

Obſeruatio.

1. QValiter prædicti actus breuius poſſint expediri Quandoque prædicti omnes actus breuius expediuntur ſic.

Die Menſis Anni

R. P. D. Inquiſitor de quo ſupra, in executionem ſupradicti decreti iuſſit tradi N. vel eius Procuratori N. copiam proceſſus, quæ conſignata fuit N. ipſius Procuratori ad effectum faciendi omnes, & quaſcunque defenſiones, quas facere intendit in cauſa ſua cum termino octo dierum.

Et hunc actum in iiſdem verbis ſolet Notarius in eodem proceſſu notare.

Annotationes Carenæ ad Cap. 57.

SVMMARIVM.

1 *Copia proceſſus defenſiui non eſt danda reis in hoc foro.*

2 *Quid obſeruetur in Hiſpania vbi inſtructionis Hiſpana verba.*

1. EGo ſpatio vigenti annorum, quibus practicaui in Inquiſitione Cremonæ nunquam vidi reis dari in hoc foro proceſſus defenſiui copiam, & ſic conſulo, quod agant omnes Inquiſitores, quia aliquando per reum ad eius defenſionem producuntur teſtes timoratæ conſcientiæ, qui magis reum grauant. Vnde ex editione huius proceſſus poſſunt oriri inconuenientia.

2. Et hinc proceſſit praxis Sanctiſſimæ Inquiſitionis Hiſpanæ de qua inſtructione 39. proximè allegata, quod non detur copia defenſiui Reo, nec eius Aduocato, ibi, *Pero ſi puedere, & preſo tranſlado, y publicacion de ſus defenſas, no ſe ha de dar, por que el podria venir en conocimento de lo teſtigos, que contra el depoſieron.*

ARGVMENTVM.

Poſtquam reus habuit legitimum terminum ad faciendas ſuas defenſiones ſi vult informari in facto, & in iure.

SVMMARIVM.

Termino Reo conceſſo ad faciendum ſuas defenſiones lapſo, dictiſque defenſionibus facti, idem Reus debet Inquiſitorem informare in facto, & in iure, n. 1. vbi quod deinde idem Reus poteſt cauſa expeditionem petere.

CAP. LVIII.

POſtquam partes parauerunt ſuas probationes, & facta fuit reo copia proceſſus defenſiui, cum competente termino ad eum videndum, & ſcribendum in facto, & in iure intra prædictum terminum, ſi ſibi expedire viderit, dat ſuas informationes in facto, & in iure ad probandam ſuam innocentiam. 1.

Quibus exhibitis inſtare rurſus ſolet pro expeditione cauſæ, quod fieri poteſt, & ſolet, vel ab ipſo principali Reo carcerato, vel ab eius Procuratore, ſeu Aduocato, idque vel verbo, vel porrecto breui aliquo ſupplici libello, ſeu memoriali, in quo breuiter petitur cauſæ expeditio.

Annotationes Carenæ ad Cap. 58.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus rei informat in iure, & in facto.*

ADuocatus Rei debet, & in iure, & in facto informare, & Inquiſitores, & Conſultores, & ita ſæper fuit in noſtra inquiſitione Cremonæ practicatū; viua enim vox Aduocati, & opportunitas reſpondendi obiectionibus verbalibus Iudicum multū prodeſſe poteſt reo, vt in dies Aduocati experiūtur.

ARGVMENTVM.

Antequam ſententia proferatur Inquiſitores communicant proceſſum cum Conſultoribus, & conſtituto die ſuffragium proferūt.

SVMMARIVM.

Forma communicandi proceſſum cum Peritis, & Conſultoribus in cauſa hæreſis antequam proferatur ſententia num. 1. & ſeq. vbi etiam de forma à Peritis ſeruanda in ferendo eorum conſilium, & alia ad materiam.

Peritis, ſeu Conſultoribus antequam proferatur ſententia in cauſis hæreticorum debet integraliter totus proceſſus manifeſtari num. 3. & 4. vbi amplius,

plius, quod nihil ſubſtantiale illis occultari debet.
Sententia in crimine hæreſis ferri non poteſt ab Epi-
ſcopo ſine Inquiſitore, & è contra. n.5. vbi etiam
quod vnus debet requirere alium, & ſi requiſitus
infra octo dies non conuenerit cum requirente vnus
ſolus ſententiam profert.
Peritis Conſultoribus, & Inquiſitoribus diſcordanti-
bus in prolatione ſententiæ conſulitur Papa. n.11.

Cap. LIX.

1. CAuſa, vel cauſis in prædicto ſtatu conſti-
tutis, & audita vel Rei principalis, vel ſui
Procuratoris petitione, vt ad cauſæ expeditionem
per ſententiam legitimam deueniatur, conſideran-
dus eſt diligenter proceſſus, & conferendus cum
Peritis, quos vulgo Conſultores vocamus, &
Hic actus in hoc foro ſic fieri ſolet. Inquiſitor
Conſultores aduocat, quibus præſentibus propo-
nitur petitio rei carcerati inſtantis pro ſua expe-
ditione, qua audita, ordinatur, vt ipſius Procura-
tor det ſuas informationes Inquiſitoribus, & etiam
Conſultoribus, quod in eodem proceſſu continua-
tiuè notari ſolet ſic.

2. Die Menſis Anni
In Congregatione habita coram Domino Inqui-
ſitore.
In cauſa N. audito eius Procuratore petente
ſuum principalem expediri: vel lecto eius memo-
riali (dicatur prout contigerit,) fuit ordinatum,
quod detur ſummarium proceſſus Conſultoribus,
& eiſdem Procurator det informationes.
Solet etiã quandoque in eadem Congregatione,
vel in alia proximè habenda ordinari, quod cauſa iã
intellecta, & viſa proponatur expedienda die tali.

3. Iure conſtitutum eſt, vt Conſultoribus, qui ad-
hibentur antequam ſententiæ contra Reos profe-
rantur totus proceſſus ſerio ſe manifeſtetur, & in-
tegraliter, explicet, recte quia niſi Periti ſiue Con-
ſultores integre, & perfecte cauſam intelligerent
non poſſent rectè conſulere, neque incorruptum
iudicium ferre: Nemo enim de incognitis rectum
iudicium ferre poteſt Iure conſtitutum eſt *in cap.*
ſtatuta §. Iubemus, Verſ. & eis totum proceſſum de hæ-
ret. l. 6 director. inquiſitorum *p. 3. q. 79.* Zanchinus
tract. de hæret c. 15 Bernardus Commenſis *in Lucer-*
na Inquiſitor, in verbo Inquiſitor §. 21. verſ. quibus
peritis.
Quod de proceſſu integraliter Conſultoribus ma-
nifeſtando proximè dictum eſt, ita omnino ob-
4. ſeruandum eſt, vt Conſultoribus nihil ſubſtantiale
occultari debeat, vt de ipſorum conſilio tutius ad
ſententiam, vel condemnationem procedatur quod
tunc maximè obſeruandum eſt, quando Inquiſi-
tores non ſunt vtriuſque iuris periti, neque perſati
in iure dicendo, Repertorium inquiſitorum in ver-
bo *Inquiſitores §. qua eſt ratio,* Zanchinus *tract. de*
de hæret c. 15.
Ad actum, & Congregationem ferendorum ſuf-
fragiorum pro ſententia ferenda, vnà cum Inqui-
5. ſitore Epiſcopus, vel eius Vicarius, & Sede Epi-
ſcopali vacante Delegatus à Capitulo interuenire
debet ſicut in Concilio Viennenſi conſtitutum
fuit, & in viridi obſeruantia retinetur, aliàs enim
iudicium latum, nullum, & irritum eſſet ipſo iu-
re in Concilio Viennenſi relato in Clem. 1. §. *de*
hæret. ibi, aut ad ſententiam procedere.
Sed huc in eodem Concilio optime temperatum
fuit, itavt Epiſcopi, & Inquiſitores mutuò ſe re-
quirere debeant ad effectum, vt niſi intra octo die-
rum ſpatium poſtquam ſe requiſiuerint, conuene-
rint eis elapſis alter procedere valeat.
In ferendis ſuffragijs, quis ordo ſeruari debeat
cum iure conſtitutum non extet ad conſuetudinem 6.
recurrendũ eſt, vt eo ordine ferãtur, quo in qua-
libet inquiſitione dici, & ferri conſueuerũt. In mul-
tis tamẽ Inquiſitionib. hic modus in ferẽdis ſuffra-
gijs præſcriptũ reperitur, vt primũ conſultores, de-
inde Vicarius Epiſcopi, aut ab Epiſcopo Delega-
tus, poſtremo loco Inquiſitores ſuffragium ferant.
Inquiſitores verò præſẽtibus conſultoribus, & or- 7.
dinario ſuffragiũ dicere debeant vt omnes intelli-
gãt, quibus rationibus moueatur, vt ſi forte aliter
quam Conſultores ſenſerint, conſultores intelligãt,
Inquiſitore iure niti non mera voluntate moueri.
In eiſdem ſuffragijs ferendis, illud maxime curare 8.
debẽt Inquiſitores, vt Cõſultores liberrimè ſuffragia
dicant, neque permittant quemquam ſuffragium fe-
rentem ab alio, vel ab alijs interrũpi, aut perturbari. 9.
Dum ſuffragia feruntur in quibuſdam Inquiſitio-
nibus Procurator Fiſcalis, qui poſt omnes Conſul-
tores ſedet, & præſens eſſe, & ſuffragium dicere
ſolet, ſed iure non debet quia ſuſtinet vicem par-
tis, & accuſatoris, ideoque ſeruandum eſt, quod
Supremus Senatus Sanctæ, & Generalis Roma-
næ Inquiſitionis iuſſerit.
Notarius qui præſens adeſt, & diligenter om- 10.
nia animaduertere debet ſingulorum ſuffragia nota-
bit, ſiue ſcripto, ſiue voce prolata.
Si inter Inquiſitorem, & Conſultores diſcordia 11.
fuerit, maxime, verò inter Inquiſitorem, & ordina-
rium, tunc negotium inſtructum remittendum ad
Papam prudenter conſuluit Zanchinus, cum itaq;
talis caſus contingerit, Supremus Senatus Sanctæ
Romanæ, & Generalis Inquiſitionis conſulendus
erit Zanchin. *tract. de hæret. c. 15.*

Annotationes Carenæ ad Cap. 59.

SVMMARIVM.

1 *De habenda Conſultorum Congregatione, & mo-*
do votandi.
2 *Pulcherrima Toletana inſtructio, vbi quid obſer-*
uetur in Hiſpania.

DE Congregatione Sancti Officij modo in ea 1.
votandi ordine, & alijs iam dixi in prima par-
te, in titulo de Conſultoribus, nunc ſolùm ſubij-
ciam pulcherrimam inſtructionem Hiſpanam Tole-
tanam anni 1561. 40.
Pueſta la cauſa en eſte eſtado los Inquiſidores vin-
taran con ſigo al Ordinario, y Conſultores del Santo
officio a losquales comunicaran todo el proceſſo, ſin
que falte coſa ſuſtantial del y viſto por todos ſe vo-
tara, dando cadavno ſu parecer conforme à lo que
ſu conſiencia le dictarà, votando por ſu orden prime-
ro los Conſultores, y deſpues los Inquiſidores losquales
votarã, en preſencia de los Conſultores, y ordinario pa-
ra que todos entiendan ſus motiuos, y porque ſi tuuie-
rõ diferẽte parecer ſe ſatisfagã los Conſultores de que
los Inquiſidores ſe mouẽ, conforme à derecho y no por
ſu libre voluntad. Y el notario aſſentarà el voto de ca-
davno particularmente en el regiſtro de los votos, y de
alli ſe sacarà el proceſſo. Y deuen los Inquiſidores dexar
votar à los Conſultores con toda libertad y no conſien-
tan, que ninguno atrauieſſe ni hable ſino en ſu lugar.
Y porque en el Oficio de la Inquiſicion no ay Relator,
el Inquiſidor mas antiguo, podra el caſo no ſignifi-
cando ſu voto y luego ſolea el Notario y el fiſcal ſe
hallarà

hallarà preſiente, y ſe aſſentarà taxo de los Conſidtores y antes que ſe comince à votar ſe ſaldrà de la ſala do ſe hà viſto.

ARGVMENTVM.

Poſt lata ſuffragia reus citatur ad audiendam ſententiam, & deinde publicatur.

SVMMARIVM.

Citatio neceſſaria eſt omnino, antequam in crimine hereſis proferatur ſententia.n.1
Citatio ad ſententiam debet eſſe perſonalis n.1.in fin.
Citatio ad ſententiam per quem nuncium fieri debet. num.2.
Forma decreti citationis ad ſententiam, nec non forma eiuſdem citationis, & reproductionis illius. n.3.& 4.

Cap. LX.

1. PEractis omnibus ſupradictis, id eſt receptis probationibus contraReos, & habitis eorum defenſionibus, & auditis Conſultorum ſuffragijs, Inquiſitores iuxta cauſarum merita ad ſententias vel diffinitiuas, vel Interlocutorias procedent, & repertos innocentes abſoluent, pertinaces, & relapſos Iudici ſeculari relinquent, ſuſpectos pro criminum, & perſonarum & probationum qualitate condemnabunt, vel ad tormenta, vel ad abiurationem, vel ad canonicam purgationem, vel ad perpetuum carcerem, vel temporalem, vel ad pœnam pecuniariam, vel ad pœnitentias, ſalutares ieiuniorum, orationum, & eleemoſynarum peragendas, quibus culpam purgent, & redimant.

Itaque iuxta prædicta citandus erit quilibet Reus, vt veniat auditurus ſententiam, alias enim ſententia nulla eſſet, & requiritur, vt ſit perſonalis, regulariter enim vt ſententia valeat hæc præcedere debent, partis inſtantia, iudicis decretum pro citatione facienda, & citatio perſonalis ad audiendam ſententiam, aliàs ſententia nulla eſſet, & ſine appellatione reſcinderetur, vt rectè in hoc foro, Gloſ.& Doctores obſeruarunt. Repertorium Inquiſitorum *in verb. citatio, §. nota quod citatio,* Gloſ. *communiter recepta in c.cum contraria in verb. reſpondeas de haret.l.6* Bernardus Comenſis *in Lu-*
2. *cerna Inquiſitorum in verbo citatio n.4.*

Per quem Miniſtrum in hoc foro citandus ſit Reus, vt veniat auditurus ſententiam non eſt certo iure conſtitutum, quamobrem legitimæ, vel laudabili conſuetudini cuiuslibet Inquiſitionis ſtandum erit; itaque poterit per Notarium, ſeu tabellionem inſtante Procuratore Fiſcali iuſſu Inquiſitoris; citari Reus poterit quoque per nuncium, & iſte caſus, qui eſt maxime ſubſtantialis ea pedietur ſic.

3. Die Menſia Anni

Dominus Inquiſitor N. mandauit citari perſonaliter N Reũ carceratũ in Sancto Officio pro die N. vt compareat coram ipſo ad audiendam ſententiam.

Formula citationis ad Sententiam.

CItetur N.ex aduerſo principalis ad videndum concludi, & pronunciari, & ad audiendam ſententiam diffinitiuam pro die N.coram Inquiſitore inſtante D.N. Procuratore Fiſcali S. Officij, & in calce eiuſdem cedulæ citationis Curſor, ſiue notarius, qui fecit citationem manu ſua teſtificabitur ſe citaſſe, ſic fecit perſonaliter die N. Anno N.Menſe, & ſimul apponet ſuum nomen.

Et quia parum iuuaret facere citationem niſi reproduceretur in actis, in fine eiuſdem cedulæ Notarius facit fidem de reproductione, ſic.

Die Menſis Anni

Dominus N.Procurator Fiſcalis reprodaxit.

Facta relatione per Notarium ſiue nuncium de prædicta citatione perſonaliter facta adueniente die in citatione expreſſo, producetur Reus in auditorio, & Inquiſitor pro Tribunali ſedendo more ſolito ſuam ſententiam pronunciabit, quam inde more ſolito publicabit, cum ad eius executionem deueniendum fuerit, vt ſi publicè abiuraturus ſit Reus, publicè ſententia publicabitur, & dicetur ſic.

Die Menſis Anni

Fuit publicata ſententia coram populo in Eccl. N.& dictus N.publicè abiurauit, prout in Schedula ſua abiurationis.

Obſeruatio.

DE Formulis ferendarum ſententiarum pro ſingulis delictis ad hunc forum pertinentibus, copioſè agetur paulò poſt *lib. 4.*

Annotationes Carena ad Cap. 60.

SVMMARIVM.

1 *De citatione Rei ad ſententiam, remiſſinè.*

DE citatione Rei ad ſententiam neceſſaria pro validitate ſententiæ, videat Lector Scacciam *de Sen.& re iud.gloſ.9 q.4.vbi latè.* 1.

ARGVMENTVM.

De Officio Procuratoris Fiſcalis.

SVMMARIVM.

Procurator Fiſcalis quid facere debet, quando examinatur reus carceratus pro crimine hereſis. n.1.& 2. 1.

Cap. LXI.

IN hoc Secundo lib. ſæpe fuit facta mentio de Procurator. Fiſcali qui in hoc foro, & iudicio contra hæreticos, & ſuſpectos præcipuas partes agit, & licet de eius officio in vltim. l.huius praxis vbi traduntur capitula ad eius munus ſpectantia latius ſit agendum, viſum eſt breuiter hoc loco ponere conſiderandũ id quod ad hãc partem de proceſſu conficiendo pertinet, vlt. quod Procuratori Fiſcali præcipua cura incũbit in qualibet parte proceſſus, & poſtquã Reus examinatus fuerit, & de auditorio Inquiſitoris receſſerit Procurator Fiſcalis, proceſſum accipiat, & diligenter conſiderans omnia in eo contenta, id quod Reus pro Fiſcali, confeſſus fuerit, accepter, quatenus faciat ad ſui fauorem.

Fidem Procurator Fiſcalis in margine, ſiue in

Carena de Offic. Inquiſit.

marginibus foliorum proceſſus notabit, quos reus in ſuis confeſſion. nominabit, & quidquid viderit ad maiorē claritatem, & verificationē ſuæ Innocentiæ.

Annotationes Carena ad Cap. 61.

SVMMARIVM.

1 *De Officio Aduocati Fiſcalis, remiſſiuè.*

DE hac materia vide *p.p.s. de Aduocato Fiſcali S.Offi.* vbi latè egi de eius muneribus.

ARGVMENTVM.

Epiſcopi vel Inquiſitores Apoſtolici, quomodo ſimul ſeparatim in cauſis fidei procedere poſſint, & debeant, iuxta conſtitutiones Apoſtolicas hactenus editas.

SVMMARIVM.

Epiſcopi ab initio naſcentis Eccleſiæ vſque ad annos Domini 1230. erant ſoli competentes Iudices contra hæreticos n. 2.
Epiſcopi hodie etiam in Vniuerſo Orbe ſunt competentes Iudices contra hæreticos numer. 3. & ſequentibus.
Epiſcopi Poteſtatem procedendi contra hæreticos accipiunt in actu conſecrationis n. 4.
Epiſcopi negligentes procedere contra hæreticos deponendi ſunt n. 4.
Inquirendi contra hæreticos poteſtas data fuit Sancto Dominico Hiſpano, & deinceps alijs Fratribus Prædicatoribus Ordinis Sancti Dominici: Et Fratribus Minoribus Ordinis Sancti Franciſci de anno 1230. vſque ad annum 1330 n. 5.
Inquiſitoribus contra hæreticos procedendi facultas data fuit ſiue propter varias Epiſcoporum curas, ſiue propter quorundam abſentiam, ignorantiam, vel imperitiam n. 6.
Epiſcopis non eſt ſublata facultas procedendi contra hæreticos per delegationem factam exequutorib. num. 7.
Inquiſiter, & Epiſcopus debent inſimul communicare proceſſus, quos quiſq; facit, quando inſimul procedunt contra hæreticum n. 8.
Inquiſitores duo ſi fuerint delegati in vna Prouincia, quando procedere debent n. 9.
Inquiſitor & Epiſcopus ſimul procedentes, quando inſimul debent communicare proceſſus, n. 10.
Inquiſitor, & Epiſcopus quænam debeant inſimul expedire, & quæ vnus, ſine alio facere poſſit n. 11. & ſeq.
Inquiſitor quando ſine Epiſcopo ſententiam proferre non poteſt, aut quid aliud ſine eo expedire nequit, & è contra vnus debet alium requirere vt infra 8. dies cum ipſo conueniat n. 14.

CAP. LXII.

1. QVIA in hoc Libro actum fuit de formandis proceſſibus in hoc foro, in quo duo Iudices, ſimul, videlicet Epiſcopus, & Inquiſitor Apoſtolicus in Prouincijs, in quibus Apoſtolici Inquiſitores hactenus conſtituti fuerunt, aut impoſterum, volente Deo conſtituentur, procedere poſſunt, ideò ne ſe mutuo impediant, viſum fuit opportunum in fine huius libri explicare in actu practico, quomodo ſe gerere debeant: quoniam verò hæc inſpectio, ne dum vtilis, ſed etiam neceſſaria, dilucidè quantum fieri poterit explicabitur.

Ante Apoſtolicos Inquiſitores Conſtitutos ſoli Epiſcopi procedebant.

§. I.

QVinque potiſſimùm tempora diſtinguenda, & conſideranda ſunt. Primum ab initio naſcentis Eccleſiæ vſque ad Gregorium Nonum, videlicet vſque ad annum 1230. quo toto temporis interuallo, ſinguli Epiſcopi in ſuis Diœceſibus hæreticos inquirebant, eoſdem inquiſitos, & inuentos cohærentes debitis pœnis afficiebant, in ea re omnes fideles magno ſtudio, & zelo feruido, quos ſciebant, aut ſuſpicabantur à Dogmatibus Catholicæ fidei diſcedere Epiſcopis denunciabant: Epiſcopi verò diligentiſſime huic curæ incumbebant; Hoc potiſſimum erat eorum ſtudium, hæc ſollicitudo eos angebat; & frequenter Martyres efficiebat. Conradus Brun. l. 3. *de hæret. c. 5. ſup. l. 1. c. 1. & ſeq* 2.

Eadem cura nunc Epiſcopos in Vniuerſo Orbe Terrarum tenere debet, & meritò, ſunt enim Apoſtolorum ſucceſſores, quos ſicut in prædicanda, & propaganda Fide Catholica imitari debent, ita pro Dogmatibus Catholicis defendendis, & hæreſibus, & nouis Doctrinis prohibendis, propriam vitam quibus libet periculis, vſque ad mortem incluſiue exponere tenentur. 3.

Hanc iuriſdictionem, & poteſtatem procedendi contra hæreticos accipiunt Epiſcopi cùm conſecrantur, quam actu exercere debent, poſtquam Epiſcopatus adepti fuerint poſſeſſionem. Quod ſi in expurgando de ſua Diœceſi prauitatis fermento negligentes fuerint, vel remiſſi, cum id certis indicijs apparuerit ab Epiſcopali Officio deponi iubet Concilium Lateranenſe, & loco depoſitorum alios ſubſtitui idoneos, qui velint & poſſint hæreticam prauitatem confundere, Simanch. *de Cathol. Inſtit. t. 25. de Epiſc. n. 12. & 3. gloſ. in c. verum in verb. conſecrat. de foro competenti.* Concil. Lateranen. ſub Innoc. III. c. 3. relatum in Decretalibus *in c. excommunicamus il 1. §. volumus de hæret.* 4

Eandem poteſtatem, & iuriſdictionem retinuerunt ſemper, & retinent Epiſcopi in toto Orbe Chriſtiano. Nam Apoſtolica Sedes nunquam eam abſtulit, numquam reſtrinxit, ſed muniuit potiùs, & fortiùs roborauit. Addidit tamen, vt in procedendo, modum, quem Inquiſitores Apoſtolici tenent, obſeruare teneantur, vt paulò poſt dicetur. 5.

De Secundo tempore à Gregorio Nono vſque ad Bonifacium VIII. quoniam Inquiſitores Apoſtolici procedere cæperunt.

§. II.

A Tempore Gregorij Noni, videlicet ab anno 1230. vſque ad Bonifacium VIII. nempe ad annum circiter 1330. eadem poteſtas, & iuriſdictio contra hæreticos procedendi quibuſdam alijs Eccleſiaſticis iuriſprudentia, & ſapientia præditis ſubijci cœpit Atque inprimis S. Dominico Hiſpano, tunc in partibus Narbonenſibus, contra Albigenſes

hæreticos

hæreticos prædicanti. Hæc iuris dictio ab Apoſtolica Sede conceſſa legitur, vt ipſe, & redeuntes ad Catholicam reciperet, & ſalutares pœnitentias imponeret Paulò verò poſt Innocentius Quartus, Alexander Quartus, Clemens Quartus, Vrbanus quartus, & alij Summi Pontifices, multas Conſtitutiones diuerſis temporibus ediderunt, quibus & Fratrib. Prædicatoribus Ordinis Sancti Dominici, & Fratribus Minoribus Ordinis Sancti Franciſci pleniſſimam iuriſdictionem procedendi contra hæreticos tribuerunt, ſicut apparet ex eorum literis Apoſtolicis impreſſis in fine Directorij Inquiſitorũ.

7. Iacobus Simanchas hoc munus procedendi contra hæreticos Inquiſitoribus demandatum fuiſſe ſcribit, ſiue propter varias Epiſcoporum curas, ſiue propter quocumdam abſentiam, ſiue propter ignorantiam, vel imperitiam, idque ad magis muniendum, & fortificandum Epiſcoporum munus, nam contra communes hoſtes, maximè verò aſtutos, & vafros; addito hoc præſidio Epiſcopos in ſua Diœceſi fortius præliabitur, præſertim cum ex prædictis Romanorum Pontificum Conſtitutionibus conſtet Inquiſitores Apoſtolicos ſic fuiſſe conſtitutos vt Epiſcopos adiuuarent, non vt eorum munus, & auctoritatem impedirent, Simanch. *de Cathol. Inſt. tit. 25. de Epiſcop. n. 4.*

De Tertio tempore à Bonifacio vſque ad Benedictum XI. quo declaratum fuit, quomodo ſimul, vel ſeparatim procedere poſſent.

§. III.

7. QVia tempore Bonifacij Octaui videlicet circa annos Domini 1300. à quibuſdam fuerat dubitatum, vtrum Romani Pontifices per illam commiſſionem generalem procedendi contra hæreticos, quam tribuerant Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis adimiſſent poteſtatem Epiſcopis, vt ipſi in ſuis Diœceſibus, in quibus Inquiſitores fuerant conſtituti non poſſe contra hæreticos procedere. Ideò Bonifacius hanc dubitationem remouendo, eam declarauit his verbis. Per hoc quod negotium hæreticæ prauitatis alicui, vel aliquibus ab Apoſtolica Sede generaliter in aliqua Prouincia, Ciuitate, vel Diœceſi delegatur, Diœceſanis, Epiſcopis, quin, & ipſi auctoritate ordinaria, vel delegata (ſi habent) in eadem procedere valeant, nolumus derogari, Bonifacius Papa Octauus *in c. per hoc de hæret. lib. 6.*

8. Cæterùm quia rurſus poterat dubitari an Epiſcopus, & Inquiſitor poſſent ſimul ſuper eodem facto contra eandem perſonam procedere, propterea, id Bonifacius pronunciauit, vt ſuper eodem facto vterque communiter vel diuiſim procedere poſſet; ita tamen vt ſi diuiſim procederent, tenerentur ſibi communicare proceſſus, in quo ſi conuenirent per vtroſque ſententia proferretur, ſin minus negotium inſtructum ad Papam remittetur in hæc verba. Verùm vt dictum Inquiſitionis negotium efficacius, melius, vtiliuſque procedat, concedimus, quod per Epiſcopos ipſos, & per Inquiſitores de facto eodem inquiri valeat communiter, vel diuiſim; & ſi diuiſim proceſſerint, teneantur ſibi inuicem communicare proceſſus, vt per hoc poſſit melius veritas inueniri: & niſi hoc caſu Inquiſitores, ex ſententiæ prolatione Diœceſanis, vel è contra duxerit deferendum, per vtroſque ſimul ſententia proferatur, in qua ferenda ſi non conuenerint, per vtroſque negotium ſufficienter inſtructum ad Sedem Apoſtolicam remittatur. Bonifacius Octauus *in dict. c. per hoc de hæret. l. 6.*

Reſpectum Inquiſitorum multis annis ante Bonifacium Octauum, Vrbanus Quartus ad annos 1261. & Clemens quartus ad ann. 1266. declarauerant, quod ſi contingeret in eadem Prouincia duos ſimul conſtitui Inquiſitores, illi ſimul, & ſeparatim ſuper eodem facto procedere poſſent, quod fauore fidei inductum fuiſſe in Directorio demonſtratum fuit. Vrbanus Quartus in reſcripto, inc. præ-, licet ex omnibus, quod habetur in fine Directorij Inquiſitorum inter Litteras Apoſtolicas pro Officio Sanctæ Inquiſitionis Clemens IV. *in c. vt Officium in princ. de hæret l. 6.* In Directorio Inquiſitorum *p. 3. com. 95. ſuper q. 6.* 9.

De IV. Tempore à Benedicto XI vſque ad Clemen. V. quo magis declaratum fuit, quomodo intelligeretur facienda proceſſuum communicatio, & quoties eſſet facienda.

§. IV.

VIta functo Bonifacio Octauo, Benedictus XI. qui Bonifacio ſucceſſit anno 1303. conſultus fuit ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis quomodo intelligeretur illa proceſſuum communicatio, de quo in dicto capitulo per hoc loquutus fuerat Bonifacius, vel quoties communicatio illa fieri deberet, & Papa conſultus reſpondit in hæc verba. Nos autem de Fratrum Noſtrorum Conſilio intelligendo Diœceſanos, & Inquiſitores, tum demum diuiſim procedere, cum hi, & illi ſeparatim non quando Epiſcopi tantum, vel Inquiſitores tantum procedunt, conſultationi veſtræ breuiter reſpondemus, quod quandoque, vtrique procedunt, ſeiunctim ſibi debent in fine tantum, dum nil reſtat agendum, niſi quod ſolum ſententia promulgetur, communicare proceſſus, licet enim quibuſdam potuiſſet videri per legem Ciuilem quod ſicut quando aliquis exactitatis coram alio debet ferre ſententiam, vt pota quando adminiſtrator delegat cauſam ſibi ſententia reſeruata, ſaltem in principio, id eſt conteſtatione rurſus in medio, & ſemel in fine quæ ſunt examinata audire debet, ita & in caſu præſenti, ſib exactis coram alio habitis, alter proferet ſententiam, ſic ter huiuſmodi acta recenſeat, quod fieri non poteſt, ſi eorum denegetur editio: tamen id æquitas Canonum non admiſit, Vnum ſane caſum excipimus, ſi alter commodè non poſſet procedere, niſi alterius actis viſis. Ex hac enim cauſa ſemel tantum (vt fraudi locus non ſtat) in toto negotio copia tribuatur. Benedictus XI. Conſtitutione, incipiente ex eo, quæ habetur inter Extrauagantes communes *t. de hæret.* Videatur Directorium *p. 2. q. 47. 48. 49. 50. 51. 52. & 53.* vbi de hac materia latè *in Commentarijs.* 10.

De V. & vltimo tempore à Clemen V. quo conſtitutum fuit, quæ ſinguli procedendo facere, & quæ non poſſent facere:

§. V.

QVoniam per ſuperiores Conſtitutiones nondum omnes difficultates ceſſauerãt, quæ in his 11.

proceſſibus, communiter, vel diuiſim conficiendis frequenter contingebant. Propterea Clemens Papa Quintus proximus Benedicti XI. Succeſſor in Concilio Generali Viennenſi anni 1313. celebrato confirmata imprimis Epiſcoporum, & Inquiſitorum accuſatione, vt ipſum Inquiſitionis negotium, tam per Diœceſanos Epiſcopos, quam per inquiſitores à Sede Apoſtolica deputatos exerceretur ſalubrius conſtituit, & declarauit, quæ poſſet vnus ſine altero facere, & quæ facere vetaretur Clemens V. in Concil. Viennenſi relato in Clem. 1 *de heret.*

12. Gloſa & communiter Doctores in dicta Clementina quinque actus à Concilio enumeratos affirmant, quos Epiſcopus ſine Inquiſitore, & vice verſa Inquiſitor ſine Epiſcopo facere in hac cauſa, & foro poteſt.

Primum citare.

Secundum arreſtare, ſiue capere.

Tertium tutæ cuſtodiæ mancipare.

Quartum ponere captos in compedibus, vel manicis ferreis.

Quintum inquirere contra illos de quibus ſecundum Deum, & Iuſtitium Epiſcopus, vel Inquiſitor viderit expedire.

Hos quinque actus his verbis Concilium enumerat ſic, quod quilibet de prædictis ſine alio citare poſſit, & arreſtare, ſiue capere, ac tutæ cuſtodiæ mancipare, ponendo etiam in compedibus vel manicis ferreis ſi ei viſum fuerit faciendum, ſuper quo ipſius conſcientiam oneramus, nec non inquirere contra illos, de quibus pro huiuſmodi negotio ſecundum Deum, & Iuſtitiam viderit expedire.

13. Eadem Gloſa, & Doctores affirmant, tres actus fuiſſe conſtitutos ab eodem Concilio, quos non poteſt vnus ſine altero exercere.

Primum non poteſt Epiſcopus ſine Inquiſitore, nec Inquiſitor ſine Epiſcopo condemnare quemquam ad carcerem, qui magis ad pœnam, quàm ad cuſtodiam videatur.

Secundò, Vnus ſine altero non poteſt torquere.

Tertiò, Vnus ſine altero non poteſt ad ſententiam procedere contra Reos, Gloſ. & DD. in dicta Clem. prima *de heret.*

14. Hæc tamen tria ſic à Concilio temperata ſunt, vt infra octo dies poſtquam ſe inuicem requiſiuerint facere non poſſint, nam ſi poſtquam ſe requiſiuerint, elapſis octo diebus alter non potuerit, aut noluerit intereſſe, alter ſolus, etiam poterit tres iſtos actus exercere: Addit præterea Concilium Epiſcopum, & Sede Epiſcopali vacante Delegatum à Capitulo, & vice verſa Inquiſitorem quando nequeat, aut nolit perſonaliter conuenire, poſſe committere vices ſuas, vel ſuum ſignificare per Litteras conſilium, & conſenſum. Hæc omnia Concilium in hæc verba conſtituit. Duro tamen tradere carceri, ſiue arcto, qui magis ad pœnam, quam ad cuſtodiam videatur, vel tormentis exponere illos, aut ad ſententiam procedere contra eos, Epiſcopus ſine Inquiſitore, & Inquiſitor ſine Epiſcopo Diœceſano aut eius Officiali vel, Epiſcopali Sede Vacante Capituli ſuper hoc Delegato, ſi ſui adinuicem copiam habere valeant intra octo dierum ſpatium, poſtquam ſe inuicem requiſierint non valebit, & ſi ſecus præſumptum fuerit, nullum ſit, & irritum ipſo iure. Verùm ſi Epiſcopus, vel eius Capituli Sede Vacante Delegatus cum Inquiſitore, aut Inquiſitor cum altero eorundem propter præmiſſa nequeat, aut nolit perſonaliter conuenire poſſit Epiſcopus, vel, eius ſeu Capituli Sede Vacante Delegatus Inquiſitori, & Inquiſitor Epiſcopo, vel eius Delegato, ſeu Sede Vacante illi qui ad hoc per Capitulum fuerit deputatus ſuper illis committere vices ſuas, vel ſuum ſignificare per Scripturas conſilium, & conſenſum. Concilium Viennen. relatum in Clem. prima *de heret.*

Annotationes Carenæ ad Cap. 62. 63 & 64.

SVMMARIVM.

1 *Hiſpana Praxis quoad formationem proceſſus, quæ valde placet Auctori.*

EGi de hac re in annotationibus meis ad primam Quæſtionem Guid. Fulcodij, & in p. p. tit. de Epiſcopis, & Inquiſitoribus.

In Hiſpana in formatione proceſſuum ſpectantium ad Sanctum Officium nunquam ſe ingerit ordinarius, qui ſolum vocatur in expeditionibus litterarum, mihi ſummoperè placet. Hæc praxis, quam late exornaui *p. p. t. 4. §. 5. per totum.* Vtinam ita etiam obſeruaretur in Italia, quia coram Ordinarijs non poſſunt huiuſmodi proceſſus rectè formari, vt ego teſtis eſſe poſſum oculatus, quando aliquando Vicarij Generalis Cremonen. voluerunt formare hoſce proceſſus ſub Illuſtriſſimo Brippio Epiſcopo, & Affini meo, nam ſub Eminentiſſimo D. Cardinali Camporeo ipſe nuſquam paſſus eſt eius Vicarios ſe ingerere in horum proceſſuum formatione, ſed ſemper denunciationem remittebat ad Inquiſitores coram quibus ſecretum, quod eſt neruus cauſarum S. Officij perfectiſſimè obſeruatur. 1.

4.

ARGVMENTVM.

Ex ordine procedendi tradito in proximo ſuperiori capite adhuc prouenire poſſe quadam incommoda, quibus quomodo poſſet ſubueniri breuiter indicatur.

SVMMARIVM.

Inquiſitor, & Epiſcopus quando ſimul procedunt ſuper eodem facto, & vnum tantum conficiant proceſſum tunc vnus alteri debet probationes quas habet, mittere n. 1. & 5. & quid ſi fiant duo proceſſus quorum vnus ſit alteri contrarius n. 2.

Inquiſitor, & Epiſcopus quando inſimul procedunt ſuper eodem facto ſi contingat eos conficere duos proceſſus, incommoda aliqua ſequuntur de quibus num. 3. & 4. & de remedio ne incommoda prædicta ſequantur n. 5. & 6.

Epiſcopi dum cauſas hæreticorum pertractant deberent per ſe ipſos aſſiſtere. & dictas cauſas expedire n 7.

Cap. LXIII.

QVando Epiſcopus, & Inquiſitor ſimul ſuper eodem facto procedentes, vnum tamen conficiunt proceſſum, facilis eſt obſeruatio ordinationum Apoſtolicarum ſuperiori capite relatarum, tunc, enim ſiue fiat apud Epiſcopum, ſiue apud Inquiſitorem, vnus tamen erit proceſſus, in quo deinde iudicando facilius poterit ferri iudicium. Nam ſi fiat coram Inquiſitore, poterit 2.

Epiſco

Epiſcopus probationes quas ipſe ſuper eodem facto in foro ſuo contra eandem perſonam habuerit ſecretò ad Inquiſitorem mittere, vt ex omnibus ſimul iunctis vnicus tantum conficiatur proceſſus, & vice verſa ſi coram Epiſcopo cæptus fuerit proceſſus, idem poterit præſtare Inquiſitor.

2. Cæterum ſi ſuper eodem facto vterque procedat, & duo fiant proceſſus, vnus per Epiſcopum, & alter per Inquiſitorem, ſicut fieri poſſe Benedictus declarauit, tunc magna poterit, ſubſequi confuſio, & contrarietas, aut diuerſitas in ipſis proceſſibus; itavt poſtea in ferenda ſententia non facilè conueniát Epiſcopus, & Inquiſitor, & conſequenter neceſſarium erit, iuxta Bonifacij decretum proceſsũ, & negotium remittere ad Sedem Apoſtolicam Bened. in Extrauag. *ex eo de hæret.* inter cõmunes relata *in proximo præcedenti cap. §. 4.* Bonifacius Octauus *in c. per hoc, §. verùm de hæret lib. 6.*

3. Præter contrarietatem, aut diuerſitatem, quæ contingere poſſet ſi ſuper eodem facto, duo ſimul proceſſus fierent, hæc inſuper incommoda ſequuntur, cauſa longius protrahetur. Reus maioribus Impenſis grauabitur, cum in diuerſis Tribunalibus ſibi ſit reſpondendum: Secretum, qui potiſſimus neruus eſt Sacri Tribunalis non poterit ſatis commodè retineri.

4. Supradictis accedit, quia cum Epiſcopi, vt plurimum non habeant ſecretum carcerẽ, nec Miniſtros idoneos, & exercitatos ad procedendum contra hæreticos non poſſunt ſeruare ordinem illum qui præfinitus eſt Inquiſitoribus, vt animaduertit etiam Simancas, & copioſius in Direct. dictum fuit, Simanch. *de Cathol. Inſtitut tit. 25. de Epiſcopis n. 5.* in direct. loquiſit *p. 3. comment. 101. ſuper q 52.*

5. Vt ſupradicta incommoda, quæ magni momenti ſunt euitentur, conſtitui poſſet, vt coram Inquiſitore tantum proceſſus ordinarentur, ad quem Epiſcopi, quæ de eodem facto noſſe poſſent, ſecretò tranſmitterent, & in illis actibus ſimul conuenirent, quæ ſinè ipſis ex decreto Clementis expediri non poſſunt, vel Epiſcopi, ſicut eodem decreto continetur Inquiſitori delegare vices ſuas, Clem *1. de hæret. §. 1. relata in cap. proximè præcedenti. §. 5.*

6. Vbi hic procedendi ordo conſuetudine iam receptus eſt tanquam tutus, & minus diſpendioſus retinendus omninò videtur, quem ſæpè multis Summis Pontificibus, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Inquiſitoribus Generalibus non diſplicuiſſe ſcio. Nam vel Epiſcop impeditis, vel intereſſe nolentibus, eorum Vicarij loco ipſorum ſimul cum Inquiſitoribus conuenientes expediunt caſus illos, & cauſas, quæ à ſolo Inquiſitore expediri non poſſunt, & ſic vnicus proceſſus confectus, & iuridicus, & legitimus eſt, & minus ipſis Reis diſpendioſus & ad veritatem inueniendam, & iudicandam facilior. Vbi verò adhuc conſuetudine receptus non eſſet ob eaſdem rationes, introducendus videretur, præſertim cum nullum Epiſcopis præiudicium inferatur, ipſis enim ſemper remanet integrũ iure ordinario, vel delegato in exemptos contra hæreticos, procedere ſeruata forma Concilij Vienenſis. Nam ſolum hîc agitur de modo faciliori, & tutiori conficiendi proceſſus in hoc foro in quo, & propter conſuetũ vſum, & propter ſecretos carceres, & propter miniſtros idoneos, & exercitatos, conuenientius peragi cauſæ poſſe videntur coram Inquiſitore.

7. Grratiſſimũ foret SS. & DD. Card. Inquiſit. Generet. vt Epiſc. per ſe ipſos his cauſis tractandis, atque iudicandis aſſiſterent, & magna, & cõmuni concordia, ſic cum Inquiſitorib. agerent, atque hunc ſibi finem proponerent, vt veritas inueniretur, Fides Catholica ſtabiliretur, atque omnis omninò hæreſis, & hæreſis ſuſpicio, & quælibet Doctrinæ nouitas à ſuis Diœceſibus expelleretur.

ARGVMENTVM.

Quando ſoli Epiſcopi procedunt, quomodo proceſſus formare debeant.

SVMMARIVM.

Epiſcopi in formandis proceſſibus contra hæreticos debent ſeruare modum, quem ſeruant Inquiſitores n. 1. & ſeq. & n 6.

Epiſcopi in cauſis hæreticorum ſunt Iudices ordinarij. num. 3.

Epiſcopi in cauſis hæreticorum exemptorum ſunt Iudices delegati à Sede Apoſtolica n. 4.

Epiſcopi ſunt Iudices hæreticorum quorumcunque & alias exemptorum n. 5.

Cap. LXIV.

SOLI Epiſcopi procedere ſolent, & poſſunt contra hæreticos & ſuſpectus de hæreſi in omnibus Prouincijs, & locis vbi nõ ſunt Apoſtolici Inquiſitores procedere debent, ſicut Bonifacius conſtituit his verbis, ſiue autem ordinaria ſiue delegata Epiſcopi poteſtate procedant, illum in procedendo modum obſeruent, quem Inquiſitores poſſunt, & debét per Iura Canonica, vel ſpeciales conceſſiones, ſeu ordinationes Sedis Apoſtolicæ obſeruare. Bonifacius VIII *in c. per hoc §. ſiue autem de hæret. l. 6.* Directorium Inquiſitorum *part. 3. commentario 112. §. vlt. ſ per q 62.* 1.

In proceſſibus itaque formandis praxim Inquiſitorum præſcriptam Inuiolabiliter Epiſcopi retinebunt, neque permittent Vicarijs ſuis aliter proceſſus in his cauſis formare, quos per ſe ipſos ſicut Inquiſitores Apoſtolici formare debent, informationes recipiendo, & teſtes examinando, & terminos legitimos ſeruando, & ſecretum cuſtodiẽdo ea diligentia, quam huiuſmodi cauſæ grauiſſimæ poſtulant adhibendam Ipſi enim, qui Diuino munere hanc poteſtatẽ, & iuriſdictionem acceperunt per ſe ipſos quantum fieri poteſt exercere tenentur. 2.

Signanter Bonifacius dixit, ſiue ordinaria, ſiue delegata Epiſcopi poteſtate procedant, quia hæretici, vel ſuſpecti, contra quos procedere contingeret, aut non ſunt exempti à iuriſdictione Epiſcopi, aut aliquo priuilegio, vel cauſa ſunt exempti, & reſpectu non exemptorũ; clara, & facilis, eſt concluſio, quod Epiſcopi in ſuis Diœceſibus poſſũt ordinaria authoritate procedere, quia quoad omnes vbique exiſtentes infra fines ſuæ Diœceſis fundata habent intentionem, & etiam contra ionitos poſſunt ſuam iuriſdictionem exercere (vt Iura, & Deciſiones Rotales habent) *cap. Venerabilibus, & cap. de Xenodochijs de religioſis dominibus*, gloſ. communiter recepta in Clem. prima, in verbo *aut eorum de foro competi.* Deciſiones Rotales ſignanter apud Verallum 306. incip. *Epiſcopus in quacunque, parte prima, & deciſion 201.* incipit, *Manu teneri debet, parte ſecunda.* 3.

Reſpectu exemptorum, clara quoque eſt, & à
4. Lucio Papa definita concluſio, vt Epiſcopi contra exemptos à ſua iuriſdictione, etiam ſi ſoli ſedi Apoſtolicæ ſubiaceant in cauſis ad forum Inquiſitionis ſpectantibus, auctoritate delegata procedere poſſint. Lucius enim his verbis conſtituit, ſi qui verò fuerint, qui à lege Diœceſanæ iuriſdictionis exempti ſoli ſubiaceant Sedis Apoſtolicæ poteſtati. Nihilominus in his quæ ſunt contra hæreticos inſtituta, Epiſcoporum ſubeant iudicium, & eis in hac parte tamquam à Sede Apoſtolica delegatis (non obſtantibus libertatis ſuæ priuilegijs) obſequantur, Lucius Tertius *in cap. ad abolendam, §. fin de hæret.*

Huius Canonicæ legis vigore Epiſcopi in ſuis Diœceſibus nulla exemptione ſuffragante, contra quoſlibet exemptos cuiuſcumque gradus, qualitatis, & ordinis exiſtant procedere poterunt, ſicut poſſunt in Diœceſibus Inquiſitores hæreticæ prauitatis, ſicut in Directorio Inquiſitorum pluribus explicatum fuit. In Directorio Inquiſitorum *parte tertia, commentario 77. ſuper quæſtione* 28.

Et meritò, quia, vt gloſa, & Doctores notanerunt, ratione delicti exempti perdiderunt priuilegium, quo non dat cauſam delinquendi. Gloſ. *in dicto capitulo ad abolendum, §. finali in verbo Delegatus de hæret.* & ibi communiter DD. Item communiter DD. in dicto capitulo per hoc *de hæret. lib. 6.* Repertorium Inquiſitorum *in verbo Epiſcopus §. Item Epiſcopus.*

6. Cæterum in capturis, tam exemptorum, quàm non exemptorum, cum ea cautela procedere debent Epiſcopi in ſuis Diœceſibus, quæ Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis indicata fuit *ſupra hoc lib. in cap. 8.*

Obſeruatio I.

De Defenſionibus Reorum.

CVm paulò antea *capitulo* 59. dictum fuerit, poſt factas vtrinque probationes deueniendum eſſe ad cauſarum expeditionem & reos pro qualitate criminum, & probationum, aut abſoluendos, aut condemnandos, conſequenter hic videbatur agendum de legitimis reorum defenſionibus, ſed hanc tractationem viſum fuit commodius reijcere ad initium *quarti libri huius praxis*, quia interim in proximo *tertio libro* adhuc agendum ſupereſt de peculiaribus quibuſdam delictis pertinentibus ad hoc forum, quibus etiam defenſiones competunt.

Obſeruatio II.

Circa Quæſtiones, ſiue Tormenta.

SImiliter in huius *Secundi libri* fine agendum videtur de Tormentis quorum vſus in hoc foro frequens eſt ad eruendam veritatem: Cæterùm quia vnus modus finiendi proceſſum, & expediendi cauſas in hoc iudicio agitatas, eſt per tormenta, Ideò de his quoque *in quarto libro* viſum eſt agere, in quo formulæ expediendarum cauſarum dilucidè explicantur.

CÆSARIS CARENÆ ANNOTATIONES,

Ad modum procedendi in cauſis Strigum, & Maleficorum.

PRÓPOSVERAT Pegna materiam hanc pertractare in tertio huius ſuæ Inſtructionis Libro, & quoniam hic non fuit inter eius Opera repertus, pro debilitate ingenij mei aliqua de hac re ſcribere quàm breuiſſimè decreui. Inueni in noſtris Inquiſitionibus Italiæ per Reuerendiſſimorum Inquiſitorum manus circumferri ſcripturam quandam breuem huiuſce argumenti. Animaduerti eam doctiſſimam religioſiſſimam, & veriſſimis Iuris noſtri principiis ac veræ pietatis Chriſtianæ fundamentis innixam. Hanc ſtatui Annotationibus illuſtrare, ut in toto hoc Opere, quod ad D. O. M. B ſemper Virginis Mariæ, ac Dominæ meæ, omnium Sanctorum laudem, & Venerabilium Inquiſitorum vtilitatem imprimendum curo Additionatoris munus excedam. Interim, benign. Lector, de huiuſce Criminis Lamiatus, & Sortilegij immanitate, de duplici Magiæ genere diuinatrice, & operatrice, déque iſtorum generum pluribus ſpeciebus, vide Torrebl. *de Magia integro libro ſecundo, & tertio*, & eundem in ſuo laudatiſſimo, doctiſſimo, & eruditiſſimo Tractatu *de Iure ſpeciali à lib. quinto, vſque ad lib.* 12. vbi latiùs, & longè doctiùs materiam hanc pertractat, quàm aliàs id præſtiterit Delrius, & verè Liber hic *de iure ſpeciali* dignus eſt qui ſemper ante oculos Inquiſitorum in hoc Crimine habeatur.

INSTRVCTIO PRO formandis proceſſibus in cauſis Strigum, Sortilegorum, ac Maleficorum.

SVMMARIVM.

1 *Errores plures committuntur in formandis proceſſibus contra Striges, ſiue lamias.*
2 *Vix tranſmittuntur ad Supremum Tribunal proceſſus in hac materia legitimè facti.*
3 *Sententia in hac materia plures in Hiſpania lata à Suprema illorum Regnorum Inquiſitione reuocata.*
Cauendum maximè à deciſione Dolana Grimel. 33.
5 *Ordinariè etiam contra Striges eſt procedendum.*
6 *Ob deceptiones quæ in hoc crimine contingere poſſunt, maiori cum cautela eſt procedendum.*
7 *Contra Iudices faciles, & proclines contra huiuſmodi reas remiſſiuè.*
8 *Lamiæ denunciandæ ſunt Inquiſitoribus etiam nulla præmiſſa correctione fraterna.*

1. EXPERIENTIA rerum magiſtra apertè docet grauiſſimos quotidie committi errores a diuerſis Ordinariis, Vicariis, & Inquiſitoribus in formandis proceſſibus contra Striges, ſiue Lamias Maleficas in notabile præiudicium, tam iuſtitiæ, quam in huiuſmodi mulierum inquiſitarum, itavt in Sac. Sanctæ Romanæ, ac vniuerſa- 2.
lis Inquiſition aduerſus hæreticam prauitatem Generali Congregatione longo tempore obſeruatum eſt, vix vnquam repertum fuiſſe aliquem proceſſum ſimilem rectè ac iuridicè formatum plerumque neceſſe fuiſſe quamplures iudices reprehendere, & multoties etiam punire ob indebitas vexationes, Inquiſitiones, carcerationes, necnon diuerſos malos, & impertinentines modos habitos in formandis proceſſibus, reis interrogandis, exceſſiuis torturis inferendis, itavt quandoque contigerit iniuſtas, & iniquas proferri ſententias, etiam vltimi ſupplicij, ſiue traditionis brachio ſæculari, & reipſa compertum eſt multos iudices, minùs faciles, ac proclives fuiſſe ob leue, aut minimum indicium credere aliquam mulierem eſſe ſtrigem, & ideò nihil omnino prætermiſiſſe, vt ab huiuſmodi muliere, etiam modis illicitis talem confeſſionem extorqueant, cum tamen, tantiſque inuerſimilitudinibus, varietatibus, & contrarietatibus, & ſuper tali confeſſione, nulla aut modica vis fieri poſſet: quapropter, vt tam Ordinarij, & eorum Vicarij, quam Inquiſitores de cætero magis cauti eſſe poſſint, in conficiendis huiuſmodi proceſſibus, infraſcripta diligenter, & accuratè præoculis habeant, & conſiderent &c.

Annotationes Carenæ.

VEriſſimum eſt, quod hoc loco notatur in hac
materia plures committi errores, teſtantur
hoc res iudicatæ in Hiſpania apud Ferdinand. Ca-
ſtro Palao *in ſuo opere morali tom 1.tr.4.diſp.8.Pun-
cto* 16.§.5.*num.*2.vbi ait in Ciuitate Logronenſi de
lamiatu plures condemnatos fuiſſe,& poſtea com-
3. pertum fuiſſe in condemnatione interueniſſe multas
fallacias, ob quas bona eorum qui ibidem damnati
fuerunt, fiſco addicta non fuerunt, neque eorum
ſententiæ Eccleſiis fuerunt affixæ, inſuper re-
conciliati declarati fuerunt habiles cuilibet Inquiſi-
tionis Officio de anno 1612.& Franciſcum Ferrer.
Doctiſſimum I. C.Hiſpanum *in ſuis com. ad Conſtit.
Cathol.ſol. matrimon. Tempore primo, declaratione
ſecunda, n.4.fol.mihi* 133.vbi quod quatuor mu-
lieres de lamiatu accuſatæ ab alijs ad mortem dam-
natis, & furca ſuſpenſis coram ordinario,& cum
recurſum habuiſſent ad Regium Conſilium, adeò
leues viſæ fuerunt illo Ordini præſumptiones con-
tra eas militantes, vt ſub fideiuſſione de ſe ſe con-
ſignando tali die fuerint relaxatæ, nec tamen fue-
rint vocatæ, exiſtimarunt enim Regij illi Senato-
res indicia contra dictas mulieres eſſe adeo leuia,
vt minime ex eis grauandæ eſſent ad ſe conſignan-
dum in Ciuitate Barchinonenſi, & alium ſimilem
caſum enarrat idem Auctor de alio recurſu habito
per quandam aliam mulierem ad Regium Conſi-
4. lium, à quo ex indiciorum leuitate fuit liberata,&
ſub idonea manu leuata,id eſt,cautè relaxata.quæ eſt
ſpecies liberationis.

Monet propterea idem Auctor Iudices omnes,
vt abſtineant à traditionibus Delrij in hac mate-
ria, & à deciſione Dolana, Griuell.in hac eadem
materia in ordine 33. quam leuiſſimis ait moram
fundamentis.

Ortum habent huiuſmodi errores, ex eo quod
Iudices ex immanitate criminis, arbitrantur poſ-
ſe procedi non ordinariè, & iuris ordine ſeruato,
ſed velo, vt aiunt, leuato, & ſine vlla iuris regula,
cum tamen hoc falſiſſimum ſit, ordinariè enim
5. etiam contra Striges procedendum docuerunt
Guedelm.*de magis, & venef. l.3.cap.*1 *n.* 1.& 18.
*& ſeq.*Benignus de Dæmonolatria *l.* 3.*n.* 9. Petrus
Heig.*quæſt* 45 *in cauſa Venef.* latiſſime Berlich.ad
Saxonicæ Conſtitutiones *part.4.concluſ.* 3 §.4 *n.*4.*&
ſequ.*vbi perbelle probauit in proceſſus huius deli-
cti habere locum litis conteſtationem,accuſationem
indiciorum, & articulorum copiam (quod intelli-
gendum eſt de ea editione quæ in S. Officio fieri
conſueuit) torturam ſeruatis ſeruandis, vt fit in
alijs quibuſcumque criminibus.

Negari certe nequit, quin in hoc delicti genere,
vt dicebat Dominus Inquiſitor San Vincente *in ſuis
Annot.*manuſcriptis in materia inquiſitionis *cap.*13.
de lamijs & ſtrigijs,§.1.*& ſeq.*multæ ſint fallaciæ, &
deceptiones à dæmone eius auctore inuentæ, cum
etiam multi DD.allegati à Modern. Barboſ. *in cap.
Epiſcopi* 26 *q.*5.voluerunt plurima huiuſmodi ſtri-
gibus accidere ſolere in ſomnijs, quamuis certiſ-
ſimum etiam ſit aliqua vere, & realiter contin-
gere, vt notant DD.ab eodem Barboſ.citati, & à
Berlich.*dicta concluſione quarta*, §. 3.*num.* 27. vbi
quod huiuſmodi maleficia aliquando non ſunt
fantaſiæ illuſiones, & imaginationes, ſed vera, &
6. realia permiſſa Dei.

Et ſic his ſtantibus, nulli mirum videri debet
ſi magna cum prudentia procedendum ſit, ne con-
tingat innocentes condemnari, vt factum ſæpius
in Hiſpania fuiſſe vltra Palaum, & Ferrerium ſu-
pra allegatos dixit, & D. Inquiſitor Vincentem
vbi ſupra §.1.

Multos Iudices faciles, & procliues eſſe. Contra 7.
hoſce Iudices videndus Ferrer. loco ſupra allega-
to *num.* 15. *& ſeqn. fol. mihi* 126. qui vocat eos
aſſaſſinos, Iudiciales patum Deum timentes, mi-
nuſque veritatis amatores, & ibidem narrat quod
cum fuiſſet aſſumptus in huiuſmodi crimine Aſ-
ſeſſor, quia vidit inquiſitionem formatam ex leuiſ-
ſimis indicijs, & abſque vllo fundamento imo
veritatem facti in contrarium apparere, contra
mulierum Inquiſitarum confeſſiones de Infantici-
dijs, quæ nunquam contigerant, valde miratus fue-
rat de Iudicibus in illa cauſa, qui fœminas capi-
tali pœna puniendas eſſe cenſuerant.

Quamuis verò Iudices cum hac cautela proce-
dere debeant, tamen quoad alias animaduertendum
eſt, quod quia lamiæ ſemper ſunt valde pertina-
ces, & vix fieri poteſt vt ex ignorantia peccent,
& ſemper mora alijs eſt damnoſa, ideò hæ ſemper 8.
denunciandæ ſunt Inquiſitoribus hæreticæ prauita-
tis, etiam ſine vlla correctione fraterna præcedente,
Illuſtriſſimus Tranſmera *de obligatione denunciau-
di hæreticos, & ſuſpectos de hæreſi quæſt.*11.*de cor-
rectione fraterna,ſect* 4.*cap.* 1. *n.*3. & Pater Alber-
ghinus *in Manual. Qualificatorum capit.* 27. *n.*14.
& dixi Ego *de Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis p.* 1.
tot.tit.de obligatione denunciandi.

§. I.

De probando corpore delicti in hoc Crimine.

SVMMARIVM.

1 *de corpore delicti conſtare debet ante Inquiſitio-
nem,& carcerationem.*

2 *Hoc eſt primum præceptum Criminaliſtarum in
hac materia.*

3 *Intellige hoc in illis maleficijs, & ſortilegijs, quæ
relinquunt veſtigia poſt ſe.*

4 *Nec ſufficit ad probationem corporis probare V.
G.mortem, niſi probetur eam ex maleficio proceſ-
ſiſſe.*

5 *Ante probationem corporis delicti non poteſt de-
ueniri ad Inquiſitionem, capturam & torturam.*

6 *De necatione V G.Infantis conſtare debet plenè,
vel per teſtes, vel per euidentiam facti.*

7 *Quod hæc necatio proceſſerit ex maleficio, ſuffi-
cit quod probetur præſumptione præſumptiua.*

8 *Confeſſio maleficæ de necatione Infantis, non con-
ſtito de illius morte non valet, & quid in facto
acciderit, I.C.Ferrer.*

9 *Quanta cum circumſpectione Iudices in hac ma-
teria procedere debeant ex Tarēn.*

10 *Abſtinendum potius eſt à punitione nocentis, cùm
id fieri non poteſt, ſine morali periculo innocen-
tium.*

11 *In ſortilegijs, quæ non relinquunt veſtigium poſt
ſe non eſt neceſſaria probatio corporis delicti.*

ERror principalis, & peculiaris omnium fe-
rè Iudicum in hac materia eſt deuenire, ne 1.
dum ad Inquiſitionem, & carcerationem, ſed ſæ-
pè etiam ad torturam contra aliquam mulierem de
maleficio imputatam, quamuis non conſtet de cor-
pore delicti, ſiue maleficij, & tamen in iure in-
dubitatum

dubitatum eſt ad tales actus deueniri minime poſſe niſi prius de huiuſmodi corpore cõſtet, cum agatur de delicto cuius veſtigia remanent.

Annotationes Carenæ ad §. 1.

2. PRimum Criminaliſtarum præceptum eſt, imprimis conſtare debere de corpore delicti, de hac re egi late *de Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis p. 2 titulo 12 de ſortilegijs §. 20. per tot.* text. Generalis in hac materia est *in leg. . . § Item illud ff. ad Syllan. ibi, niſi conſtet aliquem occiſum non haberi poſſe de eo quæſtionem.*

3. Hoc tamen intelligendum eſt de illis maleficijs & ſortilegijs, quæ relinquunt veſtigium poſt ſe, vt ſunt ſortilegia, omnia ex quibus mors vel damnum aliquod inſurgit, nam in hoc maleficiorum genere probandum eſt mortem, infirmitatem, vel mutilationem ex maleficio proceſſiſſe, quia in hoc formaliter ſtat iuriſdictio Sancti Officij, Farin. videndus *conſilio 12. n. 17.* Torreblanca *de magia lib. 3 cap. 16. n 16 & ſeq.* bene Ferrer. ad quem in hac

4. materia ſemper recurrendum eſt *loco ſupra citato. n. 21 & ſequentibus.*

Et adeò neceſſaria eſt hæc probatio corporis, delicti, vt ante eam factam non poſſit procedi ad Inquiſitionem, latè Farin. *de Inquiſitione quæſt. 1. n 6.* qui & alios plurimos citat, & Clarum *q. 4. ſni § fin. in praxi Criminali* contrarium aſſerentem declarat vt loquatur in delictis facti tranſeuntis.

Minus poteſt non præmiſſa corporis delicti probatione deueniri ad capturam, Marſil. *conſ 12. n. 14.* Idem Farin *vbi ſupra quæſt. 2. num. 1. & ſequentibus*, & multo adhuc minus deueniri poterit ad

5. torturam.

Circa hanc tamen probationem corporis delicti exiſtimo, quantum ad rem noſtram attinet, animaduertendum, quod licet V. G. conſtare debeat infantem enecatum, vel per teſtes vel per euidentiam facti ex viſitatione cadaueris.

Tamen, quod expoſt hæc enecatio euenerit ex

7. maleficio, hoc ſufficit ſi præſumptiua probatione doceatur, quia iſtius rei probatio directa ferè impoſſibilis eſt, & lex contenta videtur ea probatione, quæ ſecundum naturam facti de quo agitur fieri poteſt, egregie in rem noſtram Carpzouius in ſua Iuriſprud. Roman. Saxonica ad Electoris Saxoniæ Conſtitutiones *parte quarta, Conſtitutione ſecunda deffinitione quinta*, cuius hæc ſunt aurea verba. *Dixerim verò ſufficere de huiuſmodi delicto ſaltem ex coniecturis, & præſumptionibus veriſimilibus conſtare, puta ſi confeſſionibus ſagarum non tantum vox, & fama publica congruat ſed & aliorum maleficorum confeſſiones his reſpondeant aut alia adſunt indicia, quæ Iudicem tutum reddere queant, nec enim criminis confeſſi certitudo alia requiritur, quam quæ haberi poteſt.* God lm. *de mag & veneſic.* & Iam *l 3. c. 10. n. 47.* & ita in Saxoniæ dicaſterio pronunciatum fuiſſe de anno 1613. & 1621. & verba ſententiæ refert.

Et in hac re, tamquam ad firmam anchoram

8. ſemper inſiſtendum eſt, & memoria habenda confeſſio illius mulieris, de qua mentionem facit Ferrer. loco ſupra ſæpius citato, n 25. quæ faſſa fuit ſe de nocte accepiſſe quendam infantem ab vberibus matris, illumque produxiſſe in conuentu ſagarum ab eaque, & ſocijs trucidatum, & tamen interrogata mater infantis dixit, numquam tale quid ſuo infanti accidiſſe, quia igitur in præſenti materia plures fallaciæ accidere poſſunt, ne contingat, vt ſuprà dicebam, innocentes condemnari, maxima cum prudentia procedendum eſt, & magna cum circumſpectione, ad quod Doctiſſimus 9.
Vir Adamus Tanet. numquam ſatis laudatæ Religion. Societat. Ieſu *in 1. 2 D. Thomæ diſp 4. q 1. dub. 2 verſiculo Tertium principium eſt*: adducit locum Euangel. *Math. 13.* vbi quærentibus ſeruis à Patre Familias de zizania eradicanda. Pater Familias eis reſpondit, *Nonne forte colligentes Zizania eradicetis, & triticum ſinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, & tempore meſſis dicam meſſoribus, colligite primùm zizania &c.* Ex hoc loco ait Tanerus, præſcribitur generalis regula omnibus Magiſtratibus, vt ſi quod crimen puniri, & extirpari non poſſit ſine morali periculo Innocentium (vt colligitur ex particula illa, forte) abſtinendum potiùs ſit à criminis punitione, idque Diuinæ vindictæ iudicio relinquendum, quàm, vt intempeſtiuo, & pernicioſo zelo innocentes, ſimul cum nocentibus perimantur.

Quæ diximus hucuſque de corpore delicti probando non procedunt in ea delictorum ſpecie, quæ 10.
poſt ſe veſtigium non relinquunt, vt in hac eadem materia dixi *de Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis in cit § 20. concl. 1. & 3.* ad quem locum me remitto.

§. II.

De Iudicio Medicorum.

SVMMARIVM.

Ad probationem corporis delicti in maleficio, exquiſita adhibenda diligentia.

2 *Medici in hac re quomodo interrogandi.*

3 *Dictum vnius periti ex dicto peritioris reuocatur.*

4 *Familiares item examinandi ſuper qualitate, & circumſtantijs infirmitatis.*

5 *Conſtito de morte probandum eſt eam accidiſſe ex maleficio.*

6 *Prima huiuſce rei probatio ſumitur à iudicio Medicorum.*

7 *Medici formiter examinandi, & de quibus interrogandi.*

8 *Quænam ſint ſigna ad cognoſcendum. an morbus, vel mors fuerint à cauſa dæmoniaca, vel naturali, vbi latè.*

COrpus autem delicti non dicitur probatum, 1
ſicut mihi Iudices videntur præſupponere, ex eo quia prætenſus maleficiatus ſit vel fuerit infirmus, ſiue deceſſerit. Clarum eſt enim, quod infirmitas, & mors regulariter ex maleficijs non prouenit, ideò oportet exquiſitas diligentias Iudiciales adhibere, examinando Medicos, qui infirmum curarunt. Illos diligenter interrogando de qualitate infirmitatis, & an ex arte Medicinæ dignoſcere poſſint infirmitatem eſſe, vel eſſe poſſe naturalem. Illos etiam interrogando circa totam ſeriem, & accidentia ipſius Infirmitatis à principio omnia fuſiùs in proceſſu redigenior, ad hoc vt ſi forte aliquis Medicus per imperitiam, (prout multoties euenit) neſciuiſſet qualitatem morbi, & propterea iudicaſſet non eſſe talem, ſed ex maleficio prouenire Alius Medicus magis peritus habita notitia omnium accidentium eiuſdem Infirmitatis, licet infirmum non viderit, poſſit dignoſcere

cere, an talis infirmitas ex morbo naturali nec ne
prouenire potuerit, & vlterius maxime congruum
eſſet ad eundem effectum iudicialiter examinare fa-
miliares infirmi pro habenda notitia principij infir-
mitatis, & eius progreſſus. Ex hoc enim apparc-
bit, an conueniant depoſitiones Medicorum, &
familiarium circa accidentia infirmitatis, & ſic tu-
tius fieri poterit iudicium à Iudice, an conſtet de
corpore maleficij. Quod ſi ex huiuſmodi diligentijs
Iudici apparebit infirmitatem eſſe, vel fuiſſe natu-
ralem, procul dubio procedere non debet contra
accuſatam de tali maleficio. Si verò Medici periti
clarè iudicauerint eſſe, vel eſſe poſſibile proba-
biliter maleficium, tunc Iudex ſecurius cogitare
poterit de Inquiſitione formanda contra accuſatam
4. de tali maleficio.

Annotationes Carenæ ad §. 1.

Dixi §. antecedenti non ſufficere ad probatio-
5. nem corporis delicti, in Sancto Officio ad
effectum de quo agimus, quod probetur infantem
V.G. cæcatum, ſed vlterius probandum eſſe id
accidiſſe ex maleficio.

6. Prima igitur probatio huiuſce rei, ſumitur à
Iudicio Medicorum, cum enim infirmitas, & mors,
tam à cauſa naturali quam Dæmoniaca prouenire
poſſit, vtique vna cauſa ab alia diſtinguenda eſt.

7. Formiter examinandi erunt Medici, qui infantis
infirmitati aſtiterunt, & eum curarunt, Antonius
Maria Cupius in Secretis Sereniſſimi Magni Etru-
riæ Ducis, in ſuo Iudice Criminal. *l. ſecundo cap.*
4. *num.* 4. Maſſinus *in Prax. Sanct. Offic. part. 7. tit.*
Modo di proceder contra le Streghe. Verſiculo *E*
percio biſogna eſaminar li Medici. Ego *de Offic. Sanct.*
Inquiſit parte ſecunda, titulo 12. §. 24. *num.* 208. *&*
ſequent.

8. Et diligenter interrogandi de infirmitate, &
morte infantis de omnibus circunſtantijs, cauſis,
ſymptomatibus à morbi principio vſque ad mortem
adſunt enim ſigna ſua, & indicia ad cognoſcendum
an morbus & mors ex cauſis naturalibus, vel dæ-
mone, & maleficio prouenerint de quibus Io. Ba-
ptiſta Codron. *de Morbis Veneſic. l. 3. c. 13. per tot.*
Anton. Mar. Coſp. *loc. alleg. c. 43. & ſeq.* & bene Za-
chias *in ſuis q. Medico-legalibus l. 4. t. 1. q. 9. n. 14. &*
ſeq. vbi ait conſiderandum modum quo morbus
ægrum affligit, & quo mors contigit eorum cauſas,
quas ſi ex arte ſua Medicus non agnoſcat, Iure ar-
guere poteſt ab altiori cauſa prouenire: Attendenda
morbi, & mortis ſymptomata, an ſecundum na-
turæ præſcriptum, vel præter eius conſuetudinem
ſuccedant, & an ipſis cauſis naturalibus reſpon-
deant necne; conſiderandam vlterius dixit toleran-
tiam remediorum naturalium, & ſupernaturalium,
an ad alteratorum applicationem morbus irritetur,
vel quieſcat. Adhibendam addit animaduerſionem
ad coniecturas deſumptas ex ætate, ſtatu, & habitu
ægrotantis, vel pereuntis, & tandem *n.* 18. ſic con-
cludit. *Et in ſumma quandocumque morbus occurrit*
difficilis, ſiue repentinus interitus, cuius cauſa ſa-
pientibus ſint ignota, & ipſe morbus, aut interitus
naturalibus, & apparentibus cauſis, non modò
minimè conformis, ſed vndequaque repugnans, &
ex alia parte vrgeant præſumptiones & coniectura
extra artem Medicam quæſita tunc ſuſpicari licet
morbum, & mortem à ſupernaturali cauſa proceſ-
ſiſſe, bene etiam Coſpiua *vbi ſupra c. 43. n.* 10. vbi
ſic ait, *Sarà ſegno di maleficio ſe l'infermo ſi duo-*
le, e non sà dir la parte, ſe ſoſpirarà, e piange-
rà, ſentirà pontura nel cuore all'improuiſo ſe vederà
ſcuoterſi, ò ſoprapreſo da timore, ſe le arterie del
cuore li batteranno frequentemente, ſe ſentirà ora
vento freddiſſimo, ora come fiamma di fuoco, vn' obli-
uione repentina di tutte le coſe, ſe ſentirà come for-
miche diſcender da capo a piedi, e ſubito aſcender
da piedi al capo, inparſi la gola, & di li a poco
diſinfiarſi, & plura alia ibi proſequitur, quæ apud
eum legi poterunt, cum animaduerſione tamen
ſemper quod plura huiuſque recenſita non pro-
bant niſi per viam indicij, & coniecturæ mor-
bum, & mortem ex maleficio prouenire, & ideo
bene loquutus fuit vbi ſupra Zachias, quod lice-
bit ſuſpicari, egregiè Torreblanca de magia vi-
dendus *l. 2. c. 40.* vbi late de ſignis ex quibus colligi
poteſt morbum eſſe naturalem, vel dæmonis arte
inductum, & latius in ſuo eruditiſſimo *tract. Iuris*
ſpecialis l. 12. *c.* 1. *per tot.* 9.

Et ſuper hac Zachiæ Doctrina poterit doctus
Inquiſitor formare interrogationes Medicorum,
ſine tamen vlla ſuggeſtione, quorum reſponſio-
nes omnes ſcribi debent in proceſſu, cum enim
non poſſint Medici in hac re deponere directè, ſed
tantum ex coniecturis, & vti periti in arte, iudi-
cio Medicorum in actis cum omnibus circumſtan-
tijs redacto, poterit ſi non erit legale, & eius arti 10.
conſentaneum per Medicum peritiorem corrigi, &
emendari, iuxtam vulgatam Doctrinam Io. An-
dreæ *in Additionibus ad Speculat. tit. de homicidio*
§. 1. *Verſ. De facto quæritur*, quod condemnatus ad
mortem ex vulnere illato iudicio vnius Medici le-
thali, poterit petere, quod ſententia retractetur, ad-
hibito Medico peritiori, quam Io. Andreæ Doctri-
nam late exornauit, & declarauit Theſ. ſenior *de-*
ciſion. Pedementana 25. *per tot.*

Secunda probatio deſumi debet ab examine fa-
miliarium infantis enecati, huiuſmodi enim quia 11.
eius infirmitati, & morti ſemper interfuerunt ma-
gis edocti eſſe poterunt de omnibus circumſtantijs
infirmitatis, & mortis eiuſdem.

Tertia probatio exhauriri poteſt ab examine
ipſiuſmet maleficiati, (ſi viuus ſit) eum interrogan- 12.
do ſuper qualitatibus, & ſymptomatibus ſuæ infir-
mitatis, nihil tamen ei ſuggerendo, ſed permit-
tendo quod ipſe in totum manet initium, & pro-
greſſum totius ſui morbi. In hoc enim examine
cum magna cautela procedendum eſt, ne detur
anſa infirmo exiſtimanti ſe maleficiatum, ita depo-
nendi, vt eius indicium, vel ſuſpicio confirmetur.

Quarto loco non erit examini prudentis exor-
ciſtæ, ita auctor praxis Sancti Officij, quæ circum-
fertur manuſcripta in Inquiſitionibus Italiæ *cap.* 8.
de ſortileghi. Verſiculo, *In queſti caſi*, ibi *& an-*
co la fede dun'eſperto, e prudente Eſorciſta, che
l'infirmità venghi veramente da maleficio, dico pru-
dente Eſorciſta, perche molti vi ſono, che qualonque
infirmità giudicano maleficij per poca pratica, e tal
volta ſe le perſone non ſono maleficiate, eſſi ſono cau-
ſa mediante l'humor melinconico del l'infermo, che
ſi tenghi per maleficiato.

Diligenter igitur examinabitur exorciſta ſuper 13.
omnibus, quæ ei obtigerunt in exorcizando in-
firmum vt videri poſſit ex eius depoſitione, an verè
morbus ex maleficio ortus dici poſſit.

De poteſtate in Eccleſia Dei ſuper Energume- 14.
nos obſeſſos a Dæmone, & huiuſmodi maleficio
affectos, videndus eſt P. Thyreus *in ſuo tract. de dæ-*
moniacis, & P. Puteanus in primam partem D.
Thomæ *poſt tract. de Aug. in ſimili tract. dubitat.* 7.
& ſeq.

§. III.

§. III.

De indicijs contra maleficos perſcrutandis

SVMMARIVM.

1 *Ante carcerationem perſcrutari debet Inquiſitor indicia contra prætenſum reum.*

Ex ſola denunciatione maleficiati, vel eius attinentium non debet eſſe facilis Iudex ad carcerandum.

3 *Conſtito Iudici, & Inquiſit de necatione V.G. infantis. & quidem ex maleficio ante carcerationem perſcrutari debet indicia contra reum.*

4 *De indicijs contra hoſte maleficos, remiſſiuè.*

5 *De indicio nebulæ circa cullam infantis.*

6 *De hiſce indicijs egregie Torreblanca.*

7 *Familiares Maleficiati ratione intereſſe valde ſuſpecti ſunt.*

8 *Id agendum cùm reu eſt ſuſpecto de fuga.*

9 *Ante carcerationem Inquiſitor omnia communicet cum Congregatione ſuorum Conſultorum.*

1. INſvper antequam Iudex deueniat ad carcerationem prætenſæ maleficæ, debet diligenter rimari contra indicia, quæ ſunt contra illam, nec ex ſola denunciatione prætenſi maleficiati, & eius attinentium eſſe facilis ad carcerandum, niſi ſimul allegetur aliquo probabilis cauſa, ob quam
2. animus iudicis rationabiliter moueri poſſit ad credendum, quod mulier accuſata tale maleficium committere voluerit, & eiuſdem cauſæ aliquam probationem, vel ſaltem non leue indicium habeat, antequam ad carcerationem deueniat.

Annotationes Carenæ ad §. 3.

3. COnſtito Iudici, & Inquiſitori de corpore delicti, V.G. infantem enecatum, & enecationem ex maleficio proceſſiſse, ſaltem ex coniecturis probabilibus, adhuc non debet ad carcerationem prætenſi rei, vel reæ deuenire, niſi adſint contra eum, vel eam legitima indicia.

4. De inditijs autem in hoc crimine, vltra ea quæ dixi ego *de Offic. S. Inquiſition. t. 12. §. 21.* videndi ſunt Coſpius *in Iudice crim. l. 2. c. 41. & ſeq.* vbi in ſpecie agit de Nebula aeris viſo circa cullam infantis, Mathias Berlich. ad Saxoniæ conſtitutiones *p. 4.*
5. *concl. 4 de Venef & malef. n. 16. & ſeq.* Carpz. *in ſua praxi crim. nouaRom Saxon. p. p. q. 49 n. 62. & ſeq.* inter tamen indicia ab iſtis Vltramontanis DD. recenſita, multa ſunt friuola, & non attendenda indicia,
6. & plura ea diſtinguens in leuia grauia, & grauiſſima affert Torreblanca *de magia c. 17. per tot. & c. 16.* vbi latiſſime probauit neceſſario ante carcerationem rei huiuſce criminis debere conſtare de legitimis indicijs

7. Cum autem maleficiatus, & familiares ipſius ſint ratione ſui intereſse valde ſuſpecti, ideo nulli mirum videri debet ſi horum depoſitionibus tantum fidem adhibere non debeat Iudex, vt ex his ſolis nullis alijs vinctis adminiculis poſſit ad carcerationem
8. deueniri, neque enim ob ſolam offenſorum denunciationem poteſt ad prætenſi rei carcerationem deueniri, vt probauit Carpzouius *in ſua praxi crim. p. 3 q. 11. de Incarceratione n 27. & ſeq.* niſi fortaſse reus prætenſus eſset de fuga ſuſpectus, nam tunc poſſet carcerari, maximè ſi homo eſſet vilis conditionis, Farin. *qu. crim. 17. n. 121.* Carpzouius *ibid n. 51* cum alijs apud ipſos.

Antequam tamen ſuper carceratione Inquiſitor deliberaret in hoc crimine, Ego eum hortarer, vt omnia cum ſuis Conſultoribus communicaret, iuxta ea quæ ſupra diximus *l. 2.* & prout pluries ſic in noſtra Inquiſitione Cremonæ obſeruatum fuiſſe ſcio. 9.

§. IV.

De perquiſitione domus maleficiati.

SVMMARIVM.

1 *Perquiſitio Domus decreta captura facienda eſt.*

2 *Quæ in ea aduotanda.*

3 *Annotata diligenter conſiderabit.*

4 *De repertis intus Anaclintercum, Ceruical, & cætera maleficiati.*

5 *Diligenter conſideranda qualitas rerum repertarũ*

6 *Super rebus ibi repertis, quod fundamentum fieri poſſit.*

7 *Perquiſitio Domus maleficæ à quibus facienda.*

8 *Ab hac tandem perquiſitione abeſſe debent familiare Inquiſiti, & cur.*

9 *In perquiſitione deſcribi debent ea omnia quæ faciunt pro reo.*

10 *Item pro fiſco deſcribi debent*

11 *Cereæ Imagines acubus transfixæ.*

12 *Pulueres.*

13 *Vnguenta.*

14 *Pentacula*

15 *Carta cum Crucibus.*

16 *Libri maleficia continentes.*

17 *Olla ſub terra.*

18 *Venena.*

19 *Oſſa mortuorum.*

20 *Res omnes extraordinariæ.*

21 *Res reperta in lectis.*

22 *Quod fundamentum ſuper his rebus fieri poſſit.*

23 *In materia huius perquiſitionis Coſpius videndus*

24 *Circuli in carta cum Cruce in medio numerantur inter ſigna magica.*

25 *Multo minus fundamentum poteſt fieri ſuper repertis in lectis cũ ea à Dæmone ibi ſupponi potuerint.*

26 *De enementibus acus, clauos, & ſimilia, remiſſiuè.*

ADuertat præcipuè Iudex in ipſo actu carcerationis diligenter facere perquiſitionem in 1.
domo mulieris inquiſitæ, & talem inquiſitionem per ſe ipſum, aut Vicarium idoneum faciat adhibito Notario, nec ad huiuſmodi perquiſitionem interueniãt perſonæ attinentes, aut familiares, prætẽſi maleficiati, ne contingat, (prout aliquando ſuſpicatum eſt) doloſè aliqua ſupponi maleficia denotãtia in graue præiudicium reæ inquiſitæ, & in dicta perquiſitione annotentur diligenter per Notarium omnia reperta in domo, & capſis, & non ſolum quæ poſſunt iuuare intẽtionem fiſci, ſed etiã ea quæ poſſunt iuuare ream inquiſitam, prout Imagines Sanctorũ. Coronæ Diuina Officia, libri deuotionũ, Schedulæ. Communionis, Aqua. & Palmæ benedictæ, & alia ſimilia ſingillatim illa deſcribendo in inuentario perquiſitionis conficiendo. Nec ſint faciles Iudices ad firmiter credendũ aliqua reperta, prout oleum in vaſculis, pinguedo, pulueres, & ſimilia eſse apta ad maleficium, ſed faciant illa conſiderari

ſidetari à Perltis ad effeĉtnm,vt dignoſcatur,an de-
ſeruire poſſint ad aliom finein,quam maleficij.
Multoties euenit quod familiares prætenſi malefi-
ciati eredentes maleficium petqnirunt intus anaclin-
4. teteum,ceruical,& puluillos lecti ipſius infirmi, &
cum inuenlant volucra quæ videntur ad maleficium
aptata,illa deferunt ad iudicem,qui ſuper hoc maxi-
mum facit fundamentum ad effectum probandi ma-
leficium,& in hoc debet eſſe multum vigilans,& cir-
cumſpectus iudex,facilè enlm euenire poteſt,vt talia
à familiaribus infirmi ſuppoſita fuerint,& ſic facilius
Iudex inducatur ad credendum maleficium, & ad
procedendum contra aliquam perſonam.
5. Præterea benè aduertere debet qualitatem repet-
torum in huiuſmodi lectia, cùm enim anaclinteria,
& alia prædicta conficiantur ex pluma, aut lana, &
quotidie intermiſceantur, & inuoluantur, dum le-
ctus pcnſternitur,facilè euenire poteſt, vt ſpatio ali-
cuius temporis fiant aliqua inuolucra, quæ videan-
tur præſeferre ſuſpicionem maleficij,& tamen natu
raliter ex præmiſſis contingere poſſint, vltra quod
in actu confectionis huiuſmodi anaclienteriorum,&
aliorum prædictorum ex incuria magiſtri illa fabri-
cantis,illa intermiſceri potuerunt. Ex quibus huiuſ-
modi inuolucra ex ſe confecta fuerint.
6. Et ideò ſi perquirerentur ſingulorum lecti præci-
puè ex pluma confecti,de facili in aliquibus ſimilia
inuolucra reperirentur. Nec etiam eſt mirum, quod
in huiuſmodi quandoque reperiantur acus, nam
vbi ſunt mulieres acus vbique abundant, & facile
eſt quod per accidens ſpatio alicuius temporia,mul-
tæ acus in prædictis mobilibua interclndantur.
Neque forſan abs re eſt,conſiderare dæmonem ta-
lia aliquando ſupponere potuiſſe,abſq; participatio-
ne,& aſſenſu alicuius, vt indè credatur maleficium
commiſſum,& ſic aliqua perſona indebitè damnum
patiatur; Quemadmodum videmus in actu exorciſ-
mi nonnullorum obſeſſorum qui videntur euomere
acus,clauos,& diuerſa innolucra.quæ tamen impoſ-
ſibile eſt obſeſſos in corpore habere,prout non ha-
bent ſed dæmon in illo actu talia ſupponit ad os
obſeſſi, vt credatur fortè obſeſſum eſſe maleficia-
tum,& aliquis indè indebitè moleſtetur. Ex quibus
patet quàm circumſpectus eſſe debeat iudex circa
huiuſmodi reperta,cum de facili,vel potuerint ſup-
poni, vel eſſe naturalia, vel facta opera Dæmonis
ſine alicuius miniſterio.

Annotationes Carenæ ad §.4.

7. DEcreta captura, vt vndequaque veritas delicti
habeatur in actu ipſius capturæ facienda eſt
perquiſitio domus prætenſi malefici, vel maleficæ,
dixi,ex Maſſino *in praxi S.Officij,p.-.fol mihi* 176.
ſecundæ impreſſionis, *verſic. Auerta il Giudice*,Ego
ipſe *de Offic.S.Inquiſit.p.1.tit.12.§,14.n.*207.*Verſicu-
lo Tertio facienda eſt perquiſitio* domus, & nouiſſi-
mè Coſpius *in ſuo iudice crimin.l.1.c 41.n.1.verſicu-
lo Perche eſſendo queſta arte congieturale &c.Il dili-
gente Giudice &c.*
Et quidem ſi quæratur à quonam perquiſitio do-
mus ſit peragenda.Dico quod debet fieri à miniſtris
S.Offic.ad præſentiam Notarij, & coram ipſomet
Reuerendiſſ.inquiſitore,vel eius Vicario.Quia enim
agitur de re quæ magni poteſt eſſe præiudicij, tam
pro reo vel pro rea,quàm pro ipſomet fiſco Sanct.
Offic.ipſemet aſſiſtere debet huic perquiſitioni.
8. Et ob eandem rationem abeſſe ab hac perquiſi-
tione debent omnes amici, & familiarea ipſiuſmet
prætenſi malè inquiſiti.Eapertenia enim docuit in
criminalibus,quod actus iudiciales, qui fiunt cum
aſſiſtetia partis offenſæ,vel eius amicorum ferè ſèper
& vt plurimum non rectè fiunt, & ſcandala aliqua,
vel ſaltem fraudes oriri ſolent. Videatur Ambroſin.
in ſuo proceſſu Informatiuo c.5.lib.1.n.5. & ſeq. & ibi
Io. Bernardinus Portus qui fuit in Ciuit. Mediola.
magnus Criminaliſta.
Non eſt dubium, quod Notarius in hac domus
malefici perquiſitione diligenter deſcribere debet
omnia reperta in domo,capti,& aliis locis eius do-
mus quantumuis ſecretis..
Et Imprimis pro reo deſcribere debet ea omnia 9.
quæ eius Catholicam credulitatem iuuare poſſunt,
vt puta ſi in domo reperit Imagines Sanctorum,&
alia in textu inſtructionis recenſita.
Optimus enim inquiſitor in Tribunali,tam San-
cto, & fidei tam immaculatæ, diligenter veritatem
perquirere debet, tam pro reo, quam contra reum,
nō verò tam tenaciter adhærere fiſco,vtque pro reo
faciuni negligat,& vt perperam vidi a iudic bua lai-
cis quibuſdam peſſimæ conſcientiæ obſeruatum ad
tempus defenſionum remittat.*l.non defendatur*, &
ibi notat Bartol *ff de pœnis*,Alex *conſil.4 n.1. lib. 6.*
Marſil.*conſ.17.*Fat.*conſ.33.n.2.*Neuixan.*conſ.61.n.41.*
Scaccia *de Iudiciis ciuilibus Criminalibus,& hæretica
libus c.86.n.9.*Bertazz *conſ.crim.* 305.*n* 8.
Pro fiſco etiam S. Offic. prudens Inquiſitor cu- 10.
rabit ea omnia diligenter deſcribi,quæ eius inten-
tionem fundare poſſunt & præſertim infraſcriptæ 11.
ceteæ Imagines acubua transfixæ, de quibua latiſſi-
me Grilan d. de Sortilegiis *lib.2 q.5.n.* 11. *Verſicul.
Imagines fabricabant, quas ſpinis,acubus,clauis, &
aliis rebus acutis in gutture femur coſtis &c. perfora-
bant,deprecando,vt Corpus verum maleficiati eadem
pœnas pateretur.* Delrius *magicarum diſquiſitionum
p.p q.1.ſect.* 4.Budin.dæmonum *l.2.c.*8.Torrebl.*Iuris
ſpecialis l.12.c.4.per tot.& c.5* vbi maleficio hoſtili,
quod ſolet fieri cum hiſce cereis Imaginibus.
Pulneres de quibus idem Grilan *q.3.n.29.* Torre- 12.
blanc *de Magia lib.2. c.* 30. & latiùs eruditiſſimua
hic auctor videndus erit de Iure ſpeciali *tom.1.l.12.
c.7* & vtrobique ait magos hoſce pulueres accipere
à Dæmone,Berlich.in *ſuprà citata concluſione.3.n.*
8.vbi ex Gilhauſ. & Remigio ait maleficas tres pul-
ueris ſpecies accipere à Dæmone videlicet atri co-
loris ad homines enecandos, cineticij coloris ad
morbos inferendos, & albi,ad ſanitatem reddendam.
Vnguenta,hiſce enim etiam vtuntur magi,& ſtri- 13.
ges,Torreblanca *de iure ſpecial.d. cap. 7. 13. & ſeq.*
vbi quod huiuſmodi vnguenta ſolent fieri ex infan-
tulis igne toſtis,vel aqua feruenti liquatia, & *n.*30.
vbi latè agit de peſte anni 1630.Med.ex vnguentis
videatur is auctor, quia verè dignus eſt, qui legatur,
& perlegatur in hac materia, Coſpius *in Iudice
criminal. lib. 2. cap. 38. num.* 14. vbi quod ali-
quando huiuſmodi vnguenta fiunt cum ſanguine
puerorum.
Ollæ plenæ bufonibus, hoſtiis, & membris hu-
manis, Berlich.*d.concl.5.num.*47.
Pentacula, de quibua Genuenſis in praxi fori 14.
Archiep. Neapol. *c.* 18. *n.* 13. primæ impreſſionis,
& dixi Ego *p. 1. de Offic. SS. Inquiſit. tit.* 12.
§. 21.*num.*1.
Cartæ cum Crucibus, & nominibus dæmonum 15.
ac verbis Scripturæ Sacræ ad tormenta ſuperanda,
Berlich. citata *concl. 4. num.* 177. Torreblanca
latiſſimè *de iure ſpeciali, lib. 11. cap. 10.* & *de
Magia l.1. cap.23. per totum* de quo malefic. dixi
*d.tit.*12 §.16.
Libri maleficià continentes, de quibus Torrebl. 16.
de iure ſpeciali l.3. c. 18. & de magia lib. 2. cap. 15.
huiuſmodi

huiuſmodi autem lib.magic.ſunt clauicula Salomonis, quam ſemel vidi in Inquiſitione Cremonæ, quámque ſtatim dixi poſſe appellari ceremoniale Diaboli, Almadel, Centum Regum, opus mathematicum, Opera Petri de Albano, & ſimilia.

17. Ollæ ſub terra defoſſæ, vel in Puteo, de quibus Godelm. *de lamiis c. 7.* Spreng *in malleo maleficarum p.2.q.1.c.1.* Torreblanca *de magia lib.2 c.39.n16.*

18. Venena, his enim vtuntur ſtriges ex pacto ſpeciali cum dæmone in maleficiis, Torreblan. vbi *ſupra, cap.39. num* 17. qui alios refert, & latius de Iure ſpeciali, vbi videatur *lib.11.cap.2.& ſeq.* Emanuel Muura *de Incantat. & Enſalmis Opuſculo 1. ſect.2. c.4 n.11.*

19. Oſſa mortuorum, carnes puerorum aſſatæ igni, pinguedo corporis humani, quibus paſſim lamias vti atteſtatur Torreblanca cum allegatis ab eo *de magia operatrico lib.2.cap.38.num.9.& ſeq.* vbi etiam quod ex pinguedine puerorum ſolent lamiæ famoſum conficere vnguentum.

20. Res omnes extraordinariæ ſub limine domus prætenſi malefici, vel maleficæ inuentæ, Coſpius vbi *ſuprà c.44.n.3.*

Et alia omnia apta regulariter ad maleficia peragenda, & ad ſortilegia, vt V.G. *Carta*, vt dicitur, *vergine, corda d'appicato, calamita*, quam etiam ſolemni ritu ſolent magi baptizare, *Spade caraterizata. Anelli con nomi incogniti.*

21. Res etiam repertæ in lectis, & ſuper ceruicali deſcribi debent, vt ſi ſint res quæ naturaliter, & veriſimiliter in eis apponi ex induſtria non potuerunt.

Hoſce Coſpius vbi ſupra proximè ſic deſcribit. *Vſarà diligenza il Giudice ſe nel letto, nel guanzale, ſtrapuntale, mattarazzo, è coltrice, doue detto affatturato dorme, ſe vi ſi trouaſſe oſſa, nocciole, guſci, penne attacate inſieme, corde, ſtringhe, treccie, naſtri, capelli, ò altro annodati, & ogni altra coſa, che non potena veriſimilmente eſſere ſtata meſſa in quel luogo; Maggiormente potranno queſte coſe ſeruir per proua del corpo del delitto, ſe quelle rimeſſe, & abbrucciate dal ſacerdote con le ſolite ſolennità di Salmi, & orationi, e con il fuoco di palme, oliui, & altre coſe benedette, l'Infermo ne ſentirà notabile allegerimento.*

Animaduertendum tamen eſt, quod ſuper hiſce rebus ſic in lectis, & ceruicali repertis, non poteſt fieri niſi leuiſſimum fundamentum, niſi ex ſe res in dictis locis repertæ aptè de ſe eſſent ex communi vſu maleficorum ad meleficia peragenda, ex rationibus doctiſſimè hoc loco in Inſtructione notatis.

Propterea Doctus Inquiſitor etiam cum ſuorum Peritorum conſilio diligenter examinabit qualitatem rerum repertarum, locorum in quibus repertæ ſunt, perſonarum quæ eas res ſe reperiſſe teſtabuntur, vt his conſideratis poſſit deliberare ſuper quantitate, & qualitate ſuſpicionis ex hiſce rebus contra maleficum orientis.

Si enim V.G. medietas vnius cranij humani reperta fuiſſet in lecto, vel ceruicali maleficiati, & alia medietas omnino correſpondens medietati in lecto, vel ceruicali repertæ inuenta fuiſſet in capſa malefici, certè contra Maleficum orietur ſuſpicio, ex hoc conſiderabilis arbitrio prudenter iudicare debentis, & quidem maior quam ſi nulla medietas cranij reperta fuiſſet penes maleficum.

Et in ſumma cum indicia ſint in criminalibus Iudicibus regulariter arbitraria, totum hoc relictum etiam erit Iudicio, & arbitrio prudentis Inquiſitoris.

23. Et in hac materia perquiſitionis domus malefici omninò videatur totum capitulum 48. Coſpij in ſuo Iudice criminali, cui titolus eſt, *Diligente da Carcna de Offic. Inquiſit.* *vſarſi nel tempo della Cattura.* Vbi prudens Inquiſitor plura videbit notanda, & in deſcriptione viſitationis domus capti, vel captæ, & ideo ſemper cap. illud in hac materia legatur, & perlegatur.

24. Animaduertet etiam Inquiſitor, quod inter ſigna Magica adſunt, & circuli in carta, ſiue ſimplici, ſiue pergamena formati cum cruce in medio, quæ ibi quaſi captiua reperitur, ex maximo in eam Diaboli odio, vt ex Delrio notauit Pat. Albergh. *in ſuo Manuali Qualificatorum c.18.ſect. 2.§.2.n. 4.*

25. *Neque forſan.* Multo igitur minus tribuendum hiſce rebus in lectis, & ceruicali repertis, cum ea à dæmone ibi potuerint ſupponi.

26. *Euomere acus, clauos &c.* De hac re videndus omninò ſupra omnes quos hucuſque viderim ſcriptores Eruditiſſimus Torreblanc. *de Iure ſpeciali tom.2.l.12.c.3. n.11. & ſeq.*

§. V.

De Nominatione Maleficæ à Dæmone.

SVMMARIVM.

1 *Exorciſtæ non debent interrogare dæmonem, an ex maleficio obſideat hominem, & à quo illud maleficium ſit factum.*
2 *Super hac nominatione vbi à dæmone non poſſunt formari proceſſus.*
3 *In Eccleſia adeſt poteſtas ſuper Energumenos.*
4 *Ea conceſſa Sacerdotibus, & Exorciſtis.*
5 *Exorciſtæ Officium quomodo peragendum.*
6 *Super nominatione facta à dæmone nullum de Iure fieri poteſt fundamentum.*
7 *Quomodo ſe gerere debeant Epiſcopi in conceſſione facultatis exorcizandi.*
8 *De exorciſmis plures difficultates, & dubia remiſſiuè.*

1 CONSVEVERVNT (parum quidem prudenter) multi exorciſtæ iuxta bonam (quo ad hoc) Theoricam flagelli dæmonum, interrogare dæmonem in exorciſmis, quo modo ingreſſus fuerit corpus obſeſſi, vt an ex maleficio, & quis huiuſmodi maleficium commiſerit, vndè dæmon pater mendacij, & inimicus quietis humanæ ſæpè reſpondet ſe ingreſſum eſſe corpus obſeſſi ex maleficio facto à tali perſona, in tali cibo, ſiue potu, & vt dæmon magis certum reddat exorciſtam, & alias de hac re, ſupponit euomenda ab obſeſſo quædam ſimilia ei rei in qua dixit maleficium factum fuiſſe, & alia pleraque vt ſupradictum eſt.

2 Hinc diuerſis vicibus obſeruatum eſt, aliquos iudices formare proceſſus contra prætenſos maleficos nominatos à dæmone vt ſupra, tamquam ſi ex dicto dæmonis probentur præmiſſa. Vndè ſuper huiuſmodi proceſſibus nulla vis facta fuit à S.Congregat. imò ſemper reprehenſi fuerunt exorciſtæ, qui parum fideliter officium, tam pium exercentes, & tamen dæmonem vt ſupra interrogantes, & iudices qui ſupra dæmonis reſponſione proceſſum formarunt.

***

Annotationes Carenæ ad §. 5.

DIxi ſuprà non eſſe dubitandum, imò firma fide credendum in Eccleſia hanc adeſſe poteſtatem ſuper energumenos, & à dæmone obſeſſos, & quidem penes Sacerdotes, & exorciſtas; conſtat hoc ex illo Lucæ 9 *Domine ecce dæmonia ſubyciuntur nobis in nomine tuo & cap.* 10 *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem poteſtatem inimici*, & de hac poteſtate conceſſa exorciſtis adeſt Epiſtola Cornelij Papæ ad Fabium Antiochenum referente Euſebio *lib.6. Hiſtoria cap.* 15. & colligitur ex forma conferendi ordinem exorciſtatus, quæ talis eſt. *Accipe, & commenda memoriæ, & habe poteſtatem imponendi manus ſuper energumenos, ſiue Baptizatos, ſiue Cathecumenos.*

5. Quanta cum conſcientiæ puritate, quanta cum circumſpectione, prudentia, & cautela hoc munus ſit exercendum, abſtinendo à nugis, ſuperfluis interrogationibus dæmonis, & reſponſionibus, vitando colloquia cum eo, ſtatim illi imperando vt ſileat, abſtinendo ab actibus iudicialibus contra eum, vt cum exorciſta præcipit dæmoni, quod tali die compareat, rationem reddat, cur tale corpus obſederit, iuret ſe veritatem dicturum, an ex maleficio in corpus obſeſſi ingreſſus fuerit à quo perpetratum maleficium, & ſimilia videatur Delrius *diſquiſit. magicarum lib.6.c.2.q.3.ſect.3. remedio* 4. & *in Anacephalæoſi monition.* 10. Sanch. *in præcepta decalogi lib.* 2 *c.* 42.*n.*14. Nauar. *lib.5. conſil. tit. de ſententia excommunic. conſ.*5. Sotus *lib.5. de iuſtitia, & iure, q.* 12. *art.* 2. Rodriquez *in ſumma p.p c.*18. Homobon. de bonis, de Humanæ vitæ ſtatibus *p.p c.*21. Marchin. *de Sacramento Ordinis tract.2.p.4.c* 15.

Peſſima igitur eſt Doctrina, quod ad hanc rem attinet flagelli dæmonum interrogandi dæmonem an ex maleficio ingreſſus fuerit corpus humanum & à quo illud fuerit factum, impertinentia enim hæc ſunt, nec à Patre mendacij petenda.

6. Quod ſi quis ea praxi flagelli vſus fuerit, Dæmon quæ dixerit ſe per maleficium corpus obſeſſi fuiſſe ingreſſum, & maleficium à tali fuiſſe commiſſum, nullum poterit ob id fieri fundamentum ſuper dicto dæmonis, vt *in tractatu de Offic. Sanctiſſimæ Inquiſitionis p.*1. *tit.*12.§.23.*n.*199 ex Patre Maſſino *in praxi S. Offic. p.*7 *fol. mihi* 117. *Verſicul. Quindi ſi vede*, & Buratt. *deciſ.*763. *num.*11.

Et hic eſt, quod licet Sacerdotes, & exorciſtæ ratione ſui muneris poteſtatem habeant exorcizandi, tamen munus ſuum exercere non poſſunt ſine Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum licentia, in qua
7. percipienda Præſules Eccleſiæ cum maxima conſideratione procedere ſolent, maxime cum agitur de fœminis exorcizandis, adeò vt audierim Eminent. Card. Feder. Borrom. Archiepiſc. Mediol. cuius memoria in Benedictione ſit, vix vnquam licentiam hanc exorcizandi in ſua tam ampla Ciuitate quatuor vel ſex viris Doctrina, & Sanctitate conſpicuis, idem ſemper egit laudatiſſim. Cardin. Camporeus in ſua Diœceſi Cremonen. Patria mea.

De exorciſmorum poteſtate data Eccleſiæ, cur
8. Dæmones non ſemper obediant exorciſmis. Quo pacto Dæmones pellant tam initio naſcentis Eccleſiæ temerariè à Præpoſitiuo, & erroneè à Nicolitis tributa ſint, & alia in hac materia curioſa vide apud Emanuelem Mouram de Incantationibus, & Enſalmis *ſect.*1, *c.*2 *num.*9. *ſect.* 2.*c.*7. *num.* 3. & *cap.* 6. *n.*16 *ibidem*, & *c.* 13 *num.*9. & 10. & *c.* 15. *num.* 9.

§. VI.

An obſeſſio Dæmonis ſemper proueniat ex Maleficio.

SVMMARIVM.

1 *Etiam ſine maleficio dæmon quandoque eos obſidet.*
2 *Ex quibus cauſis Deus permittat dæmones obſidere homines, remiſſiuè.*
3 *Hoc ipſo, quod conſtet de obſeſſione dæmonis non dicitur conſtare ſufficienter de corpore delicti in maleficio.*
4 *Qua ratione cognoſci poſſit, an quis ſit obſeſſus, vel non à dæmone, remiſſiuè.*

ALIQVI iudices opinantur (& perperam quidem) quod eo ipſo quod aliquis reperitur obſeſſus, id ex maleficio prouenerit, & ex hoc ſolo iniuſtè formant proceſſus contra perſonas aliquo modo obſeſſas infenſas, vel aliundè indiciatas, hoc eſt maximum abſurdum. Cui enim dubium eſt, quod ſine maleficio ex permiſſ. Dei poteſt Dæmon vexare corpus alicuius. Caueant itaque omninò Iudices ne ex ſola obſeſſione Dæmonis conficiant proceſſus ſuper maleficio imò etiam cauti, ne decipiantur ab aliquibus, qui in præmiſſis imposturam committunt, & diuerſimodè ſe obſeſſos eſſe ſimulant, ſæpè enim huiuſmodi impoſt. reperiuntur. 1.

Annotationes Carenæ ad §. 6.

NOn eſt dubium, quin ex permiſſione Diuina, ſecluſo quocunque maleficio contingit aliquando Dæmones obſidere corpora humana, idque ea variis cauſis, ob peccata propria, ob peccata parentum, ne labatur obſeſſus in alia peccata, in quæ laberetur, ſi à dæmone non obſideretur, Gregor. *lib.* 2. Dialogorum. Ad explorandam alicuius patientiam, & ob parentum malam imprecationem vt accidiſſe ſuis temporibus affirmant P. Maldonatus, & P. Tireus, & prout hæc omnia perſequuntur P. Tireus integro tract. de Dæmoniacis, & P. Putheanus in ſimili tract. poſt eius tract. Theologicum de Angelis *dubit* 4. *per totam.* 2.

Non ergò poteſt dici, quod conſtet de corpore delicti ſufficienter ex eo quod quis ſit obſeſſus, cum id à malefic. & non malefic. ſed ex permiſſione Dei potuerit prouenire, & ſic ex hoc non poſſunt Iudices formare proceſſus. 3.

Quomodo autem, & qua ratione cognoſci poſſit, quod quis ſit, vel non ſit à dæmone obſeſſus, & quomodo in hac materia ſimulationes, & fictiones cognoſci poſſint, videantur P. Tireus *d. tract. de dæmoniacis*, & P. Putheanus *vbi ſupra dubit.* 3. *per tot.* 4.

§. VII.

De Iudicio Famæ.

SVMMARIVM.

1 *Non debent eſſe faciles Iudices ad procedendum contra*

contra aliquem in hoc crimine ob ſolum indicium famæ.

2 *De facili oritur fama contra vetulas, & deformes.*

3 *De indicio famæ, & eius requiſitis, maxime in hoc crimine, & quidem contra Mulieres, & Vetulas num. 4. & ſeq. vbi caſus deciſus in Inquiſitione Cremonæ.*

7 *Quid ſentiat Auctor de hiſce Vetulis in ſortilegijs amatorijs*

8 *Caſus deciſus in Saxonia de Vetula capta amore iuuenis.*

1. NOn ſint faciles Iudices ad procedendum contra aliquam perſonam vt ſtrigem, & maleficam ex indicio famæ; quamuis enim aliàs fama indicium ſit magni momenti, attamen in iſta materia ob odium commune quod habetur in ſtriges contra quas omnes vnanimiter clamant, faciliimè inſurgit huiuſmodi fama contra aliquam mulierem
2. præcipuè quando eſt vetula, & turpis formæ; vndè vel modicum fundamentum ſuper tali fama fiat, vel ſaltem diligenter Iudex interroget teſtes à quanto tempore ortum habuerit, & à quibus, & qua occaſione. Hinc enim forſan ſæpè ea proceſſu apparebit famam eſſe indicium modici momenti.

Annotationes Carenæ ad §. 7.

3. DE indicio famæ latè dixi *in meo tract. de off. SS. Inquiſitionis p. 2. tit. de Indicijs, & Tortura*, & ibi quidem loquutus fui de fama, eius requiſitis probatione, & vi, ac efficacia in genere, & in omnibus delictis.

4. De fama in caſu noſtro, & delicto magiæ, & maleficij agunt Carpz. in ſua praxi crimin. noua, Romano-Saxon. *p. p. qu. 49.* Goedelm. *de Magis & Veneſ. lib. 3. c. 3. num. 9.* Ponzinib. *de lamiis n. 69.* Petrus Neigius *q. 39. n. 31. p. 1.* Berlich *dict. concluſione 4 p. 4. ad Conſtitutiones Saxoniæ, num. 16. & 17.*

5. Tamen cum in hac materia de facili poſſit oriri fama ex leuibus cauſis à perſonis maleuolis contra vetulas, & deformis aſpectus, Ideò non poteſt ſuper fama in hac re fieri magnum fundamentum niſi ſit formiter, & ſeruatis ſeruandis probata, benè Torreblanca *de magia lib. 3. c. 17. num. 19. & plur. ſeq* vbi quod in hoc crimine, ad effectum de quo agimus fama debet eſſe ſolida, non leuis, & varia, nam cùm eſt vanus populi rumor contemni debet.

6. In hac propterea re Congregatio Cremonæ ſub die 6. Decemb. 1616. non fuit auſa deuenire ad carcerationem duarum mulierum vetularum, quæ vrgebantur hoc indicio famæ in earum oppido vehementi, non obſtante quod aliqua etiam adeſſent adminicula, ſed non talia quæ viderentur ſufficere ad carcerationem.

7. Cùm tamen de hiſce vetulis agitur & ſumus in ſortilegiis amatoriis, ego valdè contra eas propenſus ſum. Quia ex lectura Auctorum, vt plurimum conſtat, vetulas haſce hoc morbo laborare; legatur Carpzouius in ſua Iuriſprudentia Romano-Saxonica ad Saxoniæ Electoris Conſtitutiones

8. *p. 4. Conſt. 2. Definitione 9.* vbi refert caſum deciſum à Patriæ ſuæ Diaſterio de menſe Maio 1621. de vetula amore laſciuo iuuenis capta, quæ eum magicis artibus in capro ſibi aduehi curàuerat.

***

§. VIII.

De Strigibus, & Sortilegis.

SVMMARIVM.

1 *Sortilegium poteſt eſſe ſine Apoſtaſia formali.*

2 *Quando mulier ſortilega interroganda.*

3 *De duplici profeſſione Sortilega.*

4 *Profeſſio expreſſa quomodo & cum quibus ſolemnitatibus fiat.*

5 *Confeſſio tacita maleficæ quomodo Dæmoni fiat*

6 *Vtraque profeſſio Apoſtaſiam à Deo continet.*

7 *Quid ſit pactum tacitum cum dæmone.*

8 *Et an illud habeat locum ſi Sortilegus expreſſe proteſtetur ſe conſentire Diabolo.*

VLTERIVS aduertendum eſt, quod quemadmodum mulierum genus eſt maxime ſuperſtitioſum, & ſortilegiis præcipuè amatoriis deditum, non tamen ſequitur, quod ſi aliqua mulier ſortilega, & incantationes, vel ad ſanandum maleficia, vel ad cogendam voluntatem hominum, vel ad alium quemcumque finem fecerit, ergò eſt ſtrix formalis poteſt enim eſſe ſortilegium ſine Apoſta- 2.
ſia formali ad dæmonem, licet non careat ſuſpicione Apoſtaſiæ vel leuis, vel vehementi, iuxta qualitatem ſortilegiorum adnotatam *in c. accuſatus, §. Sanè de hæreticis in 6.* Et ideò bonus Iudex dum format proceſſum contra aliquam mulierem confeſſam vel conuictam de huiuſmodi ſortilegiis, non ſit facilis ad concipiendum in animo ſuo quod ſit Apoſtata formalis ad dæmonem, licet hoc eſſe poſſit, ſed 2.
quando deuenit ad torturam contra hanc mulierem illam in genere interroget an habuerit aliquid factum cum dæmone iuxta ea quæ inferius dicentur circa modum torquendi. Et ad hoc maximè aduertere debent Iudices, quia in hoc multi decipiuntur falsò putantes, quod huiuſmodi ſortilegia fieri non poſſint ſine apoſtaſia formali ad Dæmonem, & hinc oriuntur maxima præiudicia mulieribus inquiſitis de huiuſmodi ſortilegiis Iudices enim minus periti, vel aliter nimis faciles, ob lecturam aliquando librorum de ſortilegiis, & ſtrigibus tractantium hoc falſo præſuppoſito decepti, nullam viam relinquunt etiam indebitam pro extorquenda confeſſione mulierum, quæ ſæpiſſimè ob diuerſos malos & illicitos modos habitos, tandem inducuntur ad fatendum ea quæ nunquam cogitarunt.

Vt autem euitentur huiuſmodi mala, infraſcripta attendant diligenter iuſti Iudices.

Annotationes Carenæ ad §. 8.

HOc loco rectè traditur differentia inter ſtriges, & ſortilegas, non enim rectè inferri poteſt iſta mulier fecit hæc, & hæc ſortilegia etiam hæreticalia, ergo eſt ſtrix; nam poteſt eſſe quod tantum de hæreſi, & apoſtaſia ſit ſuſpecta, vel de leui, vel de vehementi iuxta qualitatem ſortilegij, & perſonæ, vt notaui *de Offic. SS. Inquiſit. p. 2. tit. 12. §. 3. & 4.* Striges ergo formales ſunt, quæ formaliter à Catholica Religione, profeſſionem coram dæmone, vel aliquo eius vicesgerenti emiſerunt. 3.

Duplex profeſſionis genus, in materia de qua agimus agnoſcunt Griland *de ſortileg. q. 1. n. 5.* Goedelm. *de magis lib. 1. cap. 9 num. 2.* Farin. *in praxi de delictis, & pœnis q. 20. n. 77.* Berlich. *in ſæpè citata concluſ. 3. n. 4. & ſeq.* & ſuper omnes eruditiſſimus

Torreblanca ſemper in hac materia perlegendus *de Iure ſpirituali lib.*1*.c.* 13*. per totum, & de magia lib.*2*. c.*7*. pariter per totum.*

4. Profeſſio expreſſa contrahitur cum ipſomet Dæmone reſidente in ſolio more Principis, vel in forma hominis, vel hirci, vel canis, ad eum in communi ſagarum, & maleficorum conuenticula à magiſtercuio de nocte deducitur veluti nouitius, & nouitia ibi abnegat (horrendum dictum) Deum Optim. Maxim. dicendo, *Nego Creatorem Cæli, & Terræ Nego Baptiſma, Nego Adorationem Deo à me praſtari ſolitam, tibi adhæreo, tibi credo* quæ formalia verba ex D. Hyppol. Martyre *in lib. de Conſumm. Mundi* refert Torreb. *d.c.*13*.n.*5.

Abrenunciat patrocinio (quod mens ipſa in ſola huiuſce cogitation abhorret) Beatiſſimæ, Immaculatiſſimæ, & Piiſſimæ Reginæ Cœlorum Dominæ totius mundi, & meæ, ac omnium Sanctorum.

Scriptum de hiſce rebus manu, & proprio ſanguine factum velut inſtrumentum ſeruitutis ſuæ Diabolo tradunt.

Et hæc omnia facto libro quodam obſcuras, & nigerrimas paginas continente, veluti quodam iuramento confirmant.

Homagium etiam dæmoni præſtantes in circulo, quod Diuinatis ſolet eſſe ſymbolum deſcripto in terra, quæ eſt ſcabellum pedum Dei.

Et his peractis dæmon vnguen-illis in frontem iniicit, veluti abradens characterem Baptiſmi, & eum de libro vitæ delet, & deſcribit in libro mortis. Hæc ex auctoribus ſupra citatis, ſed maximè ex Torr. ibi.

5. Tacita profeſſio eſt cum quis non ipſi Dæmoni ſed alij magicam hanc artem profitenti promiſi obſeruare, quæ ſibi mandauerit, ſub promiſſione, quod grandia facturus ſit in vita ſua, & multa futura cognoſcet, dummodo Catholicam Fidem abiiciat, & omnia Eccleſiaſtica Sacramenta poſtponet, & totis viribus adhæreat cultui, & obedientiæ ſui magiſtri, & illum vti verum Principem adoret, Berlich. *d. concl.*1*.n.*4*. Verſiculo Tertia verò.*

6. Hæc etiam profeſſio licet tacita à DD. vocetur, tamen continet apoſtaſiam à fide formalem, parum enim differt apoſtaſia, & promiſſio facta, & acceptata de apoſtatando, ad effectum de quo agimus.

7. Adeſt vltrà hæc tacitum cum dæmone pactum quod cum dicto humani generis hoſte factum cenſetur, quotieſcumque quis vltra promiſſiones de quibus ſupra vtitur annulis, ſignis, caracteribus, orationibus, & aliis rebus à mago inſtitutis, vel quæcunque ſortilegia facit, vel ad amorem, odium ſanitatem, vel alias quaſlibet res pro libito obtinendas, etiamſi neſciat ea inſtituta à Diabolo, Del-

8. tio *diſquiſit. magic. l.*2*.c.*8*.dubio* 1. Torrebl. *de mag. d. l.*2*.c.*7*.n.* 17. & *de iure ſpirituali l.* 11. c. 14. *per totum* vbi addit eſſe locum huic pacto tacito cum dæmone etiamſi quis vtatur ſignis illis, & orationibus, & expreſsè proteſtetur ſe nolle pactum cum dæmone contrahere. Quia poteſt eſſe, quod dæmon in 1. Inſtitutione ſortilegij talem formulam tradiderit, quæ nullum animi aſſenſum, ſed ſolam applicationem requireret, Sanchez *in Decalog. l.*2*.c.* 38. *n.* 5. Emanuel Moura de Enſalmis *ſect.*2*.c.* 18*.n.*21. Torreblanc. *de iure ſpirituali l.*11*.c.*14*.n.*4.

Et patet vera ratio, quare à ſortilegio non ſit licitum arguere quemeſſe ſtrigem, quia ſortilegium ſolum continet pactum implicitum cum dæmone, & nullam apoſtaſiam à fide. E contra ſemper ſtriges, vel à fide apoſtatant, vel promittunt apoſtaſiam.

§. IX.

De custodia harum rearum.

SVMMARIVM.

1 *In ſeparatis carceribus ſingulæ ſunt cuſtodiendæ, & num.*6.

2 *Quomodo cuſtos carceris cum illis ſe gerere debeat, & num.*7.

3 *Inquiſitores fœminas haſce non alloquantur, & n.*8.

4 *Quales carceres his mulieribus aſſignanda, vbi quid in Saxonia acciderit.*

5 *Index arbitrium habet in aſſignando carcere.*

IMprimis quantum fieri poteſt non permittant mulierem carceratam ob maleficium, 1.
aut ſortilegium quempiam alloqui, et ſi plures reperiantur mulieres carceratæ in materia præmiſſa, non permittantur ſimul alloqui, ſed retineantur in carceribus ſeparatis, quia ſæpe multæ conuenerunt falſum fateri contra ſe ipſas in materia apoſtaſiæ, putantes hac via citius è carceribus eximi.

Nullo modo curent, neque permittant Iudices, 2.
quod cuſtos carceris aut alius quiſquis ſit illis mulieribus ſic carceratis ſuadeat, quid fateri debeant, cum examinatæ fuerint, multoties enim compertum eſt, quod mulieres huiuſmodi ſuaſionibus impulſæ, aut etiam ſpe impunitatis promiſſæ (quæ tamen numquam eis promitti debet) falſæ fuerunt id quod nec etiam ſomniarunt,

Iudices numquam alloquantur huiuſmodi mulie- 3.
res carceratas circa merita cauſæ, niſi iudicialiter eas examinando.

Annotationes Carenæ ad §. 9.

MVlieres hæ vel viri de hoc crimine grauati in 4.
carceribus cuſtodiendi ſunt vſque ad ſententiam; at carceres tollerabiles eſſe debent non horridæ, & ſubterraneæ, vt notant DD. vnà cum textu *in l.*1 *C.* de cuſtodia reorum, & notat Corpz. in ſua praxi crim. noua Romano-Saxonica *p* 3*.q* 109*.n.*45*. & ſeq.* quendam in horrida admodum carcere collocatum inſtinctu Diaboli ſibi ipſi vitam ademiſſe, & puellam quandam in ſubterraneo carcere cuſtoditam, à ſerpentibus fuiſſe peremptam.

Non ob id tamen negamus quin Iudex poſſit 5.
pro delicti, perſonæ, & qualitate circumſtantiarum modò tolerabiliorem, modò duriorem carcerem reo aſſignare, Menoch. *de arbitr. Iudicum caſu* 305*. n.*1*. ſeq.* Carp. *vbi ſupra n.*50. Pegna *in Direct. Inquiſ. p.*3*.com.*108. Souſa *in aphor. Inq. l.*2*.c.*26*.n.*19.

Si plures ſint huiuſmodi criminis rei, ſingulis reis 6.
ſeparatæ ſunt carceres aſſignandæ, benè ſupr. Pegna *l.*2*.c.*13*.n.*1. vbi ego *in annot. & ad Direct. Inqu. d. comm.*108*. Verſ. Item præcauere oportet.*

Prout, nec permittendum, vt cuſtos carceris cum 7.
mulieribus ſic carceratis colloquatur, nec de his quæ futura ſunt ab eo moneantur, bene Pegn. *d. com.* 108*. verſ. Ergò ſinc ſit vnus,* Maſſin. *in praxi S. Offic. fol.*229. ſecundæ Impreſſionis *verſ. Non permettano li Giudici* Et ego ipſe *tit.*11*.§.* 24*.n.*210.

Inquiſitores etiam cum huiuſmodi mulieribus & 8.
reis non loquantur nec tractent, niſi cum iudicialiter eas, vel eos examinant, Pegna ſuprà *lib.*2*.c.*13*. & d. comm.*108. Verſ. *Hæc amplius obſeruare Inquiſitores oportet*, Souſa *d. c.*26*.n.*22. Ego in *cit. §.*24*.n.*211.

De aliis circa huiuſmodi carceratos obſeruandis, vide

vide quæ dicta ſunt à Pegn. Souſ. & aliis ſupra alleg.

§. X.

De examine maleficæ, proſequutione proceſſus, & tortura in hoc crimine.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitor ſuggeſtiuè reos non interroget. & 13.*
2 *Quomodo in prima audientia huiuſmodi rea inter- roganda & 14. & remiſſiuè.*
3 *Quomodo in ſecunda audientia vlterius interrogari debeant.*
4 *Quomodo ei obycienda ſint, quæ ex proceſſu conſtant.*
5 *Obiectiones hæ ita fieri debent, vt non poſſit rea venire in cognitionem teſtium, nec denunciantis, & num. 15.*
6 *Teſtes ſunt repetendi, & quomodo & 16.*
7 *Terminus eis aſſignandus eſt ad faciendas ſuas defenſiones.*
8 *Coram Conſultoribus cauſa proponenda.*
9 *Quando S Congregat. reſcribendum.*
10 *In tortura rea non interrogetur de delicto in ſpecie num. 18.*
11 *Ante torturam ei iterum obyciantur indicia.*
12 *In actu torturæ quomodo interroganda.*
17 *In hoc crimine quamuis crudeli ſeruari debet ordo Iudiciarius.*
19 *De animaduertendis in S. Offic. ante torturam, in torturu, & poſt torturam, remiſſiuè.*
20 *Interrogandæ ſunt reæ hæ ſuper complicibus, & intentione.*

1. NVLLAS ſuggeſtiones in illis interrogandis omninò faciant, ſed ab initio interrogentur, an ſciant vel præſumant cauſam examinis, ſeu
2. carcerationis deinde de inimicis, & de cauſis inimicitiarum. Quis fuerit earum confeſſarius, & de aliis ſimilibus ex quibus detegi poſſit, vt de curſu vitæ ſuæ, de frequentatione Sacramentorum &c. ex quibus detegi poſſit, bona, vel mala earum vita, &
3. conditio, deinde in genere poſſunt interrogari an ſciant aliquod ſortilegium, & ad quem effectum, & an vnquam huiuſmodi, aut aliud ſortilegium executioni demandauerunt, & ſi negauerint, poſſunt fieri alia
4. interrogatoria in genere paulatim, eis obyciendo quod deponitur in proceſſu eas ſcire aut commiſiſſe tale ſortilegium, & tandem ſi omnia negent poſſunt ei in diuerſis interrogatoriis paulatim obiici quæ in proceſſu contra illas habentur, circum-
5. ſcriptis tamen nominibus, & cognominibus teſtium, & circunſtantiis ex quibus inquiſitæ aliter in notitiam deuenire poſſint, qui ſint teſtes, & tandem completo proceſſu contra illas informatiuo ſi adhuc perſiſtant in negatiua, erunt repetendi te-
6. ſtes proceſſus offenſiui, quæ repetitio vt validè, & legaliter fiat formandi ſunt prius articuli, parte fiſci ſuper capitibus, quæ pro fiſco prætenduntur, & copia dictorum articulorum eſt danda dictis Inquiſitis, aſſignando eis Aduocatum, & Procuratorem idoneum, etiam ex Officio, quatenus inquiſitæ, vel ob paupertatem, vel alia de cauſa illos non habeant, eidemque congruum detur ad dandum interrogatoria, quo elapſo fiat repetitio
7. facta repetitione, detur eiſdem terminus ad faciendas defenſiones, detúrque etiam copia eiſdem proceſſus, & factis defenſionibus, ſeu lapſo termino ad illas faciendas, Iudices conuocent Congregat. Cōſultor. Peritor. in qua per extenſum proceſſus legat. 8.
ſuppreſſis nominibus, & cognominibus, & circūſtantiis, & ſi de modo expeditionis cauſæ non ſint concordes, aut cauſa ſit grauis, vel ratione delicti vel ratione perſonæ, non deueniatur ad torturam, niſi conſulta hac S Congregat. ad quam mitti debeat copia integri proceſſus, tam offenſiui, quàm defenſiui. Et 9.
quando videretur iudicibus cum voto ſuæ Congregat. ſine difficultate ad torturam deuenire poſſe, quia indicia eſſent vrgentia, aduertat ne in ipſa tortura 10.
Interrogent Inquiſitum de delicto in ſpecie quod prætenditur, ſed tantum antequam deueniatur ad delictum torturæ obiiciantur eis iterum indicia, quæ 11.
in proceſſu habentur, & poſtea in actu torturæ in- 12.
terrogentur tantum, vt dicant veritatem de iis ſuper quibus fuerunt interrogatæ, & ſi fateri cœperint, non ſuggeratur eis aliquid, ſed tantum recipiantur, & ſcribuntur verba præciſa earum confeſſionis Interrogandæ erunt poſtea in genere ſuper vlteriori veritate.

Annotationes Carenæ ad §. 10.

SVggeſtiones nullas, De ſuggeſtiuis Interrogato- 13.
riis omninò à iudice vitandis, dixi ſupra ad Pegnam *l. 1. c. 20 7. & ſeq. & p. 3. de Offic. SS. Inquiſit. tit. 2. n 31.* vbi allegaui ex I.C. *in l 1. §. in cauſa ff. de quaſt.* exemplum interrogatorij ſuggeſtiui.

Ab initio interrogentur, de prima audientia qua 14.
Reus in S. Offic. Inquiſit. excipere debent, & de interrogatoriis huiuſmodi generalibus, vt vita ipſorum, & conuerſationes, & amicitia appareant ſupra latè Pegna *l. 2 c 14. per totum,* vbi diximus aliqua ego in annotationibus, & capitibus ſeq. vbi latiſſimè de forma reos huiuſce Tribunalis interrogandi, & ex notis hic in inſtructione facillimum erit vnicuique Inquiſitori quoſcumque ipſius criminis reos legitimè examinare.

Circumſcriptis tamen nominibus, Secundum mo- 15.
rem huiuſce SS Inqu. Trib, vt ſup. ſæpiùs *l. 2.* notaui & in ſpecie *in tract de Offic. SS. Inq. p. 2. tit. 12. §. 24. num. 212.*

Erunt repetendi teſtes, De quorum repetitione, & eius 16.
forma, prout & de articulis formandis è latere fiſci, & aliis actibus ſubſequentibus, lattiſſimè ſupra ad Pegnam *lib. 3. cap. 24. & pluribus ſeq.* & ex hoc apparet, quod in hoc crimine quamuis crudeli, & 17.
immani ſeruari debet ordo iudiciarius vt ſup. dicebam, & latè probauit Torreblanca *de magia l. 3. c. 16 de formatione proceſſus in crimine magiæ n 1. & plur. ſeq.* vnde in hac materia poſſe obiici teſtibus quod ſint examinati in ſummario ſine citatione partis, nec ſunt ea citata repetiti, dixit Barlich. in ſæpè *citat. concluſ. 4. n. 155* Goedelm. *de magis lib. 3. c. 8. n. 30 verſ. Aut ante litem conteſtatam.*

Aduertant ne in ipſa tortura, Hoc ad litteram in 18.
teſte dixit *text. in l. 1. § in cauſa* vbi Doctus Gothofredus *ff. de qu.* ibi Qui quæſtionem habiturus eſt non debet ſpecialiter interrogare, an Liuius Titius homicidium fecerit, ſed generaliter, quis id fecerit, alterum enim magis ſuggerentis quam requirentis eſt, quæ autem hic dixit Sind. conſ. in teſte, ſine dubio locum ſibi vindicant etiam in reo.

De animaduertendis in hoc foro ante reorum tor- 19.
turam, In tortura, & poſt torturam dixi *p. 3. tit. 0. de Indiciis, & Tortu n §. 21. 22. & 23. num. 155. & ſeq.* & in hoc ipſo crimine *p. 2. tit. 12. §. 24. & 25. num. 212. & ſeq.* quæ hîc non repeto, & ideò ibi videri poterunt.

Interrogandæ erunt poſtea ſuper complicibus, & intentione, Huiuſmodi maleficis datur tortura vt dixi *p.2.de tit. 12.§.15.n.121.& ſequentibus.*

§. XI.

De qualitate Torturæ.

SVMMARIVM.

1 *Tortura in hoc delicto datur ſine ſquaſſis, & pondere.*
2 *Tortura danda cum tormentis vſitatis.*
3 *De variis tormentorum generibus apud varias nationes remiſſiuè.*

1. DVBITATVR ne tortura detur ſine ſquaſſis, aut cum aliquo pondere, ſine baculo ad pedes, ſed ſit ſimplex eleuatio in tortura funis, aut ſit ſimplex tortura alterius generis tormentorum, quatenus tormento funis torqueri non poſſint.

Annotationes Carenæ ad §.11.

2. TOrturam in S.Offic. debere fieri cum ſolitis tormentis, & non cum inuſitatis, & cum quis torquetur tormento funis, debere id agi ſine ſquaſſis, itaut tortura ſit ſimplex dixi pluries in meo tractatu *de Offic.SS.Inqu.*& in materia noſtra in alleg *tit.12. §.24.n.213.*vbi allegaui P.Maſſin. *in prax.S Offic.rubr..Modo di dar la corda.*Verſ. *E qui par anche baſſi da notare*, de variis tormentorum generibus, eruditè Carpz.*in praxi p.3.q.117.n.25.& ſeq.*

§. XII.

De repetitione Torturæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudices non debent eſſe faciles ad repetitiones torturæ.*
2 *In caſu repetitionis torturæ conſulenda Sac. Congreg & n.6.*
3 *Nullo modo abradantur feminis pili, vel capilli, & num.7.*
4 *De indicio, quod magis conſiderant DD. ex eo quod lachrymas non emittant, & num.8 vbi quod hoc indicium nullius, aut leuiſsimæ eſt conſiderationis.*
5 *De repetitione torturæ, remiſſiuè.*

1. NOn ſint faciles Iudices ad repetitionem torturæ niſi cauſa ſit grauiſſima, quo caſu eſt conſulenda S. Congreg.

2. Nullo modo radantur aliqui pili, aut capilli ipſarum mulierum, nec faciant vim Iudices contra in-
3. quiſitas in quodam indicio ab aliquibus Doctoribus
4. conſiderato videl. quod forſan huiuſmodi mulieres maximè in tortura non emittant lachrymas.

Annotationes Carenæ ad §.12.

5. DE repetitione torturæ latiſſimè in genere Far. de indiciis, & tortura qu.& in foro S. Offic. Pegna *p.3.direct.com. 39. & in* materia delicti noſtri Delrius *diſq.magicar. l.5. q. 31.* Pereg *conſ 2. quæſit.26.vol.2.*Torreb.*de magia l.3.c.18.n.11.*

In omni cauſa animaduertit Inquiſitor quod ad hanc repetitionem non eſt deueniendum Inconſulta Suprema Vrbis Congregat. vt cum Maſſino animaduerti *loco ſupra cit n.114.* 6.

Nullo modo abradantur, Æquum enim eſt cauſam in SS.Tribuo, cum omni omninò puritate tractari, & ideò ob honeſtatem pili, & capilli mulieribus non ſunt abradendi, dixi *loco ſupra cit.num.215.* 7.

Nec faciant vim, De hoc indicio Syluester *de Strigimagis l.1.c.1.puncto 11.*Betlich. *d.concluſ 4.n.60.* & Carpz.*in prax p.3.qu.49.n.61.*cum aliis quos allegant, Verùm cum hoc indicium nullum habeat fundamentum, ideò non eſt à iudicibus habendum in conſideratione.

§. XIII.

De Tempore Torturæ.

SVMMARIVM.

1 *Torturæ tempus nunquam debet excedere horam.*
2 *Imò neque ad tale tempus debet dari tortura, niſi valde vrgeantur indicia, & cauſa ſit grauis.*
3 *Tortura debet eſſe moderata.*
4 *Alia in materia torturæ remiſſiuè.*
5 *De Sortilegiis contra tormenta, remiſſiuè.*

TORTVRA nunquam excedat tempus vnius 1.
horæ, nec de facili per horam tortura inferatur, niſi ſtante grauitate cauſæ, & vrgentibus indiciis ſimul, & in fine examinis annotetur tempus, quo in tormento manſerunt. 2.

Annotationes Carenæ ad §. 13.

QVoniam tortura inuenta eſt ad veritatem eruendam non ad homines enecandos, ideo DD.
volunt eam omninò debere eſſe moderatam, & quod 3.
non poſſit tormentum funis excedere horam, & ad dictum effectum ſoleat teneri horologium pulueris, bene notauit Gilhauſen.*in arbore Iud crim c.1.p. 7. ſect.3.n.50.* & P.Maſſin.*in ſua prax.S.Offic.p.10.aſſert. 24.*

Alia in hac materia, & præſertim de ratificat.poſt torturam, & de ſortileg.contra tormenta dixi *p. 2.* 4.
tit.12.§. 16. per totum Carpz. *in prax. noua p. 3.q.* 5.
125.n.65.& ſeq.& Sanfelic.dec.Regn.Neap.265.p.2.

§. XIV.

De Maga quæ acceſſit ad ludos faſſa ſe ibi Apoſtataſſe,

SVMMARIVM.

1 *In hoc apoſtaſiæ crimine non eſt quærendum de corpore delicti.*
2 *Quomodo mulieres hæ examinandæ, & interrogandæ.*
3 *Vbi fuerantur aliquas circumſtantias, quæ verificari poſſint,*

poſſint, hi ſine dubio ſunt verificanda n. & num. 8.
4 *Vbi circumſtantia adducta falſa comperiantur, dubitari poteſt de veritate confeſſionis.*
5 *Documentum maximè à Iudicibus in hoc crimine obſeruandum, & num. 10.*
6 *De ludis & conuenticulis Diabolicis, remiſſiuè.*
7 *De muliere faſſa apoſtaſiam, in his ludis quomodo expediendo.*
9 *Sortilega ad amorem quomodo interroganda, & quid practicatum in Inquiſitione Cremonæ.*
10 *Doctrina notanda Illuſtr. Inquiſit. San-Vincente.*

1. MAXIME eſt aduertendum, quod in euentum, in quem huiuſmodi mulieres apoſtaſiam ad dæmonem, & acceſſum ad ludos diabolicos faterentur (quo caſu corpus delicti aliunde probari non poteſt, quam per propriam confeſſionem) curandum eſt ſanè minima ſuggeſtione huiuſmodi
2. mulieres totam ſeriem facti à ſemetipſis recenſeantur, & cum ab initio ad id inductæ fuerint de tempore, & aliis circumſtantiis, nam hoc modo videri poterit an confeſſio huiuſmodi apoſtaſiæ, & acceſſus ad ludos veriſimiles ſint, necnè. Et caſu quo fateantur aliqua particularia, ſeu circumſtantias,
3. quæ ſunt verificabilia, omninò Iudices diligentias faciant pro iis verificandis, quia ſic magis veriſimiles reddentur confeſſiones circa apoſtaſiam & acceſſus ad ludos, aliter ſi tales circumſtantiæ adductæ falſæ comperirentur, dubitari poſſet de veritate
4. huiuſmodi confeſſionis forſan ſecutæ, vel vi torturæ, quæ eſt remedium fallax, vel ſuggeſtione alicuius, vel tædio carceris, vel quia ſic crederent facilius ipſis indulgendum eſſe, prout aliquando compertum diuerſis iſtis reſpectibus mulieres falſo faſſas eſſe apoſtaſiam, & acceſſus ad prædictos ludos.
5. Et vt facilius Iudices poſſint ſe abſtinere à quacũq; ſuggeſtione quando mulieres incipiunt fateri talem apoſtaſiam, forſan melius eſſet, & tunc iudices obliuiſcerentur eorum quæ dicunt Doctores in iſta materia, quia ſæpe viſum eſt, quod iudices in ordine ad ea quæ perlegerunt apud Doctores multa præiudicia faciunt his mulieribus.

Annotationes Carenæ ad §. 14.

6. DE iſtis ludis, & diabolicis conuenticulis dixi *p. 2. de Offic. SS. Inquiſit. de ſortil.* & vltra ibi allegatis plurimos alios Bathoſ. Iunior *in cap. Epiſc. 26. q. 5.* Petrus Anton. Ioſreo. poſt tract. *de ſuperſt. Petri Crinelli* impreſſum idiomate Hiſpano *fol. mihi 151. Defenſa del canon, 26 q 5.* Eruditiſſ. Torrebl. *de Iure ſpiritualilib. 1 c. 8.* vbi latiſs. de hiſce nocturnis conuentibus agit, & de locis, in quibus in variis mundi regionibus fieri ſolent.
7. Quia verò certiſſimum eſt multoties euenire iſtis mulieribus, quam plura inſomniis, licet quandoque verè, & realiter ad hoſcè conuentus transferantur, ideò, vt appareat an confeſſiones iſtarum ſagarum ſint veræ, omni conatu niti debent Iudices violatæ religionis, vt memoratas confeſſiones iuſtificent per verificationem aliquarum circumſtantiarum per dictas mulieres narratarum, vt inde ſcatere poſſit an acceſſus ille ad ludos diabolicos, & apoſtaſia vera ſit, & realis, & earum confeſſiones veriſimiles.
8. Illud certum eſt in confeſſionibus iſtarum ſagarum, quod ad apoſtaſiam attinet non opus eſſe, vt contra eas procedatur, quod conſtet de vllo corpore delicti, ſed vbi fateantur ſe ex animo, & intentione a Cathol. Relig apoſtataſſe, coguntur ad abiurandum de formali, tanquam apoſtatæ formales, ſi verò Catholice intentionem profiteantur, proteſtantes ſe non ex animo, ſed oretenus tantum, & facto à Cathol. Relig. receſſiſſe, tunc præcia tortura ſuper intentione coguntur, ad abiurandum de vehementi, Dixi latè de hac re *part. 2. de Offic. SS. Inquiſit. §. 10. n 175. & §. 25. num. 118. & ſeq. & §. 30. n. 240. & ſeq. & n. 244.* animaduerti circa mulieres grauatas, vel 9.
confeſſas de ſortilegiis ad amorem, quod quamuis interrogatæ, an crediderint dæmonem poſſe cogere voluntatem amaſii, reſpondeant affirmatiuè, non ſtatim cogendæ ſunt ad abiurandum de formali, quia cum articulus fidei circa libertatem arbitrij non ſit ex articulis fidei notiſſimis, prout eſt art. Incarnationis, ſi paratæ ſint corrigi non poſſit dici quod ſint hæreticæ formales ad quod allegatis pulcherrimam deciſionem Alphonſi à Caſtro de iuſta hæreticorum punitione *lib. 2. c. 15.* & ſic in effectu practicatum fuit in noſtra Inquiſitione Cremonæ, in cauſa cuiuſdam mulieris vetulæ, quæ capta amore cuiuſdam iuuenis, ſortilegium ad amorem ipſius ſibi ipſi conciliandum fecit cum quibuſdam fabis ſuper quibus celebratæ fuerant Miſſæ, & aliis rebus, nam interrogata, cum reſpondiſſet ſe credidiſſe dæmonem poſſe cogere voluntatem memorati iuuenis, fuit tamen tantum coacta ad abiurandum de vehementi, & ſemel per Ciuitatem fuſtigata.
Et vt faciles Iudices Sanctiſſimum documentum 10.
quod vtinam ſemper eſſet ante oculos Iudicum ſecularium, & præſertim, Vltramontanorum in illis locis in quibus contra haſcè lamias procedunt ea eo enim quod Auctores de hiſce ſtrigibus paſſim horrenda narrant, adeò ab omnibus, & præſertim à Iudicibus abhorreri ſolent, vt ſe ſacrificium Deo præſtare arbitrentur ſi contra eas omni cum crudelitate procedant, & omnibus artibus ab eiſdem confeſſiones extorqueant. Exceſſus in hiſce ſententiis vnuſquiſque videre poteſt ex ſententiis Scabinorum Lipſienſium deſcriptis per Corpzou. *in praxi cr m. noua Rom. Saxon. q. 10. n. 65.* vbi de verbo ad verbum refert 36. illius dicaſterij ſententias ſuper hoc delicti genere latas.
Et conuerſo palpabit vnuſquiſque quanta cum maturitate, prudentia, & legalitate contra haſce fœminas procedant Eccl. Tribun. SS. Inquiſit.
Ad finem huius §. volo apponere verba doctiſ- 11.
ſimi Inquiſitor. San-Vincente in ſuis notabilibus in materia Inquiſitionis *c. 13. §. 1.* vbi de lamiis iſtis ſic loquitur.
Certiſſimum eſt in hoc crimine multas eſſe deceptiones, & falſitias à Dæmone huius ſectæ auctore iournias, & quamuis multi dicant omnia à lamiis euenire, nihil verò in re geſtum eſſe, & ſic illas excuſant. Veruntamen negari non poteſt, eadem, quæ etiam in ſomniis faciunt, ſeu facere credunt, poſteà vigiles confirmare, & ratificare approbantes, & de illis, tanquam de honeſte factis complacentiam habentes, & re vera quando ſe vngunt, & inter ſe communicant habent voluntatem, & verum propoſitum adeundi dæmones, illoſque colendi, & reuerendi, in illiuſque obſequium facta abominabilia tanquam nociua perpetrant, & licet verum illa damna in re non efficere vſas lamias tantum ſatis eſt, quod credant ea feciſſe, cum poſtea vigiles pro rato habeant, & ſibi de eis complaceant, & itaque magis piè loquuntur de hac re eas non excuſant,

Lucerna Inquiſit.
de ſtrigis n. 9.

***

§. XV.

De rea ſocias nominante in his ludis Diabolicis.

SVMMARIVM.

1 *Nullo modo procedendum contra nominatas à ſaga in ſocias iſtorum ludorum.*
2 *Ita ſeruatur inconcuſsi in omnibus Inquiſitionibus Italia.*
3 *Nec in hoc curandum eſt de Binsfeld.& Delrio.*

1. ET quamuis tales mulieres fateantur apoſtaſiam, & acceſſus ad ludos, & nominent complices in huiuſmodi ludis nullo modo procedatur contra huiuſmodi complices, quia cùm talis acceſſus plerumque per illuſionem contingere poſſit, iuſtitia non poſtulat, quod contra complices cognitos, & viſos per illuſionem procedatur.

Annotationes Carenæ ad §.15.

QVoniam vt ſuprà vidimus acceſſus ad conuenticulos Diabolicos aliquando eſt realis & aliquando phantaſticus, ideò non mirum ſi nulla fieri poteſt iuridica conſideratio ſuper nominatione ſociarum facta ab hiſce mulieribus, quod ſcilicet in dicto Conuentu viderint Titium, Seium, Bettam, Lauiniam, ita
2. ſeruat, & ſemper ſeruabit inconcuſſa prax. S.Offic. fundata in Decreto Supr.S. Rom Inquiſit. de quo Farin. *de hæreſi, q* 185.*n.*153. *verſ. aduerte tamen quod vera non eſt*, benè Pater Diana videndi *moral reſol. p.4.tract.6. reſolut.*30. qui alios allegat, & dixi ego *p* 1.*de Offic SS. Inquiſit. tit.*11.§. 26. *per totum* vbi dixi ob id parum curandam eſſe de contraria ſententia Binsfeld. Mart. Delrio, & Gregorij de Valentia.

§. XVI.

Alia notanda generalia in formatione horum proceſſuum.

SVMMARIVM.

1 *Interrogatoria per extenſum ſcribenda, & n.*6.
2 *Proceſſus non ſunt inchoandi* cum ad aures peruenerit, *& num.*7.
3 *Infantum enecatio interdum euenit ex ſuffocatione matrum vel nutricum.*
4 *In huiuſmodi cauſis & proceſſibus, taxæ S.Congregationis ſunt obſeruanda, & n.*9.
6 *Intentiones, & reſponſiones quas qualitates habere debeant.*
8 *Caſum mulierum detinentium infantes in lectis ſolent ſibi reſeruare Epiſcopi.*
10 *Remedia ſpiritualia aduerſus maleficia remiſſiuè.*
11 *Formula recipiendi denunciationes in cauſis ſtrigum, & maleficorum.*
12 *Forma examinandi teſtes in eadem materia.*

1. OMNINO Iudices ſcribere faciant in proceſſu interrogatoria omnia per extenſum ab ipſis iudicibus facta, vt ex lectura proceſſus appareat qualia illa fuerint, & an ſint ſuggeſtiones, cum maximo enim abuſu, & præiudicio conſueuerunt aliqui iudicia ſcribi facere. Ad opportunam interrogationem reſponderunt ſeu interrogati Reſpond.

Multi Iudices deueniunt ad formandum proceſſus ſimiles, nec colligitur ex proceſſu, quale fuerit primum indicium, & vnde prouenerit, ſed proceſſus ſic incipiuntur, Cum ad aures peruenerit, ſeu aliqua præcedente fama publica &c. Caueant igitur Iudices ab iſto errore, & ſemper examinent in principio proceſſus perſonam ſeu perſonas, quæ ad aures primò aliqua dixerunt, vel quomodo talis fama ad eius notitiam peruenerit, & cuncta ſeriatim in proceſſu redigant, itaut nihil omninò omittat. 2.

Plerumque contingere poteſt quod infantes ex ſuffocatione in lectis pauperum matrum, & nutricum, & ob id prohibetur matribus, & nutricibus, nè in eorum lectis, ſed in cunabulis ſeparatis infantes retineant. Ideò prudentes Iudices bene aduertant, quia ſecuta aliquando ſimili ſuffocatione ne illæ detegantur, matres, & nutrices propalant infantes occiſos à ſtrigibus. 3.

In huiuſmodi cauſis, & proceſſibus formandis omninò ſeruari debent taxæ aliàs tranſmiſſæ de mandato S.Congreg.& quando mulieres præcipuè ſunt pauperes, caueant Iudices ab earum bonorum expoliatione. 4.

Annotationes Carenæ ad §.16.

HOc loco traduut duo documenta generalia ad formandos legitime proceſſus in hoc foro admodum neceſſaria.

Primum eſt de interrogatoriis per extenſum ſcribendis à Notario, vt videri poſſit, an legitimè fuerint interrogatæ, & canonicè reæ reſponderint. 5.

In materia autem interrogationis faciendæ iudici animaduertendum eſt ex Carpzov ſua *prax. p.*3. *q.*113.*n.*15. quod ea debeat habere quatuor conditiones, videlicet quod ſit articulata, pertinens, clara, & reo Inquiſito propoſita prout eodem loco *n.*54. ait reſponſionem rei debere eſſe diſtinctam claram, & manifeſtam, affirmatiuam, vel negatiuam, abſque vllis ambagibus, & circuitionibus, adeò vt reus debeat ſemper cathegoricè reſpondere. 6.

Aliud documentum eſt, non eſſe inchoandos proceſſus in S.Offic. prout in aliquibus Tribunalibus laicis fieri vidi hoc modo Cum ad aures peruenerit, vel fama publica præcedente, ſemper enim vt legitimè procedatur debet præcedere examinatio perſonæ, vel perſonarum denunciantium modum illum incipiendi proceſſum per cum ad aures deuenerit, improbatum eſſe è S.Congreg & ab Excell. Mediol. Senatu dixi in ſæpè *cit. tit de ſortilegis*, §. 24 *num.*104. *& ſeq.* 7.

Plerumque contingere poteſt, caſum hunc mulierum detinentium in lectis infantes ob periculum ſuffocationis eorundem infantium, ſolent ſibi reſeruare Epiſcopi, vt patet ex Bellochio de caſibus reſeruatis in pluribus tabellis. 8.

In huiuſce cauſis. Non eſt dubium quod omnes taxæ tranſmiſſæ ex ordine S. Congreg. de Vrbe, quæque impreſſæ retinentur, vt ab omnibus videri poſſint in noſtris Inquiſitionibus Italiæ omninò ſeruandæ ſunt etiam in hiſce proceſſibus, ita quod etiam pauperes vbi nihil habeant in bonis iis grauari, nequeant, SS. enim hoc Tribunal, Sanctiſs. omnia pertractat. 6.

Super eſſent hoc loco aliqua dicenda de remediis ſpiritualibus aductiua huiuſmodi maleficia 10.

ſed

ſed breuiter me expediendo cum Torrebl. *de Iure ſpirituali l. 13. & 14. & de magia operatrice l. 1. cap. 5 per totum.* Dico contra hæc maleficia remedia eſſe orationes publicas, & priuatas, reliquias S S. vſum panis, & ſalis benedicti, aquam benedictam, Crucem Domini Noſtri, fidem veram, quæ contra huiuſmodi malefic. maximè valet, inuocationem Beatiſſ. Intemeratiſſ. & Dulciſſ. M. Mariæ Dominæ Noſtræ ſed præſertim, & antè omnia huiuſmodi maleficiatis maximè ſi mulieres eſſent, & fortaſſis Moniales, perſuadendos eſt frequentiſſimus vſus Sacramentorum pœnitentiæ ſcilicet, & Euchariſtiæ, & Miſſæ ſacrificia, videatur Torreb. *de Iure ſpirituali lib. 11. cap. 27. per totum*, vbi pulcherrimè, & eruditè in hac re ſcripſit.

Vt autem Inquiſitor formulam recipiendi denunciationes, & dicta teſtium in hoc crimine habeat, ſubijcio formulam ex Syluestro *de ſtrigibus malis l. 3. cap. 2. & 3.* formam examinandi reos non ſubijcio, quia ſatis expreſſa legitur in inſtructione §. 10. *ſupra.*

Forma recipiendi denunciationum in cauſis ſtrigum, & maleficorum. 11.

Anno à Natiuitate.

Forma examinandi teſtes. 12.

Præmiſſa formula conſueta.

Anno N. Menſe N. Die N. Coram Reu. Pa. N. in meique Notarij præſentia vocatus comparoit N. cui delato iuramento de veritate dicenda &c.

Interrogatus de cauſa ſuæ vocationis, Reſp. &c.

Interrogatus ſi cognoſcit talem, exprimendo nomen delati, dixit quod ſic.

Vltimo loco agendum eſſe de terminatione proceſſus, tam in hiſce cauſis ſtrigum, quàm etiam in alijs ſpectantibus ad hoc Sacroſ. Tribun. Inquiſit. Hoc enim Pegna ſibi *in 4. lib. ſuæ Inſtruct.* propoſuerat. Verùm in hac re benignum Lectorem remitto ad ea quæ idemmet Pegna dixit *in 3 p Director.* in modis terminandi proceſſus in cauſis fidei, Maſſin. in ſua praxi S. Offic. & Ego ipſe *in 3 parte de Offic. SS. Inquiſit.* in peculiari titulo de modo terminandi proceſſus in hoc Tribunali.

F I N I S.

INDEX

783923

INDEX

Copioſiſſimus Rerum, & Verborum quæ continentur in Tractatu de Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis.

Prior numerus deſignat numerum marginalem : poſterior paginam indicat.

A.

Abbas.

ABBATES exempti,& nullius Diœceſis , an poſſint procedere in cauſis hæreſis, num.14. pagina 25

Abbatis doctrina *in cap. 2 de confeſſis*,reprobatur,nec habet locnm,quamvis veritas aliter haberi non poſſit, n.65.& ſeq. p.120

Abiurans, & Abiuratio.

Abiurans, vt hæreticus, non poteſt eligi in Decurionem,n.145. p.60

De vehementi,ſi poſtea incidat in eaſdem hæreſes quas abiurauit,habetur pro relapſo,n.29. & 35. p.69.& 70

Ad abiurationem non admittitur relapſus n. 43. pag.70.

De vehementi abſoluitur ab excommunicatione ad cantelam,n.46. p.355

Quid de abiurantibus de leui,n.47. ibid.

Abiurare quomodo debeant blaſphemi,n. 67. & ſeq. p.137

Abiurare debent ſortilegi , vti ſuſpecti de hæreſi, n.240. p.197

Sed debet plenè conſtare de facto , ob quod indicitur abiuratio,n.241. ibid.

Qualiter debeant abiurare ſortilegi hæreticales, & qualiter non hæreticales,n.242. ibid.

Abiuratio eſt pœna grauiſſima,n.14. p.13

Formalis ſolet iniungi hæreticis , & quomodo fieri debeat in loco publico,n.124. p.58

Ad abiurandum non admittuntur relapſi, n. 43. pag.70

Indicitur pro modo ſuſpicionis,num.88. p.90

Generalis quando ſufficiat,n.89.& 90.p.90.& 91

An minuenda in ſortilegio facto ad amorem, num.51.& 52. p.323

Quid ſit , & variæ eius definitiones, num.1. pag. 350. & de materia abiurationis per totum titulum 12.p.3.declarantur definitiones abiurationis, ex abiuratione Berengarij num.2. ibid. eſt res antiquiſſima num.3. ibid.

Abiurationis ſpecies ſunt quatuor, ſicuti etiam ſpecies ſuſpicionis hæreſis,num.4. & 5. ibid.

Secundum aliquos non eſt pœna,n.9. p. 351. ſed contraria opinio eſt verior,num.11.& 13. ibid.

Non debet fieri ante ſententiam,num. 10. & 12. ibid.

Regularis de leui abiurans , ex Decreto Vrbani VIII.eſt inhabilis ad munera Religionis , n.14.ibid. Quæ probatio requiratur in hæretico, vel ſuſpecto de hæreſi, vt ei iniungatur abiuratio, num. 15. & ſeq. ibid.

De formali regulariter fit publicè. n. 21. & 22. p. 352. vbi de Praxi Inquiſitionis Romanæ , & Hiſpanæ.Hæretici ſpontè comparentes abiurant ſecretè,num.23. ibid.

De vehementi regulariter fit publicè, num. 24. ibid. & quando poſſit fieri ſecretè,num. 25. & 26. ibid.

Quid fuerit practicatum in S.Officio Cremonæ, num.27. ibid.

De leui regulariter fit ſecretè,num. 28. ibid.

Confeſſarius ſollicitans non eſt cogendus ad abiurandum publicè,n.29. ibid.

Reprobatur Cantera,num 30. ibid.

Abiuratio facienda eſt lingua vulgari, & ita ſeruatur,num.31. p.353

Super abiuratione debet fieri publicum inſtrumentum,num.32. ibid.

Debet ſubſcribi ab abiurante,num.33. ibid.

Et quid ſi neſciat ſcribere,num.34. ibid.

Debet continere aſſertionem Catholicæ veritatis, & deteſtationem omnis hæreſis,num.35. ibid.

Item promiſſiones iuratas de non relabendo, num.36.& 39. ibid.

Et an deteſtatio omnis hæreſis facienda ſit in abiuratione de leui,n.37.& 38. ibid.

Ab abiuratione nullum priuilegium excuſat, n. 40. ibid.

Fit etiam per puberes,n.41. p.354

Secus eſt in impuberibus proximis infantiæ.n.42. ibid.

ibid. Proximi verò pubertati, an teneantur abiurare,& quomodo,num.43. ibid.

Et quæ conſideranda in iniungenda abiuratione impuberi,num.44.& 45. ibid.

Non eſt abſoluendus hæreticus ab excommunicatione ante abiurationem num.46. p.355

Recuſans abiurare,quomodo puniendus,num.47. ibid.

Publica abiuratio non imponitur habentibus filias,n.61. p.359

Conſideranda quæ ſint in imponenda abiuratione,n.64. p.360

Abiurare recuſans quando habeatur pro impœnitente,n.47. p.355

Poteſt indici in S.Officio grauato teſtibus ſingularibus,n.10. p.354

Abominatio.

Abominatio, cur vocetur hæreſis, *Danielis* cap.9. Antelud.num.37.

Abſens.

Abſentium appellatione qui veniant,n.7. p.10

Abſentia Rei poteſt allegari per Procuratorem, n.54. p.349. Quomodo de iure Canonico, num.4. pag 374

Contra hæreticum abſentem non conuictum, nec confeſſum,n.5 ibid.contra conuictum,vel confeſſum,n.6. ibid.

Ex ſtilo Romanæ Curiæ ſemper audiuntur abſentes condemnari, ſi compareant, tam quoad perſonam,quàm quoad bona,n.7. p.375

Fallit in Hiſpania,n.8. ibid.

Abſolutio.

Abſoluere an poſſit Epiſcopus ſine Inquiſitore, & è contra,n.10. p.12

Et an indicere purgationem canonicam,n.12.p.13

An recipere ad abiurationem hæreticos ſponte comparentes, n.13. ibid.

An torquere,num.15. ibid. Se inuicem poſſunt Inquiſitores, & ſocios à cenſuris, in caſibus in quibus eorum ſuperiores poſſunt,num.92. p.22

Abſoluendus num ſit,qui perſiſtit in tormentis in crimine hæreſis,n.108.& ſeq. p.56

Poſſunt Epiſcopi, & Inquiſitores in foro externo ab excommunicatione hæreſis abſoluere,n.129. pag.58

Nec iſta facultas eſt ſublata per Bullam Cœnæ, num.130. ibid.

Secus eſſe,in foro interiori.n.131. ibid.

Abſolutione data hæretico,de quibus confeſſarius monere debeat hæreticum,num.56. p.72

Abſoluendúsne ſit hæreticus negatiuus in foro conſcientiæ,n.58. ibid.

Qui poteſt à caſibus Bullæ Cœnæ, excepta hæreſi,an poſſit abſoluere fautores hæreticorum,Schiſmaticos.n.102.& 103. p.91

Abſolutus in foro conſcientiæ à Blaſphemia, an poſſit moleſtari in foro externo, num.76.77.& 78. pag.138

Poteſt puniri in foro externo,n.79. ibid.

Ab excommunicatione in foro conſcientiæ, de rigore non tollit effectum inſordeſcentiæ, & quid ſecundum æquitatem.n.26.29.& ſeq. p.144

In foro conſcientiæ non ſuffragatur in foro externo.n.27. ibid.

Quod procedit etiam in Iubileis.n.28. ibid.

Talis abſolutio,quomodo ſit probanda.n.32.ibid.

Quid ſit abſolutio in foro conſcientiæ,& pœnitentiæ.n.33. ibid.

In Bullis Pontificiis ſolet apponi clauſula, *Téque abſoluentes, & c.* n.34. ibid.

Iſta abſolutio habet effectum limitatum,num.35. ibid.

Eſt ſolum verbalis,n.36. ibid

Suſpendit impedimentum excommunicationis, donec gratia ſortiatur ſuum effectum,n.37. p.145

Abſolui an poſſit ſocius criminis a confeſſario ſocio criminis,n.306.& ſeq.p.204. & verbo *So. ius.* Abſolui poteſt reus duobus modis, n.33. p.346

Abſoluendus non eſt hæreticus ab excommunicatione ante abiurationem,n.46. p.355

Actus.

Actus negatiui,an ſint ſufficientes ad faciendam hæreſim mentalem exteriorem,itavt ſubdatur iudicio Eccleſiæ,n.42 p.146

Proximi an requirantur in machinatione criminis,vel ſufficiunt remoti,n.51.& ſeq. p.211

Accuſatio.

Accuſare poteſt etiam inhabilis in cauſis fidei, num.51. p.254

Accuſatione ſuperueniente ceſſat inquiſitio præcedens,n.8. ibid.

Accuſator calumnioſus punitur eo modo, quo teſtis falſus,n.9. ibid.

Accuſator, & denunciator in S. Officio habentur loco teſtis,n.10. ibid.

Fiſcus ſucceſſit loco accuſatoris,n.11. ibid.

Accuſati non poſſunt eſſe teſtes pendente accuſatione,n.8. p.254

Quid de accuſatore,n.65. p.271

Aduocatus.

Aduocatus Fiſcalis, fuit inſtitutus ab Adriano I. Imperatore.n.2. p.33

Habet maximam dignitatem, & numeratur inter Clariſſimos,n.3.4.& 8. ibid.

Creatur a ſolo Rege,n.5. ibid.

Sedet in numero Iudicum,n.6. ibid.

Sedet coram Principe,n.7. ibid.

In nihilo differt à Iudicibus,n.9. ibid.Defert Togam,n.10.ibid. & multa alia de ipſo Aduocato Fiſcali,vide tit.9.p.1. p.34

Adduocatus, poteſt arceri à munere aduocandi contra inimicum,Sed non ſic Procurator n.57.p.36

Aduocatum, & Procuratorem deputant Inquiſitores reis in Sancto Officio, num. 8. pag. 320. & num. 11. p. 337. Quales Viri ſint deputandi. num.2. ibid.

Et an alij ad inſtantiam reorum ſint concedendi, num.3. ibid.

Quid obſeruetur in S. Officio Cremonæ, n.4. ibid.

Eligendus eſt Iuriſperitus, qui debet iurare de ſilentio ſeruando,n.5. ibid.

Debet inducere reum ad veritatem fatendam, num.6. ibid.

Debet tueri reum legitimis modis,n.7. ibid.

Debet reconſignare proceſſum ſibi conſignatum, num.8. ibid.

Poteſt compelli per Inquiſitorem ad Aduocandum,n.9. ibid.

Salaria Aduocati, & Procuratoris reorum ex quibus ſint perſoluenda,n.10. ibid.

Non poteſt eſſe filius hæretici,quia eſt infamis, num.171. p.163

Quis cum eo diſpenſet,n.172. ibid.

Exercens hoc munus ſine licentia eſt ſuſpectus de hæreſi,n.75. p.89

Ætas.

Ætas in Inquiſitore debet eſſe annorum 40. n.13.& 14.p.16. Et quare debeat eſſe maior ætas, quàm in Epiſcopo,n.15. p.17

Hodie

Hodie non requiritur tanta ætas,n.16. ibid.
In Hiſpania ſufficit ætas annorum triginta, n.18. ibid.

Ætas minor in crimine blaſphemiæ non ſuffragatur quoad abiurationem. n.83. ſecus quoad alias pœnas,n.84.& 85. p.138

Refertur conſtitutio in materia celebrantium cum non ſint ſacerdotes,an excuſet à pœnis Bullæ, *Si de protegendu*,n.76.p.214.& de aliis caſibus excuſantibus remiſſiuè,n 77.& 78. ibid.

Ægyptiaca.

Ægyptiacæ ſecundum aliquos ſubiiciuntur iudicio Inquiſitorum,n.157 & 158.p.187.*Vide multa de bu Ægyptiacu,&ſque ad n.195.*

Affectus.

Affectus an puniatur non ſecuto effectu, n.50. pag.221

Affinis.

Affinis an poſſit eſſe teſtis, n.17. p.268

Albigenſes.

Albigenſium hæreſis occaſione fuit inſtitutum Officium Sanct.Inquiſitionis,n.p.16. De eius dogmatibus remiſſiuè.n.4. ibid.

Alienatio.

Alienationes factæ poſt delictum reuocantur, num 7.& 8. p 392

Alimenta.

Alimenta, à quo ſint præſtanda filijs matrimonij putatiui,an à Patre, an à Matre, & quid differat inter eos,quando vnus tantum eſt in bona fide. n.98. & multis ſeq. p 205

Et quid quando ambo ſunt in mala fide, n. 98. & 99. ibid.

Quid quando ambo ſunt in bona fide. n.100.& ſeq.ibid.vbi reprobatur Surd.*de alim.tit.* 1.*quaſt.*14. *num.* 8. & Sanchez. *de matrim. lib* 10. *diſput. fin.* Quid quando vnus eſt diues , alter pauper , n. 103. pag.106

Aliquid.

Aliquid eſſe contra ius naturæ quot modis dicatur,n.10. p.94

Amatorium.

Amatorium ſortilegium, quando ſit hæreticale, de quibus tales ſint interrogandi, num. 48. & ſeq. pag.174

Ambire.

Ambientes Magiſtratus , ab ipſis ſunt arcendi. num.34.p.18. Quia regulariter ex Simancha ſunt indigni.num.35. & ſi ipſis conferuntur circumſpectè agendum eſt,n.37.& 38. ibid.

Amaſius.

Amaſius an poſſit eſſe teſtis, n.19. p.268

Amicus.

Amicus inimici,an poſſit eſſe teſtis,n.9. p.267

Amor.

Amor minuit pœnas delinquenti, n.50. p.323

Quid in ſortilegio ad amorem, & quid de abiuratione n.51.& 52. vbi Deciſio Senatus Sabaudiæ, ibid.

Animal.

Animalia de quibus dubitatur num ſint piſces, an comedi poſſint in diebus prohibitis , vt eſt lutra, vulgò *lodria*,n.6. p.226.

Animus.

Animi deſtinatio, non autem iuris affectus attenditur in materia Polygamiæ attentatæ,n.38. p.98.

Antiochia.

Antiochia,& Conſtantinopolis fuerunt euerſæ ob hæreſim.Antelud.n.32.& 33.

Annus.

Annus completus requiritur ad inſordeſcentiam in excommunicatione,etiam in cauſis fidei,num.2. & ſeq. p.141

Quando incipiat annus,n.5. ibid.

Appellatio & Apellare.

Apellatio ad Vallem Ioſaphat,n.50. p.51.

Huiuſmodi appellationes inſinuatur in Sacris Literis n.50.ibid. Quando ſint licitæ,n.52.ibid. Exemplum Abbat.D.Iacobi apud Leodium,n 52. Non eſt timenda, cum condemnatio negatiui eſt iuſta, ſecus ſi de eius iuſtitia dubitatur,n.54.& 55.ibid. Traditiones Boſſij,& Clari in hac materia declarantur, num.56.& 57. ibid.

Adducuntur varia loca Scripturæ pro his appellationibus,num.57.ibid. Huiuſmodi appellationes faciendæ, cum magna circumſpectione, n.58. ibid.

Appellare non poſſunt hæretici à ſententia definitiua,ſecus ab interlocutoria,n.1. p.363

Interlocutoria , quid continere debeat, num.2. ibid.

Appellandum eſt ad Sanctiſſimum in cauſis S. Offic n.3. ibid.

Appellatio an detur à decreto torturæ , num.4. ibid.

Admiſſa appellatione quid agere debeat Inquiſitor,n.5. ibid.

Qui am Iuriſdictionem habeat Iudex à quo,num.6 p.364. Appellationum cauſas cognoſcunt Supremi Inquiſitores,n.10. p.10.

Appellatio , an detur à decreto torturæ. n.122. pag.58.

Apoſtata,& Apoſtaſia.

Apoſtata dicitur , qui totaliter recedit à Fide Chriſtiana, hæreticus verò qui in parte recedit,n.3. 4.& 5. p.74.

Etymologia,& ſpecies Apoſtaſiæ, n.1.& 2.p.73. Qui ſactificat dæmoni, & qui reiterat Baptiſmum, n.6.& 7.p.74. Non eſt pecies diſtincta ab hæreſi, n.8.ibid. Qui tranſit ad ſectam Iudæorum,vel Saracenorum , n.10 ibid. & de ritu Iudæorum in recipiendo Chriſtianos,n.11. ibid.

Apoſtaſiæ Iudex quis ſit,& cur Imperatores conſtituerint pœnas in Apoſtatas,& hæreticos,num.13. & 14. ibid. Apoſtatæ an ad miſericordiam recipiendi,n.21.p.76. Intellectus *l.* 3.*C. de Apoſtatis , de Apoſtatarum tortura , & abiuratione* , num. 24. ibid.

Puniuntur pœnis hæreticorum , & an ſit locus remiſſioni, n.25. ibid.

Apoſtaſiæ circunſtantiæ,num in confeſſione neceſſariò explicandæ,n.61.& 62. p.80

Apoſtaſia exterior tantum,num habeat annexam excommunicationem Bullæ Cœnæ,n.67.ibid. Status apoſtaſiæ deſcribitur *Prouerbiorum*,6. num. 68. ibid.

Apoſtatans à fide qui deberet abiurare de formali,ſi id agit ex metu , vel coactione conditionali,abiurat de vehementi,n.10.& ſeq. p.58

Apoſtatæ mulieres quomodo ſint tractandæ per Inquiſitores,n.217. p.194

In hoc crimine Iudex debet eſſe facilis ad torturam , & de praxi torquendi reum , num. 218. ibid.

Apoſtatæ à religione an poſſint eſſe teſtes,n.44. pag.269

Aquila.

Aquila Ponticus,& Euſebius Emiſenus, ab Eccleſia eiecti,n.94. p.181

Arbiter

Arbiter.

Arbiter,an poſſit eſſe teſtis,n.63. p.271

Arbitrium.

Arbitrium debet eſſe regulatum à Iure,num.20. pag.331.

Arbitrio Iudicis remittuntur indicia, quæ ſufficiunt ad capturam,n.22.p.259. Et etiam quæ præſumptiones vincant alias,n.42. p.264

Arcadius.

Arcadius Imperator fuit depoſitus per Papam Innocentium,n.60. p.7

Argumentum.

Argumenta hæreticorum circa primatum Petri, reſoluuntur remiſſiuè,n.43. [illegible]

Argumentum de teſte ad accuſatorem valet,n.6. pag.254

Arma.

Arma poſſunt prohiberi ſuſpectis de hæreſi, ab Inquiſitore,n.26. p.84

Deferentes ad Infideles, ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ,n.64. p.242

Articulus.

Articuli tendentes ad defenſionem rei, & alterius contumacis, admittuntur pro reo, non autem pro contumace,n.98.& 99. p.227

Deciſio de hoc curiæ Romanæ, n. 97. ibid.

Et etiam Senatus Mediolani, n.98. ibid.

In admiſſione tamen talium Articulorum Iudex debet interloqui, quod non proſint contumaci, n. 100. ibid.

In Articulo mortis ceſſat caſuum reſeruatio & an ceſſante periculo, pœnitens debeat ſe præſentare ſuperiori,n.134. p.59

Aſſaſſini.

Aſſaſſini, & banniti quomodo torqueantur in Statu Mediolani,n.117. p.57

Quando poſſint torqueri ad indicandum mandantem, n.120. p.338

Aſſertio vulnerati iam mortui, non ſufficit ad torturam,ſed ad Inquiſitionem,n.99. p.337

Aſſeſſor.

Aſſeſſor additus fuit Supremis Inquiſitoribus, S.Officij,n.4. p.10

Aſtra

Aſtra agunt directè in corpus,n.72. p.179

Indirectè in animam, & cur in hoc Aſtrologus ſæpè vera prædicet,n.83. p.180

Impium eſt dicere aſtra inclinare ad delicta,n.88. ibid.

Honim futurorum nullo modo ſunt cauſa, n.95. pag.181

Aſtrologia.

Aſtrologia,quid ſit,n.70. p.170

Et quid Aſtronomia,n.69.ibid. Eſt valde incerta, n.74.& 75. ibid.

Prædicens futura contingentia eſt ſuperſtitioſa,n. 90.& 91. p.181

Quæ profitetur ſe poſſe prædicere mutationes Regnorum eſt ſuperſtitioſiſſima ex P. Marquez, n. 116. p.183. Campanellæ eliminanda, num. 119 ibid.

Dies Martis,& Veneris infauſt,n.120.ibid.Familia Mendoza obſeruat diem Martis,ex licentia S.Officij n.121.& 128.ibid.Non dantur dies infauſti ex ſe, n. 122.Obſeruatio iſtorum dierum damnatur à D.Paulo,n.123. ibid.

A Sacris Canonibus,n.124.ibid.A Theologis, n. 125. ibid.

A Philippo II.n.126. ibid.

Aſtrologus.

Aſtrologus poteſt ex genitura corporis; temperamentum, & infirmitates (etiam futuras) prædicere, & illarum tempus n.71. p.179

Reijcitur Hurtado, qui voluit Aſtrologum poſſe prædicere diem,vltra quem quis viuere nequeat, n. 76. ibid.

Reijcitur Bonatus,n.77. ibid.

Quid ſententiendũ de figura facta horâ decubitûs ægroti,n.78. ibid.

Reijcitur Abulenſis,n.79.ibid.Infirmitates inuitati ad cœnam ex crapula orientes, non poteſt prædicere Aſtrologus,n.80. p.180

Quid ſentiendum de geneſi patris elicita ex geneſi filij, n.81. ibid.

Poteſt iudicare de inclinationibus nati,num. 82 ibid. Iudicium Aſtrologicum eſt medium inter poſſibile & neceſſarium,n.84. ibid.

Eius iudicium de inclinationibus, eſt incertiſſimum & debet eſſe vniuerſale, non particulare, num.85. ibid.

Exemplum de Mercurio in domo Saturni, n.86. ibid.

An poſſit prædicere ea futura, quæ habent aliquam connexionem cum inclinatione, n.89. ibid.

Odio habentur Aſtrologi apud omnes ferà nationes, num. 92. p. 181. Aſtrologorum linguas Deus confundit vt Gigantum *Geneſ.*1.num.96. ibid.

In nullo concordant fundamento huius vanitatis,n.97. ibid.

Diuidunt voluntariè Cælum in 12.domos, n.98. ibid.

Diſſentiunt in formatione figuræ Cæli n.100. In ſignificationibus domorum, n.101. p.182.In modo faciendi directiones,n.102. ibid.

In directione partis fortunæ Planetæ retrogadi, & directione Aphetæ exiſtentis inter medium Cæli,& angulum occidentis,n.103.& 104. ibid. in elicienda parte fortunæ,n.105. ibid.

An admittendæ ſint aliæ Arabum partes,n. 106.

In latitudinibus obſeruandis in directionibus, num.107. ibid.

In menſura directionum,n.108. ibid.

In computandis aſpectibus Planetarum,n.109. ibid.

In obſeruando,vel non obſeruando,capite,& cauda Draconis,num.110. ibid.

In viribus Planetæ retrogradi,n.111. ibid.

In coniunctione maleficorum, aut ſit bona, vel mala,n.112. ibid.

Zodiacus nouæ ſpheræ imaginarius, ad quid inuentus, & à quo,n.113.p.183. Iſte non poteſt realiter influere,n.114. ibid.

Ob proceſſionem æquinoxiorum,Sol eſt in Cancro octauæ,eſt in Leone nouæ, 115. ibid.

Cur vera prædicant Aſtrologi remiſſiuè, n.117.

Aſtrologi, nulla omninò iudicia facere poſſunt, ſtante Conſtitutione Vrbani VIII.neque quoad futuras infirmationes ex malis directibus, ex genituris Summorum Pontificum, & eius conſanguineorum vſque ad tertium gradum incluſiuè,n. 118, pag.183

Clerici quâ pœnâ puniatur, numer. 72. pagina 360

Atteſtatio.

Atteſtationibus publicatis, non admittuntur noui teſtes ſuper iiſdem,n.63 p.286

Fallit in cauſa hæreſis,vbi Deciſio Senatus,n.64. ibid.

Quomodo fiat talis publicatio in Hiſpania, num.68. p.287

Author.

Athor fuit In Patria Proiudex, & Profiſcalis, num.33. p.18

Authentica.

Authentica, *ſi Pater C.Diuertio facto, apud quem* declaratur, num.91. p.105

An procedat, ſi mater eſt in mala fide, num.63. & ſeq. vbi reprobatur communis opinio, & Sanch. *de matrim.lib.*10.*diſp vlt.* & quænam ſit ratio diuerſitatis, n.97. ibid.

Axioma

Axioma D.Hieronymi, quod ex verbis nordinate prolatis oriatur hæreſis, quomodo ſit intelligendum, num.72. p.52

B.

Bannitus.

BAnniti, quomodo torqueantur in Statu Mediolani, n.112. p.57

Si Pater bannitus receptat filium bannitum, quam pœnam incurrat, & de obſeruatia Senatus Medioam num.43. p.86

Cui incumbat onus probandi ſcientiam, vel ignorantiam, reo, an fiſco, num. 47. & ſequent. ibid.

Talis non excuſatur à tota pœna, & qualiter puniendus, n.42. & ſeq. ibid

An poſſint eſſe teſtes, num.3 . & 37. p.a 9. Et Inquiſitores poſſunt eis dare ſaluum conductum, num., 8. ibid.

Torquentur etiam ſine indicijs ex minibus cum ſententia ſuper eos lata exequitur, n 111 p.339

Baptiſmus.

Baptiſmus efficit aliquem membrum Eccleſiæ, num.25. p.48

Inualidè baptizati an ſint hæretici, idem dicendum quod de Catecumeno, n.27. ibid.

Si tamen Eccleſia ignoraret inualiditatem, ſubderentur Inquiſitori, o. 28. ibid.

Quid de baptizatis in Infantia, ſed eruditis in partibus hæreticis, num.29. ibid. Reputatus baptizatus, an in foro externo ſubdatur foro Inquiſitorum, num.37.38. & 39. p.49

Nutritus inter Catholicos præſumitur baptizatus, n.39. p.50

Baptiſmum reiterans eſt apoſtata, num.6. & 7. p.74. Baptizatus nullitet, transferens ſe ad ſectam Iudæorum, an poſſit dici Apoſtata, remiſſiuè, num.9. p.75

Dubitans de validitate ſui baptiſmi, eſt baptizandus ſub conditione, n. 53 55. & ſeq. p.79

Baptiſmum ſupponit character ordinis, num. 54. ibid.

Baptizari an poſſint paruuli Iudæorum Inuitis parentibus, n.45. p.214

Incidens in Bullam, *Si de protegendis*, punitur morte naturali, n.29. p.358. Et aliquando pœna triremium, n.48. p.359

Beatificatio.

Beatificatio, & Canonizatio Sanctorum, quando, & quomodo fiat, o.37. & ſeq. p.239

Benedictio.

Benedictiones Deuteronomij 28. in obſeruatores legis Dei. Anteiud.n.16.

Beneficium

Beneficiorum priuatio incurritur ob hæreſim, num.146. p.60

Non comprehendit ſuſpectos de hæreſi, o.147. ibid.

An hæreticus pœnitens recuperet beneficia, num.148. remiſſiue. ibid.

Bertazzolus.

Bertazzolus refutatur, n.56. & 57. p.241

Binæ nuptiæ.

Binas nuptias, & bina ſpon alia contrahentes, afficiuntur pari pœna inf miæ, n.38. p.98

Birruarius.

Birruarij, an ſufficienter probent, num.68. & ſeq. pag.213

Non ſunt teſtes idonei, niſi In concernentibus ſuum officium, n.31. p.169

Quando dicantur deponere de concernentibus Officium ſuum, n.25. ibid.

In delictis tamen grauibus non adhibetur eis plena fides, n.34. ibid. & deciſio Inquiſitionis Romanæ, o.35. ibid.

Blaſphemia.

Blaſphemia, quid ſit, n.1. p.128

Illius vera definitio, n.2. ibid Semper ſubeſt ei falſum, vel in actu ſignato, vel in actu exercito, n 3. ibid.

Contumelia in Sanctos, eſt blaſphem. n.4. ibid.

De ratione blaſphem. eſt diminutio honoris Diuini, n.5. p 119

An opponatur religioni, n.6. ibid.

Hæreticalis quid ſit, vbi plura exempla, n.7. ibid.

Al diſpetto, an ſit hæreticalis, n.8. ibid.

Puttana; an ſit hæreticalis, n.9. ibid.

Non hæreticales quid ſit n 10. ibid.

Hæreticalis, an ſit dicere, *ò Deum iniuſtum*, n.11. Ibid. An ſit dicere *rinego S Pietro*, n.12. ibid.

Hæreticalis ſpectat ad Inquiſitores, n.13. p.130

Non hæreticalis eſt mixti fori, n.14. ibid.

Iudex laicus, an poſſit ſupplere pœnam blaſphemo, vbi eſt iniuncta leuis ab Eccleſiaſtico, & qualiter, n.15. & 16. ibid.

Romæ cognoſcunt de omnibus blaſphemiis, ſupremi Inquiſitores, n.17. ibid.

Blaſphemiarum varia genera, n 43. p.133

Quæ habent connexionem cum hæreſi cognoſcuntur ab Inquiſitoribus, n.44. ibid.

Non hæreticales non cognoſcuntur ab Inquiſitoribus, niſi ſint coniunctæ cum hæreticalibus, num.45. ibid.

Quid de blaſphemia prolata ſub conditione de futuro n.46. p.134

Quid de prolata ſub conditione de præterito, n.48. 50. & 53. ibid.

Opinio Auctoris de hac re, n 49. ibid.

Quid de hac propoſitione, *Hoc eſt verum ſicut Euangelium*, n.54. ibid.

Blaſphemiæ ſub conditione de præterito ſubduntur Inquiſitoribus, n.55. p.135

Conſuetudo an excuſet à Blaſphemia quando detur repulſa teſtium o. 58 & ſeq. ibid

Blaſphemus

Blaſphemus, an gaudeat immunitate Eccleſiæ, n.57. p.135

Torquetur ſuper intentione, & pro vlteriori veritate, n.62. ibid.

Quid ſi remiſitiſſe ad dicta teſtium, n.66. p.136

Quomodo debeat abiurare, n.67. & 68. p.137

Semel blaſphemans non abiurat, & qualiter puniatur, n.69. ibid.

Bis aut ter blaſphemans abiurat, & an fieri debeat publice, n.70. ibid

Pœna

Pœnæ, quæ imponenda Blaſphemo, vbi an Nobilitas excuſet à dictis pœnis,num.71.& ſeq. ibid.
Blaſphemis in ludo, ſolet prohiberi ludus ſub pœna,n.74. p.138
Ira excuſat blaſphemum ab abiuratione, & pœna, ſi ſtatim pectus obtuderit, aut audientibus dixerit,*Domine miſerere* n.75. ibid.
Abſolutus à confeſſario in conſcientia, non poteſt moleſtari in foro externo ſecundum Bartol, num.76. ibid.
Sed hæc Bartoli opinio communiter reprobatur, num.77. ibid.
Mitiùs tamen eſt puniendus,n.78. ibid.
Minor non euadit pœnam blaſphemiæ, num.81. 82.83.& 84. ibid.
Debet ſtare præ foribus Eccleſiæ,n.86. p.139
Hæc pœna ortum habet *à cap.2. de maleficiis*, n. 87. ibid.
Ceſſat in Clerico,& Nobilibus,n.88. ibid.
De Iure Ciuili pœna blaſphemi eſt mors naturalis,n.90. ibid.
In praxi tamen hæc pœna non obſeruatur,num. 91.ibid.Senatus Mediolani aliquando puniuit blaſphemos pœnâ triremium, aliquando pœnâ mortis, num.92. ibid. In Gallia quomodo fuerint puniti, num.93. ibid.
Habens errorem in intellectu, eſt excommunicatus, excommunicatione Bullæ Cœnæ,n.94. ibid.
Quid ſi dubitet de ſua intentione,n.95 p.140
Blaſphemia hæreticalis vtplurimum ſolet eſſe reſeruata n.96. ibid.
Reſeruatio an liget ignorantes,n.97. ibid.
Non ligat Ruſticum ignorantem vim verborum blaſphemiæ, n.98. ibid. De pueris interrogandus, num.99. ibid.
Grauitas blaſphemiæ ex ſcripturis, num. 100. ibid.
Ex diuinis vltionibus,n.101. ibid.
Satisfactio blaſphemi eſt arbitraria confeſſario, num.102. ibid.
Debet iniungi pœnitentia præſeruatiua, n.103. ibid.
Conſuetudinario non differenda abſolutio,n.104. ibid.
Blaſphemiæ prolatæ ex conſuetudine,quando ſint peccata mortalia,n.108. ibid.
Nobilis damnatur ad carcerem,n.32. p.352
Blaſphemus hæreticalis eſt ſuſpectus de hæreſi,& qualiter,& quid ſi ſe excuſet ex magna turbatione,n.18 & ſeq. p.130
Non ſufficit eis blaſphemaſſe quamvis in delictis inducatur conſuetudo ex duplici actu, n. 22. & 23. ibid.
Quot actus requirantur, n.14. & ſeq. p.131. An probetur conſuetudo blaſphemandi per teſtes ſingulares,n.27. ibid.
Plures blaſphemiæ vnico actu prolatæ habentur pro vnica blaſphemia,n.28. ibid.
Prolatæ inita mitiùs puniuntur, maximè ex cauſa iuſta,n.29.& 30. ibid.
Ob ebrietatem minuitur pœna blaſphemiæ,& de multiplici ebrietate,num.31.& 32.ibid. Ioco prolata grauiſſimè punitur,n.33. p.132
Subditur foro Inquiſitorum quamvis probata ioco,ira & ebrietate,n.34. ibid.
Onus probandi talem qualitatem ſpectat ad Reum num.35. ibid.
Conſpurcans Imagines Sanctorum blaſphemat facto,& eſt ſuſpectus de vehementi,num.37.& 38. ibid.
Eius punitio ſpecta ad Inquiſitores priuatiuè quoad Laicos,n 40.& ſeq. ibid.
Deciſio inſignis Supremi Concilij Caſtellæ,n.41. ibid.
Damnatur ad triremes,n.41.& 42. p.358
Mittitur aliquando in exiliū.n.68.remiſſiuè.p.360

Bona.

Bonorum priuationem, & infamiam incurrunt hæretici.n.144.152.& 153. p.60.& 61
Bona fideicommiſſaria,quando cadant in fiſcum. n.153.155.& 156. p.62
Bonorum deſcriptio fit cùm agitur de hæreſi formali,n.32. p.259

Boſſius.

Boſſius reiicitur in materia denunciandi ſollicitantem in confeſſione,n.121. p.126

Bobadilla

Bobadilla *lib.2 c.11 n.59*.declaratur,n.65. p.20

Bulla.

Bulla Cœnæ, an comprehendat Epiſcopos, & Cardinales, & quid de Generalibus Religionum, num.11. p.155
An Inquiſitores, & eorum Commiſſarios, n.12. & ſeq. p.156
Non ligat vbi non ea recepta,n.35. p.158
Intellectus in primo canone,n.81. p.90
Bullæ Pij V. *Si de protegendis*, quas perſonas excommunicet, & quas actiones puniat, n.9.& ſeq. pag.206. Vbi latè de hac Bulla
De verbis Bullæ, *ſiue aliàs auxilium, vel conſilium, vel fauorem*.n.48. p.210
An comprehendat Iudices,& Magiſtratus, n.82.& ſeq.pag.214
Bulla Gregor.XIV. de immunitate Eccleſiæ loquitur in perſonam, & ideo mandans gaudet immunitate,n.268.& 269. p.201
Bulla Clementis VIII. & Greg.XV. de conuerſantibus cum hæreticis, vbi quid de vtente opera Medici Hæbrei,& quid ob id acciderit Henric. III. Regis Caſtillæ,n.19. p.255

C

Calumnioſus.

Calumnioſus accuſator,punitur in S.Officio,eo modo quo falſus teſtis,n.9. p.254

Campanella.

Campanellæ Aſtrologia eliminanda, n.119.p.183
Dies Martis,& Veneris infauſti,n.120. ibid.
Familia Mendoza obſeruat dies Martis ex licentia S.Officij,n.121.& 128. ibid.

Cancellarius.

Cancellarij S.Officij iurant de ſecreto,n.5. p.38
De eorum munere, ſalario, & alijs ad dictos Cancellarios ſpectantibus,n.6.ibid.n.7. p.39

Canonicus.

Canonici Cathedralis, qui aſſiſtunt vti Conſultores Congregationibus S. Officij, lucrantur diſtributiones quotidianas,n.67. p.52

Canonizatio.

Canonizatio Sanctorum,& Beatificatio quando, & quomodo fiat, num.37. & ſequent. p.239. Canonizat Papa Sanctos, nec poteſt in hoc errare, n.38. & 39. p.174
Imò eſſet hæreticum id dicere,n.42.ibid, Eccleſia colit Sanctos Canonizatos,n.40. ibid,
Declaratur locus D. Auguſtini, *Multa corpora Sanctorum,&c*.n.41. ibid.

Index Rerum,

Cantera.

Cantera ſibi contrarius, n. 74. p. 271

Capilli.

Capilli, & pili non ſunt abradendi fœminis, ob honeſtatem, n. 215. p. 194

Capitulum.

Capitulum *ſede vacante* in quibus Epiſco ſuccedat, n. 10. p. 25. Eius Vicarius aſſiſtit in cauſis fidei, in quibus procederent Epiſcopi iure ordinario, num. 11. ibid.

C. Per venerabilem, qui filij ſint legitimi, declaratur, n. 71. p. 8

C. Ad abolendam, de haret. quando fuerit conditum, n. 3 p. 12

Eius intellectus in verbo, *Continuò*, n. 5. p. 66

C. Super quibuſdam, de Verb. ſignific. intellectus, num. 43. p. 50

C. 11. Qui filij ſint legitimi, declaratur, num. 103. p. 106

C. Cum haberet, de eo qui duxit in matrim. declaratur, n. 104. ibid.

C. Accuſatus §. licet de heretic. in 6. declaratur, n. 60. & 61. p. 278

C. I. De except. declaratur, n. 28. p. 315

C. In fidei fauorem, de heretic. in 6. declaratur, num. 56. p. 334

Captura.

Captura eſt arbitraria iudici, iuxta qualitatem Indiciorum, ſed arbitrium eſt temperandum in cauſis S. Officij, n. 22. p. 259

A captura non eſt inchoandum, ſed debet conſtare de delicto, & delinquente ex legitimis indicijs, n. 18. & 19. p. 258

Niſi reus eſſet ſuſpectus de fuga, num. 20. & 21. ibid

Non deuenitur ad capturam, niſi adſint indicia ad torturam n. 24. p. 259

Et maior requiruntur indicia, quando perſona eſt inſignis, n. 25 & 27. p. 259

Deciſio Supremæ Inquiſitionis Hiſpaniæ an poſſit captura exequi in alieno Territorio, n. 28 ibid.

Quot ſunt capturæ, tot debent eſſe mandata executiua, n. 29. ibid.

In actu capturæ aliquando fit perquiſitio domus, num. 30. ibid.

A captura non datur appellatio, n. 31. ib. Executor debet oſtendere mandatum capiendi, n. 33. ibid.

Captura fit vt Reus cuſtodiatur, n. 34. ibid.

Caput.

Caput Eccleſiæ eſt Chriſtus Dominus, etiam vt homo, n. 12. p. 2 & 3

Inuiſibile Eccleſiæ, cæpit eſſe Chriſtus poſt Aſcenſionem, n. 13. p. 3

Caput viſibile Eccleſiæ cæpit eſſe Petrus poſt Aſcenſionem Chriſti, n. 17. p. 5

Carcer.

Carcer qualis aſſignandus hæreticis, n. 182. p. 64

Carceris perpetui pœna relaxatur à Supremis Inquiſitoribus, n. 11 p. 10

Carcerum cuſtodes S. Officij, quinam eligendi, n. 1. p. 42 Vbi latè de his cuſtodibus. Carcerari ſtatim non poteſt malefica, ſed aliqua prius ſunt conſideranda, n. 106. p. 193

Frangens carceres & ex ipſis fugiens, quomodo ſit puniendus, ſi iterum capiatur, num. 69. & ſeq. pag. 243

Quomodo puniatur in S. Officio, n. p. 244

An incidat in Bullam, *Si de protegendis* n. 76. ibid.

Si ſtatim ſe præſentet Superiori non punitur, num. 77. & 78. ibid.

Quod Inquiſitor eſt Iudex carcerati poſiti ab Epiſcopo in carceribus S. Officij num. 78. & 79.

Carceratus tentans ſe occidere, quas pœnas incurrat, n. 82. & ſeq. p. 245

Pœna carceris eſt vſitatiſſima in S. Officio, num. 27. p. 358

Ad carcerem perpetuum damnantur hæretici pœnitentes, n. 28. ibid.

Quando mitigetur hæc pœna, n. 29. ibid.

Ad carcerem temporarium aliquando damnantur Confeſſarij ſollicitantes, n. 30. & 31. Carceratus vulnerans cuſtodem, ad mortem qua pœna puniatur, n. 49. p. 352

Carceris perpetui pœna imponitur hæretico pœnitenti, n. 20. & ſeq. p. 393

Cardinales.

Cardinales ſupremi Inquiſitores quot ſint, n. 2. pag. 9. Quoties Congregantur in hebdomada, & vbi, n. 14. p. 20

Carnes.

Carnes quando comedi non poſſunt, vbi de Ieiunio Quadrageſimæ, n. 2. p. 225

Hæretici improbant delectum ciborum, n. 1. ibid.

Comedentes in die ieiunij, quando ſint ſuſpecti, de hæreſi, & quando non, num. 3. & ſequent. ibid.

Quis poſſit concedere licentiam comedendi carnes in diebus prohibitis, n. 6. p. 226

Qualiter ſint ſuſpecti, n. 7. & ſeq. ibid.

Inquiſitores ſunt Iudices huius delicti, n. 11. p. 227

An procedant contra comedentes piſces & carnes, cum habent licentiam comedendi carnes, n. 12. & ſeq. ibid.

Infirmitas qualiter probetur, n. 14. ibid.

De tortura, abiuratione, & pœnis horum reorum, n. 15. & 16. ibid. & p. 228.

An poſſint comedi animalia, de quibus dubitatur num ſint piſces, vt eſt lutra, vulgò *lodria*, n. 6. p. 226.

Carolus V.

Caroli V. teſtamentum, & Codicilli in materia S. Offic. Anteludia, n. 63.

Caſtellani.

Caſtellani an habeant Iuriſdictionem, & de Caſtellano Cremonæ, Mediolani, & Neapolis, n. 80 p. 245

De Caſtellano Manfredoniæ, qui Caſtro à Turcis oppreſſo ad eius deditionem deuenit, remiſſiuè, num. 81. ibid.

Caſtillæ Regnum.

Caſtillæ in Regno quando fuerit erectum Supremum Tribunal Inquiſitionis, & eius facultates, vide verbo, *Tribunal* & p. 11

Caſus.

Caſus prodigioſus in Regno Arragonum, n. 183. pag. 342

Deciſio huius caſus apud Seſſe, *deciſ.* 111. *vol. 1.* num. 186. p. 343

Cathecumenus.

Cathecumenus negans fidem, an ſit hæreticus, num. 24. p. 48

In foro interiori verior eſt affirmatiua ſententia, n. 25. ibid.

In foro externo, non ſubiicitur Inquiſitorib. n. 26. ibid.

Cauſa.

Cauſæ excuſantes à denunciatione, remiſſiuè, num. 116. p. 126

Cauſæ fidei an comprehendant ſuſpectos de hæreſi, n. 67. p. 213

Ciuiles

Ciuiles pœnitentiatorum non cognoſcuntur per Inquiſitores,n.5.& 6. p.389

Cauſæ hæreticorum meliùs agitantur in S. Officio,quàm in aliis Tribunalibus,Antelud.n.42.

Cedulones.

Cedulones lacerantes,vel deturpantes ſunt ſuſpecti de hæreſi,n.7. p.233

Celebrans.

Celebrantes,cùm non ſint Sacerdotes, qua pœna puniantur n.85. p.138

Vel Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtrantes, cùm non ſint Sacerdotes ſunt ſuſpecti de hæreſi, n.1.& ſeq. p.162

Qualis ſit hæc ſuſpicio,n.2.& ſeq. ibid.

Nunc Inquiſitores ſunt Iudices huius criminis, n.7.& ſeq. p.163

An Conſtitutio Gregorij XIII.directa Inquiſitoribus Hiſpaniæ habeat locum extra ea loca, n.10. & ſeq. ibid.

De quodam qui ſe gerebat pro Epiſcopo Manfredoniæ,n.11. ibid.

In dicta Conſtitutione Gregorij XIII. & Clementis VIII. non incidit Sacerdos ,audiens confeſſiones ſine iuriſdictione,nec ille qui non abſoluit , & quid de induente ſe veſtibus ſacris , ſi non celebret n.14.& ſeq. p.164

Quando in hoc delicto debeat.conſtare de corpore delicti,n.16. ibid.

Et an hoc corpus delicti probetur teſtibus ſingularibus,vbi plura de teſtibus ſingularibus, num 17. & 18. ibid.

Probato corpore delicti per teſtes ſingulares, an ſit locus condemnationi in pœnam extraordinariam,n.19.& 20. p.165

Quid ſi habeat ſecum litteras teſtimoniales falſas, & nihilominus aſſerat ſe eſſe Sacerdotem , n. 21. Ibid.

Confeſſus qualificatè quomodo ſit expediendus, n.22.& ſeq. ibid.

De abiuratione , tortura , & pœnis horum reorum,n.24.& ſeq. p.166

An iudex ſecularis , cui fuerunt relaxati huiuſmodi rei , teneatur eos morti tradere , num. 30. ibid.

Quomodo hi rei puniantur in Hiſpania,num.32. ibid.

Quomodo ſe gerere debeat Confeſſarius cum huiuſmodi reis,n.36. p.167

Grauitas huius delicti remiſſiuè.n.37. ibid.

An ſint irregulares,n.38. ibid.

Cenſura.

Cenſuræ Bullæ Cœnæ ſunt reſeruatæ Papæ,n.98. pag.191. In hac Bulla tolluntur omnes facultates, & indulta,n.99. ibid.

Cenſuras contemnens, quando ſubdatur iuriſdictioni Inquiſitorum , & quid de contemnente indulgentias & Eccleſiaſticos ritus , num. 5. & ſeq. pag.233

Ceremonia.

Ceremoniæ Mahumetanæ in occidendis animalibus,n.236. p.196

Character.

Character Ordinis ſupponit baptiſmum,n.54.p.79

Christus.

Chriſtus Dominus, eſt caput Eccleſiæ, etiam vt homo,n.1.& ſeq. p.2.

Dum vixit fuit viſibile caput Eccleſiæ,& DD.ad hoc allegantur,n.7. & 10. p.3

Eſt caput Eccleſiæ,vt mulieris,ſecundum D.Paulum,n.8. ibid.

Dum vixit per extrinſecam directionem, gubernauit Eccleſiam,n.9. ibid.

Chriſti humanitas & ſacramenta producunt gratiam tantum moraliter,n 11. ibid.

Poſt Aſcenſionem,cæpit eſſe cuput Eccleſiæ tantum inuiſibile,n.13, ibid.

In quantum homo fuit propriè Sacedos , quod probatur ex ſcriptura , & Concilijs , num. 14. & 15. ibid.

Obtulit Sacrificium *ad Epheſios* 5.n.16. ibid.

Fuit Sacerdos non ſolum in Cruce, ſed etiam in Cæna , & ex hoc ſacrificio incruento dicitur Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, n.17. & ſeq. ibid.

Vti Deus eſt Reg Regum n.20. p 4

Vt homo non fuit Rex temporalis , n.21. ibid.

Adducitur ad hoc locus *Io.* 18. *verſ.* 37. ſed vide,n.33. p.5

Contraria opinio eſt communior , & verior , num.22. p.4

Et ideo vt homo potuiſſet promulgare leges politicas & de hoc allegantur plura loca Scripturæ, n. 23. & ſeq. vbi probatur ea non poſſe explicari de Dominio & Regno ſpirituali,vt homo, ſecundum Cabretam fuit ita verus Rex temporalis , vt erat Philippus III. Rex Caſtillæ,num. 27. & num. 28. ibid.

Id probanit ratione , vt homo, eſt filius Dei naturalis,& hæres vniuerſorum ex D.Paulo n.30. p.4.

Non exercuit hoc dominium in hac vita ſimpliciter,ſed tantum ſecundum quid,n.31.& 32. ibid

Chriſtianus.

Chriſtianus , in quibus non poſſit communicare cum Iudæis,n.46.47.& 58. p.224

Circumſtantia.

Circunſtantiæ Apoſtaſiæ num in confeſſione neceſſariò explicandæ , n.61.62.& 67. p.80

Aggrauantes intra eandem ſpeciem ſecundum vnam opinionem non ſunt neceſſario explicandæ in confeſſione , ſed contraria opinio eſt verior ex Tridentino Concilio,n.62.63.& 64. ibid.

Quando notabiliter aggrauant,num.65.ibid. Sed prima opinio poteſt practicari in pœnitente de recenti conuerſo , & ſcrupulis vexato , num. 66. & 67. ibid.

Ci[illegible]tio.

Citatio,quid ſit,[illegible]p.257,eius origo,num..2. ibid.

Requiſita,num.4 ibid. Alia verbalis , alia realis, num.3. ibid.

Rei ſunt citandi,n.5. ibid.

Eſt de ſubſtantia iudicij,n.6. ibid.

Cauſa in citatione quando ſit exprimenda , vel non n.7.& 8. ibid.& p.258

In hæretico præſente ſufficit vnica citatio , n.9. pag.258

Quid in contumace,n.10.& ſeq. ibid.

Debet perſonaliter intimari,n.14. ibid.

Quid ſi latitet,n.15. ibid.

Quando dicatur latitare,n.16.Relatio Nuncij eſt redigenda in actis,n.17. ibid.

Citatus ab Inquiſitore, ab Epiſcopo ſimul , coram quo debeat comparere,n.19.p.13. & n.14. & ſeq. p.368

Quid quando Epiſcopus præuenit in citatione, n. 18.& 21. p.369

Declaratur Textus *in l.contra pupillum de re iudicata.& c. qui reſiſtit.*11.*quæſt.*3.n.19.& 20. ibid.

Quid ſi quis citatur pro diuerſis temporibus,n.22, ibid.

Quid cùm Epiſcopi procedunt auctoritate delegata, n.23.& 24. ibid.

Quid ſi quis non ab Inquiſitore, ſed ab eius Vicario citetur, n.25.& 26. ibid.

Ciuis.

Ciues ſunt arcendi à magiſtratibus in Patria, n.32.p.18.niſi ad breue tempus, n.33. ibid.

Clauſula.

Clauſula *Non obſtantibus*, an ſufficienter deroget Tridentino, n.133.p.58. *Sicut in cauſis fidei*, quomodo intelligitur, vbi declaratio Vrbani VIII n.85. & 86. p.123

Te abſoluentes, ſolet apponi in Bullis Papæ, n.34. pag.144.

Habet talis abſolutio limitatum effectum, n. 35. ibid. Eſt verbalis non realis, n.36. ibid.

Suſpendit ſolùm excommunicationem donec gratia ſuum effectum ſortiatur, n.37. p.145

Saluo iure opponendi contra perſonas, & dicta, quid operetur, n.47. p.289

Simpliciter, de plano ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, quid operetur, n.3. p.254

Clementia.

Clementia eſt propria Regum Hiſpaniæ. Anteludia, num.50.

Clericus.

Clericus immurandus, an ſit prius degradandus, & qualiter, n.179. p.64

Clerici & Monachi quomodo torqueantur, n. 114.& 115. p.57

Blaſphemus, nec Nobilis ſtant præ foribus, n.88.& 89. p.139

Inſordeſcens in excommunicatione habetur pro confeſſo, n.11. p.142

An ſit priuatus beneficiis, n.12. ibid.

An poſſit puniri per laicum, n.13. ibid.

An poſſit eſſe teſtis contra laicum, n.72. p.271

Coactio.

Coactio, quotuplex ſit, n.80. p.53

Præciſa excuſat ab hæreſi, n.81. ibid.

Quid de coactione non præciſa, n.82. ibid.

Num excuſet à pœnis hæreticorum, n.83. ibid.

Cogitatio.

Cogitatio ſola non punitur pœna humana, n. 274.& 275. p.202

Co[illegible]

Comedens carnes i[illegible]s prohibitis eſt ſuſpectus de hæreſi, & quomodo, n.3.& ſeq. p.225. & Verbo *Carnes.*

Commiſſarius.

Commiſſarius Generalis S. Officij, & Aſſeſſor additi fuerunt Supremis Inquiſitoribus, n.4. p.10

Committere.

Committens per vim facta hæreticalia, an ſit ſuſpectus de hæreſi, & qualiter, n.84.& 85. p.53

Commodum.

Commodum reportans, an poſſit eſſe teſtis, n.66. pag.271

Communicare.

Communicare, & confiteri qui non vult ſemel in anno, an ſit ſuſpectus de hæreſi, & qualiter, n.1.& ſeq. p.232

Communicatio cum Iudæis quando illicita, n.46. 47.& 48. p.224

Comparere.

Comparere coram quo debeat reus quando citatur, & ab Epiſcopo, & ab inquiſitore ſimul, remiſſiuè, n.19. p.13

Spontè comparens qui dicatur, de hac materia, vide p.2.tit.18. per totum, p.247. & verbo *Sponte comparens.*

Conatus.

Conatus, iunctus cum actu proximo in atrociſſimis, punitur eadem pœna, ac ſi ſecutum eſſet delictum, num.276. p.202

Deciſio Senatus Sabaudiæ in homicidio tentato cum robaria, n.278. ibid.

Deciſio Senatus Pedemontani, de eo qui tentauerat introducere peſtem per vnguenta, num.279. & 280. ibid.

Quid ſi conatus eſt iunctus cum actu remoto, n.281.& 282.& ſeq. ibid.

Quid de materia maleficij hoſtilis, ſi non ſequatur effectus, n.290.& ſeq. p.203

Concedere.

Conceſſo fine, intelliguntur etiam conceſſa media conducentia ad finem, n.69. p.7

Conceptio.

Conceptionis in materia, quomodo procedendum contra incidentes in Conſtitut. Pauli V. & Gregorij XV. n.36. p.238

Concio.

Concionem hæretici audiens etiam ſemel, eſt ſuſpectus de hæreſi, & qualiter, n.83. p.90

Concionator.

Concionatores proferentes propoſitiones ſcandaloſas, &c. poſſunt puniri per Epiſcopos, & per Inquiſitores, n.15.& ſeq. p.231

Concubina.

Concubinæ appellatione in Canonibus antiquis, quæ veniant, n.34. p.264

Condemnare.

Condemnare, aut torquere an poſſit Epiſc. ſine Inquiſitore, & è contra, n.15. p.13

Conditio.

Conditio de præterito, quid operetur in blaſphemia, n.48.& ſeq. p.134

Eſt conditio impropriè, n.51. ibid.

Confeſſarius.

Confeſſarius, quomodo ſe gerere debeat cum hæreticis, n.45. p.71

Quæ conſiderare debeat, cùm hæreſis eſt externa, n.48. ibid.

Quomodo ſe gerere debeat cum proferente verba hæretica abſque animo hæretico, n.49. ibid.

Quid exigere debeat ab hæretico in confeſſione, n.50.ibid. Quomodo debeat eum inducere ad contritionem ſuorum peccatorum, n.51. p.72

Quomodo eum confirmare in veritate Catholica, & adducitur locus D.Hieronymi, n.52. ibid.

Dicta confirmatio in fide obtinenda à Deo precibus, & lacrymis, n.53. ibid.

Quomodo ſe gerere debeat cum hæretico negatiuo, n.57. ibid.

Poſt datam abſolutionem de quibus monere debeat hæreticum, n.56. ibid.

Quomodo ſe gerere debeat cùm ſchiſma habet hæreſim coniunctam, n.69. p.80

Quid conſulere debeat pœnitenti exiſtentibus duobus ſummis Pontificibus, n.71. ibid.

Quid exiget à ſchiſmatico in confeſſione, n.74. p.81

Quomodo ſe gerere debeat, cum fautoria habet annexam hæreſim, n.96. p.98

Quid ſi non habet annexam hæreſim. ibid.

Confeſſarius, quomodo ſe gerere debeat cùm Polygamo habente errorem in intellectu, remiſſiuè, num.105. p.106

Poteſt

Poteſt abſoluere eum qui non habet errorem in intellectu,n.105. ibid.
Quod procedit in ſortilego blaſphemo hæreticali, & ſimilibus, quomodo ſe gerere debeat cum muliere,quæ ſecundo nupſit,& dubitat de vita primi,circa reddendum debitum ſecundo viro,n. 106. & 110. ibid.
Quam pœnitentiam Sacramentalem iniungere debeat Polygamo,n.111. ibid.
Confeſſarius non habet Ius interrogandi pœnitentem ſuper conſuetudine peccandi, num. 106. pag 125.
Contraria opinio eſt communis,n.107. ibid.
Non tenetur denunciare hæreticum, niſi ad eum accederet animo eum peruertendi, num. 16. & ſeq. p.149
Quomodo ſe gerere debeat cum obligato ad denunciandum,n.47. p.153
An poſſit abſoluere pœnitentem ante factam denunciationem,cum ſolo propoſito denunciandi, n.48.& 50. ibid.& p.154
Quomodo ſe gerere debeat cum legente libros prohibitos,n.52.& ſeq. p.160
Et de quibus debet reum interrogare, num. 64. & 65.p.161.grauitas huius criminis,num.66.& ſeq. ibid.
Confeſſarius circa ſortilegium animaduertere debet an habuerit errorem in intellectu,& an ſortilegium ſit Epiſcopo reſeruatum,num. 294.& 295. pag.230.
Confitendum eſt peccatum, non obſtante abſolutione data ſortilego in foro externo,n.296. ibid.
Quomodo ſe gerere debeat circa abſolutionem ſortilegi,n.300. ibid.
An debeat exigere iuramentum à ſortilego, de ſimilia amplius non patrandi, antequam abſoluat, num.305. 204
Confeſſarius quomodo ſe gerere debeat cum reis Bullæ *Si de protegendis*,n.101. p.217
Quid agere debeat cum illis, qui communicant cum Iudæis, n.49.& qui DD.de hac re videndi,n.50. p.215
Iniungens pœnitenti vt reuelet complicem in confeſſione, an ſubdatur Iuriſdictioni S. Officij, num.97. p.246
An poſſit deponere de auditis in confeſſione, num.67. p.271
Tenetur denunciare hæreticum, quem ſcit ſub ſigillo ſecreti,n.3. p.397

De Confeſſarijs Sollicitantibus.

Enormitas criminis ſollicitationis, remiſſiuè, num.1. p.108
Latè de hac materia per totum tit.6.p.p.de Bullis Apoſtolicis,quarum vigore Inquiſitores cognoſcunt de hoc crimine,n.1.& ſeq. ibid.
An etiam de Iure hoc delictum ſpectet ad Inquiſitores,n.6. ibid.
Poſt Bullas Pauli IV.& Pij IV Inquiſitores cognoſcebant de hoc crimine,& extra loca Hiſpaniæ, n.7.& ſeq. ibid.
Conſtitutio Gregorij XV.eſt odioſa,& correctoria iuris communis,n.11.& ſeq. p.109
Ante hanc Bullam Gregorianam diſputabatur, an in Bullis Pauli, & Sixti comprehenderetur Confeſſarius ſollicitans pueros,vel per interpoſitam perſonam vel poſt confeſſionem,quæ dubia hodie ſunt deciſa,n.15.& ſeq. ibid.
Sollicitans ad alia peccata non luxurioſa non incurrit pœnas dictæ Conſtitutionis,vbi an talis ſollicitans ſubdatur foro Inquiſitorum,& ſit de fide ſuſpectus num.18. & ſeq. ibid.
Fingens ſe Sacerdotem & ſollicitans,nec fœminæ ſollicitantes Confeſſarium incurrunt pœnas Gregorianæ, vbi etiam quid de interprete,num.21 & ſeq. p.110
Procedunt Inquiſitores in hac materia,etiam ſi actus inhoneſti non ſint completi,n.24. ibid.
Confeſſarij ſollicitantes fœminam vt ſit mediatrix comprehenduntur in Gregoriana, n.25.p.111
Quid de ſollicitante ad alia peccata in alijs Sacramentis,num.26. ibid.
Sollicitans ante,vel poſt confeſſionem,quando incidat in Bullam,n.27.& ſeq. ibid.
Quid de ſollicitante in confeſſionario, vbi Decretum Supremi Tribunalis,n.30.& ſeq. ibid.
Et quid de Confeſſario Monialium ſollicitante in Parlatorio communi.Sollicitare quid ſit,& an confeſſarius conſentiens mulieri ſollicitanti incurrat in hanc Conſtitutionem,n 33.& ſeq. p.112
Quid de Confeſſario poſt ſollicitationem ſtatim pœnitente, vel laudante venuſtatem mulieris, vbi quid de ſollicitante tacitè, & num paruitas materia excuſet, vbi latè de materia, & num Bulla comprehendat actus ſolùm venialiter inhoneſtos, & de facultate conceſſa Inquiſitoribus Vniuerſalibus, damnandi confeſſarium ex teſtibus ſingularibus, n.36.& 37. ibid.
Mandans confeſſario vt ſollicitet, non comprehenditur in hac Bulla, n.38. p.113
Adducitur pulcherrima doctrina Bartoli, n. 39. ibid.
Talis mandans ſubditur foro Inquiſitorum,n.40. 41.& 43. ibid.
Conſtitutio Gregoriana de Confeſſariis ſollicitantibus recipit interpretationem à iure communi, num.47. ibid.
Confeſſarius ſollicitans torquetur ſuper Intentione,n.72. p.121
Item pro vlteriori veritate, & ſi in tortura perſiſtit an dimittendus, vbi quid agendum cùm confeſſarius ſollicitat per verba ambigua, & negat ſe habuiſſe intentionem ſollicitandi,n.73. ibid.
Eſt ſuſpectus de vehementi contra Paramum,abiurat de vehementi,n.74. p.122
Secus eſt in Hiſpania,n.75.& 77. ibid.
Sollicitans in Confeſſionario extra occaſionem confeſſionis non cogitur abiurare,n.78. ibid.
Contrarium tenet Diana, & eius ratio, n.79. & 80. ibid.
Damnatur ad triremes,n. 38.& ſeq. p. 358.
Poteſt per Supremos Inquiſitores tradi brachio ſeculari, ex teſtibus ſingularibus,n.13. p.10
Confeſſarius ſollicitans quomodo puniatur,num. 89. p.121
Vbi, quod pœna ordinaria eſt ſuſpenſio perpetua ab audiendis confeſſionibus, ſi eſt confeſſus, vel conuictus,n.93. p.124
Quando vero nec eſt confeſſus, nec conuictus debet eſſe ad tempus,vel arbitraria,n.90. ibid.
Secus ſi vrgeretur grauiſſimis indicijs, num. 91. ibid.
Quid ſi tortura ei data eſſet grauis, num. 92. ibid.
An metus excuſet talem confeſſarium & proponitur exemplum,n.94. ibid.
Metus illatus à fœmina eſt leuis,n.96. ibid.
Vbi verba D.Ambroſij,n.97. ibid.
Ligatur talis confeſſarius Gregoriana,n.95. ibid.
Mitius puniendus, non tamen euadit omnem abiurationem,n.98.& 99. p.125

Grauitas huius delicti,n 108. ibid.
Quomodo poſſit damnari per teſtes ſingulares, num.33. p.2 6
Confeſſarius, quomodo ſe gerere debeat cum confeſſario ſollicitante habente errorem in intellectu,n.105. p.125.
Quid ei conſulendum,n.109.& 110. ibid.
Non explicans pœnitenti obligationem denunciandi, eſt grauiter puniendus ab Inquiſitore,n.117. p. 126.
Sollicitatio vergit contra bonum publicum,n.124. p.127
Nec eſt præmittenda correctio fraterna, num.125.& ſeq. ibid.
Non eſt cogendus ad abiurandum publicè,num.49. p.352
Reprobatur Cantera,n.30. ibid.
Aliquando damnatur ad carcerem temporarium, num.30 & 31. p.318
Aliquando punitur exilio à loco delicti num.67. p. 360

Confeſſio.

Confeſſio fidei explicita requiritur in Christiano,n.78. p.53
Confiteri qui non vult, & communicare ſemel in anno an ſit ſuſpectus de hæreſi & qualiter num.1.& ſeq. p.232
Confeſſionis ſigillum eſt de Iure Diuino, naturali & poſitiuo,n 68. p.245
Qui ſint Iudices huius fractionis,n.91. & multis ſequentibus, p.246
Confeſſio delicti,non ſupplet defectum probationis corporis delicti,n.44. p.256
Emanata ſub ſpe indemnitatis an ſufficiat ad reum condemnandum, & quid ſi illam ratificet, num.48.49. p.260
Confeſſio rei qualificata diuiditur,n.1. & de confeſſionibus reorum latè per totum titulum 8. p. 3. pag.289
An reus in hoc caſu puniatur pœna ordinaria, vel extraordinaria,vel torqueatur,n 2.3.& 4. ibid.
Quando qualitas adiecta confeſſioni eſt multum inuerisimilis à communiter accidentibus, reus punitur pœna ordinaria,n.5. ibid.
Et de his deciſio Curiæ Cremonæ, & Senatus Mediolani,n.6.& 7. p.290
Si verò qualitas eſt veriſimilis quid agendum, n.8.ibid.Non eſt locus pœnæ ordinariæ, num.22. pag.315
Abbatis opinio, quod confeſſus qualificatè non puniatur pœna ordinaria, eſt communis, & practicata in Tribunalibus,n.9,& 10. p.290
Opinio verò Baldi,quòd ſic confeſſi torqueantur, vt reſpondeant ſine qualitate, eſt vſu recepta in S. Officio,n.11. ibid.
Quomodo qualitas habeat præſumptionem iuris contra ſe, & ſit veriſimilis, num. 12. & 13. ibid.
Confeſſi qualificatè poſſunt & torqueri, & extra ordinem puniri, & ita paſſim ſeruatur in ſupremis Tribunalibus,n.14.& 15. ibid.
Confeſſio in tortura ſine indicijs,& ratificata non nocet reo,n 18. p.314
Idémque eſt de confeſſione emanata vi tormentorum,n.20. ibid.
Quinimo hæc confeſſio nec ſufficit ad torquendum de nouo contra Boſſium,n.21. ibid.
Coram Iudice incompetenti non ſufficit ad condemnandum,ſed valet in vim confeſſionis extra iudicialis ad torturam,n.22.& 23, p.315
De confeſſione emanata incidenter tangente negotium principale,n.14. ibid.
Sufficit talis confeſſio ad condemnandum Reum, vel teſtem pœna extraordinaria,n.25. ibid.
Deciſio Senat.Mediolani,n.26. ibid.
Hæc confeſſio in alio iudicio ſufficit ad torturam.n.27. ibid.
Facta incidenter in S. Officio ſufficit pro pœna ordinaria,n.16.ibid.Et ratio,n.30. ibid.
Facta in alio iudicio non probat.n.31. ibid.
Et quid in S Officio n.32. ibid.
Spontanea in S.Officio mitiùs punitur, ſed non in aliis Tribunalibus,n.40.& 41. p.316
Extorta vi ſuggeſtionis eſt nulla,n.39. ibid.
Minoris ſine Curatore non valet de Iure, n.42. ibid.
Et ita ſeruatur in S. Officio in Hiſpania n. 43. ibid. In Gallia, & in Italia non dantur Curatores in criminalibus,n.44.& 45. ibid.
Dubia non nocet confitenti,n.46. p.317
In dubio intelligitur pro confitente,niſi eſſet malæ famæ,n.47. ibid.
Ex confeſſione generali in S.Officio, non poteſt quis puniri,n.49. ibid.
Mutus non poteſt damnari ex confeſſione facta, num.48. ibid.
Inueriſimilia, & ſine cauſa non probat, vbi de confeſſione maleficarum,alicuius exiſtentis in conuentu Diabolico,n.50. ibid.
Ex confeſſione reuocata in continenti, non poteſt quis damnari,n.51. ibid.
Poteſt reuocari etiam ex interuallo probato errore,n.52.& 53. ibid.& p.318
In tortura reuocatur ex ſola allegatione metus tormenti,n.54. p.318
Ex confeſſione reuocata non incontinenti, nec probato errore, reus poteſt damnari in pœnam ordinariam,n.55.& 56. ibid.
Quando ante confeſſionem debeat conſtare de corpore delicti,n.57. ibid.
Confeſſio in grauibus delictis debet verificari ex circumſtantiis à reo confeſſatis, n.58. ibid.
An debeat fieri coram iudice ſedente & quid in S. Officio n.59. ibid.
Confeſſio in non dependentibus à facto confitentis,non nocet,n.60, ibid. Non nocet, quandocumque conſtat Iudici de innocentia confitentis, num.61. ibid.
Confeſſio facta per torturam datam ſine indiciis præcedentibus eſt nulla, nec validatur per ſuperuenientiam Indiciorum,n.12.p.330. Et ratio, n.13. ibid.
Extraiudicialis facit indicium ad torturam, quod habet locum etiam in confeſſione Clerici coram laico,n.58.& 59. p.334
Debet tamen eſſe veriſimilis, clara, facta ſeriò, & plenè probata,n.60.& ſeq. ibid.
Facta in tortura debet extra eam ratificari,n.174. pag.342
Quid ſi eam reuocauerit,n.175. ibid.
An ratificari debeat emanata poſt comminationem torturæ,n.176. ibid.
Quid ſi confeſſio extraiudicialis præcederet, n. n.177.& 178. ibid.

Confirmatio.

Confirmatio in fide catbolica obtinenda eſt à Deo precibus & lachrymis, n.53. p.72

Confiſcatio.

Confiſcatio bonorum hæretici,remiſſiuè, n.152. pag.61

Quando dicatur acceptata, num. 163. & ſequent. pag.63

De iure antiquo ſpectabat ad Principes ſæcolares,n.1. p.332

Quod etiam hodie ſeruatur in Hiſpania ex Priuilegio Pontificis,n.3. ibid.

In aliis Prouincijs ſunt variæ conſuetudines,& quid in ſtatu Mediolani,n.4. ibid.

Habet locum à die commiſſi criminis, num.5. ibid.

Ante tamen declarationem Iudicis Eccleſiaſtici non amittit reus dominium & poſſeſſionem bonorum ſuorum,n.6. ibid.

Non habet locum in ſpontè comparente, ſecus ſi ſit præuentus indicijs, n.9. ibid.

Ex benignitate Supremi Tribunalis etiam præuento condonantur bona, ſi ex corde reuertitur, num.10. p.393

Et non obſtante Iure Fiſci acquiſito Principi ſæculari à die commiſſi criminis, num. 11. & 12. ibid.

Confrontatio.

Confrontationes ſæpè fiunt in praxi, num.50. p.285.Sed rarò in S.Officio.n.50. ibid.

Quæ ſeruanda in confrontationibus,remiſſiuè, num.53. ibid.

Congregatio.

Congregatio S. Officij Suprema fuit instituta Romæ per Paulum III.n.1. p.9

Et quot Cardinales inquiſitores deputauerit, num.2. ibid.

Fuit confirmata per Sixtum V. & omnia eius priuilegia,n.3. p.10

Ad lictus fuit Commiſſarius Generalis S.Officij, & Aſſeſſor,n.4. ibid.

Congregationes vocandæ ſunt manè, & quare, num.36.& 37. p.30

Et quo in loco,n.38. ibid.

Conſanguineus.

Conſanguineus inimici,an poſſit eſſe teſtis, n.9. pag 267

Conſpiratio.

Conſpiratio quomodo probetur,n.16. p.321

Conſtantinopolis.

Conſtantinopolis, & Antiochia, quomodo fuerint punitæ propter hæreſim,Antelud.n.32.& 33.

*Conſtitutio Py V.*Si de protegendis.

Conſtitutio continens maiorem pœnam, quàm impendat Ius Ciuile, dicitur condita ad terrorem ſecundum Firmanum,n.2. p.205

Confutatur Firmanus,n.2.ibid.Dicta conſtitutio non eſt condita ad terrorem tantum, & rationes, num.3. ibid.

Non extenditur ad perſonas non nominatas, n.5 & ſeq. ibid.

Non comprehendit mulierem quæ percuſſerat Clericum, qui indicauerat eius Vitum Curſori S. Officij,n.8. p.206

Perſonæ quæ excommunicantur in Bulla, & actiones quæ puniuntur,n.9.& ſeq. ibid.

Offendens eum qui fuit miniſter S.Offic.an ligetur conſtitutione, n.14 & ſeq. ibid.

Quid ſi offendat intuitu Officij à n.19.vſque ad 27.vbi multa circa hoc ſcitu digna, p.207

Præſumptio Bullæ quando procedat, num. 27 & 28. p.208

Vbi an offendens ex odio priuato ſubdatur iuriſdictioni S. Officij, remiſſiuè, verba Bullæ per clariores probationes, an excludant probationem: præſumptio etiam hominis non leuis dicitur vera probatio, vbi impugnatur Menoch. n.31. & ſeq. pag.209.

Tota materia huius Bullæ declaratur, pag.210 & ſeq.

Rei huius conſtitutionis torquentur, & an ſuper intentione,n.96. p.215

Regulariter non abiurant, n. 97. ibid. Et quare, num.97. ibid.

Sententia publicè eis legitur,num.97.ibid. Abſoluuntur ab excommunicatione lata in Bulla, n.98. pag. 216

Conſtitutio Gregoriana, de Confeſſarijs ſollicitantibus recipit interpretationem à Iure communi, num.47. p. 3. p.13

Conſtitutiones ad S.Officium ſpectantes,debent per ſuperiores Regulares publicari certis temporibus ſub pœnis certis,n.98 99.& 100. p.146

Conſuetudo.

Conſuetudo inducitur in delictis ex duplici actu, num.22. p.150

in Blaſphemis tamen non ſufficit bis blaſphemaſſe, n.23. p.155

Quot actus requirantur,n.24.& ſeq. ibid.

Conſuetudo blaſphemandi an probetur teſtibus ſingularibus,n.27. ibid.

An excuſet à blaſphemis,n.29. p.135

Conſuetudinario iniungenda eſt pœnitentia præſeruatiua,n.103. p.140

Vniuſcuiuſque Inquiſitionis eſt ſequenda,num. 31. p.12

Et vniuſcuiuſque Regionis,n.21. p.40

Conſultor.

Conſulens, an incurrat excommunicationem Bullæ, *Si de protegendis*,n.102. p 217

Conſultores, poſſunt eligi per Inquiſitores, n.1. & 2. p.28.

Debent conſulere gratis,n.2. ibid.

Fallit Cremonæ, & Mediolani, quia ſolum nominantur ab inquiſitoribus, ſed eliguntur à Sacra Congregatione, & etiam ab ipſa amouentur, n.4. & 5. ibid.

Poſſunt eligi etiam laici, & vxorati, num. 6. Fallit in Luſitania,vbi habent votum deciſiuum, & ſe ſubſcribunt ſententijs,n.7. ibid.

Non debent habere qualitates Inquiſitorum, & eorum Vicariorum,n.8. ibid.

Enumerantur qualitates requiſitæ in Conſultoribus,n.9. ibid.

Multa alia de Conſultoribus, vide *part.*1. *titul.*8. pag.31

Conſultores hæreticorum ſunt ſuſpecti de hæreſi, vti fautores,n.86. p.90

Conſultores, Mandans, & Procurator in materia Polygamiæ puniuntur iiſdem pœnis quibus Polygami, & quid de matre, quæ filiæ conſuluit Polygamiam,n.51. p.100

Contemnens.

Contemnens cenſuras, quando ſubdatur iuriſdictioni Inquiſitorum,eſt ſuſpectus de hæreſi, n.5. & ſeq. p.253

Et de contemnente Indulgentias, & Eccleſiaſticos ritus, ibid.

Contrahere

Contrahens ſcienter cum Polygama, abutitur Sacramento matrimonij,n.47. p 99

Ignoranter verò, excuſatur ab hæreſis ſuſpicione,n.50. p.100

Contritio.

Contritio quomodo indicenda in ſortilego,num. 298. p.203

Contumacia.

Contumacia ſola ſufficit ad torquendum reum ex inueterata conſuetudine Status Mediolani,n.115. & 116. p.338

Num habeat locum in S.Officio. ibid.

Contumelia.

Contumelia in Sanctos, eſt blaſphemia, num.4. pag.128

Conuerſatio.

Conuerſantes cum hæreticis, quas pœnas incurrant,n.19 p.235

Conuerſatio,& aduocatio faciunt præſumi benè, vel malè,n.20.& 25. p.263

Copia.

Copia proceſſus,quomodo ſit danda in S.Officio, n.136.& ſeq. p.341

Corpus.

Corpus delicti, an probetur per teſtes ſingulares in celebrante, cum non ſit ſacerdos, num.17.& 18. pag 164

De corpore delicti plenè conſtare deber,num.23. pag.255

Quomodo conſtare debet in ſortilegijs facti tranſeuntis , & permanentis,n.172.& ſeq. p.188

Quomodo probetur corpus delicti.remiſſiuè , n. 176. p.189

Probatur per coniecturas in delictis occultis, n. 24. p.155

In homicidio ſufficit fama,cùm cadauer non reperitur,n.25.& ſequent.& ibi Deciſio Senatus Mediolani. ibid.

Corporum noſtrorum dominium eſt apud Deum, num.11. p.94

Correctio fraterna.

Correctio fraterna,non eſt permittenda ante denunciationem,num. 125.& 126. p.127

Credere.

Credentes hæreticorum,ſunt illi,qui credunt eorum errores,n. 6. p.89

Item qui credunt eos eſſe viros bonos, num.77. ibid.

An ſint illi qui hæreticis obediunt,num.78. ibid.

An ſint ſuſpecti & qualiter,num.79. ibid.

Qui nam propriè dicantur credentes, num. 80.

Ex quibus verbis,& factis cognoſcantur,num.82. pag. 90

Petens hæreticos in infirmitate pro eius conſolatione ,dicitur credens hæreticorum,n.85.& ſeq.ib.

Credens falſum,putans ab Eccleſia ita teneri, an ſit hæreticus,n.74. p.53

Credibilium genera quot ſint,n.76. ibid.

Sunt, qui dicunt,ſe credere id,quod credunt hæretici, n. p.378

Sunt etiam qui illi præbent reuerentiam hæreticis, n.4. ibid.

Eos aleutes dicuntur fautores, num.5. ibid.

Sunt etiam qui communicant cum hæreticis in eorum ritibus,num.6. ibid.

Quid ſi communicent in aliis factis,num.7. ibid.

Credentes eorum erroribus ſunt hæretici,n. 8.ib.

Quid de audiente conciones hæreticorum,n.11.

Non dicuntur qui fauent hæreticis , ſed tamen ſunt ſuſpecti de hæreſi, num.12. ibid.

Creditor.

Creditor ſuccedens debitori , ſecundum aliquos amittit ſuum creditum per confuſionem , vel præſumptam ſolutionem, num. 166. p.163

Cretionum dies.

Cretionum dies, vnde originem duxerint,n.130. & 131. p.184

Quid ſint ibid.Cretio quid ſit, quotuplex & quibus verbis antiquitùs fieret,num.134.145.136.ibid.

Crimen.

Crimen hæreſis eſt horribile,& punitur euerſione Regnorum,Antelud.num.27.& 28.

Cruciata.

Cruciatæ vi, aut Iubilei,nullus abſoluere poteſt ab hæreſi,num.132. p.59

Cultus.

Cultus veri Dei,requiritur in Principe , & in Populis , & de Regibus Aſa , & Ioſaphat.Antelud. num.24.& 25.

Curterius.

Curterij. ſiue Nuntij S. Officij debent eſſe contenti taxâ illius Tribunalis,num.2. p.43

De horum materia, & delictis remiſſiuè,num.3. ibid.

Cuſtos.

Cuſtodes Carcerum S. Officij, quinam eligendi, n. 1. p.42

Quale iuramentum præſtare debeant, num. 2. & 50. ibid.

Tenentur in hoc Tribunali de leuiſſima culpa, n.3. ibid.

Cur dicantur commentarienſes,n. 4. ibid.

Quomodo puniantur ſi carcerati fugiant, num.5. & 6. ibid.

Non debent permittere , quod quis alloquatur carceratos ſine licentia, & poteſt frangere panem, & pullos, ne in eis adſit lima, &c. n.7. ibid.

De delictis cuſtodum, remiſſiuè, n. 8. ibid.

Si Iudex alios cuſtodes adhibeat , an intelligatur cuſtos liberatus. n.9. p.43

Qui cognouerat carnaliter mulierem in S. Officio,de ordine Sanctiſſim.damnatus fuit ad triremes per ſeptennium,n.11. ibid.

D.

Dæmon.

DÆmon, quid poſſit circa elementa,n.4. p.178

Quid circa corpora hominum , & animalium à num.5.vſque ad 15. ibid.

Quid circa animam iunctam corpori.n. 15. ibid.

Quid circa animam ſeparatam à corpore, vbi explicatur locus *primo Regum,c.* 28.num. 16. ibid.

De pacto ſortilegi,cum dæmone tacito,& expreſſo, & quid ſit vtrunque, ac de eius malitia,an differant ſpecie, & quid in foro conſcientiæ,à num.17. vſque ad 23. p.172

Dæmonem inuocans cum adoratione, vide verbo , *Inuocatio.*Sæpè inducit ſortilegum in deſperationem,num.299. p.203

Decedere.

Decedentes poſt abſolutionem,ſed ante iniunctas pœnitentias an tranſmittant eas ad hæredes, à n. 8. vſque ad finem, 250

Decretum.

Decretum, quomodo differat à ſententia, num. 3. pag. 345

Decuriones.

Decuriones non torquentur , & deciſio Senatus Mediolani, n. 130. & 139. p.339

Poſſunt eſſe ſimul Pater, & Filius, & etiam Senatores, num.31.& 33. p.30

Fieri non poſſunt, qui abiurarunt vt hæretici, n. 143. pag 60

Defenſio.

Defenſiones reorũ,vide latè *p.9.tit.per tot.*9.p.319

Non

Non ſunt dandæ hæretico notoriè pertinaci,nec ei qui vellet probare hæreſim, num.1. & 2. ibid.

Non ſunt denegandæ ei,qui habetur pro coouiĉto tantum vel dubitatur de eius hæreſi,vel etiam ſi eſt confeſſus, cùm poſſit etiam aliqua allegare contra propriam confeſſionem.n.3.4.& 5. p.320

Au dandæ relapſis,num.6. ibid.

Praxis Supremi Tribunalis.S.Inquiſitionis Romæ num.7. ibid.

Maxima defenſio in S.Officio conſiſtit in repulſa teſtium num.14. p.321

Inter defenſiones reorum enumeratur recuſatio Inquiſitorum num.85. p.326

Qood taioeo fieri noo poteſt niſi ex cauſis grauiſſimis,n.86 & 87. ibid.

Dandæ ſunt reo, antequam deueniatur ad torturam.num.155. p.341

Defenſor.

Defenſores Schiſmaticorum, incurrunt excommunicationem nulli reſeruatam.num.71. p.80

Hæreticorum, qui dicantur num.72. p.89

Sunt ſuſpecti de hæreſi & qualiter, coguntúrque abiurare, num 73.& 74. ibid.

Sunt ſuſpecti de hæreſi,num.5. p.378

Aliquando defendunt perſonam, aliquando errorem, num.2. ibid.

Defenſores errorum ſunt peſſimi,& dicuntur hæreſiarchæ,num 3 ibid.

Defenſores perſonæ incurrunt in excommunicatiooem Bullæ Cœnæ, n.4. ibid.

Deferens.

Deferentes arma ad Infideles, incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ, num 64. p.242

Et ſubduntur Inquiſitoribus, oum.65.& ſeq.ibid.

Defunctus.

Defuncti memoria iuxta quantum tempus poſſit damnar.num.3.& ſeq. p.250

Et de modo procedendi contra defunctos, vide p.2.tit.19.per totum, ibid.

Degradatio.

Degradatur hæreticus,& priuatur Eccleſiaſtica ſepultura,n 150. p.60

Clericus immurandus,an ſit prius degradandus, & qualiter,n.197. p. 64

De degradatione illios, qui relaxatur brachio ſeculari.n.57. p.349

Delegatus.

Delegatus, eſt maior quocumque Ordinario, o. 64. p. 20

Delegatos Sedis Apoſtolicæ non poteſt excommunicare Inquiſitores, aut eorum Notarios,etiamſi obligaſſent ſe in forma Cameræ, oum.87.& 88. pag 22

Principis poteſt ſubdelegare,num.1.& 2. p. 372

Ad vniuerſitatem cauſarum poteſt omnes ſubdelegare, n. 2. p. 26

Deliberare.

Deliberandi Ius, tam datur extraneo, quàm ſuo, n.133. p.184

Delictum.

Delicta attentata puniuntur ab eodem Iudice, quo puniuntur delicta conſummata, n. 40. & ſeq. pag.99

Melius probantur in S.Officio.n 87. p.105

Extinguuntur morte, quod fallit in crimine hæreſis.n.1. p.250

Quæ probentur per ſcripturas, & quæ non, num.1.& ſeq. p. x61

Delicti corpus debet pleoè probari, num. 23. pag. 255

In delictis occultis ſufficiunt coniecturæ,num 24. ibid.

In homicidio cùm cadauer non reperitur ſufficit fama, num.25. ibid. & ſeq vbi deciſio, Senatus Mediolani, & quid ſeruet Senatus Mediolani cum non adſunt coniecturæ,ſed ſolum ſuſpiciones,n. 32. & 38. pag 256

In veneno probatur corpus delicti ex atteſtationibus Medicorum, num.34. ibid.

Etiam ſi deponerent de credulitate, uum. 35. ibid.

Spuma, vomitus, liuor, ſuot ſigna æquiuoca veneni, num. 36. ibid.

In furto, quomodo probatur,n.39. ibid.

In ſtupro, adulterio, & falſi crimine, remiſſiuè, uum.40. ibid.

In hæreſi ooo requiritur talis probatio, num.41.

Nec in ſollicitatione. & aliis ſpectantibus ad S. Officium, cùm uon reliquant veſtigia poſt ſe,n. 42. ibid.

Secus ſi relinquant veſtigia poſt ſe,vt in fractione Crucifixi, occatione infantium, &c. n.43. ibid.

Non probatur corpus delicti per confeſſionem rei,num.44. ibid.

Delictum, contra teſtes opponendum eſt,non in genere,ſed ſpecificatè, num.15. p 321

Delictum quandocumque præſcribitur per lapſum 20.annorum,num.17. ibid.

Fallit in crimine hæreſis,num.18.& etiam quoad bona,num.19. ibid.

Mitiùs punitur in minore, & ita obſeruatur Mediolani etiam in delictis atrocibus, uum. 20. & ſeq. ibid.

Delicti reiteratio auget pœnam, vbi Deciſiones Senatus Sabaudiæ, & Mediolani, num. 58.& ſeq. pag 324

Ideò io Relarlonibus Reorum mandat Senatus Mediolani, quod apponantur omnes imputationes rei, num.61. ibid.

An intelligatur fateri reus qui ſe remittit benignitati S.Officij. uum.95. p. 327

Qualitas eſt conſideranda, num.94. p.ſ27

Delicto commenſuranda eſt pœna,num.94. ibid.

Augetur aut minuitur ratione loci num.94. ibid.

Tempus, & ſubſtantia delicti animaduertenda, num.96. ibid.

Et etiam qualitas delinquentis,n.98. ibid.

Delinquens.

Delinquentium multitudo facit pœnam minui,& quid practicetur,num.53. p.323

Fallit io crimine hæreſis num. 54.& 55.p. 314. & an tota Ciuitas ſit comburenda ob hæreſim, num.56. ibid.

Delinquentes com ſcandalo, omues exulantur io S.Officio,num.74. p.360

Denunciatio.

Denunciare qoomodo teneatur Virgo nobilis, qoæ ſine infamia non poteſt accedere ad Inquiſitorem, uum.115. p.126

Cauſæ excuſantes à denunciatione, remiſſiuè, num.116. ibid.

Confeſſarius debet explicare pœnitenti obligationem denunciandi, aliàs grauiter punitur ab Inquiſitore,num.117. ibid.

Multi teneot obligationem denunciandi io fœmina ſollicitata oriri ex Conſtitutionibus Apoſtolicis. num.118. ibid.

Alij volunt oriri ex Edictis Inquiſitorum u. 119. ibid.

Prior opinio verior,nom.120.& 121. ibid.

Secretum naturæ, num de obliget, à denunciatione, num. 122 & 123. ibid.

Denunciandus eſt Confeſſarius, quamuis ſit, emendatus, num. 127. & 128. ibid. In materia denunciantis, cautiſſimè legendus eſt Fagundez, numer. 130. p. 127

Denunciator, eſt loco teſtis, n. 20. p. 255

Falſus, qua pœna puniendus, num. 51. p. 359

Denunciandi ſunt hæretici Inquiſitoribus, ſub pœna excommunicationis, & peccati mortalis, n. 1. pag. 146

Locus inſignis Deuteronomij, num. 2. & ſeq. ibid.

Suſpecti de hæreſi, num 5. p 147

Leuiter ſuſpecti an ſint denunciandi, num. 7. & 8. ibid.

Filius patrem hæreticum, & maritus vxorem hæreticam denunciare tenentur, num. 9. & 10. ibid.

Etiamſi ſint occulti, ommiſſâ correctione fraternâ, vbi quid ſuſpectis de hæreſi, & in ſpecie de blaſphemis ſortilegis, & Confeſſariis ſollicitantibus reprobato Fagundez, & aliis ponuntur aliqua pro validitate Conſtitutionis Societatis Iesv, de aperiendis Rectori, defectibus ſingulorum ommiſsâ correctione fraternâ, n. 16. & ſeq. p. 148

Confeſſarius non tenetur denunciare hæreticum, niſi ad eum accederet animo eum peruertendi, n. 19. & ſeq. p. 149

Quodcumque aliud ſecretum non excuſat à denunciatione, num. 22. ibid.

Hæreticus emendatus, an ſit denunciandus, n. 23. & 24. ibid.

Non denunciantes vi edictorum incurrunt excommunicationem ipſo facto, & ponitur forma edicti, num. 25. p. 150

Omnes ſubſunt Inquiſitoribus, num. 26. p. 151

Denunciationes ſunt faciendæ in ſcriptis, n. 27. & 30. p. 151 & 152

Etiam à Regibus, n. 26. 27. & 28. ibid.

An quis teneatur denunciare ſeipſum, num. 30. pag. 152

Qui audiuit à perſona fide digna, an teneatur denunciare, num. 31. ibid.

Mulier quæ habet nomen maleficæ, an ſit denuncianda, num. 32. ibid.

An denunciatio facienda ſit cum periculo vitæ, vel famæ, & quomodo ſit agendum in denunciatione monialis, & Virginis honeſtæ, num. 34. & ſeq. ibid.

Quid agendum vbi ex conſuetudine à ſolis Inquiſitoribus proceſſus formatur, num. 40. p. 153

Non denunciantes cùm teneantur, an ſint ſuſpecti de hæreſi, & quali ſuſpicione, num. 41. & ſeq. ibid.

Metus cadens in conſtantem virum excuſat non denunciantem, num. 45. ibid. Confeſſarius quomodo ſe gerere debeat cum obligato ad denunciandum, num. 47. ibid.

An poſſit eum abſoluere ante factam denunciationem, cum ſolo propoſito denunciandi, num. 48. & 50. ibid.

Denunciatio quomodo facienda, num. 21. p. 255

Modus procedendi per denunciationem eſt frequentiſſimus in S. Officio, num. 19. ibid.

Reijcitur Paramus in materia denunciationis, num. 22. ibid.

Quando mittitur in ſcriptis, quid faciendum ab Inquiſitore, num. 23. p. 283

Depoſitio.

Depoſitiones ſagarum, quòd aliquem, vel aliquam viderint in Conuentu aliarum, an faciant indicium ad torturam vel capturam, & quid de nominatione à dæmone facta per exorciſmum, n. 226. pag. 195

Depoſitio teſtis, quid, & quando probet, vide *p. 3. tit. 6. per totum* p. 273. vbi de teſte quoad dicta, vide etiam in verbo, *Teſtis depoſitio.*

Deſcribere.

Deſcriptio bonorum ſit, cùm agitur de hæreſi formali, n. 32. p. 259

Determinatio.

Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia, debet ea æqualiter determinare, num. 81. & 82. p. 123

Detruſio.

Detruſio in monaſterium, aliquando fuit in vſu, num. 78. & 79. p. 365

Deus.

Deum eſſe, & fide conſtat, & euidenter poteſt demonſtrari, Antelud. num. 1.

Eius exiſtentiam eſſe demonſtrabilem, non poteſt negari ſine temeritate, Antelud. num. 2.

Non poteſt dari ignorantia inuincibilis exiſtentiæ Dei, ibid. num. 3.

Dei exiſtentia probatur ex Scripturis, & rationibus, ibi. num. 5.

Quod confirmatur egregiis dictis D. Cypriani, & D. Auguſtini, ibi. num. 6. & 7.

In Deo datur prouidentia, & probatur ea Scriptura, ibi n. 8. & 9.

Dei prouidentia, ad quæ obiecta ſe extendat, ibi. num. 10.

Deus regit, & gubernat omnia Regna, ibi. n. 17.

Permittit Deus aliquando ſeditiones, ad maiorem gloriam Regum noſtrorum, Anteludia, n. 49.

Dictum.

Dictum teſtis habitum in tortura, non eſt ratificandum extra, num. 60. p. 286

Dictum Socij criminis, vide verbo, *Socius criminis*

Dictum pulcherrimum Alphonſi Regis Aragonum, n. 93. p. 181

Dictum egregium Diui Cypriani, & D. Auguſtini, Antelud. num. 6. & D. Irenei 13.

Dies.

Dies Martis, & Veneris, Campanellæ infauſti, num. 120. p. 183

Non dantur dies infauſti ex ſe, num. 122. ibid.

Dierum obſeruatio damnatur à D. Paulo n. 123. ibid.

A Sacris Canonibus, num. 124. ibid.

A Theologis, num. 125. ibid.

à Philippo II. Rege Hiſpaniarum, num. 126. ibid.

Quale peccatum ſit obſeruatio dierum, n. 128. ibid.

Omnes ferè dies hebdomadæ aliquibus nationibus infauſti, num. 129. ibid.

An dies cretionum à diebus infauſtis originem duxerint, & latè de intellectu, *l. Cretionum, C. de Iure deliber.* num. 130. & 131. p. 184. Vbi examinatur doctrina Torreblaneæ ſecundum Doctores Vltramontanos. Quid ſint dies cretionum, num. 132. & 136. ibid.

Diminutus.

Diminuti hæretici an damnentur ad mortem, num. 18. p. 357

Directa.

Directa.

Directam poteſtatem temporalem alij admittunt in Papa, alij verò ſolùm indirectam, num. 53. & ſeq. & num. 67. p. 7

Et rationes quare concedatur in Chriſto, non militant in Papa, num. 75. p. 8

Diſcordare.

Diſcordantibus Epiſcopo, & Inquiſitore, quid agendum, num. 18. p. 13

Diſſolutio.

Diſſolutio Reipublicæ, ortum habet à Prælatis, ſed deſinit in Principes, Antel. n. 40.

Diſputare.

Diſputare de fide an liceat, remiſſiuè, num. 92. pag 54

Diſtributiones.

Diſtributiones quotidianas poſſunt Inquiſitores abſentes percipere, num. 93. p. 22

Et Canonici Cathedralis aſſiſtentes Congregationibus S. Officij, num. 67. p. 32

Diuinare.

Diuinatio per Aſtra quid, & Bulla Sixti V. contra Aſtrologos, num. 65. p. 178

De alijs ſpeciebus diuinationis remiſſiuè, num. 68. ibid.

Doctor.

Doctores, & Doctorati differunt inter ſe, num. 22 pag. 17

Doctori atteſtanti de conſuetudine alicuius fori, quomodo credatur, num. 88. p. 123

Doctores non torquentur, num. 126. p. 339

Deciſio Senatus Mediolani, num. 127. ibid.

Doctis debent conferri magiſtratus, num 21. p. 17

Tractantes de præcedentia, num. 30. p. 30

Dogmatiſta.

Dogmatiſta ſi negat intentionem hæreticam, quid cum eo agendum, & multa de dogmatiſtis, n. 187. & multis ſequentibus, p. 64

An relaxandus brachio ſæculari, num. 14. & 15. pag. 317

Domeſticus.

Domeſtici repelluntur à teſtificando, niſi agatur de delicto commiſſo domi, num. 20. p. 268

Fallit in S. Officio, num. 21. & 22. ibid.

Domicilium.

Domicilium, hæreticis in Italia, non poſſunt concedere Principes, num. 16. & ſeq. p. 385

Mutans, non mutat inſtantiam cœptam, num. 2. & 3. p. 377

Fraudulenta non prodeſt inquiſito, num. 7. ibid.

S. Dominicus.

S. Dominicus mira celeritate compeſcuit hæreſes ortas in Gallia, num. 2. p. 15

Fuit primus Inquiſitor in Gallia, num. 5. p. 16

A quo acceperit munus Inquiſitionis, num. 6. ibid.

De eius zelo erga Religionem, num. 7. ibid.

Cur munus Inquiſitoris conferatur Patribus Ordinis Prædicatorum, in præcipuis Italiæ partibus, num. 8. ibid.

Fuit primus Inquiſitor in Prouincia Narbonenſi Anno 1216. num. 4. p. 368

Dominium.

Dominium corporum noſtrorum, eſt apud Deum, num. 11. p. 94

Dormiens.

Dormientes aliquando delinquunt, & an ita delinquentes puniantur, num. 37. p. 112

Et quid in S. Officio, num. 38. & 39. ibid.

Dubium.

Dubia probatio, non releuat probantem, num. 2. pag. 273

Dubius in fide, eſt infidelis, num. 17. p. 47

Contra hos dubitantes procedit. S. Officium, num. 18. ibid.

Qui tractent materiam dubij in fide, num. 22. p. 48

Dubitans.

Dubitans de validitate ſui baptiſmi, eſt baptizandus ſub conditione, num. 53. p. 79

E.

Ebrius.

EBrietas, minuit pœnam blaſphemiæ, & de multiplici ebrietate, num. 31. & 32. p. 131

Subditur tamen talis blaſphemus Inquiſitori, num. 34. p. 132

Tenetur reus probare talem qualitatem, n. 35. p. 323

Eſt triplicis ſpeciei, num. 40. ibid.

Vbi de maxima ebrietate, num. 41. ibid.

Magna excuſat à tanto, ſed non à toto, num. 42. p. 124

Deciſio Senatus Mediolani, num. 43. ibid.

Senatus Sabaudiæ, num. 44. Parlamenti Burdegaleoſis, num. 45. p. 132

Leuis non excuſat à pœna ordinaria, num. 46. ibid.

Ebrij an poſſint eſſe teſtes, num. 41. p. 269

Eccleſia.

Eccleſia Chriſti eſt viſibilis, num. 34. p. 5

In ea debet eſſe Principatus Monarchicus, n. 45 pag 6

Qui eſt annexus Romano Pontificatui, de Iure Diuino, num. 51. ibid.

Eccleſiæ perpetuus vſus fuit, quod Papa vtatur gladio temporali, in ordine ad finem ſpiritualem, num. 73. p. 8

An poſſit errare in qualificatione propoſitionum, num. 14. p. 230

Edictum.

Edicta Inquiſitorum, obligant omnes ad denunciandum ſub pœna excommunicationis, num. 25. pag. 151

Etiam Reges, num. 28. p. 152

Num comprehendat etiam Officiales Papæ, n. 29. ibid.

An vi edicti teneatur quis denunciare ſeipſum, num. 30. ibid.

An ſit perpetuum, & obliget cum periculo vitæ vel famæ, & quando Monialis, & Virgo honeſta ſint denunciandæ, num. 34. & ſeq. ibid.

Huiuſmodi cauſæ ex conſilio deberent remitti ab Epiſcopis Inquiſitoribus, num. 38. p. 153

Quando obligent, remiſſiuè, n. 49. p. 154

Educatio.

Educatio, & conuerſatio faciunt præſumi bene, vel male, n. 10. & 21. p. 263

Eleemoſyna.

Eleemoſyna poteſt per Inquiſitores iniungi Reis, num. 83. p. 362

Eligere.

Eligi poſſunt Conſultores per Inquiſitores, & qui, vide verbo, *Conſultores*, p. 1, tit. 8. p. 13

Index Rerum,

In electione Magiſtratuum inſpicienda virtus, num. 20. p. 17

Epiſcopus.

Epiſcopi, puniebant hæreticos, antequam inſtituerentur Inquiſitores, num. 1. p. 12

Non poſſunt procedere contra Inquiſitores, num. 5. & 6. ibid.

Per Inſtitutionem Inquiſitionum non fuit ablata Epiſcopis iuriſdictio in hæreticos, num. 7. ibid.

Quæ poſſint Epiſcopi ſine Inquiſitoribus, & è contra, num. 8. & 9. ibid.

An vnus ſine alio abſoluere poſſit, num. 10. ibid.

Epiſcopo, & Inquiſitore diſcordantibus, quid agendum, num. 18. p. 13

Poſſunt formare proceſſus contra hæreticos, n. 20. & 21. ibid. Quod non ſeruatur in Regnis Hiſpaniæ, & Luſitaniæ.

Debent ſeruare omnia præſcripta Inquiſitoribus, num. 22. ibid.

Sed eſt melius, quod remittant has cauſas ad S. Officium, num 23. & 24. ibid.

Deberent Epiſcopi per ſe incumbere cauſis, cùm ab Inquiſitoribus requiruntur, num. 29. p. 14

Cùm procedunt cum Inquiſitore in cauſis exemptorum de hæreſi ſuſpectorum, procedit vt delegatus, num. 12. p. 13

Reuelantes ſecreta Sancti Officij, non incidunt in excommunicationem, ſed peccant mortaliter, & quid de Inquiſitoribus, num 66. p. 32

Poſſunt punire ſuos familiares, num. 10. p. 41

Epiſcopi, & Inquiſitores poſſunt in foro externo abſoluere ab hæreſis excommunicatione, num. 129. p. 58

Quia talis facultas non eſt ſublata per Bullam Cœnæ, num. 130. ibid.

Secus in foro interiori, ſi hæreſis eſt manifeſta, num. 131. ibid. & num. 61. p. 72

Et quid in occulta vigore Tridentini, *ſeſſ.* 14. *de Reformat cap.* 6. num. 132. & 133. p. 58

Epiſcopi, an poſſint diſpenſare ab irregularitate incurſa ob hæreſim vigore Tridentini, *ſeſſ.* 24. c. 6. n. 141. p. 59

In ſuſceptis poſſunt, vt hæreticus miniſtret, num. 142. ibid.

Excepto Sacramento Pœnitentiæ, & Altaris, & quid de his, qui abiurarunt de vehementi, num. 143. ibid.

An poſſint diſpenſare in Votis conditionalibus, conditione de præterito, num. 51. p. 134

Epiſcopi, de Iure communi ſunt Iudices contra legentes libros prohibitos, ob res laſciuas ſed in hoc procedunt etiam Inquiſitores ex ordine Supremi Tribunalis, num. 18. & ſeq. p. 156

An poſſint procedere in ſortilegiis non hæreticalibus, num. 70. p. 185

Epiſcopi ex Tridentino, poſſunt procedere contra Concionatores proferentes propoſitiones malas, num. 15. p. 131

Et hoc vti delegati, num. 17. p. 231

Contra vero laicos, vti ordinarij, num. 18. ibid.

Et Inquiſitores vti delegati, num. 19. ibid.

Epiſcopi ſoli, ab initio naſcentis Eccleſiæ, vſque ad Gregorium IX. cognoſcebant in cauſis hæreſis, num. 1. p. 367

A Gregorio IX. vſque ad Bonifacium VIII. cœperunt cauſæ hæreſis delegari Inquiſitoribus, n. 3. pag. 68

Quid in hac materia ſtatuerint Boniſac. VIII. Benedictus XI. & Clemens V. n. 5. 6. & 7. ibid.

Quæ poſſint ſine Inquiſitoribus, n. 8. & ſeq. ibid.

Quomodo procedant in Hiſpania in cauſis fidei, num. 13. ibid.

Coram quo comparere debeat citatus ab Inquiſitore, & Epiſcopo, num 14. ibid. & de hac materia citationis, num. 15. & ſeq. ibid.

De Iure tenerentur ad expenſas Magiſtratuum, num. 8. p. 371

Errare.

Errans in fide, & aſſerens ſe putaſſe ita credi ab Eccleſia, torquetur ſuper prætenſa credulitate, num. 124. p. 58

Debet reuocare ſuum errorem, num. 125. ibid.

Error.

Error intellectus, eſt hæreſis, num. 5. p. 47

Examen.

Examen Reorum, eſt potiùs prudentiæ, quàm artis, num. 55. p. 259

Et arbitrium Inquiſitori, quoties reos examinet, num. 56. p. 260

Debet eſſe humanum, non autem moleſtum, num. 37. & ſeq. ibid.

Examinari deberent, qui aſſumuntur in Magiſtratibus, num 40. & ſeq. p. 18

Examinandi, quomodo ſint teſtes, latè, *p.* 3. *toto tit.* 7. p. 280

Prius, qui plenè ſunt informati, num. 16. p. 282

Leues perſonæ exactius ſunt examinandæ, n. 17. ibid.

Examen non interrumpendum, num. 19. p. 283

Auctoris conſilium non ſpernendum, num. 20. ibid.

De examine teſtium per turbam, ſecundum ſtylum Franciæ, & Sabaudiæ, num. 61. p. 286

Examinatus à Iudice laico eſt repetendus ab Inquiſitore, num. 75. p. 288

Cogendus eſt ad ſe examinandum, num. 76. ibid.

Mulieres illuſtriſſimæ, ſunt examinandæ domi, num. 77. ibid.

Exiſtentia.

Exiſtentiam Dei eſſe demonſtrabilem, non poteſt negari, ſine temeritate, num. 2.

De exiſtentia Dei non poteſt dari ignorantia inuincibilis, ibi. num. 3.

Et hæc probatur ex ſcripturis, & rationibus, ibi. num. 4.

Egregia dicta D. Cypriani, & D. Auguſtini, de hac re. ibi. Anteл. num 6. & 7.

Excommunicatio.

Excommunicatio lata in Inquiſitores ex Clem. *p.* § *Verùm, de hæretic.* num. 82. & 83. p. 21

De excommunicatione ex Clement. *Nolentes,* §. *& tam ipſorum, de hæretic.* num. 84. p. 12

An ſit reſeruata, n. 85. & ſeq. ibid.

Contrahitur ob hæreſim, etiam occultam, modò non ſit merè mentalis, num. 127. p. 58

Incurritur ipſo facto ab ijs, qui non denunciant vi edictorum, num. 25. p. 151

Excommunicationis grauitas, remiſſiuè, num. 1. pag 141

Ad inſordeſcentiam incurrendam requiritur annus completus, etiam in cauſis fidei, num. 2. & ſeq. p. 142

Quando incipiat annus, num. 5. ibid.

Requiritur perſeuerantia, cum pertinacia, num. 6. p. 142

Requiritur notia excommunicationis, n. 7. ibid.

Qui infra annum inſtitit pro abſolutione, non dicitur inſordeſcens, num. 8. ibid.

Requiritur declaratoria, & cuius Iudicis, numero nono, & decimo, ibid. Clericus inſordeſcens habetur

habetur pro confeſſo, num.11. ibid.
An ſit priuatus beneficiis, num.12. ibid.
An poſſit puniri per laicum, num.13 & 14. ibid.
An ſit ſuſpectus de hæreſi, num.15. & ſeq. ibid.
Quando excommunicatio eſt lata ob aliam cauſam, quam fidei, non habetur pro ſuſpecto de conſuetud ne, num.18. p.143
Qualiter ſit de hæreſi ſuſpectus, num. 19. ibid.
In cauſis fidei quando habetur pro hæretico, num.20 & ſeq. ibid.
Abſolutio in foro conſcientiæ de rigore non tollit effectum inſordeſcentiæ, & quid de æquunare, vbi doctrina Suarez, & Valeri, num.26.29.& ſeq. p.144
Tortura an inferatur inſordeſcentibus, num. 38. pag.145
Praxis procedendi contra inſordeſcentes ex cauſa fidei, num 39. ibid.
Pœnæ inſordeſcentium quæ, num.47. ibid.
Confeſſarius quomodo cum inſordeſcentibus ſe gerere debeat, num.48. ibid.
Excommunicatio Pij IV. contra legentes libros prohibitos contra bonos mores, nemini eſt reſeruata, num.53. p.161
Bullæ *Si de protegendis* an ſit reſeruata Papæ num.303. p.217
Et an incurratur à conſulente, num.87. ibid.
Ab Epiſcopo impoſita, ne quis dicat teſtimonium in S.Officio non eſt timenda, num.8. p.377
Excommunicatus non eſt ſchiſmaticus, num. 30. pag. 77
Quid differat inter excommunicationem latam in ſchiſmaticos, & in hæreticos, num. 70. p.80
Excommunicationem nulli reſeruatam incurrunt defenſores ſchiſmaticorum, num.71. ibid.
Abſolutus in foro conſcientiæ poteſt puniri in foro externo, num.79 p.138
Admittitur in teſtem in S. Officio, num. 23. & 24. pag 268
Excommunicari non poſſunt Inquiſitores, nec eorum Notarij à Delegatis Sedis Apoſtolicæ, etiam ſi ſe obligaſſent in forma Cameræ, num. 87.& 88. pag.22

Executor.

Executor debet oſtendere mandatum de capiendo, num.33. p.259

Exilium.

Exilium frangentes, quomodo puniantur, num.5. pag. 360.
In S.Officio multi mulctantur exilio, num. 65. & multis ſeq. ibid.

Explicita Confeſſio.

Explicita fidei confeſſio, requiritur in Chriſtiano, num.78. p.53

Extrauagans.

Extrauagans *Vnam Sanctam de maiorit.& obedientia*, quomodo intelligatur, num.65.& 89.p.7. & 9

F.

Factum.

FActa hæreticalia per vim committens, an ſit ſuſpectus de hæreſi, & qualiter, num.84 & 85.p.53
Hiſtoria Papæ Marcellini, & eius pœnitentia, num.86. p.54

Fagundez.

Fagundez, cautiſſimè legendus in materia denunciationis, num. 130. p.127
Carena de Offic. Inquiſit.

Fallitus.

Falliti, an poſſint eſſe teſtes, num 45. p.269

Falſum.

Falſum credens putans ita ab Eccleſia teneri, an ſit hæreticus, num.74. p.13
Falſus teſtis, & ſubornator, quomodo puniatur, num.55. p.241.& n.58. & 59. p 242
Puniendus eſt pœna extraordinaria, cum atteſtationes ſunt nullæ, n.68. p.219
Idem de falſis teſtibus in circunſtantiis, num.69. ibid.
Idem de teſtibus falſis ſuper generalibus, n. 70. ibid. Et an aliquid probent, num.71. ibid.
Falſus in vno articulo nihil probat in alio, n.72. ibid.
Ad puniendum teſtem falſum pœnâ ordinariâ, requiruntur probationes euidentes, num.73. ibid.
Quæ conſideranda in puniendis falſis teſtibus, num.75. ibid.
Pœna ordinaria eſt triremium, num. 50. p.359

Fama.

Fama publica, an faciat indicium, num. 202. & 203. p.192
Mala auget delictum, num 99. p.363
Fama ſola, non ſufficit ad torturam, quia fallax, num. 64. & 65. p.334
Debet probari per duos teſtes omni exceptione maiores, num.66. ibid.
Teſtes ſuper fama, nominare debent à quibus audierunt, num.67. ibid.
Quæ ortum habuit à maleuolis nihil probat, n. 68. ibid.
Singuli teſtes ſuper fama ſi diuerſos nominent, an probent famam, num.69. p. 335
Quamuis de iure requiratur, quod teſtes deponant ſe audiuiſſe à maiori parte populi, ſufficit tamen in praxi ſi dicant ſe publice dici audiuiſſe, n. 70.& 71. ibid.
Teſtes interrogati quid ſit fama, quomodo debeant reſpondere, num.72. ibid.
Fama orta poſt carcerationem non probat, n. 73. ibid.
Vehemens, an ſit ſufficiens ad torturam, num. 75.& 76. ibid.
Et quid in delictis occultis, num. 77. ibid.
Bona, vel mala in S.Officio minuit, vel auget probationes fiſci, num. 78. ibid.
Bona fama in genere, tollit malam famam in genere, num.76. & ſeq. ibid.
Non tamen indicia ſpecialia contra reum exiſtentia, num 81. ibid.
In materia famæ teſtes rei præferuntur teſtibus Actoris n.80. ibid.
Mala fama in genere auget ſuſpicionem delicti ſi ſit in eodem genere delicti, num.82. ibid.
Quomodo probetur, remiſſiuè, num.6. p.390

Familia.

Familiam armatam poſſunt habere Inquiſitores, num.1. p 40

Familiares, & Familiaritas.

Familiares S. Officij, quales ſint eligendi, num.2. & 3. p.40
Quando dicatur Inquiſitor abuti facultate conceſſionis armorum, num. 4. ibid.
Tot ſunt conſtituendi, quot ſunt neceſſarij, num. 5. ibidem, Numerus familiarum taxandus

re participata cum S.C. num.6. ibid.
Et ſi talis numerus excedatur, dicitur Inquiſitor abuti facultate conceſſionis Armorum, num.7. ibid.
Vicariis Foraneis ſaltem duo familiares debent aſſignari, num.8. ibid.
Et plures in magno Caſtro, num. 9. ibid.
Quando dicatur abuti facultate armorum ſibi conceſſa, num.10.& ſeq. p. 41. Abutentibus armis licentia eſt tollenda, & per Inquiſitorem puniendi, num.13. ibid.
Redditur ratio, num.14 & ſeq. ibid.
Quod procedit etiam in Hiſpania, num.17.& 18. ibid.
Habent Indulgentias, & alia priuilegia ſpiritualia, num.21. ibid.
Tenentur ex peculiari Iuramento denunciare hæreticos, & ſuſpectos de hæreſi, num.23. p.42
Et ſi non denunciant, an dici poſſint fautores, num.24. ibid.
Familiaritas, & contractio Parentelæ cum hæreticis prohibita, num.62.& ſeq. p.74
Reddit ſuſpectos de hæreſi & qualiter, num. 67. & 68. ibid.
Facit indicium ad torturam, num.69. ibid.

Fautores hæreticorum.

Fautores hæreticorum, qui dicantur, num.1 p.81
Et per totum titulum 4.p.p p.11
Dicuntur inquiſitores, & Epiſcopi ſi hæreticos non puniunt, num.2. p.82
Niſi id facerent ad euitanda ſcandala, num. 3. ibid.
Quo caſu ſunt ſuſpecti de hæreſi, n.4 ibid.
Sunt Domini temporales omittentes capere hæreticos, num.5. ibid.
Idem de iudicibus inferioribus, num. 6. p.83
Dicuntur, omittentes denunciare hæreticos, num.7. ibid.
Contra Dominos temporales, & magiſtratus non proceditur, niſi Papa conſulto, num.8. ibid.
Canon primus Bullæ Cœnæ non habet locum contra fautores ſuſpectos de hæreſi, num.9. ibid.
Dicuntur Principes concedentes leges per quas Officium S. Inquiſitionis impeditur, num.10. ibid.
Dicuntur dantes alimenta hæreticis, & tales ſunt ſuſpecti, num. 15.& 16. ibid. & num.5 p.378
Et qui hæreticos venerantur, num. 17 p.83
Qui eos viſitant, num.18. ibid.
Non poteſt contra fautores procedi, niſi conſtet de hæreſi illius cui fautum eſt, num. 19. p.84
Regulariter ſunt ſuſpecti de vehementi, num.20. ibid. Impeditores directè S. Officium, & quid ſi indirectè, num. 21. ibid. tales dicuntur offendentes Inquiſitores, & eorum miniſtros, num.22. ibid.
Qui terrent tantum verbaliter, num.23. ibid. Impedientes familiares in vſu armorum, num.24. ibid.
Occultantes hæreticos, & eis conſulentes, num.27. & 28. ibid.
Huiuſmodi impedientes, ſubduntur Iuriſdictioni Inquiſitorum, num.29.
Sunt ſuſpecti de hæreſi, num.30. ibid.
Torquendi ſunt ſuper cauſa quâ moti ſunt ad Impediendum S. Officium: num. 31. ibid. Sunt Conſultores, num.86. p.90
Torquentur ſuper cauſa fautoris, num. 87. ibid.
Pro modo ſuſpicionis, indicitur eis abiuratio, num.88. ibid.
Relabens, in fautoriam, quando ſit vt relapſus tradendus brachio ſeculari, num. 91. & 92. p.92
Fautoriæ grauitas, ex quibus colligatur, num.104.
Talis pœnitens eſt benignè monendus, n. 105. pag. 92
Qualis ſatisfactio iniungendæ, num.106. ibid.
Fautores ſuſpectorum de hæreſi, an ſint excommunicati in Bulla Cœnæ, num.103. ibid.
An dici poſſint familiares S. Officij ſi non denunciant hæreticos, & ſuſpectos de hæreſi, num.24. pag. 42
Fautores hæreticorum ſunt ſuſpecti de hæreſi, num. 12. p. 377
Dicuntur etiam illi, qui habent poteſtatem gladij, ſola omiſſione, num. 2. p.380
Non ſic priuatæ perſonæ, niſi requiſitæ ſint, vel iuramento obligatæ, vt familiares, & cruce ſignati, num. 3. & ſeq. p.380
Qui non ex lubrico linguæ hæreticos excuſat, num.6. ibid.
Quando dicantur Aduocati hæreticorum, num.7. 8. & 9 ibid.
Quando dicantur ſuſpecti de hæreſi, n.10. ibid.
Dicuntur qui alimenta præbent hæreticis, n.11.
Qui precibus eos liberant, num.12. ibid.
Incidunt in pœnas fautoriæ etiam non ſecuto effectu num.13. p.381
Fauens ſuſpecto de hæreſi, videtur incidere in pœnas fautorum hæreticorum, num. 14. ibid.
Sunt etiam Prælati negligentes in puniendis hæreticis, num.7. p.388
Fautorum pœnæ, remiſſiuè, num.24. p.393
Dicuntur deferentes arma inimicis Chriſtianorum, num.64.& ſeq. p.248

Feudatarius.

Feudatarij, non torquentur, & deciſio Senatus Mediolani, n.128.& 129. p.339

Fides.

Fidem negans ore metu compolſus, non eſt hæreticus, ſi fidem corde retinet, num.89. & 90 p.54
Diſputare de fide an liceat, num 92. ibid.
Fidei tentationes patiens, non eſt ſuſpectus de hæreſi, num. 19. p.48
Et quid acciderit Abulenſi in hac materia, n.20.
Ad fidem alia pertinent directè, alia indirectè, num.50. p.52
Fidei confeſſio explicita requiritur in Chriſtiano, num.78. p.55
Fidei cauſæ, an comprehendant ſuſpectos de hæreſi, num.67. p.213
Fides vnius teſtis exuberans quando ſuppleat defectum alterius, num.78. p.372
Fidei actus, qua ſolemnitate fiant in Hiſpania, num.58. p. 349

Fideiuſſor.

Fideiuſſor, quando poſſit moram purgare, n. 12. & ſeq. p.375
Fideiuſſionum formula in ſtatu Mediolani, n.11. ibid.

Fideicommiſſum.

Fideicommiſſaria bona, quando cadant in fiſcum, num.153.155.& ſeq. p. 61

Filius.

Filij, an ſuccedant in maioratu, quo Pater eorum fuit ob hæreſim priuatus, num. 168. p.63
Succedunt, quando non habet annexam dignitatem ſecus ſi habet annexam, num.169. ibid.
Non poſſunt eſſe Aduocati, quia infames, n.176.
Quando Res, & Inquiſitores cum eis diſpenſent, num.171. ibid.
Quando Filij Rei læſæ maieſtatis ſint incapaces maioratus, remiſſiuè, num.172. ibid.
Filij nati ex matrimonio Polygamo, an ſint legitimi, num.75. p.105
Et quid ſi ex matrimonio putatiuo, n.75. ibid.
A quo debeant ali, altero coniugum exiſtente in bona fide, altero verò in mala, n.91. p.105

Latè de hac materia, vſque ad n.104. Ibid.

Filius tenetur denunciare Patrem hæreticum, n. 9. & 10. p.147

Ita euitat pœnas, num. 11. ibid.

Et etiam ſuſpectum de hæreſi, num. 12. & 13 ibid.

Etiam Patrem maleficum, n. 14. p. 148

Non denuncians cum teneatur, eſt ſuſpectus de hæreſi, num. 46. p.153

Filius eripiens Patrem, è manibus Birruariorum S.Officij, an incurrat pœnas Bullæ, *Si de protegendis* num. 88. p.215

Filij Iudæorum, an poſſit baptizari inuitis parentibus, num. 45. p.214

Hæreticorum, cur puniantur, n. 17. & 19. p.212.

Filias nubiles habentes non puniuntur pœna ignominioſa, nec abiurant publicè, num. 61. p.352

Finis.

Fine conceſſo, Intelliguntur etiam conceſſa media conducentia ad finem. num 66. p.7

Fingere.

Fingens ſe eſſe miniſtrum S. Officij, quomodo puniatur, num. 53. p. 240

Fiſcalis.

Fiſcales habent maximam dignitatem, vide *Ad vocatus fiſcalis & per totum* tit. 9. p.p. p.35

Vbi multa de fiſcalibus, & eorum obligatione, & an habeant Votum in Congregatione, an interſint examinibus, & torturæ, an recuſati poſſint vt ſuſpecti, in multis Prouinciis ſuccedunt loco accuſatoris, & quid ſeruetur in Dominio Mediolani, numer. 12. p. 255

Fiſcus.

Fiſcus, ſignificat ærarium, ſeu Cameram Principis, num. 1. p.13

Quando habuerit originem, num. 2. ibid.

In S.Offic. ſucceſſit loco Accuſatoris, num. 11. pag. 254

An repudiata confiſcatione poſſit mulctam acceptare, num. 159. p.62

Acceptata confiſcatione, eius creditum ex cauſa mulctæ intelligitur confuſione ſublatum n. 160. ib.

Deciſiones Senatus Mediolani in hac cauſa, numer. 161. ibid.

Non acceptata verò confiſcatione poteſt mulcta acceptari, num. 162. ibid.

Et quando dicatur accepta confiſcatio, num. 163. & ſeq. ibid.

Quid in tali caſu agendum pro fiſco S. Officij, num. 165. p 63

Dată incorporatione bonorum, an confiſcatio poſſit ſimpliciter repudiari, num. 167. Ibid.

Fæmina

Fœmina ſollicitans confeſſarium, quare non ſubdatur foro Inquiſitorum, num. 48. p 113

Quæ conſentit confeſſario ſollicitanti, an ſit teſtis idonea, num 56. p.118

Duæ fœminæ in hoc crimine non conuincunt, & quod requirantur, num. 58 & ſeq. p.119

Honeſta denuncians, non facit indicium ad capturam, nec ad torturam, num. 61. & 62. ibid.

Vbi iterum S. C. Examinatur doctrina Canteræ, & aliorum, qui voluerunt contrarium, n. 63. & ſeq. pag. 120

Forma iuramenti.

Formula iuramenti præſtandi à Conſultoribus, remiſſiuè, num. 65. p.32

Forum.

Forum ſortitur hæreticus in loco in quo deliquit num. 8. p. 173

Poteſt tamen vbique puniri num. 9. ibid.

Si delinquit in pluribus locis poteſt vbique puniri. num. 11. ibid.

Francus.

Franchi Deciſio 36. reprobatur, num. 13. p. 96

Fractor.

Frangentes Carceres, quomodo puniendi, num. 69. & ſeq. p.244

Frater.

Frater non admittitur in teſtem contra fratrem, niſi conſulto Principe, excepto crimine hæreſis, num. 16. p.167

Fuga.

Fuga ante accuſationem, vel Inquiſitionem ſufficit ad torturam, niſi illius adſit colorata cauſa, num. 83. & 86. p.236

Poſt verò accuſationem, vel Inquiſitionem non non ſufficit ad torturam, num 84. ibid.

Suſpicio oriens ex fuga tollitur per ſpontaneam comparitionem, num. 85. ibid.

Fugiens à triremibus, qua pœna puniatur, num. 76. p.3'0

Fugiens è carceribus, quomodo puniendus n. 70. pag 242

Quid ſi ſint aſſignati pro pœnitentia an ſit habendus pro relapſo, num. 18. p.68

Eſt habendus pro impœnitenti, num. 19 ibid.

Quid de fugiente è carcere aſſignato ad cuſtodiam, num. 20. ibid.

Si talis nequeat comprehendi habendus eſt pro confeſſo, & impœnitente, num. 21. ibid.

Et an hæc extendantur ad non implentes pœnitentias, num. 22. ibid.

Fundamentum

Fundamentum non ſit ſuper qualitate, niſi conſtito de ſubſtantia, num. 19. p.352

Furioſus.

Furioſus, an poſſit eſſe teſtis, num. 69. p.171

De tempore delicti non punitur, & quid de habente dilucida interualla, num. 64. & ſeq. p. 324

Neque ſi ſuperueniat furor ante executionem ſententiæ, num. 67. ibid.

Et quid in crimine hæreſis, num. 68. ibid.

Inquiſitores debent cautè procedere, quia multi fingunt furorem, num. 69. p.325

Exceptio furoris delinquentis, an poſſit in Iudicio opponi, & probari per Procuratorem reo in carceribus non exiſtente, num. 70. & 71. ibid.

Deciſio Senatus Sabaudiæ, & Mediolani in hac cauſa, num. 72. & 73. ibid.

Sententia contra furioſum eſt ipſo iure nulla, num. 75. ibid.

Eſt etiam nulla ſi non admittatur Procurator ad probandum furorem, num. 76. ibid.

Fuſtigare.

Fuſtigati an poſſint eſſe teſtes, num. 44. p.169

Fuſtigationis pœna, eſt vſu recepta in S.Officio, num. 4. p.359

Fuſtigantur mulieres ſortilegæ, & etiam Viri non apti remo, num. 56. & 57. ibid.

Mulieres tranſeuntes ad ſecundum matrimonium viuo primo viro, num. 55. & falſi teſtes, num. 58. ibid.

G.

Genus.

GEneta credibilium, quot ſint, num. 76. p.53

Gladium.

Gladio temporali ſemper vſa fuit Eccleſia, in ordine ad finem ſpiritualem, num. 73. p. 8

Gradus.

Gradus propoſitionum varij. *tit.* 16. p. 2. *per totum, p.* 228

Grauatus.

Grauatus à duobus teſtibus, quod tali die blaſphemauit præſentibus aliis duobus, qui negant, quomodo ſit expediendus, num. 67. p. 279

Gratia.

Gratiæ tempus, quid ſit, num. 17. p. 249

In quibus caſibus ſit locus tempori gratiæ, n. 18. ibid.

Quibus perſonis proſit, num. 19. ibid.

Quæ praxis obſeruanda in concedendo, & publicando tempore gratiæ, num. 29. ibid.

Qui Auctores de eo tractent, num. 21. p. 250.

Græcus.

Græci vxorati, promouentur ad ordines, num. 13. pag. 334

An vidua Sacerdotis Græci poſſit matrimonium, diſpenſatione contrahere, num. 14. ibid.

Gregorius.

Gregorius XV. conceſſit Cardinalibus Supremis Inquiſitoribus arbitrium tradendi brachio ſeculari confeſſarios ſollicitantes, ex teſtibus ſingularibus, num. 13. p. 10

Guido.

Guidonis Fulcodij Patria, num. 1. p. 366

Fuit Vxoratus, Conſiliarius Regis Galliæ, Epiſcopus Cardinalis, & Summus Pontifex, vocatus Clemens IV. num. 2. ibid.

Qualis eius Vita in Pontificatu, num. 3. ibid.

Quantus zelus in rebus fidei, num. 4. ibid. eius mors, num. 5.

Qua occaſione ſcripſerit has quæſtiones ad Inquiſitores, num. 6. & 7. ibid.

H.

Habitus.

Habitus pœnitentiæ, tam in Inquiſitionibus Italiæ quam Hiſpaniæ, num. 84. p. 61

Quando poſſit diſpenſari in habitu pœnitentiæ, num. 85. p. 362

Quomodo pœnitentes debeant audire Miſſam. num. 86. ibid.

Et quibus ſoleat hæc pœnitentia imponi, n. 87. ibid.

Heres.

Hæredes, quando teneantur ad pœnitentias hæretici abſoluti, à num. 1. vſque ad finem. p. 376

Hereſiarcha.

Hæreſiarchæ, qui ſint, num. 183 p. 64

An pro prima vice ſint admittendi ad miſericordiam, num. 184. ibid.

Quidam Genuenſes combuſti, eo quod venderent Camberij libros prohibitos, & Caluini doctrinam ſeminarent, num. 186. ibid.

Quid agendum, quando dogmatiſta negat intentionem hæreticam, num. 18. & ſeq. ibid.

Hereſis.

Hæreſis crimen, eſt horribile, & punitur euerſione Regnorum, Antelud. num 27. 28. 30. & 31.

Oſtenditur, quomodo Valens, & Anaſtaſius Imperatores puniti fuerunt, ob hæreſim, & num. 32. & 33.

Quomodo fuerint punitæ Ciuitates Conſtantinopolis, & Antiochiæ, cauſat ſeditiones, ibi, n. 35.

Excitat bella, num. 36. cur dicatur abominatio deſolationis, num. 37.

Hæreſis, grauitas, remiſſiuè, num. 1. p. 46

Eius etimologia, num. 2. ibid. Quid ſit, n. 3. ibid.

Omnis hæreſis eſt error, ſed non è contrà, n. 3. ibid.

Eſt error intellectus, num. 4. ibid.

Errans ex ignorantia non eſt hæreticus, num. 5.

Quomodo differat ab Apoſtaſia, n. 6. ibid.

Ad hæreſim requiritur pertinacia, num. 7. ibid.

Infidelis non eſt hæreticus, num. 8. ibid.

De ratione hæreſis eſt, quod ſit pertinacia, n. 9. & ſeq. ibid. Qui patitur tentationes fidei, non eſt ſuſpectus de hæreſi, num. 19. p. 48

Et quid in hac materia acciderit, Abulenſi, n. 20. ibid.

An probetur duobus teſtibus. n. 94. p. 54

Et quid contra Reum bonæ famæ, n. 95. & 96. ibid.

Purè mentalis, quare non habeat annexam excommunicationem Bullæ Cœnæ, n. 45. p. 73

Externa, quæ dicatur, n. 46. ibid.

Habet annexam excommunicationem, num. 47. ibid.

In crimine hæreſis procedimus tribus modis, ſicuti fit in aliis criminibus, vide *tit. 1. tertia p. p.* 253

In crimine hæreſis, non requiritur probatio corporis delicti, n. 41. p. 256

Secus in iis, quæ relinquunt poſt ſe veſtigium, vt in fractione Crucifixi, necatione infantis, &c. num. 43. ibid.

Probatur per Inſtrumenta, & per ſcripturas, p. 165

Et quæ delicta probentur per ſcripturas, num. 2. & 3. ibid.

Etiam ad effectum condemnationis, num. 8. ibid.

Iam damnata, non eſt damnanda in ſententia condemnatoria, n. 31. p 346

Hæreſes, quomodo ſint inter ſe connexæ, num. 34. pag. 176.

Vbi de loco, & tempore, quomodo ſint circunſtantiæ extraordinariæ hæreſis, num. 35. ibid.

Crimen eſt maximum delictorum, num. 1. p. 357

Heretici.

Hæretici, impugnant primatum Petri, vt ſublato Gubernatore viuentius circa Eccleſiæ naufragia graſſentur. num. 38. p. 5

Eorum argumenta, contra primatum Petri reſoluuntur remiſſiuè, num. 45. 47. & ſeq. ibid. Nullam agnoſcunt poteſtatem temporalem in Papa, num. 52. p. 6

Bobadilla verò, Solorzan. & alij admittunt in Papa poteſtatem temporalem directam, n. 53. p. 7

Puniebantur per Epiſcopos, antequam inſtituerentur Inquiſitores, n. 1. p. 12

Hæc Iuriſdictio Epiſcoporum an ſit ordinaria, vel delegata, n. 2. ibid.

Poſſunt proceſſari per Epiſcopos, num. 10. p. 13

Quod fallit in Regnis Hiſpaniæ, & Luſitaniæ, num. 11. ibid.

Non dicuntur, qui nunquam fidem Catholicam fuerunt profeſſi, n. 23. p. 48

An Cathecumenus negans fidem, num. 24. ibid.

In foro interiori verior eſt affirmatiua ſententia. num. 23. ibid.

In foro externo non ſubiicitur Inquiſitori numer. 26. ibid.

Dicendum eſt idem de baptizato baptiſmo inualido, num. 27. ibid.

Si tamen Eccleſia ignoraret talem inualiditatem ſubderetur Inquiſitoribus, num 28. ibid.

Quid de baptizatis in infantia, ſed enutritis in partibus hæreticorum, n. 29. ibid.

Caſus

Caſus pulcherimus ad iſtud propoſitum deſiſus à Supremis inquiſitoribus,n.50. p.49
An ſint habendi illi, qui nolunt credere priuatæ reuelationi,vbi etiā quid de negante vnam Theologicam propoſitionem deductam ex vna de fide, & alia euidenti lumine naturæ,n.53. ibid.
Ex vna de fide, & altera nota lumine naturæ, ſequitur concluſio de fide, & hoc argumenti genere paſſim vſi ſunt Chriſtiani, Papa, vt Concilia, num.53. ibid.
Negant hanc propoſitionem ſic deductam, non eſt verus hæreticus,n.54. ibid.
Eſt tamen præſumptus, & ſi perſeuerat in negatiua, eſt puniendus vt hæreticus,num.55. ibid
De hæreticis occultis, & priuatis, num. 40. pag. 50
Manifeſti hæretici qui ſint,n.41. ibid.
Differentia inter hæreticos manifeſtos, & deprehenſos,n.42.& 43. ibid.
Affirmatiui,& negatiui qui,n.45.ibid. Negatiui, qui dicantur,n.46.& 47. ibid.
Hæreticus, an ſit qui profert verba hæretica,loco,n.69. p.52
Subditur Inquiſitoribus,n.70. ibid.
Debet probare ſe ea loco protuliſſe, num.71. ibid.
Declaratur axioma D. Hieronym. in hac materia,n.72. ibid.
An credens falſum putans ita ab Eccleſia teneri ſit hæreticus,n.73. p.53
Hæretici exaltant contra Deum vocem ſuam. Antelud.num.38.
In diſſolutione Reipublicæ ordiuntur à Prælatis,& deſinunt in Principes,n.40.
Igne & gladio extirpandi,n.41.
Cauſa melius agitatur in S.Officio,quàm in aliis Tribunalibus,n.42.
Hæreticorum tortura,n.97. p.55
Debet prius conſtare de corpore delicti, n. 98. ibid.
Et quomodo,n.99. ibid.
Et qualia debeant eſſe indicia,n.99. ibid.
Hæreticus etiam occultus eſt excommunicatus, modò non ſit merè mentalis,n.128. p.58.
Eſt etiam irregularis,n.136. p.59
Durat etiam poſt pœnitentiam,n.716. p.16
Extenditur ad fautores,n.138. ibid.
Impedit ſuſceptionem Ordinum,& eorum exercitium,n.39. ibid.
An poſſint Epiſcopi diſpenſare vigore Tridentini ſeſſ.24.c.6.n.140.& ſeq. ibid.
Incurrit infamiam, & priuationem bonorum, num.143. p.60
Nec qui abiurauit poteſt eligi in Decurionem, num.144. ibid.
Dictam infamiam ſolus Papa, & Supremum Tribunal poteſt auferre,n.145. ibid.
Priuatur beneficiis,n 146. ibid.
Pallit in ſuſpecto de hæreſi,n.47. ibid.
An pœnitens recuperet beneficia remiſſiuè, num.148. ibid.
Hæreticus pœnitens, punitur carcere perpetuo, num.174.& ſeq. p.63
Vbi quando damnari poſſit ad triremes loco carceris, quidque obſeruetur in Hiſpania, & fuerit Cremone obſeruatum, & quid in hæretico ſponte comparente, & an Inquiſitores poſſint hanc pœnam mitigare,n.174.& ſeq. ibid.
Quid ſi talis pœna fuit impoſita à Supremo Tribunali,n.177. p.64
Intra quantum tempus ſoleat in tali pœna diſpenſari,n.178. ibid.
Hæretico qualis carcer aſſignandus, num. 181. ibid.
Iniungendæ pœnitentiæ ſalutares, num. 182. ibid.
Hæreticis pœnitentibus,ex benignitate parcitur ab Eccleſia,n.1. p.66
Quis dicatur Hæreticus pœnitens,n.1. ibid.
Quonam tempore hæretici pœnitentes recipiantur,n.3. ibid.
Vera ſententia,n.4. ibid.
Pœnitentes an admittantur ad miſericordiam poſt traditionem brachio ſæculari,n.6. ibid.
Variis pœnis puniuntur,n.7. ibid.
Quid conſiderandum in pœnis imponendis,n.8. pag.67
De iure confiſcantur eis bona, ſed de generali conſuetudine eis condonatur, & an recuperet beneficia, & an abiurans de vehementi ſit inhabilis ad ea obtinenda,n.9. ibid.
Enumerantur quatuor caſus, in quibus pro prima vice non parcitur hæretico pœnitenti,num.10. ibid.
Non implentes pœnitentias puniuntur, n.16. & 17. p.68
Hæreticus impœnitens,quis,n.11. p.67
Negatiuus habetur pro impœnitente, num.12. ibid.
Item reconciliatus,ſi omnes errores ſuos & complices non reuelauerit,n.13. ibid.
Item qui poſt abiurationem reuocat ſuam confeſſionem dicens ſe fuiſſe innocentem,contraria tamen eſt vera hos dicendos eſſe temerarios, & vti tales puniendos,n.14. ibid.
Praxis contra impœnitentes,n.15. ibid.
Negatiuus,an ſit abſoluendus in foro conſcientiæ n.18. p.72
Innocens ſi fateatur hæreſim, an peccet mortaliter,n.19. ibid.
Occultus,qui non poteſt obtinere abſolutionem in foro interno quid agere debeat, n.63. ibid.
Hæretici non viuerent, ſine receptatoribus,n.60. pag. 74
Receptantes hæreticos puniuntur, num.61.ibid.
Conuerſatio, allocutio, viſitatio, & contractio Parentelæ cum hæreticis ſunt prohibita, n. 62. & ſeq ibid.
De hæreticis vitandis,plura remiſſiuè, num. 66. ibid.
Conuerſantes cum hæreticis ſunt ſuſpecti de hæreſi, & qualiter n.67.& 68. ibid.
Ex tali conuerſatione oritur indicium ad torturam,n.69. ibid.
Petens hæreticos in eius infirmitate pro conſolatione eſt ſuſpectus de hæreſi, vti credens hæreticorum,n.84 & 85. p.90
Hæretici ſunt denunciandi Inquiſitoribus, n.1. pag.146
De hac materia denunciationis per totum titulum,9. ibid.
Libri hæreticorum poſſunt ab Eccleſia prohiberi,& an à Principe laico,n.1. p.154
De hac materia retentionis librorum prohibitorum,titul.10.p.2. ibid.
Qui librum hæreticum compoſuit, ſi poſtea ſine licentia eum legat,vt confutet,duplicem excommunicationem incurrit,n.31. p.158
Hæretici qua conditione permittuntur venire ad Terras Catholicorum cauſa commercij,n.20. ibid.

Non poſſunt eſſe teſtes, niſi in caſibus exceptis, num 25.& 26. p.268

Pertinax, quamvis ſit minor, aut impubes doli capax, punitur pœna ordinaria, ſecus ſi ſit pœnitens, n.24.& 25. p.321

Abſoluendus non eſt ab excommunicatione, antequam abiuret, n.46. p 323

Hæreticus, punitur pœna mortis naturalis, & ex conſuetudine pœna ignis, num.6. p.357

Ratio huius conſuetudinis, n.7. ibid.

Idem procedit in hæreticis negatiuis, impœnitentibus, & relapſis, n.8.9.& 10. ibid.

An parcendum eis qui conuertuntur in Tabulato, n.16. ibid.

Quid de Sacerdote ſic conuerſo, n.17. ibid.

Quid de diminutis, n.18. ibid.

Sortitur forum in loco in quo deliquit, num.8. pag.373

Sed poteſt etiam vbique puniri, n.11. ib d.

Quando debeat remitti, n.10. ibid.

Hæreticis non poteſt concedi per Principes, domicilium in Italia, n.16.& ſeq. p.381

Hieremias.

Hieremiæ locus c. 1. *Poſui te ſuper gentes.* Declaratur, n.55. p.7

Hiſpania.

In Hiſpania Reges, naſcuntur Clementes. Anteludia, n.50.

Firmitas huius Regni, eſt cultus veræ Religionis, n.52.

Hiſtrio.

Hiſtriones, an poſſint eſſe teſtes, numer. 42. pag.269

Homicida.

Homicida, & Aſſaſſinus, quando poſſint torqueri ad indicandum mandantem, n.120. p.338

Non admittitur ad probandum occiſum fuiſſe bannitum, niſi ſiſtat in carceribus, num. 51. pag. 148

Deciſio Senatus Mediolani, n.52. ibid.

Honor.

Honorifica mentio Senatus Lagunæ, & Præſidis Picenardi, n.28.& 29. p.29

Honorifica mentio D. Io. de Tortezilla Inquiſitoris Siciliæ. Antelud. n.73.

Honorifica mentio D.Io. Pauli Melij I C. Cremonenſis, & declaratur eius Allegatio, num.154. pag.62

Honorifica mentio D.Conſalui, de Salamancha, num.290. p.191.

Honorifica mentio D. Merendæ, num. 193 ibid.

Honorifica mentio Camilli Carcani, num.170. pag.201

Honorifica mentio Reuerendiſſimi P. Vincentij Preti à Sarauellæ, Inquiſitoris Cremonæ, num.15. pag.181.

Honorifica mentio D. Conſalui Braui Grateræ, num.45. p.359

Honorifica mentio D.Gaſparis Aliferi, num.145. pag.186

Hoſtia.

Hoſtia conſecrata abutens in ſortilegiis, punitur morte, n.24. p.358

Sumens hoſtiam non conſecratam, an ſit ſuſpectus de hæreſi, & qualiter, num. 15. & ſequent. pag.234

Humanitas.

Humanitas Chriſti, & Sacramenta, producunt gratiam tantum moraliter, n.11. p.3

I

Ignis.

Ignis tormentum, & quid in facto acciderit, n.171.p.341.& n.17. p.357

Ignorantia.

Ignorantia, quotuplex, n.61. p.51

Craſſa quid ſit, n.62. p.52

Inuincibilis excuſat ab hæreſi, n.63. ibid.

Non præſumitur in pertinentibus directè ad fidem, n.64. ibid.

Et multo minus in articulis manifeſtis, num.65. ibid.

Craſſa an excuſet ab hæreſi, n.66.ibid. An excuſet receptatores hæreticorum n.46. p.86

Et quando præſumatur ſcientia in receptante, num.47. ibid.

Vbi Deciſio Senatus Mediolani, quando excuſet à pœnis, n.79. p.215

Ignorantia inuincibilis exiſtentiæ Dei, dari non Antelud.n.3.

Imago.

Imagines Sanctorum conſpurcantes, blaſphemant facto, & ſunt ſuſpecti de vehementi, n.37.& 38. p.132

Horum punitio ſpectat ad Inquiſitores priuatiue quoad laicos, n.39.& ſeq. ibid.

De qua re adeſt Deciſio inſignis Supremi Conſilij Caſtellæ, n.41. ibid.

An Iudæi id facientes ſubdantur Inquiſitoribus, num.35. p.125

Alij damnantur ad triremes, n.43.& 44. p.358

Impedimentum.

Impedimentis à reo allegatis, quod non poſſit torqueri, adhibendi ſunt periti, n. 167. p.341

Impœnitens.

Impœnitentes hæretici, qui dicantur vide verbo *hæretici impœnitentes*, n.7.8.& 9. p.389

Imperator.

Imperatores multi per Papam depoſiti fuerunt, n. 60.& ſeq.& n.83.& ſeq. p.7.& 8

Imperium.

Imperium de Græcis ad Germanos tranſlatum eſt iuſſu Leonis, n. 9 & 81. p.7 & 8

Imperia, & regna dantur à Deo, vt lex Regis obſeruetur. Antelud.n 14.

Imperium Philippi IV. deſcribitur ex Gonzal. num.47.

Imperij Hiſpanici firmitas, n.48.

Impubes.

Impuberes, an abiurent, n.41.& ſeq. p.354

Impuberes examinantur ſine iuramento, num 54 p.270

Crimina hæreſis examinantur, n.55. ibid

Etiam quando reperitur occiſus in domo, num. 56. ibid.

Impunitas.

Impunitas non eſt promittenda relapſo, & ſi promittatur, an ſit ſeruanda, num.45. & ſequent. pag.260

Vbi deciſiones Inquiſitionis Hiſpaniæ, & Senatus Sabaudiæ, an poſſit reus damnari ex confeſſione emanata ſub ſpe impunitatis, & quid ſi confeſſio eſſet ratificata n.48.& 49. ibid.

Imputatio.

Imputationes Rei, apponuntur in Relationibus, demandato Senatus Mediolani, n.61. p.314

Indicium.

Indicium proueniens à ſanguine profluente ab occiſo,

Deciſio quale ſit,n.186.& ſeq. p.190

De olla plena vnguentis reperta penes ſagam, num.194 p.192

Quod quis alios doceat incantationes,num.197. ibid.

Subita mors ſecuta ex ſagæ tactu, num. 198. ibid.

Nominationis factæ à dæmone, num. 199. ibid.

Rerum repertarum in ceruicali,n.200. ibid.

Singula hæc indicia non ſunt ſufficientia ad torturam n.201. ibid.

Quid de fama publica,n 202. ibid.

Indubitata, & violenta quæ ſint, num. 260. pag.200

Ex talibus indiciis, an quis poſſit damnari ad mortem,& qui DD.de hac re agant,n.261. & ſeq. Vbi quid obſeruetur in Tribunalibus, ibid.

Iudices inferiores non poſſunt ex dictis indiciis damnare aliquem ad mortem, num. 264. Vbi,an in hoc caſu ſaltem poſſint torquere, vel pœna extraordinaria punire, & ibi ſingolaris doctrina Bartoli ab omnibus approbata. p.201

Indicia ſufficientia requiruntur ad Inquiſitionem ſpecialem,n.14.& 15. p.255

Non oriuntur ad torturam ex comparatione litterarum,n.6. p. 265

Indicia ad capturam, debent eſſe ſufficientia ad torturam,n.24. p.259

Sed in perſona inſigni requiruntur maiora indicia,n.25. ibid.

Minora verò ſufficiunt, ſi perſona aliàs eſt ſuſpecta,n.26.& 27. ibid.

Deciſio Supremæ Inquiſitionis Hiſpaniæ, n.27. ibid.

Indicia quando intelligantur ſublata per torturam,n.16. p.290

De Indiciis & tortura, vide latè *p.* 3. *tit.* 10. per totum. p.327

Indicium quid ſit,num.3. p.319.

Eius definitio pulchra, ex Baldo,n.4. ibid

Indubitatum,& dubitatum quid ſit,num.5.p.330 & n.10.p.378

Proximum eſt, quod reſpicit veritatem delicti, num.6. p.330

Remotum verò quod reſpiſcit circumſtantias, num.7. ibid

Legitima debent præcedere torturam, etiam in S.Officio n.10.& 11. ibid.

Vnicum indicium proximum ſufficit ad torturam,remota verò requiruntur plura reprobato Claro,n.17. ibid.

Fallit quando vnicum indicium remotum facit ſemiplenam probationem,n.18. ibid.

Indicia ad torturam ſunt iudicibus arbitraria,n.19 ibid.

Quod arbitrium debet eſſe à iure regulatum, num.20. p.331

Debet eſſe probatum per duos teſtes omni exceptione maiores,n.21.& & 22. ibid.

Nec iudices timentes Deum debent ſequi ſententiam contrariam Marſilij,n.23. ibid.

Et ad probandum indicium remotum teſtes debent eſſe conteſtes,n.15. ibid.

Et quando hoc fallat,n.26. ibid.

Cùm deuenitur ad torturam ex indicijs per teſtes ſingulares probatis, tunc Iudex debet multum temperare ſuum arbitrium,n.27. ibid.

Fallit in iudicibus Supremis,n.28. ibid,

Vnus teſtis de viſu facit indicium ſufficiens ad torturam,etiam in S.Officio,n.29.& 30. ibid.

Et quid in hoc caſu requiratur,n.31. p.332

Fallit quando reus eſt bonæ famæ,n.33. ibid.

Dictum ſocij criminis,non facit indicium ad torturam,n.36. ibid. Secus ſi eſſent plures ſocij,vel adeſſent adminicula,n.37. ibid.

Indicium ad torturam oritur ex confeſſione extraiudiciali,quod habet locum etiam in confeſſione Clerici facta coram laico,n.58.&59.p.334 Debet tamen eſſe veriſimilis clara,facta ſeriò plenè probata, n.60.& ſeq. ibid.

Fama ſola non ſufficit ad torturam,quia fallax,n. 64.& 65. ibid.

Plura indicia imperfecta,& remota plenè probata coniunguntur,ſecùs ſi non ſint plenè probata, niſi tenderent ad eundem finem, & eſſent ſubordinata, n.111.& ſeq. p.338

Non poteſt Princeps torquere abſque legitimis indicijs,n.118. ibid.

Abſque indicijs torquetur reus,qui non vult reſpondere,nec iurare,vel fingit fatuitatem vbi deciſio Senatus Sabaudiæ,n.119. ibid.

Sine indicijs datur tortura in aliquibus caſibus, n.121.& ſeq. ibid.

Indicicijs nouis ſuperuenientibus re,& ſubſtantiâ diuerſis à primis,reus de nouo torquetur,n.148. & 149. p.340

Indicia priora taliter per torturam intelliguntur ſublata,quod non poſſunt amplius deſeruire pro indicijs in ſecunda tortura,n.150.& 151. ibid.

Hoc probatur ex Farinacio,& alijs. ibid.

Ex indicijs indubitatis quando quis poſſit puniri pœnâ ordinariâ,n.9. p.330

Indicia noua, ad iterandam torturam de ſe ſola debent ſufficere,n.152. ibid.

An debeant eſſe vehementiora prioribus, num. 153. p.340

Cùm ſunt valde vrgentia,ſolet Reus torqueri interpellatis vicibus,n.154. ibid.

Purgantur per torturam,licèt data ſit per Iudicem Incompetentem,n.181 p.342

Priora ſublata per torturam amplius non deſeruiunt,alijs indicijs ſuperuenientibus,n.45. p.349

Indulgentia.

Indulgentiæ,& alia priuilegia ſpiritualia conceſſa familiaribus S.Officij,n.28. p.41

Contemnens Indulgentias & Eccleſiaſticos ritus, ſubditur iuriſdictioni Inquiſitorum,n.5. p.238

Indirecta.

Indirecta poteſtas temporalis, magis communiter admittitur in Papa,n.67.& 68 p.7

Et ſufficit ad conſtituendam Monarchiam Eccleſiæ,n.74.91.& 91. p.8.& 9

Infamia.

Infamiam contractam ob hæreſim,diſpenſatur à Supremis Inquiſitoribus,n.11. p.10

Infamia incurrunt hæretici,& priuationem bonorum,n.144. p.60

Qui abiurauit vt hæreticus non poteſt fieri Decurio,n.141. ibid.

Hanc infamiam,ſolus Papa,& Supremum Tribunal poteſt tollere,n. 146. ibid.

Infamia pari afficiuntur contrahentes binas nuptias,& bina ſponſalia,n.36. p.98

Infans.

Infans non examinatur, niſi ſit doli capax, num. 57. p.279

Infidelit.

Infidelis.

Infidelis,non eſt hæreticus,n.9. p.47

Dicitur ille,qui eſt dubius de fide,n.17 ibid. Vide verbo *Iudei & p.*1.tit.14. p.217

Non poteſt eſſe teſtis,niſi in caſibus exceptis, n. 25.& 26. p.268

Infirmitas.

Infirmitas,qualiter probetur,n.14. p.227

Inhabilis.

Inhabilis , ad ſcenſandum in cauſis fidei, num.5. pag.254

Et ad teſticandum , ſed cum ſua inhabilitate, num.73. p.271

Ad probanda adminicula hæreſis,n.75. ibid.

In teſte conſideratur inhabilitas de tempore iuramenti, & depoſitionis, n.76. p.272

Ad Reum,fuſtigatur,niſi qualitas perſonæ repugnet,n.6. p.317

Inimicus.

Inimici repelluntur à teſtificando etiam In cauſis fidei,n.2.& ſeq. p.266

Ab Accuſando verò eſt arbitrarium Inquiſitori, n.5.& 6. ibid.

Fallit in inimico non capitali,n.7. p.267

Quid de inimico reconciliato, n.8. ibid.

Quid de amico, vel conſanguineo inimici,num.9.

Quid de inimico inimicitiæ procurata, num.10. ibid.

Inimicus an ſit qui contra me teſtimonium dixit in cauſa criminali,n.11. ibid.

Probata cauſa inimicitiæ intelligitur probata inimicitia,n.12. ibid.

Inimicitia.

Inimicitia , quæ capitalis,& quæ non, num.87. pag 336

Non capitalis nec ad torturam , nec ad Inquiſitionem ſufficit,n 88. ibid.

Capitalis adminicula ſufficit ad torturam , n. 89. ibid.

Non adminiculata ſufficit ad ſolam Inquiſitionem,n.90.& ſeq. ibid.

In delictis occultis in praxi , ex ſola inimicitia capitali rei torquentur,n.93. ibid.

Quid dicendum de inimicitia reconciliata , n.94. ibid.

Debet probari per duos teſtes,n.95. ibid.

Innocentius.

Innocentius I. Arcadium Imperatorem depoſuit, num.60.83.& ſeq. p.7.& 8

Innocentia.

Innocentia rei quomodo probetur directè , n.9. pag 310

Quomodo per negatiuam coarctatam tam reſpectu rei,quam teſtium,n.10. ibid.

In ſtatu Mediolani teſtes ſuper negatiua examinantur ad præſentiam Aduocati Fiſcalis , num. 11. & 12. ibid.

Probatur per actus Religionis à Reo factos, num.13. ibid.

Inquiſitio.

Inquiſitionis delegatæ munus,confertur Patribus Ordinis Prædicatorum, in præcipuis Italiæ partibus,n.8. p.16

In Tuſcia & nonnullis Ciuitatibus Venetorum confertur Fratribus S.Franciſci.n.9. ibid.

Inquiſitio duplex eſt,alia generalis,alia ſpecialis, num.32. p.255

Ad Inquiſitionem ſpecialem , in delictis relinquentibus veſtigia poſt ſe requiritur , quod conſtet de corpore delicti,n.14. ibid.

Requiruntur etiam indicia ſufficientia,num. 15. ibid.

Debet eſſe clara,& continere omnes circunſtantias,& quid ſeruetur in Sancto Officio , num. 16. ibid.

Inquiſitores.

Inquiſitores Supremi , habent iuriſdictionem in omnes, n.8. p.10

Et ad eos recurritur, cum Ordinarius , & Inquiſitor non concordant In ferendis ſententiis, & in cauſis grauibus,n.9. ibid.

Cognoſcunt cauſas appellationum,num.10.ibid.

Diſpenſant in carcere perpetuo , & in infamia contracta ob hæreſim,n.11.& 12. ibid.

Poſſunt tradere brachio ſæculari confeſſarios ſollicitantes,ex teſtibus ſingularibus,n.13. ibid.

Quoties congregentur in hebdomada , & vbi n. 14. ibid.

Quos habeant officiales,n.15. ibid.

Inquiſitores, cur fuerint inſtituti,n.4. p.12

Non per hoc fuit ablata poteſtas Epiſcopis in hæreticos, n.7. ibid.

Quid poſſit vnus ſine alio , num.8.& ſequent. ibid.

Debent requirere Epiſcopos , & communicare eis proceſſus, n.16. p.13

Et quos Epiſcopos,an originis , domicilij vel delicti,n.17. ibid.

Quid agendum quando inter ſe diſcordant , n.18. ibid.

Inquiſitionis delegatæ munus,cæpit tempore innocentij III.n.1. p.15

Occaſione hæreſis Albigenſium, n.3. p.16

De hac hæreſi, & dogmatibus reiuiſcuè,num.4. ibid.

Inquiſitores olim eligebantur à ſuis Generalibus, & Prouincialibus,n.10. ibid.

Hodie vero à Sanctiſſimo vel per Breue,vel per litteras S.C.n.11. ibid.

Quomodocunque eligantur recipiunt iuriſdictionem immediatè à Papa.n.12. ibid.

Eorum ætas debet eſſe annorum 40. num.13. & 14. ibid

Et cur requiratur maior ætas in Inquiſitore,quam in Epiſcopo,n.14. p.17

Hodie non eſt neceſſaria ea ætas in ijs qui eliguntur à Papa,n.16. ibid.

Debent habere ſcientiam,n.19. ibid.

Debetent eſſe graduati,& legiſſe Thologiam per triennium,n.20. ibid.

Prudentes,n.23.& 26. ibid.

Eorum vita,& mores,n.27.& 29.ibid.In quo conſiſtat integritas vitæ quæ requiritur in Magiſtratu, num.30. ibid.

Non promouendi niſi functi ſint muneribus inferioribus n.47.& 48. p.19

Vbi inſigne dictum Protegis Neapolis , an eligendi ſint Theologi,an verò I.C.vbi ſequendus eſt mos Regionis,n.49.& 50. ibid.

Debetur eis titulus Reuerendiſſimatus ex Paramo,n.51. ibid.

Repræſentant Summum Pontificem , num. 52. ibid.

In cauſis fidei ſunt maiores quocumque ordinario,n.54. ibid.

Præcedunt Vicarios Epiſcoporum in cauſis S. Officij,n.57. ibid.

Quia habent maiorē dignitatem,n.58.& ſeq.ibid.

Cum

Quia habent maiorem dignitatem, n 58.& ſeq. ibid.

Cùm repræſentent Papam,n.61. p.20

Inquiſitores in concernentibus munus ſuum non ſubſunt Prælatis Ordinis,n.68.& ſeq. p.20

Vbi quid in concernentibus obſeruantias regulares,n.69. ibid.

Quid agere debeant Prælati Ordinis, ſi Inquiſitores delinquant extra munus Inquiſitionis, n.72. ibid.

Poſſunt agere contra omnes, excepto Papa, eius Nunciis, & Officialibus, ac Epiſcopis, num.73.& ſeq. p.21

Non poſſunt agere contra alios Inquiſitores, num.77. ibid.

Poſſunt agere contra Generalem ſui Ordinis, num.78. ibid.

Eorum iuriſdictio non expirat per mortem Papæ, num.79. ibid.

Poſſunt ſubdelegare cauſas fidei,n.80. ibid.

Sed ſubdelegati non poſſunt iterum ſubdelegare, num.81. ibid.

De excommunicatione lata in inquiſitores, ex Clementina *Nolentes & tam ipſorum.de hæretic*, n. 84. p.22

Et an ſit reſeruata,n.85. ibid.

Non poſſunt excommunicari per Delegatos Apoſtolicos, nec eorum Notarij, num. 87. & 88.

An poſſint declarari incidiſſe in excommunicationes Papales,n.89.& ſeq. ibid.

Vbi quid in aliis miniſtris S. Officij Inquiſitor, & eorum ſocij poſſunt ſe inuicem abſoluere à Cenſuris, in caſibus in quibus eorum Superiores poſſunt,n.92. ibid.

Poſſunt percipere diſtributiones quotidianas in abſentia,n 93. ibid.

Poſſunt concedere indulgentias,n.94. ibid.

Poſſunt interpretari Statuta contra hæreticos, num.95. p.23

Poſſunt capere hæreticos fugientes ad Eccleſiam,n.96. ibid.

Sunt immunes ab omnibus oneribus, num.97. Ibid.

Alia Inquiſitorum priuilegia remiſſiuè,num. 98. ibid.

Inquiſitorum munus finitur morte, num. 99. pag.23

An finiatur renunciatione,n.100. ibid.

Finitur etiam adeptione dignitatis incompatibilis,n.102. ibid.

Remouentur à ſolo Pontifice, & S.C. num. 104.

Aliquando transferuntur de loco ad locum, num,111. p.24

Inquiſitores poſſunt ſibi creare Vicarium Generalem,n.3. p.25

Qui debet eſſe annorum triginta,n.4. ibid.

Debet habere eaſdem qualitates, quas habet Inquiſitor,n.5.& 6. ibid.

Eius iuriſdictio pendet à conceſſione Inquiſitoris,n.7. ibid.

Quænam regulariter ei concedatur, num. 8. ibid.

Poſſunt ſibi eligere Conſultores,qui gratis conſulere debent, & de hac materia Conſultorum, vide verbo *Conſultores, & p.1.tit.*8. p.27

Non debent ſine ratione diſcrepare à votis Conſultorum,n.54. p.31

An teneantur ante ſententiam vota requirere, num 55. ibid.

Debent etiam ipſi reuoluere libros,n.56. ibid.

Nec mala conſilia Conſultorum eos excuſant, num.57. ibid.

Inquiſitores reuelantes ſecreta Sancti Officij non incidunt in excommunicationem,ſed peccant mortaliter,n.66. p.32

Inquiſitores habent fiſcum,num.17. p.34

Poſſunt ſibi eligere Fiſcalem,n.18. ibid.

Qui eligantur in Fiſcales in Inquiſitione Cremonæ,n.19. ibid.

Poſſunt compellere Aduocatos, & Procuratores ad defendendos Reos,n.9. p.37

Poſſunt creare Notarios, & alia de Notariis, & Cancellariis Officij,vide p.38.

Creant Vicarios, & de iſtis vide p.38

Inquiſitores poſſunt habere familiam armatam, num.1. p.40

Quales ſint eligendi,n.2.& 3. ibid.

De familiaribus S.Officij, vide late.p.39.Et verbo *Familiares.*

Poſſunt punire familiares,n.13.& ſeq. p.41

Quoad priuilegia procedunt à pari cum Epiſcopis, num.19.& 20. ibid.

Procedunt contra dubios de fide,n.18. p 48

Inquiſitores, & Epiſcopi poſſunt abſoluere in foro externo ab excommunicatione hæreſis, n.129. pag.58.

Nec iſta facultas eſt ſublata per Bullam Cœnæ, n.130. ibid

Secus eſt in foro interiori,n.131.& 136. ibid.

An poſſint mitigare pœnam carceris perpetui, n.177. p.64.

Quid ſi pœna fuiſſet impoſita à Supremo Tribunali,n.178. ibid.

Intra quantum tempus ſoleat diſpenſari, n.179. ibid.

Habent Iuriſdictionem contra pœnitentes non implentes pœnitentiam,n.16. p.68

Et an extendatur dicta iuriſdictio etiam ad cauſas Ciuiles.n.17.ibid. Sunt Iudices competentes legitimatis, quia Iudex cauſæ principalis eſt Iudex etiam Incidentium,& connexorum,n.83.& ſeq. p.104

Sunt Iudices contra eos,qui legunt, aut retinent libros hæreticorum,& etiam prohibitos ubi res laſciuas,vide verbo,*Libri,& p.1.tit* 10. p.154

Inquiſitores, ſunt Iudices comepetentes in ſortilegijs hæreticalibus,n. 34. p.173

Et ita practicatur in Hiſpania,n.35. p 174

Procedunt ſecundum aliquos contra Ægyptiacas, n.157. & 158. p.187. Hæ ſunt eijciendæ à finibus Chriſtianorum n.159.& ſeq.Vbi ponuntur Decreta Senatus Mediolani. ibid.

An poſſit procedere in cauſis lamiarum,ſine Epiſcopis,n.171. ibid.

Quomodo ſe gerere debeant cum mulieribus,quæ à fide apoſtatarunt,n.217. p.194

Procedunt contra aſſertores malarum propoſitionum,n.15.& ſeq. p.230

Et hoc,vti delegati,n.18.& 19. p.231

Poſſunt punire Iudæos habentes copulam cum Chriſtiana,n.13. p.219

Vbi declaratio S.C.& n.14.& 15. ibid.

Poſſunt etiam punire Iudæos in multis alijs caſibus contentis in Bulla Gregorij XIII.*Antiqua Iudæorum*,n.16.& multis ſeq. p.220

Et an iuriſdictio per dictam Bullam conceſſa, ſit priuatiuè quoad laicos,n.38.& 39. p 223

An poſſint reum capere in alieno territorio, n. 28. p.259

Poſſunt reum examinare quoties volunt,num.36. p. 260.

Non debent eſſe moleſti in examine, ſed humani, n.37.& ſeq. ibid.

Ex officio debent inquirere, etiam reo non opponente de qualitate teſtium, n.66.& 67. p.287

Inquiſitores reſeruant ſibi in ſententijs ius mitigandi, & augendi pœnas, n.16. p.345

Quod eſt priuilegium inſigne, n.17.& 10. ibid.

Et ratio eſt, quia poſt latam ſententiam Iudex nec augere, nec minuere poteſt pœnam, n.18. ibid.

Quod non habet locum in Inquiſitoribus Hiſpaniæ, n.19. ibid.

Non poteſt tamen hoc facere ſine Epiſcopo, n.21. ibid.

Inquiſitores, debent eſſe clementes in imponendis pœnis, n.91. p.363

Fallit in hæretico impœnitente, num. 92.& 93. ibid.

In pœnis tamen certis à Iure inflictis, nullum habent arbitrium, n.100. ibid.

Quando cœperint eſſe, n.9.& ſeq. p.368

Quæ poſſint ſine Epiſcopis & ècontra, n.8.& ſeq. ibid. Quomodo procedant in cauſis fidei in Hiſpania num.13. ibid.

Poſſunt molestare reos pœnâ pecuniariâ, num.6. pag.371. ibid.

Fallit in Italia, n.7. ibid.

Non poſſunt hodie committere vices ſuas, cùm habeant Vicarios, n.1. p 372

Supremi Hiſpaniæ creantur à Papa per Breue, ad nominationem Regis, n.3. ibid. Supremus verò aliorum habet iuriſdictionem delegatam, num.4.& ſeq. ibid.

Idem de Inquiſitoribus Italiæ, qui per Breue creantur, n.7. ibid.

Idem de alijs, qui deputantur per literas, S.C.n.8. 9.& 10. ibid.

Inſordeſcentia.

Inſordeſcentia in excõmunicatione, hæc materia latè tractatur *p.3.tit.8.per totum* p.141. Et verbo *Excommunicationis grauitas.* ibid.

Inſtitutio.

Inſtituens hæreticum, eſt ſuſpectus de hæreſi, n.71. pag.89.

Integer.

Integra reſponſio teſtis, & interrogatio ſcribenda ſunt per Notarium, n.26.& 17. p.283

Intellectus.

Intellectus Extrauagantis, *Vnam Sanctam, de maiorit.& obed.*n.67.& 89. p.6.& 7

Interlocutoria.

Interlocutoria de torquendo, proferenda eſt, n. 160. p.341

Interrogare, & Interrogatoria.

Interrogatoria ſuggeſtiua, non ſunt per Iudicem facienda, n.51. p.260

Nec interrogandus reus extra ea de quibus grauatur, n.52. ibid.

Modus interrogandi reos remiſſiuè, n.53. p.261

Interrogare debent Inquiſitores ex Officio ſuper inimicitia, tam reos, quàm teſtes, n.13. p.267

Interrogatoria non admittuntur in criminalibus, & maximè Mediolani, n.69.& 70. p.287

Admittuntur tamen in S. Officio tam pro fiſco, quàm pro reo, n.71. ibid.

Et ita ſeruatur in Supremo Tribun. Inquiſit. Romæ, n.71. vbi de ratione. ibid.

Interrogandus non eſt reus in tortura de nouo ſuper omnibus, ſed bis, vel ter interrogandus, & monendus, quòd veritatem liberè fateatur, n.35. & 36. p.316

Interrogatus in vltimo conſtituto ante torturam, enumeratis omnibus contra eum reſultantibus monetur, vt veritatem fateatur, n.87. ibid.

Quando Reus ſit in ſpecie interrogandus, n.38. ibid.

Interrogatio ſuggeſtiua annullat confeſſionem, num.39. ibid.

Inuenire.

Inuentio alicuius penes patibulum, quale indicium, n.196. 192

Inuocatio.

Inuocans Dæmonem, cum adoratione latriæ, vel duliæ eſt hæreticus, & quando habeatur pro ſuſpecto, vbi plura exempla, numer. 56. pagina 176

Ad facienda miracula, committit ſacrilegium hæreticale, n.58.& ſeq. p.177

Inuocans ad ſciendum ea, quæ ipſe poteſt naturaliter ſcire quando committat hæreticale ſortilegium, n.61.& 62. ibid.

Inuocans ſine cultu, n.63. ibid.

Ioannes.

Ioannis Romani Pontificis egregia ſententia. Antelud.n.22.

Iocus.

Ioco proferens verba hæretica, an ſit hæreticus, n.69. p.52

Subditur Inquiſitori, n.70. ibid.

Reus debet probare ſe protuliſſe ea ioco, n.72. ibid.

Ira.

Ira, excuſat blaſphemantem ab abiuratione, & pœnis, ſi ſtatim pectus obtuderit, aut coram audientibus dixerit, *Domine miſerere*, num.75. pag.1 8

Iracundia.

Iracundia facit delictum mitius puniri, num. 31 pag.312

Conſideranda cauſa iræ, n.32. ibid.

Inquiſitor, non debet eſſe facilis ad admittendam excuſationem iræ, n.33. ibid.

An excuſet in materia Iniuriarum, & de intellectu *l.ſi non conuicij, C.de iniurijs*, n.34. ibid.

Irregularitas.

Irregularitas incurritur ob hæreſim, num. 136. pag.59

Et durat etiam poſt pœnitentiam hæretici, n.137. ibid.

Habet locum etiam in Fautoribus, num. 138. ibid.

Impedit ſuſceptionem Ordinum, & eorum exercitium, n.139 ibid.

An Epiſcopi poſſint diſpenſare ab hac irregularitate, vigore Tridentini, num. 140.& ſequent. ibid.

Iſaias.

Iſaiæ locus, *c.* 60. *verſ.* 42. declaratur, Antelud num.29.

Italia.

Italia præſeruatur ab hæreſibus per S.Officium, Antelud.n.46.

Iubilæum.

Iubilæi aut Cruciatæ vi nullus poteſt abſoluere, ab hæreſi, n.133. p.59

Iudæus.

Iudæi fuerunt eiecti à Regibus Catholicis. Antelud.n.55.

Iudæi baptizati, ex quibus præſumantur defeciſſe à fide n.12. p.74

Quo ritu Iudæi recipiunt Chriſtianos Apoſtatas, num.11. ibid.

Iudæi, ſunt infames, & cur expulſi à Regibus Hiſpaniæ, num. 1. p. 218

Vbi per totum titulum de Iudæis, & aliis infidelibus; an ſint hæretici, & qualiter num ibid.

Non ſubduntur Inquiſitoribus, niſi in caſibus à iure expreſſis, num 4. ibid.

In delictis ſecularibus ſubduntur Iudicibus laicis, & quid in delictis Eccleſiaſticis aut mixtis, num. 5. & ſeq. ibid.

Sunt ſub dominio & poteſtate Papæ, num. 12. pag. 219

Iudæi, ſi carnaliter cognoſcunt Chriſtianam puniri poſſunt per Iudicem Eccleſiaſticum, num. 8. & ſeq. ibid.

Vbi deciſiu S.C. poſſunt in multis caſibus puniri per Inquiſitores, num. 16. & multis ſeq. p. 220

Imagines conſpuentes, an ſubdantur Inquiſitoribus, num. 35. p. 222

Quid de abradentibus ab eorum Bibliis verba, quæ Chriſto conuenire poſſunt, num 36. p. 223

Quid de facientibus ſibi accendi ignem in die ſabbati à Chriſtianis, num. 37. ibid.

Qualiter torqueantur, & abluruent, num. 40. & ſeq. ibid.

Quibus pœnis puniantur, & an poſſint ab Inquiſitoribus ſine Epiſcopis puniri, num. 44. p. 224

Paruuli Iudæorum, aut inuitis parentibus poſſint baptizari, num. 45. ibid.

Communio cum Iudæis in pertinentibus ad Religionem eſt illicita, & quid in pertinentibus ad alias res, num. 46. & 47. ibid.

Fidelis communicans cum Iudæo, ſi habet errorem in intellectu, incurrit in excommunicationem Bullæ Cœnæ, vbi quid ſi peccauit ex contemptu, num 48. ibid.

Quomodo ſe gerere debeat confeſſarius, cum his, qui communicant cum Iudæis, num. 49. p. 225

Qui Doctores videndi in hac materia, num. 50. ibid.

Iudæi non poſſunt eſſe teſtes, niſi in criminalibus exceptis omn. 25. p. 268

Quomodo debeant iurare, num. 27. & 28. ibid.

Iudex.

Iudices laici tenentur ſtatim exequi ſententias Inquiſitorum contra hæreticus latas, nec poſſunt vllo modo ſe ingerere in cauſis, etiam ſub prætextu violentiæ, vbi de zelo Senatus Mediolani in exequendis ſententiis contra relapſos, & Impœnitentes latis ab Inquiſitoribus, num. 44. p. 70

Competentes delicti conſumati, ſunt etiam competentes attentati, num. 46. & ſeq. p. 99

Cauſæ principalis ſunt Iudices omnium incidentium, num. 84 p. 104. Hæc procedunt in Iudice Eccleſiaſtico, ſecus in laico, num. 89 & 90. p. 105. Vbi redditur ratio. an poſſint ſupplere pœnam blaſphemo, vbi iudex Eccleſiaſticus impoſuit leuem, & qualiter. num. 15. & 16. p. 130

Cui fuerunt relaxati celebrantes non Sacerdotes, an teneantur eos morti tradere, num. 30. p. 166

Poſſunt Iudices puniri per Inquiſitores, ſi non exequantur eorum ſententiam, num. 31. ſunt incapaces in crimine hæreſis, num. 15. p. 357

Iudices, vti debent in tortura ſate ſcientiæ, & conſcientiæ, num. 216. p. 594

Inferiores, non poſſunt damnare ad mortem ex indiciis etiam violentis, num 264. p. 201

Supremi poſſunt punire obloquentes de ſe, ſecus eſt in iudicibus Inferioribus, num. 27. & ſeq. & n. 34. pag. 236

Quo quando iniuria eſt notoria puniuntur ſine proceſſu, laici ingerentes ſe in cauſis hæreſis, quas pœnas incurrant, num. 54. p. 246

Competentes carcerati, qui ſe occidit, ſunt Inquiſitores, num. 87. p. 145

Non poſſunt vti ſimulationibus, ad eruendam veritatem, num. 50. p. 260

Nec interrogationibus ſuggeſtiuis, num. 51. ibid.

Nec interrogare extra ea, de quibus grauatur reus, num. 52. ibid.

Iudices an poſſint eſſe teſtes, num. 63. p. 275

Iudices in dubio iudicare debent non eſſe locum torturæ, num. 14. p. 331

Et quando deuenitur ad torturam ex indiciis probatis per teſtes ſingulares, tunc Iudices debent multum temperare ſuum arbitrium, num. 27. ibid.

Hoc fallit in Supremis iudicibus, num. 28. ibid.

Iudices à quibus, quam Iuriſdictionem habeant poſt admiſſam appellationem, num. 6. p. 364

Laici tenentur exequi ſententias contra hæreticus, num. 8. ibid.

Poſtquam functi ſunt officio ſuo, non poſſunt amplius in cauſa ſe ingerere, num. 2. p. 389

Iuramentum.

Iuramentum ſecreti, in cauſis S. Officij præſtare debet Vicarius Epiſcopi, & Capituli Sede Vacante, num. 15. & ſeq. p. 25

Formula iuramenti præſtandi per Conſultores, remiſſiuè, num. 65. p. 32

Præſtant Cuſtodes S. Officij, & quale, num. 2. & 11. p. 42. & 43

Forma, iuramenti miniſtrorum laicorum Regis Hiſpaniarum, num. 32. p. 65

Quod tenebunt Catholicam Romanam fidem, n. 33. p. 85. quod nulla modo communicabunt hæreticis, n. 34 ibid.

Quod non habebunt in familia hæreticus, vel eorum fautores, num. 35. ibid.

Quod obſeruabunt priuilegia Miniſtrorum Inquiſitionis, & familiarium S. Officij, num. 36. ibid.

Quòd mandata Inquiſitorum exequentur, n. 36. ibid.

Iurare debent teſtes, cùm ſine iuramento non probent, num. 1. p. 281

Et debent tangere Euangelium, etiam ſi ſint Clerici, num. 2. & ſeq. ibid.

Non habentes manus quomodo iurare debeant, num. 6. p. 282

Monendi ſunt de Importantia iuramenti, num. 8. ibid.

Iuramentum quomodo ſcribendum à Notario, num. 15. ibid.

Iuriſdictio.

Iuriſdictio temporalis Papæ indirecta, ſecundum Suarez eſt ſpiritualis, ſecundum Anguian. mixta, ſed verius eſt eſſe ſimpliciter dicendam iuriſdictionem temporalem, num. 91. & 92. p. 9

Iuriſdictionem in omnes habent Inquiſitores ſupremi, n. 8. p. 10

Iuriſdictio Epiſcoporum in hæreticos, an ſit ordinaria, vel delegata, num. 2. p. 12

Inquiſitorum eſt immediatè à Papa, num. 12. pag. 16

Ordinarij eſt maior, quàm ſit Vicarij Inquiſitionis, num. p. 26

Carena de Offic. Inquiſit.

Ius.

Ius naturæ, quot modis dicatur habere aliquid contra ſe, num. 10. p. 94

Ius deliberandi, tam datur hæredi extraneo, quàm ſuo, num. 133. p. 184

Iuſſio.

Iuſſus Superioris, quando obliget, num. 78. & ſeq. pag. 325

Iuſtus.

Iuſti in hac vita cur affligantur, & peccatores proſperentur, & declaratur Pſalm. 72. Anteł. num. 16.

L.

Laicus.

Laicus Iudex, eſt incapax Iuriſdictionis in hæreticum, & Apoſtatam cum agitur principaliter de quæſtione facti, num. 15. p. 75

Quæſtio facti habet admixtam quæſtionem iuris, num. 16. & ſeq. ibid.

Quomodo poſſit cognoſcere de exceptione excommunicationis num. 21. ibid.

Laicum percutiens, credens eſſe Clericum, an incidat in excommunicationem, *c. Si quis ſuadente diabolo*, num. 74. p. 53

Legere.

Legens, aut retinens libros hæreticorum, vel contra bonos mores quas pœnas incurrat, & multa alia in tali materia, vide verbo, *Libri, per totum. & p. 2. tit. 10. per totum,* p. 154. & ſeq.

Legitima.

Legitima hæretici delinquentis, quando tranſeat in Fiſcum, num. 151 p. 61

De iure proprietatis, vſusfructus, & commoditatis fructuario, num. 152. & de fideicommiſſo, n. 153. ibid.

Legitimus.

Legitimi an ſint filij nati ex matrimonio Polygamo, num. 74. p. 104

Et quid de filiis natis ex matrimonio putatiuo, num 75. ibid.

Exiſtente bona fide in altero ex coniugibus, filij nati ex matrimonio putatiuo ſunt legitimi, quoad honores, fideicommiſſa, & alia omnia, de qua materia legitimitatis filiorum ſimilium latè, n. 76. & ſeq. ibid.

An Inquiſitores ſint Iudices legitimitatis n. 83. ibid.

Legitimitatis cauſa non eſt merè laicalis, num. 86. p. 105. in Curia Archiepiſcopali Neapolitana ſimilis cauſa fuit deciſa, num. 88. ibid.

Cur Iudex Eccleſiaſticus poteſt eſſe Iudex cauſæ laicalis ratione connexitatis, vel incidentiæ, & laicus non poteſt eſſe Iudex cauſæ ſpiritualis, num. 89. & 90. ibid.

Lex.

Leges politicas potuiſſet promulgare Chriſtus vt homo & ad hoc allegantur plura ſcripturæ loca, num. 23. 24. & ſeq. p. 4. vbi probatur, ea non poſſe explicari de Dominio, & Regno Spirituali.

Leges aliæ ſunt fauorabiles, aliæ odioſæ, num. 10. pag. 109

L. 3. C. de Apoſtatis declaratur, num. 23. p. 76

L. Barbarius ff. de Offic. Præſid. non habet locum in materia Sacramentorum, num. 55. & 56. p. 79

L. Cretionum. C. de Iure deliberandi, latè examinatur, num. 130. & 131. p. 184

L. 2. C. de hæretic. declaratur, num. 10. p. 262

L. ſi non conuitij. C. de Iniuriis, declaratur, num. 34. p. 322

L. ſi quis §. ſi cum omnes. ff. Ad Syllanum, num. 24. p. 167

L. Item eorum. §. Decuriones. ff. quod cuiuſque vniuerſit. declaratur, num. 10. p. 372

L. Cum quædam puella, ff. de iuriſdictione, omn. Iudic. declaratur, num. 3. & ſeq. p. 373

L. Abſentem de pœnis, declaratur, num. 1. & 2. pag. 374

L. ſi quis rem, ff. de cuſtodia reorum, declaratur, num. 9. p. 375

L. Sancimus, C. de fideiuſſ. declaratur, num. 10. ibid.

L. De recuperatoribus, adducitur, & declaratur, num. 7. p. 387

L. aut damnum, §. ſolent. ff. de pœnis, declaratur, num. 6. p. 389

L. qui ea mente, ff. de furtis, declaratur, num. 8. pag. 392

Lex fundata in præſumptione, ceſſante præſumptione quando ceſſet, num. 32. & ſeq. p. 158

An ceſſet in conſcientia, num. 56. p. 161

Leno.

Lenones, vti infames repelluntur à teſtimonio ferendo, præterquam in criminibus exceptis, num. 29. & 30. p. 268

Libri.

Libri hæreticorum poſſunt ab Eccleſia prohiberi, & an à Principe laico, num. 1. p. 154

Legentes eos incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ, num 2. p. 155

Fallit in legente libros infidelium, num. 3. ibid.

Sufficit ad incurrendam excommunicationem, quòd liber ſit hæretici, licèt nondum damnati, n. 4.

Ligat legentes libros ſchiſmaticorum, ſcolia hæreticorum, & etiam librum hæretici in parte bona, num 5. & 6. ibid.

Vbi de legente libros Armenorum, & Græcorum, quæ requirantur ad incurrendam dictam excommunicationem, num. 7. & ſeq. ibid.

Paruitas materiæ, an excuſet ab hac excommunicatione, num. 10. ibid.

An eam incurrant Epiſcopi Cardinales, & Generales Religionum, num. 11. ibid.

An Inquiſitores, & eorum Commiſſarij, num. 12. & ſeq. p. 156

Vbi de reuocatione licentiarum legendi libros vetitos, extant multæ excommunicationes latæ contra legentes dictos libros hæreticorum, num. 16. pag 156

Legentes libros prohibitos ſubduntur Inquiſitoribus ob hæreſim, vel ſuſpicionem falſi dogmatis, num. 17. ibid.

Legentes libros laſciuos ſubduntur de iure communi Epiſcopis, ſed ex ordine ſupremi Tribunalis procedunt etiam Inquiſitores num. 18. & ſeq ibid.

Legentes, & retinentes libros hæreticos, qualiter ſint de hæreſi ſuſpecti, n. 22. & ſeq. p. 157

Quid ſi huiuſmodi libri reperiantur penes hæredem, num. 27. ibid.

Retinens librum hæretici, animo confutandi errores, non eſt ſuſpectus de fide, num. 28. pag. 158

Puniri tamen ab Inquiſitoribus, eo quod retinuerit ſine licentia, num. 29. ibid.

Eſt etiam abſoluendus ab excommunicatione Bullæ Cœnæ, num. 30. ibid.

Hæred

Hæreticus, qui compoſuit librum hæreticum, & poſtea eum legit ſine licentia, vt eum confutet, duplicem excommunicationem incurrit, num. 31. ibid.

Librorùm hæreticorum ſcriptores, eoſdem aſportantes ad partes Catholicorum, corrumpentes libros Catholicorum, & imprimentes libros hæreticorum, ſunt ſuſpecti de hæreſi, num. 36. & ſeq. ibid.

Retentio libri hæretici, num ſit indicium ad torturam, & quando, num. 40. & ſeq. p. 159

Debent abiurare, & qualiter, num. 44. & ſeq. ibid.

Quid ſi contineant ſolùm propoſitiones temerarias, num. 47. p. 160

Quid de negantibus ſe libros hæreticos, penes ſe repertos legiſſe, num. 48. ibid.

Tria in hac materia notanda, vbi Deciſ. Senatus Mediolani, num. 49. ibid.

De pœnis horum Reorum latè, num. 49. ibid.

Libri an poſſint per Epiſcopos, & Inquiſitores prohiberi in ſuis Diœceſibus, num. 51. p. 160

Quomodo ſe gerere debeat Confeſſarius, cum huiuſmodi reis, num. 52. & ſeq. ibid.

Percurrens oculis librum hæreticum, eſt excommunicatus in Bulla Cœnæ, num. 54. p. 161

Legens, vel retinens libros contra bonos mores peccat mortaliter, num. 55. ibid.

Libri hæretici ſunt conſignandi S. Officio, antequam reus abſoluatur, num. 57. & ſeq. ibid.

Vbi de libris contra bonos mores,

Pœnitens, an ſatisfaciat conſignando huiuſmodi libros Ordinario loci, num. 61. ibid.

Monitio Ordinariis locorum, num. 62. ibid.

Vbi huiuſmodi libri eſſent conſignati Ordinario, teneretur Ordinarius eoſdem conſignare S. Officio, num. 63. p. 61

De legente, & retinente libros hæreticorum, num. 13. & num. 15. p. 379. Ponuntur duo dicta D. Hieronymi, ibid.

De libris, Pentaculis, & aliis inſtrumentis repertis penes aliquem, & de praxi procedendi contra ipſum, num. 177. & ſeq. p. 189

Licentia.

Licentia conceſſa ab vno Inquiſitore, legendi librum prohibitum, vel ſuſpenſum, an ſuffragetur in aliena Diœceſi, num. 51. p. 160

Licentiam comedendi carnes, diebus prohibitis, quis poſſit concedere, num. 6. p. 226

Locutio.

Locutio ſagæ, cum dæmone, num. 195. p. 192

Ludus.

Ludus prohibetur iis, qui ſolent blaſphemare in ludo, num. 74. p. 138

Lutra.

Lutra, volgò *lodria*, & alia ſimilia animalia, de quibus dubitatur num ſint piſces, an comedi poſſint in diebus prohibitis, num. 6. verſ. *quari*, p. 226

M.

Machinatio.

Machinatio ſola in crimine, an ſufficiat, num. 51. & ſeq. p. 251

An requiratur actus proximi, vel ſufficiant remoti, num. 53. ibid.

Magiſtratus.

Magiſtratus, debent conferri Viris Doctis, n. 11. pag. 17. & prudentibus, num. 23. & 26. ibid.

Et integræ Vitæ, num. 28. & 29. ibid.

Et in quo conſiſtat hæc integritas Vitæ, num. 30. ibid.

A quibus cauere debent electi in magiſtratum, num. 31. p. 18

Ciues arcendi ſunt à magiſtratu exercendo, n. 32. ibid. An debeant imitari Moyſen, qui recuſauit munus a Deo ſibi demandatum *Exod* 5. an Iſaiam, qui c. 47. vltrò ſe obtulit Deo, num. 39. ibid.

Deberent examinari, & rigoroſè, num. 40. ibid.

Et neceſſaria de hoc eſſet pragmatica, num. 41. & ſequent. ibid.

Quid ſeruaret Couarruuias Præſes Caſtillæ in eligendis Magiſtratibus, num. 45. p. 19

Quid dixerit Philipus III. dum moreretur, circa electionem Officialium, num. 46. ibid.

Magiſtratus præſumũtur boni, quando diliguntur à probis, & timentur à malis, num. 15. p. 27

Eligi debent prædιti virtute, num. 10. p. 28

Debent ſeruare ſecretum num. 58. p. 32

Et quid acciderit Senatori Bellonn ea reuelatione vnius ſententiæ capitalis nondum publicatæ, num. 59. ibid.

Magiſtratibus, deputanda ſunt ſalaria, num. 2. p. 371 de Iure tenerentur Epiſcopi, num. 8. ibid.

Magia.

Magiæ profeſſores, num. 139. p. 184

Maior pars.

Maior pars Cardinalium, quod ſtatuit, intelligitur decretum à tota Congregatione, & idem ſi duo, aliquibus abſentibus, num. 1. & 6. p. 10

Maioratus.

Maioratus, quando tranſeat in filios hæretici, num. 168. & 169. p. 63

Maledicta.

Maledicta præſumuntur malè præmeditata. n. 24 pag. 163

Malefica.

Malefica, non eſt ſtatim carceranda, ſed aliqua prius conſideranda, num. 206. p. 193

Perquiſitio domus maleficæ, quando, & quomodo facienda, num. 207. ibid.

Separatim cuſtodienda, num. 210 ibid.

Quomodo interroganda & de ordine proceſſus, num. 212. ibid.

Malefici pueri quomodo puniendi, num. 272. pag. 201

Malus.

Malus ſemel, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali, & de ratione, num 12. & 13. p. 163

Ex malefactis oritur coniectura malæ credulitatis, num. 27. & 28. ibid.

Mandans.

Mandans confeſſario, vt ſollicitet, non comprehenditur in Bulla Gregoriana, n. 38. p. 113

Talis tamen mandans ſubditur foro Inquiſitorum, num. 40. & ſeq. ibid.

Ratio eſt quia mandans eſt de foro mandatarij, num. 41. & 43. ibid.

Delictum mandantis, & mandatarij eſt vnum, num. 42. ibid.

Et hoc ratione connexitatis num. 44. 45. ibid. & p. 118. Nec Doctrina Dianæ & Trimarchi habet locum in hoc caſu, num. 46. p. 114

Quæ dicuntur de mandante proportionaliter dicenda ſunt de aliis cooperantibus confeſſario, n. 49. pag. 114.

Mandans comprehenditur in Statuto loquente In rem, num. 166. p. 201

Secus ſi loquatur in perſonam, n. 167. ibid.

Ideò mandans homicidium proditorium, non excluditur ab immunitate Eccleſiaſtica, quia Bulla Gregorij XIV. loquitur in perſonam num.168. & 269. ibid.

Et quomodo ſit puniendus remiſſiuè, num. 271. ibid.

Deciſio Senatus Mediolani, in materia mandatariorum, num.277. p.202

Mandans, ſi mandatum reuocauit, an ſubdatur Conſtitutioni, *Si de protegendis*, num.54. p.211

Et quid quoad excommunicationem, num.54. & ſequent. ibid.

An talis reuocans mandatum debeat puniri, ſaltem pœna extraordinaria, num.59. & ſeq. p.212

Mandanti, an proſit ſententia lata pro mandatario, num.101. p. 327

Maritus.

Maritus, tenetur denunciare vxorem hæreticam, num.9. & 10. p.147

Mauri.

Mauri fuerunt eiecti à Regibus Catholicis, Amelud. num.54.

Matrimonium.

Matrimonium ſecundum, non contrahitur niſi habito certo Nuntio, num.24. p.96

Et praxis Curiarum Eccleſiaſticorum in hac materia, num.25. ibid.

Contrahens ſecundum, non ſeruatâ formâ c. *Dominus, de ſecundis nuptiis*, non obſtante longa abſentia viri, an ſubdatur iudicio Inquiſitorum, num. 26.& ſeq. ibid.

Contrahens ſecundum ob prætenſam nullitatem primi, nondum tamen declaratam, an ſubſit Inquiſitoribus, num 30.& 31. p.97

Vbi, an talis ſic contrahens poſſit excuſari ab abiuratione, & quid ſi ſecundum ſit nullum, quid de contrahente ſponſalia, viua prima vxore, num.32. & ſequent. p.98

Primum, & ſuperuiuentia primæ vxoris probanda ſunt in delicto Polygamiæ, num.51.& ſeq. p.100

Ex matrimonio putatiuo interueniente bona fide, ſaltem vnius ex contrahentibus, an filij ſit legitimi, vbi late, num.75.& ſeq. p. 104

Quid de natis ex matrimonio clandeſtino, n. 81.& 82. ibid.

Matrimonium ſub conditione de præterito, quæ ſit falſa, vitiatur, num.52. p.134

Medium.

Media conducentia ad finem, conceſſa intelliguntur, conceſſo fine, num.69. p.7

Medicus.

Medici, qua cautela examinandi, num.208. p. 193

Medicorum indicia fallacia, num.209. ibid.

Hæbrei operà vtentes, quas pœnas incurrant, num.19. p.235

Membrum.

Membrorum ſuorum nemo eſt dominus, num.83. pag.245.

Memoria.

Memoria defuncti, intra quantum tempus poſſit damnari num.3. & ſeq. 250

Occidens ſeipſum in carcere, an poſſit damnari, num.8. p.251

Mendacium.

Mendacia rei, an ſufficiant ad torturam, num. 98. pag.335

Menochius.

Menochius confutatur, in materia polygamiæ, num.8.& 9. p.94

Mentio.

Mentio honorifica, Reu. Patris Io. Baptiſtæ à Martinengo Inquiſitoris Cremonæ, num.17. p.57

Reu. Magiſtri Baptiſtæ à Sexcula, num.13. p.23

D. Marci Antonij Amidani, num.30. p.49

Meretrices.

Meretrices, & lenones vti infames, repelluntur à teſtimonio, præterquam in criminibus exceptis, num.29.& 30. p.268

Metus.

Metus illatus confeſſario à muliere, an eum excuſet à pœnis ſollicitantis, num 94.96.& 97. p. 124

Mitiùs eſt puniendus, num.98. p. 125.

Non tamen euadit omnem abiurationem, num.99.

Cadens in virum conſtantem, excuſat non denuntiantem, num.45. p.153

Quando minuat pœnam in delictis, remiſſiuè, num.49. p.323

Miles.

Milites Germani hæretici, hoſpitantes in aliqua Diœceſi cogendi ſunt obſeruare monita S. Caroli, ne alios inficiant, num.25. p.236

De conſuetudine torquentur, non tamen militum ductores, num.134. p.339

Minæ.

Minæ, quando ſufficiunt ad torturam, n96. p. 336

& quid ſeruetur, num.97. ibid.

Miniſter.

Miniſtrum S. Officij ſe eſſe fingens, quomodo puniatur, num.53. p.240

Punitur pœna triremium, num.57. p.359

Minor.

Minoribus, regulariter pœna minoratur, num. 80. pag.138

Fallit ſecundum aliquos in crimine blaſphemiæ, num.81. ibid.

Exemplum D. Gregorij, & puerorum, qui irriſerunt Eliſeum, num.82. ibid.

Minor 25. annis, & maior 20. eſt idoneus teſtis, num 47. p.270

Quid de minore 14. annis, num.48. ibid.

Fallit, quando veritas aliter haberi non poteſt, num.49. ibid.

Et quid probet talis depoſitio, n.50.& ſeq. ibid.

Minor, in delictis mitiùs punitur, & ita obſeruatur Mediolani, etiam in atrocioribus, num. 20. & 21. p.321

Deciſio Senatus Mediolani, num.22.& 23. ibid.

Minor, & etiam impubes doli capax hæreticus pertinax, punitur pœna ordinaria, num.24. ibid.

Secus ſi ſit pœnitens, num.33. ibid.

Abiurat cum clauſula citra pœnā relapſi, n.26. ib.

Deprehenſus in hæreſi in maiori ætate, an mitiùs puniendus, num. 27. ibid. Minoribus minuitur pœna in aliis delictis ſpectantibus ad Sanct. Offic. num.28 & ſeq. p.322

Minor 14. annis, an poſſit torqueri n. 138. p. 339

Et quid in S.Officio, num.140. ibid.

Deciſio Senatus Mediolani, num.139. ibid.

Miraculum.

Miracula non ſunt inducenda, niſi cogente neceſſitate, num.12. p.3

Miſſa.

Miſſam celebrantes, & Sacramentum pœnitentiæ adminiſtrantes cum non ſint Sacerdotes, puniuntur morte naturali, num. 19. & 47. p.347. & 359

Modus.

Modis tribus proceditur in S.Officio, n.1. p.254

Per accuſationem receſſit ferè ab Aula, n.4. ibid.

Per denunciationem eſt frequens in S.Offic. n. 10. pag.254

Modus procedendi contra hæreticos abſentes ex c. *Cum contumacia, de hæretic. in 6.* num.55. p. 149

Quomodo

Quomodo procedatur in forma ordinaria, num. 56. ibid.

Monachus.

Monachus, an poſſit eſſe teſtis contra Laicum, num. 72. p. 171

Monarchia.

Monarchia, eſt melius regimen, num. 56. & 78. pag. 7. & 8.

Monarchiæ Hiſpaniæ inſtitutæ ſunt prudentiora Inſtitutis Reipublicæ Romanæ Antelud. num. 51.

Cuius cauſa eſt cultus veræ Religionis, & inſtitutio S. Officij, num. 51.

Monitio.

Monitum ad Inquiſitores, & eorum Vicarios, num. 14. p. 27.

Mors.

Mors naturalis de Iure Ciuili eſt pœna blaſphemi, num. 90. p. 159

Quæ tamen in praxi non obſeruatur, num. 91. ibid. & quid ſeruetur per Senatum Mediolani, num. 92. ibid.

Dicitur vltimum ſupplicium, cuius tres ſunt gradus, nom. 1. p. 354

Quæ genera colloeentur in primo grado, num. 2. ibid.

Quæ in 2. nom. 3. & quæ in 3. num. 4. ibid.

Mortis Articulus facit ceſſare reſeruationem caſuum, & an ceſſante periculo debeant ſe præſentare ſuperiori, num. 134. p. 59

Mortuus.

Mortui memoria, quando ſit damnanda, p. 2. *tit.* 19. *per totum.* p. 250

Mortuos venerantes, ante eorum Canonizationem, vel Beatificationem, quomodo puniendi, & iatè de Canonizatione, & Beatificatione, num. 37 & ſeq. p. 219

Mortui teſtes, non tepetiti probant, & de hoc Deciſio Senatus Mediol. num. 47. & 48. p. 285

Mora.

Moræ purgatio fideiuſſorum qualis, ex Deciſione Senatus Mediol. num. 12. & ſeq. p. 375

Mulcta.

Mulcta, quando poſſit per fiſcum acceptari, repudiata confiſcatione, & multa alia circa hanc materiam, num. 159 & ſeq. p. 62. & verbo *Fiſcus.*

Mulier.

Mulier ſollicitata, tenetur denunciare Confeſſarium ſollicitantem; etiamſi conſenſerit ſollicitationi, etiam omiſſa correctione fraterna, num. 111. & ſeq. p. 126

An poſſit abſolui à regularibus vigore ſuorum priuilegiorum ſi non denunciauit Confeſſarium ſollicitantem in termino edicti Inquiſitorum, ob idque eſt excommunicata excommunicatione edicti num. 114. ibid.

Qualitates mulierum, ſunt perpendendæ in ſollicitatione, num. 54. & 55. p. 118

Vbi de variis adminiculis in hoc crimine. ibid.

Ad illæ quæ Confeſſarijs conſenſerunt, ſint teſtes idoneæ num. 56. ibid.

Duæ mulieres in hoc crimine ſollicitationis non conuincunt, & quot requirantur, num. 58. & ſeq. pag. 119.

Mulier honeſta denuncians, non facit indicium ad capturam, nec ad torturam, num. 61. & 62. pag. 119.

Vbi litteræ S.C. & examinatur doctrina Caroteræ in hac materia, num. 63. & ſeq. p. 120

Cuſtos S. Officij qui cognouit mullerem carceratam fuit ex ordine Sanctiſſimi damnatus ad trireſmes per ſeptennium, nom. 11. p. 43

Mulieri nuptæ, cum ad pœniteoriem recip ut aſſignatur, domus mariti pro carcere, num. 180 p. 64

Mulieres admittuntur in teſtes in crimine hæreſis, & in aliis exceptis, oum. 14. p. 169

Mulieres & Ruſt ci non excuſantur ab hæreſi in his, quæ non ſuperant eorum capacitatem, num. 47. pag. 323.

Non excuſantur in Polygamia, in ſortilegiis cum abuſu rerum ſacrarum, nec in fractione Sacrarum imaginum, nec in blaſphemia, num. 48. ibid.

Tranſeuntes ad ſecundas nuptias, viuo primo fuſtigantur, num. 55. p. 319

Nobiles bis matrimonium contrahentes relegantur, num. 65. p. 360

Prægnantes, nec torquentur, nec terrentur imo Senatus Mediolani, noluit mulierem lactantem torqueri, num. 144. p. 340

Quæ dicitſe prægnantem ſolet viſitari ab obſtetricibus, num. 145. ibid.

Multitudo.

Multitudo delinquentium, facit pœnam minui, & practicatur decimatio vicefimatio &c. num. 53. & 54. p. 325

Hoc fallit in crimine hæreſis, num. 55. p. 324

Et an tota Ciuitas ſit comburenda ob crimen hæreſis, num. 55. ibid. Et quando tota Ciuitas dicatur deliquiſſe, num. 57. ibid.

Mutus.

Mutus, an poſſit eſſe teſtis, num. 70. p. 171

N.

Nauta.

NAutæ, Caupones, Stabularij, receptantes hæretic. quomodo puniendi, vbi Deciſio Senat Mediolani, num. 50. p. 87

Nauarrus.

Nauarri Conſil. 6. de hæretic. declaratur, num. 7 pag. 65

Negare.

Negans, fidem ore, metu compulſus, non eſt hæreticus, ſi retineat fidem corde, num. 8. & 9. p. 54

Trinitatem puuitur morte naturali, num. 20. p. 358

Negatiuo.

Negatiua vaga, aut coarctata ad breue tempus, quomodo probetur, & quomodo debeat teſtis deponere, num. 63. & ſeq. p. 278

Alius modus probandi negatiuam Indirecte, n. 66. pag. 279.

Negatiuus hæreticus, an ſit in foro conſcientiæ abſoluendus, num. 58. p. 72

Negatiua innocens, ſi fateatur hæreſim, an peccet mortaliter, num. 59. ibid.

Negatiui actus, an ſint ſufficientes ad facidam mentalem, exteriorem, itayt ſubdantur, Iudicio Eccleſiæ, oum. 49. p. 145

Nobilis.

Nobiles an excuſentur à pœnis blaſphemiæ, numer. 71. p. 157

Non ſtant præſtibus Eccleſiæ, ſicuti nec Clerici, num. 88. & 89. p. 159

Sed damnantur ad carceres, num. 32 p. 358. de iure, non torquentur, ſecus in Praxi num. 132. p. 339

Vbi de nobilitate noſtri temporis, & abuſiua, num. 133. ibid.

Nobilitas, quando minuat pœnam in delictis, remiſſiuè, num. 49. p. 323

Nox.

Noctis tempore geſta quomodo probentur, n. 59. & ſeq. p. 274

Nomen.

Nomina teſtium ſilentur in edendo proceſſu in S.Offic.& de ratione,num.65. p.286

Nominatio.

Nominatio facta a Dæmone, num.199. p.192

Notary.

Notarij creantur ab Inquiſitoribus ex priuilegio, num.2. p.38

Olim vtebantur Notarijs Epiſcopi, num.1. ibid.

Quibus ſolemnitatibus Inquiſitores creent, Notarios,num 3.& 4. ibid.

De ſalario Notarij S. Officij,num.7. ibid.

Atteſtationibus Notarij S.Officij,circa puritatem, vel impuritatem ſanguinis,an credatur,num 8 ibid.

In Inquiſitione Cremonæ; quot adſint Notarij, & quale ſit eorum ſalarium, num.9. ibid.

An Inquiſitor poſſit fungi munere Notarij in eius defectum,num.10. ibid.

Et quid in tali caſu agere debeat Inquiſitor, num.11. ibid.

Debent ſcribere examen teſtium,num. 54. ibid.

Aliàs ſcriptum per Iudicem non valet, num. 54. pag.261.

Scribere debent formalia verba teſtis , num. 23. pag.283

Et etiam integram interrogationem , num. 27. ibid.

Ferè nunquam ſeruant ſecretum, num.54. p. 261

Quomodo debeant ſcribere iuramentum , in S. Officio, num.15. p.282

Notarij ſunt adhibendi , ad ſcribenda acta in S, Officio, num.3. p.375

Et de hoc reſcriptum Innocentij IV. num.4.& 5. ibid.

Condemnari non poſſunt ſi teſtis examinatus negat , ſe ita depoſuiſſe , ſicut Notarius ſcripſit, num.69. p.103

Contra ambos tamen poteſt Iudex inquirere , num.70 ibid.

Quomodo ex depoſitionibus plurium teſtium poſſit Notarius torqueri, num. 71. ibid.

Quando poſſit capturari,num.72. ibid.

An poſſit per Inquiſitorem examinari , & quomodo ſe gerere debeat,num.73. p. 04

Nullum.

Nulla quæ ſunt ab Initio, tractu temporis non conualeſcunt,num.13. p.330

Numerus.

Numerus teſtium, quando ſuppleat eorum defectum,num.77. p.272

Nutrix.

Nutrices Chriſtianæ,non poſſunt ſeruire Iudæis, nec Princeps laicus , aut Epiſcopus poteſt in hoc diſpenſare, num.31.& ſeq. p. 222

Nutritus.

Nutritus in partibus Catholicorum , præſumitur baptizatus,num.39. p.50

O.

Obiectio.

Obiectiones hæreticorum , contra Romanos Pontifices, ſucceſſores Petri, tolluntur, num. 47 & ſeq. p 6

Oblinio

Oblinio, quando præſumitur in factis antiquis, num.48. p.50

Obloqui.

Obloquentes de Inquiſitoribus,& de S. Officio, puniuntur ab Inquiſitoribus, num.27.p. 326. & ratio, num.19. p.237

Quid faciat Senatus Mediolani, in ſimilibus caſibus, num.18. p.236

Obſeruantia.

Obſeruantia ſubſecuta , declarat conceſſionem præcedentem,num.72. p.8

Obſtare.

Obſtare , qui non vult, vide verbo,*Obuiare*,, & num.35.& ſeq. p.209

Obſeſſus.

Obſeſſus à Dæmone, non torquetur, vbi quid in facto euenerit,num.146. p.340

Etiam quando ſit locus torturæ, num.147. ibid.

Obſtetrix.

Obſtetrices viſitant mulieres,quæ dicunt ſe prægnantes, vt euitent torturam, num.145. p.340

Obuiare.

Obuiare qui non vult actionibus per Bullam prohibitis,an incurrat pœnas Bullæ,num,35.& ſeq. p.209. Et quid ſi omiſſio non ſit purè negatiua, ibid,39. & 43. p.200

Occidere.

Occidere ſeipſum tentans carceratus,quas pœnas incurrat, num.52.& ſeq. p 245

Et ſi occidit ſeipſum , an eius memoria poſſit damnari, num.8. p 251

Occiſo reperto in domo,examinantur etiam impuberes,ſed abſque iuramento, num.54.& ſequent. pag.270

Offendere.

Offendens eum, qui fuit miniſter Sancti Officij, an ligetur Conſtitutione Pij V. *Si de protegendis*,num.14.& ſeq p.206

Quid ſi offendat intuitu officij,num. 19. & ſeq. vbi multa ſcitú digna. p.207

Officialis.

Officiales Supremæ Inquiſitionis, quinam ſint, num. 11. p 10

In electione Officialium debent Principes vti diligentia num.44. p.18

Quid ſeruaret Couarruuias præſes Caſtillæ in eligendis magiſtratibus , num. 45. p.19

Quid dixerit Philipp.III. dum moreretur , circa electionem num.46. ibid.

Electi à Principe difficiliùs reuocantur , quàm illi, qui non ſunt ab eo electi,num.61. p.26

Hiſpaniæ, iurant obſeruare prærogatiuas S.Officij, in manibus Inquiſitorum,num.25. p 85

Durante officio non torquentur,num.135. p.339

Officium.

Officium B.M.V.conculcans tranſmittitur ad triremes,num.44. p.358

Omnis.

Omnes ſubſunt Inquiſitoribus, num.26. p.151

Oratio.

Oratio incipiens,*Crux Chriſti*,eſt ſuperſtitioſa,& vti talis declarata à S.C.n.36. p.174

Ordo.

Ordinis character ſupponit baptiſmum,num.54. pag.79.

Ordinarius.

Ordinarius, & Inquiſitor, ſi non ſunt concordes, in ferenda ſententia,& in cauſis grauibus,recorritur ad Supremos Inquiſitores, num 9. p.10

Ordinarij Iuriſdictio eſt maior, quàm ſit Vicarij Inquiſitoris, num.9 & 10. p 26

Ordinario loci poſſunt conſignari libri prohibiti, vel contra bonos mores,num.61. p. 161

Sed

Sed debet ipſe Ordinarius eos reconſignare S.Officio,n.63. ibid.

P

Pactum.

PAciſcens cum Dæmone, facit id expreſſè,vel tacitè,n.137.& 138. p.184

Pactum factum cum Dæmone à Sortilego,aliud eſt tacitum ,aliud expreſſum , quid ſit vtrumque, eius malitia,& an differant ſpecie , & quid in foro conſcientiæ,à n.17.vſque ad 23. p.172

Papa.

Papa de facto vtitur gladio temporali , num.58. & 81. p.7.& 8

Depoſuit multos Imperatores,n.60.& ſeq.& n.83 & ſeq. ibid.

Habet Supremam poteſtatem in ordine ad finem ſpiritualem,n.70.& 75. p.8

Papæ Marcellini hiſtoria & pœnitentia , num. 86. p.54.

Eſt dubia,n.87. ibid.

Non fuit hæreticus,n 88.& 91. Ibid.

Non poteſt errare in Canonizatione Sanctorum, n.38.& 39. p.174

Eſſet hæreticum id dicere,n.42.& ſeq. ibid.

Nec in pertinentibus ad fidem,aut in ſpectantibus ad bonos mores n.45.& 46. ibid.

Mandat Epiſcopos negligentes in cauſis fidei deponi,n.2. p.368

Parens.

Parentes faciunt præſumi benè,vel malè,num.16. pag.262

Pars.

Pars maior Cardinalium quod ſtatuit intelligitur decretum à tota Congregatione,& idem ſi duo aliquibus abſentibus,n.5.& 6. p.10

Paruitas.

Paruitas materiæ in legendis libris hæreticorum, an excuſet ab excommunicatione , num. 10. pag.155

Pater.

Pater & filius poſſunt eſſe ſimul Senatores , & Decuriones,n.31.& 33. p.30

Hæreticus eſt denunciandus à filio , num. 9. pag.147

Et ita euitat filius pœnam,n.11. ibid.

Eſt etiam denunciandus,ſi eſt ſuſpectus de hæreſi,n.12.& 13. ibid.

Idem ſi eſt maleficus,n.14. p.148

Patria.

Patria facit præſumi benè , vel malè, n.14.& 15. pag.262

Paulus.

Paulus III.inſtituit Romæ Congregationem Supremæ Inquiſitionis,n.1. p.9

Quot Cardinales Inquiſitores deputauerit , & quas facultates eis conceſſerit,n.2. ibid.

Pauper.

Pauper an poſſit eſſe teſtis,n 68. p.271

Pecunia.

Pecuniaria pœna, poteſt de iure imponi per Inquiſitores , num. 80. pagin. 361. & num. 6. pag.371

Fallit in Inquiſitoribus Italiæ,niſi conſultâ S.C. n.81.& 82 p.361.& n.7. p.371

Poſſunt tamen Rei condemnari ad faciendas eleemoſynas,n.83. p.361

Peccator.

Peccatores in hac vita cur proſperentur , & Iuſti affligantur,Antelud.n.16.

Penſio.

Penſio annua aſſignatur Inquiſitoribus remotis ab Officio ob ſenectutem , vel ob morbum perpetuum,n.106.& 107. p.23.

Pentaculum.

Pentaculis , libris, & alijs inſtrumentis repertis penes aliquem,& de praxi procedendi contra eum, n.177.& ſeq. p.189

Percuſſio.

Percutiens laicum,putans eſſe Clericum, an incidat in excommunicationem , *c. Si quis ſuadente Diabolo*,n.75. p.53

Peritus.

Periti ſunt adhibendi , ſi Reus alleget impedimenta quod non poſſit torqueri , num. 167. pag.341

Perſeuerantia.

Perſeuerantia in fide,eſt donum Dei , num. 34. pag.158

Requirit peculiare auxilium Chriſti Domini, n.54.& 55. p.72

Perſiſtens.

Perſiſtens in tormentis in crimine hæreſis , num ſit abſoluendus,n.109 & ſeq. p.56

Perterrefacere

Perterrefaciens teſtes, effectu non ſecuto , an debeat puniri pœnis Bullæ , *Si de protegendis* , & qualis debeat eſſe perterrefactio, & an debeat fieri verbis, an factis,n.65. p.212.& ſeq.

Pertinacia.

Pertinacia quid ſit, n.10. p.47

Eſt de ratione hæreſis,n.11. ibid.

Pertinax eſt qui determinatè conſentit, num.12. ibid.

Item qui paratus eſt corrigi,dummodò argumentis conuincatur, n.13. ibid.

Item qui errori adhæret per modicum tempus, num.14 ibid.Eius definitio,n.15. ibid.

An dicendus pertinax,qui putans ſe rectè ſentire non aſſentitur Inquiſitoribus , & aliis Viris doctis aſſerentibus contrarium eſſe de fide, num. 15. ibid.

Petrus Apoſtolus.

Petrus Apoſtolus cœpit eſſe caput viſibile Eccleſiæ poſt Aſcenſionem Chriſti,n.37. p.5

Petri primatum impugnant hæretici , vt Gubernatore ſublato violentiùs graſſentur circa Eccleſiæ naufragia,n.38. ibid.

Petri primatus , quomodo probetur , num. 39. & ſeq. ibid.

Filij.

Fili non ſunt abtrahendi fœminis ob honeſtatem,n.25. p.194

Pluralitas.

Pluralitas Virorum , reſpectu vnius mulieris eſt prohibita omni iure,n.5. p.64

Pœna.

Pœnam confiſcationis Bullæ , *Si de protegendis* , an teneatur Reus in conſcientia ſubire, num. 87. p.214

Pœna talionis receſſit ab Aula,n.7. p.157

Carceris , eſt vſitatiſſima in S.Offic, n.27.p.358

Commenſuranda eſt delicto,n.94. p.363

In pœnis certis à iure inflictis nullum adeſt arbitrium,n.100. ibid.

Perpetui carceris imponitur hæretico pœniten-

ti num.20.& ſeq. p.323

Pœna, quando minuatur in delictis commiſſis per vim, metum, & nobilitatem, remiſſiue, num.49. p.323

Et de amore, n.50.& ſeq. ibid.

Minuitur ob multitudinem delinquentium, & practicatur decimatio, viceſimatio, & c.n.53.& 54. ibid.

Fallit in crimine hæreſis, n.55. p.324

An ob hæreſim ſit comburenda tota Ciuitas, num.56. ibid.

Et quando tota Ciuitas dicatur deliquiſſe, n.57 ibid.

Augetur ex conſuetudine delinquendi, num.58. ibid.

Vbi deciſiones Senatus Pariſienſis, & Sabaudiæ, & Senatus Mediolani, n.59 & 60. ibid.

An minuatur ex bono euentu, n.62. ibid.

Et quid in hæreſi, n.63. ibid.

De pœnis, & ſalutaribus pœnitentiis, vide p. 3. tit.13. p.355

Pœnitentia, & Pœnitens.

Pœnitentia præſeruatiua, iniungenda eſt blaſphemo, n.103. p.140

Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrantes, cum non ſunt Sacerdotes, puniuntur morte naturali, num.19. p.357

Salutares quæ ſoleant imponi, num. 89.& 90. pag.362

Iniuncta hæreticis abſolutis decedentibus, non tranſit ad hæredes, n.1.& ſeq. p.375

Quid ſi decedant poſteas iniunctas, num. 5. pag.376

Hoc intelligitur de pœnitentiis perſonalibus, n.6. ibid.

Secus de pecuniis, n.8.& 9. ibid.

Non implentes pœnitentias, puniuntur per Inquiſitores, n.3. p.389

Et ratio, n.4. ibid.

Quando poſſint damnari vt impœnitentes, n.7. pag.390

Quomodo puniendi n.10. ibid.

Pœnitens, an poſſit à Confeſſario abſolui ante factam denunciationem, cum ſolo propoſito denunciandi, n.48.& 50. p.153

Aliquando remittendus ad Superiorem pro abſolutione à reſeruatis, n.197. p.203

Pœnitentias non implentes, an habeantur pro confeſſis, & impœnitentibus, n.22. p.68

An ex tali non implemento, oriatur ſuſpicio hæreſis, & qualis n.23. ibid.

An quis poſſit ſe obligare ad pœnitentias obſeruandas, ſub pœna relapſi, n.24. ibid.

Onus probandi obſeruantiam pœnitentiarum, incumbit alleganti, n.15. ibid.

Polygamia, & Polygamus.

Polygamiæ, duæ ſunt ſpecies, n.1. p. 92. Et de hac materia latè per totum titulum quintum, primæ partis, ibid.& ſeq.

An ſit prohibita, & quo iure, n.1.& 3. p.92

An eſſet licita ante legem Euangelicam, num.4. pag.94

Pluralitas virorum reſpectu vnius mulieris eſt omni iure prohibita.n.5. ibid.

Confutatur Sanchez n.6.& 7. ibid.

Confutatur Menochius, n.8.& 9. ibid.

Quomodo Polygamia ſit contra ius naturæ, num.12. ibid.

Polygamus eſt ſuſpectus de hæreſi, & cur, n.13. & 14. p.95

Quid in ducente ſecundam vxorem clam, n.15. & ſeq. ibid.

An ſit delictum mixti fori, num.18. & ſequent. ibid.

Hodie Polygamiæ ſpectant ad ſolos Inquiſitores. num.21.& 22. p.96.

An coniux contrahens ſponſalia cum alia viua coniuge ſubdatur foro Inquiſitorum, n.32.& multis ſeq. p.97

Contrahens cum polygama ſcienter abutitur Sacramento matrimonij, n.47. p.99

Contrahens ignoranter cum polygama, excuſatur à ſuſpicione hæreſis, n.50. p.100

Conſulens mandans, & Procurator in polygamia, puniuntur eadem pœna, quâ polygami, & quid de matre, quæ conſuluit filiæ polygamiam, num.51. ibid.

Primum matrimonium, & ſuperuiuentia primæ vxoris ſunt probanda, & qualiter, num.52.& ſeq. ibid.

Polygamus torquetur, & qualiter, num.55.& 56. pag.100.

Eſt ſuſpectus de vehementi, n.57. p.101

Abiurat de vehementi, n.59. ibid.

Contrahens ſolum ſponſalia viua coniuge abiurat de leui, n.60. p.102

Condemnatur ad triremes ſicuti etiam falſi teſtes, n.61.& ſeq. ibid.& num.34. p 358

Qui puniuntur ab Inquiſitoribus ex S. C. num. 66 & 67. p.103

Cum polygamo habente errorem in intellectu, quomodo ſe gerere debeat confeſſarius, num. 105. p.106

Si vero non habet errorem in intellectu poteſt à quocumque confeſſario abſolui, num. 106. ibid.

Grauitas Polygamiæ n 107. ibid.

Polygamo exiſtente in mala fide, ſecunda vxor lucratur omnia ſibi donata etiam pretioſa, n. 108. pag.106

Quomodo ſe gerere debeat confeſſarius cum muliere, quæ ſecundo nupſit, & dubitat de vita primi viri, circa reddendum debitum ſecundo viro, n.109. & 110. ibid.

De pœnitentia Sacramentali Iniungenda polygamo, n.111. ibid.

Spontè comparens, quomodo tractandus, n.16. pag.284.

Politia.

Politia, & Regio habent inter ſe magnam affinitatem, Antelud.n.20

Renati Copini ſententia de hac re n.23.

Pontifex.

Pontifices Romani ſunt verè ſucceſſores Petri, quod probatur ex dictis Summorum Pontificum, ex Conciliis, & Patribus, n.46. p.6

Nulli extiterunt hæretici, n.91. p.54

Duobus exiſtentibus, quid conſulere debeat confeſſarius pœnitenti, n.72. p.80

Poteſtas.

Poteſtas temporalis directa admittitur in Papa, quamvis hæretici id negent, num. 52. & 53. pag. 6

Talis poteſtas aderat in Chriſto, num.54.& 66 pag. 7

Alij eam admittunt in Papa ſolùm indirectè, num.67. ibid.

Et

Et ea ſufficit ad conſtituendam monarchiam, num.74. ibid.

Suprema eſt in Papa, in ordine ad finem ſpiritualem,n.70. ibid.

Temporalis in directa Papæ an ſit ſpiritualis,an ſit mixta,an ſimpliciter dicenda ſit iuriſdictio temporalis,n 91.& 92. p.2

Præcedentia.

Præcedentia inter Conſultores,qualis debeat eſſe, num.13. p.29

Inter Præceptorem S.Spiritus Almæ Vrbis, & Generalem Dominicanum,qualis,n.14. ibid.

In materia præcedentiæ attenditur conſuetudo, num.15.& 16. ibid.

Et ceſſante conſuetudine præcedit qui habe maiorem dignitatem, n.17. ibid.

Titulatus effectus de Collaterali Conſilio præcedit non titulatum,n.18. ibid.

Quid de duobus Officialibus eodem die creatis, num.19. ibid.

An præcedentia debeatur anteriori in data, vel anteriori in adeptione poſſeſſionis n.20. 21. & 23. ibid.

Attenditur in præcedentia dignitas inſeparabilis maior,non accidentalis minor,n.24. ibid.

Conſiliarius Regis ſedens in Concilio vt Aduocatus ſedet in loco ſibi debito, vti Conſiliario, num.25 & 26. ibid.

In materia præcedentiæ, qui DD. videndi, n.30 pag.30

Inter Vicarium Epiſcopi,& Inquiſitorem, n.57. & ſeq. p.19

Præda.

Prædæ pars, quæ debetur Duci,an debeatur eius Vicario,n.27. p.367

Prælatus.

Prælatio ordinis, non præſunt Inquiſitoribus, in concernentibus munus ſuum,n.69 & ſeq. p.20

Vbi quid in concernentibus obſeruantias Regulares, quid agere debeant, ſi inquiſitores delinquant extra munus Inquiſitionis,n.70. ibid.

In caſu ſcandali debent aſſumere Informationes contra Vicarium Inquiſitionis,& eas tranſmittere ad S.C,n.13. p.27

Acquirentes aliquid nomine ſuo de pecunijs Eccleſiæ,an ſibi acquirant, n.5. p.39. Vbi de Tutore Theſaurario,& ſimilibus.

Negligentes in puniendis hæreticis ſunt fautores, non autem defenſores hæreticorum,n,7. p.188

De hac materia fautorum videnda eſt Bulla Pij V. *Bide protegendis*,n.8. ibid.

Præparatoria.

Præparatoria, inferunt ad præparatum, num.34. pag.98.

Præſentia.

Præſentia Iudicis ſecularis, non eſt neceſſaria ad validitatem ſententiæ condemnatoriæ, num. 32. pag.346.

Præſumptio

Præſumptio legis quando procedat,n.27.& ſeq. & præſumptio hominis non leuis dicitur vera præſumptio,n.31.& ſeq. p.208.& 209

Præſumptiones non ſufficiunt ad condemnandum aliquem criminaliter,n.4.& 5. p.261.

Ponitur ordo Senatus Mediolani quod ex ſuſpicionibus nullus conſtituatur Reus non ſufficiunt, cum agitur de damnado hæretico, ſecus ſi agitur de eo damnando, vti ſuſpecto de hæret. num. 12. & 13. p.262

Ex Patria, præſumitur bene, vel malè num.14. & 15. ibid.

Et ex Parentibus,n.16.& 18. ibid.

Vna præſumptio tollit aliam, n. 35. p.264

Plures vincunt vnam, n.36. ibid.

Excluſiua delicti præfertur illud includenti,num. 37. ibid.

Veriſimilior num.38. ibid.

Fortior,num.39. ibid

Specialis,num.40. ibid.

Deſumptæ ex facto,non deſumptis ex facto,num 41. ibid.

Et relinquitur arbitrio iudicis,n.42. ibid.

Non oriuntur ex præſumptionibus,n.19. p.352

Primatus.

Primatum Petri, impugnant hæretici, vt Gubernatore ſublato violentius graſſentur circa Eccleſiæ naufragia,n.38. p.5

Primatus Petri probatur ex ſcripturis, num. 39. & 40. ibid.

Ex prærogatiuis Petri,n.40. ibid.

Ex vſu,n.41. ibid.

Ex Patribus,n.42. ibid.

Argumenta hæreticorum reſoluuntur remiſſiue, n.43. ibid.

Primatus fuit conceſſus Petro, & ſucceſſoribus, n.44. p.6

Primatus Eccleſiæ eſt annexus Romano Pontificatui, de Iure Diuino,n.51. ibid.

Princeps.

Princeps, debet vti diligentia in electione officialium,n 41. p.8

Secularis non poteſt diſpenſare,vt Nutrix Chriſtianæ inſeruiat Iudæis, nec Epiſcopus,num. 31. & ſeq, p.122

Si iniuſta mandat reſcribendum eſt, etiam bis, num.82. p.326.

In dubio mandata præſumuntur iuſta, n.85. ibid.

Factum Galeatij Sfortiæ Ducis Mediolani num. 84. ibid.

Non poteſt torquere abſque legitimis indicijs, num.103. p.338

Non licet concedere liberum domicilium hæreticis in Italia,n.16.& ſeq.vbi late id probatur.p.381

Principatus.

Principatus Monarchicus debet eſſe in Eccleſia, num.35. p.6

Priuilegium.

Priuilegia inquiſitorum, n.87.& ſeq.p.22. Vide verbo, Inquiſitores,

Spiritualia, & Indulgentiæ, conceſſæ familiaribus S.Officij,n.22. p.41

Probatio.

Probationes in criminalibus, debent eſſe luce meridiana clariores,num.1.& ſeq. p.261

Et,num.8. p.391

Cum ex præſumptionibus nullus ſit criminaliter damnandus,n.4. p.261

Imperfectæ, an coniungantur,remiſſiue, num. 6. ibid.

In crimine hæreſis requiruntur clariſſimæ, num.7. p.362

Vbi reprobatur Clarus, an leuiores ſufficiant in atrociſſimis,n.8.& 9. ibid.

Probatio ſemiplena, ſufficit ad torturam, num. 110. p.317

Dubia non releuat probantem,n.2. p.273

Proceſſari, & Proceſſus.

Proceſſari poſſunt hæretici per Epiſcopos, num. 29. p.13

Quod

Index Rerum,

Quod fallit in Regnis Hiſpaniæ, & Luſitaniæ, num. 11. ibid.

Sed debent ſeruare omnia præſcripta Inquiſitoribus, n. 22. ibid.

Sed melius eſt, quod has cauſas remittant ad S. Officium, n. 23. & 24. ibid.

Viſus quod ſoli Inquiſitores forment proceſſus, videtur ex Pegna, vbique receptus, n. 27. p. 14

Et quid ſoleret obſeruare Eminentiſſimus Cardinalis Camporeus Cremonæ Epiſcopus, n. 18. ibid.

Proceſſus, ſunt per Inquiſitores communicandi Epiſcopis, n. 16. p. 13. & num. 17. docet an Epiſcopis originis, an domicilij an vero delicti.

Merita ſunt proponenda Conſultoribus, ſine tamen nominibus denunciantis, & teſtium, num. 46. p. 31

Non ſunt inchoandi per eum ad antes peruenerit. n. 104. p. 193. & Deciſio Senatus Mediolani in hac materia, n. 205. ibid.

Copia, quomodo ſit danda in S. Officio, n. 159. & ſeq. p. 341

Quomodo edendus Reo in S Officio, vbi quod nunquam eduntur nomina teſtium, & de ratione, num. 65. p. 186

Fidei terminantur multis modis, n. 45. & 49. p. 347. & 348.

Procedere.

Proceditur in crimine hæreſis tribus modis ſicuti ſit in alijs delictis, n. 1. p. 254

Inquiſitores procedunt ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, n. 2. ibid. hæc Clauſula ſimpliciter & c. quid importet, n. 3. ibid.

Modus procedendi per accuſationem fere abijt in deſuetudinem in S Officio, n. 4. ibid.

Procurator.

Procuratores, & Aduocati hæreticorum, ſunt ſuſpecti de hæreſi, ſi id faciant ſine licentia Inquiſitoris, n. 75. p. 89

Sunt admittendi ad defenſionem furioſi delinquentis, n 76. p. 325

Sunt aſſignandi reis ab Inquiſitore, n. 8. p. 320

Admittuntur, ad allegandam Rei abſentiam, num. 53. p. 349

Prodigium.

Prodigioſus caſus, in Regno Aragonum, num. 183. p. 342

Quando actus prodigioſus iudicandus ſit effectu a Dæmone, vel à Deo, n. 184 & 185. p. 343

Deciſio illius caſus apud Seſſe *deciſ.* 3. vol. 1. p. 342.

Producere.

Producens teſtes ad defenſam, an poſſit illorum perſonam, vel dictum reprobare, n. 79. & quid in S. Officio, n. 80. p. 272

Proferre.

Proferens, verba hæretica ioco, an ſit hæreticus num. 70. p. 52

Subditur iudicio Inquiſitorum n. 71. ibid.

Et debet probare ſe ioco ea protuliſſe, num. 72. ibid.

Lubrico linguæ, & inaduertenter, quomodo puniendus, n. 35. p. 322

Vbi de his, qui abutuntur verbis Sacræ Scripturæ, n. 36 ibid.

Ex ſimplicitate, qua pœna puniatur, num. 23. p. 93.

Præſumitur hæreticus n. 25. p. 263

Et quid animaduertere debeant Inquiſitores, num. 26. ibid.

Profeſſio.

Profeſſus in religione, in caſu inualiditatis ſui primi cogendus eſt ad iterum profitendum, num. 59. p. 79

Contrahens matrimonium eſt vehementer ſuſpectus de hæreſi, n. 11. & ſeq. p. 234

Prohibitio.

Prohibere an poſſint Epiſcopi, & Inquiſitores libros in ſuis Diœceſibus, 50. p. 160

Propinare.

Propinans venenum, qua pœna puniatur, num. 283. & ſeq. & verbo venenum. p. 202

Propoſitio.

Propoſitionum Qualificatores, & de forma qualificandi, n. 35. p. 20

Propoſitio, *hoc eſt verum ſicut Euangelium*, qualis ſit, n. 34. p. 134

Propoſitionum, varij gradus enumerantur, num. 1. p. 228.

Hæretica & an talis ſit, etiam ſi proferatur à non hæretico n. 2 & 3. ibid.

Dicere Tobiam non habuiſſe canem, an ſit propoſitio hæretica n. 4. ibid.

Erronea quæ ſit & ponitur exemplum num. 5. & 6. ibid.

Sapiens hæreſim, n. 7. ibid.

Temeraria, vbi latè de donatione Conſtantini, & de Angelorum cuſtodia, n. 8. ibid.

Schiſmatica, n. 9. ibid.

Male ſonans, & offenſiua piarum aurium, n. 10. & 11. 230

Scandaloſa & blaſphema, n. 12. ibid.

Iniurioſa, n. 13. ibid.

Vna propoſitio poteſt habere plures ex prædictis gradibus & an Eccleſia poſſit errare in qualificatione propoſitionum, n. 14. ibid.

Inquiſitores procedunt contra aſſertores harum propoſitionum cum hæc facultas non ſit eis ſublata per Tridentinum, dum conceſſa fuit Epiſcopis, contra Concionatores ſimiles propoſitiones proferentes, n. 15. ibid.

Quomodo contra tales procedatur, & qualiter abiurare debeant, n. 20. p. 231

Quomodo procedatur contra aſſertores propoſitionis ſcandaloſæ temerariæ &c. n. 22. ibid.

Quomodo ſint reuocandæ, n. 23. ibid.

Propoſitio conditionalis eſt blaſphemia hæreticalis, n. 49. in fine. p. 133

Propoſitio dubia, intelligitur in dubio in ſenſu Catholico, modo interpretatio ſit veriſimilis, & niſi perſona aliàs ſit ſuſpecta, num. 30. & ſeq. p. 264

De propoſitione habẽnte duplicem ſenſum, qui agant, n. 26. ibid.

Proteſtare.

Proteſtatio, quando excuſet ab hæreſi, num. 77. p. 53

Contraria facto non releuat, n. 78 ibid.

De habendo teſtes pro repetitis, poteſt reuocari re integra, n 35. p. 284

Deciſio Senatus Mediolani, n. 36. ibid.

Prouidentia.

Prouidentia datur in Deo, & probatur ex Scriptura, Antelud. n. 8. & 9.

Ad quæ obiecta ſe extendat, n. 10.

An peccata ſint ſub obiecto prouidentiæ, num. 11.

Eſt duplex ex Suar. & quid ſit prouidentia phyſica, n. 12.

Quid moralis, & ſpecialis ſupernaturalis, n. 14. & 15.

Prouincia.

Prouincia Narbonenſis, liberatur ab hæreſi Albigenſium Officio S. Inquiſitionis Aotelud. num. 44.& 45.

Item Hiſpania, n.44.& 45.

Proxeneta.

Proxeneta an poſſit eſſe teſtis, n.60. p.170

Prudentia.

Prudentia, requiritur in Magiſtratibus, num.23 & 26. p.17

Eſt regula, & perfectio omnium aliarum virtutum num.14. ibid.

Præponderat ſcientiæ, n.26. ibid.

Pubertas.

Puberes, ſine dubio abiurant, n.41 p.354

Quid de impuberibus, n.42.& ſeq. ibid.

An ſint teſtes idonei, de his quæ viderunt in pupillari ætate, n.50. p.270

Publicatio.

Publicatis atteſtationibus, non admittuntur noui teſtes ſuper iiſdem n.63. p.186

Fallit in cauſa hæreſis, vbi Deciſio Senatus Mediolani, n.64. ibid.

Quid ſeruetur in Hiſpania, n.68. p.187

Puer.

Pueri, ob minoritatem non excuſantur à pœnis blaſphemiæ, n.81.& 82. p.138

Malefici, quomodo puniendi, n.172. p.201

Puluis.

Puluis quam Diabolus tradere ſolet maleficis, num.173. p.202

Punitio.

Puniunt Inquiſitores, obloquentes de ipſis, & de S.Officio, quod etiam ſeruatur per Senatum Mediolani, n.27.& 28. p.236

Quod non habet locum in Iudicibus inferioribus n.30.& 31.p.237. Fallit hoc cum Iudex inferior ſedet pro Tribunali, n.32. ibid.

Purgatio.

Purgatio Canonica, an poſſit indici per Epiſcopum ſine Inquiſitore, & è contra, n.12. p.13

Vel recipere ad abiurationem hæreticos ſponte comparantes, n.13. ibid.

Eſt remedium periculoſum, n.34. p.149

Quid ſit, n.35. ibid. Ea quibus indicenda, n.36. ibid.

Eſt indicenda pro modo ſuſpicionis, num.83. ibid.

Compurgatores quales, n.38. ibid.

Facienda eſt tam coram Epiſcopo, quàm coram Inquiſitore, n.39. ibid.

Duplex, num.40. ibid.

De relapſo in hæreſim, à qua ſe purgauit reus, n.41. Quomodo procedatur contra recuſantem ſe purgare, n.42. ibid.

Hic modus terminandi proceſſum in quo differat à ſemetipſo, n.43. ibid.

Ferè receſſit ab aula, & eius locum ſucceſſit Abiuratio, n.6. p.388

Poteſt indici grauato teſtibus ſingularibus, n.10. pag.390

Purgatio moræ in fideiuſſoribus qualis ex Deciſione Senatus Mediolani, num. 12. & ſequent. pag.171

S.Officium, non ſolet has pœnas exigere, cum principalis ſponte comparet, n.15. ibid.

Q

Qualificator.

QValificatores propoſitionum, quales, & de forma qualificandi, n.35. p.30

Qualitas.

Qualitas adiecta confeſſioni, an attendatur, & de hac qualitate vide latè, n.1.& ſeq. p.189

Non attenditur, niſi conſtet de ſubſtantia, n.19. pag.152

Delicti eſt conſideranda per Inquiſitorem, n.93. pag.363

Et etiam delinquentis, n.98. ibid.

Quæſtio.

Quæſtio, quid ſit, n.1. p.329

Facti in crimine hæreſis habet admixtam quæſtionem iuris, n.16. p.75

Laicus, eſt incapax Iuriſdictionis, cùm agitur principaliter de quæſtione facti n.15. ibid.

Cum quæſtio facti proponitur incidenter, adhuc diſtinguitur, n.17.& ſeq. ibid.

Referuntur Doctores qui loquuntur de hac materia, n.20. p.75.

R

Ratificare.

RAtificatio, quid ſit, & quotuplex, num. 40. & 41. p.210

Ratificans delicta prohibita in Bulla, an puniatur pœnis Bullæ, n.42. ibid.

Dictum teſtis habitum in tortura, non eſt ratificandum, n.10. p.256

Reus debet ratificare extra torturam, confeſſionem factam in tortura, n.74. p.342

Quid ſi eam recuſauerit, n.175. ibid.

An ratificari debeat confeſſio facta poſt comminationem torturæ, n.176. ibid.

Quid ſi confeſſio extraiudicialis præcederet n.177. & 178. ibid.

Fallit in teſte, n.179. ibid.

Ratio.

Ratio ſui dicti, reddi debet per teſtem, num. 79. p.180

An etiam ſi non interrogetur, n.81. ibid.

Quæ ratio dici poſſit legitima, n.80. ibid.

De ratione, cum dicit ſcio quia conſanguineus, vel vicinus, n.82. ibid.

Ratio dictum ſaluat, vel deſtruit, n.83. ibid.

Receptare.

Receptator hæreticorum, quis ſit, n.38. p.85

Dicitur talis, quamuis ſemel receptauerit, num. 39. ibid.

Quis dicatur receptator hæretici, vt hæreticus eſt, n.40. ibid.

Receptans hæreticum conſanguineum an incurrat pœnas receptantium, & latè de patre bannito receptante filium bannitum, & de obſeruantia Senatus Mediolani in hac re, n.41. p.86

Talis non excuſatur à tota pœna, & qualiter puniendus, n.41.& ſeq. ibid.

Quid de receptante hæreticum, magna amicitia coniunctum, n.45. ibid.

Ignorantia, an excuſet receptatores, num. 46. ibid.

Quid de nautis, cauponibus, & ſtabolariis receptatoribus, vbi deciſio Senatus Mediolani. num. 50. p.87

Index Rerum,

Scientia præſumitur in receptante hæreticum publicè denunciatum, & quomodo ſit puniendus, n.51. ibid.
An poſſit torqueri ſuper ſcientia, num. 52. ibid.
Receptatio ex quibus actibus inducatur, num. 53. p.87
Vis, & metus, an excuſent à receptatione, num.54. ibid.
An ſit ſuſpectus de hæreſi & qualiter, num.55. & ſeq. ibid.
Debet abiurare pro modo ſuſpicionis, num 58. p.88
Receptantium pœnæ, n.59. ibid.
Hæretici diu non viuerent ſine receptatoribus, num.60. ibid.
Hæreticus receptans hæreticum punitur, num 61. ibid. eſt peſſimus, n.2. p.187
Modo id ſciat, n.3. ibid.
Dicitur etiam, qui ſemel recipit, n.4.& 5. ibid.
Dicitur tam qui publice, quam qui clam id facit n.6.& 7. ibid.
De receptatoribus conſanguineorum remiſſiue, num.8. ibid.

Reconciliatio.
Recogneſcendus quomodo ſit Reus in S. Officio, n.51. p.285
Et quid fuerit obſeruatum Cremonæ ex ordine, S.C.n.52. ibid.

Recurſus.
Recurſus ad S.C. an poſſit haberi in cauſa hæreſis, num.7. p.363

Recuſare.
Recuſatio Inquiſitorum enumeratur inter defenſiones Reorum, n.85. p.326
Non recuſantur tamen, niſi ex grauiſſimis cauſis, n.86.& 87. ibid.
Recuſans abiurare quo modo puniendus, num. 47. p.355

Rex.
Reges Hiſpani ſuxerunt cum lacte deſiderium propagandi Religionem Catholicam, Antelud. n.53. & ſeq.
Cur vocentur Catholici, n.59.& ſeq.

Regnum.
Regna omnia, gubernat, & regit Deus, Antelud. num 17.
Dantur à Deo ſub hoc veluti tributo, vt lex Regis obſeruetur, n.34.
Reges, cogi poſſunt ad iuuandum, quod obſeruabunt leges latas in hæreticos, num, 14. p.83
Regum culpa, ſi Reſpublica labitur, poteſt Papa dare eis coadiutorem, n.66.& 70. p.7.& 8
Catholici ſolent concedere officialibus renunciatibus retentionem ſalarij, & prærogatiuarum, num. 108.

Regulares.
Regulares, vigore cuiuſdam motus proprij Pij V. non poſſunt abſoluere à cenſuris Bullæ Cœnæ, n. 100.& 101. p.91
Vbi reprobatur Peirin. profiſciſcentes vltra mare ſine licentia ſunt ſuſpecti de hæreſi, n.26. p.136
Superiores procedentes in cauſis fidei contra ſuos ſubditos, quomodo ſint puniendi, num. 35. p.137
Non facientes publicare Conſtitutionis ad S. Officium ſpectantes temporibus debitis, quas pœnas incurrant, n.98.& ſeq. p.146
Qui de leui abiurarunt, ex Decreto Vrbani VIII. ſunt inhabiles ad munera Religionis, n.14. p.351

Relapſus.
Relabens in fautoriam, quando ſit, vt relapſus relaxandus brachio ſeculari, n.91 & 92. p.91
Relapſo an dandæ ſint defenſiones num. 6. & 7. p.310.
De relapſo, deciſio Inquiſitionis Cremonæ, n.15. & 13. p.357
Relapſus non admittitur ad abiurandum, num. 11 p.58
Relapſus, an dicatur qui fugit à carcere ſibi aſſignato pro pœnitentia, n.18. p.68.
Qui DD. agant de relapſis, n.26. p.69
Quis iudicari debeat, n.27. ibid.
Recidens in hæreſes quas abiurauit eſt relapſus, n.28. ibid.
Qui abiurauit de vehementi habendus eſt pro relapſo, ſi incidit in eaſdem hæreſes, num. 29. 31. & ſeq. p.69
Quid de ſortilego, qui primò abiurauit ob dæmonum inuocationem, & poſtea de eadem inuocatione reperitur confeſſus, n. 30. Ibid.
Vt quis ſit relapſus debet conſtare de lapſu in hæreſim, n 35.36. p.70
Relaxatur brachio ſæculari etiam ſi pœniteat, n.37. ibid.
Si pœniteat prius ſtrangulatur, & poſtea comburitur, num.38.& 39. ibid.
Eccleſia admittit relapſos ad Sacramenta, n.40 41. & 50. ibid.
Torquetur ſuper complicibus, n.41. ibid.
Non admittitur ad abiurationem, amittit bona & an eius filij poſſint ſuccedere in maioratu, num. 41. ibid.
Relapſorum cauſæ ſunt referendæ Supremo Tribunali, & qua forma, n.44. p.70
Relaxatus brachio ſæculari dicitur in Articulo mortis, n.62. p.72
Sponte comparens, an ſit brachio ſæculari relaxandus, n.13.& ſeq. p.148

Relatio.
Relatio citationis facta per Nuntium eſt redigenda in actis n 17. p.258
Rei in Statu Mediolani debet comprehendere omnes imputationes n.61. p.324

Relaxare.
Relaxandus quando eſt aliquis brachio ſæculari, conſulenda eſt Suprema Inquiſitio Romana, num. 25. p.358
Et ita ſeruatur in Hiſpania, n.26. ibid.
Relaxatus brachio ſæculari dicitur in articulo mortis, n.62. p.72

Relegare.
Relegationis pœna, eſt viſitata in S.Officio, etiam in loco non ſuppoſito iuriſdictioni inquiſitionis, n. 62.& ſeq. p.360

Religio.
Religio, & cultus veri Dei, eſt fundamentum Reipublicæ, & adducitur Plato, & D.Cyrillus, Antelud. n.18.& 19.
Habet maximam affinitatem cum Politia, & vbi abeſt, vita hominum completur ſcelere n.21.

Religioſus.
Religioſi in Hiſpania Virgis cæduntur ab alijs Religioſis, n.19. p.159
Variæ pœnæ ſolent imponi Religioſis, num. 68. p.362.

Remedium.
Remedium tentationis fidei, n.20. p.48

Remiſſio.
Remiſſioni, an ſit locus in Crimine hæreſis, & Apoſtaſiæ

Apoſtaſiæ, num. 25. p. 76

Remus.

Remo non apti, fuſtigantur, num. 57. & 60. p. 359

Remouere.

Remouentur Inquiſitores, à ſolo Pontifice, & à S.C. n. 104. p. 13

In Regnis Hiſpaniarum remouentur ab Inquiſitore generali, in illis partibus, num. 105. ibid.

Ob ſenectutem, & infirmitatem perpetuam, num. 106. & 107. ibid.

Quo caſu aſſignatur annua penſio ob imperitiam, & ob negligentiam, num. 109. ibid.

Ob extorſionem pecuniarum, num. 110. ibid.

In Hiſpania, etiam ob receptionem munerum, num. 111. p. 14

Renatus Copinus.

Renati Copini ſententia de Politia, & de nomine Politici, Anteloq. num 23.

Renunciare.

Renuncians officio, an teneantur renunciare in manibus eligentis, an confirmantis, num. 10 p. 13.

Renunciantibus Officialibus, ſolet Rex Catholicus concedere retentionem ſalarij, & prærogatiuarum, num. 108. ibid.

Renunciare defenſionibus poteſt Reus, num. 90. & 91. 327.

Et termino defenſionum, num. 92. p. 116

Benefacit Iudex ſi ſinat labi terminum, n. 93. ibid.

Quod maximè practicari debet in S. Officio, num. 94. ibid.

Remittens ſe benignitati S. Officij, an intelligatur fateri delictum, num. 95. ibid.

Repetitio.

Repetitio teſtis, requirit eaſdem ſolemnitates, num. 7. p. 284

Num poſſit ſe referre ad primum examen, & quæ obſeruanda in hac relatiua repetitione, n. 38. & 39. ibid.

Facienda ab Inquiſitore, num. 44. 285

An ſit locus repetitioni ante litem conteſtatam, num. 45. ibid.

Quid de teſte contrarium dicente in repetitione, an ſit locus torturæ, num. 46. ibid.

Teſtes mortui non repetiti, num. 47. ibid.

Deciſio Senatus Mediolani, quod probent, num. 48. ibid.

Reportare.

Reportans commodum an poſſit eſſe teſtis, num. 66. p. 271

Repudiare.

Repudiare, an poſſit fiſcus confiſcationem, & acceptare mulctam, & alia multa circa hanc materiam, num. 159. & ſeq. & verbo *Fiſcus.*

Repellere.

Repulſa teſtium, in crimine blaſphemiæ, quando detur, num. 58. & ſeq. p. 155

Res.

Res iudicata quid ſit, num. 2. p. 344

Reſeruatio.

Reſeruatio caſuum an liget ignorantes, num. 97. pag. 140.

Non ligat Ruſticum ignorantem vim verborum blaſphemiæ, num. 98. ibid.

Reſpublica.

Reſpublica, habet pro fundamento Religionem, & cultum veri Dei, Anteloq. n. 18. & 19.

Labitur ſeditione, quæ oritur ex hæreſi, num. 35.

Retinere.

Retentores librorum prohibitorum, de hac materia latè p. 2 tit. 10. *per totum.* p. 154

Retentio libri hæretici num ſit indicium ad torturam, & quando, num. 40. & ſeq. p. 159

Talis retentor debet abiurare, & qualiter num. 44. & ſeq. ibid.

Quid ſi contineat ſolùm propoſitiones temerarias, n. 46. p. 160

Quid ſi neget eos legiſſe, num. 48. ibid.

Tria in hac materia notanda, vbi Deciſio Senatus Mediolani, num. 49. ibid.

De pœnis horum, retinentes huiuſmodi libros, ibid.

Vel ſcripta hæreticorum continentia ſortilegia relegantur, num. 73. p. 360

Reuerendiſſimus.

Reuerendiſſimi titulus, debetur Inquiſitoribus, num. 51. p. 12

Debetur Epiſcopis num. 53. ibid.

Datur etiam Vicarijs Epiſcoporum, num. 55. ibid.

Reuelatio.

Reuelationes mulierum, quomodo conſiderandæ num. 63. p. 242

Reuocatio.

Reuocatio licentiarum legendi libros vetitos, facta per Vrbanum VIII. an comprehendat licentias conceſſas à S.C. Vbi decretum eiuſdem S.C. n. 12. & ſeq. p. 156

Reus.

Reus an poſſit torqueri ſuper ſcientia, num. 52. pag. 87

Non eſt interrumpendus, cùm incipit fateri, num. 40. p. 260

Nec ei danda dilatio ad reſpondendum, n. 4 ibid.

Nec promittenda impunitas, num. 42. ibid.

Poteſt tamen dici Reo, quod agat ut cum eo miſericorditer, num 4 & 44 ibid.

Si de facto promittitur impunitas relapſo, an ſit ſeruanda, num. 45. ibid.

Quomodo ſit interrogandus, remiſſiuè, n. 53. p. 161

Quomodo ſit recognoſcendus in S. Officio, & quid ſeruatum fuerit Cremonæ ex ordine S.C n. 51. & 52. p. 285

An poſſit renunciare defenſionibus, num. 90. & 91. p. 326

Poteſt renunciare termino defenſionum, num. 92. pag. 327

Benè tamen facit Iudex ſi ſinat labi terminum, num. 93. ibid.

Maximè in S. Officio, num. 94. ibid.

An remittens ſe benignitati, intelligatur fateri delictum, num. 95. ibid.

Rei, quando ſunt plures, quorum aliqui ſunt præſentes, alij verò abſentes, quid ſit ſeruandum, n. 102. pag. 327.

Non poſſunt regulariter interrogari de ſociis, num. 33. p. 312

Fallit in criminibus exceptis, num. 34. ibid.

Et quæ ſint, num. 35. ibid.

De nouo torquentur ſuperuenientibus nouis indiciis diuerſis à primis re, & ſubſtantia, n. 148. & ſeq. p. 340

Sunt prius monendi ante torturam, n 163. p. 341

Dum ligantur monendi ſunt ad veritatem dicendam, num 165. ibid.

Si allegant impedimenta, adhibentur periti, n. 167. ibid. Tum, deponuntur, num. 172. p. 342

Reus citandus eſt ad audiendam ſententiam, n. 12. pag 346

In ea narrandi ſunt omnes errores num. 23. ibid.

Sed cum cautela publicanda eſt ſententia reo ſtante, & nudo capite, num. 18. ibid.

Non eſt interrogandus, an delicta cómiſerit, n. 19. ibid.

Abſolui poteſt duobus modis, n. 31. ibid.

Debet perſonaliter comparere, non per Procuratorem in S. Officio, n. 50. & 51. p. 348

Malæ famæ grauiùs punitur, num. 99. p. 363

Si dicat ſe habere ſecretum reuelandum Principi, an ſit differendum ſupplicium, n. 9 & 10. p. 364

Non amittit dominium, nec poſſeſſionem bonorum ſuorum ante ſententiam Iudicis, num. 6. p. 392

Alienationes tamen interim factæ reuocantur, num. 7. ibid.

Ruſticus.

Ruſtici ignorantes vim verborum blaſphemiæ, non incidunt in caſum reſeruatum, num. 98. p. 140

Mulieres non excuſantur ab hæreſi, in his quæ eorum capacitatem non ſuperant, num. 47. p. 123

Nec in polygamia, nec in Sortilegijs cum abuſu rerum ſacrarum, nec in confractione Sacrarum Imaginum, nec in blaſphemia, num. 48. ibid.

S.

Sacerdos.

Sacerdos fuit Chriſtus, propriè in quantum homo, quod probatur ex Scriptura & Conciliis, n. 14. & 15. p. 3

Non ſolùm in Cruce, ſed etiam in Cœna, & ex hoc ſacrificio incruento, dicitur Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, num. 7. & ſeq. ibid.

Sacerdos ſummus in lege veteri habebat temporalem iuriſdictionem, num. 57. 79. & 80. p. 7. & 8

Idem de facto facit Papa, num. 58. & 81. ibid.

Sacerdos, vel Epiſcopus dubitans de ſuo baptiſmo, eſt iterum baptizandus ſub conditione, & cogendus ad Ordines iterum ſuſpiciendos, num. 57. & 58. p. 79

De Sacerdote inualidè baptizato conſecrante, egregia doctrina Angelici Doctoris, num. 60. ibid.

Sacerdotem ſe fingens & ſollicitans, non incurrit pœnas Bullæ Gregorij XV. contra ſollicitantes, nec fœminæ ſollicitantes confeſſarium, n. 2. & ſeq. p. 110

Sacerdos, contrahens matrimonium, eſt ſuſpectus de hæreſi vehementer, & quid ſi tantum contrahat ſponſalia, num. 10. & ſeq. p. 234

Celebrans, & non conſecrans, an ſit ſuſpectus de hæreſi, & qualiter, num. 15. & ſeq. ibid.

Contrahens matrimonium, damnatur ad triremes, num. 36. p. 358

Celebrans ſuper rebus aptis ad ſortilegium quomodo puniatur, num. 66. p. 360

Celebrans Miſſam defunctorum pro viuentibus, quomodo puniatur, num. 69 ibid.

Sacra.

Sacræ res adhibitæ in ſortilegio offeruntur Diabolo, num. 33. p. 173

Sacræ Scripturæ verba ſunt propriè intelligenda, niſi ex eis falſus oriretur ſenſus, ex Regula D. Auguſtini, num. 26. p. 4

Sacramentum.

Sacramentum pœnitentiæ miniſtrantes, cùm non ſint Sacerdotes, puniuntur morte naturali, num. 19. pag. 357

Sacrificium.

Sacrificium obtulit Chriſtus *ad Epheſ. 5.* num. 16. pag. 3

Sacrificans Dæmoni eſt Apoſtata, n. 6 p. 74

Saga.

Sagæ locutio cum Dæmone, num. 135. p. 192

Duarum ſagarum depoſitiones, quòd in conuentu viderint aliquem, vel aliquam an faciant indicium ad torturam, vel capturam. & quid de nominatione facta à Dæmone per exorciſmum, num. 126. pag. 195

Salarium.

Salarium, & honorarium Aduocatorum, & Procuratorum Reorum, ex quibus ſit ſoluendum, n. 16. pag. 37

Eſt deputandum Magiſtratibus, num. 2. p. 371

Salazar.

Salazar. de vſu, & conſuetudine, c. 5. n. 18. reprobatur, num. 47. p. 134

Saluus conductus.

Saluus conductus poteſt concedi bannitis per Inquiſitores, vt poſſint teſtificari in S. Officio, n. 38. pag. 169

Sanchez.

Sanchez in materia Polygamiæ confutatur, n. 7. pag. 97

Sancti.

Sanctorum in Canonizatione, non poteſt Papa errare, num. 38. & ſeq p. 174

Sancti Canonizati coluntur ab Eccleſia, num. 40. ibid.

Declaratur locus D. Auguſtini, *Multa Corpora Sanctorum*, num. 41. ibid.

Eſſet hæreticum dicere Papam poſſe errare, n. Canonizatione, n. 42. ibid.

Sanctum Officium.

S. Officium indiget opera Curſorinum, ſiue Nunciorum qui debent eſſe contenti taxationibus Tribunalis, de horum Nunciorum materia, & eorum delictis, num. 1. 2. & 3. p. 43

S. Officium quanto in honore habitum ſit apud Reges Hiſpaniarum, & totam Nationem Hiſpanam Antelud. num. 64. & ſeq.

Sanguis.

Sanguis ſolet exire a violenter necatis, & quando, num 186. p 190

Cauſa huius emanationis ſanguinis, n. 187. ibid.

Indicium hoc in quibus Tribunalibus approbatum, num. 188. ibid.

Eſt fallaciſſimum, & eo vti non debent Iudices timentes Deum, num. 189. & ſeq. p. 191

Saraceni.

Saraceni, non poſſunt eſſe teſtes, niſi in caſibus exceptis, num. 25. & 26. & 27. p. 68

Scandalum.

Scandalum quando dicantur præbuiſſe hæretici, num. 21. p. 236

Debet plenè probari, cùm ſit qualitas tribuens Iuriſdictionem S. Officio, num. 22. ibid.

An ratione ſcandali poſſit hæreticus puniri, n. 23.

Scandalum habendum ab Inquiſitoribus præoculis, num. 97. p. 363

In cauſis S. Officij, excuſantur ſcandaloſi, num. 74. pag. 360

Schiſma.

Schiſma, quid ſit, num. 27. p. 77

Eius etymologia, num. 26. p. 76

Schiſmaticus eſt ille, qui facit Synodos generales inuito Summo Pontifice, item renuens communicare membris Eccleſiæ, num. 28. & 29. p. 77

Excommunicatus non eſt Schiſmaticus, num. 30. ibid.

Differentia inter hæreſim, & Schiſma, num. 31. ibid.

Alij ſunt diuiſi ab Eccleſia quoad obedientiam tantum

tantum, alij etiam quod credulitatem, hi ſunt hæretici, alij ſunt diuiſi ab Eccleſia, quia ignoranter putant aliquem eſſe Summum Pontificem, qui canonicè non eſt electus, n. 32. & 33. ibid.

Schiſmatici ſecundi generis ſunt hæretici, & vt tales iudicandi, num. 34. ibid.

Primi verò generis ſunt ſuſpecti de hæreſi, & qualiter, num. 35 & ſeq. ibid.

Conſtito de ſchiſmate, reus torquendus eſt ſuper ſua credulitate, num. 38. p. 78.

Et debet abiurare, num. 39. ibid.

Nec confeſſus, nec conuictus reus torquendus eſt pro habenda veritate, & abiurat ſchiſma ad formam ſuſpectorum de hæreſi, num. 40. & 56. ibid. & p. 79

In caſu in quo quis ſit ſuſpectus de ſchiſmate, non poteſt cogi ad abiurandum vti ſuſpectus de hæreſi, num. 41. p. 78

Prima pœna eſt priuatio Eccleſiaſticæ poteſtatis, num. 42. ibid.

In Hiſpania habet locum in ſchiſmatico denunciato, num. 43. ibid.

Secunda pœna eſt excommunicatio Bullæ Cœnæ quæ comprehendit ſchiſmaticos ſolo opere exteriori, non autem mentales tantum, n. 44. & ſeq. ibid. An ſchiſmatici primi generis incurrant excommunicationem prædictæ Bullæ, num. 47. ibid.

Tertia pœna eſt inhabilitas ad beneficia num. 48. ibid.

Quarta eſt pœna mortis, & de aliis pœnis remiſſiuè, vbi de fautoribus ſchiſmaticorum, num 49. & 50. p. 79

Dantur etiam ipſis aliæ pœnæ, num. 51. & 52. ibid.

Quando ſchiſma habet hæreſim coniunctam, quomodo ſe gerere debeat Confeſſarius, num. 69. pag. 80

Defenſores ſchiſmaticorum ligantur excommunicatione nulli reſeruata, num. 71. ibid.

Schiſmaticusnè an hæreticus ſit, tenens non eſſe de fide hunc numero Papam eſſe verum Papam, num. 73. p. 81

Grauitas huius delicti, ex quibus colligatur, n. 75. & 76. ibid.

Vbi monitum aureum B. Antonij magni, ex S. Athanaſio.

Scientia.

Scientia, requiritur in Inquiſitoribus, num. 19. pag. 17

Præſumitur in receptante hæreticum publicè denunciatum, & quomodo debeat puniri, num. 53. pag. 87.

Torqueri an poſſit reus ſuper ſcientia, n. 55. ibid.

Scribere.

Scribere debet Notarius formalia verba teſtis, & etiam integram interrogationem, n. 26. & 27. p. 283 & teſtis ſubſcribere ſuam depoſitionem, & de vtilitate huius ſubſcriptionis, num. 28. & ſeq. ibid.

Scriptura.

Scripturæ Sacræ verba trahentes ad iocoſa ſubduntur Inquiſitoribus, num. 36. p. 132

Ad turpia, quomodo puniantur, num 61. p. 242

Scriptura continens ſortilegium ad taciturnitatem, reperta, penes carceratum facit contra eum indicium ad torturam pro delicto pro quo erat carceratus, num. 154. p. 187

Probat delicta & quæ, num. 1. & ſeq. p. 265

Quomodo recognoſcatur ſcriptura, n. 5. & 6. ibid.

Reperta cum ſignis, & characteribus incognitis apud aliquē quomodo ille ſit puniendus, n. 73. p. 360

Secretum.

Secretum eſt neruus S. Officij, num. 25. p. 14

Difficilè ſeruatur in Curiis Epiſcopalibus, num. 26. ibid.

Seruandum à Magiſtratibus, num. 5. 8. p. 32

Poteſt indici Conſultoribus per Inquiſitores, num. 61. ibid.

Poſſunt tamen loqui inter ſe, num. 61. ibid.

Quodcumque excepto ſigillo confeſſionis, non excuſat à denunciatione, num. 22. & ſeq. p. 149

Rarò ſeruatur per Notarios, num. 55. p. 268

Iniungendum teſti, num. 31. p. 284

Secta.

Sectam Iudæorum, vel Saracenorum amplectens, eſt Apoſtata, num. 10. p. 74

Et de ritu Iudæorum in recipiendo Chriſtianos, num. 11. ibid.

Sedere.

Sedere debent Inquiſitor & Ordinarius, vnà cum Conſultoribus quando promulgatur ſententia, num. 12. & 13. p. 345

Seditio.

Seditione labuntur Reſpublicæ, quæ oritur ex hæreſi, Antelud. num. 35.

Id permittit Deus ad maiorem gloriam Regum, num. 49.

Semel.

Semel malus ſemper præſumitur malus, in eodem genere mali, & ratio, num. 22. & 23. p. 263

Senator.

Senatores & Conſultores iuniores primo votare debent num. 39. p. 30

Et quod ita ſeruatur multis in locis, num. 40. & ſeq. p. 31

Quæ ſit ratio, num 44. ibid. Quid ſeruetur Cremonæ, & quid in vniuerſali Inquiſitione, num. 45. ibid.

Senatus.

Senatus Mediolani, quas pœnas imponat blaſphemis, num. 21. p. 159

Quomodo ſoleat punire obloquentes de ſuis Iudicibus & ibi referuntur quatuor eius Deciſiones, num 28. p. 236

Quod non habet locum in Iudicibus inferioribus num. 30. 31. p. 237

Senex.

Senes robuſti torquentur, num. 141. p. 140

Deciſiones Senatus Mediolani, num. 142. ibid.

Deciſio Senatus Sabaudiæ, vbi quod decrepito non eſt iniiciendus, terror tormentorum, niſi perrarò, & ex magna cauſa, num. 143. ibid.

Sententia.

Sententia, in cauſis fidei, poteſt ferri etiam in die Dominico, quamuis eſſet hæretici impœnitentis, num. 191. p. 65

Quomodo ferenda in hæreticum pœnitentem, & quid ſeruetur in praxi, num. 17. & 18. p. 393

In hac ſententia addenda eſt clauſula, *Si ex corde ad Eccleſiam redieris*, num. 19. ibid.

Sententia, quando eſt nulla vel notoriè iniuſta, Senatus Mediolani ſolet concedere nouas defenſiones, quamuis lapſum ſit tempus, num. 74. p. 325

Contra furioſum, eſt ipſo iure nulla, num. 75. ibid.

Non admiſſo Procuratore ad probandum furorem, eſt notoriè iniqua, num. 76. ibid.

Quid practicandum in S. Officio, num. 77. ibid. Lata pro mandatario, an proſit mandanti, n. 102. pag. 327

Sententia, quid ſit, num. 1. p. 344

Latè de ſententia p. 3. tit. 11. per tot. p. 344

Quomodo differat à decreto, num. 3. ibid.

Alia eſt interlocutoria, alia diffinitiua, num. 4 ibid.

Fertur lingâ Latinâ in Tribunalibus Italiæ, numer.5. ibid.

Secus in S.Officio,& aliis Prouinciis,num.6.& 7. ibid.

Debet ferri in ſcriptis, & de die, n. 8. & 9.Ibid.

Eâm legunt Notarij,num.10.& 11. ibid.

In S.Officio ſolent proferri in die ſexto,num. 12. pag.345

Inquiſitor, & Ordinarius in prolatione ſententiæ ſedent Cum conſultoribus,num.12.& 13. ibid.

In cauſis fidei, nunquam tranſit in iudicatum, num.14. ibid.

Et hoc habet locum tam in ſententiis condemnatoriis,quàm abſolutoriis,num.15. ibid.

Inquiſitores in ſententiis reſeruant ſibi ius mitigandi, & augendi pœnas,num.16. p.135

Quod eſt inſigne priuilegium Inquiſitorum.n.17. & 20. ibid.

Alij Iudices, poſt latam ſententiam, nec augere, nec minuere poſſunt,num.18. ibid.

Fallit etiam in InquiſitoribusHiſpaniæ,num. 19. ibid.

Inquiſitor tamen non poteſt ſine Epiſcopo,n.21. ibid.

Reus citandus eſt ad audiendam ſententiam.n.22. pag 346

In ea narrandi ſunt omnes errores,Rei, ſed cum cautela num.23. ibid.

In ſententiis S.Officij,non debent poni nomina teſtium,vel circunſtantiæ,ex quibus poſſit veniri in cognitionem teſtium,num.24. ibid.

Nec delicta, quæ reus falſus eſt. ob quæ à iudice ſæculari puniri poſſet,vt homicidia,&c.n 25.ibid.

Exprimi debet tempus,quo hæreticus pœnitens permanſit in hæreſi,num.26. ibid.

Quâ modeſtiâ vtendum in legendis publicis ſententiis,num.27. ibid.

Publicatur reo ſtante, & nudo capite,num. 28. ibid.

Cum ſententia fertur ex ordine S.C. eidem reſeruanda eſt facultas augendi,vel minuendi, num. 30. ibid.

In ſententia condemnatoria non debent damnari hæreſes iam damnatæ,num 31. ibid.

Ad validitatem ſententiæ condemnatoriæ non eſt neceſſaria præſentia Iudicis ſæcularis, num. 32. ibid.

Abſolui poteſt reus duobus modis, num.33.ibid.

Seſſa.

Seſſæ *Deciſ* 476. *p.* 4.declaratur,num.29. p. 322.

Et ibi Praxis variorum Tribunalium,num.30. ibid.

Sigillum.

Sigillum Confeſſionis, eſt de Iure Diuino, naturali & poſitiuo,num.88. p.245

Caſus,qui contigit Franciſco Regi Galliæ. n. 89. ibid.

Non poteſt frangi neque de licentia pœnitentis, num.90. p.246

Fractio huius ſigilli non cognoſcitur directè ab Inquiſitore,num 91.& ſeq. ibid.

Simulatio.

Simulationibus,an liceat Iudici vti, ad eruendam veritatem,num.50. p.260

Singularitas.

Singularitas teſtium,quotuplex,num.50. p. 117

Socius.

Socius criminis,an poſſit de Iure communi abſolui à confeſſario ſocio criminis,n.306.& ſeq.p.204

Quid ſtante Decreto Concilij,7.Mediolani,n.109

Quid de tempore Iubilei,num.310. ibid.

An decretum ſupradictum comprehendat ſola peccata carnis,an etiam alia mortalia,num. 311. ib.

An ſtante bona fide pœnitentis, valeat abſolutio, num.311. ibid.

Circa ſocios criminis, an poſſit ſocius torqueri, num.116, p 57

Etiam ſi de ſocijs minimè conſtet,num.117. Vbi latiſſimè & de conſuetudine Status Mediolani circa torturam Aſſaſſini, & Banniti, ibid.

Socius,non facit fidem contra ſocium, niſi deponat cum Iuramento,& tortura, num. 228 p. 195

Deciſio Senatus Mediolani in hac materia,n.229. & 230. p.196

Vbi reprobatur doctrina Belloni,num.230.& ſeq. ibid.

Itineris an poſſit eſſe teſtis, num.61. p.270

Socij criminis dictum,non facit indicium ad torturam, ſecùs eſt cùm ſunt plures, vel adſunt adminicula num.36.& 37. p.332

Quando poſſit Reus interrogari de ſociis,n. 33. 34.& 35. ibid.

Non afficit niſi cùm tortura, & iuramento,n 38. ibid. Deciſio Senatus Sabaudiæ,& Curiæ Cremonæ, n.39.& 40. ibid. Plures ſocij ſingulares non ſufficiunt ad torturam, num.41. p.333

Socij criminis reſpectu Rei ſunt teſtes, num. 42. ibid.

Plures ſocij einſdem criminis ſufficiunt ad torturam,licet ſint ſingulares, num.47. ibid.

Quæ adminicula ſufficiunt vnà cum ſocio criminis, num.48. ibid.

Quid ſentiendum de nominatione ſocij in criminibus non exceptis,n.49. ibid.

Quid faciendum, cùm ex parte fiſci adeſt dictum ſocij criminis adminiculatum & ex parte rei bona fama, num.50. ibid

De ſocio criminis inimico, vel patiente alias exceptiones, num.51.& 52. ibid.

Nominatio ſocij ad ſuggeſtionem Iudicis, non ſuffragatur fiſco, num.53. ibid.

Et de hoc Deciſio Magiſtratus Mediolani,n. 54. pag.334

De Socia criminis comparente ſpe impunitatis, num.55. ibid.

Exculpatio ſocij multum prodeſt, num.57.ibid.

Sodomia.

Sodomia probatur ex ſcriptura priuata recognita ab inquiſito, quod per iocum eam fecit, num. 3. pag.265

In crimine ſodomiæ procedunt Inquiſitores Luſitaniæ,Valentiæ,Aragoniæ,& Catbaloniæ,num.82. & 84. p.123

Quomodo puniantur ſodomitæ ab Inquiſitoribus,num.85. ibid.

Sollicitans,& ſollicitatio.

Sollicitantes in confeſſione poſſunt tradi brachio ſæculari per Supremos Inquiſitores ex teſtibus ſingularibus num.11. p.10

Probatur ſufficienter ſollicitatio per teſtes ſingulares, & per mulieres,num.51. p.117

De hac materia ſollicitationis, vide verbo *Confeſſary ſollicitantes, & totum tit.6.prima p.* p.106

Qualitates mulierum ſunt perpendendæ, n. 54.& 55.p 118

ſollicitatio in aliquibus locis eſt caſus reſeruatus Epiſcopis num.106. p.125

Vbi non eſt reſeruatus,quilibet Confeſſarius poteſt abſoluere,num.107. ibid.

Sollicitator cauſæ an poſſit eſſe teſtis,n.62. p. 270

Sortilegium & Sortilegi.

Sortilegium, quid ſit, quot eius ſpecies, & quid veniat nomine ſortilegij,num.1.& ſeq. p. 170. & de hac materia late *p.2.tit.12.per totum,* ibid.

Dæmon quid poſſit circa elementa, num 4.p.171

Quid poſſit circa corpora hominum, & animalium, à num.5. vſque ad 15. ibid.

Quid poſſit circa animam iunctam corpori, n.15. ibid.

Quid circa animam ſeparatam , vbi explicatur locus 1.*Regum.c.*28.num.16. ibid.

Pacto ſortilegi tacito,vel expreſſo cum Dæmone, quid ſit vtrumque, & de vtriuſque malitia, & an differant ſpecie, & quid in foro conſcientiæ,à num. 17. ad 23. p.172

Hæreticale quid ſit & plura eius exempla,num.23. & ſeq. ibid.Non hæreticale quid ſit, & plura illius exempla,num.29. p.173

Ad bonum finem, illicitum,num.30. ibid.

Si fiat cum immixtione Sacramentorum eſt hæreticale, num.31. ibid.

Talis damnatur vt Necromanticus,num.32 ibid.

Res ſacræ in ſortilegio adhibitæ, offeruntur Diabolo,num.33 ibid.

Iudices competentes horum ſortilegiorum ſunt Inquiſit.num.34. ibid.

Sortilegia in quibus miſcentur orationes cum clauſula *Si Sanctus es* , ſunt hæreticalia , num. 37. pag.174

Amatorium , quando ſit hæreticale num. 48. & ſeq. ibid.

Talia committentes interrogandi ſunt an crediderint, Dæmonem poſſe cogere voluntatem hominis, num.51. p.175

Factum cum hoſtia non conſecrata , an ſit hæreticale, num.52.& ſeq. ibid.

Vtens nominibus,ſignis, & characteribus ignotis, ac nominibus Angelorum & Dæmonum,& in ſpecie,an Vriel ſit nomen Angeli an committat ſortilegium hæreticale, num.55. ibid.

Inuocans Dæmonem cum adoratione latriæ, vel duliæ eſt hæreticus,& quando habeatur pro ſuſpecto pluraque ibi exempla , num. 56. & 57. ibid. & pag.177

Inuocans ad facienda miracula hæreticale committit ſacrilegium, num.58.& ſeq. p.177

Inuocans ad ſciendum ea, quæ ipſe naturaliter ſcire poteſt, quando committat ſortilegium hæreticale,num.61.& 62. ibid.

Inuocans ſine cultu,num.63. ibid.

Ad includendum dæmonem in vaſe, num. 64. pag.178

De diuinatione per aſtra ex Bulla Sixti V. contra Aſtrologos,num.65.& ſeq. ibid.

Paciſcuntur cum Dæmone tacitè , vel expreſsè, num.137. p.184

Magiæ profeſſores,num.139. p.185

Horum ſortilegiorum tam hæreticalium , quàm non hæreticalium, eſt Iudex Inquiſitor , num. 140. ibid.

Vbi de remiſſione facienda per laicum,num.141. ibid.

Multa fiunt ſortilegia contra tormenta, quæ vocantur taciturnitatis,num.142.& ſeq. & num. 149. Vbi de conſ. 105.Simon de Prætis, in hac materia, ibid. & p.186

Sortilegia hæreticalia ſpectant ad Inquiſitores priuatiuè, num.146. p. 86

Non qualificata de iure antiquo erant mixti fori, num.147 & 148. ibid.

In dubio,quis ſit Iudex num.158. ibid.

Poſſunt conſiderari,vel vt hæreſim continent,vel vt ex eis Status Reipublicæ perturbatur , num.140. 151.& 151.& 153.ibid. & p.187

Scriptura continens ſortilegium taciturnitatis penes aliquem carceratum reperta , facit contra eum indicium ad torturam pro delicto, pro quo erat carceratus, num.154. p.187

Epiſcopi , an poſſint procedere in ſortilegijs non hæreticalibus, num 170. p.188

In cauſis lamiarum, an poſſint procedere Inquiſitores ſine Epiſcopis, num.170. ibid.

Quomodo conſtare debeat de corpore delicti in ſortilegiis facti tranſeuntis, & permanentis , num, 171.& ſeq. ibid.

De Pentaculis, libris & aliis inſtrumentis repertis penes ſortilegum,& de praxi procedendi contra eum, num.177.& ſeq. p.189

De aliis indiciis contra ſortilegos,num.180.& ſeq pag.190

Quid agendum cum incipiente facere ſortilegium ſed non perficiente , num.236. p 196

Iſte punitur extra ordinem,num.238. ibid.

Ex parte maleficij perfecta , oritur indicium ad torturam, quoad partem non perfectam,n.239.ibid.

Sortilegi ſunt ſuſpecti de hæreſi, & ideo debent abiurare,num.140. p.197

Sed debet conſtare de facto , ob quod indicitur abiuratio, num.241. ibid.

Qualiter debeant abiurare hæreticales & qualiter non hæreticales,num.241. ibid.

Suſpicio leuis in hoc crimine qualiter tollenda, à num.246.vſque ad num.253. ibid.& p.198

Quid obſeruandum circa facientes natiuitates, num.254. p.198

Qualiter puniantur tam hæreticales , quàm non hæreticales, vbi etiam quomodo puniuntur mulleres ſtrigæ, euntes ad ludos Diabolicos , & quid ſi ſint relapſæ, num.256.& ſeq. p. 99

Qualiter puniatur qui ſe factat commiſiſſe ſortilegia, num.259. p.200

Debent confiteri , quamuis etiam ſoluti in foro externo,num.296. p.203

Sortilegii crimen eſt atrociſſimum, n.289. p. 103

An contra exercentes artes magicas, & ſortilegia ſit lata excommunicatio,num.304. p.204

Sortilegia ad amorem , quæ credidit Dæmonem poſſe cogere hominum voluntatem quomodo debeat abiurare,num.20. p 231

Sortilegi, maleficio hoſtili ſecuta morte, puniuntur morte naturali,num.28. p.358

Aliquando ad triremes damnantur, num.45.ibid,

Sortilegæ fuſtigantur,num.56. p. 359. Et poſtea mittuntur in exilium,ibid.71. p.360

Sponſalia.

Sponſalia,contrahens cum alia, viua coniuge,an ſubdatur foro inquiſitorum,num.32.& ſeq. p.198

Bina contrahens efficitur infamis , ſicuti contrahens binas nuptias quamuis non puniatur in S.Officio,num.39. ibid.

Quomodo ſint quid Sacramentale in ſententia D.Thomæ,num.45. p.99

Quid dicendum de vxorato contrahente ſponſalia de futuro ſecutâ copulâ,in locis in quibus non eſt receptum Tridentinum,num.45.& 46. ibid.

Abiurat de leui,num.60. p.101

Quomodo puniatur,num.64.& 65. p. 102

Contrahens ſacerdos,an ſit ſuſpectus de hæreſi, num.10.& ſeq. p.234

Spontè comparens.

Spontè comparens, qui dicatur, num.1 p. 247. & n.3.& 4.p.370. An cenſeatur qui non vocatus venit, licèt indiciis ſit præuentus, num.2.& 3. p. 147

Quid ſi ſit prænentus quoad aliquas propoſitiones, quoad alias non, num.4. & ſeq. ibid.

Quando gaudeat beneficio ſpontè comparentis, num.7. p 248

Hæreticus ſpontè comparens quomodo tractandus, num.8.& ſeq. ibid.

Relapſus, an ſit brachio ſæculari relaxandus, n.13. & ſeq.ibid. Tempus gratiæ quid ſit, num. 17. p.249

Quando, & quibus perſonis proſit, num.18.& 19. ibid.

Praxis obſeruanda in concedendo, & publicando tèmpore gratiæ, num.20. ibid.

Qui de eo tractent, num.21. p.250

Etiam poſt tempus gratiæ, tractatur mitiſſimè,& abiurat ſecretè, num.7.num.23. p 352

Sponte confeſſus.

Spontè confeſſus in S.Officio, punitur, ſed non in aliis Tribunalibus, num.40.& 41. p.316

Spurius.

Spurij, an poſſint eſſe teſtes, num.40. p.269

Statutum.

Statutum, loquens in rem, comprehendit mandantem, num.266. p.201

Secus ſi loquitur in perſonam, num.267. ibid.

Subdiaconus.

Subdiaconus, qui confeſſiones audiuit, quomodo puniatur, num.46. p.159

Subditus.

Subditi Status Mediolani prohibentur inſeruire pro militibus, Principibus exteris, num. 11. p. 83

Tales damnatur ad triremes, niſi inſeruiant aduerſus hæreticos & Turcas, num.12.& 13. ibid.

Subſtantia.

Subſtantia delicti, eſt animaduertenda, n.96.p. 363

Succeſſor.

Succeſſores veri D.Petri ſunt Pontifices Romani, quod probatur ex dictis Summorum Pontificum, Conciliis & Patribus, num.46. p. 6

Suggeſtio.

Suggeſtio, quid ſit in iudice, num.33. p.315

Fugienda eſt in examine teſtium, reorum, & tortura, num .34. p. 326

Interrogatio ſuggeſtiua annulla confeſſionem, num.38. & 51. p.260

Summus Sacerdos.

Summus ſacerdos habebat in lege veteri temporalem iuriſdictionem, num.57. 79. & 80.p. 7. & 8

Pontifex Romanus, de facto vtitur gladio temporali, n.58. & 81. ibid.

Superior.

Superioris iuſſus, in his, quæ non ſunt prohibita obligat, ſecus in prohibitis, vel cum delictum non eſt leue, num.78.& 79.p.325. De famulo quid, num. 80. p.326

Supplicium.

Supplicium an ſit differendum Reo dicenti, ſe habere ſecretum reuelandum Principi, num.9 p.464 Vbi Deciſio Senatus Sabaudiæ, num.10. ibid.

Superſtitio.

Superſtitionum ſpecies, remiſſiuè, n.301. p. 204. De quadam cartula ſuperſtitioſa, num.302. ibid & de oratione, *Crux Christi*, num. 36. p. 147

Superuinentia.

Superuinentia primæ Vxoris probanda eſt in polygamia, num.52.& ſeq. p.106

Surdus.

Surdus *conſ.*407.n.8 arbitratur Iudæum habentem rem cum Chriſtiana, non poſſe puniri per Iudicem Eccleſiaſticum, num.8.& ſeq.

Reprobatur per Mutam, num.11.& 12. ibid.

Surdus, an poſſit eſſe teſtis, num.70. p.271

Suſpectus, & ſuſpicio.

Suſpectus de vehementi, eſt Polygamus, num. 7. pag.101

Talis ſuſpicio oritur ex abuſu Sacramenti, n.58 ibid.

De leui, quando poſſit torqueri, num. 63. & ſeq. pag.135.

Suſpicio leuis ſufficit vt procedatur in S.Officio, contra Reos, num.17. p.255

Probabilis, quæ ſit, num.18. ibid.

Suſpiciones non ſufficiunt ad conſtituendum aliquem reum, n.3.p.261. Suſpicionis cauſę in reuocatione inquiſitorum, ſunt cognoſcendæ per Supremum Tribunal, num.88. p.326

Suſpicio hæreſis violenta non differt à ſuſpicione vehementi, quoad modum procedendi, ex ſtylo Inquiſitionis Romanæ,& etiam Hiſpaniæ, num.6. & ſeq. p.350. Suſpectus de fautoria non abiurat vt ſuſpectus de hæreſi, num.20. pag.352

Suſpenſus.

Suſpenſus adminiſtrans, qua pœna puniatur, n.77. pag.360

T.

Talio.

TAlionis pœna receſſit ab Aula, num.7. p. 257

Temporale.

Temporalis poteſtas directa, aderat in Chriſto, & adeſt etiam in Papa, num.53.54.& 76. p.7.& 8

Alij verò concedunt in Papa ſolùm indirectam, num 67.& 68. p.7

Et rationes quare concedatur poteſtas temporalis directa in Chriſto non militant in Papa, num.75. pag.8

Et quomodo, vocetur talis iuriſdictio, num.91. & 92. p.9

Templum.

Templa hæreticorum, num poſſint adiri in eorum locis. num.70. p.88

Tempus.

Tempus præciſum delicti eſt exprimendum, ne tollantur defenſiones, num.16. p.255

Tempus gratiæ, quod ſit, num.17. p.249

In quibus caſibus ſit locus tempori gratiæ, & quibus perſonis proſit, num.18.& 19. ibid.

Quæ praxis obſeruanda in publicando, & concedendo tempore gratiæ, num.20. ibid.

Qui Auctores tractent de tempore gratiæ, n.21. pag. 250

Temporis tractu non conualeſcunt, quæ ab initio nulla ſunt, num.13. p.330

Tempus circa delicta animaduertendum, num.96. pag. 363

Gratiæ, quod nam ſit, num.5. p.370

Qui eo non fruantur num.6. ibid.

Quare concedatur,& reiteratur, num.8. ibid.

Tenere.

Tenere, non eſt de fide hunc numero Papam, eſſe verum Papam, an ſit hæreticus, n.73. p. 81

Tentans.

Tentans ſe occidere carceratus, quas pœnas incurrat. n.82.& ſeq. p.245

Tentationes

Tentationes fidei patiens non eſt ſuſpectus de hæreſi,n.19. p.48.
Et quid acciderit Abulenſi in hac materia, n.20. ibid.
Remedium iſtarum tentationum, n.21. ibid.
Teſtamentum.
Teſtamentum, & Codicill. Caroli V. Imperatoris, in materia Sancti Officij. Antel.n.63.
Teſtator.
Teſtator inſtituens hæreticum, an ſit ſuſpectus de hæreſi,n.71. p.89
Teſtes.
Teſtes duo, an probent hæreſim.n.94. p.54
Quid ſi Reus ſit bonæ famæ num.95.& 96. ibid.
Falſi puniuntur in S.Offic.quia cooperantur abutenti Sacramento.n.48.& 49. p.99
Falſi in delicto polygamiæ puniuntur per Inquiſitores,ex S.C.n.67. p.103
Deponentes coram iudice, vel depoſitionem ſubſcribentes etiam ſigno Crucis ſi negent ſe ita depoſuiſſe, puniuntur vt falſi,n.68. ibid.
Negantes ſe depoſuiſſe, vt Notarius ſcripſit,neuter condemnatur,n.69. ibid.
Contra vtroſque tamen poteſt Iudex inquirere,n.70. & ſeq. ibid.
Teſtes ſingulares & etiam mulieres probant ſollicitationem, n.31.& ſeq. 117
Cùm admittuntur in defectum aliarum probationum an habeantur pro maioribus omni exceptione,n.68.& ſeq. p.120
Vbi S.C.n.71. p.121
An probent delictum cælebrationis Miſſæ,vel adminiſtrationis Sacramenti pœnitentiæ per eum, qui non eſt Sacerdos vbi plura de teſtibus ſingularibus, n.17.& 18. p.164
Probato corpore delicti per teſtes ſingulares an ſit locus condemnationi, in pœnam extraordinariam,n.19.& 20. p.165
Teſtium repulſa, quomodo detur in crimine blaſphemia,n.53.& ſeq. p.135
Falſi, & ſubornatores, quomodo puniantur, n. 55.& 58. p.140
Qui prius dixerunt vnum & poſtea dicunt aliud quomodo puniantur,n.59.& 60. p.142
Propalantes eorum depoſitiones,n.61. ibid.
Teſtes eſſe poſſunt omnes, qui à iure non reperiuntur prohibiti,n.1. p.166
In cauſis fidei admittuntur omnes, exceptis inimicis,n.2.& 3. ibid.
De hac materia teſtium qui ſint idonei, & qui non,per totum *tit.5.p.3.* ibid.
Mulieres admittuntur in crimine hæreſis, & in alijs exceptis,n.14. p.167
Quid de conſanguineo, n.15. ibid.
Frater contra fratrem non admittitur niſi conſulto Principe,excepto crimine hæreſis, n.16. ibid.
Vxor, affinis,Amaſius, & domeſticus, num. 17. & ſeq. ibid.
Non ſunt tamen integri teſtes, neque in S.Officio, n.21.& 22. p.168
Etiam excommunicati admittuntur in cauſis fidei, n.23.& 24. ibid.
Quid de Iudeo hæretico, & infideli, n.25. & 26. ibid.
Et quomodo iurare debeant, n.27. ibid.
Quid de meretrice & lenones,n.29.& 30. ibid.
Quid de Bittuario n.32. p.169
Quando dicatur deponere de concernentibus officium ſuum,n.33. ibid.
Quid de baooitis, n.36.& 37.& n.38. ibid
Quod Inquiſitores poſſunt eis dare ſaluum conductum quid de Vſurarijs,n.39. ibid.
Quid de ſpurijs n.40. ibid.
Quid de Ebrijs n.41. ibid.
Quid de hiſtrionibus, n.42. ibid.
Quid de Apoſtatis à Religione,n.43. ibid.
Quid de fuſtigatis n.44. ibid.
Quid de decoctis, n.45. ibid.
Quid de accuſato pendête accuſatione,n.46.p.170
Quid de minore,à n.17.vſque ad n.54. ibid.
Quid de impuberibus, n.54.& ſeq. ibid.
Quid de infante doli capace, n.57. ibid.
Quid de pubere deponente de his quæ vidit in pupillari ætate n.58. ibid.
Quid de teſte Vniuerſitatis n.59. ibid.
Quid de Proxeneta, n.60.quid de ſocio itineris, n.61.ibid. Quid de ſollicitatore cauſæ, n.62. ibid.
Quid de iudice, & arbitro, n.63. p.171
Quid de eo qui recepit vſuras aut eas, perſoluit, n.64. ibid.
Quid de accuſatore, n.65. ibid.
Quid de reportante commodum, n. 66. ibid.
Quid de Confeſſario deponente de auditis in confeſſione n.67. ibid.
Quid de Paupere, n.68. ibid.
Quid de furioſo,n.69
Quid de muto, & ſurdo n.70. & quomodo eius depoſitio recipiatur, n.71. ibid.
Quid de Monacho, & Clerico contra Laicos, n.72 ibid.
Teſtes inhabiles admittuntur in S. Officio, ſed cum ſua inhabilitate, n.73. & 82. p.171.& 172. Admittuntur ad probanda adminicula hæreſis,n.75.& 8 ibid.
Inhabilitas in teſte conſideratur de tempore iuramenti & depoſitionis n.76. p.172
Producens ad defenſam ad poſſitillorum dictum vel perſonam reprobare,& quid in S.Officio, n.79. & 80. ibid.
Teſtium numerus quando ſuppleat eorum defectum,n.77. ibid.
Fides vnius exuberans quando ſuppleat defectum alterius n.78.De teſte voico n.81. ibid.
Teſtis depoſitio obſcura, nihil probat, num. 1. p.173.
Non probat niſi concludat de neceſſitate num.3. ibid.
Per verba *in circa*, & an plures teſtes deponenter hoc modo poſſint concordari, num. 5. & 6. p.174
De credulitate an probet, n.7. ibid.
De auditu proprio probat ſecus de auditu auditus, n.8 & 9. ibid.
Facit tamen aliqualem probationem, ſed leuem n.10.& 11. ibid.
Maximè ad defenſam Rei, n.12.& in delictis occultis n.13. ibid.
De auditu auditus, deuenitur ad torturam in crimine aſſaſſinij,n.14. ibid.
Diligenter conſiderandum eſt, à quibus audierint,n.15 ibid.
Dicens ſe cognouiſſe ad vocem, n.16. ibid.
Iſte non eſt omni exceptione maior, n. 17. ibid.
Quid quando interiectus eſt paries,n.18. ibid.
Debet deponere per vnum ex quinque ſenſibus, n.19. ibid.
Deponens de geſtis tempore noctis eſt ſuſpectus, niſi dicat adfuiſſe lumen, n.20.25.& 27 ibid.
Fallit in noctibus autumnalibus, n. 21. p.175

Fallit

Fallit etiam quando teſtis, & reus ſunt maximè vicini, n.22. ibid.
Deciſio Senat. Mediolani, n.23. ibid.
Præſens delicto pòreſt torqueri, ſi nolit delinquentes manifeſtare, n.24 ibid.
Si dicit cognoui quia Luna lucebat, & factis calculis ab Aſtrologo appatear tunc Lunam non potuiſſe lucere, nihil probat, n.28. ibid.
Quid ſi dicit vidiſse Adulterum per rimulam hoſtij, n.42. p.276
An in hoc caſu ſit locus tortoræ, n.43 ibid.
Deponens talem blaſphemaſſe præſente tali, & ii, qui negant, n.44. ibid.
Varius in S.Officio, an poſſit puniri, num. 62. p.278.
Deponens ſuper negatiua vaga non probat, nom. 63. ibid.
Secus in negatiua coarctata ad breue tempus, nom. 64. ibid.
Quomodo debeat huiuſmodi teſtis deponere num.65. p.279
Grauatus, duobus teſtibus, quod tali die blaſphemauit præſentibus alijs duobus, qui id negant quomodo expediendus, n.67. ibid.
Falſi ſunt puniendi pœna extraordinaria, com atteſtationes ſunt nullæ, n.68. ibid.
Idem de teſtibus falſis in circunſtantijs, num.69. ibid.
De falſis teſtibus ſoper generalibus, n.70. ibid.
Et an aliquid probent, n.71. ibid.
Falſi in vno articulo nihil probant in alio, n.72. ibid.
Ad puniendos falſos teſtes pœna ordinatia requiruntur probationes euidentes, n.73. ibid.
De teſte qui recipit pecuniam, n.74. ibid.
Quæ conſideranda in puniendis falſis teſtibos, n.75. ibid.
De Vacillante, n.78. p.280.
Debet reddere rationem ſui dicti, n.79. ibid.
Et quæ ratio poſſit dici legitima, n.80. ibid.
An debeat reddere rationem etiam non interrogatus, n. 81. ibid.
Quid de eo qui dicit, ſcio quia conſanguineus, vel vicinus, n.82. ibid.
Ratio ſaluat dictum teſtis, vel illum deſtruit, & in ea conſiſtit probatio, n.83. ibid.
Quid de teſte de credulitate, n.84. ibid.
An poſſit redargui de falſo, n. 85. ibid.
Teſtes ſingulares non conuincunt Reom in materia fidei n.29. p.275
Et quid ſi plores teſtes ſingulares concludunt de eadem ſpecie hæreſis, n.30. ibid.
Probant, cum agitur de eodem actu ſucceſſiuo, n.31. ibid.
Quomodo in teſtibus ſingularibus poſſit Confeſſarius ſollicitans damnari, n.33. p. 276
Per quatuor omni exceptione maiores eiuſdem ſpeciei hæreſis, ſed non indiuidualis, num reus ſit conuictos. n.36. ibid.
Quid ſi diſcordarent in ſolis verbis, n.37. ibid.
Et quid in blaſphemia, n.38. ibid.
In dubio præſumuntur conteſtes, n.39. ibid.
Cur non coniungantur ad reum conuincendum, n.41. ibid.
An, & quomodo coniungantur in S. Officio ad effectom torturæ, vel pœnæ extraordinariæ, n. 41. ibid.
Contrarij in ſubſtantialib. nihil probant, n.45. p.277
Quando dicantur contrarij in ſubſtantialibus, n. 46 & 47. ibid.
Dicta teſtium non ſunt cauillanda, ſed adiuuanda, nom.48. ibid.
Contrarij euidenter non concordantur nec etiam ſi ſunt ſuſpecti, de falſo, n.49. & 50. ibid.
Concordia teſtium quomodo facienda, n.51. ibid.
In Ciuilibus concordantur etiam ad probationem faciendam, in criminalibus verò ad euitandum periurium, n.52. & 53. ibid.
In S.Officio plus probant teſtes concordati, quam non concordati, & minus concordati, quam illi qui non egent concordia, n.54. & 55. ibid.
Relinqui arbitrio iudicis, quanta fides ſit dada teſtibus concordatis, n.56. p.278
Pluribus teſtibus varijs, quibus magis credendum, n.57. ibid. Varij nihil probant, n. 58. ibid.
Et quando poſſint ſe corrigere, n.59. ibid.
Depoſitiones quando ſunt contrariæ, quibus ſtandum n.60. ibid.
Quid quando exgrauant in ſecunda depoſitione ſe, & alios, n.61. ibid.
Non probant plenè hæreſim ad effectum imponendi pœnam ordinariam etiam ſi adeſt fama, n. 6. & 7. p.390
Ratio, n.2. ibid.
Etiam ſi deponerent de diuerſis actibus einſdem ſpeciei hæreſis, n.3. 4. & 5. ibid.
Teſtes iurare debent, & ſine iuramento non probant, n.1. p.281
De teſtibus quoad examen, vide totum titulum 7.3. partis. ibid.
Iurare debent tactis Euangelijs, etiam ſi ſint Clerici n.2. & ſeq. ibid.
Quid de non habentibus manus n.6. p.282
Contra eos, qui nolunt deponere, quid agendum n.7. ibid.
Monendi ſunt de importantia Iuramenti, n.8. ibid
Examinandi ſunt per Inquiſitores, & in loco iudicij, n.9. & 18. ibid.
Quid ſi lingua teſtis non intelligatur, n.11. ibid.
Examinandi in loco ſecreto, n.12 ibid.
Per quos examen inchoandum, n.13. ibid.
Solemnitas antiqua non ſeruatur hodie, num.14. ibid.
Quomodo à Notario ſcribendum ſit iuramentum, n.15. ibid.
Prius examinandi, qui pleniùs ſunt informati n.16. ibid.
Leues exactiùs ſunt examinandi n.17. ibid De quibus interrogandi, n.18. ibid. Examen non interrumpendum, n 19. ibid.
Conſilium Auctoris non ſpernendom, num. 20. p.283.
Debent deponere ore, & non ſcriptis modo ſciant loqui, n.21. & 22 ibid.
Vultus teſtis diligenter intuendus cùm deponit, & quid agendum cum teſte trepidante, & ſe ſe turbante, n.24. ibid.
Modus loquendi teſtis, & reſpondendi conſiderandus, n.25. ibid.
Verba per Notarium formaliter ſcribenda, prout proferuntur per teſtem, n.26. ibid. Integra teſtis interrogatio ſcribenda, n.27. ibid.
Subſcribere debet ſuam depoſitionem, & de vtilitate huius ſubſcriptionis, & quid ſi teſtis neſciat ſcribere, n.28. & ſeq. ibid.
Teſti iniungendum ſecretom, n.32. p.284
Examinati in iudicio ſummario non probant, niſi repetantur, n.33. & 34. ibid.
Reuocare poſſunt ſe integra proteſtationem de habendo teſtes pro repetitis, n.35. ibid.

Deciſio Senatus Mediolani,n.36. ibid.

Repetitio teſtis requirit eaſdem ſolemnitates,quas examen n.37. ibid.

Num teſtis repetendus poſſit ſe referre ad primum examen & quæ obſeruanda in hac relatiua repetitione n.38.& ſeq. ibid.

Quam caute ſint legendæ teſti primæ depoſitiones & quæ praxis obſeruanda n.41. & 42. ibid.

Quid agendum ſi iudex nollet eas legi, & teſtis obſtinatè eam petit,n.43. p.285

Vbi Deciſio Senatus Sabaudiæ, teſtis dicens contraria in repetitione, an poſſit torqueri n.49. ibid.

Teſti datur tortura à ſolo Inquiſitore, cum contra reum adſunt indicia n.54.& 55. p.286

Abſtinendum à tortura, cum aliqua bona ratio excuſat teſtem n.56. ibid.

Debent eſſe conteſtes, ad probanda indicia remota, & quando hoc fallat,n 25. p.331

Teſtes præſentes delicto, ſi nolint delinquentem propalare, torquentur, n.57. p.286

Idem eſt de eo qui dicit ſe non recordari de his de quibus probabiliter poteſt recordari,n.59. ibid.

Torquentur tamen in ſubſidium, n. 58. ibid.

Dictum teſtis in tortura, non eſt ratificandum extra torturam,n.60. Ibid.

De examine teſtium per turbam, ſecundum ſtylum Franciæ, & Sabaudiæ, n.61. ibid.

Hic ſtylus eſt contra Ius n.62. ibid.

Noui, non admittuntur ſuper iiſdem publicatis atteſtationibus n.63. ibid

Fallit in cauſa hæreſis Deciſio Senatus Mediolani n.64. ibid.

Si tentat nomina teſtium in edendo proceſſu in, S.Officio, & de ratione, n.65. ibid,

Teſtium qualitas inquirenda eſt ab Inquiſitore etiam quod Reus id non opponaat, num.66. & 67 p.287.

Teſtis, an teneatur reſpondere interrogationi criminoſæ, n.73. ibid.

Et quid ſeruetur In Inquiſitione Hiſpaniæ, num. 74. p.288

Examinatus à iudice Laico, repetendus eſt ab Inquiſitore,n.73. ibid.

Poteſt cogi ad ſe examinandum,n.76. ibid.

Mulieres tamen illuſtriſſimæ ſunt examinandæ Domi,n.77. ibid.

Teſtes examinandi pro Reo, quales debeant eſſe, n 89. p.326.

Depoſitio emanata in tortura,non eſt ratificanda, n.179. p.342

Falſus ſecuta morte Rei, punitur morte naturali, n.22. p.358.

Alias damnatur ad triremes n.50. p.359

Poteſt pluries examinari, & interrogandus de cauſis ſcientiæ, & de inimicitia,n.13 & ſeq. p.393

Duo non conuincunt in crimine hæreſis, num. 16. ibid.

Singulares ſufficiunt ad indicendam abiurationem, vel purgationem Canonicam n.10. p. 391

Teſtimonium.

Teſtimonium ferre debent omnes In S.Officio,n. 1.& 2. p.376

Etiam Reges & Imperatores n.3. ibid.

Nullus debet celare veritatem,n.4. p.377

Quid extra cauſas fidei, cum ipſe ſolus ſciat veritatem,n.5. ibid.

Quid in Reo n.6. ibid.

Nec iuramentum, nec votum excuſat teſtem à ferendo teſtimonio, num.7. ibid.

Nec excommunicatio ordinarij in hoc caſu eſt tienenda,n.8. Ibid.

Theſaurius.

Theſaurius S. Officij habet penes ſe depoſitas pecunias S.Officij,n.1. p 39

Idem ſeruatur in Hiſpania, n.2 ibid.

Quis in Theſaurarium eligendus,n.3. ibid.

Sæpius debet reddere rationem Inquiſitori, n. 4 ibid.

Si aliquid acquirit nomine ſuo, ex pecunijs S.Officij, an ſibi acquirat, & quid de Tutore, Prælato, & ſimilibus,n.5. ibid.

Titulus.

Titulus Reuerendiſſimatus, debetur Inquiſitoribus, n.51. p.19

Debetur Epiſcopis, n.35. ibid & datur Vicarijs Epiſcoporum, n.55. ibid.

Torquere.

Torquere, aut condemnare an aliquando poſſit Epiſcopus ſine Inquiſitore, & e contra n.15. p.13

Torqueri an poſſit Reus ſuper ſcientia,num. 52. p.87.

Torquentur omnes in S.Officio n.136. p.339

Et de ratione,n. 137. ibid,

Ad torturam non eſt deueniendum niſi in ſubſidium conſtito de corpore delicti, præcedentibus indicijs & datis reo defenſionibus, n.153. p.341

Proferenda eſt interlocutoria de torquendo, nec danda tortura niſi poſt decem horas à ſuſcepto cibo, n.159.ibid.& ſeq.non in die quartanæ, num. 161. ibid.

Torquendus eſt prius qui veriſimilius dicturus eſt veritatem, n.162. ibid.

Ante torturam Reus pluries eſt monendus, num. 163. ibid.

Tortura non datur cum ſquaſſis In S. Officio, num.164. ibid.

Debet eſſe moderata & in ea Iudex ipſe debet reum interrogare,n.168.& 169. ibid.

Cum rei ſunt in tortura non facile deponendi, num.170. ibid.

Tortura non facile debet excedere horam, num. 171.& 172.p.342.vbi de tormento ignis, & quid in facto acciderit.

Reo torto deponitur,n.173. ibid.

Confeſſio In tortura, debet extra torturam ratificari, n.174. ibid.

Vbi, quid ſi eam reuocauerit, n.175. ibid,

An ratificari debeat confeſſio emanata poſt comminationem torturæ, n.176. ibid.

Quid ſi confeſſio extraiudicialis præcederet, num. 177.& 108. ibid.

Data reo conuicto operatur, quod non poſſit damnari in pœnam ordinariam. n.180. ibid.

Purgat indicia licet data à Iudice incompetenti, n.181.ibid.vbi Deciſio Inquiſitionis Hiſpaniæ, num. 182 ibid.

Caſus prodigioſus in Regno Aragoniæ, n. 183, ibid.

Tortura.

Tortura hæreticorum n.97. p.55

Ante torturam debet conſtare de corpore delicti. n.98. ibid.

Et quomodo,n.99. ibid.

Danda ſuper intentione n.101 & 102.vbi duæ Deciſiones Senatus Mediolani.

Perſiſtens in tortura in crimine hæreſis, num ſit abſoluendus,n.109.& ſeq. p.56

Clerici, & Monachi quomodo ſint torquendi, n. 114 & 115. p.57.

Super complicibus, & quando ſit inferenda, num.

num.116. ibid.

An ſit locus torturæ, etiam ſi non conſtet de ſocijs, latiſſime, n.17.& 18. ibid.

Vbi de conſuetudine Status Mediolani circa torturam aſſaſſiui, & bannitij; quid ſeruetur in Inquiſitione Hiſpaniæ, n.119. ibid.

Torturæ decretum, an admittat appellationum, n.182.& ſeq. p.58

Tortura ſuper intentione, datur Confeſſarijs ſollicitantibus, & pro vlteriori veritate & ſi perſiſtant quid agendum, quando ſollicitatio fit per verba ambigua, & reus negat ſe habuiſſe intentionem ſollicitandi, n.71.& 75. p.121

Datur blaſphemis ſuper intentione, & pro vlteriori veritate n.62. p.135

An ſit danda blaſphemis qui ſe remittunt ad dicta teſtium, n.66. p.136

An ſit danda ſuſpectis de leui n.63.& ſeq. p.135

Num poſſit dari ei qui retinet librum hæretici, n.40.& ſeq. p.159

Tales debent abiurare, & qualiter, num. 44. ibid.

Maleficarum debet eſſe ſimplex, & ſine ſquaſſis, n.213. p.193

Non repetenda, & quando ſecus, n.214. ibid.

Iudex in tortura vti debet ſale ſcientiæ, & conſciētiæ n.216.p.194. A tortura dignitas non excuſat, & de praxi torquendi Reum n.218. ibid.

Super complicibus quando danda, n.221.& ſeq. ibid.

Super intentione, n.225. ibid.

Non eſt danda in crimine hæreſis, niſi adſint indicia ſufficientia, n.24. p.259

Tortura datur teſti à ſolo Inquiſitore, cum contra reum adſunt indicia, n.54 & 55. p.286.

Abſtinendum à tortura, cum aliqua bona ratio excuſat teſtem, n.56. ibid.

Datur ei qui eſt præſens delicto, & non vult delinquentem propalare, n.57. ibid.

Idem fit de eo qui ait ſe non recordari de his, de quibus probabiliter poteſt recordari, num.59. ibid.

Datur in ſubſidium, n.58. ibid.

Torturæ quando eſt locus, & pœnæ extraordinariæ poteſt Iudex omiſſa tortura, punire reum, extra ordinem, n.17. p.291

De tortura, & indicijs vide late *p.3.tit.10.per totum.* p.328.

Tortura quid ſit, n.2. p.329

A tortura non eſt inchoandum, n.8. p.330

eſt res fragilis, & periculoſa, n.9. ibid.

Torturā debent præcedere indicia legitima, etiam in S.Officio, n.10.& 11. ibid.

Data ſine indicijs præcedentibus ſi ſequatur confeſſio eſt nulla, nec validatur ex ſuperuenientia Indiciorum, n.12. ibid.

Torturæ nemo poteſt ſubijci ex conſcientia Iudicis, etiam ſi procedere poſſet manu Regia, n.14.& 15. ibid.

Vnicum indicium proximum ſufficit ad torturam, ſed ſi ſunt remota requiruntur plura reprobato Claro, n.17. ibid.

Niſi vnicum iudicium remotum faceret ſemiplenam probationem, n.18. ibid.

Indicia ad torturam ſunt Iudici arbitraria, n.19. ibid.

Arbitrium tamen debet eſſe regulatum, n.20. p.331

In dubio iudicandum eſt non eſſe locum torturæ n.14. ibid.

Quando deuenitur ad torturam ex indicijs per teſtes ſingulares probatis, tunc Iudex debet multum temperare ſuum arbitrium, n.27. ibid.

Hoc fallit in Supremis iudicibus, n.28. ibid.

Poteſt dari tortura quando adeſt vnus teſtis de viſu quod procedit etiam in S.Offic.num.29.& 30. Ibid.

Et quid requiratur vt oriatur ſufficiens indicium ad torturam ex depoſitione vnius teſtis, n.31. p.332

Fallit, quando reus eſt bonæ famæ, n.32. Ibid.

Ad torturam non ſufficit dictum ſocij criminis, num.36. ibid.

Secus eſt, ſi ſunt plures ſocij, vel adſunt adminicula, n.37. ibid.

Requiritur tortura, & iuramentum, ad hoc vt dictum ſocij officiat, n.38. ibid.

Et de hoc Deciſio Senatus Sabaudiæ, & curiæ Cremonæ, n.39.& 40. ibid.

Plures ſocij ſingulares non ſufficiunt ad torturam, n.41. p.333

Plures teſtes corrupti, quando ſufficiunt ad torturam coram corrumpente, n.43.& ſeq. ibid.

Ad torturam ſufficiunt plures ſocij eiuſdem criminis, licet ſint ſingulares in diuerſis actibus num.47. ibid.

Tortura an poſſit dari per famam vehementem, n.75.& 76. p.335

Et quid in delictis occultis, n.77. ibid.

Ad torturam ſufficit fuga, ante accuſationem, vel Inquiſitionem, niſi adſit cauſa colorata, num. 83. p.336.

Secus eſt poſt accuſationem, vel inquiſitionem, num.84. ibid.

Inimicitia quæ ſufficiat ad torturam, n.88.& ſeq. ibid.

Minæ quando ſufficiant ad torturam, n.86. ibid. & quid ſeruetur, n.96.& 97. ibid.

Ex variatione, & mendacio rei quando poſſit deueniri ad torturam, n.98. p.337

Aſſertio vulnerati mortui non ſufficit ad torturam, ſed bene ad inquiſitionem, n.99. ibid.

Quid de re alicuius reperta in loco delicti, n.100 ib.

Quid de ſecreta allocutione, n.101. ibid.

De loco à communiter accidentibus, n.102. ibid.

De vno teſte impubere, n.103. ibid.

De teſte examinato ad æternam rei memoriam pro fiſco, ſed non repetito, n.105. ibid.

De importuna ſollicitatione apud Iudicem, n.107. ib.

De Confeſſione facta in tortura, & poſtea reuocata, n.108. ibid.& de finalitate, n.109. ibid.

Ex ſemiplena probatione poteſt ad torturam deueniri n.110. ibid.

Sufficit contumacia ad torturam, ex inueterata conſuetudine Status Mediolani, n.115.& 116. p.338

Et num habeat locum in S.Officio, n.117. ibid.

Torquere non poteſt Princeps, niſi adſint legitima indicia, n.118. ibid.

Torqueri poteſt Reus ſine indicijs, qui non vult reſpondere, aut iurare vel fingit facultatem, vbi Deciſio Senatus Sabaudiæ, n.119. ibid.

Torqueri quando poſſint homicidæ, & aſſaſſini ad indicandum mandantem, n.120. ibid.

Ex conſuetudine Status Mediolani torquetur Bannitus etiam ſine indicijs ſuper aliis criminibus, cum ſententia contra eum lata mittitur executioni, & idem obſeruatur in crimine aſſaſſinij, furti, ſtroſationis annonæ, vel ſalis, n.121. p.339

Hæc conſuetudo non extenditur vltra delicta nominata, vbi Deciſio Senatus Mediolani, n.122. ibid.

Datur tortura in aliquibus caſibus ſine indicijs, n.123.& 124. ibid.
Torqueri poteſt quilibet, qui non reperitur prohibitus,n.125.& ſeq. ibid.
Vbi enumerantur illi qui non torquentur à decreto torturæ, an detur appellatio, n.4. p.363

Traditio.

Traditio brachio ſeculari non fit, niſi Conſulto Supremo Tribunali,n.95. p 91

Tranſiens.

Tranſiens ad ſectam Iudæorum, vel Saracenorum eſt apoſtata,n. 10. p.-4
Et de ritu Iudeorum in recipiendo Chriſtianos, num.11. ibid.

Tria.

Tria quæ ſecundum D. Thomam conueniunt capiti naturali, in ordine ad corpus naturale, ſuo etiam modo conueniunt Chriſto capiti myſtico,n.4 & 5. p.3

Tribunal.

Tribunal Supremum Inquiſitionis, quando fuerit erectum in Regno Caſtillæ,n 1. p.10
Et qui in eo interueniant,n 5. p.11
Præſes nominatur a Rege Catholico, & confirmatur per Papam,n.3. ibid.
Officiales Tribunalis à quo deputentur n,4. & 5. ibid.
Vbi de Inquiſitoribus inferioribus, & eorum Miniſtris.
Ex Priuilegio Regis,vnus de Familia S Dominici ſemper eſt Conſiliarius dictæ Inquiſitionis,n 6 ibid.
De quibus cognoſcat hoc Tribunal,n. 7. ibid.
Inquiſitores inferiores quid facere poſſint num. 8 ibid.
Huic Tribunali non ſubſunt Inquiſitores Luſitaniæ,n.9. ibid.
Inquiſitores inferiores faciunt relationes huic Tribunali,n.10. ibid.
Quoties congregetur in hebdomada, & quo loco, n.11. ibid.
Reges Caſtillæ ſupponunt ſe, & ſua dominia huic Tribunali, n.12. ibid.
Tribunalia omnia ſubminiſtrant S Officio,ſed S. Officium nullis ſubminiſtrat,num.166.& ſeq. p.188

Triremes.

Triremium pœna eſt frequentiſſima in S.Officio, n.33.& 34. p 158.
Ad eam damnatur polygami n 35.ibid Sacerdotes Matrimonium contrahentes,n. 36.ibid. Confeſſarij ſollicitantes n.37. ibid.
Cum quis damnatur ad remum per S. Offi. exprimitur, quod ſeruiat ad remum,n.53. p.159

Tutor.

Tutor acquirens aliquid nomine ſuo, de pecuniis pubilli, an ſibi acquirat,n.3. p.39.

V

Valens.

Valens, & Anaſtaſius Imperatores, quomodo fuerunt puniti à Deo ob hæreſim, Antelud. n 30.& 31.

Venenum.

Venenum propinans, non ſecuto effectu,an puniatur pœna mortis, n.183. 205
Deciſio Senatus Mediolani in hac materia,n.184. ibid. ibid.
Quid cum propinatio aggrauatur ex circumſtantiis n.185.& ſeq. ibid.
Veneni corpus delicti probatur ex atteſtatione Medicorum,n.14. ibid
Etiam ſi deponerent de credulitate,n.35. p.156.
Spuma, vomitus, liuor, & c.ſunt ſigna veneni æquiuoca,n.36. ibid.
Quamuis corpus delicti in hoc crimine ſit difficillimæ probationis, non ſunt tamen Rei facile abſoluendi, ſed eſt conſulendus Princeps, & eius Senatus n.37. ibid.
Deciſio Senatus Mediolani,n.38. ibid.

Verba.

Verba Sacræ Scripturæ ſunt propriè intelligenda, niſi ex eis falſus oriatur ſenſus ex Regula D. Auguſtini n.26. p 4.
Trahens ad iocoſa, ſubditur inquiſitori,num. 36, p.112.
Quomodo puniatur,n.68 p.142
Verba hæretica proferens ioco, an ſit hæreticus, n.70. p. 52
Talis ſubditur iudicio inquiſitorum,n. 1. ibid.
Et debet probare ſe ioco ea protuliſſe,n.-s ibid.
Proferens verba hæretica præſumitur hæreticus, num.25, p.1.3
Et quid debeant animaduertere Inquiſitores, in huiuſmodi proferentibus,n.26. ibid.
Verba teſtis, ſcribenda ſunt per Notarium prout formaliter proferuntur, n.26. p.283
Verba hæretica proferens lubrico linguæ, ioco & inaduertenter. quomodo puniendus, num. 35 p.152.
Vbi de his qui abutuntur verbis Sacræ Scripturæ,n.36. ibid.

Vicarius

Vicarius Epiſcopi, dicitur Reuerendiſſimus, num 5. p 19
Cedit Inquiſitori in actibus S.Officij, n.57. ibid.
Quia dignitas inquiſitoris eſt maior, n 59.& 60. ibid.
Quia repreſentat Papam,n.61. p.10
Præcedit omnibus in quos poteſt iuriſdictionem exercere,n.66. ibid.
In quibus Inquiſitor eum non procedat,n 67 ibid
Vicarius Generalis creatur ab Epiſcopo,n 1 p. 14
Eius poteſtas pendet a Iure, & a commiſſione Epiſcopi,n.2. ibid.
Eius iuriſdictio eſt ordinaria,n.3. ibid.
In multis requiritur ſpeciale mandatum, num. 4. ibid.
Non poteſt cauſas hæreſis cognoſcere, niſi ſibi ſpecialiter demandentur, n.5.& ſeq. ibid.
Quid regulariter obſeruetur in ſuis litteris patentibus,n. . ibid.
Vicarius Capituli ſede Vacante poteſt aſſiſtere Inquiſitoribus in cauſis fidei, quando Epiſcopus ſi adeſſet, procederet iure ordinario, n.11 p.21. Non poteſt contra exemptos procedere in cauſis hæreſis, num 23. ibid.
Debet præſtare iuramentum ſecreti, num. 25 & ſeq. ibid.
Vicarium Generalem poteſt creare Inquiſitor, & quæ facere poſſit & quas qualitates habere debeat, n.1.& ſeq. p 25.
Subeſt ſuis Prælatis eo modo, quo Inquiſitor n.12.& 11. p.26
Reprobatur Zanardus eius iuriſdictio non expirat per morte Inquiſitoris,n.16. & p.37. Et ita fuit practicatum Papiæ,n.17. ibid,
Vicarij foranei ſolent creari ab Inquiſitoribus,n.8. p.38,nullam habent ratione dicti muneris præeminentiam in Choro, vel Eccleſia n.2. ibid.

Quales ſint eligendi in Vicarios foraneos, num. 3. ibid.
Quot debeant eſſe, num. 4. ibid.
Quales facultates habeant, num. 5. ibid.
Neminem poſſunt carcerare, niſi in caſu ſummæ neceſſitatis, num. 6. & 7. ibid.
Vicario, an debeatur pars prædæ debita Duci, num. 27. p. 367

Vidua.

Vidua Sacerdotis Græci an poſſit matrimonium contrahere ſine diſpenſatione, num. 14. p. 234

Vir.

Vir ſicuti eſt caput mulieris, ita Chriſtus Eccleſiæ ſecundùm D. Paulum, num. 8. p. 3
Virorum pluralitas reſpectu vnius mulieris eſt prohibita omni iure, num. 5. p. 94

Virgo.

Virgo nobilis, quæ non poteſt ſine infamia accedere ad Inquiſitorem, quomodo denunciare teneatur, num. 115. p. 126

Vis.

Vis, an excuſet à ſuſpicione hæreſis quamuis committatur factum hæreticale, & qualiter n. 84. & 85. p. 53. Et ibi Hiſtoria Papæ Marcellini, ac eius pœnitentia, num. 86. p. 54. Sed eſt dubia, n. 87. ibid.
Marcellinus non fuit hæreticus, num. 88. & 89. ibid.
Quando minuat pœnam remiſſiuè, n. 49. p. 323

Viſibilis.

Viſibilis eſt Eccleſia Chriſti, n. 34. p. 5
Ideo caput debet eſſe viſibile, ex analogia Eccleſiæ cum Synagoga, num. 35. & 36. ibid.
Viſibile caput Eccleſiæ cœpit eſſe Petrus poſt Aſcenſionem Chriſti, num. 37. ibid.

Vnicus.

Vnicus teſtis an probet, n. 83. p. 272.

Vniuerſitas.

Vniuerſitatis membrum, an poſſit eſſe teſtis, n. 59. pag. 270

Votare,

Votare, quomodo debeat Conſultor, n. 48. p. 38
Debet eſſe breuis, num. 49. ibid.
Vota quomodo ſcribenda per Notarium n. 50. & 51. ibid.
Sunt conſultiua, non deciſiua, num. 52. & ſeq. ibid.
Aliorum non poſſunt per Conſultores reuelari, num. 64. p. 32
Et quid de ſuo Voto publicata ſententia, n. 63. ibid.

Vriel.

Vriel, an ſit nomen Angeli, n. 55. p. 176

Vſurarius.

Vſurarij an poſſint eſſe teſtes, num. 59. p. 269. & num. 64. p. 271

Vſus.

Vſus, quod ſoli Inquiſitores forment proceſſus ex Pegna videtur vbique receptus, n. 27. p. 14

Vulnerati.

Vulnerati mortui aſſertio, non ſufficit ad torturam, ſed bene ad inquiſitionem, num. 99. p. 337

Vxor.

Vxor (ſi maritus eſt terribilis) excuſatur à denunciatione, n. 15. p. 148. Si non denunciat quando tenetur, eſt ſuſpecta de hæreſi, n. 46. p. 550. An poſſit eſſe teſtis, n. 17. & ſeq. p. 267

Vxoratus.

Vxoratus ſuſpiciens Ordines, eſt ſuſpectus de hæreſi, num. 12. p. 234

Z.

Zacharias.

Zacharias Francorum Regem depoſuit, num. 63. p. 7. & n. 85, p. 8

INDEX

Argumentorum Praxis Inquiſitorum Pegnæ, & Paragraphorum Tractatûs de Strigibus.

HÆRESIS crimen grauiſſimum eſt. p. 395
Publicum eſſe hæreſis crimen, & conſequenter omnes obligari ad illud accuſandum, vel denunciandum. ibid.
Sanctos Patres maiores noſtros nominatim conſtituiſſe, vt hæretici legitimis iudicibus denunciarent, pag. 396
Iure Canonico conſtitutum eſſe, vt ſub pœna excommunicationis hæretici denuncientur. p. 397
Ab eodem Iure Canonico iuberi conſtitui familiares miniſtros, qui de hæreticis inquirant, & eos denuncient, p. 398
Denunciandos eſſe hæreticos non præmiſſâ fraternâ correctione. p. 399
Contra delinquentes quot modis procedi poſſit. pag 400
De modo procedendi in hoc foro per accuſationem. ibid.
De modo procedendi in hoc foro per denunciationem. p. 401
De modo procedendi in hoc foro per Inquiſitionem. p. 403
Quid ſit Inquiſitio. ibid.
De Inquiſitione in Generali. ibid.
De Inquiſitione ſpeciali. p. 405
Interrogationes quædam ſuper delictis ad hunc forum pertinentibus, quas Burchardus *lib. 1. direct. c.* 94. Epiſcopis viſitantibus proponendas demonſtrauit. p. 406
De recipiendis denunciationibus. p. 407
Formula recipiendi denunciationem, ſiue teſtem ſponte comparentem ad denunciandum. p. 410
Quando denunciatores non ſunt præſentes, ſed per litteras denunciant Inquiſitoribus delicta hæreſis, vel apoſtaſiæ, an procedere poſſint contra tales denunciatos. p. 411
Formula recipiendi Confeſſionem ſponte comparentis de ſeipſo teſtificantis. p. 412
Denunciatione receptâ Inquiſitor teſtes à Denunciatore nominatos vocat, & examinat. p. 415
Si Denunciator fuerit particeps, vel ſocius criminis poterit Inquiſitor contra ipſum tanquam Reum procedere, & illum vocare, & examinare p. 416
Poſt receptam denunciationem, & teſtes in ſummario Iudicio examinatos, ſi dubitetur de qualitate delictorum, an proprie, & verè pertineant ad San-

ctum Officium prudenter, & conſultò expendenda ſunt infraſcripta. p.417

Qualia indicia & probationes requirantur, vt ad citationem realem, ſiue ad capturam procedi poſſit in hoc crimine, & vt tutius fiat quid ſit obſeruandum. p.419

Proceſſurus Inquiſitor cum Conſultoribus, vel ad expendendas delictorum, vel propoſitionum qualitates, vel explorandas probationes, & indicia, vel alios actus iudiciales peractos diuinum auxilium implorare debet. p.421

Propoſitionum qualitate examinata & probationibus receptis conſideratis, fit deliberatio ſuper captura, & quid in ea ſit obſeruandum. p.422

Captura decretâ, datur mandatum de capiendo, & quid in eo actu ſit obſeruandum. p.423

Tempore capturæ an ſit facienda ſequeſtratio bonorum, vel aliquod inuentarium. p.425

De ordine in cuſtodiendis Carceratis obſeruando. Ibid.

De prima audientia qua Inquiſitores reos carceratos excipiunt, & quid, & quomodo eos interrogare debeant. p.427

Quando Inquiſitor non poteſt de ore rei eruere veritatem vigore generalium interrogatoriorum ad particularia interrogatoria deſcendere debet. p.429

Arbitrio Inquiſitorum relictum eſſe quoties debeat conſtitui, moneri, & examinari reus. p.430

Quando nec in ſecundo examine reus confitetur Inquiſitor iterum conſtituit, monet, & interrogat eum p.431

Si dum reus examinatur occaſione illorum, quæ vel negat, vel confitetur, oritur aliqua difficultas, Inquiſitor iterum vocari iubet denunciatorem, vel teſtes in denunciatione nominatos, & eos interrogat. p.432

Inquiſitores cum reos potiſſimùm examinant, tum in prima, tum in alijs ſeſſionibus, ſiue audientijs, quid potiſſimum obſeruare debeant. p.433

Inquiſitores, cum reos potiſſimum examinant, tum in prima, tum in alijs ſeſſionibus, ſeu audientijs, quid potiſſimum præcauere debeant. p.4,3

Si reus noluerit interrogationibus ſibi factis reſpondere quid ſit agendum. p.436

Finito examine teſtibus, & reis legendæ ſunt eorum depoſitiones. p.437

Multa præſtare oportere Inquiſitorem, vt veritatem inueniat ideoque non tantum à teſtibus in denunciatione nominatis, ſed ab alijs etiam, & aliunde, ſi fieri poteſt inquirendam. p.438

Proceſſurus Inquiſitor ad cauſæ expeditionem interrogare ſolet reum an velit habere teſtes pro repetitis, & quid circa hunc articulum ſit obſeruandum. p.439

De Procuratoribus reorum. p.441

De Aduocato Reorum. p.442

De curatore dando in hoc foro minoribus 25. anois. ibid.

Iubet Inquiſitor exhiberi reo articulos, vel ad effectum deliberandi, an velit habere teſtes pro rite, & recte examinatis, & repetitis, vel ad effectum dandi interrogatoria vt ſe deffendat, ſi nolit habere teſtes pro repetitis. p.444

Procurator Fiſcalis producit articulos ad probandam ſuam intentionem. ibid.

De formatione, & exhibitione interrogatoriorum. p.447

In conficiendis, proponendis, & admittendis interrogatorijs, quædam eſſe particulariter, & diligenter obſeruanda. p.449

Exemplum repetitionis teſtium. p.452

In actu repetitionis teſtium magnam curam adhibendam eſſe, & quare. p.453

In actu repetitionis teſtium, an & quando ſint teſtibus priora teſtimonia oſtendenda, & quid ſit obſeruandum. ibid.

Repetitio teſtium coram quibus fieri debeat, p.456.

An teſtes ante litem conteſtatam ſint repetendi ibid.

Si teſtis in reproductione, ſeu repetitione dicat aliter quam primo loco teſtificatus eſt quid ſit agendum. p.457

Quando teſtis in ſecundo examine dicit contrarium eius, quod teſtificatus fuit in primo cui dicto ſit ſtandum. p.458

De teſte falſo, quis dicatur, & à quo Iudice puniri debeat. p.459

Teſtis ſibi contrarius quis dicatur. p.460

Teſtis varians, ſeu varius quis dicatur. p.461

De teſte vacillante, quis dicatur. p.462

De teſte animosè deponente. p.463

Quomodo intelligatur, quod regulariter dici ſolet, teſtem ſibi varium, aut ſibi contrarium, aut contradicentem eſſe concordandum. ibid.

Poſtquam Procurator Fiſcalis ſuas fecit probationes, & teſtes fuerunt repetiti, eorum fit publicatio, & ſic atteſtationum & indiciorum reo traditur copia. p.464

In publicatione atteſtationum quid obſeruari, & quid edi, & quid occultari debeat. p.465

De articulis, quos exhibere ſolet reus ad probandam ſuam innocentiam. p.467

In admiſſione, & ordinatione articulorum quid ſit obſeruandum. p.469

An poſtquam reus produxit, & nominauit teſtes poſſit alios producere. p.470

Procurator Fiſcalis S.Offic. dat Interrogatoria teſtibus à reo nominatis proponenda antequam examinentur ſuper articulis. ibid.

In ordinandis, & proponendis iſtis interrogatorijs quid ſit obſeruandum, & quæ cautelæ ſint fugendæ. p.472

Exemplum, & praxis examinandi teſtes ad defenſionem reorum. p.473

De remiſſoria, an in hoc foro dari poſſit, & quando & quomodo ſit exhibenda. p.475

Iudicem remiſſoriæ, cui committitur examen teſtium ad defenſionem, poſſe etiam recipere Scripturas, Inſtrumenta, & alia Iura ad eandem defenſionem ſpectantia. p.477

Si pendente iudicio ſuperueniant noua indicia, tam contra reum, quam pro reo illa recipienda eſſe. p.478

Factis probationibus ad rei defenſionem fit ei copia proceſſus defenſiui. ibid.

Poſtquam reus habuit legitimum terminum ad faciendas ſuas defenſiones ſi vult informat in facto & in Iure. p.479

Antequam ſententia proferatur Inquiſitores communicant proceſſum cum Conſultoribus, & conſtituto die ſuffragium proferunt. ibid.

Poſt lata ſuffragia reus citatur ad audiendam ſententiam, & deinde publicatur. p.481

De officio Procuratoris Fiſcalis. ibid.

Epiſcopi vel Inquiſitores Apoſtolici, quomodo ſimul ſeparatim in cauſas fidei procedere poſſint, & debeant iuxta conſtitutiones Apoſtolicas hactenus editas. p.482

§.1. Ante Apoſtolicos Inquiſitores, conſtitutos ſoli Epiſcopi procedebant. ibid.
§. 2. De ſecundo tempore à Gregorio IX. vſque ad Boniſac.VIII. quoniam Inqoiſitores Apoſtolici procedere cœperunt. ibid.
§.3. De tertio tempore à Boniſac. vſque ad Benedict.XI. quo declaratum fuit, quomodo ſimul vel ſeparatim procedere poſſent. p.483
§.4. De quarto tempore à Benedicto II. vſque ad Clemen. V. quo magis declaratum fuit, quomodo intelligeretur facienda proceſſuum communicatio & quoties eſſet facienda. ibid.
§. 5. De V. & vltimo tempore à Clemen V. quo conſtitutum fuit, quæ ſinguli procedendo facere & quæ non poſſent facere. ibid.
Ex ordine procedendi tradito in proximo ſuperiori capite adhuc prouenire poſſe quædam incommoda, quibus quomodo poſſet ſubueniri breuiter indicatur. p.484
Quando ſoli Epiſcopi procedunt, quomodo proceſſus formare debeant. p.485
§.1. De probando corpore delicti in hoc crimine. pag 488
§.2. De iudicio Medicorum. p.489
§.3. De indiciis contra maleficos perſcrutandis. pag.491
§.4. De perquiſitione domos maleficisti. ibid.
§.5. De nominatione maleficæ à dæmone. p.493
§.6 An obſeſſio Dæmonis ſemper proueniat ex maleficio. p.494
§ 7. De Indicio famæ. ibid.
§.8. De Strigibus, & Sortilegiis, p.495
§.9. De cuſtodia harum rearum. p.496
§.10. De examine maleficæ, proſequutione proceſſus, & tortura in hoc crimine. p.497
§.11. De qualitate torturæ. p.4,8
§.12. De repetitione torturæ. ibid.
§.13. De tempore torturæ. ibid.
§. 4. De maga quæ acceſſit ad ludos faſſa ſe ibi Apoſtataſſe. ibid.
§. De rea ſocias nominante in his ludis diabolicis. p.500
§.6. Alia notanda Generalia in formatione horum proceſſuum. ibid.

I N D E X

Rerum, & Verborum Praxis Inquiſitorum, & Tractatus de Strigibus, cum Annotationibus Cæſaris Carenæ.

A.

Accuſatio, & Accuſator.

ACCVSATIO proponitur coram Epiſcopo, vel Inquiſitore, & quomodo, num 1. p.400
Modus accuſandi in crimine hæreſis, eſt periculoſus, num.2. ibid.
Propterea ſucceſſit Promotor Fiſcalis, n.3. p 401
Accuſator non videtur admittendus, niſi conſulta S.C. n.4. ibid.
An accuſatio debeat continere locum, & tempus delicti, num.5. ibid.
Forma accuſationis in crimine hæreſis. n.6. ibid.
In crimine hæreſis non debet ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, num.9. ibid.
Accuſatore decedente, ſeu aliàs impedito, reus abſoluendus eſt, ſed Promotor Fiſcalis iudicium proſequitur, n.10. ibid.

Adhærere.

Adhærentes æquiparantur participibus, & ſociis criminis, n.6. p.416

Aduocatus.

Aduocatus, & Procurator in crimine hæreſis dantur reo ad reſpondendum Articulis, ad formanda interrogatoria, & alias defenſiones faciendas facto prius proceſſu informatiuo, & reo plenè examinato, num.1. p.441
Debent reſtituere proceſſus habitos, n.1. p.442

Alimenta.

Alimenta, quomodo ſint præſtanda carceratis, num.10. & n.11. ibid.

Amatoria.

Amatoriis in ſortilegiis quid interrogandum, & quid practicatum fuerit Cremenæ, n.9. & 10. p.499

Annotatio.

Annotatio, ſeu ſequeſtratio bonorum, non eſt facienda, quamuis reus carceratus pro crimine hæreſis, num.1. p.425
Secus eſt, ſi reus fuerit citatus, & non comparuerit, poteſt tamen infra annum comparere, & ſi ſe purgauerit recuperat bona, n.1. ibid.
Nec fieri poteſt lite pendente, n.3. ibid.

Apoſtaſia.

Apoſtaſia formalis, non ſemper reperitur in ſortilegio, n.1. p.495
Non eſt quærendum de corpore delicti in crimine Apoſtaſiæ, n.1. p 499

Articuli.

Articuli ſunt exhibendi reo carcerato pro crimine hæreſis, ad effectum, vt ſi nolit habere teſtea pro ritè, & rectè examinatis poſſit dare interrogatoria, n.1. p.444
Forma dandi copiam articulorum pro dandis interrogatoriis, n.1. p.445
Articulorum forma, quos Fiſcalis producit contra carceratum, num.1. p.446
Quæ variari debet iuxta ſubiectam materiam, n. 1. 2. & 3 ibid. & n.1. & 2. p.480
In formandis articulis, quæ Regulæ ſunt ſeruandæ, n.1. & 2 p.448
Euitari debent articuli impertinentes, num. 3. pag.446
Non debent produci per verba negatiua, n.4. ib.
Neque ſub diſiunctiua, num 4. ibid.
Neque ſub diſiunctione, niſi agatur de facto alieno in quo ignorantia eſt probabilis, num.5. ibid.
Quomodo formari debent à Procuratore Fiſcali contra Inquiſitos de adoratione dæmonum, vel de familiaritate cum ipſis, vel quando agitur de hæreſi formali, aut de apoſtaſia, n.6. p.447

Et

Et de hac materia Articulorum, & repetitione vide, n.7.8.& 9.

Et de Clauſula *Saluo iure &c. Non ſe aſtringens &c.* quæ debet apponi in fine Articulorum fiſci, num.10 ibid.

Et debent continere diem productionis, num.11 ibid.

Articuli, an formandi etiam de non ſpectantibus ad S.Offic.num.1. ibid.

De articulis quos ſolet exhibere reus ad probandam ſuam innocentiam, latè c.48. num.1.& ſeq. p.467

In Articulorum admiſſione, quid obſeruandum, latè, c.49. p.469

Auxilium.

Auxilium Diuinum debet inuocari ante Congregationes, n.1. p.412

Et quæ oratio dicenda, n.2.& 3. ibid.

Et in Annotat.n.1.& 2. p.442a

A quo dicatur oratio, n 2.& 3. ibid.

B

Birruarij.

Birruarij, an poſſint occidere capiendum pro crimine hæreſis ſi vult ſe defendere, num. 8. p.42

Brachium.

Brachium ſeculare poteſt inuocari, per Inquiſitores, n.9. p.426

C

Capere.

Capi, ſeu carcerari nemo poteſt, niſi præcedente contra reum ſummaria Inquiſitione, & probatione, n.1. p.419

Quod procedit etiam in crimine hæreſis, num.2. ibid.

Niſi præcedente plena probatione contra accuſatum, n.3. ibid.

Debet præcedere pluſquam ſemiplena probatio, n.4. ibid. nec præcipitanter, n.12. p 410

Capi non debent nobiles, Præſbiteri, Religioſi, & ſimiles, niſi conſulta S.C. Romana, num. 14. ibid.

Indicia ad capturam ſunt arbitraria Iudici, n. 1. & ſeq. p.421

Capi, & carcerari pro crimine hæreſis non debet quis niſi ſit ſuſpectus de fuga n.1.& 2. p.422

Tutius eſt capere cum conſilio Conſultorum, num.3. ibid.

Vel niſi ſit ſufficienter indiciatus, n.4. ibid.

Forma capturæ n.5.6.& 7.p. 423. & ibi in Additionibus, nec ſine mandato, aliàs licet reſiſtere volentibus capere, n.5. ibid.

Vbi datur forma mandati de capiendo, plura mandata de capiendo ſunt expedienda, quando plures rei ſunt capiendi, n.2. ibid.

Capi non poteſt, aut inquiri, aut torqueri malefica, niſi priùs conſtet de corpore delicti vide late, n.1.& ſeq. p.488

Ante capturam perſcrutanda ſunt indicia contra reum prætenſum, n 5. p.491

De indicijs perſcrutandis, vide in numeris ſequ. pag.491

Ante capturam omnia ſunt communicanda cum Conſultoribus, n.9. ibid.

Capilli.

Capilli aut pili non ſunt abradendi fœminis, n 5. & 6. q 498

Captura

Capturâ decretâ contra maleficam, facienda eſt perquiſitio domus maleficiati, n.1. p.491

Quæ mea notanda, n.2. ibid.

Annotata diligenter conſideranda, n.3.& ſeq. ibid.

Carcer, & Carcerandus.

Carcer fœminarum debet eſſe diſtinctus à carcere maſculorum, n.2.& 6. p.426

Et quid de marito, & Vxore carceres ſunt diligenter perſcrutandi per cuſtodes & viſitandi ne parietes perforentur, & carcerati fugiant, num.7. ibid.

Qualis ſit aſſignandus mulieribus ſortilegis n.1.4. & 6. p.496

Carcerari, quando quis poſſit, vide verbo *capi*, n.1.& ſeq p.419

Ante capturam an ſint communicanda indicia Conſultoribus, n.6. p.421

Quid ſeruetur Cremonæ, n.7. ibid.

Quando negotium ſit communicandum ſupremo Tribunali, n.8. ibid.

Ad capturam perſonarum inſignium requiruntur indicia maiora, n.9. ibid.

Carcerari non debet in carceribus ſecretis, qui fuit denunciatus pro leuibus delictis, puta pro propoſitionibus male ſonantibus, ſcandaloſis, blaſphemis, & ſimilibus, n.3. p.418

Carcerandi quomodo ſint Nobiles, Doctores, vel Religioſi, n.6. p.424

Quomodo qui ſunt in remotis partibus, num. 6. ibid.

Impedientes ne hæreticus carceretur, committit graue delictum, n.7. ibid.

Circa capturam reorum, notandæ ſunt tres inſtructiones Hiſpanæ, n.2. p.415

In actu carcerationis, ſit perquiſitio, & quid ſeruandum, n.3. p.426

Carcerati pro crimine hæreſis, non omnes ſunt tractandi pari modo, ſed aliqui mitius, aliqui grauius ſunt cuſtodiendi iuxta perſonarum qualitatem, & criminis, n.1. p.426

Regulariter ſunt cuſtodiendi ſoli, n.3. ibid.

Poſſunt detineri in compedibus, ſi ita videbitur Inquiſitori, n.8. ibid.

Quomodo ſint eis danda alimenta, n.10.& 11. p.427.

Carcerati, quomodo ſint interrogandi, vide, n.1.& ſeq.p.417.& num.1 & ſeq. ibid.

Et quid ſecunda vice, ſi prima vice ſteterunt in negatiua, n.1.& ſeq. p.429

Quomodo interrogandi ſuper intentione, num.2. & 3. p.430

Et quid in crimine ſollicitationis, n.4. ibid.

Caſus.

Caſum reſeruatum ſolent facere Epiſcopi detentionem infantium in lecto, n.8. p.500

Circunſtantia.

Circunſtantiæ quæ poſſunt verificari ſunt verificandæ, n.3.& 8. p.499

Quæ ſi reperiantur falſæ dubitari poteſt de veritate rei confeſſatæ, n.4. ibid.

Citatio.

Citatur reus, ad danda interrogatoria, num 4. p.452.

Ad ſententiam perſonaliter, n.60. p.481

Vbi habetur forma citationis.

Clauſula.

Clauſula *Salue iure &c. Non ſi aſtringens.*&c. debet poni in fine articulorum fiſci,n.10. p.447

Communio.

Communicans bis in die, non ſubijcitur iudicio Inquiſitorum, n.7. p.419

Confeſſarius.

Confeſſarij tenentur denunciare hæreticos quos ſciunt ſub ſigillo ſecreti, n.3. p.397

Sed non eos quos ſciunt ſub ſigillo Confeſſionis,n.3. ibid,

Confeſſio.

Confeſſio Rei, nunquam interrumpenda,n.2.& 3, p.436

Congregatio.

Conſultorum facienda eſt, ante ſententiam,n.59. pag.491

Congregationi Supremæ, quando reſeribendum, num.9. p.497

Conſtitutus.

Conſtitutus reus prima vice, quomodo interrogandus, n.1.& ſeq. p 427

Conſultores,& Conſulere

Conſultores conuocati ad aliquid reſoluendum, debent prius inuocare Diuinum auxilium,n.1.p. 421

Et qualis oratio dici debeat,n.2.& 3. ibid,

Conſulendi per Inquiſitorem ante ſententiam, ante ſententiam, n.59.p.491.& n.8.p.497.Conſulens Necromanticum pro habendo Dæmone familiari, num.3. p.445

Conuenticula.

Conuenticulæ Diabolicæ, remiſſiuè,n.6. p.449

Copia.

Copia indiciorum & proceſſus danda eſt reo,vt ſe defendere poſſit,n.10. p.464.Et quæ forma ſeruetur,vbi Additio.

Correctio fraterna.

Correctio fraterna non eſt præmittenda,ante denunciationem,n.1. p.400

Corpus delicti.

De corpore delicti in maleficiis conſtare debet ante Inquiſitionem,capturam.& torturam,n.1.& 4. pag. 488. Intellige de delictis relinquentibus poſt ſe veſtigium, n.3. p 489

Ad probandum corpus delicti,non ſufficit probare mortem ſed debet probari eam ex maleficio proueniſſe,n.4. ibid.

Et de hoc plenè conſtare debet,num.6. ibid.

Et qualis probatio ſufficiat,n.7.Et de probatione corporis delicti, latè, n.1.& ſeq. ibid.

Curator.

Curator dandus eſt minori carcerato pro cauſa criminali aliter proceſſus eſt nullus, etiamſi confeſſus ſit delictum,n.1.& ſeq. p. 443. Et quis eſſe debeat,n.6. ibid.

Cuſtos Carcerum.

Cuſtos carcerum debet diligenter cuſtodire carceratos,ne fugiant,n.7. p.426

Quomodo ſe gerere debeat cum mulieribus ſortilegis, n.2.& 7. p.496

D

Dæmon.

DÆmonis nominatio, non ſufficit ad formandum proceſſum,num.2. p.493

Dæmon quandoque obſidet homines, ſine maleficio,num.1. p.494

Quare hoc Deus permittat,remiſſiuè,num.2.ibid. Quamuis conſtet de obſeſſione Dæmonis,non per hoc conſtat de corpore delicti,num.3.ibid.Quomodo poſſit cognoſci,an quis ſit obſeſſus,num. 4. ibid.

Defenſiones.

Defenſionibus factis debet reus informare Inquiſitorem tam in facto quam in iure, num. 58. p.479

Delictum.

Delicta alia publica, alia priuata, & quæ ſint vtraque, n.3. p.395

Delictorum grauitas cognoſcitur ex grauitate pœnarum,num.5. ibid.

Delicti corpus probandum eſt prius, antequam deueniatur ad Inquiſitionem, capturam, aut torturam, latè de hac materia, num.1.& ſeq. p 488

Fallit in ſortilegiis non relinquentibus poſt ſe veſtigium,n.11. p.489

Denunciatio.

Denunciare hæreticos omnes tenentur, n.4 c.5. pag.395.& n.1.c.3.& ſeq. p.396

Epiſcopis,& Inquiſitoribus, n.5. & 6. ibid.

Et ad hoc tenentur ſub pœna excommunicationis, c.4.num.3. p 397

Poſſunt idiotæ, & ruſtici denunciare hæreticos ſuis Confeſſoribus,n.2. ibid.

Confeſſores tenentur, quamuis id ſciant ſub ſigillo ſecreti,n.3. ibid.

Hæc obligatio oritur ex præcepto Eccleſiaſtico, num.1. ibid.

Et extenditur ad ſuſpectos de hæreſi,n.2. ibid.

Non ſolùm manifeſti,ſed etiam occulti ſunt denunciandi, n.1. p.399

Etiam nulla præcedente correctione fraterna, num.1.& 2.ibid.Quid ſi exiſtimatur eos poſſe redire ad fidem, num.3.&4. ibid.

Fallit in dogmatiſta, num.5. ibid.

Non denunciantes dicuntur eorum fautores,n. 7. pag.400

Denunciatio quid ſit,n.2. p.403

Denunciandus etiam priuilegiatus,num,10.& 11. ibid.

Sola non ſufficit ad carcerandum, n.2. p.491

Denunciationes ſtrigum, aut maleficarum quomodo recipiendæ,n.11. p.501

Denunciator.

Denunciatores hæreticorum, aliqui conſtituendi ſunt, qui ex officio id exequantur,c.5.n.1.& ſeq. pag.398

Inter quos in Italia ſunt Cruce ſignati,n.4. ibid.

An teneantur probare crimen denunciatum, n 4. pag.402

Non ſe ſubſcribunt ad pœnam talionis, n 5.ibid.

Puniuntur, ſi per calumniam denunciarunt,n. 6. ibid.

Factâ denunciatione quid agendum, n. 7. ibid.

Admittuntur etiam infames,n.8.ibid.Eorum qualitas diligenter conſideranda, num.9. ibid.

Denunciator reputatur teſtis ſpontè comparens. num.2. p.408

Non recipitur præſtito per eum iuramento de veritate dicenda, n.4. p.409

Eidem legenda eſt tota denunciatio antequam diſcedat, num.5. ibid.

Debet ſe ſubſcribere denunciationi per eum factæ, n.6. ibid.

Fit

Fit ei præceptum de tenendo ſecretò id, quod denonciauit, n. 7. ibid.

Quando non poteſt expediri in vno examine, quid agendum, n. 9. & 10. ibid.

Poteſt ſuam denunciationem deferre in ſcriptis, & quid tunc agendum, n. 11. & 12. ibid.

Denunciatione recepta, proceditur contra denunciatos, ſed non ſtatim, & præcipitanter, n. 1. & 2. p. 408

Forma recipiendi denunciationem n. 3. p. 409

Denunciatio debet continere nomen, & cognomen denunciantis, n. 1 ibid.

Quid dicendum de denunciatione facta in ſcriptis, ſine nomine, & cognomine & an procedendum ſit, ſi agatur de delicto grauiſſimo, n. 2. & 3. vbi Deciſ. S.C. de Vrbe, ibid.

Denunciatio debet eſſe iurata, n. 4. p. 410

Et quomodo conſtare debeat de iuramento, n. 5. ibid.

Eſt executiendus, n. 6. ibid. Et eidem indicendum ſecretum, num. 7. ibid.

Forma denunciationis, & quid tunc facere debeat Inquiſitor, num. 1. ibid.

De quibus debeat interrogari, n. 2. ibid.

Interrogandus ſuper cauſis ſcientiæ n. 1. p. 411

Interrogandus cur diſtulerit denunciare, num. 2, ibid.

Denunciatori augetur fides, quando mittitur à confeſſario, num. 3. ibid.

Interrogandus an amore, vel odio denunciet, n. 4. ibid.

Abſens, poteſt denunciare per litteras, in aliquibus caſibus, n. 3. 4. & 6. ibid.

Modus denunciandi per Epiſtolam non eſt iuridicus, num. 1. p. 412

Quando poſſit practicari num. 2. ibid.

Et quæ tunc obſeruanda, num. 3. ibid.

Denunciatio, quo modo facienda à Moniali, vel puella nobili, num. 4. Forma recipiendi hanc denunciationem, num. 5. ibid.

Denunciatione recepta, vocandi ſunt teſtes nominati, n. 1. p. 415

Et quomodo examinandi, n. 2. & ſeq. ibid.

Denunciator ſi eſt particeps criminis proceditur contra eum, & quomodo num. 1. p. 416.

Et qui dicatur particeps, num. 2. & 3. p. 417

Denunciator criminis, ſi etiam ſeipſum deferi, eſt mitiùs puniendus, n. 3. in fine, ibid.

Quid obſeruare debeat Inquiſitor, cùm denunciator detegitur particeps criminis, n. 1, ibid.

An poſſit contra denunciantem procedi quando eſt particeps, nondum expedita cauſa contra participem. num. 2. ibid.

Denunciatus, de manifeſta hæreſi ſeu fautoria & ſimilibus, ſubditur Inquiſitoribus, n. 1. p. 418

De leuibus delictis, aut propoſitionibus male ſonantibus, ſcandaloſis, vel blaſphemis, ac ſimilibus, non debet carcerari in ſecretis carceribus, num. 3, ibid.

Deſcriptio.

Deſcriptio omnium, quæ reperiuntur in domibus maleficarum facienda eſt, tam pro reis, quam pro fiſco, n 9. & 10. p. 492

Cereæ imagines acubus transfixæ, n. 11. ibid.

Pulueres, n. 12. ibid.

Vnguenta, n. 13. ibid.

Pentacula, n. 14. ibid.

Carta cum crucibus, n. 15. ibid.

Libri maleficia continentes, n. 16. ibid.

Ollæ ſub terra, n. 17. p. 493

Venena, num. 18. ibid.

Oſſa mortuorum, num, 19. ibid.

Res omnes extraordinariæ, n. 20. ibid.

Res repertæ in lectis, num. 21. ibid. Et quod fundamentum ſuper his rebus fieri poſſit, num. 22. & ſeq. ibid.

Dictum.

Dictum vnius reuocatur ex dicto periciloria, n. 3. pag. 489

Dicta teſtium, & reorum debent verificari, quantum fieri poteſt, num. 1. p. 438

Dogmatiſta.

Dogmatiſta, hæreticus denunciandus, abſque fraterna correctione, num. 5. p. 399

E.

Edictum.

EDicta de reuelandis, & denunciandis hæreticis, ſunt iuſtiſſima, & ſeruanda, num. 8. p. 400

Publicantur in aliquibus locis, in ſecunda Dominica Quadrageſimæ, num. 5. p. 404

Epiſcopus.

Epiſcopus debet diligenter inquirere ſuper ſuperſtitionibus, & diuinationibus, num. 12. p. 407

Sine Inquiſitores, & è contra poteſt carcerare aut arctare, ponendo in compedibus, & manicis ferreis, num 11. p. 420

Epiſcopi ab initio Eccleſiæ erant ſoli Iudices cõpetentes contra hæreticos, num. 2. p. 482

Hodie etiam ſunt competentes, n. 3 & ſeq. ibid.

Hanc poteſtatem accipiunt in actu conſecrationis, num. 5. ibid.

Negligentes procedere contra hæreticos ſunt deponendi, n. 5. ibid.

Non eſt eis ſublata poteſtas procedendi contra hæreticos, per delegationem factam Inquiſitoribus, num. 7. p. 483

Debent inſimul cum Inquiſitoribus communicare proceſſus, quos quiſque facit n. 8 & 10. ibid.

Quæ nam debeant inſimul expedire, & quæ vnus ſine alio facere poſſit, n. 11 & ſeq. p. 484

Debent ſe inuicem monere per octo dies ante, num. 14. ibid.

Inquiſitores ſimul procedunt ſuper eodem facto & vnum tantum conficiunt proceſſum, tunc vnus alteri debet probationes quas habet mittere, num. 1. & 5. ibid.

Et quid fiant duo proceſſus, quorum vnus ſit altero contrarius, num. 2. p. 485

In hoc caſu poſſunt ſequi aliqua incommoda, de quibus, num. 3. & 4 Et de remedio ne ſequantur incommoda, n. 5 & 6. ibid.

Epiſcopi, dum cauſas hæreticorum pertractant, deberent per ſeipſos aſſiſtere, & dictas cauſas expedire, num. 7. p. 487

In formandis proceſſibus contra hæreticos, debent ſeruare modum, quem ſeruant Inquiſitores, n. 1. & ſeq. & num. 6. ibid.

In cauſis hæreticorum ſunt Iudices ordinarij, n. 3. ibid.

In cauſis hæreticorum exemptorum, ſunt Iudices delegati à Sede Apoſtolica, n. 4. & 5. ibid.

Examen.

Examen, eſt legendum reo, & teſtibus, vt poſſint addere, demere corrigere, vel mutare quod ipſis placuerit, num 1. & 2. p. 437

Quod fallit, quando receſſit ab examine n. 2. ibid.

Faciendum eſt viua voce, & non per ſcripturam, num. 3. ibid.

Teſtium, quando poſſit haberi pro rite, recte factum & late de hac re, n. 1. & ſeq. p. 439

Teſtis, ſiue interrogatorijs, an probet, num. 6. p. 410.

Examinandi, & interrogandi quomodo ſint teſtes, quando repetuntur ad effectum declarandi eorum depoſitiones dubias, n. 1. & ſeq. p. 432

Omiſſa per teſtes ſemper poſſunt ſuppleri per Inquiſitores, n 1 p. 433

Quomodo in denunciationibus ſtrigum, num. 32. p. 501.

Exorciſta.

Exorciſta non debet interrogare Dæmonem, an ex maleficio obſideat hominem, & à quo illud maleficium ſit factum, num. 1. p. 403.

De facultate Exorciſtæ, & quomodo eam exercere debeat, num. 3. & ſeq. p. 434

F

Falſus.

FAlſus teſtis, qui dicatur, & à quo Iudice puniri poſſit, late n. 1 & ſ q. p 459. in Addit. p 460

Fama.

Fama non eſt indicium ſufficiens, ad procedendum contra aliquem in crimine maleficij, n. 5. p. 495.

De facili oritur contra vetulas, & deformes, n. 2. 3. & 4. ibid.

Familia, & Familiaris.

Familiam armatam habere poſſunt Inquiſitores, num. 3. p. 423

Familiares ſunt examinandi ſuper qualitate, & circumſtantijs infirmitatis, n 4. p. 490

Fiſcalis.

Fiſcalis format articulos contra reos, pro diuerſitate criminum, num. 1. & 2. p. 4 4

Quid facere debeat, quando examinatur reus carceratus pro crimine hæreſis, num. 1. & 2. p. 4 4

Debet dare interrogatoria teſtibus examinandis pro reo, c. 51. p. 470

Et quid ſit obſeruandum in his interrogatorijs, & quæ cautelæ fugiendæ, c. 52. p. 472

Fœmina.

Fœmina ſunt carcerandæ ſeparatim à viris, & quid de matito, & vxore, num. 2. p. 4 6

Et quomodo carcerandæ, num. 6. ibid.

Forma.

Forma interrogandi reos in S. Officio, vide, c. 5. lib. 1. Pegnæ, p. 406

Vide etiam in verbo *interrogandus*, An velit habere teſtes pro ritè, & rectè examinatis, & forma reſponſionum, num. 2 & ſeq. p. 439

Forma decreti faciendi per Iudicem declarantem teſtes haberi pro rite, & recte examinatis, num. 7. ibid

Concedendi Procurator & Aduocatus reo pro hær. ſi, num. 3. & ſeq. p 441

Et quomodo iurare debeat, ibid. 4. & 5. ibid.

Et qualiter extendi debeat decretum per Notarium, num. 6. ibid.

Repetitionis teſtium examinatorum, num. 1. & ſeq. & n. 1. & 2. p 452

Franciſcus Pegna.

Franciſcus Pegna quis fuerit, num. 1. p. 94

Quot libros de Praxi Inquiſitorum ſcripſerit, n. 2.

Ex quibus ſuppleri poſſint libri qui deſunt, n. 3. pag. 595.

G

Grauitas.

GRauitas delictorum cognoſcitur ex grauitate pœnarum, num. 5. p. 395

Griuel.

Griuel, Deciſ. Dolana, 33. reprobatur, n. 4 p. 488

H.

Hæreſis.

HÆreſis crimen, grauiſſimum, & atrociſſimum eſt, num. 1. p. 395. & n. 1. Annot.

Committitur in iniuriam omnium, num. 2. ibid.

Committitur in Deum, n 4. ibid.

Publicum eſt, & ad accuſandum quilibet admittitur, n. 1. & 2. p. 395. & in Annot. n. 1. & 2. p. 396

Hæreticus.

Hæretici ſunt organa Diaboli, vaſa iræ, Deo odibiles, impij, & Euangelicæ veritati inimici, n. 3. pag 395

Contra eos proceditur tribus modis, c. 7. n. 1. pag. 400

Quod habet locum etiam in alijs indicijs criminalibus, n. 2. ibid.

Honorifica.

Honorifica mentio D. Franciſci Marin de Rodezno & D. Tranſmiera, n. 3. & 4. p. 421

I

Idiota.

IDiotæ perſonæ, poſſunt denunciare hæreticos ſuis confeſſoribus, n. 2. p. 397

Incantator.

Incantatores, quomodo ſint interrogandi n. 1 & 2. pag 426

Indicia.

Indicia ſuccedunt loco diffamationis, ad hoc vt ſpecialiter procedi poſſit contra aliquem, n. 3. & 5. pag. 405

Ad capturam ſunt arbitraria Iudici, num. 1. & ſeq. pag. 421

An ſint communicanda priùs Conſultoribus, num. 6. ibid.

Quid ſeruetur Cremonæ, num. 7. ibid.

Maiora requiruntur ad capturam perſonarum inſignium, num. 9. ibid.

Ante capturam ſunt perſcrutanda, & quæ ſint, à num. 1. ad finem, p. 491

Quod ſortilega non mittat lachrymas in tortura non eſt conſiderabile, num. 4. & 8. p. 4. 8

Infans.

Infantum enecatio, interdum prouenit à matribus, & nutricibus, n. 3. p 500

Infantum detentio in lectis ſolet eſſe caſus reſeruatus, num. 8. ibid.

Inquiſitio

Inquiſitio.

Inquiſitio, in crimine hæreſis habet locum, quando accuſatore, vel denunciatore deficiente, inſurgit contra aliquem fama de hæreſi, num. 1. & 2. pag 403.

Quid ſit, num. 1. ibid.

Quotuplex, num. 2. ibid.

Generalis quæ, num. 3. p. 404

Inquiri poteſt generaliter in crimine hæreſis, quando in aliquo loco eſt rumor, & fama, quòd ibi, adſint hæretici num. 1. ibid.

Et quando Epiſcopi viſitant, num. 3. ibid.

Et quando Inquiſitores accedunt ad ſuas Diœceſes, num. 4. ibid.

Inquiri an poſſit ex ſchedulis, litteris, ſeu memorialib. ſine nomine tranſmittentis num. 7. & 10. ibid. & p. 405

Generalis non operatur, vt ex ea poſſit deueniri ad ſententiam diffinitiuam, n. 8. p. 404

Formari poteſt ex teſtibus ſine forma iudicij, & non ſolemniter examinatis, num. 9. ibid.

Specialis, quid ſit, & illius definitio, n. 1. p. 405

Non fit ad inueniendum crimen, ſed ad puniendum, num. 2. ibid.

Ad hoc vt inquiri poſſit contra aliquem debet præcedere infamia, num. 3. ibid.

Vbi quod indicia ſuccedunt loco diffamationis, num. 5. ibid.

Non poteſt formari niſi priùs conſtet de corpore delicti, num. 1. & ſeq. p. 488

Inquiſitor.

Inquiſitores debent examinare teſtes, num. 2. pag. 416.

Quando dubitant de ſua iuriſdictione, debent conſulere peritos, num. 2. p. 418

Poſſunt carcerare ſine Epiſcopo & è contra, ponendo in compedibus, & manicis ferreis, n. 15. p. 420

Quando fuerint inſtituti, & primus fuit D. Dominicus, num. 5. p. 482

Inſtituti fuerunt, vt coadiuuarent Epiſcopos, n. 6. ibid.

Debent communicare proceſſus cum Epiſcopis, quos quiſque facit, num. 8. & 10. p. 483

Si fuerint duo in vna Prouincia, quomodo procedere debent, num. 9. ibid.

Et Epiſcopi, quænam debeant inſimul expedire, & quæ vnus ſine alio facere poſſit, num. 12. & ſeq. pag. 484

Quando non poſſunt proferre ſententiam ſine Epiſcopo, & è contra, vnus debet alium requirere per octo dies ante, num. 14. ibid.

Inquiſitor, & Epiſcopus quando ſimul procedunt ſuper eodem facto, & vnum tantum conficiunt proceſſum, tunc vnus alteri debet mittere probationes, quas habet, num. 2. & 5. ibid.

Et quid ſi fiant duo proceſſus, quorum vnus ſit alteri contrarius, num. 2. p. 485

Quando inſimul procedunt ſuper eodem facto, ſi contingat eos conficere duos proceſſus, ſequuntur aliqua incommoda de quibus, num. 4. & 4. ibid. Et de remedio, ne ſequantur incommoda, n. 5. & 6. ibid.

Non debent alloqui ſortilegas, n. 3. & 8. p. 496.

Nec eas interrogare cum ſuggeſtionibus, n. 1. & 13. pag. 497

Inſtrumenta.

Inſtrumenta, & res quibus malefici vtuntur ad maleficia, & ſi reperiantur in eorum domibus, quodnam fundamentum ſuper ipſis fieri poterit, §. 4. de ſtrigibus. p. 491

Interrogatio.

Interrogandi, quomodo ſint magi, incantatores, diuinatores, & ſortilegi, num. 1. & 2. p. 406

Sortilegia facientes in venatione, aut animalium infirmorum ſanitate, num. 3. ibid.

Fœminæ maleficæ, & incantatrices, num. 4. ibid.

Illi qui putant cum ſortilegiis poſſe peruertere iudicium Dei, num. 5. ibid.

Qui vanè obſeruant dies, lunam, & menſes, n. 6 ibid.

Qui aliquod opus incipiunt magica arte, n. 7. ib.

Mulieres quæ in ordiendis telis aliquid dicunt aut variè obſeruant, num. 8. ibid.

Sortilegi, qui de nocte ſupra mortuum diabolica carmina cantant, num. 9. ibid.

Qui excommunicationem parui pendendam exiſtimant, num. 10. ibid.

Interrogari quomodo debeat denunciator hæretici, ſi ipſe eſt particeps criminis, n. 5. p. 417

Quomodo ſint rei carcerari, vide p. 427

Interrogari non debet ſortilega in ſpecie dum eſt in tortura, num. 10. & ſeq. p. 4[illegible]7

Super complicibus, & intentione, num. 20. pag 498

Interrogationes, & reſponſiones, quas qualitates habere debeant, n. 6. p. 500

Interrogatoria.

Interrogatoria Burcardi, vnde fuerint deſumpta, num. 11. p. 406

Qualia ſint facienda teſtibus, num. 3. & 4. p. 416

Sunt per extenſum ſcribenda, num. 15. pag. 436 & num 1 & 500. p. 436

Suggeſtiua, ſunt fugienda, n. 7. & ſeq. p. 435. & n. 1. pag. 476.

Data per reum, ſunt per examen teſtium verificanda, n. 1. p. 448

Qualiter dentur in crimine hæreſis, num. 2. & 3. ibid.

Forma producendi interrogatoria, num. 2. & 5. ibid.

Variantur ſecundum varietatem caſuum, & ſic etiam variatur numerus, num. 3. ibid.

Interrogandi teſtes, qui repetuntur in crimine hæreſis, circa odium, & inimicitiam, ſi quam habent cum Inquiſito, n. 4. ibid.

Copia interrogatoriorum danda producenti, ſi illam petit, num. 6. ibid.

Interrogationi criminoſæ, an teneatur teſtis reſpondere, num. 1. p. 449. diuerſa, num. 2. ibid.

Loci, & temporis. n. 3. ibid.

An teſtis ſit confeſſus in Paſchata, num. 4. ibid.

Interrogatoria formanda ſunt ſecundum ea, quæ continentur in Articulis, num. 1. & 2. p. 450

Secundum circumſtantias cauſæ, & Perſonarum qualitatem, vt illis reſpondendo appareat, an teſtes ſint veraces, an mendaces, an contrarij, an vacillantes, num. 3. ibid.

Captioſa, & impertinentia, iudices reſecare poſſunt, & debent, num. 4. ibid.

In dubio, non ſunt interpretanda talia n. 5. ibid.

Data ad inuoluendum, & intricandum teſtem, vel ad veritatem occultandam, non ſunt admittenda, num. 7. ibid.

Sine interrogatoriis, aliquando poſſunt examinari teſtes, num. 8. ibid.

Fallit quando teſtes repetuntur cum interrogatoriis, num. 9. p. 436

E de materia interrogatoriorum vide per totum.
Reſponſiones datæ a teſtib. ſuper interrogatoriis, ſunt integræ ſcribendæ, ibid.
Interrogatoria, quomodo ſint formanda, num. 1. pag. 452.
Quando poſſint fieri ſuper circumſtantiis impertinentibus, num. 2. ibid.
Quæ ſint impertinentia, num. 3. ibid.
Citatur reus ad danda interrogatoria, n. 4. ibid.
Fit proteſtatio, vbi teſtis non examinatur ſuper interrogatoriis, num. 5. ibid.
Danda per fiſcum, quando teſtes per reum nominantur ad ſui defenſionem, c. 51. p. 471
Et quid in ipſis dandis ſi obſeruandum, & quid fugiendum, c. 52. p. 472
Quæ forma ſit ſeruanda in examinandis teſtibus ſuper interrogatoriis fiſci, c. 53. p. 473

Index

Iudices Seculares, requiſiti ab Eccleſiaſticis in capiendis Reis, debent impartiri brachium ſeculare, num. 4. p. 424
Debent examinare teſtes cum omnibus interrogatoriis datis a parte, num. 10. p. 451
Poſſunt ſupplere ex officio in dandis interrogatoriis, in eo, in quo pars d fieit, num 11. ibid.
An, & quando poſſint interrogare teſtes vltra contenta in interrogatis datis à parte, n. 14. & 15. ibid.
Remiſſoriæ in crimine hæreſis poſſunt etiam recipere ſcripturas, inſtrumenta, & alia c. 55. p. 477
Non debent eſſe faciles ad procedendum contra aliquem in hoc crimine, ob ſolum indicium famæ, num. 1. & numeris ſequentibus, p. 495
Nec ad repetendam torturam, num. 1. p. 498
Et ſi volunt repetere torturam, conſulenda eſt, S. C. num. 2. & 6. ibid.
Laici non poſſunt ſe intromittere in cauſis hæreticorum, n. 7. & 8. p. 401

Iuramentum.

Iuramentum, an dicatur præſtitum à teſte ex aſſertione Notarij dicentis, *N. Teſtis iurauit, tactis, &c.* num. 4. p. 410
Iniungitur teſti ne ſuam depoſitionem reuelet, num. 1. p. 416
Præſtandum à teſtibus in S. Officio, quale debeat eſſe, num. 1. ibid.

L.

Lamia.

LAmiarum proceſſus, de hac materia, vide verbo, *Striges.*

Libri.

Libri, & ſcripturæ Inquiſiti pro crimine hæreſis, ſunt perquirendi in eius domo, tempore capturæ, num. 2. p. 478

Litteræ.

Litteræ ſine nomine, an ſufficiant ad inquirendum, num. 7. & 10. p. 404
Remiſſoriales, regulariter non dantur in criminalibus, num 1. p. 476
Fallit in crimine hæreſis, num. 2. ibid.
De hoc vide, c. 54. & in Addit. &c. p. 477

Ludi diabolici.

De ludis diabolicis, remiſſiue, num. 6. p. 449

M.

Maga, & malefica.

MAga, quomodo ſit interroganda, num. 1. & 2. pag. 406
Quæ acceſſit ad ludum, ſi faſſa eſt ſe Apoſtataſſe, non eſt quærendum de corpore delicti, num 1. p. 499. Quomodo examinanda, num. 2. ibid.
Si fatetur aliquas circumſtantias, quæ poſſint verificari, ſunt verificandæ, num. 3. & 8. ibid.
Si circumſtantiæ falſæ reperiuntur falſæ, dubitari poſſet de veritate confeſſionis, num. 4. ibid.
Quid obſeruare debeant Iudices in hoc crimine, num 5 & 10. ibid.
Quomodo expedienda, num. 7. ibid.
Non poteſt capi, inquiri, aut torqueri, niſi prius conſtet plene de corpore delicti, vide latè, num. 1. & ſeq. p. 488
Non ſufficit quod confiteatur, niſi conſtet de morte, v. g infantis, num. 8. p 489
Procedendum cautè, num. 9. ibid.

Maleficium.

Maleficium, non ſemper eſt cauſa, quod quis ſit obſeſſus à dæmone, num. 1. p. 494

Mandatum.

Mandatum, requiritur de capiendo, aliàs licet de facto reſiſtere, n. 1. p. 425. Vbi ponitur forma mandati, de capiendo.
Quando plures ſunt capiendi, plura mandata ſunt expedienda, num. 2. ibid.

Medici.

Medici, ad probandum corpus delicti in maleficio, quo modo interrogandi, num. 2. 6. & 7. p. 489. & 490

Memoriale.

Memorialia, ſine ſubſcriptione, an ſufficiant ad inquirendum, num. 7. & 10. p. 404

Mendacium.

Mendacium nunquam eſt dicendum per Iudicem ſub prætextu extorquendæ veritatis, num. 1. p. 452

Minor.

Minori carcerato, dandus eſt curator, num. 1. & ſeq. p. 442
Quæ forma ſit ſeruanda pro hæreſi, num. 4. & ſeq. p. 443
Quis eſſe debeat, num. 6. ibid. Et n. 1. & 2. ibid.
Dicitur hoc non ſeruari in Inquiſitionibus Italiæ, num. 2. in Annotat. ibid.

Monialis.

Monialis, & Puella nubilis, quomodo debeant denunciare, num. 4. & 5. p. 412

Monitio.

Monitiones quot fieri debeant hæretico carcerato, vt confiteatur, num. 1. & ſeq. p. 438

Mors.

Mors probanda eſt, quod euenerit ex maleficio, num. 5. p. 490
& quænam ſint ſigna ad hoc cognoſcendum, num. 8. ibid.

N.

Necare.

NEcatio infantum, interdum euenit ex ſuffocatione matrum, & nutricum n. 3. p. 500

Nocens.

Nocens, potius abſoluendus eſt quàm Innocens condemnandus, n. 10. p. 489

Nominatio

Nominatio.

Nominatio maleficii facta à Dæmone, non eſt apta ad formandum proceſſum, quia ei non creditur, n.1.& 6. p. 493.& 494

Nullo modo eſt procedendum contrà nominatas à ſtrigibus in ſocias ludorum diaboli, n.1. p. 500

Et ita ſeruatur in Inquiſitionibus Italiæ, num.2. & 3. ibid.

Notarius.

Notarios debet fideliter ſcribere Interrogatoria & reſponſiones reorum, n.11. p.429

Et in margine proceſſuum examina, litteris maioribus tam reorum, quam teſtium, n. 7. p.4.6

Nota. ij atteſtio de Iuramento teſti præſtito, an probet, n.4. p.408

Debet in fine denunciationis facere fidem de lectura denunciationis facta denunciatori, de eius ſubſcriptione. &c.n.8 ibid.

In examine teſtium debet ſcribere omnia interrogatoria per extenſum, n.3. p.410

O.

Obſeſſi.

OBſeſſi à dæmone non ſemper ſunt maleficiati, n.1. p.494

Quare Deus permittat dæmones obſidere homines, n.2. ibid.

Quomodo cognoſcatur, an quis ſit obſeſſus à dæmone, vel non, remiſſiuè, n.4. ibid.

P.

Pactum.

PActum tacitum cum dæmone, quid ſit, num.7. p.496.

Et an illud habeat locum, ſi ſortilegus expreſſè proteſtetur, ſe conſentire diabolo, n.8. ibid.

Particeps

Participes criminis, qui dicantur, num.2. & 4. p.417.

Pegna.

Pegna, quis fuerit, n.1. p.394

Quot libros de Praxi Inquiſitorum conſcripſerit, n.2. ibid.

Ex quibus ſuppleri poſſint libri, qui de ſunt, num.3. p.395

Pendens iudicium.

Pendente iudicio in cauſis fidei, debent recipi indicia ſuperuenientia, tam pro reo, quam contra reum, c.56. p.478

Peritus.

Periti ſunt conſulendi per Inquiſitorem, quando dubitatur de ſua iuriſdictione, n.2. p 4 8

Periti vnius dictum reuocatur ex dicto peritioris, num.1. p.489

Perquiſitio.

Perquiſitio, fit in actu capturæ, n.2. p.425

& n.3. p.443

Domus maleficiati facienda eſt, decretà capturà maleficæ, n.1. p 491

Quæ in ea adnotanda diligenter conſideranda, n.3.& ſeq. ibid.

Omnia deſcribenda, & maior pars recenſetur, Domus maleficæ à quibus facienda, n. 7. ibid.

Non debent eſſe præſentes familiares Inquiſiti, & c. n.8. ibid.

Debent deſcribi omnia, tam quæ faciunt pro reo, quàm quæ faciunt pro fiſco, n.9.& 10. ibid.

Ceteræ imagines acubus transfixæ n. 11.& ſeq. ib.

Pili.

Pili non ſunt abradendi mulieribus, num.3.& 7. p.498.

Princeps.

Princeps debet cuſtodire Relig.Cathol.n.1.p.395

Priuilegium.

Priuilegium fidei eſt, quod non litigat ſine poſſeſſione, n.8. p.425

Probatio.

Probatio ſemiplena, ſufficit ad capturam, num.2. p.421

Probari debet quod mors proceſſerit ex maleficio, n.5. p.490

Procedere.

Proceditur tribus modis contra omnes delinquentes, n.2. p.400

Procedi non poteſt contra nominatas à maleficis in ſocias, in ludis diabolicis, n.1.& ita ſeruatur in Inquiſitionibus Italiæ n.2.& 3. p.500

Proceſſus.

Proceſſus, non ſunt inchoandi per Com ad aures peruenerit, n 2.& 7. p.500

Habiti per Aduocatum reorum reſtituuntur, n.8. p.412.

Publicatio facienda eſt reo, & danda copia, vt ſe defendat, n.8.p 464.de forma traditionis, num. 2. p.479.

Vbi Additio p.479& c.57. p. 465.

Per Epiſcopos formandi contra hæreticos, debent eodem modo fieri quo fiunt per Inquiſitores, n. .& ſeq & n p.485

Strigum, ſiue lamiarum vtplurimum continent errores, n.2. p.487

Rarò tranſmittuntur ad Supremum Tribunal, qui ſint legitimè facti, n 2 & 3. ibid.

Procurator.

Procurator, & Aduocatus in crimine hæreſis datur reo, ad reſpondendum attentis, ad formanda interrogatoria, & ad alias defenſiones faciendas, facto tamen prius proceſſu informatiuo & Reo plene examinato, n.1. p 443

Pauperum eſt certus in Supremo Tribunali Vrbis, ſi tamen poſtulat alium ſolet dari, n.2. ibid.

Forma concedendi Procuratorem reo pro hæreſi, n.3. ibid.

Quomodo iurare debeat, n.4.& 5. ibid.

Decretum Notarij, quomodo extendi debeat, num 6. ibid.

Profeſſio.

Profeſſio ſortilegæ ſiue ſtrigis eſt duplex expreſſa, & tacita, & quid ſit vtraque, num.1. & ſeq. p.495.

Propoſitio.

Propoſitionum qualificatio quomodo fiat, n.2. p.418.

Pulcherrima inſtructio Hiſpana circa hoc, num.3. ibid.

Proteſtatio.

Proteſtatio fit, vbi teſtes non examinentur ſuper interrogatorijs, n.5. p. 474

Publicatio.

Publicatio Proceſſus facienda eſt reo & quæ forma n.1.2.& 3. p.464

Vbi Additio, & quid obſeruandum in publicatione atteſtationum, n.1.& ſeq. p.467

Vbi Addit ibid.& c.57. p.479

Puella.

Puella nobilis, & monialis, quomodo debeant

denunciare, n.4.& 5. p.412

Q

Qualificatio.

QValificatio propoſitionum quomodo fiat, n. 2. p.4 8.

Pulcherrima, inſtructio Hiſpana circa hoc, n.3. ibid.

Qualificator.

Qualificatores debent proferre ſuum votum in ſcriptis, n 4. ibid.

Hoc votum eſt deciſiuum, n.5. ibid.

Qualificauit propoſitiones Turrianus per ſex centurias, n.6. ibid.

Qualitas.

Qualitas tribuens Iuriſdictionem, in primis fundanda eſt, n.1. ibid.

R

Radere.

RAdendi non ſunt pili, aut capilli fœminis, num.3.& 7. p.498

Referre.

Referens ſe ad id, quod dixit in alio examine, nunquid probet, n.2.& 3. p.454

Probat ſi conſtet de primo examine n.4. ibid.

Et de hac materia relationis, vide numeris ſequentibus.

Religio.

Religioſæ perſonæ ſolebant adhiberi in examine reorum & teſtium, ſed hodie non eſt in vſu, n.7 & 8. p.433

Religio Catholica cuſtodienda eſt à Principibus n.1. p.395

Remedium.

Remedia ſpiritualia aduerſus maleficia, remiſſiuè, num.10. p.500

Remiſſoriales.

Remiſſoriales litteræ, regulariter non conceduntur in criminalibus, n.1. p.477

Fallit in crimine hæreſis, n. 2. ibid.

In quibus caſibus dentur, latè, c. 54. à n. 2. vſque ad finem p.476

Iudex remiſſorialium poteſt accipere ſcripturas, Inſtrumenta, & alia c.55. p.4 7

Reperta.

Reperta in domo maleficæ dum fit perquiſitio, deſcribenda ſunt, & diligenter conſideranda, quænam ſint, & quod fundamentum ſuper ipſis fieri poſſit, §.4.de ſtrigibus. p.491

Repetitio.

Repetitio teſtis, in S.Officio, quomodo fieri debeat, n.6.& 16. p.497 & num 1.& ſeq.

An fiat ante litem conteſtatam, n.1.& ſeq. p.456

Qui DD.agant de ſimili repetitione, n.1. p.457

Repetitionis teſtium examinatorum forma, num. 13.p.457

Et n 1.& 2.ſunt monendi, n.2. p.453

Repetendus, non poteſt petere ſibi legi priores depoſitiones, n.6. p.454

Et de hac materia repetitionis, vide num ſeq.

De forma repetendi eum qui pluries depoſuit in eadem cauſa, n.13.& 14 p. 455

Tortura quando ſit repetenda, n.5. p.498

Reſponſio.

Reſponſiones datæ per teſtes ſuper interrogatorijs, ſunt ſcribendæ fideliter, & per extenſum, n.17. p.452

Reuelare.

Reuelare hæreticos Epiſcopis & Inquiſitoribus, omnes tenentur, vide, verbo denunciare, & p.395

Reus.

Reus carceratus, quomodo eſt cuſtodiendus, n.1.&2. p.426

Quomodo prima vice interrogandus, n.1. & ſeq. p.427.

De cauſa ſuæ capturæ, n.2.& ſeq. ibid.

De eius parentibus, & Conſanguineis, num,4. p.428.

De locis in quibus habitauit, n.5.& ſeq. ibid.

De ſua profeſſione, & exercitio, paupertate, diuitijs, & ſimilibus, n.8. ibid.

Interrogandus, an aliàs fuerit carceratus in S. Officio, n.9. ibid.

An quolibet anno confeſſus fuerit ſua peccata, & ſanctiſſimam Euchariſtiam ſumpſerit, n.9. ibid.

Si habeat aliquos inimicos, & quos, num.10.& num.1.& ſeq. ibid.

Quoties conſtitui moneri, & examinari debeat ad hoc vt veritatem fateatur, n.1.& ſeq. p.432

Antequam articuli dentur à fiſcali, n.1. & ſeq.ib.

Eſt arbitrarium inquiſitori, n.1. ibid.

In Addit ibid.

Quomodo ſit interrogandus in tertio Conſtituto, n.1.& ſeq. p.432

Quoties examinatur ſemper debet iurare, num.1. p433.

Eius examen non debet differri vltra triduum, num.3. ibid.

Benignè eſt tractandus, n.4.& 5. ibid.

Benignè monendus, n.6. ibid.

Solebant aliàs eſſe præſentes duæ Perſonæ Religioſæ, ſed hodie non eſt in vſu n.7.& 8. ibid.

Eſt examinandus quamprimum, n.1. p.434

Eſt clare interrogandus, n.2. ibid.

Interrogatio obſcura, eſt declaranda, n.3. ibid.

Reus, quando examinatur, non eſt præbenda occaſio agendi immodeſte & intemperanter, n.1. p.434.

Nullo pacto eſt promittenda ei impunitas, n. 2. ibid.

Non eſt interrogandus niſi adſint indicia, n.3. 4. & 5. ibid.

Non ſunt ponenda nomina teſtium, n.6. p.435

Non ſunt ei facienda interrogatoria ſuggeſtiua & quando talia dicantur, n.7. p.436

Cum incipit, confiteri, non eſt interrumpendum examen, n.9.ibid.& n.2 ibid.

Omnia plenè per Notarium ſunt ſcribenda, n.10. ibid.

Et vt proferuntur per reum, n.11.& ſeq. ibid.

Si ignorat linguam Latinam, vel Italam, adhibendus eſt interpres, n.12. ibid.

Non debet Inquiſitor loqui cum reo examinando niſi de ſpectantibus ad cauſam, n.16. p.436

Reus, interrogatus ſi non reſpondeat adæquatè, poteſt torqueri, n.1.& ſeq.& p. 436. in Addit.n.1. & ſeq.p.436.

Reorum dicta verificari debent, quantum fieri poteſt, n.1. p.438

Interrogandus, an velit habere teſtes pro rite, & recte examinatis, n.1. p.439

Et forma de hoc illum interrogandi, n.2.3. & ſeq. ibid.

Reo

Reo quando detur Aduocatus & Procurator, num.1. d.441
Et quæ forma ſeruetor,n.3.& ſeq. ibid.
Danda eſt reo copia articulorum ad effectum, vt ſi nolit habere teſtes pro repetitis, det interrogatoria num.1. p.444
Inquiſitus de hæreſi non poteſt habere teſtes pro ritè & rectè examinatis, n.1. p.453
An poſtquam produxit teſtes ad ſui defenſam, poſſit alios nominare, p.468
Reus ſortilegus, non eſt interrogandus in tortura de delicto in ſpecie,n.10 & 18. p.497
Ante torturam ei iterum obijciuntur indicia, num.11. ibid.
In actu torturæ, quomodo interrogandus, n.12. ibid.
Seruandus eſt ordo iudiciarius, n.17. p.422
Quid animaduertendum in S.Officio ante torturam, remiſſiuè,n.19. ibid.

S

Scriptura.

Scriptutæ, & libri Inquiſiti pro crimine hæreſis, ſunt perquirenda in eius domo tempore capturæ,n.4.p.415.& n.2. p.438

Sedere.

Sedendi ordo in Congregationibus inter Epiſcopum, & inquiſitorem, & quid cùm Epiſcopus eſt Cardinalis, n 4. p.422

Semiplena.

Semiplena probatio, ſufficit ad capturam, n. 2. p.421.

Sententia.

Sententia abſolutoria, lata pro vno ſocio, ſeu participe criminis, prodeſt etiam alteri, & è contra,n.4. p4 7

Sequeſtrum.

Sequeſtratio, ſeu annotatio bonorum, reo capto, & carcerato pro crimine hæreſis, non eſt facienda.n.1 & ſeq. p.425
Secus eſt, ſi reus ſit citatus, & non compareat; poteſt tamen infra annum comparere, ſe purgare & recuperare bona, n.1. ibid.
Non poteſt fieri lite pendente,n.2.& 3. ibid.
Sit cum agitur de hæreſi formali,n.5. ibid.

Signum.

Signa ad cognoſcendum, num mors ſecuta ſit à maleficio vel à cauſa naturali,n.8. p.490

Socius criminis.

Socio criminis abſoluto, vel condemnato prodeſt, & nocet ſententia ſocio,n.4. p 417
Socij, & complices criminis idem ſunt, num. 6. ibid.

Sollicitatio.

Sollicitationis in crimine, quomodo rei ſint interrogandi, n.4. p.430

Sortilegium.

Sortilegia, contra tormenta, remiſſiuè, num. 5. p.498.
Poſſunt eſſe ſine Apoſtoſtaſia formali, num.1. p.495.

Sortilega

Sortilega, quando interroganda,n,2. p.495
Profeſſio ſortilegæ duplex, n.5. ibid.
Expreſſa, quomodo, & cum quibus ſolemnitatibus fiat,n.4.Tacita,quomodo Dæmoni fiat, num. 4. p.496.
Vtraque profeſſio continet Apoſtaſiam à Deo,n.6. ibid.
Eſt cuſtodienda in ſeparatis carceribus,n.1 ibid.
Quomodo cuſtos carceris ſe gerere debeat cum illa, n.2.& 7. ibid.
Cum ſortilega non debet alloqui Inquiſitor, n.3.& 8. ibid.
Non debet interrogari cum ſuggeſtionibus, n.1. & 13. p.497
Quomodo interroganda in prima audientia, n.2. & 14. ibid.
Quomodo in ſecunda audientia,n.3. ibid
Quomodo ei obijcienda ſint, quæ ex proceſſu conſtant, n.4. ibid.
Ita ſunt obiicienda vt ſortilega non poſſit venire in cognitionem teſtium, aut denunciantis, num. 5. & 15. ibid.
Non interrogetur in tortura de delicto in ſpecie, n.10.& 18.ibid.Vſque ad finem
Interroganda ſuper complicibus, & intentione, n. 20. p.498
Ad amorem quomodo interroganda, num.9. p.499.

Sponte.

Sponte venire ad pœnitentiam,& miſericordiam recipiendam, quis dicatur, n.2.& 3. p.413
Hi ſunt mitius tractandi, n.2. ibid.
Abiurare debent ſecretè,n.3. ibid.
Forma eos recipiendi, n.4 & 5. ibid.
Quomodo interrogandi,n.6.& ſeq. ibid.
Non dicitur,qui comparet, poſtquam fuit denunciatus, vel indicijs præuentus, licet non fuerit citatus,n.12. ibid.
Quid practicandum cum Confeſſario ſollicitante ſponte comparente,n.2. ibid.
De ſponte comparente diminuto, num.3, p.414
Plura notanda circa ſponte comparentem, n. 4. ibid.

Striges.

Striges non capiantur aut inquirantur, niſi prius conſtet de corpore delicti,n.1. p.488
Et hoc eſt primum præceptum Criminaliſtarum in hac materia, n.2 p.489
Quod intelligitur in delictis relinquentibus veſtigium poſt ſe,n.3. ibid.
Non ſufficit probare mortem, niſi probetur eam proceſſiſſe ex maleficio, n.4. ibid.
Ante probationem corporis delicti, non poteſt deueniri ad inquiſitionem capturam nec torturam, num.5. ibid.
Strigum in proceſſibus, multi committuntur errores,n.1. p.487
Rarò tranſmittuntur Proceſſus ſtrigum ad Supremum Tribunal, qui ſint legitime facti, num. 2, & 3. ibid.
In hac materia cauendum à Deciſ. Dolana 33. Griuell.n.4. p,488
Proceditur ordinariè contra ſtriges, num. 5.
Cautius eſt procedendum in hac materia ob deceptiones, quæ contingere poſſunt, n.6. ibid.
Denunciandæ ſunt Inquiſitoribus, nulla præmiſſa correctione fraterna,n.8. ibid.
Reprehenduntur Iudices faciles contra huiuſmodi reas,n.7. Remiſſiue ibid.
Quibus rebus regulariter vtuntur ad maleficia, n.1 & ſeq. p.491
Vbi ea enumerantur, quæ falſæ ſunt ſe apoſtataſſe, quomodo examinandæ, & expediendæ, §.14. de ſtrigibus. p.498

Strigum denunciationes, quomodo ſint recipiendæ. n.11. p.501

Et quomodo in hac materia examinandi teſtes, n.12. ibid.

Subſcriptio.

Subſcribere ſe debent teſtes eorum depoſitionibus, n.1. p.416

Suggeſtio.

Suggeſtiua interrogatoria fugienda, num. 7. & ſeq. p.435. & n.1. p.436

T

Taxa.

Taxæ S.C. ſunt obſeruandæ in cauſis, & proceſſibus ſtrigum, n.4. & 9. p.500

Terminus.

Terminus competens dandus eſt reo inquiſito, ad danda interrogatoria, n.7. p.450

Termino lapſo ad faciendas defenſiones, & illis factis, reus debet informare Inquiſitorem tam in Iure, quàm in facto c. 8. p.479

Aſſignandus eſt ſortilegæ ad faciendas ſuas defenſiones, n.7. p.497

Teſtis.

Teſtis non poteſt deponere per ſcripturam, ſed ore proprio, n.1 p.412. contra, num.2. diſtingue, n.3.4 & 5. ibid.

Nominati in denunciatione ſunt examinandi, & quomodo interrogandi, n.1. & ſeq. p.415

Cogi poteſt ad teſtificandum in crimine hæreſis, num.6. p.404

Teſti examinato datur iuramentum, de non reuelando ſuam depoſitionem. n.6. p.416

Quandoque mandatur teſti examinato in cauſis hæreticorum, ne diſcedat ex Palatio Inquiſitionis, num.7. ibid.

Teſtis in S. Officio, quale iuramentum præſtare debeat, n.1. ibid.

Eſt examinandus per Inquiſitorem, n. 2. ibid.

Qualiter interrogandus, n.3. ibid.

An fuerit cum N. in tali loco interrogatur in Inquiſitionibus Italiæ, n.4 ibid.

Subſcriptio qualis, n.5. ibid.

Vnus deponens de crimine hæreſis ſufficit ad capturam, n.5. p.419

Modo ſit maior omni exceptione & deponat de proprio viſu vel auditu, n.6. & 7. p.420

Quis regulariter eſſe non poſſit, quod fallit in crimine hæreſis, n.7. ibid.

Integer ſufficit ad capturam in crimine hæreſis, contra perſonam abiectam, vilem & aliàs ſuſpectam, n 8. ibid.

Secus contra perſonam nobilem bonæ opinionis & famæ, n.9. ibid.

Item ſecus contra Sacerdotes, Religioſos, & ſi niles, n.10. & 11. ibid.

Vnus, an ſufficiat ad capturam, n.5. p.421

Qui reperitur quomodo interrogandus, ad effectum declarandi eius depoſitiones dubias, num. 1. & ſeq. p.432

Omiſſa per teſtes ſemper poſſunt ſuppleri per Inquiſitores, n.1. p.433

Quoties examinantur ſemper debent iurare, n. 1. & 2. ibid.

Dicta ſcribenda ſunt plenè, & per extenſum, n.10. & 14. p.415

Teſti & reo examinato debet legi eius examen vt poſſit addere, demere, corrigere vel mutare, quod ipſis placuerit, n.1. & 2. p.437

Fallit quando receſſerunt ab examine num.2. ibid.

Debet deponere viua voce & non in ſcriptis, n.3. ibid.

Subſcribit ſuas depoſitiones, n.1. in Addit, p.438

Sed prius eſt ipſi legenda, n.2. ibid.

Quando poſſit ſe corrigere, n.3. ibid.

Remiſſiue, quæ ſubſcriptio operatur, vt non poſſit variare, n.4. ibid.

Eorum dicta debent verificari quantum fieri poteſt ſicut libri & ſcripturæ eorum qui ſunt inquiſiti de hæreſi, n.1. ibid.

Teſtes, an velit reus habere pro ritè, & rectè examinatis, interrogandus eſt, n.1. p.439

Forma eum interrogandi circa hoc, n.2. ibid.

Examinati in iudicio ſummario, regulariter non probant, niſi fuerint repetiti in plenario, parte citata, & ſuper interrogatorijs ab eadem parte datis, num.5. ibid.

In crimine hæreſis, an, & quando poſſint haberi pro ritè, & rectè examinatis, & quando Iudex teneatur reos repetere, non obſtante partis declaratione, n.8. & ſeq. p.440

Poſſunt haberi pro rite, & recte examinatis, ſaluis exceptionibus contra Perſonas, & dicta, num.9. ibid.

Et præter mortuos, & abſentes, n.10. ibid.

Et an in cauſis hæreticorum poſſint teſtes haberi pro ritè, & rectè examinatis, ſaluo iure repetendi, num.11. ibid.

Teſtes examinandi ſunt ſuper interrogatorijs datis à Reo inquiſitis pro crimine hæreſis, num. 1. p.448.

Repetendi in crimine hæreſis, ſunt interrogandi ſuper odio, & inimicitia, ſi quam habent cum Inquiſito, n.4. ibid.

An teneantur reſpondere interrogationi criminoſæ, n.1. p.449

Quomodo debeant deponere de fama, num. 5. ibid.

Examinati ſine interrogatorijs an probent, n. 6. ibid.

Poſſunt examinari ſine interrogatorijs quando pars monita, ea non dedit, n.8. p.450

Fallit quando in repetitione dantur interrogatoria, n.9. p.451

Debent examinari cum omnibus interrogatorijs datis à parte, n.10. ibid.

Si ſecus fiat, an eorum examen ſit validum, num.11. ibid.

Debent examinari per ipſum Iudicem, num. 13. ibid.

Teſtium depoſitio quando eſt varia, magis attenditur illa, quæ facta eſt ſuper interrogatorija, quam ſuper articulis, n.16. p.452

Quando poſſint interrogari ſuper circunſtantijs impertinentibus, n.2. ibid.

Quæ ſint impertinentes, n.3. ibid.

Sunt examinandi ſuper interrogatorijs, aliàs fit proteſtatio, n.5. ibid.

Examinati pro informatione Curiæ, contra inquiſitum de hæreſi, non poſſunt haberi pro ritè, & rectè examinatis, n.1. p.453

Repetendi debent prius interrogari, an velint aliquid addere, detrahere, mutare, aut corrigere de ijs, quæ aliàs depoſuerunt, n.2. ibid.

Teſtis referens ſe ad id, quod in alio examine dixit, nunquid probet, n.2. & 3. p.454

Repetendus

Repetendus poteſt proteſtari quod non intendit recedere à primo dicto,n.4. ibid.

Qui ſe ad primum examen refert, ſi non obſtante relatione explicitè deponat, probat in eo quod explicitè dicit, etiam quod de primo examine non conſtet,n.5. ibid.

Referens ſe ad primum examen probat, ſi de eo conſtat,n.4. ibid.

Teſtis repetendus,non poteſt petere legi ſib prio res ratificationes, n.6. ibid.

Sed danda eſt competens dilatio ad reducendum memoriæ, quid depoſuerit in primo examine,n.7. & 8. ibid.

Teſti repetendo in crimine hæreſis, & petenti ſibi legi primam depoſitionem,Iudex tenetur illam legere,n.8. ibid.

Declarat, n.9. ibid.

Nunquid teſtis repetendus in criminalibus poſſit ſe referre ad primam depoſitionem. ibid.

Teſti repetendo an ſit legendum primum examen de verbo, ad verbum prout iacet,n.10. p.455

Quid ipſo petente, & inſtante,& remittitur arbitrio iudicis,n.11. ibid.

Niſi ſint ſuſpecti, quia tunc nullo modo debet legi,n.11. ibid.

Debet quando factum eſt antiquum, num. 15. ibid.

Deponens varia, & contraria in diuerſis examinibus, arguendus, & monendus, & ei legendum illud, in quo conſiſtit varietas, num.12. ibid.

Forma repetendi teſtes quando pluries depoſuerunt in eadem cauſa,n.13.& 14. ibid.

De repetitione teſtis relatiui, vide num.1. & ſeq. p.455

Quomodo repetantur in Sancto Officio, num.1. & ſeq.ibid & n.1. p.456

Teſtis varius, contrarius, ſiue vacillans poteſt per Inquiſitorem puniri,n.2. p.457

Poteſt torqueri pro habenda veritate, num. 3. & 5. ibid.

Et ad videndum in quo dicto perſiſtat, n.4. & 7. ibid.

Poteſt carcerari,n.6. ibid.

Quando ſit torquendus,n.1.in Addit. p.458

Quando eſt varius,quod dictum ſit attendendum, primúmne, an ſecundum, n 1. & 2. ibid.

Et quamuis prima depoſitio magis attendatur, tamen debilitatur,n.3. ibid.

Secunda depoſitio emanata in tortura potius attenditur, quam ſine tortura,n.4. ibid.

In crimine hæreſis, magis ſtatur ſecundo dicto quam primo.n.5.& ſeq.& n.10. ibid. & p.459

Non poteſt tamen ex hoc ſequi condemnatio inconſulto Supremo Tribunali Inquiſitionis, num.9. ibid.

Qui dicatur varius, contrarius,falſus,&c. remiſſiue,n.11. ibid.

Falſus quis dicatur, & de hac materia latè, n.1. & ſeq.p.419.Et in Addit.

Contrarius quis dicatur num.1.& ſeq.p.460.p.461 & ibi in Addit.

Varius, quis dicatur,n.1.& ſeq. p.461.& ibi in Addit. p.462

Et quomodo dicatur reducendus ad concordiam, n.1.& ſeq. p.463. & concordatus qualiter probet p.464.

Vacillans quis dicatur,n.1.& ſeq.p.465.& ibi in Addit. ibid.

Animosè deponens, quis dicatur,n.1.& 2.p.463 & ibi in Addit.p.464.quod attendendus & modus reſpondendi, vultus,& frons, &c. ibid.

Teſtibus productis, & nominatis, an reus poſſit alios nominare c.50. p.470

Teſtes ad defenſam reorum, quomodo ſint examinandi ſuper interrogatorijs fiſci, c.53. p.473

Teſtes ſunt repetendi, & quomodo,num.6.& 16. p.497.

Tormenta.

Tormentorum varia genera, apud varias Nationes,remiſſiuè,n.3. p.498

Tortura.

Tortura quomodo danda ſortilegæ, & quid ſeruandum n.10.& ſeq p.497

Datur ſine ſquaſſis,& pondere,n.1. p.498

Danda cum tormentis,n.2. ibid.

Poteſt dari reo, ſi adæquatè non reſpondeat, n.1.& ſeq.p.456 & in Addit. p.457

Iudices non debent eſſe faciles ad repetitiones torturæ,n.1. p.498

Et tunc conſulenda S.C.n.1.& 6.quando ſit repetenda,n.5. ibid.

Torturæ tempus nunquam debet excedere horam n.1. ibid.

Imo neque ad horam dari debet, niſi indicia valde vrgeant, & cauſa ſit grauis, num.2. ibid.

Tortura debet eſſe moderata.n.3. ibid.

Alia in materia torturæ remiſſiuè, de ſortilegijs contra torturam, remiſſiuè,n.5. ibid.

V

Veritas.

Veritas, vndequaque eſt indaganda, num. 1. p.438.

Maxime in Tribunali S.Officij,n,1, p.438

Vetula.

Vetulæ, & deformes facilè creduntur ſtriges, n. 1.& ſeq. p.498

Quid ſentiat Auctor de hiſce vetulis,n.7. ibid.

Caſus in Saxonia deciſus, de vetula capta amore iuuenis,n,8. ibid.

F I N I S.

Approbatio Additionum D. Guidonis Fulcodij.

EGo Ambroſius Faeinus I.V.D Proron. Apoſtol. & Cath.Eccleſiæ Prior, vidi, & diligenter perlegi ex ordine Reuerendiſſ P.Inquiſit.Ciuit Cremonæ Additiones perilluſtr.D. CÆSARIS CARENÆ Aduocati Cremonenſis, doctrina ac integritate celeberrimi, ad eius Tractatum de modo procedendi in cauſis S Officij, & eiuſdem Annotationes ad Quindecim Quæſt.D Guidonis Fulcodij, & quia in eis non ſolum omnia pietati Chriſtianæ, & bonis moribus conſona ſunt, ſed etiam multa adſunt perutilia omnibus in foro S Officij, & in alijs Tribunalibus Criminalibus verſantibus, ideo tam dictas Additiones, quàm etiam Annotationes imprimi poſſe cenſeo.

IMPRIMATVR.

Fr. IOAN. BAPTISTA à MARTINENGO Magiſter Inquiſitor Cremonæ, &c.

Pro Illuſtriſſ.D.Aryas, vidit Io. Baptiſta Sachettus Cancell.

Approbatio Inſtructionis, ſeu Praxis Inquiſitorum.

DEMANDATO Reuerendiſſ P Franciſci Cuccini Romani Sacræ Theol. Magiſt. & Cremonæ Inquiſitoris General. Ego infraſcript. Opus hoc poſthumum (cui titulus, eſt *Inſtructio, ſeu praxis Inquiſitorum*) Doct. CARENÆ diligentiſſimè perlegi, & cùm nihil in eo contra fidem Cathol. aut bonos mores aduerterim omnino dignum exiſtimo, vt prodeat in lucem.

Ego Fr. THOMAS VAILATVS S.Theol. Lect.Primarius in Conuentu S. Dominici Cremonæ, & S.Officij Conſult.

IMPRIMATVR.

Fr. FRANCISCVS CVCCINVS Inquiſit.Gen.Cremonæ,

Attentâ ſupradictâ atteſtatione, Imprimatur.

Fr. PETRVS HYACINTVS DONNELLIVS Mag. & Inquiſ.Gen. Cremonæ.

Attentâ ſupradictâ atteſtatione, Imprimatur.

Fr. CONSALVVS GRITIVS Magiſt. & Inquiſit.Cremonæ.

Comes Maioratus pro excell.Senatu.